A NAZ.
Emanuele III
XVI
D
18
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IVSTI HENNINGII BOEHMERI
ICTI POTENT. REG. BORVSS. A CONSIL. INT. DIRECT.
ACAD. FRIDERIC. EIVSDEMQVE PROF. IVRIS ORDINARII

IVS ECCLESIASTICVM PROTESTANTIVM VSVM HODIERNVM IVRIS CANONICI

IVXTA SERIEM LIBRI IV. TIT. IX. ſqq.
ET LIB. V. TIT. I. ſqq. DECRETALIVM

QVIBVS POTISSIMVM IVRA CONSANGVINITATVM, AFFINITATVM, DIVORTIORVM, IMPOTENTIAE, NEC NON ACCVSATIONVM, SIMONIAE, IVDAISMI, HAERESEOS, SCHISMATIS ET APOSTASIAE TRADVNTVR OSTENDENS

ET

IPSIS RERVM ARGVMENTIS ILLVSTRANS.

TOMVS IV.

EDITIO QVARTA.

B. R. NEAPOLIS

CVM PRIVILEGIIS SACR. CAESAR. ET REGIAE BORVSS. MAIEST.

HALAE MAGDEBVRGICAE
IMPENSIS ORPHANOTROPHEI. MDCCLIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Æpius hoc ſeptennio, quo continuatio iuris eccleſiaſtici quieuit, dolui, me intercapedinem ſcribendi facere ex aliorum laborum mole coactum, et impeditum fuiſſe, quo minus operi vltimam addere manum potuerim. Id vnice ſemper in votis habui, vt, quemadmodum in his literis lubentiſſime viuo, ita plus tem-

Digitized by Google

poris quoque eis dare potuerim, quod tamen plerumque ordinariis occupationibus Academicis et explicandis ambiguis cauſarum fatis deſtinandum fuit. Quantum tamen in me fuit, nullum temporis punctum, quem aliis negotiis ſubtrahere potui, vacuum præſenti ſtudio præterire paſſus ſum, et ita tandem factum eſt, vt hanc tomi IV particulam prelo ſubiicere, et prioribus meditationibus addere potuerim. Quæ ex hoc tomo IV deſunt, ita comparata ſunt, vt faciliori opera contexere, et ſi Deus lucis huius et virium vſuram mihi conceſſerit, infra anni ſpatium ad minimum cum neceſſariis indicibus editis addere, atque ita colophonem toti operi imponere poſſim. Methodum RAYMVNDI, quem explico et illuſtro, ſecutus, reliqua, quæ ex libro IV reſtabant, paulo diffuſius excutere debui, quod illa argumenta tangerent, quæ

ſyr-

ſyrtibus infinitis ſunt expoſita. Hiſtoria *conſanguinitatis* et *affinitatis*: fata eorum, quæ Petrus Damianus in *modo computandi* innouauit: obſeruationes circa *errores*, a Græcis interpretibus commiſſos: doctrinæ de *diuortiis* perplexa et ambigua patrum ſententia cum ceteris lumen clarius deſiderarunt, poſtquam GRATIANVS et RAYMVNDVS, quorum merita vulgo plus iuſto exaggerantur, in tenebris plerumque verſati, et ad inſtar tabulæ bene pictæ, non tamen in bono lumine, apparent. Inprimis vero in libri V argumentis tot offendi ſcopulos, vt nouem tantum titulos, crimina, quæ *eccleſiaſtica* ſtylo Romano audiunt, continentes, peragrare potuerim. Rationem enim inquiſitionis & denunciationis, nouiter fabricatarum, diſtincte referre: crimina, vulgo non agnita, eruere: nouiter efficta recenſere: Simo-

Digitized by Google

niæ anfractus euoluere: iudaismi ac hæreseos monstrosa dogmata et inquisitionis portenta sistere: tolerantiæ iura explicare: denique schismatum indolem et fata recte componere, infinitus fere labor fuit, quo tandem per Dei gratiam perfunctus sum. Dissertatio denique, quæ tomo huic præmissa est, ad libri V doctrinas plures intelligendas, quibus emolliri solent plura acerbiora ecclesiastica instituta, facit, quam iuxta mentem ecclesiæ Romanæ sistere debui, vt sententiam iuris canonici planiorem referrem, præsertim in iis, quæ in tomi huius parte altera explicanda supersunt. Dab. e mus. d. VIII. Febr. MDCCXXXI.

DIS-

Digitized by Google

Digitized by Google

Spargite Raymundum foliis: ornatius ipsum
pingite. Raymundus lumine semper eget.

Digitized by Google

DISSERTATIO PRAELIMINARIS
DE
ROMANA ECCLESIA MATRE INDVLGENTISSIMA.

§. I.

ſitatum patribus antiquis fuit, eccleſiæ chriſtianæ, quæ fideles vndequaque degentes & CHRISTO vnitos complectitur, appellationem *virginis, ſponſæ, coniugis*, imo & MATRIS tribuere, & quidem ſtylo ſcripturæ ſacræ. *Sponſæ* & *virginis* prædicatum *ſenſu ſpirituali* eo magis illi debetur, quod in ſumma integritate & puritate Chriſto deſponſata ſit. *Eſ. LXI, 10. Pſ. XLV: Cantic. Canticor. per tot. Iob. III, 29. Apoc. XXII, 17. &c.* Hoc intuitu recte dicit LEO I. *in epiſt. 40. ad Anatol. Illa eſt VIRGO eccleſia, SPONSA vnius viri Chriſti, quæ nullo ſe patitur errore vitiari.* Rationem ſolidum AMBROSIVS *lib. 2. in Luc. c. 3.* adiungit, &, *hæc autem*, ait, *diligitur a Chriſto, quaſi SPONSA glorioſa, ſancta, immaculata, ſine ruga.* Repetit eandem ſententiam HIERONYMVS *lib. 1. in Ierem. c. 2. ad verba: Numquid obli-*

Eccleſia olim dicta fuit ſponſa, virgo,

Digitized by Google

viſcetur virgo ornamenti ſui, inquiens: *Per hæc diſcimus, Chriſtum eſſe ſponſum VIRGINIS eccleſiæ, quæ non habet maculam neque rugam. Si autem ipſe eſt ſponſus, ipſius verba ſunt, de quo loquitur Ioannes baptiſta: qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Pariter AVGVSTINVS *in Pſal.* 44. *Sponſa eſt eccleſia, ſponſus Chriſtus.* Imprimis autem THEODORETVS *in Cantic.* aliique ſacri interpretes ſtudioſſimi fuerunt in explicando hoc *ſponſæ* prædicato, omnemque operam dederunt, vt *vnionem* illam *ſpiritualem* fidelium cum Chriſto, hac appellatione adumbratam, digne explicarent. Præterea vero eccleſia etiam *vxor*, *coniux* & *mater* dicta fuit, myſtico itidem ſenſu, ſub quibus appellationibus rurſus patres ſenſus varios reconditos adumbrarunt. Ait AVGVSTINVS *lib. XII. contra Fauſtum c. 8. CHRISTVM reliquiſſe matrem ſynagogam Iudæorum, veteri teſtamento carnaliter adhærentem, & adhæſiſſe VXORI ſuæ, ſanctæ eccleſiæ, vt in pace noui teſtamenti eſſent duo in carne vna.* IDEM porro *in Pſ. 126.* argumento a generatione eccleſiæ deſumto, ita ratiocinatur: *Sic & dominus cum dormiret in cruce, latus eius lancea percuſſum eſt, & ſacramenta profluxerunt. Vnde facta eſt eccleſia. Eccleſia enim CONIVX DOMINI facta de latere, quomodo Eua facta eſt de latere.* Quæ verba etiam CLEMENS V. ſua fecit *in clem. vn. de elect.* & eccleſiæ Romanæ ſeu regno eccleſiaſtico *nouo more* applicuit. Hi reconditi ſenſus etiam MATRIS appellationem produxerunt, eamque eccleſiæ myſtico vſu applicuerunt, prout demonſtrat FVLGENTIVS, Ruſpenſis epiſcopus, *in epiſt. 3. ad Gallam*, aiens: *Hæc* (eccleſia) *virgo MATER eſt, cui dicitur: habitabunt in te filii tui; & hæc MATER virgo MATER eſt, de qua dicitur: habitabit enim iuuenis cum virgine. Hæc virgo SPONSA eſt, de qua dicitur: & gaudebit ſuper ſponſam ſuam. Hæc igitur eccleſia vna & vera catholica SPONSA eſt, quia inhæret Chriſto; MATER eſt, quia fœcundatur a Chriſto; VIRGO eſt, quia incorrupta perſeuerat in Chriſto.* Iam ſuo tempore TERTVLLIANVS *de orat. c. 2.* dixerat: *Ne MATER quidem eccleſia præteritur. Siquidem in patre & filio MATER recognoſcitur, de qua conſtat & patris & filii nomen.*

vxor & coniux,

mater.

Eccleſiæ externæ particulares alio ſenſu matres dictæ.

§. II. Quamuis vero hæc loca euidenter euincant, appellatione *eccleſiæ* integram fidelium multitudinem, quatenus Chriſto vnita eſt, denotari, non vero *hierarchiam*, aut *principes eccleſiaſticos* deſignari; negari tamen nequit, pedetentim etiam MATRIS prædicatum vel *particularibus eccleſiis externis*, vel *hierarchiæ externæ*, qua omnes eccleſiæ,

Digitized by Google

ſiæ, per vniuerſum orbem exſtructæ, gubernantur, adſcriptum fuiſſe. Olim *matres & matrices* in genere illæ eccleſiæ ſunt dictæ, quæ ab Apoſtolis ſunt fundatæ, quia ab his ſemen veritatis diuinæ aliis quoque locis communicatum eſt. Hoc ſenſu TERTVLLIANVS *de præſcript. hæret. c. 21.* eas vocat *originales & matrices fidei.* Præ ceteris omnibus vero *eccleſia Hieroſolymitana* recte *in epiſtola Synodica Patrum Conſtantinopolitanorum de an. 382.* dicta fuit *mater omnium eccleſiarum* apud HARDVIN. *tom. I. concil. p. 826.* & THEODORETVM *lib. 5. c. 9.* quod ab illa doctrina veritatis propagata fuerit per vniuerſum orbem, vel prout HIERONYMVS *in Eſaiam c. 2.* ait, *quod in Hieruſalem primum fundata eccleſia totius orbis eccleſias ſeminauerit.* Pariter IVSTINVS imperator *in epiſt. ad Hormiſdam* circa *annum 514.* ait: *Hieroſolymitanæ eccleſiæ tantum omnes honorem impendunt, quaſi MATRI chriſtiani nominis, vt nemo audeat ſe ab ea diſcernere.* vid. HARDVIN. *tom. II. concil. p. 1025.* Iam olim TERTVLLIANVS *lib. 2. adu. Marcion. c. 35. p. m. 452.* dixerat: *Hieroſolymis eſſe MATRICEM RELIGIONIS* tum Iudaicæ tum Chriſtianæ. Neque dubitarunt patres *eccleſiæ romanæ*, a qua tot aliæ fundatæ ſunt, idem aſſignare prædicatum, exemplo CYPRIANI *in epiſt. 48. edit. Brem.* qui eam vocat *eccleſiæ catholicæ RADICEM & MATRICEM*, quemadmodum *in ep. 45.* ſchiſmaticos ſcribit *radicis & matris ſinum atque complexum recuſare.* INNOCENTIVS *in epiſt. ad Decent.* hanc *maternitatem* eccleſiæ Romanæ plus iuſto extendit, contenditque, *in omnem Italiam, Gallias, Africam atque Siciliam inſulasque interiacentes nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Petrus apoſtolus aut eius ſucceſſores* (Romæ) *conſtituerint ſacerdotes*, vnde temere concludit, *quod oporteat eos ſequi, quod Romana cuſtodit eccleſia.*

1) apoſtolicæ,

2) ſpeciatim hieroſolymitana,

3) Romana ob propagationem fidei.

§. III. Pedetenim eccleſiæ aliæ *primariæ* & præ reliquis principatum tenentes *matris* appellationem induerunt, adeo vt Conſtantinopolitana, poſtquam *patriarchalis* & *prima ſedes* facta, ab imperatoribus anno 476. appellata fuerit *mater pietatis & chriſtianorum orthodoxæ religionis omnium, in l. 16. C. de SS. eccleſ.* Quia vero eccleſia Romana de hoc *primatu* ei lites per tot ſecula mouit, inde ſibi primario *matris omnium eccleſiarum* encomium competere iudicauit, quemadmodum paſſim hoc ſibi prædicatum vindicauit. In epiſtola patrum *concilii Papienſis de anno 1160.* relata a MARTENIO *in theſ. Anecd. tom. I. pag. 449.* notanter *NOSTRA MATER & omnium eccleſiarum prima* voca-

4) Conſtantinopolitana, ob primatum.

Romana tamen poſt arrogatum ſibi primatum ſupremum matris nomen vſurpauit.

Digitized by Google

ta eſt. GERSON. *tom. II. oper. p. 236.* eandem *matrem & dominam omnium ceterarum eccleſiarum*, ad primatum eius oſtendendum, vocat. In *concilio Triburienſi c. 30. de anno 895.* apud HARDVIN. *tom. VI. concil. p. 448.* patres ita ediſſerunt: *in memoriam beati Petri apoſtoli honoremus ſanctam Romanam & apoſtolicam ſedem, vt, quæ nobis ſacerdotalis MATER eſt dignitatis, eſſe debeat magiſtra eccleſiaſticæ rationis*, quæ verba deſumta ſunt EX LEONIS I. *epiſt. 26.* Idem canon vulgo capitulis CAROLI M. accenſetur, & refertur a BALVZIO *tom. I. capitul. p. 357.* Quid ergo mirandum, quod etiam Pontifices in jure canonico ſub *nomine eccleſiæ Romanæ* ſemet ipſos hoc encomio præcipuo mactauerint. In *c. 23. X. de priuil. & exceſſ.* eccleſia Romana h. e. pontifex, dicitur *vniuerſorum Chriſti fidelium MATER & magiſtra*, & in *c. 24. de ſentent. excommun. in 6.* eadem *alma MATER* vocatur. In *c. 3. extrav. comm. de elect.* BENEDICTVS IX. paulo arrogantius nec citra notam falſi ita ait: *Sancta Romana eccleſia, quæ diſponente domino ſuper omnes alias ordinariæ poteſtatis obtinet principatum a Deo, vtpote MATER VNIVERSORVM CHRISTI FIDELIVM ET MAGISTRA, quatuor patriarchales ſedes inſtituit.* Hoc vero credat Iudæus Apella.

Imo & pontifices Romani eodem nomine mactati ſunt

(1) ob primatum.

§. IV. Affectauit vero hoc ſingulare encomium non tantum ideo, quod ab antiquo eccleſiæ, principatum quendam & *primatum* obtinentes, *matrum* titulo decoratæ fuerint; ſed etiam in hunc finem, vt ſub hoc nomine *maternum affectum* ſuum erga omnes, maxime fideles & deuotos laicos, oſtenderet, & vbera ſua, vt *mater indulgentiſſima, gratioſiſſima*, atque *piiſſima* omnibus offerret. *Gratiarum* enim *eccleſiaſticarum* Romæ plena eſſe omnia vulgo creditur, adeo vt plus *gratiæ* quam *iuſtitiæ* per plura ſecula datum fuiſſe videatur. Quamuis enim pontifex *Patris ſanctiſſimi* nomen præ ſe ferat, nec *mater ſanctiſſima* ſtylo forenſi appelletur, magis tamen *mater* quam *pater* eſſe voluit, quod *maternus affectus* longiſſime vincat *paternum*, & conuenientius videatur, vt *ſanctiſſimus pater* titulo piiſſimo *matris indulgentiſſimæ* mactetur, quo laici, *filialis obſequii* memores, eo magis quamcunque *gratiam, indulgentiam, pietatemque*, quibus *vbera materna Romana* omnes ſatiare dicuntur, ab hac matre cum omni fiducia petere poſſint. Hac de cauſa GREGORIVS *lib. IV. epiſt. 51.* ait: *plus eſſe convenit nos miſericordes quam diſtrictos.* Item: *plus miſericordiæ quam diſtrictæ nos conuenit operam dare iuſtitiæ.* Pariter SYMMACHVS *in epiſt. ad Auitum Archiepiſcopum Viennenſem* apud D' ACHERIVM *tom. III. ſpicil. p. 307. nou. edit.* (*tum. V. p. 583. vet.*

(2) Ob affectatum maternum affectum erga laicos,

& gratiarum diſpenſationem,

vt magis mater quam pater eſſe videatur.

vet. edit.) idem inculcat *materni affectus* principium: *quamuis a patribus ſtatuta diligenti obſeruatione & obſeruanti diligentia ſint cuſtodienda, nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur &c.* En fundamentum egregium infinitas ex *materno ſinu* effundendi in liberos obſequentes gratias contra legem canonumque rigorem, quo licet ſæpiſſime *iugum inſupportabile* miſeris laicis impoſitum videtur, per ieiunia forſan, pœnitentias, cenſuras, aliasque legum infinitarum prohibitiones, & vincula, quæ horrent hæretici, & eccleſiæ Romanæ hoſtes in opprobrium religionis trahunt; non tamen in rei veritate hæc & ſimilia *onera dura* eſſe videntur, ſed *iugum* quoddam *lene & mitiſſimum;* eſt enim *mater eccleſia* (vt ſtylo curiæ Romanæ paulilper me accommodem, & eius voce loquar) tam *indulgens & gratioſa*, vt facile rigorem emolliat, vincula laxet, grauitatem onerum impoſitorum remittat, nec plus oneris imponat liberis ſuis fidelibus, quam ferre poſſint.

ad leniendum iugum laicis impoſitum.

§. V. Etenim, vt ex *mente curiæ Romanæ* omnia eo clarius & plenius proponam, Romana eccleſia poſſidet *theſaurum*, quem vt *indulgentiſſima mater* in bene merentes diſpenſat. Hic ipſe *infinitus* eſt, quia nullos limites habet: *immenſus*, quia omnem legum menſuram excedit: *inexhauribilis*, quia quo magis ex hoc mari hauriunt ſitientes, eo plus incrementi capit, viasque inuenit nouas, quibus prodeſſe poſſit his, qui *miſericordiam eccleſiæ, matris gratioſiſſimæ*, implorant. Non ergo demirandum, quod tam immenſa hominum copia ex hoc theſauro *ineffabilis bonitatis materæ* aliquid petat, poſtulet, capiat. Audi NICOLAVM I. *in epiſt. 20. ad Carolum Caluum* apud HARDVIN. *tom. V. conc. p. 235.* inquientem: *ad hanc ſanctam Romanam, cui Deo autore deſeruimus, eccleſiam, quæ ob ſui priuilegii principatum, quo ceteras Dei eccleſias orbe vniuerſo diffuſas excellit diuinitus, de diuerſis mundi partibus quotidie multi ſceleris mole oppreſſi confugiunt, remiſſionem ſcilicet & venialem ſibi gratiam tribui ſupplici & ingenti cordis mœrore poſcentes: a qua vero ob inſigne dilectionis meritum & debitæ compaſſionis gratiam, recti libraminis auxilium cunctis fide petentibus intentione tribuitur atque largitur.* Neque ſurdis narratur fabula: agit eccleſia, vt *pia mater*, non vt *nouerca*, gratiam ſuam effundens infinitis modis in ſibi deuotos. Audi rurſus CLEMENTEM VI. *in epiſtola* a d' ACHERIO *tom. III. p. 753. nou. edit.* relata & *anno* 1382. ſcripta: *Sedes apoſtolica, PIA MATER, animarum ſalutem deſideranter affectans, perſonis deuotis, ge-*

Dicitur enim poſſidere theſaurum infinitarum gratiarum,

quem effundit in fideles ſubditos.

generoſi ſanguinis claritate fulgentibus, libenter ſuæ benignitatis gratiam impertitur, in illis præſertim, per quæ ſalus huiusmodi veriſimiliter creditur profutura. Audi porro EDVARDI II. Regis Angliæ confeſſionem, quam ad CLEMENTEM V. *anno 1308.* ſcribens edidit, apud RYMERVM *in act. publ. tom. III. p. 90.* *Sacroſancta Romana eccleſia ex affluentis benignitatis affectu, velut MATER PROVIDA, & gubernatrix auida filiorum ad regnum, & terras ac progenitores noſtros & regni & terrarum incolas earundem, ſicut ad filios prædilectos ſemper direxit MATERNAE CONSIDERATIONIS intuitum &c.* Neque theſauro immenſæ benignitatis *ſpiritualis* pariter ac *temporalis* deſtituitur. Semper in promtu habet *mater eccleſia*, vnde aliquid ſibi deuotis & ſupplicantibus elargiatur. Ad eam pertinet *plena & libera diſpoſitio omnium bonorum eccleſiaſticorum ex ſuæ poteſtatis plenitudine, clem. 1. in f. vt lite pendente, atque ſecundum plenitudinem hanc poteſtatis de iure poteſt ſupra ius diſpenſare. c. 4. X. de conceſſ. præb. & eccleſ. non vac.* Quid ergo mirum, quod in gratiis dandis hæc *pia mater* adeo prodiga eſſe ſoleat, vt ſingulorum deſideriis, etiam non adeo probatis, ſatisfaciat. Plena enim *gratiarum* eſt: huc atque illuc ſeſe diffundit, quia nulla lex ipſi ſcripta, nulli termini ei poſiti, & nemo poſſeſt dicere: *O mater! mater! quid facis?* Accipe PII V. teſtimonium in propria cauſa, quod *in bulla* apud LARREVM *tom. II. hiſtor. Angl. p. 192.* ſibi dicit: *PIVS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei &c. ille qui regnat in cælo & in terra, dedit S. Petro, principi Apoſtolorum, omnibusque eius ſucceſſoribus regimen eccleſiæ catholico-apoſtolicæ, extra quam nulla eſt ſalus, cum abſolutiſſima nullisque inclusa limitibus poteſtatis atque iurisdictionis plenitudine. Ipſum conſtituit SVPREMVM MONARCHAM IN OMNES NATIONES, ad eradicandum, deſtruendum, diſſipandum, plantandum, ædificandum.* Crederes, audire non *matrem liberis blandientem*, ſed *nouercam*, imo tyrannum, fulmina ſua vbique vibrantem, & terrore panico omnes mundi angulos implentem. Verum ita decebat agere contra reginam hæreticam, rebellem, & paternis monitis irridentem.

& quidem affectu prodigo.

§. VI. Nihilominus eccleſia eſt *mater benefica* erga *fideles liberos*, *gratioſa* erga deuotos filios, atque *pia* erga obſequentes. Audi NICOLAVM I. nomine *matris eccleſiæ* ad Hermentrudam Franciæ reginam *anno 863.* ita ſcribentem: *NICOLAVS &c. Fidelium vniuerſitas gentium ex variis mundi partibus, cuiuscunque ſint ordinis vel ætatis, & ſi qua forte criminis noxæ, vel ſeniorum ſuorum formidine detinentur, ad hanc ſanctam*

Modo inuenit liberos fideles & obſequentes,

Digitized by Google

Iam omnium terrarum MATREM, ecclesiam Romanam, vt salutare percipiant remedium, recurrunt, & ab ea non solum ANIMAE, sed & CORPORIS saluationem (vt omnibus patet) humili prece suscipere precantur. Quibus multis diuinitus fulta auctoritatibus, & sanctorum patrum roborata documentis, MATERNO AMORE solamina subministrat, & SVGENDA VBERA consolationis compatiendo inferre minime recusat. vid. AVBERT. MIRAEVS *tom. I. oper. p. 133.* (*c. 13. dipl. Belg.*) Vbera hæc *matris gratiosæ* semper abundant lacte *benignitatis*, ac nequidem morte pontificis sistuntur, licet literæ super *gratia* impetrata nondum exaratæ fuerint. Ita censuit NICOLAVS V. *anno 1446* apud EVNDEM *tom. II. oper. p. 1264.* (*Supplem. P. 3. c. 154.*) *Rationi conuenit & congruit æquitati, vt ea, quæ de Romani pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu apostolicæ super illis literæ confectæ non fuerint, suum consequantur effectum.* Denique filios deuotos fouet, amat, protegit, omnique gratia prosequitur. En effatum INNOCENTII IV. in diplomate de anno 1251. apud KETTNERVM *in diplom. Quedlinburg. p. 233.* *Sacrosancta Romana ecclesia DEVOTOS ET HVMILES FILIOS ex assuetæ pietatis officio propensius diligere consueuit, & ne prauorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam PIA MATER suæ protectionis munimine confouere.* Idem testatur BONIFACIVS IX. in bulla apud EVNDEM *p. 379. apostolicæ sedis benignitas circumspecta sincere obsequentium vota fidelium fauore beneuolo prosequi consueuit, & illorum personas, quas in sua deuotione promptas inuenit & feruentes, quibusdam priuilegiis decentius decorare.* Equidem etiam imperatores, reges, principesque gratiarum suarum cumulum per priuilegia allaque benignitatis documenta in subditos effundere solent; ast hæc vberrimum demum edunt fructum, si ab ecclesia simul confirmantur, fouentur, suscipiuntur. Ita censuit BENEDICTVS III. anno 855. circa priuilegia Corbeiensia apud D'ACHERIVM *tom. III. spicil. eccles. p. 343. nou. edit.* aitque, *terrenæ reipublicæ rectores tunc demum feliciter imperare, si suis sanctionibus apostolica confœderetur auctoritas.* Licet vero (1) quandoque in hac profusione *gratiarum* excedere videatur pontifex, adeo vt in *capitul. Carolin. art. 14.* cautum sit, ne statutis antiquis capitulorum præiudicium in posterum fieri debeat durch unförmliche *gratien, rescripten, prouisionen &c.* excusabit tamen sine dubio hanc prodigalitatem curia Romana ex hoc principio, quod *materna gratia* omnia alia cedere debeant, quamuis illud Germani æquo animo non ferant. *Gratia ma-*

Quibus fugenda vbera præbere possit.

Quos amat fouet & protegit.

Licet per indirectum aliis præiudicetur,

Digitized by Google

maternæ vires plus præstare posse dicuntur, quam tot prælatorum Germaniæ iura, priuilegia, immunitates, quibus si vel maxime clades infertur, eam tamen curia Romana palliare solet sub prætextu *pietatis maternæ*. In semet vero (II) aliam legem constituendam, nec vllam *gratiam maternam* ita accipiendam esse censet, vt vel in obulo lædatur, quæ potius *plenissime* intuitu *matris* accipienda est. Ita rationes subduxit LVCIVS III. anno 1181. *in antiquit. Quedlinb.* KETTNERI *p. 199.* occasione *census* a capitulo Quedlinburgensi persoluendi, de cuius quantitate dubium inciderat: *Lucius episcopus &c. cum multam sedes apostolica vobis indulserit libertatem, & quam plurimis prædecessorum nostrorum priuilegiis gaudeatis, mirari cogimur aduersum vos & moueri, quod censum ad indicium percepte libertatis, Romane ecclesie debitum, deminuitis, & cum in iisdem priuilegiis sit expressum, quod libram argenti Romano pontifici annuatim tribuere debeatis, vos non nisi marcam vultis exsoluere, libram ibi marcam debere intelligi asserentes.* En ingrati animi crimen erga piam matrem! quæ soli sibi tribuit potestatem priuilegia gratiosa interpretandi, ne alioquin sibi præiudicent. Pergit enim: *non debetis aliquatenus ignorare, quod vbi scrupulus aliquis aut dubitationis in priuilegiis Romane sedis emergat ambiguitas, illa per nullum nisi per Romanum pontificem exponenda.* Denique (III.) quandoque vela retrahenda, nec quiduis *contra* ius indulgendum ex *materno affectu* censuit *mater pia* æque ac *prudens*, si iustas aliter procedendi causas in promtu habuit. Tunc enim *velamen iustitiæ*, quæ læsionem iuris alterius non permittit, obmouendum, illudque, quod IOANNES in bulla *de anno 1317.* apud RYMERVM *tom. III. act. publ. Anglican. p. 633.* asseruit, allegandum fuit: *quanquam enim supra ius positi sumus a iure seculi, non ignoramus tamen, eo magis nos obseruationi iustitiæ apud dominum obligatos, quo de maiori potestate percepta rationem reddere tenemur eidem.* Optandum foret, si ex vero omnia, non vero ex *curia Romane* principiis, ex quibus hactenus philosophatus sum, trucinó, vt hæc aurea verba, cedro digna, Vaticano in perpetuam rei memoriam inscriberentur.

Modo nullum Ecclesiæ Romanæ inferatur damnum.

Quod nec in minimis tolerat.

Et hinc gratias interpretandi ius sibi reseruat.

§. VII. Eo vberior autem est matris ecclesiæ infinitarum gratiarum profusio per vniuersum orbem christianum, quod in quibuscunque ecclesiis infinitas occasiones habeat, eas in bene meritos fidelesque erogandi. Ab aliquot seculis enim principatum vniuersalem in omnes ecclesias affectauit, obtinuitque, vt *concurrentem* in illis exercere potesta-

Hæc profusio gratiarum debetur 1) vniuersali eius imperio.

Digitized by Google

ſtatem, ac pro lubitu de beneficiis, bonis eccleſiaſticis, aliisque dignitatibus ac officiis eccleſiaſticis diſponere poſſet. Ita pronunciauit Pontifex in *c. 3. de præbend. in 6.* &, *eccleſiarum*, ait, *perſonatuum, dignitatum aliorumque beneficiorum eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcitur pontificem pertinere, ita quod non ſolum ipſa, cum vacant, poteſt de iure conferre, verum etiam ius in ipſis tribuere vacaturis.* Enim vero minora hæc ſunt, poteſtatem ſedis Romanæ vel in paucis minimisque tantum exprimentia. Longe maiora, & excellentiora ſuperſunt, ei ab Encomiaſtis tribui ſolita, quæ immenſam eius poteſtatem demonſtrant. Ipſe IOHANNES XXII. *in bulla de anno 1327.* contra quosdam hæreticos apud RYMERVM *tom. IV. act. publ. Angl. p. 317.* ſuam poteſtatem immenſam multis argumentorum phaleris exornat, & inter alia dicit: *Sicut Chriſtus dicitur ſanctus ſanctorum, Rex regum, dominus dominantium, ſic ſimilitudinarie, paſtor paſtorum, & caput capitum & fundamentum fundamentorum eccleſiæ poteſt dici Papa.* Collegerunt hæc aliaque argumenta ſedulo proteſtantes in libello *recuſationis, anno 1564.* edito, & relato ab HORTLEDERO *lib. I. c. 47. p. 697.* quo cauſas adduxere, ob quas concilio Tridentino intereſſe haud poſſent. Pauca ex his tantum, quæ immenſam eius potentiam in cœlo & in terra deſignant, adferre lubet. Aiunt encomiaſtæ: *Papam idem habere conſiſtorium cum Deo, & idem tribunal cum Chriſto: ei commiſſam eſſe totam machinam ſpiritualem, & theſaurum omnis dignitatis eſſe in eo: eum eſſe quoddam numen, quaſi viſibilem quendam Deum præ ſe ferens: ei eſſe traditam omnem poteſtatem in cœlo & in terra: eum eſſe omnia & ſuper omnia: dominum dominantium: Chriſtum domini: eum habere diſpoſitionem omnium eccleſiarum, beneficiorum, & particularium rerum: eum poſſe facere in terris, quæ Deus in cœlis: Deum omnia ſub pius pedibus ſubiecciſſe: ei omnia licere: neminem illi parem eſſe niſi Deum: eum poſſe rem uni auferre & alteri dare, eum eſſe cœleſtis aulæ ſanctorum: tantam eſſe ſublimitatem eius, tantam præeminentiam, tantamque immenſitatem, vt nullus mortalium nedum comprehendere aut ſatis exprimere, ſed ne cogitare poſſit.* In ipſo *concil. Lateran. V. anno 1514. ſeſſ. 9.* ANTONIVS PVCCIVS orationem præſente LEONE X. habuit, in qua ad pontificem præſentem traxit hæc verba pſaltis: *adorabunt eum omnes gentes, omnes gentes ſeruient ei.* Addit poſt pauca: *Principes regesque haud ignaros eſſe, omnem Pontifici uni in cœlo & in terra traditam a Domino poteſtatem, vt non ſpiritualibus tantum viris, ſed terrenis*

2) immenſæ potentiæ in his terris.
3) diuinitati papali.

Digitized by Google

renis quoque huius ſeculi poteſtatibus in cauſa communis boni iuſt dicere non pertimeſcat. Vid. HARDVIN. *tom. IX. concil. p. 1763.*

Pro hac liberalitate aliquid ei largiendum,

§. VIII. Quæ cum ita ſint, (id quod quidem ſub pœna hæreſeos credendum) quis dubitaret, eum poſſidere immenſos theſauros in *cœlo* & in *terra*, in his erogandos liberaliter, qui deuotam in ſedem hanc ſupremam gerunt mentem. Equidem IO. ANDREAE olim dixiſſe fertur: *magnam eſſe ſedis apoſtolicæ liberalitatem, quæ pro modico plumbo maximam molam auri exigit*, & PETRVS BLESENSIS *epiſt. 41.* ad HENRICVM II. Anglorum Regem ſcribens ſimilia tradidit: *nuncii veſtri a Romana curia redierunt, exonerati quidem argento, onerati plumbo.* Denique STEPHANVS abbas S. Genovefæ Pariſienſis *epiſt. 165.* rogans Waldemarum epiſcopum Sleſuicenſem, vt aliquid ei mittat in ſubſidium reparandæ eccleſiæ, hæc ſubiungit: *quo plumbum emamus, non Romanum ſed Anglicanum, quoniam ANGLICO plumbo teguntur eccleſiæ, nudantur ROMANO.* Enim vero qui tales argutias in medium proferunt, vim *plumbi Romani* non *phyſice* ſed *ſpiritualiter* diiudicandam, ignorant, cum *plumbum* hoc *ſpirituale* ſit, omni auro longe carius habendum. *1 Cor. XI, 11.* Regula vulgata, *gratis accepiſtis, gratis date*, ad Petri apoſtolatum pertinet, non ad hodiernum imperium ſacrum, vti nec *paupertas apoſtolica* hereditaria eſſe debuit, minus conueniens Petri ſucceſſoribus, qui regio victu atque cultu ætatem agunt. Neque hoc ſine ratione, ſed imprimis propter hæreticos, vt aſtute videtur obſeruaſſe Ieſuita SYLVESTER PETRA SANCTA *in not. ad epiſt. Molinæi c. V. p. 53. ſeq.* adductus a Dn. CYPRIANI im Uhrſprung und Wachsthum des Papſtthums *c. 18. p. 487.* *Hæretici vellent, vt quemadmodum olim S. Petrus, ſic pontifex iam iuxta pauperem nauiculam ſua reficeret retia, laboraret tota nocte, & nihil caperet: poſtea inopem aggreſſi in mare ipſum vna cum nauicula protruderent mergerentque. Diuitiæ ſi circa ſementem diſponuntur, inſtar ſepis impediunt, ne ſingularis ferus, nempe Lutherus aliquis aut Caluinus, depaſcatur eam.* Ita ex ſectæ ſuæ principiis non potuit non philoſophari Ieſuita, optime conſcius, hoc ſub principio regnum Ieſuitarum magnopere profeciſſe, quidni ergo ſub eo proficeret regnum illud vniuerſale Romanum? Olim quidem IVVENALIS *Sat. VI. v. 294.* ita cecinit:

aurum pro plumbo,

cuius plumbi magna virtus.

aurum vero matri eccleſiæ vtile.

Nullum crimen abeſt, facinusque libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit.

Sed forſan hæc obiurgatio tantum mores *gentilium* pungit, non trahenda

ad curiam christianam Romanam, vbi valere debet illud LVCANI *lib. I.*

quod suasisset egestas,
Vile nefas.

§. IX. Thesauri hi *gratiarum celestium* & *terrestrium* sedulo custodiuntur a *summo clauigero*, pontifice Romano, qui ideo *claues* gerit, vt non tantum *custodiat* & *recludat* conditorium, in quo hæ gratiæ sunt depositæ, sed eas etiam pro lubitu dispenset in sitientes & gratos. Neque enim nudus huius thesauri *custos* aut *præfectus*, sed etiam *dominus* est, & ita vt bonus paterfamilias *de suo* erogat, quod erogat, atque ideo solus *claues*, hunc thesaurum occludentes & recludentes, gerit. *Quamuis enim non solus Petrus accepit claues, solus tamen in plenitudine suscepit, vtpote aliorum princeps & caput. Ob quam prærogatiuam solus Petrus cum clauibus depingitur, solus Petrus de collatione clauium a Christo sibi facta in ecclesia inter ceteros præcipue commendatur.* Hæc est philosophia 10. a TVRRECREMATA apud HARDVIN. *cit. l. p. 1255.* ad gustum aulæ Romanæ admodum composita. Tempore LEONIS I. in numismate PETRVM exsculptum fuisse, ex cuius humeris dependebant *claues*, expresso nomine pontificis in altera parte, docet BARONIVS *ad ann. 461. n. 12.* depicto ipso nummo. Addit, hoc per allusionem ad vaticinium prophetæ fuisse factum: *dabo clauem domus Dauid super humerum eius, & aperiet, & non erit, qui claudat, & claudet, & non erit, qui aperiat!* Quamuis vero BARONIVS in eo fallat, quod nummum hunc LEONI I. tribuat, tribuendum potius LEONI IX, seculi XI. pontifici, vt demonstrat PAGI *in crit. ad Baron. c. 12.* & ita hæc philosophia crassa magis ad eius tempora quadret; liquet inde tamen, circa hæc tempora claues iam designasse potestatem *aperiendi* & *occludendi* thesauros regios, ecclesiæ putatiue commissos, cum ab his temporibus, potentia pontificum in immensum extensa, occasionem nacti fuerint, contra quascunque leges infinitas *gratias* elargiendi, vt potentiam suam contra aduersariorum tela his ipsis corroborarent. Alioquin negari nequit, hoc dogma iam LEONE XI. antiquius esse, quia NICOLAVS I. *in c. 1. D. 22.* iam docet, *beato Petro æternæ vitæ CLAVIGERO, terreni simul & cœlestis imperii iura commissa fuisse;* quod autem Petro concreditum, id non potest non quoque successoribus datum existimari. Imo, si credere fas est, iam LEO III. a quo CAROLVS M. vnctus & imperator salutatus est, huius gratiæ diuinæ, quam in thesauro suo reconditam habuit, singulare edidit specimen, ostendit-

Thesauri spiritualis custodia penes pontificem, imo & dominium.

Inde claues solus gerit.

Leonis IX. nummo expressos.

Quibus aperit & occludit thesaurum,

etiam fatente Nicolao I.

& Leone III

Digitized by Google

que, clauibus ſuis ſe CAROLO aperuiſſe aditum ad ſolium imperiale, & theſauro eccleſiæ omnem quoque terrenam poteſtatem contineri. Ita cenſuit NICOLAVS ALEMANNVS *in diſſert. hiſtor. de pariet. Lateranenſibus,* & *ex tabula antiqua Lateranenſi*, in qua LEO & imperator CAROLVS ſub pedibus PETRI, tres claues in ſinu gerentis, repræſentantur, hiſtoriam translati a pontifice imperii in CAROLVM illuſtrauit. Imprimis *c. 14.* vim probationis præcipuam ponit in tribus clauibus in ſinu Petri, & *clauis duplex*, ait, *ligandi ſcilicet ſoluendique auctoritas, penes alios etiam eſt eccleſiarum antiſtites; facultas vero ſecularia ad religionis amuſſim dirigendi, rerumque publicarum ſtatum temperandi & ad chriſtianæ pietatis cenſuram regna & imperia moderandi, apoſtolica plane eſt, & ſumma eccleſiaſtica poteſtas: quæ licet a ligandi ſoluendique poteſtate proficiſcatur, illi tamen iure ſolummodo competit, qui vnus omnium eſt pater, cenſor religionis, ac bene beateque viuendi magiſter. Is ergo cum Romanus ſit pontifex, eius ſane fuerunt partes, ad regendum imperium, quod a religione iam aberrarat, & pietatis præceptoribus, Romanis pontificibus, bellum indixerat, hominem deſignare, qui & religionis & eccleſiæ Romanæ, religionis magiſtræ, cauſa omnia vellet.* Habet ergo tantum Petrus *triplicem clauem*, reliqui præſules *duplicem*, & quamuis collectores *Actorum SS. ad d. XII. Iun. in vita Leonis III. p. 583.* obſeruent, ſæpe etiam PETRVM cum vna vel duabus clauibus pingi, forſan tamen myſterium hoc NICOLAI ALEMANNI non ſimpliciter reiiciendum eſt, cum e re eccleſiæ Romanæ ſit, omnia corradere, quæ *theſaurum* hunc immenſum eccleſiæ augent, amplificant.

Qui ex hoc theſauro in Carolum M. imperium transtuliſſe fingitur.

§. X. Quemadmodum itaque ex hoc *theſauro in exhauribili* infinitæ gratiæ in vniuerſum orbem defluunt, ita æquum eſt, vt orbis terrarum theſauri quoque in vrbem refluant, more antiquo, quo omnes gentes opes ſuas vndequaque Romano populo obtulerunt. Equidem vitium inde rempublicam contraxiſſe, auctor eſt LVCANVS *lib. I. pharſal.*

Non iniquum ergo eſſe videtur, vt pro theſauro cæleſti defluant theſauri mundi huius in curiam Romanam.

Namque vt opes nimias mundo fortuna ſubacto
Intulit, & rebus mores ceſſere ſecundis,
Prædaque & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ
Non auro, tectisque modus.

Idem cenſuit FLORVS *lib. III. c. 12. n. 7. illæ opes atque diuitiæ afflixere ſeculi mores, merſamque vitiis ſuis, quaſi ſentina, rempubl. peſſundedere.* Conf. PLINIVS SECVNDVS *lib. IX. hiſtor. nat. c. 58.* MEVRSIVS *de lu-*

xu

u Romanor. c. 1. KOBIERZYK. *de luxu Roman. c. 1. & 2.* Aſt talis corruptio forſan haud concipienda eſt de Romanæ curiæ moribus, *theſauros terrarum*, vndequaque oblatos, compenſandi *theſauris eccleſiaſticarum gratiarum*, illis longe præferendis, ſicuti ſpiritualia antecellunt emporalia. *c. 1. extrau. comm. de maiorit. & obed.* Si quis ergo cum ERSIO *ſat. II. verſ 69.* quærat;

Dicite pontifices, in ſancto quid facit aurum?

eſponſio in promtu eſt; plus ſcilicet id præſtare *in ſancto*, quam in *rum palatiis.* Seculum XIII. imprimis feraciſſimum fuit, immenſosque theſauros eccleſiæ Romanæ peperit, occaſione *gratiarum*, a curia Romana indultarum. Ingenua id docet confeſſio CONRADI abbatis Vrſpergenſis *p. 321.* circa initium ſeculi XIII. in hæc erumpentis verba: *Gaude MATER NOSTRA ROMA, quoniam aperiuntur cataractæ theſaurorum in terra, vt ad Te confluant riui & aggeres nummorum in magna copia.* Quia vero ex impetratis gratiis multitudo litium erecebat, quæ curiæ Romanæ autoritate ſopiendæ erant, inde pergit: *Lætare ſuper iniquitate filiorum hominum, quoniam in recompenſatione tantorum malorum datur tibi pretium. Iocundare ſuper adiutrice tua diſcordia, quia erupit de puteo infernalis abyſſi, vt accumulentur tibi multa pecuniarum munera. Habes quod ſemper ſitiſti. Decanta canticum, quia per malitiam hominum, non per tuam religionem, orbem viciſti. Ad te trahit homines, non ipſorum deuotio aut pura conſcientia, ſed ſcelerum multiplicium perpetratio & litium deciſio pretio comparata.* En cauſam tot prodigalitatum in erogatione theſauri *& eccleſiaſtici & terreſtris.* Ille neceſſarius his fuit, qui deliquerant, vt pœnitentiam redimerent, qua redemtione replebatur theſaurus temporalis eccleſiæ. Beneficiorum profuſiſſima collatio hominum malitiam, ad diſcordiam, inuidiam & nuaritiam pronam, prouocabat, vt infinita dubia prouiſis moueren, quæ tamen facile ſolui poterant, ſi aperirent theſauros ſuos, qui auxilio eccleſiæ Romanæ indigebant. Conf. ANTON. MATTHAEI *in anal. vet. tui tom. 1. p. 168. nouiſſ. edit.*

Quod ſeculo XIII. imprimis contigit, ex teſtimonio Conradi Vrſpergenſis. cuius cauſa refertur.

§. XI. Equidem non omnes, rigidiores maxime, qui *theſauri terreſtris* virtutes ſingulares ignorabant, morem hunc eccleſiæ Romanæ probabant: quidam etiam atro carbone notabant, inter quos referendus OANNES SARISBVRIENSIS, epiſcopus Carnutenſis *in polycrat lib. VI. . 24.* referens ſuum cum HADRIANO IV. colloquium, in quo ſciſcianti, quid homines de eccleſia ſentirent? paulo liberius aperuit hominum de ſtudio curiæ huius augendi theſauros iudicium: *Romana eccleſia,*

Quidam tamen ſiniſtre iudicarunt de theſauri terreſtris corrafone.

Digitized by Google

Ecclesiam novercam non matrem dicentes,

populum admodum gravantem

pro pretio,

cleſia, aiebat, *quæ MATER omnium eccleſiarum eſt, ſe non tam MATREM exhibet aliis, quam NOVERCAM. Sedent in ea Scribæ & Phariſæi, ponentes onera importabilia in humeros hominum, quæ digito non contingunt. Dominantur in clero, nec forma fiunt gregi, qui recto calle pergit ad vitam; pretioſam ſuppellectilem congerunt, auro & argento onerant menſas, ſibi etiam ab auaritia nimis parci. Nam pauper aut nullus aut raro admittitur, quem interdum non tam Chriſtus quam vana gloria introduxit. Concutiunt eccleſias, lites excitant, collidunt clerum & populum: laboribus & miſeriis afflictorum nequaquam compatiuntur: eccleſiarum lætantur SPOLIIS, & QVAESTVM omnes reputant pietatem. Iuſtitiam non tam veritati quam PRETIO reddunt, omnia namque cum PRETIO hodie, ſed nec cras aliquid ſine PRETIO obtinebis. Nocent ſæpius & in eo Dæmones imitantur, qui nunquam prodeſſe putantur, quam cum nocere deſiſtunt, exceptis paucis, qui nomen & officium paſtoris implent. Sed & ipſe Romanus pontifex omnibus grauis & fere intolerabilis eſt. Præterea omnes arguunt, quod ruentibus & collabentibus eccleſiis, quas patrum conſtruxit deuotio, altaribus quoque incultis, palatia exſtruit, & ipſe non modo purpuratus, ſed deauratus incedit. Palatia ſacerdotum ſplendent, & in manibus eorum ſordidatur Chriſti eccleſia. Prouinciarum DIRIPIVNT SPOLIA, AC SI THESAVROS CROESI STVDEANT REPARARE.* Hæc erant iudicia *vulgi*, plebis (ex iudicio cleri) ineptæ, quæ tolerare non poterat mores clericorum, ſuis contrarios. Et quamuis THOMAS Cantuarienſis in *epiſt. ad Archiep. Mogunt.* ſcriberet, *matrem Romam factam eſſe meretricem, & pro mercede proſtitutam;* hoc tamen inclementius iudicium pauci ſecuti ſunt, ſed ſuo reliquerunt autori.

imo matrem eccleſiam eſſe factam meretricem.

Verum alii exaltationem eccleſiæ propugnarunt

ex captura Petro demandata,

§. XII. OTTO, Friſingenſis Epiſcopus *lib. IV. chron.* non obſcure credidit, magis placere Deo illius temporis *exaltationem, quam priorem humilitatem.* En vero egregium huius ſententiæ argumentum, deſumtum ex Chriſti ſermone ad Petrum: *Duc in altum, & laxate retia veſtra in CAPTVRAM.* Hæc *captura* ſine dubio præfigurauit *theſauros orbis*, quos in altum aſcendendo, & retia ſua laxando, collecturus eſſet quondam Petri ſucceſſor. *Retia* quid aliud ſunt, quam theſaurus *gratiarum eccleſiaſticarum* publice expoſitus, laxatusque, quibus piſces, h. e. *fideles* & *deuoti*, in proprium eorum, vt aiunt, commodum, capiuntur? Scio quidem, IOHANNEM XXII. *in bulla de anno 1327.* apud RYMERVM *tom. IV. act. publ. Anglic.* paulo aliter hæc verba explicuiſſe; ſed quid

Digitized by Google

quid impedit, quo minus varii sensus mystici ex hoc facto deduci queant? Prouoco ad INNOCENTIVM III., qui in hunc fere sensum, quem antea dedi, quoque hæc verba expoluit *serm. II. in fest. S. Petri.* *Altitudo maris istius, de qua Christus inquit ad Petrum: duc in altum, est Roma, quæ primatum & principatum super vniuersum seculum obtinebat & obtinet, quasi diceret: Vade Romam, & te cum tuis transfer ad vrbem, & laxate ibi retia ad capturam.* Cur non vero etiam alii Episcopi, exemplo Romani, laxârent retia ad capturam? Quod Petro dictum, aliis quoque imperatum. Inde non mirandum, ceteras quoque ecclesias thesauros collegisse infinitos. Graues querelas VDALSCALCVS *in narrat. controu. inter Herm. & Eginon.* apud CANISIVM *tom. III. lect. antiqu. P. 2. p. 10. nou. edit.* BASNAGII, mouet contra Moguntinum Antistitem, quod *ecclesia sanctæ Dei genitricis INFINITO per eam THESAVRO* priuata fuerit, quem tamen custodire debuerit.

teste Innocentio III.

quæ captura etiam aliis episcopis commendata.

§. XIII. Aperui generatim fontes *thesauri* vtriusque, tum *spiritualis*, quem dispensat mater ecclesia in fideles & deuotos sibi subditos: tum *terrestris*, quem vt *pia mater* vndequaque recipit, & melioribus vsibus applicare dicitur. De his non ero sollicitus, vtpote qui *gratiæ ecclesiasticæ* accepto ferendi non sunt, vtut eam prouocent, facilem reddant, eliciantque. Illorum tantum genera varia tradam, quæ, licet infinita sint, ad hæc tamen summa possunt reduci capita. Scilicet (I.) ex hoc *thesauro gratioso* pariter ac *infinito* depromuntur & distribuuntur *indulgentiæ*, quæ imprimis in *Gazophylacio spirituali* condi creduntur: (II.) *Dispensationes* & *relaxationes* a rigore legum ecclesiasticarum, quibus *gratiose* infinita onera remittit, atque ea permittit, quæ legibus ecclesiasticis aduersantur: (III.) *redemtiones* & *liberationes* a nexu pactorum, votorum, iuramentorum similiumque obligandi modorum, quibus propria voluntate quis sese obstrinxit, sed cum aliquo incommodo, onere, vel detrimento, quod auertere intendit: (IV.) *priuilegia, exemtiones*, aliaque *iura singularia*, quibus *gratiam* singularem diffundit in eos, quos gratiose amplectendos esse iudicat: (V.) *confirmationes* quorumcunque negotiorum, iurium, & rerum possessarum, quibus *robur gratiosum* iis conciliant: (VI.) *collationes beneficiorum*, & concessiones *gratiarum expectatiuarum* ac *pensionum*, quibus hoc *gazophylacium* abundat, & sitientibus satisfaciat cumulatissime: (VII.) *Distributiones regnorum & imperiorum*, quæ male merentibus auferre, & in bene merentes transferre potest, quia ecclesia constituta est super *regna* & *gentes*, & arbitrium re-

Septiformis gratia, quæ ex hoc thesauro dispensatur

Cuius species referuntur.

Digitized by Google

numerus gratiarum mysticus.

rerum cœlestium & terrestrium sibi vindicat. Subsisto in *numero septenario*, vtpote qui *mysticus* & singulariter priuilegiatus est, vt *septem ordines*, *septem sacramenta* aliaque indicant, adeo vt hic *sacer numerus* quoque imperio nostro sacer credatur ex mente *A. B. proœm.* argumento a *septem candelabris Apocalypticis* desumto. Rectius forsan verba A. B, mystica ad hanc *septiformem gratiam ecclesiasticam* transposueris, dicendo ex mente curiæ Romanæ, per hanc, velut *septem candelabra lucentia*, *sacrum illuminari imperium*, quod *ecclesia* per vniuersum orbem exercet vt mater *pia indulgentissima*, & *gratiosa*.

(I.)
DE INDVLGENTIARVM GRATIA.

Prima gratia est thesaurus indulgentiarum,

§. XIV. Primus & primarius *thesaurus*, *matri ecclesiæ* commissus, constituitur in *superabundante cumulo meritorum Christi & sanctorum*, cuius *dispensatio* concredita & data esse dicitur Apostolis, eorumque successoribus, quæ *indulgentias* produxit. Audiamus traditionem scholasticam de hoc *thesauro*, vnde remissionis pœnarum compensatio, Deo facienda, hauriatur, quam primus detexisse videtur seculo XII. RAYMVNDVS, plenius excoluisse ALBERTVS M. & magnificentissime exornasse THOMAS AQVINAS, obseruante MORINO *de sacram. pœnit. lib. X. c. 21.* Eandem repetiit imo autoritate pontificali roborauit sententiam CLEMENS VI. *in c. 2. extr. comm. de pœnit. & remiss.* vbi *thesaurum* hunc floseulis hisce depingit: *Quantum ergo exinde*, (ex meritis Christi) *vt nec superuacua*, *inanis*, *aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur*, *THESAVRVM ecclesiæ militanti acquisiuit! volens suis thesaurizare filiis pius pater: vt sic sit INFINITVS THESAVRVS hominibus*, *quo qui vsi sunt*, *Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem THESAVRVM non in sudario repositum*, *non in agro absconditum*, *sed per beatum Petrum*, *cœli clauigerum eiusque successores*, *suos in terris vicarios commisit*, *fideliter & salubriter dispensandum*, *& propriis & rationalibus causis*, *nunc pro totali nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis*, *pro peccatis debitæ*, *tam generaliter quam specialiter* (*prout cum DEO expedire cognoscerent*) *vere pœnitentibus & confessis misericorditer applicandum.*

repletus merito Christi infinito,

Thesaurus ergo hic abundat *merito Christi* infinito & *inconsumtibili*, vt postea additur. Eius monopolium primarium accepit PETRVS, cui claues regni cœlorum commissæ, non Paulus, *cui magisterium ecclesiasticæ eruditionis iniunctum*. Per Petrum idem *monopolium* exercent eius successores seu vicarii, quod in *dispen-*

Digitized by Google

liſpenſatione horum meritorum in fideles conſiſtit. Ceteri epiſcopi quidem etiam *ſecundum quid* huius gratiæ dispenſatores ſunt, ſed ex *eneficio Pontificis*, a quo in adiutorium huius diuini muneris vocantur & conſtituuntur. *Datæ enim ſunt claues perpetuæ Petro, a quo totius uris eccleſiaſtici pulchritudo manauit*, vt aiunt patres *concilii Viennenſis le anno 1267.* apud CANISIVM *tom. IV. P. I. lect. antiqu. p. 82. edit. Basag.* Licet vero hic *theſaurus* meritorum Chriſti ſit *infinitus & immenſus*, adhuc tamen cumulum & incrementum accipit ex *meritis ſanctorum* iuxta mentem CLEMENTIS VI. ita *cit. l.* pergentis: *ad cuius quidem theſauri cumulum B. Dei genitricis omniumque electorum a primo iuſto usque vltimum merita adminiculum præſtare noſcuntur, de cuius conſumptione ſeu minutione non eſt aliquatenus formidandum, tam propter infinita Chriſti merita, tam pro eo, quod quanto plures ex eius applicatione trahuntur ad iuſtitiam, tanto magis accreſcit ipſorum cumulus meritorum.*

per Petri ſucceſſores diſpenſandus,

& meritis ſanctorum auctus.

§. XV. Sicuti vero inſtitutum præſens non patitur, vt de *indulgentiarum origine & ſatis* hic agam, quorum explicatione defunctus ſum *ad tit. de pœnit. & remiſſ.* ita memor ſcopi, quem mihi in hac diſſertatione propoſui, duntaxat *gratiam* illam immenſam, quam ſub *indulgentiarum* nomine omnibus commendare ſolent, paucis delineabo, vt intelligant omnes, quam *gratioſa mater* ſit vel vulgo credatur eſſe eccleſia. Hunc in finem ſupponendum fuit, peccata hominibus non aliter remitti poſſe atque expiari, niſi *pœnis* impoſitis, quas vel ſacerdotes imponunt, vel iuſtitia diuina exigit: has vero in hac vita penitus exſolui non poſſe: luendas adhuc plures culpas eſſe per ſtata tempora poſt mortem in *purgatorio*, niſi redimantur per *indulgentias* a viuentibus: ſolutionem illarum pœnarum, quæ pro peccatis debentur, ſumi ex theſauro illo, quem modo indigitaui, & per indulgentias applicaui hominibus, qui eas vel *pecunia* vel aliis *operibus* redimunt. Vnde definiunt *indulgentiam*, quod ſit *pœnæ relaxatio, quam quis iuſte pro culpis propriis facere debuiſſet, de theſauro eccleſiæ, ad diuinam iuſtitiam perſolendam, ſumta.* vid. CHEMNITIVS *in exam. concil. Trid. P. IV. loc. p. 70. ſqq.* Ne vero hæc *gratia* eccleſiæ ſubtrahatur, id quod iam olim tentarunt Bohemi, eius defenſionem & patrocinium ſuſceperunt patres concilii Baſileenſis, & inter hos AEGIDIVS CARLERIVS *in orat. de corrigendis peccatis publicis* in laudato concilio contra Bohemos habita, quam exhibet CANISIVS *in lect. antiqu. tom. IV. p. 566. edit. Basnag.*

Vnde effluit infinita gratia

pro pœnis in hac & futura vita redimendis,

omnibus modis defendenda,

Digitized by Google

per argumenta Carleriii.

Basnag. Inter alia conceptum eius quærit in *relaxatione pœnæ debitæ. Sed*, addit, *quia oportet, vt saluetur diuina iustitia, & qui peccauit, quia debitor est, soluat, & vt alius satisfaciat pro eo, per indulgentiam pœna peccatorum relaxatur ex hoc, quod merita alterius isti applicentur.* Si ais: vbi sunt hæc *merita* aliorum, quæ peccatoribus applicari possunt, vt per ea iustus euadat? Respondet, *in ecclesia esse THESAVRVM MERITORVM CHRISTI & ECCLESIAE & SANCTORVM.* Probat hoc in sequentibus, & (1) passionem Christi non tantum satisfeciſſe pro culpa primi parentis, sed etiam excessisse debitum, quo Adam erat obligatus pro peccato suo. *Illud vero*, pergit, *quod vltra debitum solutum est, remanet in thesauro ecclesiæ.* (2.) *Fides etiam ecclesiæ & caritas eius merentur multum.* (3.) *Sancti præterea, qui supererogarunt his meritis, cumulauerunt & merita, & hi omnes in Gazophylacio spirituali ecclesiæ reposuerunt: ex his ergo constat meritorum ecclesiæ thesaurus.*

Quod sancti vltra debitum quid præstiterint.

§. XVI. Audiuimus, meritis sanctorum insigne incrementum huic thesauro accedere. Hæc res vt eo clarior euadat, supponendum est ex sententia Romanæ ecclesiæ, sanctos *vltra debitum* satisfeciſſe, atque hoc ipsum, quod *vltra debitum* soluerunt, conditorio hoc ecclesiastico custodiri, in hunc finem, vt in eos, qui aliorum meritis in satisfactionem peccatorum suorum indigent, erogetur, atque haberi debeat, ac si ipsimet his meritis, ex *thesauro ecclesiastico* redemtis, satisfecerint.

Quod illustrat Passerinus.

Non intempestiuum erit, hoc dogma ex PETRI MARIAE PASSERINI *tractatu de indulgent. qu. 4.* illustrare. *Negari non potest*, ait §. 15., *quod in sanctis quam plura fuerunt opera pœnalia & passiones virtuose & voluntarie propter Deum susceptæ, quæ passiones & opera cum habuerint maximum valorem & efficaciam ad satisfacieudum, nihilominus nullum habuerunt effectum & superabundarunt. Sic enim in veteri testamento verisimile est, innocentem Abel post sanctissima opera iniustam mortem sustinendo vltro suorum peccatorum debitum satisfeciſſe. - - In nouo autem testamento beatissima virgo DEI mater, quæ numquam peccauit, & nihilominus quam plurima passa fuit, & cuius animam gladius pertransiuit, pro se ipsa non satisfecit, cum nullum debitum contraxerit. Ex aliis etiam iustis, qui vel numquam peccauerunt mortaliter, sicut Ioannes baptista, vel si aliquando peccauerunt, nihilominus post peccatum per quam plures annos innocenter viuendo in magna vitæ asperitate vixerunt, procul dubio vltra debitum diuinæ iustitiæ satisfecerunt. Et sic*

ex

Digitized by

x illorum operibus quam plurima remanſerunt, quæ in illis effectum ſatis-
ziendum non habuerunt. - - Ex ſuperabundantibus ergo ſatisfactio-
ibus ſanctorum ditatur eccleſiæ theſaurus. Denique § 16. hoc declarat,
e iniurius in Chriſti meritum eſſe videatur, dicendo, Chriſtum ſolum
os redemiſſe, & ſolum pretium redemtionis noſtræ dediſſe atque me-
uiſſe gratiam, ſed *propter hanc opera ſanctorum habere virtutem ſatisfa-*
iendi & pro ſe ipſis & aliquo modo pro aliis.

§. XVII. Aperui *theſaurum gratiarum eccleſiaſticarum* immen- Tria ſuppoſita
im. Sed adhuc tria ſunt ſupponenda, quæ effecerunt, vt hic *indulgen-* eccleſiæ Ro-
iarum theſaurus infinitos adoratores acceperit. Aiunt: (I.) eum eſſe manæ.
ommunicabilem atque diſpenſabilem, vt inde ſatisfactiones pro peccatis
rogari poſſint: (II.) olim fuiſſe certa *pœnitentiæ* tempora conſtituta,
oties multiplicanda, quoties reiteratum erat delictum. Pone, decem
nnorum pœnitentiam adulterio præſcriptam fuiſſe, & aliquem mille ad-
lteriis ſeſe inquinaſſe, decem mille annorum pœnitentia ſubeunda erat,
uæ cum expleri non poſſet in hac vita, poſt mortem explenda erat in
ltera vita, in purgatorio, vel ad minimum redimenda ex *theſauro eccle-*
aſtico. (III.) Tutius ex hoc theſauro peti infinitorum annorum in-
ulgentiam, quam ſi aliis mediis, olim vſitatis, tot annorum pœnitentia
ompenſetur.

§. XVIII. Primum quod concernit, eum prorſus inanem & ad 1) Quod hic
ihil profuturum aiunt, niſi *communicabilis* & *diſpenſabilis* foret, nec theſaurus
deſſent, qui cum pleniſſima poteſtate & effectu indigentibus inde ero- contineat gra-
arent gratiam, quam ambiunt. Audi AEGIDIVM CARLERIVM *cit. l.* ita tiam commu-
differentem: *In communitatibus humanis & politiis theſaurus publicus* nicabilem,
ropter duo ſolet erogari. Primum eſt, propter principis gloriam &
onorem, vt faciunt reges curiales & fecit rex Aſſuerus. Secundum
ropter communitatis neceſſitatem & vtilitatem. Nam quando læditur
ommunitas, ſtipendia & donativa proferuntur militibus, pro ea pugna- erogandam in
uris. Simili modo theſaurus eccleſiæ ab his, qui habent eum diſpen- fideles,
are, duplici cauſa debet erogari, primo propter DEI gloriam & ho-
orem, qui per multa relucet in ſanctis eius; honorantur autem ſancti
n conſtructione baſilicarum & commemoratione virtutum ſuarum, per
ermones & prædicationem ſanctam. Secunda cauſa propter commu-
em vtilitatem eccleſiæ, vt eſt defenſio terræ ſanctæ, defenſio fidei, &
imilia; pro iſtis cauſis in genere theſaurus eccleſiæ per indulgentias
ommunicatur. Sub tribus tamen conditionibus duntaxat diſtribui debet:

Digitized by Google

vt ſit in conferente autoritàs: in ſuſcipiente caritas: in cauſa, mouente ſcilicet, *pietas.* Apparet itaque, *eccleſiaſticum* regnum æque liberale eſſe debere, vt quidem *ſeculare*, tum ad *maieſtatem* huius regni oſtendendam, tum propter eius peculiare *commodum & vtilitatem.* Talis erogatio gratioſiſſima tum demum recte fit, ſi in conferente eſt *ſuprema poteſtas* diſpenſatoria: in accipiente *humillima* quædam *credulitas*, & erogatio prouocetur *pietate* quadam eccleſiæ vtili & proficua, licet hæretici hanc *ſuperſtitionem* vocare ſoleant. Suprema poteſtas in *iure clauium* quærenda, virtute cuius *eccleſia* i. e. pontifex, *multa mutauit, quæ a DEO, Chriſto, & primitiua eccleſia erant præcepta & obſeruata*, vt CARLENIVS rotunde fatetur, & exemplis illuſtrat, atque huc imprimis doctrinam de *indulgentiis* adfert. Licet ergo forſan ſit aliena ab vſu primitiuæ eccleſiæ, eſt tamen *auctoritate eccleſiæ* introducta. Et hoc ſufficit. Si tibi *clauium poteſtas* minor eſſe appareat, quam vt tam infinitam auctoritatem ſub ſe comprehendere queat, audi præfationem concilii Viennenſis anno 1267. auctoritate CLEMENTIS IV. habiti, & a CANISIO *tom. IV. lection. antiqu. p. 82. edit. Basnag.* relati: *Datæ ſunt claues perpetuæ Petro, a quo totius iuris eccleſiaſtici pulchritudo manauit, quæ ad ſingulas prouincias ob vindictam in nationibus & increpationes in populis faciendas nunc per ſummorum pontificum, nunc per ſedis Apoſtolicæ legatorum ſtatuta, tanquam per quosdam riuulos deriuantur, vt hominum quotidie creſcente malitia & effrenata cupiditate, quæ noua litigia generare non ceſſant, ſub diſtrictione virium coarctatis, diſcant honeſte viuere, altiſſimum non ledere, ius ſuum vnicuique tribuere.* En infinitum ambitum *poteſtatis clauium*, ex ſententia eorum, qui dono falli neſcio inſtructi creduntur.

per eos, qui habent ſupremam poteſtatem,

ſeu ius clauium,

cuius infinitus eſt ambitus.

§. XIX. Progredior ad alterum, quod hodie fere diſſimulari, atque ideo tradi ſolet, *indulgentias* ſolum operari veniam pœnarum, in hac vita, non in purgatorio, ſuſtinendarum, vt cenſet PASSERIN. *cit. tr. qu. 14. §. 144.:* fabulas meras eſſe, quæ de centum & mille annorum *indulgentiis* tradi ſolent: impoſſibilem eam futuram pœnitentiam, quæ vltra tempus vitæ diutiſſime ſeſe extendat. Ego vero PASSERINVM ſenſu ſuo abundare permitto, quem forſan pudor deterruit, vt mallet ea ſilentio premere, quæ tamen pontificis, falli neſcii, auctoritate fundata ſunt. En bullam BONIFACII VIII. *de anno 1295. in actis SS. d. 2. Iun. p. 166.* qua *eccleſiæ collegiatæ B. Mariæ Sendomirienſis*, deſtructæ, & ope *indulgentiarum* reſtaurandæ, has determinato tempore cir-

2) Quod effectum ſuum extendat poſt mortem, ad veniam in purgatorio lucrandam.

Digitized by Google

ircumſcriptas indulgentias conceſſit: *Apoſtolica largitione concedimus recentos ſexaginta & ſex annos vel tot, quot ſunt dies in anno de vera indulgentia cum totidem carenis. Carena autem continet in ſe triginta dies, quibus anima in purgatorio pœnitere debet, una carena delebitur.* Monaſterium Walkenridenſe plures habuit indulgentias, inter quas etiam *666. annorum venialium peccatorum* occurrunt. vid. LEVCKFELD. *in antiquit. Walkenried. p. 179.* In *hiſtor. eccleſ. ciuit. Brunſuic.* a RITHMEYERO edita n documentis ad *P. 1. & 2. p. 200.* occurrit indulgentia 230. *ann. 200. dierum & 17. carenarum.* Anno 1368. VRBANVS V. demonſtrauit populo apita Petri & Pauli, *atque dedit cuilibet perſonæ ibi exiſtenti centum annos & centum quadragenas de vera indulgentia*, vt ait ſcriptor *Italici tineris* apud BALVZIVM *in vit. Pap. aven. tom. II. p. 770.* Vides, falle- e PASSERINVM, temere aſſerentem, *in poteſtate pontificis non eſſe, directe laxare pœnas, & tempus pœnarum in purgatorio*, quod tamen facit BONIFACIVS VIII. promittendo indulgentiam 366. annorum, & totidem carenarum, & expreſſe hoc applicando ad tempus *pœnitentiæ* in *purgatorio* ſubeundæ. Illuſtrant hoc ipſum *Calendaria indulgentiarum*, in quibus determinantur ſinguli dies, lucrandis indulgentiis præfixi, & annorum infinitorum numerus, quibus laxatur pœna, quorum quinque edidit vir clariſſ. M. KAPPIVS *in collect. German.* ſcriptorum ad *indulgentiarum illuſtrationem* pertinentium *p. 537.*

§. XX. Non nego, pontifices tandem in ea forma indulgentias concedere deſiiſſe, easque tantum ad vnius vel aliquot paucorum annorum & carenarum, quibus pœnitentia in hac vita iuxta antiquos canones ſubeunda erat, reſtrinxiſſe; ſed non vniformis fuit omnium ſeculorum diſciplina, nec eadem ſemper laicorum & monachorum ſimplicitas ac ſuperſtitio. Quo magis hæc principatum tenuit, eo facilius ula Romana ſeſe ad hominum infantiam accommodauit, & eiusmodi nerces, quas captarunt, vendidit. Hoc vel ſcripta PETRI DAMIANI, maximæ auctoritatis in rebus eccleſiaſticis viri, docent, teſtanturque, eculo XI. hanc doctrinam, de *infinitorum annorum* pœnitentia ſubeunda, & variis modis commutanda, communem atque tam peruulgatam fuiſſe, vt de ea vix dubitatum fuerit. In magna tunc admiratione rat DAMIANI diſcipulus DOMINICVS *loricatus* dictus, quod ferrea lorica ad carnem indutus fuerit. Hic ipſe opinione tam inſulſa protius imbutus modum vel inuenit, vel traditum in vſum deduxit, quo tempora hæc, duriori quadam pœnitentia pro *aliis*, etiam iam de-

Quamuis circa hunc effectum non vniformis eccleſiæ doctrina fuerit.

Romæ tamen ſeculo XI. agnita.

Inde Dominici loricati diſcipline.

Digitized by Google

functis, electa, minui, & hoc in solutum quasi dari posset. Omnem fere superat fidem, quod DAMIANVS *in vita eius c. 8. (tom. II. oper. p. 212.)* vt testis ocularis refert. *Quadam die post vesperam cellulam meam ingressus (DOMINICVS) Magister, inquit, hodie feci, quod hactenus me feciſſe non memini, octo nempe psalteria inter diem & noctem modulatus expleui. Videbatur autem tunc totus vultus eius ita scopis attritus, ac sulcantibus quibusdam vibicibus liuefactus, tanquam si pila fuerit ptisanorum videlicet more contusus.* Et *c. 10.* hæc de se refert DOMINICVS: *quarta feria me vestibus exui, & armata scopis vtraque manu totam noctem ducendo peruigilem psallere ac me verberare non destiti, donec die altero decursis duodecim ex more psalteriis, die decimo tertio ad psalmum: beati quorum, vsque reptaui.* Hac methodo autem plurium annorum pœnitentiam expleri vel compensari posse ineptissime censuit. En eius sententiam in *c. 8. cit. l.* relatam: *centum autem annorum pœnitentia, sicut ipso auctore didicimus, sic expletur. Porro cum tria scoparum millia vnum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant, decem autem psalmorum modulatio, vt sæpe probatum est, mille scopas admittat, dum centum quinquaginta psalmis constare psalterium non ambigitur, quinque annorum pœnitentia in vnius psalterii disciplina recte supputantibus inuenitur. Sed siue quinque vicies ducas, siue viginti quinquies, centum faciunt. Consequitur ergo, vt qui viginti psalteria cum disciplina decantat, CENTVM ANNORVM pœnitentiam se peregisse confidat.* Ceterum modicum temporis spatium in pœnitentia C. annorum peragenda insumebat. Ait DAMIANVS: *hanc C. annorum pœnitentiam, vt mihi ipse professus est, facile sex diebus ex more consummat.* Eandem methodum, *C. annorum pœnitentiam intra paucos dies absoluendi*, etiam repetit DAMIAN. *opusc. LI. c. 8.* eamque adeo vbique approbat, vt *magister* vel ad minimum *promotor* huius doctrinæ videatur fuisse.

Promota admodum auctoritate Damiani.

§. XXI. Neque credendum est, eam ab vsu curiæ Romanæ fuisse alienam, vtpote quam formabat non tantum, sed etiam augebat, promouebat, firmabat DAMIANVS, vt dogmata eiusdem instar oraculorum plerique amplecterentur, imprimis vero monachi, vtpote quorum e re erat, infinitorum annorum pœnitentiam commimisci, vt thesauro ecclesiastico *gratiarum infinitarum* nihil deesset, quod quouis modo eius ambitum amplitudinemque, monachis admodum proficuam salutaremque, posset extendere. Interim omnino largiendum, plura contra ve-

Non caruit tamen hæc in-

rita-

Digitized by Google

itatem effecta fuisse a monachis, infinitorum annorum indulgentias suis ecclesiis vel altaribus attribuentibus, ad quas sese legitimare non pos- int. Variant etiam sæpius in numero annorum, vt vel exemplo *ecclesiæ Lateranensis* constat, obseruante celeberrimo KAPPIO *cit. l. p. 521.* liis infinitum, aliis definitum annorum numerum eidem tribuentibus. Posterius tradit IOANNES Diaconus *de ecclesia Lateranensi* apud MABILLON. *tom. II. Musæi Ital. p. 562.* quod prouidentia Apostolica sic ripartita distincta fuerit, *vt Romanis & circumiacentibus M. annorum, Tuscis & Lombardis duorum millium; sed & his, qui maria transmeare noscuntur, trium millium annorum maneat remissio peccatorum.*

finitorum annorum pœnitentia fabulis.

§. XXII. Supereſt *tertium* membrum, quod *indulgentiarum* commendat gratiam. Variis modis olim *pœnarum* compensatio instituebatur. Vidimus iam vsum *flagellationum* & *recitationum psalterii*, quibus tempora redimi posse credebantur. Præsertim vero *eleemosynis* & *exstructionibus ecclesiarum* impetrabatur hæc redemtio. Agnouit praxin hanc DAMIANVS *lib. IV. epist. 12.* aiens: *cum a pœnitentibus terras accipimus, iuxta mensuram muneris eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus.* Idem *lib. V. epist. 8. numquid non aliquando certam pecuniæ præfigunt pro annorum redemtione mensuram, vt nimirum facinora sua eleemosynis redimant, qui longa ieiunia perhorrescunt?* Adest quidem in hisce præstationibus aliqua pœnarum compensatio sed *onerosa:* gratiosior est, quæ ex *thesauro ecclesiastico* accipitur, licet conditionem quandam, de pio quodam opere faciendo, adiunctam habeat, quod tamen facile potest præstari atque exhiberi. Atque hoc quidem potissimum ex mente iuris canonici de *prima* thesauri huius *gratia* dixisse sufficiat pro instituti ratione: reliqua cum epicrisi ad *tit. de pœnit. & remiss.* reseruo.

§) Quod tutius ex hoc thesauro petatur infinitorum venia, quam aliis mediis olim etiam visitatis, veluti eleemosynis, ieiuniis & flagellationibus.

(II.)

DE DISPENSATIONVM GRATIA.

§. XXIII. Altera huius thesauri *gratia dispensationes* concernit, quæ in hoc cum *indulgentiis* conuenire videtur, quod *relaxationem* quandam contineat; in eo tamen ab his distinguitur, quod hæ *remissiones pœnitentiarum* gratiosas; illæ vero *relaxationem vinculi legum* in iis quibuscunque materiis tangant, in *indulgentiis* aliqua *compensatio* esse videretur ex cerebro scholasticorum: haurienda ex *thesauro infinito*, de-

Secunda gratia thesauri est dispensatio gratiosa, ab indulgentia distinguenda,

Digitized by Google

de quo actum: qualis *compensatio* in dispensationibus stricte dictis non requiratur: denique indulgentia *praeterita* concernat, ob quae poenitentia remittitur, *dispensatio* autem potissimum actum *in futurum* peragendum pro scopo habeat, qui iuxta legem fieri non poterat. Equidem suo tempore *tit. de poenit. & remiss.* indicabo, olim *indulgentias* nil nisi quasdam dispensationes h. e. *relaxationes canonum poenitentialium*, *iusta de causa alicui poenitenti indultas*, denotasse; sed noua scholasticorum doctrina, qua *thesaurus meritorum Christi & sanctorum* fabricatus est, nouum & insolitum conceptum *indulgentiis* dedit, quemadmodum nouae & plures insolitae sententiae *de infinitorum annorum poenitentiis*, excogitatae fuerant. Hae si defuissent, nec talis meritorum thesaurus, vnde *compensatio* pro tot annorum in hac & altera vita peragenda poenitentia, exstrui debuisset, sed subsistere in eo potuissent patres, poenitentiae tempora vel in totum remitti, vel minui duntaxat, id quod faciendum erat per viam *gratiae* seu *dispensationis*. Enimuero postquam peculiares *indulgentiis* datae sunt regulae, quae aliis *dispensationibus* haud conueniunt, de harum *gratia* seorsim agam, vsum Insignem habitura *in tit. de affinit. & consanguinit.* Fata & vsum earum succincte sed simul probe tradit THOMASSINVS *de vet. & nou. eccles. discipl. P. II. lib. 3. c. 24. sqq.* Egregias praeterea obseruationes & monita de his ex antiquitatibus collegerunt IO. LAVNOIVS passim in *epistolis suis*: & PETRVS de MARCA *de concord. sacerd. & imperii*, quibus iungendus est FRANCISC. FLORENS *de dispensat.* nitidior & solidior PYRRHO CORRADO, qui *praxin dispensat. Apostol.* tradidit iuxta stylum & morem Romanis vsitatum, magis inter rixosas curiarum cauillationes repere, quam fundamenta solida tradere solitis. Edidit etiam STEPHANVS de MELLES scriptum Gallico idiomate editum sub tit. *Traité des dispenses applique aux dispenses de mariage*, quod rei Romanae non parum inseruit, quorsum etiam spectat scopus BASILII PONCII *de sacram. matrim.* integro *lib. VIII.* [illegible]teriam *de dispensationibus* pertractantis, & per *capita XXI.* explicantis. Hunc eodem instituto iam praeiuerat THOMAS SANCHEZ *de matrim. libro VIII.* quem itidem vnice huic doctrinae destinauit, & per *disputat. 36.* sed scholastico more, illustrauit, in plurimis a PONCIO emendatus, & non infeliciter refutatus, quamuis vtrique antiquior dispensandi disciplina parum cognita fuerit. Denique ante aliquot annos etiam, me praeside, a Dn. IOANNE CHRISTIANO von RAVNER habita est dissertatio *de sublimi principum ac statuum eman-*

cuius differentiae occasio traditur.

Scriptores de indulgentiis.

uangel. diſpenſandi iure in cauſis & negotiis tam ſacris quam profanis, i qua autor *c. I. & II. fundamenta & fata huius doctrinæ* tradidit.

§. XXIV. DISPENSATIONIS appellatio, ſcriptoribus eccle- Diſpenſatio-
aſticis magnopere familiaris, varios habet ſignificatus, vt SVICERVS *in* nis ſignifica-
heſ. eccleſ. voce οἰκονομία & Fr. FLORENES *de diſpenſat. eccleſ.* obſeruant. tus varius;
Diſpenſator, ſi de *rebus* prædicatur, proprie eſt, qui res domini admi-
iſtrat, curat, diſponit, quorſum pertinebant olim ſerui *diſpenſatores* in ſenſu Gram-
. 10. l. mand. l. 51. l. 62. de ſolut. & ita *dispenſatio* denotat ipſam *functio* matico,
em & *munus* diſpenſatoris. Quemadmodum vero *miniſtri* eccleſiæ di-
ina adminiſtrant & curant; ita etiam vocantur ſenſu ſpirituali *diſpenſato* biblico,
es myſteriorum DEI. *1 Cor. IV, 1. Tit. I, 7. 1 Petr. IV, 10.* Imo vbi rerum
c negotiorum eccleſiaſticorum curam ſuſceperunt, *diſpenſatores* earum eccleſiaſtico,
ecte appellati ſunt, vt intelligerent, ſe non eſſe earum dominos, ſed nu-
os diſpenſatores. Denique poſtquam totius *regiminis legumque eccle-*
aſticarum adminiſtrationem ſibi propriam fecerunt. hæc quoque *diſpen-*
atio dicta & poſita fuit in *prouida ac prudenti regiminis eccleſiaſtici, prout* in ſenſu pri-
eceſſitas & vtilitas exigit, adminiſtratione, ita inſtituenda, vt quando- mario denora-
ue in caſu eueniente, pro re nata, remitti aliquid debeat, quod ſecundum uit prouidam
igorem legum exigi poterat. Equidem ſicuti diſpenſator, qui aliena cu- regiminis ec-
it, rationibus reddendis obnoxius eſt, nihilque facile de iure domini re- cleſiaſtici ad-
ittere poteſt ſine domini conſenſu: ita quoque olim *epiſcopi* non aliter miniſtratio-
ispenſabant regimen eccleſiaſticum, quam vt, ſi aliquid de *rigore legum* nem,
emittendum & laxandum eſſet, adhiberent *eccleſiæ* ſeu *plebis* ſuæ con- Cum poteſta-
nſum, ceu CYPRIANVS paſſim fatetur. Enimuero poſtquam hæc *dis-* te aliquid de
enſatio adminiſtratoria transformata & conuerſa fuit in *dominatum* quen- rigore legum
am, vt *iure proprio* per *modum imperii* omnia agere inciperent; cre- laxandi.
itum fuit, leges eccleſiaſticas ita in proprietatem Pontificis ac epiſcopo-
um fuiſſe redactas, vt de iis pro lubitu disponere, ac ſingulis gratiam
i iis relaxandis exhibere poſſent.

§. XXV. Hac facie rerum ſemel conſtituta, praxis *diſpenſationum* In qua omnis
his *legum laxationibus* vnice quæſita, curiasque epiſcopales, impri- diſpenſationis
is Romanam, adeo impleuit, vt quotidie recurſus ad eas, pro hac vigor poſtea
aria expetenda & conſequenda: fieri ſueuerit. Inde deſcribitur diſpen- quæſitus fuit,
tio, quod ſit *rigoris legis, ſiue iuris, per eum, ad quem ſpectat, miſeri-*
rs relaxatio. CLAVD. de CARNIN *in oppugn. turris Babel. P. III. c. 4.*
RRHVS CORRAD. *in pr. diſpenſ. ab init.* Quia vero hæc definitio ita
omparata eſt, vt *indulgentiis*, *abſolutionibus* a votis, iuramentis, &

Digitized by Google

censuris, *iuri singulari*, & *priuilegiis* conuenire queat, quas tamen species communiter a *dispensatione* in *sensu strictiori* distinguunt, ante omnia harum specierum conceptus specialis tradendus, vt liqueat, quid proprie *dispensatio* denotet. Obseruaui iam (I.) *indulgentias* præsupponere α) delicta *commissa*: β) consistere in relaxatione *pœnarum*: datis γ) in solutum meritis ex thesauro ecclesiastico haustis: δ) generaliter omnibus sitientibus & conditiones adiectas implentibus proponi: denique ε) *rebus*, *locis*, *personis*que aliquando in perpetuum, aliquando ad tempus attribui. In effectu & sine fuco loquendo ad *ius aggratiandi* pertinent: quod speciatim *veniam delicti commissi* indulget. *Dispensatio* vero stricte hodie facultatem largitur. vt actus licite contra legem fieri vel omitti queat, nec in eius omissione vel perpetratione peccetur & delinquatur. *Indulgentia* præsupponit iam *delictum commissum* esse: *dispensatio* præcauet, ne actus contra legem fiat. quia ante eius perpetrationem vigor legum in subiecto suspenditur. *Hæc* actum præcedit: *illa* sequitur. Hæc a vinculo legis liberat; illa per *æquipollens* implementum legis efficere dicitur, dum loco *pœnarum* solui dicuntur *merita* ex thesauro ecclesiastico hausta. Ex *hypothesi* Romanæ ecclesiæ loquor, quamuis, si verum fateri licet, remittatur pœna, per leges ecclesiasticas alicui subeunda, & sic in hoc facto, reuera is, qui *indulgentiam* accepisse dicitur, liberetur a rigore legum, ne pœnis promeritis sese subdere teneatur, iusta causa id suadente, quo facto in obseruantia legum recte dispensatur. Ita rectissime dici posset *dispensationis* species.

distinguitur 1) ab indulgentiis.

§. XXVI. Porro (II.) *absolutio* a *censuris* vel *excommunicatione* est reuera *restitutionis* ex capite *gratiæ* species, de qua agitur ad *tit. D. de restit. & sentent. passis*, adeoque pœnam, quam quis iam sustinet, & in qua diutius subsistere debebat, finit & laxat. Reuera rursus de rigore *legis* aliquid in subiecto certo remittitur, & sic *dispensatio* quædam fieri videtur, quod etiam passim diplomata indicant. In *antiquit. eccles. ciuit. Brunsuic.* a RETHMEYERO editis *P. I.* sub documentis adiunctis *p. 20. seq.* occurrunt duo diplomata a IOANNE, Episcopo Prænestensi nomine pontificis in fauorem monialium monasterii S. crucis ad episcopum Hildesiensem data. Primo episcopo mandatur, vt abbatissam & moniales absoluat ab *excommunicatione*, quam, quod forsan periuria commiserint, horas canonicas omiserint, manus violentas religiosis personis intulerint, alioue modo statuta sui ordinis transgressæ fuerint, ipso iure incurrerant, hac adiecta clausula: *super præmissis agatis dispensa-*

2) Ab absolutione a censuris vel excommunicatione non quidem olim

Digitized by Google

penſatione miſericorditer cum eisdem. In altero diplomate eadem clauſula repetitur, quo abſolutio ab *excommunicatione* ob ſimoniacum ingreſſum epiſcopo committitur. Imo, quod caput rei eſt, olim *diſpenſatio* vnice in eo quærebatur, vt ſi quid contra leges eccleſiaſticas commiſſum, vel ſi quidam communione priuati erant, remiſſo rigore legum, hi ex *iuſta cauſa* communioni reſtituerentur, illud vero ex ſimili cauſſa non reſcinderetur, ſi hoc modo maior vtilitas in eccleſiam redundare poſſet, prout optime obſeruat THOMASSINVS *P. 2. lib. III. de diſcipl. eccleſ. c. 24. §. 20.* Hoc modo enim recte *diſpenſari* dicebatur res eccleſiaſtica, ſi id quo recte diſpenſatio dicebatur, igebatur, vt ſalus eccleſiæ, quæ *ſuprema lex* eſſe debebat, anteponere-:ur executioni rigoroſæ legum eccleſiaſticarum, quippe quæ officium ;uum perderе debebant, quando ex earum rigoroſa obſeruantia maius detrimentum rebus eccleſiæ imminere videbatur. Quocirca in ſenſu *iuris eccleſiaſtici antiqui* abſolutio ab *excommunicatione*, ſicut a *pœni-:entia* ante tempus, recte ſatis congrue dici potuit & debuit *diſpenſatio*, imo in eo legitimus eius vſus collocatus eſt antiquitus, vt plena manu demonſtrat THOMASSINVS. Quod ſi vero *diſpenſationem*, prout corru- ſed ex diſci-:otior eccleſiæ vſus effecit, reſtringas ad actum licite peragendum. vel plina eccleſiæ recentiori. :omittendum citra violationem legis, rurſus eædem recurrunt differen-:iæ, quæ §. *antec.* traditæ ſunt, ſi detrahas ea, quæ de *compenſatione :utatiua* adducta ſunt. Ceterum in hac abſolutione non omnis hodie :emittitur pœnitentia, ſed illa adhuc reſeruari ſolet, quod prædicta di-:lomata & exempla illuſtria eorum, qui eccleſiæ reſtituti ſunt, oſten-:unt. Quod vero *abſolutionem* a nexibus *votorum*, *iuramentorum &c.* :oncernit, reuera vouens, vel qui iurauit, ab obligatione legis liberari :idetur in illo caſu, dum nexus ille tollitur; ſed, vt ſuo loco allegabo, n tali *abſolutione* occurrit vel ſimplex declaratio *nullitatis* ob defectum quendam concomitantem: vel *commutatio* quædam, vt alio modo, in-erueniente ſurrogatione, voto vel iuramento ſatisfiat, quæ acceptio pro-:ius ad *diſpenſationem* accedit, quoniam rurſus tradunt, hoc modo pro-:ide diſpenſari a prælatis, vt diſpenſatoribus domus DEI, res *fidei*, *con-:cientiæ*, & *eccleſiæ*, ſi, iuſta cauſa ſuadente, nexus voti & iuramenti in :ultum ſimilem deuotionis transmutetur, quem in *votis* & *iuramentis* :oncurrere aſſerunt.

§. XXVII. Sed etiam (III.) lex laxatur in fauorem *alicuius*, vel 3) A priuile-*auſa*, h. e. in *priuilegio* & iure *ſingulari*, adeoque itidem cum *diſpenſa-* gio & iure *:ione* videtur coincidere. Vnde denominata ſint *priuilegia*, explicat cr- ſingulari.

Digitized by Google

CERO *pro domo ſua ad Pontif. Vetant leges ſacratæ, vetant XII. tabulæ, leges PRIVIS hominibus irrogari. Primos* autem *primasque*, notante FESTO *hac voce, antiqui dicebant pro ſingulis, ob quam cauſam & priuata dicuntur, quæ vnius cuiusque ſunt, hinc & priuilegium & priuatus.* Sunt ergo *priuilegia* leges in *primos* ſeu *ſingulos* latæ, quas ſtatus rei Romanæ, popularis *æqualitatis* inter ciues ſeruandæ cauſa, ægre ferebat; facilius ſtatus reipublicæ ſub imperatoribus, ad *inæqualitatem ciuium* maxime declinans, ſub quibus *priuilegiorum & iurium ſingularium* cumulus multum auctus eſt, quæ *conſtitutiones perſonales* dictæ, §. *6. I. de iur. nat. gent. & ciu.* imo etiam *priuilegia*, *l. 196. d. R. I.* & *beneficia* iuris. *l. 3. de conſtit. princ.* In hoc ergo ad *diſpenſationes* inclinare videntur, quod æque recedunt a iure *communi* ſeu *ordinario*, & ſic *ius ſingulare* conſtituunt. *l. 14. de LL.* Tribus autem modis recedit a *iure communi:* (I.) ius ſingulare *cauſis* ſeu *rebus*, vt dotibus, iuramentis, eccleſiis, monaſteriis, ceteris *in perpetuum* conſtituendo: (II.) certo *ordini perſonarum* ius tale *perpetuum* indulgendo, vt militibus, minoribus, feminis, profeſſoribus, clericis &c. (III.) certæ *perſonæ* ius ſingulare *perpetuum* tribuendo, prout perſona eſt vel *perpetua*, vt *fiſcus*, vel principis voluntas perpetuum ius aliter conceſſit. Prior modus ſtricte *ius ſingulare*, poſteriores duo *priuilegia* dicuntur, quia in certam perſonam, eiusque intuitu concedantur, quamuis generaliori in ſenſu etiam *iura ſingularia* rebus ſeu cauſis data *priuilegia* dici ſoleant. *l. 196. de R. I. l. 74. de iur. dot. l. 22. in f. ſolut. matrim. l. 25. de reb. cred.*

In quibus receditur a iure communi.

§ XXVIII. Enimuero duobus modis contingit, vt lex *generalis & communis*, omnibus præſcripta, laxetur (α) *in genere*, vt in quibuscunque caſibus emergentibus lex generalis officium ſuum ſeu efficaciam intuitu *certarum perſonarum* ſeu *cauſarum* amittat, exceptionemque pariat, vt contingit in iure *ſingulari* & *priuilegio;* milites enim & clerici *perpetuo iure*, quod ſingulariter iis indultum eſt, gaudent, & ſi Titius ad vitam ſuam immunitatem accepit, in omni emergente caſu, quamdiu viuit, ad id prouocat, eo vtitur, & ſecundum hoc ius, ſibi ſpeciatim datum, ſemper agit viuitque. (β) Aliquando lex generalis laxatur in *ſpecie*, vt tantum vinculum legis intuitu certarum perſonarum, vel ad certum tempus, vel in certo caſu, a principe deſignato, ob peculiares circumſtantias remittatur, vltra quem non extenditur, id quod per *diſpenſationem* efficitur. Hac ſuperior ius aliquod, non *perpetuum*, ſed *ſingulariſſimum* ad certum *actum*, aliquando etiam *tempus* reſtrictum, ali-

In iure ſingulari & priuilegio laxatur lex in genere quoad quoscunque caſus obuenientes.

In diſpenſatione laxatur lex in ſpecie & in certo caſu vel ad certum tempus.

Digitized by Google

licui concedit, vt intuitu huius duntaxat a lege *prohibitiua* vel *praeceptiua* eximatur. Vnde facilius *dispensatio*, quam *priuilegium* aliquando conceditur, vt infra *tit. XIV. §. 57. p. 205.* declaratur. Equidem, si secundum ius Romanum rationes subducimus, parum interesse videtur, vtrum ius *in certam personam* constituatur *in genere*, an *in specie*, quoad certum tantum actum, cum etiam hic vltimus modus *ius personale & legem priuatam*, quae est *priuilegium*, constituat. Nam aeque *beneficium & priuilegium* erat, quod in peculiari casu patri indulgebatur *in l. 43. pr. de vulg. & pupill. substit.* vt filio suo muto substituere posset. vel quod quandoque quis quoad nuptias olim impetrabat *l. 1. C. si nupt. ex rescr. pet.* vel quod feminae concedebatur, vt posset adoptare, *§. 10. I. de adopt.* ac quidem illa iura singularia, quae *generatim* clericis, militibus, fisco aliisque concessa erant. Nec ius canonicum semper *dispensationem* a *priuilegio* distinguit, sed promiscue nonnunquam vtraque appellatione vtitur. Qui *legitimos natales* per rescriptum accipit, ius singulare impetrat, virtute cuius ad quoscunque actus, illegitimis denegatos, habilis redditur, & sic recte *priuilegiatus* dici potest. Et tamen INNOCENTIVS III. cum *legitimatis* dispensari ait *in c. 13. X. qui fil. sint legit.* allegans, quod *sedes apostolica, diuersis causis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis, non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam dispensauerit.* Post pauca pergit: *videretur siquidem monstrosum, vt qui legitimus ad spirituales fieret actiones, circa seculares actus illegitimus remaneret, vnde cum in spiritualibus dispensetur, consequenter intelligitur in temporalibus dispensatum.* Addit rursus in sequentibus: *quod rex per se ipsum cum liberis suis illegitimis possit dispensare.* Recte enim etiam sic videntur leges *dispensari* & administrari, si aliquando rigor circa illegitimos remittitur.

Quamuis hi duo casus saepe confundantur.

§. XXIX. Vtplurimum tamen ex frequentiori vsu forensi, quem pontifices insigniter promouerunt, *dispensationis* tunc appellatione vtimur, si in *certo* & *peculiari casu*, vel ad *certum tempus* lex prohibitiua laxatur, vt tamen in ceteris vigor *legis generalis* perduret, etiam quoad illam personam, respectu cuius aliquid laxatum est in certo casu. Sic GREGORIVS IX. CAROLO regi Galliae & IOANNAE reginae anno 1376. hanc indulsit gratiam, vt tempore quadragesimae confessor eorum cum iis possit dispensare, & de *consilio medicorum* iis vsum ouium, lactis & butyri concedere queat. vid. diploma apud d' ACHERIVM *tom. III. spicileg. p. 738. vet. edit.* Non erat hoc *ius perpetuum*, sed tunc demum in vsum deducendum, quoties confessor & medici eius rationem habendam credebant. Sic lex prohibitiua est, *ne illegitimi ad episcopatus & praelaturas eligantur:*

Stricte tamen ius canonicum hos casus distinguit dicto modo.

gitized by Google

hac tamen non obſtante cum illegitimis diſpenſari poſſe ait INNOCENT. III. *in c. 20. X. de elect. & elect. pot.* his verbis : *nobis tamen per eum* (canonem Lateranenſis concilii) *ademta non fuit diſpenſandi facultas.* Addit : *multa in hac caſu* (pontifici propoſito) *diſpenſationem inducere videbantur, literarum ſcientia, morum honeſtas, vitæ virtus & fama perſonæ multipliciter a quibusdam etiam ex fratribus noſtris adprobata*, quia non ſine grauiſſimis cauſis a legum præſcripto recedendum erat. Pergit vero oſtendendo, quomodo *ad obtinendum diſpenſationis beneficium* procedi debuiſſet, ſi capitulum voti ſui compos fieri voluiſſet, ſcil. per viam *poſtulationis*, qua admiſſa demum *diſpenſatio* indulgeri potuiſſet. Fac vero, *diſpenſationem* indultam, h. e. reſpectu electi canonis Lateranenſis rigorem laxatum fuiſſe, hæc electio in *hoc caſu* vires accepiſſet ; non vero electus ex hac ipſa diſpenſatione *legitimatus* abſolute, nec capitulo integrum in poſterum fuiſſet, illegitimos promiſcue eligere. Id indigitat ipſe Pontifex *in cit. c. 20. ſed ea tantum fuit mens ipſius*, (ALEXANDRI PONTIFICIS) *vt qui ex eo, quod aliquando ex diſpenſatione pro neceſſitate ipſius temporis factum fuerat, quidam gratiam in licentiam extendentes & inde ſumentes exemplum, ſe licite credebant eligere tales, & indifferenter huiusmodi eligebant, talia fieri prohibeat.* Quid quod in ſequentibus hæc duo ſibimet inuicem opponat : *miſericorditer cum aliquo in certo caſu diſpenſare, & iuris ſeruare rigorem.* Poſteriori caſu repellendus ab officiis ſacris inhabilis : priori admitti poteſt *diſpenſatiue*, *c. 5. X. de elect. de corp. vitiat. ordin.* propter maiorem eccleſiæ vtilitatem, *c. 4. X. de transl. epiſc.* ſiue *immediate* ſiue *mediate* diſpenſatum fuerit ; *c. 9. X. de fil. presb. ordin. c. 1. X. de corp. vitiat. ordin.* non tamen contra ſcripturam S. *c. 2. X. de dig. non ordin.* ibi : *quia in digamis contra Apoſtolum diſpenſare non licet.* conf. *c. 4. 7. X. eod.*

Definitur diſpenſatio.

§. XXX. Quæ cum ita ſint, DISPENSATIO definiri poteſt, quod ſit *prouida & gratioſa legis prohibitiuæ vel præceptiuæ a legislatore, iuſta cauſa id ſuadente, facta relaxatio, vel ad determinatum quoddam tempus, vel in certo & peculiari duntaxat caſu, hoc effectu, vt contra legis rigorem aliquid licite & valide fieri queat, vel vt, quod inutiliter & contra leges factum, ſubſiſtat, ſaluo legis laxatæ vinculo & vigore.* Eamus per ſingula, vt conceptus huius termini moralis euidentior fiat. (I.) Dicitur *prouida & gratioſa legis relaxatio;* inde videlicet nomen traxit, quod ſicuti prudens diſpenſator *prouide* res ſibi concreditas adminiſtrare debeat, prout præſentis temporis circumſtantiæ id ſuadent, ne detrimen-

In qua requiritur 1) prouida legis relaxatio,

tum

Digitized by Google

:um res familiaris capiat; ita prudentem legislatorem pro re nata circa le-
ges versari oporteat, prouidendo, ne, neglecta publica & communi vti-
itate, *intempestiue* legis rigorem sequatur, sed pro re nata quandoque
quid ex eo remittat. *Gratiosa* vero hæc relaxatio est intuitu *beneficii*, & gratiosa.
quod in eum vel eos confertur, intuitu cuius vel quorum legis vigor re-
nittitur, vnde etiam passim *misericors*, *c. vn. X. de eo qui furtiu. ord. susc.* & ipsa dispensatio vocatur *misericordia c. vn. in f. X. de clerico per salt. promot.* In hoc differt a *priuilegio*, quod non tantum *beneficium* per remissionem legis generalis indulget, sed aliquando *extra ordinem* legis vigorem auget, duriusque quid decernit, veluti si quam pœnam legisla-tor irrogat, *maiorem* scilicet & *grauiorem*, quam iure ordinario constitutum erat, *l. 1. §. 2. de constit. princ.* sed citra consequentiam. Sicuti itaque in *dispensatione* legis rigor remittitur in fauorem alicuius, ita in *priuilegio* ille vel remitti vel augeri & intendi potest.

§. XXXI. Relaxatur vero (II.) in *dispensatione* lex *prohibitiua*, 2) Præsuppo-
vel *præceptiua*, quæ proprie ligat, stringit, cogit: si lex aliquid *permittit*, nitur lex pro-
nulla opus est dispensatione, cum cuilibet integrum sit, iuri pro se intro- hibitiua,
ducto renunciare. Neque, quod quidam volunt, dispensatio semper versatur circa legem *prohibitiuam*, quamuis frequentius sese circa eam exerat: quandoque etiam lex *præceptiua* relaxanda, vt vel lex de *ieiunio* vel etiam præ-
seruando indicat, quod statis temporibus imperatum est, salua *dispensa-* ceptiua,
tione. Sic etiam omnibus vtriusque sexus fidelibus, si ad annos discretionis peruenerint, sub pœna excommunicationis iniunctum est, vt in pascha te sacramentum eucharistiæ suscipiant, nisi iusta de causa quibusdam hæc necessitas remissa sit, id quod in proprii sacerdotis arbitrium discretiuum collocatum est. *c. 12. X. de pœnit. & remiss.* Denique non præcise etiam non pœ-
ex *pœnalis* proprie dicta desideratur: sufficit, si lex aliquid sub *nullitate* nalis.
prohibuerit, quæ æque per gratiosam dispensationem relaxari potest, vt in *postulationis admissione* vsu venit.

§. XXXII. Peragenda est (III.) hæc relaxatio a *legislatore*; cuius 3) Dispensatio
enim est legem condere, eius etiam esse debet, illius vinculum in *certo* fit a legislatu-
casu remittere. In primitiua ecclesia disciplina canonica per *confœde-* re,
rationem facta erat, ergo non aliter relaxari poterat in certo casu, quam consensu *ecclesiæ*, non solius episcopi arbitrio, vt fatetur CYPRIANVS *epist. 59. & 64. edit. Brem.* Magistratui subalterno haud permissa vel qui legem
est dispensandi libertas, qui *minister* legum est, non *arbiter*: qui leges conscripsit,
conditas *applicat*, vtut duræ sint, non condit, aut de iis disponit: qui

ius

Digitized by Google

ius duntaxat *reddit*, non *gratiam* indulget, quæ in *dispensatione* continetur.

in quo differt ab interpretatione restrictiua,

In hoc differt dispensatio ab *interprrtatione restrictiua*, quia hæc quoque ad officium magistratus, legis sensum verum indagantis, pertinet, non item illa. Interpretatione *restrictiua* vera mens legislatoris eruitur, atque declaratur, non lex remittitur, & relaxatur, quod per *dispensationem* fit. Hæc eximit certas personas ab obligatione legis per *viam gratiæ*, id quod minime contingit, vbi ex *ratione* legis paulo *strictiori* ostenditur, verba legis, vtut admodum late patentia, ad casum præsentem citra summam iniquitatem applicari, nec mentem legis eo vsque extendi posse.

quod exemplis illustratur.

Lex notissima est; *qui scienter communicat cum excommunicatis, ipso iure excommunicatus esto.* Verba quidem generalia sunt, sed ratio eius euidenter ostendit, id intelligendum esse α) de his, qui *libera voluntate* cum his communicant, quos euitare debebant; non item de illis, qui ex *necessitate status præsentis* cum illis communicare debent, vt si tam ingens numerus excommunicatorum sit, vt euitare eorum consortium moraliter impossibile sit: β) de his, qui nullo speciali vinculo adstricti ad communicandum. Quocirca, postquam per temporum iniuriam excommunicatio regum inualuit, hæc non potuit fraudi esse subditis, ad obsequium ex homagio, imo ad alia officia specialia imperanti præstanda obstrictis. In vtraque conclusione grauiter excedit curia Romana; dum in posteriori per summum scelus subditos ab obsequio quandoque liberat: in priori *tacitam dispensationem* supponit, quod ridiculum est. Neque enim lex *relaxatione* indiget in casu, quem ne quidem tangit. Qui manus violentas in clericum infert, excommunicatus est; id vero citra absurditatem applicari non potest ad parentes, qui liberos impuberes, vtut iam clerici fuerint, disciplinæ causa virgis coercuerint. Id docet demonstratque, *legitimam* legis *interpretationem*, non vero legis relaxationem hic necessariam esse.

A magistratu subalterno fit

§. XXXIII. Per indirectum tamen a *magistratu subalterno* fieri potest; (1)

α) ex delegatione,

ex speciali delegatione, c. 2. de eo qui furt. ordin. suscep. quemadmodum officiales seu vicarii episcoporum in quibusdam casibus dispensandi potestate vtuntur ex *speciali delegatione*, absque qua dispensare nequeunt, vt recte docet PETRVS LEVRENIVS *de vicar. episcop. qu. ng. seqq.* Pari iure & potestate vtuntur consistoria protestantium, in quibusdam casibus circa leges ecclesiasticas relaxantia, secundum limites præscriptos: (2) si sub *inuolucro restitutionis in integrum* tegi abscondique potest, vtpote quæ hodie ad *ordinariam iurisdictionem* re-

β) per viam restitutionis in integrum,

fertur

Digitized by Google

ertur. Non desunt, qui generaliter asserunt, dispensationem sese hacere ad instar *restitutionis in integrum*, obseruante LEVRENIO *cit. l. n. 119. & 581. n. 1.* id quod si verum est, *ius dispensandi* indistincte magistratui subalterno abscribendum, asserendumque esset, dispensationem esse *actum iurisdictionis*, id quod tamen ipsemet negat. Si dicendum quod res est, simile quidpiam, quod sapit *dispensationem*, latitat in restitutione in integrum. Ideo duntaxat a *magistratibus maioribus*, quibus *maiestas imperii* adscribebatur, *l. pen. in f. de I. & I.* fieri poterat, ideo ut si principes restituerent, id quoque ex eisdem fundamentis, ex quibus magistratus, facerent. Cape exemplum ex *§. f. I. de hered. qual. & differ.* Maior XXV. annis adierat hereditatem, non aliter existimans, quam eam satis soluendo esse. Omnes affirmabant, defunctum fuisse diuitem: ipsa patrimonii substantia id quoque demonstrabat, ergo adiit hereditatem. Post aditam hereditatem graue æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emergebat, rationibusque subductis apparebat, hereditatem non esse soluendo, sed grauissime heredem læsum fori, si debita quæuis hereditaria soluere teneretur. Interim de iure ad omne æs alienum soluendum obstrictus erat: lex simpliciter olim heredi hoc onus imponebat, constituebatque, eum, qui semel adiit, vltum teneri, nec amplius hereditatem repudiare posse. Hisce sub angustiis heres HADRIANVM adiit, petiitque contra aditam hereditatem restitutionem in integrum ex capite *inuincibilis ignorantiæ*, quæ etiam constantissimum atque sapientissimum quemuis decipere potuisset. Annuit petitis imperator, veniam ei dedit, atque contra aditam hereditatem illum restituit. Quid censes, annon in effectu in hoc casu singula, æquitate suadente, imperator legem laxauit, vt rigorem suum contra heredem suspenderet deponeretque? Potuisset quidem simpliciter per viam *dispensationis*, ex gratia, succurrere heredi, id quod tamen vel ideo mediante *restitutione* præstitit, vt ad morem Romanum sese conformaret, Quid enim notius, quam imperatores vt magistratus maiores vt plurimum egisse, v. c. in danda bonorum possessione, intercedendo, restituendo &c. Neque dubitandum, quin per *restitutionem* in integrum veniam dederit HADRIANVS; licet enim IVSTINIANVS *cit. l.* addat, *speciali beneficio* hoc principem cuidam præstitisse; constat tamen, etiam restitutionem *beneficium* fuisse; rarius vero *maioribus* contra aditam hereditatem eam indultam, facilius militibus, facilius minoribus: hinc *speciale beneficium*, quod *paganum*, quod *maioren-*

olim tributæ magistratibus maioribus, & principi,

in qua aliquando latuit dispensatio.

Digitized by Google

iorennem & quidem ex *capite ignorantiæ* restitueret contra aditam hereditatem, vt probe obseruat RITTERSHVSIVS *ad cit. §.* Præmiserat imperator, generaliter *minoribus* hoc beneficium, contra aditam hereditatem, indultum fuisse: *maioribus* non item; nisi ex magna & iusta causa, quod exemplo HADRIANI illustrat. In hoc exemplo ergo dispensatio prævaluisse videtur. Cape aliud exemplum ex *§. 33. I. de action.* Lex antiqua erat: *qui plus petit, vbi certum in obligatione & petitione continetur, actione cadat.* Petebat Caius, homo XXX. annorum, totum legatum in testamento ipsi relictum, bona fide, ignorans per codicillos hoc diminutum fuisse. Reus vero heres produxit codicillos, quibus pars legati ademta erat, atque ita opponebat exceptionem *plus petitionis.* Actor exhorruit ad hanc exceptionem, sibique periculum amittendæ totius actionis imminere animaduertens, petit *restitutionem in integrum.* Ait imperator, eidem locum relinquendum esse, *quod tam magna iusti erroris causa interuenerit, vt etiam constantissimus quisque labi potuisset.* In hoc exemplo crederem primas partes tulisse *interpretationem ex æquitate restrictiuam.* Lex enim, vtut generaliter amissionem causæ iis minetur, qui plus petierint, iis tamen citra euidentem iniuriam applicari non potuit, qui iustissima ducantur ignorantia. Liquet ergo, *restitutionem in integrum* in causis ciuilibus aliquid traxisse quandoque ex *dispensatione*, quandoque ex *interpretatione restrictiua.* Dico: *in causis ciuilibus:* nam restitutio ex capite *gratiæ* in causis criminalibus ad *dispensationem* omnino referenda, & sic soli imperanti relicta.

Aliquando etiam interpretatio restrictiua,

§ XXXIV. Non alienus videtur ab hac sententia fuisse TITIVS *in obseru. 105.* ad LAVTERBACH. *tit. de restit. in integr.* cuius verba adducere e re erit: *Restitutio iustitiæ fori Romani videtur inuentum; nam sub hoc nomine reuera conflatur dispensatio & interpretatio doctrinalis, atque vtraque ita conflata opponitur interpretationi legali, seu ei, quod fit ipso iure.* Non addit rationem huius inuenti, quod in Romanorum iurisprudentia quærere debuisset. Hæc per ICtos antiquos admodum corrupta & deprauata erat, teste CICERONE, quippe qui, postposita omni *interpretatione doctrinali*, superstitiose verbis XII. tabularum inhærebant, eisque tam tenaciter inhærendum esse censebant, vt *sacrilegium iuridicum* esse crederent, vltra verba procedere. Inde *aspera, acerba, amara*, atque *durissima* iura: inde *strictissimi iuris* doctrinæ variæ forenses per ICtos inualuere, maximæ tamen auctoritatis. licet ab omni æquitate remotæ, quæ *ius ciuile κατ' ἐξοχὴν* dictæ fuere, quasi illud

Quod ex B. Titii doctrina illustratur.

Ratio moris restituendi in integrum.

ius

Digitized by Google

us, quod *forum ciuile* occupaſſet. *l. 2. §. 5. de orig. iur. §. 3. I. de legit. gnat. tut.* Auctor eſt POMPONIVS in *l. 120. de V. S.* latiorem ſæpe fuiſſe otestatem ſeu ſenſum XII. tabularum; *earum verba tamen interpretatione legum fuiſſe COANGVSTATA auctoritate iura conſtituentium*, h. e. Ctorum. Hæc *coangustatio* reuera facta inde erat, quod vltra verba non procedendum eſſe crederent, & ſic *anguſtiſſimum ſenſum* legi attribuerent, quod vel *directæ actionis* ratio indicabat. Tandem prætores, nimia iuris ciuilis *aſperitate* permoti, de remedio, quo illam emollirent, ſolliciti fuere; neque enim, quod legislatores non eſſent, directo *forenſem doctrinam* emendare vel tollere potuere; quia tamen *proceſſum* in foro regebant, inde eiusmodi auxilia excogitarunt, per quæ per indirectum *interpretationem ex æquitate* in iurisprudentiam Romanam introducerent, ex æquitate reſcindendo id, quod ſecundum iuris ciuilis aſperitatem ſubſiſtebat. §. 3. *I. de legit. agnat. tut.* ibi: *Prætores paulatim aſperitatem iuris ciuilis corrigentes &c.* Applauſum vbi hæc methodus accepit, latius extenſa, & ea poteſtas *magiſtratui maiori* tributa eſt, qua facile ſub ſpecie *reſtitutionis* contra rigorem iuris diſpenſare quodammodo potuerunt. Neque hæc remedia ſublata ſunt, licet a CICERONIS temporibus humanior iurisprudentia recepta, & interpretatio *per æquitatem*, quæ a foro Romano in exilium acta videbatur, reuocata fuiſſet, in quo tempore etiam *vtiles actiones* ortæ ſunt. Hæ ſunt rationes inuentæ huius iuris Romani, quo in Germaniam recepto, negari nequit, plura iuiſſe introducta, quæ non adeo commode ad noſtrum ſtatum publicum quadrant. Negamus, magiſtratui inferiori ius *diſpenſandi* competere, & recte quidem hoc negamus; nihilominus tamen facultate *reſtituendi in integrum* ex iure Romano eum armamus, ſub qua multum laxare poteſt in legis rigore, maxime poſtquam clauſula generalis: *Si qua alia mihi iuſta cauſa videbitur, reſtituam in integrum*, latius limites eius poteſtatis extendit.

§. XXXV. Deſideraui vero (IV.) in omni diſpenſatione *iuſtam* 4) Deſideratur iuſta cauſa. *cauſam*, quæ ſuadeat, aliquid laxandum eſſe in certo caſu a legum obſeruantia, qualis ſemper credita fuit *publica eccleſiæ quies & vtilitas*, vt recte obſeruat THOMASSINVS *P. II. lib. 3. c. 26. §. 5.* ſi forſan, ſeruato iuris rigore, eccleſiæ & religionis Chriſtianæ commodum admodum lædi potuiſſet. In theſi hoc ipſum ius canonicum vbique agnoſcere videtur. Ait INNOCENTIVS III. *in c. 5. X. de reſtitut. in integr.* ſedem Romanam *pro conſideratione ætatum & temporum ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatio-*

Digitized by Google

ne plura ordinare. Pariter IDEM *in c. 19. X. de sent. & re iudic.* præmittit, in iudicio summi pontificis ordinem iuris subtiliter obseruandum esse, hac adiecta tamen clausula: *nisi forte cum aliquid (causa necessitatis & vtilitatis inspecta) dispensatiue duxerit statuendum.* Pari ratione philosophatur IOHANNES XXII. Pontifex in bulla de anno 1327. apud RYMERVM *tom. IV. act. publ. Angl. p. 306.* *Etsi inter illos, qui consanguinitatis linea inuicem sunt connexi, sacrorum canonum instituta matrimonialem copulam interdicant, summus tamen pontifex ex plenitudine potestatis, quam non ab homine obtinet, sed a DEO, considerata personarum & temporum qualitate, vtiliora prospiciens, nonnunquam rigorem eorum, maxime circa sublimes personas, mansuetudine temperat, & quod negat iuris seueritas, de GRATIA BENIGNITATIS indulget, cum id secundum Deum, præsertim pro BONO PVBLICO, prospicit expedire.* Optime *in thesi* hoc obseruauit *concil. Trident. sess. XXV. de reform. c. 18.* & tacite abusus notauit, qui in promiscua legum laxatione committi possunt. Aiunt Tridentini: *Sicuti publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, vt plenius euenientibus casibus & necessitatibus pro communi vtilitate satisfiat; sic frequentius legem soluere, exemploque potius quam certo personarum rerumque delectu petentibus indulgere, nihil aliud est, quam vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire. Quapropter sciant vniuersi, sacratissimos canones exacte ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistincte obseruandos. Quodsi vrgens iustaque ratio & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita ac summa maturitate, atque gratis a quibuscunque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio surreptitia censeatur.* Optime quidem prospectum videtur abusibus, quos curia Romana in dispensationibus per plura tempora commiserat, hac maxime conditione adiecta, quod *gratis* fieri debeat, quia si *spes lucri* deest, difficilior erit curia in dispensationibus concedendis.

ex decreto concilii Tridentini.

Sed patres Tridentini scopum suum vix obtinuerunt ex causis adductis.

§. XXXVI. Enimuero vtrum sese hoc decreto reformari passa fuerit curia Romana, ego prorsus dubito. Nam (α) quis iudicat de *vtilitate ecclesiæ*, quam curia, quæ dispensat? adeoque si more prisco agere velit, facile eam prætexere potest: (β) quid *vtilitatis ecclesiæ Romanæ* appellatione denotetur, notum est, constatque, ad imperii sacri & hierarchiæ promotionem omnia componi, in qua *vera vtilitas* non consistit, vt obseruaui *tom. I.* eiusque *dissert. præliminr.* (γ) Nec post hoc con-

Digitized by Google

concilium facilitatem dispensandi deposuit curia Romana, nec gratis quicquam expedit, si credendum MARCO ANTONIO de DOMINIS *lib. II. de reubl. eccles. c. 10. §. 75.* de bigamorum ordinatione hæc tradenti: *quotcunque bigami volunt fieri sacerdotes, omnes prorsus soluto debito pretio, pro taxa cancellaria, gratiam omnibus penitus peruiam obtinent dispensationis.* Grauissimus hic censor curiæ Romanæ variis aliis locis idem affirmat, specialiora sine dubio allaturus, si *libri VIII.* copia nobis facta fuisset, quem *dispensationibus* destinauerat. Fusius *lib. VI. c. II. §. 79.* enumerat insignes abusus, quos eadem curia in *dispensationibus matrimonialibus* committere solet, quem locum iam alii adduxere adeoque hic non repetam. Equidem solenne est, vt formula consueta, *inspecta vtilitate publica*, dispensationum diplomatibus a curia Romana inseratur, imo etiam vt *causa quædam* specifice exprimatur, CORRADO teste in *praxi dispens. Apost. lib. I. c. 1, n. 7.* sed *verba* & *formulæ* non sufficiunt, nisi res ipsa adsit.

§. XXXVII. Olim vere *sola pax publica ecclesiastica* efficiebat, vt quædam οἰκονομικῶς tolerarentur, quæ contra canones essent peracta. Ita consulebatur *publicæ concordiæ* in conciliis, idque rationem summam habebat, quod eleganter exponit PETRVS de MARCA *de conc. sacerd. & imp. lib. III. c. 13. §. 7. sqq.* non vero tantum priuato alicuius commodo prospiciebatur, prout hodie sub hoc velamine fieri solet. Paucis verbis explicat antiquam praxin AVGVSTINVS *in c. 25. in f. D. 50. In huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* Hoc modo per quandam συγκατάβασιν prudenter procedebant maiores, vt quædam οἰκονομικῶς tolerarent ad maiora mala in ecclesia euitanda. Atque in hoc consistebat *vtilitas ecclesiæ* vera: *simulata* deerat, qua hodie vtuntur. Egregie atque ex mente ecclesiæ posterioris rem explicat SYMMACHVS circa *ann. 501. in epist. ad Auitum* scripta apud d' ACHERIVM *tom. III. spicil. eccles. p. 307. edit. nouiss.* (*in edit. antiqu. tom. V. p. 583.*) Generaliter vero præmittit: *quod fit præter regulam, modo fit ex iusta causa, non infringit regulam, quam sola peruicacia & antiquitatis contemtus ledit.* Hoc præsuppositio optime concludit: *Nam quamuis a patribus statuta diligenti obseruatione & obseruanti diligentia sint custodienda; nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur, quod & ipsa lex cauisset, si præuidisset.*

Olim ob pacem ecclesiæ dispensabatur duntaxat,

non ob priuatam alicuius vtilitatem.

Digitized by Google

Et ſæpe crudele eſſet inſiſtere legi, cum obſeruantia eius eſſe præiudicabilis eccleſiæ videtur, quoniam leges ea intentione latæ ſunt, vt proficiant, non vt noceant. Optandum ſane, vt curia Romana hanc SYMMACHI philoſophiam, quæ rectæ rationi omnino congruit, ſemper ob oculos haberet, nec ex *affectata poteſtatis plenitudine*, ſed ex hoc principio diſpenſationes in poſterum æſtimaret.

5) Lex laxatur in diſpenſatione vel a) ad certum tempus,

§. XXXVIII. Remittitur porro (V.) aliquid de rigore legis, vel *ad certum tempus*, vel *in certo caſu*, iuſta vrgente cauſa. Ad *certum tempus* quidem, ſi ea tempeſtas ingruat, vt quædam diſſimulanda veniant, quæ absque grauiori iactura publica non poſſunt auerti vel emendari, licet contra leges facta fuerint. Olim CYRILLVS Alexandrinus Epiſcopus in *epiſt. ad Genad.* prudenter de tali ſtatu temporum iudicauit, obſeruante PETRO DE MARCA *cit. l. §. 9. ſæpe deflectendum a tenore regularum diſpenſationis cauſa, &, vt euenire ſolet periclitantibus in mari, qui iacturam faciunt aliquarum mercium, vt reliquæ ſeruentur, quædam diſſimulanda, vbi ſummum ius locum habere non poteſt, ne omnium rerum diſpendium ſequatur.* Neque tamen memor huius regulæ & œconomiæ in ſuis actionibus fuit, ſed ſæpius contra eandem egit, quoties *impetu* magis quam *prudentia* actus eſt. Plura ad tempus toleranda & diſſimulanda pro *pace publica*, quæ tamen *regulam* haud euertunt, niſi expreſſe immutetur pro *pace publica*, vnde *iuris immutatio* naſcitur, non *diſpenſatio*, de qua hic loquimur. Qua de cauſa priſcis temporibus vt plurimum *tolerando* & *diſſimulando* diſpenſatio fiebat, vt actus contra leges ſuſceptus haud impugnaretur, ſed pro temporis præſentis ratione *pacis cauſa* admitteretur. In quo praxis antiqua ab hodierna differt longiſſime, ſecundum quam precibus ſolet obtineri, vt contra leges licite quid fiat, & ſic diſpenſationes non aliter quam *expreſſo indulto* fiunt, vel vt *lex ieiunii* tempore quadrageſimæ his, qui propter temporum difficultatem eam commode ſeruare nequeunt, remittatur. Praxeos antiquæ inſigne documentum tradit HILDEBERTVS Cenomanenſis epiſcopus *epiſt. 4.* apud d'ACHERIVM *tom. III. ſpicil. pag. 451.* ſimulque *diſpenſationis* veram naturam exponit. Ait: *Multa ex loco, multa ex tempore, multa ex perſonis differentius fiunt. Rector eccleſiæ nonnunquam aut diſſimulabit aut faciet, quæ accuſat: cum viderit MALVM SCHISMATIS imminere, canonum ſcita mutabit: debet ceſſare cenſura, cum ſoluitur vnitas, caritas leditur, pax vacillat.* Poſt pauca rationem huius συγκαταβάσεως & οἰκονομίας hoc modo exponit illuſtrat-

pro pace publica,

& ſic olim magis fiebat tolerando aliquid & diſſimulando contra legem,

quod illuſtratur ex Hildeberti epiſtola.

ſtratque: *Neſcit plerumque, quid probibere & diſſimulare, quid præci-re, quid indulgere debeat DISPENSATOR: ſeruus fidelis & prudens in mpore tritici menſuram conſeruis præcipitur erogare: ad menſuram tri-:um datur. cum eadem caritas, quod rudibus annuit, fortibus negat; m pios exercet & tolerat malos, cum quod nunc ex rigore præceperat, ſt paulum ex indulgentia relaxauit. Paulus apoſtolus euacuator legis, gratiæ prædicator libere proclamabat: ſi circumcidimi, Chriſtus vobis bil prodeſt. Idem poſtmodum quod vetuit, fecit. Comam nutriebat: voto caput totondit in Cenchris.* Sic itaque lex ad *certum tempus* qui-:ere iubetur, quando eius applicatio magis rei communi noceret quam odeſſet, in quo diſpenſationem veteres collocarunt.

§. XXXIX. Sed vt plurimum ad *certum actum* & *caſum* dirigun- r *diſpenſationes;* vt enim fidelis diſpenſator omnia quidem ad præ-ſcriptam normam agere, in certo caſu tamen ab ea recedere poteſt, quan- ſine iactura rei familiaris eam ſequi non poteſt; ita patres rectiſſime nſuere, epiſcopos in legibus præſcriptis ſeruandis ita verſari debere, pro re nata quid remittere in certo caſu deberent, ſi rationes iuſtæ ſuaſerint, quod non eſſent *legum domini arbitrarii*, ſed quod *fide-diſpenſatio rei eccleſiaſticæ* hanc prudentiam expoſceret. Ita olim nnunquam illegitimæ ordinationes contra canones factæ toleratæ ſunt ni publici cauſa: delinquentibus pax data ante tempus, vel aliter ri- r iuris neglectus. En vero, qua ratione de iure aliquid remiſſum o- i fuerit. SOCRATES *lib. 5. c. 15.* idoneo exemplo id illuſtrat. FLAVIA- Antiocheni ordinatio contra canones facta credebatur, qua de cau- tum THEOPHILVS Alexandrinus, tum DAMASVS epiſcopus Roma- s ei infeſti erant, ad quos placandos omnem mouebat lapidem. Pla us tandem primum a FLAVIANO Theophilus, qui *miſſo Romam Iſi-o presbytero, Damaſi animum aduc offenſum mitigauit, monens, ad re-randam populi CONCORDIAM neceſſe eſſe, vt a FLAVIANO admiſſa pa diſſimulatione ac ſilentio oblitteraretur. Ad hunc modum reſtituta AVIANO communione populus Antiochenus progreſſu temporis ad CON-RDIAM rediit.* Hoc inter illuſtria *diſpenſationum Romanarum* exem- , quoad eccleſiam orientalem, recenſet THOMASSINVS *P. II. lib. 2. 4. §. 19.* Sed eodem modo Antiochenus epiſcopus agere potuiſſet a epiſcopum Romanum, ſi quid vitii eius ordinationi inhæſiſſet, ci- omne *imperium* & *iurisdictionis* cuiusdam *exercitium.* Eo tempo- communio denegabatur *vitioſe* ordinatis. Iure hoc vti poterant

Vel b) ad certum tantum actum, & caſum,

quod ex anti- quo more illu-ſtratur, & qui-dem exemplo Flauiani ille-gitime ordina-ti,

In quo olim a-liquid diſpen-ſatum fuit: per diſſimula-tionem, & re-miſſionem,

quæ

quæcunque ecclesiæ, maxime *principales*, quarum in *vnione vniuersali* imprimis habebatur ratio; sed nec impediebantur de *suo iure* quid remittere per *dissimulationem*, quarum exempla facile reliquæ minores sequebantur. Non ergo, prout hodie dici solet, Pontifex Romanus in hoc defectu dispensabat, sed exemplo THEOPHILI de suo iure quid remittebat, eique communicabat, id quod *boni publici* causa prudentia suadebat; quod sciret, a suo exemplo plures pendere ecclesias.

§. XL. Atque hoc modo fere *dispensationes antiquæ* sese habebant, quibus magis *de iure suo* quid remiserunt maiorum ecclesiarum Episcopi, quo secundum leges in aliquem vti poterant, quam vt *ius* ipsi *nouum* concederent, id quod non poterant. Enimuero postquam dominium liberum *legum ecclesiasticarum* sibi vindicauit Pontifex, non dissimulat, non remittit aliquid de iure suo, sed dispensando *ius nouum personalissimum*, & ad *certum actum* restrictum, inducit. Id enim ex antiquis dispensationibus remansit, vt ad certum *actum* vel *tempus* restringantur dispensationes. In hoc omnino differunt a *priuilegiis*, quæ *ius stabile* personæ indulgent, quod vel ad *vitam* eius durat, vel *perpetuum* est, prout vel *personale* vel *reale* est. Ita quando alicui conceditur, vt vxoris sororem *Sylviam* ducere possit contra legis præceptum, vltra hunc casum dispensatio se non extendit, vt hac mortua, alteram eius sororem *Annam* ducere minime queat. Qui vero *priuilegium* impetrauit, ius nouum adeptus est, secundum quod in quibuscunque obuenientibus casibus agere in posterum valide queat.

Hodie vero nihil amplius remittitur, sed ius nouum conceditur, in certo actu & ad certum tempus, in quo differt dispensatio a priuilegiis.

§. XLI. Effectus (VI.) dispensationis est duplex (1.) *vt vel licite citra violationem legis aliquid fieri possit*: (2.) *vt quod contra leges factum est, subsistat*. Posterior tantum primis ecclesiæ seculis cognitus admissusque fuit, non prior, quem sequior ætas, corruptionibus nimium indulgens, introduxit. Discrimen hoc egregie obseruat PETRVS de MARCA *de C. S. & imp. lib. III. c. 13. §. 2. Attamen etsi vocibus antiquis vtamur hodie, magnum intercedit discrimen inter mores antiquos & nostros, cum maiores nostri seuerius & accuratius disciplinam canonum colerent, quæ apud nos remissius & humanius tractatur. Hæc autem est summa differentia, vt mihi videtur, quod apud veteres nunquam daretur venia canonis infringendi, sed infacti & violati pœna ob grauissimas causas aliquando remitteretur, hodie vero legum canonicarum venia in antecessum concedatur.* Hoc discrimen ex ipsa dispensandi natura & ratione fluit, cum *dispensatio* duntaxat adhiberetur, vt *pacis publicæ* &

Effectus duplex dispensationis, qui discrimen antiquæ & nouæ disciplinæ ecclesiasticæ docet. olim tantum efficiebat, ne canonum vi-

con-

Digitized by Google

ıncordiæ eccleſiaſticæ cauſa a rigore legis recederetur, quo alias epiſco- olatorum vin-
i maiores in eos, qui contra canones peccauerant, vti poterant. dicta exerce-
lem agnoſcit THOMASSINVS *P. II. lib. 3. c. 24. §. 20. Nec illud oſcitan-* retur.
r prætereundum, quod alii iam præmonuerunt, conceſſas tum fuiſſe eas
iſpenſationes omnes, poſtquam peccatum iam fuerat in canones, vt quan-
o & emendatio & pœna luctuoſior eſſe eccleſiæ ipſi poterat, quam ipſum
eccatum. Contra autem emollita iam & langueſcente diſciplina poſte- Non vero vt
oribus his ſeculis venia expetitur violandorum canonum, peccandi in ſa- canones vio-
as regulas licentia flagitatur & conceditur; peccare volunt innoxie, & lare liceret
ɔſi legum contemtui autoritatem & patrocinium a legibus ipſis accerſere. impune,
raxin vero antiquam longe æquiorem & rectæ rationi conuenientiorem
iiſſe, docet his verbis. *Cum pronius autem eſt tum æquius, anteactæ cul-*
e ignoſcere quam futuræ. Caueri enim illa iam non poteſt, hæc poteſt.
t hoc tamen quicquid eſt inuidiæ, illis potius illinendum eſt, qui intem-
eſtiuas diſpenſationes impetrant, quam qui concedunt. Id vel inde de- prout hodie
ıonſtrat, quod non nunquam hi, qui imperio præſunt, maioris mali eui- fieri ſolet, ex
ndi cauſa, leges remittere cogantur illis, qui in leges committere vo- ambitione eo-
nt. *Sed qui*, ait, *quæ nefas eſt, concedi cupiunt flagrantiſſime & impor-* rum, qui cano-
nius depoſcunt, illis nihil veniæ nihil excuſationis ſupereſt. In leges nes obſeruare
mmittere volunt, nec peccare: imo peccare volunt, ſed non ſine licen- recuſant.
a: pontifices ipſos, iudices, legesque flagitii ſui inuidia conſpergere
ɔlunt. Pariter hoc diſcrimen notat taxatque CLAVDIVS FLEVRY *in in-*
it. iur. eccleſ. P. I. c. 4. §. 11. aiens, *diſpenſationum vſus primus fuit in*
dinatis, ne vllæ habendæ eſſent ordinationes dubiæ & iam factæ, donec
aberetur ad ordinandos, velut medium ad miniſterium perueniendi,
ılgatiſſimusque fieret.

§. XLII. His verbis quidem aperuerunt rectiſſime inſigne diſcri- Ratio diuerſi-
en prælaudati Autores inter *recentiorem* atque *antiquiorem praxin*: ſed tatis inter an-
tionem diſcriminis occultare, ac abſcondere, quam referre maluerunt. tiquum & re-
;o vero, omni remota diſſimulatione, in eam inquiram, & vtar li- centiorem dis-
rtate, confeſſioni, cui ſubſcribo, congenita, qua etiam Galli ſæpe penſationum
ſtinere coguntur. Tres omnino huius diſcriminis rationes animad- vſum.
rto. Prima in *ipſis legibus eccleſiaſticis* deprehenditur, quæ primo Prima deſu-
ſcentis eccleſiæ tempore pauciores erant, non *inſupportabilia onera* mitur ex
riſtianis imponebant, ſi exceperis *pœnitentiales labores.* Seueriſſimi legum eccleſi-
ga peccatores erant, vt morum integritatem ſanctitatemque, quam aſticarum ri-
imario intendebant, conſeruarent. Quia vero non vbique modus in gore nimis
auctо.

Digitized by Google

rigore hoc obſeruatus erat, eueniebat, vt *pacis cauſa* cum lapſis aliquando humanius agi deberet, & ita primario occupata erat diſpenſatio circa *acerbitatem diſciplinæ eccleſiaſticæ*, quæ emolienda erat frequentius, quod plerique huic oneri ferundo impares eſſent. PETRVS de MARCA *l. cit. §. 4.* Vt autem venia peteretur, impune contra leges eccleſiaſticas agendi, vel ideo opus non erat, quod tum venia delinquendi dari non poterat; cum legum *multitudine* non premerentur laici & clerici. Seculo IV. hæc emergere cœpit, & cumulus legum adeo creuit, tot conciliis coactis, vt iugum earum non poſſet non intolerabile pluribus videri. Monachis hanc imprudentiam tribuo, quorum rectores quotidie *nouas* fabricarunt *regulas*, inſolitas ſæpe & improbandas, vt nonnunquam ad abſurdiſſima dilapſi fuerint, vt *tom. III. p. 186.* obſeruaui. Poſtquam vero ex *monaſteriis* petiti ſunt epiſcopi aliique clerici, iugo *regularum* iam adſueti: illis vnice cordi fuit, vt leges eccleſiaſticas quotidie augerent, & infinita onera chriſtianis imponerent, genio chriſtianismi aduerſa, veluti circa *ieiunia*, *tempora pœnitentiæ* in delictis occultis, *qualitates* eorum, qui in clerum cooptari deſiderabant, *cognationum* varia genera, *impedimenta* matrimoniorum, *gradus* matrimoniales, *cælibatum*, *vota*, *cultum externum* ſeu liturgiam, *beneficia* eccleſiaſtica & ſimilia. Auctis ita ex *imprudentia monaſtica* regulis eccleſiaſticis, quibus ferundis & ſeruandis pauci pares erant, delictorum eccleſiaſticorum nouus quotidie cenſus apparebat; multiplicatis autem delictis, pœnitentia, olim rarior, frequentiſſima hoc modo fieri cœpit, quam variis modis eludere ſtuduerunt, vel redimendo easdem, vel *indulgentias* acquirendo.

earumque multitudine ex conciliorum nimio vſu, & monachorum imprudentia, poſtquam hi ad clericatum promoti & onera inſupportabilia per leges chriſtianis impoſuerunt.

§ XLIII. Tandem excogitata ratio, contra leges haſce agendi impune, per *diſpenſationes*, quibus quis a nexu earum liberaretur, antequam actum perageret. Quodſi duriſſimum earum iugum defuiſſet, in antiquiſſima praxi ſine dubio ſubſtitiſſent eccleſiæ proceres, quod tamen in tam iniquiſſima legum eccleſiaſticarum conditione fieri non poterat. Quid quæſo imprudentius fuit, quam prohibitionem matrimonii ad *ſeptimum gradum* extendere, noua excogitata computandi ratione, quæ nouum & inſigne nuptiis impedimentum ſtruxit ex inſidiis DAMIANI monachi? Quid inclementius, quam ex *conſanguinitate ſpirituali* noua & infinita obſtacula nuptiis ponere, & ex iis reſcindere connubia cum ſumma familiarum confuſione? Equidem inclementia hæc a pluribus agnita, & tam duriſſima prohibitio in quibusdam tractu temporis, maxime

Harum iugum per diſpenſationes declinare ſtuduerunt laici,

quod leges duras ſeruare non poſſent,

Digitized by Google

me concilio Tridentino, coanguſtata; ſed infinita adhuc onera ſuper-
nt, contra quæ *diſpenſatione* vtendum, cuius conceſſio hodie eo faci-
or eſt, quo magis *gratia matris eccleſiæ* hac ipſa colitur, fouetur, ſuſci-
tur. Quo vberior diſpenſandi occaſio, eo magis laici in fidelitate &
ſeruantia erga *matrem eccleſiam* conſeruantur. quo ipſo mater eccleſia gratiam edit.

§. XLIV. Altera ratio quærenda eſt in *vſurpata poteſtate ſupre-* Altera ratio
a & illimitata præſulum Romanorum, cuius firmandæ & augendæ quas- deſumenda ex
inque occaſiones facile amplexi ſunt. Appellationum modos inde vſurpata ſu-
ntra vtilitatem publicam mirum in modum auctos fuiſſe ad *tit. de ap-* prema pote-
llat. oſtenſum demonſtratumque eſt. *Diſpenſationum* liberrimus vſus ſtate papali,
ſigne quoque incrementum ei addit, cum ſupremum legum arbitrium, ex diſpenſa-
que illimitatum, hoc modo pontifices ſibi vindicauerint, ſeque *domi-* tionum vſu e-
s legum canonumque dixerint. Negare non potuit THOMASSINVS *cit. l.* gregie aucta,
18. §. 5. INNOCENTIVM III. talem poteſtatem ſupra canones ſeu *ple-*
tudinem poteſtatis affectaſſe, quod & loquuntur textus paſſim a RAY-
NDO collecti. vid. *c. 4. X. de conceſſ. præb. & eccleſ. non vac. &c.*
hilominus tamen arbitratur THOMASSINVS, de *verbis* magis quam de
controuerti, vbi quæritur, quo ſenſu Pontifex *canonum dominus* dici
eat? Qui *dominum* legum eccleſiaſticarum illum dicunt, tantum qua domi-
teſtatem diſpenſandi illi tribuere adſerit: qui negant hoc affectatum nium legum
nomen dominium, duntaxat negare aſſerit, eum diſpenſare poſſe citra papæ adſcri-
ceſſitatem & *vtilitatem.* Enimuero *colorem* hæc quidem ſapiunt ptum,
regium, ſed ipſa praxi imo ipſius THOMASSINI confeſſione deſtruun-
, quia antea demonſtrauerat, nunquam olim pontifices veniam con-
leges agendi dediſſe, ſed quandoque duntaxat id, quod contra le-
s factum erat, *toleraſſe*, ac *diſſimulaſſe* pacis cauſa. Quis ergo dubi-
erit, eum maius imo *illimitatum* quoddam *dominium legum eccleſia-*
arum ſibi adſcripſiſſe? dum pro lubitu laxat vincula legum quotidie,
ibus ſe ſolutum eſſe aſſerit. Audi BONIFACII VIII. confeſſionem in quod ſtrenue
la de an. 1302. apud RYMERVM *tom. II. act. Anglic. p. 309. Romani pon-* exercuit iure
cis præcellens auctoritas qualitates negotiorum, ſtatum, conditiones, & nouo.
rita perſonarum diligenti circumſpectione proſpiciens, nonnulla inter-
n certis perſonis, quæ alias forent illicita, concedit DE SVÆ PLE-
TVDINE POTESTATIS: tunc in illis rigorem iuſtitiæ manſuetudi-
temperans, & quod negant iura, de gratia benignitatis indulgens, præ-
im cum neceſſitas exigit, & cauſa rationabilis id expoſcit. Vide-
t in quæſtione eſt, an tale *dominium legum eccleſiaſticarum* olim vſur-

Digitized by Google

pauerit, quale hodie exercet? Quando omnia exempla, quæ a THOMASSINO & PETRO de MARCA adducuntur, ſub examen reuoco, nihil aliud deprehendo, quam epiſcopum Romanum plura *pacis cauſa* toleraſſe, nec impugnaſſe, quæ ſecundum leges eccleſiaſticas impugnare poterat. Idem alii quoque epiſcopi fecerunt, & eo magis tolerarunt, ſi epiſcopus Romanus iuri ſuo renunciaret. Erant omnes eccleſiæ *vinculo pacis* inter ſe vnitæ, & in communione arctiori conſtitutæ. Si quid ab aliqua eccleſia vel prælato contra leges factum erat, id omnes reprobare atque impugnare poterant, vt *iniuſte*, *nulliter*, atque *illicite* factum, quia cauſa *communis* erat & quaſi *publica*. Quod ſi ratio tempeſtatis præſentis talem contradictionem non admittebat, ſed vel *diſſimulationem* ſuadebat, vel aliquando *expreſſam approbationem* deſiderabat, quid aliud quæſo agebatur, quam quod ſinguli iuri ſuo renunciarent & neceſſitati cederent? Id regulæ *prudentiæ*, ſecundum quas omnia in eccleſiis diſpenſanda erant, poſtulabant, quas patres antiqui merito ſequebantur.

Tale dominium olim nullus epiſcopus ſibi vindicavit,

§. XLV. Cape exemplum. Contra Donatiſtas in concilio Italico lex lata erat, ne ad eccleſiam catholicam reuertentes reciperentur *in ſuis honoribus*. Patres Africani, in communione cum eccleſiis Italicis conſiſtentes, hoc decretum approbabant laudabantque. Id tamen citra graue incommodum in ſuis eccleſiis non poſſe ſtricte obſeruari, animadvertebant ob penuriam cleri. Ne tamen factum hoc Africanorum invidiam crearet, ſtomachumque Italorum moueret, prudenter exiſtimarunt, ſcribendum & rationes diuerſæ diſciplinæ iis aperiendas eſſe. Adferam verba ex *codice canon. Afric. Eccleſ.* apud IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. iur. canon. antiq. p. 364.* Cenſuere patres *anno 401. in c. 26. mitius & pacifice* cum iis agendum eſſe. Additur in *c. 68. Deinde placuit, vt literæ mittantur ad fratres & coepiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem Apoſtolicam, in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo nouerit, habere Africam magnam neceſſitatem, propter eccleſiæ pacem & vtilitatem, vt & ipſis Donatiſtis, quicunque clerici correcto conſilio ad catholicam vnitatem tranſire voluerint, ſecundum vniuſcuiusque epiſcopi catholici voluntatem atque conſilium, qui in eodem loco gubernat eccleſiam, hoc paci chriſtianæ prodeſſe viſum fuerat, in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus eiusdem diuiſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt.* Auctoritatem quandam ſingularem pontificis Romani circa *diſpenſationem* ab Africanis agnitam imo eam petitam fuiſſe

nec in diſpenſatione vſurpauit, quod exemplo Africanorum epiſcoporum illuſtratur,

in quo exemplo autoritas

Digitized by Google

iisse arbitrantur THOMASSINVS atque MARCA, imo etiam SCHELSTRATE Romani Præ-
i *eccles. African. p. 234.* Egò vero id minime arbitror, & euidentia sulis non adeo
ei in contrariam trahor sententiam. Africani, qui cum *transmarinis* emicuit,
i summa vnione viuebant, id imprimis agebant, vt nullam occasionem
s suppeditarent, illam scindendi. Nouerant diuersum Italorum decre-
um de Donatistis reuersis. Id vero ecclesiis Africanis magis noxium,
quam vtile erat, adeoque in contrariam ibant sententiam. Ne vero in-
e transmarini, & maxime episcopus Romanus, ex hoc diuerso decreto nec eius dis-
offenderentur, consultum erat, eisdem aperire causas huius diuersæ disci pensatio peti-
linæ, non vt illi dispensarent, sed vt scirent, Africanos patres non sine ta,
raui causa contrarium apud se constituisse, quod ipsa verba indicant,
uo nouerit, *habere Africam magnam necessitatem propter ecclesiæ PA-*
CEM & VTILITATEM. Hæc praxis communis erat ecclesiarum,
quæ inter se communicabant, vt quæ apud se agerentur, aliis notum
acerent, eisque rationes peculiares suæ disciplinæ aperirent. Ni factum
oc fuisset, ad motus, turbas & denique schismata hæc diuersa concilio-
um decreta, maxime in caussa quodammodo communi, occasionem da-
e potuissent. Simile exemplum §. 27. adductum est, quod tamen rur-
us pro exaggeranda episcopi Romani potestate circa *dispensationes anti-*
quas adferri solet, sine vllo solido fundamento.

§. XLVI. Addam aliud exemplum, ad quod prouocat MARCA Nouum anti-
it. l. c. 13. §. 10. Pulsus erat IOANNES CHRYSOSTOMVS episcopatus di- quæ dispensa-
gnitate a THEOPHILO Alexandrino, & a Synodo habita in suburbio Con- tionis exem-
tantinopoleos. Hanc deiectionem damnauit reprobauitque *ecclesia oc-* plum, ex de-
identalis, voluitque, vt iam defuncti nomen in diptycha restituerent positione
orientales; id quod cum facere recusarent, suam illis *communionem* de- Chrysostomi.
negauit. Hac praxi communiter inter se agebant, & inde pro *commu-*
nione conseruanda in *causis magni momenti* & quasi *publica*, consensus pri-
mariarum ecclesiarum requirebatur, non quod *iurisdictionem* & *impe-*
rium hæ in alias exercerent, sed quod ratio *arctioris vnionis* hoc postu-
aret, quam ægerrime dissoluebant. Id verò cum in adducto casu ac-
ideret, & præterea seditio plebis Constantinopolitanæ accederet, ATTI-
CVS huius vrbis episcopus, ex sententia imperatoris IOANNIS nomen
CHRYSOSTOMI inter ceteros episcopos, vita functos, recitauit. Aegre id
erebat CYRILLVS Alexandrinus, quem placare omnibus modis studuit, & Solius' pacis
ae de causa ad eum hæc scripsit: *Et cogitationibus nostris ad populi con-* causa facta.

Digitized by Google

cordiam inclinati canonibus quidem patrum detrimentum nullum afferimus; exactæ autem verborum obseruationi vniuersi orbis pacem præferimus. Non ignoro quidem, & B. Paulum, cum ecclesiasticas ederet constitutiones, sapienter occasionibus prouida dispensatione vsum esse. CYRILLI dispensationem ex *potestate legislatoria* non requisiuit ATTICVS; sed ei duntaxat rationes mutati consilii manifestauit, vt ægrum eius animum leniret, & dissidium cum hac ecclesia magnæ autoritatis præcaueret. Africani patres suam imposuere auctoritatem, vt *can. 101. cod. Afric. eccles.* apud IVSTELLVM & VOELLIVM *in bibl. iur. can. antiq. p. 385.* testatur: *Placuit etiam, vt de dissensione Romanæ atque Alexandrinæ ecclesiæ ad sanctum papam Innocentium scribatur, quo vtraque ecclesia inter se pacem, quam præcipit dominus, teneat.* Hæc disciplina eo tempore necessaria erat, vt *primariæ ecclesiæ*, quarum exempla reliquæ sequebatur, conspirarent, quod aliter fieri non poterat, quam vt altera alteri quandoque cederet, eiusque voluntati sese conformaret, sicque de *suo iure* aliquid remitteret. Inde non mirandum, episcopi Romani consensum in eiusmodi causis ingens habuisse pondus, vtut ea de causa ad *potestatem* quandam *legislatoriam*, quam postea adfectauit, hoc non sit referendum.

cuius causa aliis aperienda erat,

ad communionem conseruandam.

§. XLVII. Atque hæc disciplina quidem in causis *maioribus* aptissima & necessaria erat. In causis aliis *leuioribus*, quæ communem ecclesiarum salutem haud tangebant, singulis ecclesiis sub directione episcopi integrum erat, pro re nata, æquitate suadente, aliquid de rigore disciplinæ remittere, & humanius cum lapsis agere. Neque tamen soli episcopi his in causis pro lubitu agebant: omnia cum *presbyterio*, imo & cum consensu *plebis*, quæ ecclesiam constituebat, dirigebant & disponebant, testo CYPRIANO *ep. 14. & 19. edit. Brem.* qui etiam *epist. 49.* exemplo illustri hoc illustrat. Etiam ecclesia Romana ea modestia illo tempore adhuc vtebatur, vt illa ipsa disciplina agendum existimaret, ceu *epist. 31.* apud CYPRIANVM docet, & fusius declaraui *diss. III. ad Plin. secund. & Tertull. §. 41. seqq.* Neque hoc dissimulauit THOMASSINVS *cit. l. c. 24. §. 14.* sed facta hæc aliter intorquenda vel excusanda esse censuit, vt maiestatem sedis Romanæ comiter conseruaret. Ait: *Ne ambigi quidem illud a quoquam potest, quin primi & secundi, adeoque & tertii etiam seculi episcopi canones apostolicos & decreta eius ævi omnia relaxauerint, vbi publica id iubebat necessitas, nullo pontifice Romano, nullo interueniente concilio prouinciali: quippe cum acerbitas persecutionum*

In causis leuioribus singuli episcopi de rigore canonum quid remittere poterant, olim cum consensu plebis,

sed sine episcopi Romani consensu,

Digitized by Google

tum nec cum sede Petri communicare consilia fere sineret, nec episcopos lios adiri, nec concilia celebrari pruincialia. Non adeo bona fide & sin-ere egit THOMASSINVS, ne quid auctoritati sedis Romanæ detrahere vide-etur. Quando occasio ferebat, & causæ grauitas id poscebat, quando-que alias ecclesias desuper consulebant, quod etiam episcopus Romanus n more habuit. Inde vero nullum ecclesiarum, quarum sententia re-quirebatur, in alias *imperium*, nulla *iurisdictio*, nulla necessitas dispen-ationem ab iis petendi eruenda. Eam æqualitatem adhuc agnoscit suo empore CYPRIANVS, secundum quam quælibet ecclesia actus suos dirige-at, non alii, sed soli Deo, rationes redditura, teste CYPRIANO *epist. 59.* sicuti vero seculo IV. episcoporum auctoritas in *imperium* aliquod *maius* am degenerauerat, quod plebis concursum non amplius admittebat; ta vel *soli* vel in *conciliis prouincialibus* de his rebus, quæ vmbram quandam *dispensationis* habere videbantur, decernebant; quandoque amen, si *grauitas causæ* id desiderare videbatur, aliorum consilia, etiam piscopi Romani, expetebant, vel quæ apud se gesta erant, aliis significa-ant, ne ex eo, quod contra canones toleratum erat, atque per *dissi-mulationem* admissum, offenderentur, sed mutua harmonia conseruare-ar, vt supra dictum est.

quandoque tamen in conciliis prouincialibus de re actum, aliorumque consilia requisita.

§. XLVIII. Tertia causa quærenda est in *ruditate seculorum, sum-nisque tenebris*, quibus post seculi X. decursum adeo ecclesiæ inuolutæ rant, vt pontifici, qui priscam modestiam dudum deposuerat, & abso-rtum dominatum dudum anhelauerat, nemo facile repugnare atque di-ere posset, *Papa quid facis?* Agnouit veritatem rei EDMVNDVS RI-HERIVS *de eccles. & polit. potest. c. 9. p. 174.* &, *profecto*, ait, *octingentis tque amplius annis b. e. ante imperii translationem ad Francos, Ro-ani pontifices sese tantummodo vltores siue executores canonum prædi-abant: lapsu demum temporis, cum omnes christianæ nationes sum-nis ignorantiæ tenebris consopitæ detinerentur, absolutam auctoritatem mnia decernendi collegerunt, præcipue a Gregorii VII. temporibus*, quæ seculum XI incidunt. Anno 1076. enim suos canones, quos *dictatus* el *dictata* dicunt, publicasse GREGORIVM VII. ferunt, quibus *absolutum* di Romanæ *dominatum* asseruit, quorum maior pars, vt ait ONV-RIVS *in vita eius, antea parum in vsu fuerat, & a nemine prædeces-rum eius vnquam attentata.* Edita sunt hæc portenta in *regia collect. m. XXVI. in Labbeana tom. X.* Adduci quidem non potuit IO. LAV-OIVS, vt *P. VI. ep. 13.* hos *dictatus* inter genuinos GREGORII VII. ca-

Tertia causa nouæ disciplinæ in ruditate seculorum quærenda, sub qua pontificis dominatus creuit, imprimis Gregorii VII. per dictatus,

Digitized by Google

canones agnoſceret, ſed eosdem potius, vt *apocryphos* & *ſpurios*, reiiceret; aſt qui hominis mores, qui facta eius examinat, nihil, quod ab eis alienum, in his canonibus deprehendet, quin potius ſecundum hos egit, omnia turbauit, & terrore ſuo orbem impleuit. Spuriæ decretales ISIDORI Mercatoris, in quibus ſemina tam immenſæ poteſtatis ſparſa erant, iamdudum in his tenebris receptæ erant, quæ pontifici ad quæuis audenda viam parabant, omnibus vero ſilentium imponebant, luce veritatis quippe deſtitutis, vt verum a falſo ſecernere non poſſent. Obſeruat id ipſum FLEVRY *tom. XIII. biſtor. eccleſ. in diſcurſ. prælim. p. 15. Inter ſcripta adulterina perniciosiſſimæ fuere decretales, papis quatuor primorum ſeculorum attributæ, quæ vulnus inſanabile eccleſiaſticæ diſciplinæ attulerunt per regulas prorſus nouas, quas potiſſimum circa EPISCOPORVM IVDICIA & AVCTORITATEM PAPAE introduxere.* Breuiter: legum eccleſiaſticarum *duriſſima onera* inuitabant facile quoscunque, vt relaxationem earum peterent: pontificem ad gratiam promiſcue faciendam inducebat indomitus pruritus firmandi dominatum, cui in tam denſiſſimis tenebris nemo amplius ſeſe opponere poterat. Claudam hanc meditationem verbis CLAVDII FLEVRII in *inſtit iur. eccleſ. lib. 1. c. 1. §. 17.* ingenue ita ediſſerentis: *Pontificum potentia nulla re magis cenſeri poſſe videbatur, quam ſi diſpenſationes a canonum obſeruantia in infinitum extenderentur, quarum præteritis decem ſeculis admodum circumſpectus vſus fuit.*

Promouerunt poteſtatem Papæ Iſidori decretales,

ex ſententia Fleurii.

§. XLIX. Poſtquam curia Romana his veluti gradibus ad apicem ſupremum dignitatis eccleſiaſticæ euecta eſt, ingentes quoque acceſſiones ad theſauros eccleſiæ fecit, ac tribunalia varia erexit, quibus *indulgentiarum* & *diſpenſationum diplomata* expedirentur, & gratis (in dativo) non *gratis* (aduerbialiter) traderentur. Facillima fuit & indulgentiſſima in quibuscunque *gratiis* concedendis, quod vel infiniti labores tribunalium papalium loquuntur, vt *matris indulgentiſſimæ & gratioſiſſimæ* ſpecimina ederet, quamuis in rei veritate ſub hoc prætextu liberos ſuos corruperit & loculos impleuerit. Non erraueris forſan, ſi eam appellaueris *matrem noxiam, corruptricem propriæ ſobolis, quæſtusque cupidam*, quod illuſtrat ANTON MATTHAEI *tom I. anal. veteris æui p. 162. nouiſſ. edit.*

Vnde diſpenſationum noua praxis orta, quæ poteſtatem papæ admodum auxit.

Inde varia tribunalia Romæ erecta,

pro expediendis diplomatibus diſpenſationum,

non ſine malo eccleſiæ.

§. L. Ne in eam iniquior plus iuſto videar, CLAVDI ESPENCAEI, Theologi Pariſienſis doctiſſimi, teſtimonio id corroborabo. Ita enim in *Comm. ad Tit. c. 1. p. 478.* matris huius *indulgentiam* pariter ac *auaritiam*, quam ſeculo XVI. exercuit (obiit enim anno 1571.) depingit:

Quod verbis Eſpencæi illuſtratur.

Digitized by Google

git: *Sed annon ἀυτοχρεῳδία eſt clariſſima, quod tam multa poſitiuo antum iure præcepta vel prohibita eousque ligant homines, donec pecunia ſibi harum conſtitutionum gratiam impetrent? ita vt regina rerum ecunia diuitibus licitum faciat, quod pauperibus illicitum eſt, quia diitias h. e. ſpinas (ſic enim eas vocat dominus Matth. XIII. Marc. IV. Luc. VIII. & interpretatur) non habent. Hæc enim ita demum procedunt, ſi gratis ea facere quis intendat. Quodſi doloſi ſpes refulſerit ummi, iam quod prius erat interdictum, libere fit ac impune; tam diverſa eſt in his relaxandis diuitis atque pauperis conditio: vix enim quicquam prohibetur, quam vt ne quis gratis contraueniat, & quod vetatur, numerata ſtatim pecunia diſpenſatur, quaſi nullum ſit peccatum maius, quam nummis carere, vt quidam apud* HORATIVM, *Serm. 2. Satyr. 3.*

. Credidit ingens
Pauperiem vitium.

Et quod alter lib. 3. eleg. 7.

Nunc ſit barbaries grandis habere nihil.

In caſibus enim, quantumuis pro tempore honeſtis aut neceſſariis, nihil unquam, niſi numeretur, diſpenſatur, vt ſi nihil attuleris, aut numeraueris, indiſpenſatus perpetuo maneas. Turpius, quod patrum canonibus impoſitam manifeſtis & ſcandaloſis peccatis diſciplinam, in pecuniariam redemtionem diſpenſationis titulo toties iidem commutant, & quaſi contra quam illi, ouium hi lanam & pecuniam, quam pœnitentiam & ſalutem malint, eccleſiaſtici rigoris in inferendis pœnitentiis & ſanctificationibus immunitatem pecunia venditant. Quid quod liberos vulgo conceptos, & ex damnato coitu, inconceſſisque Hymenæis, contra Dei, eccleſiæ, legumque ſtatuta editos, eiusdem pecuniæ vi legitimant, ad omnium ſtatuum & dignitatum capacitatem idoneos reddunt, illegitimos ad parem cum legitimis ſucceſſionem habiles interim reddunt & admittunt? Et vt, quod quidam ait,

A boue maiori diſcit arare minor,

Minores non tantum epiſcopi ſed & archidiaconi, eorumque male officioſi (abſit verbo inuidia, nam de malis loquor, quæ plurima turba eſt, non de bonis, quorum vtinam maior eſſet multitudo) eorum, inquam, officiales & vicarii, plerumque dum diœceſes & parœcias obequitant, non tam facinoroſos & criminum reos pœnis & correctionibus a vitiis deterrent, quo fine peregrinationes huiusmodi olim iam fuerant iure canoni-

eo ordinatæ, quam pecunia præsenti & numerata titulo procurationis, ne dicam fictitiæ iurisdictionis, emungunt, & exugunt tum clericos, tum laicos. Turpissimum quod & hos cum concubinis, pellicibus & meretriculis cohabitare, liberosque procreare sinunt, accepto ab eis, atque adeo alicubi a continentibus certo quotannis censu, habeat (aiunt) si velit, & quoties enim quisque talis, cum tales tamen tam multi sint, hodie aliter punitur? quæ scandala ex gratiaminibus Germanicis passim collecta, l. 2. 5. 8. 67. 74. 75. 84. 91. 95. Hæc, inquam, turpia lucra odio pontificis Romani ficta sint, si non, quod ait & conqueritur, ille, velut prostat & in quæstu pro meretrice sedet, *liber palam ac publice hic impressus & hodieque, vt olim venalis taxa cameræ seu cancellariæ Apostolicæ inscriptus, in quo plus scelerum discas licet, quam in omnibus omnium vitiorum summistis & summariis, & plurimis quidem licentia, omnibus autem absolutio emturientibus proposita, parco nominibus, nam, quod ait nescio quis*

Nomina sunt ipso pæne timenda sono.

Mirum hoc tempore, hoc schismate, non suppressum tot tamque fœdorum, tamque horrendorum scelerum velut indicem adeo infamen, vt non putem in Germania, Helvetia, & vbicunque a Romana sede defectum est, opus prostare maiore huius scandalo, & adeo tamen non supprimitur ab ecclesiæ Romanæ fauissoribus, vt tantorum & talium facinorum licentiæ ac impunitates, in facultatibus legatorum illinc huc venientium, bona ex parte innotuentur atque confirmentur, aduersus (si Deo placet) quæcunque fatalia restituendi, ac etiam quoscunque spurios, mamseres, bastardos, ex quocunque illicito coitu, &c. cum his qui se per adulterium polluerint, vt connubere possint, periuros, simoniacos, falsarios item, raptores, vsurarios, schismaticos, hæreticos, sed ad cor reuersos, non absoluendi tantum, sed & ad ordines, honores, dignitates, & beneficia quæcunque, quotcunque, qualiacunque, dispensandi, homicidas quoque, sed casuales seu inuoluntarios, nam nec voluntarios quidem excepit taxa superior, pesbytericidas, parricidas, matricidas, fratricidas, sororicidas, vxoricidas, infandicidas, veneficas, incantratices, concubinarios, adulteros, incestos cum affinibus aut consanguineis, denique contra naturam, cum brutis, &c. Habeat iam Roma pudorem, & tam nullius frontis criminum omne genus catalogum prostituere desinat.

Pontificis potestas in dispensando li-

§. LI. Quæ cum ita sint, *vberrima* est *dispensationum* materia in ecclesia Romana, nec tamen caret *difficultatibus.* Potestatem hanc attribu-

Digitized by Google

ibuunt *iurisdictioni ecclesiasticæ*, & sic *episcopis* cum pontifice commu- berior cense-
is est; huic tamen ex hodierna praxi in *excellentiori gradu*, prout in *ma-* tur quam epi-
rimonialibus dicendum erit. Proinde pro hac *gratia* impetranda fere scoporum,
x omnibus mundi angulis ad *indulgentissimam matrem* fit recursus, & ex
)*ataria* h. e. *Cancellaria* pontificis, redimuntur *gratiarum bullæ*, de qua- quod stylus
am *stylo*, *taxa*, aliisque peculiaribus obseruationibus consulendus est Datariæ do-
MYDENIVS. Ceterum cum sit actus potestatis *supremæ ecclesiasticæ* & cet, vnde di-
uidem *gratiosæ*, in alios & imprimis *subditos* exercetur, quorum in nu- plomata gra-
nero etiam summi imperantes, reges & principes sunt, qui dispensationis riarum petun
ratiam a pontifice petunt, obseruante FLEVRIO *in instit. iur. eccles. P. 2.* tur,
s. §. 5. cuius subditi *immediati* esse dicuntur. *c. 13. X. de iudic.* Enim
ero non præcise & stricte in hoc principio subsistitur. Nemo est sibi exercetur non
)si subditus, & tamen pontifex & quilibet prælatus intuitu sui ipsius dispen- tantum in
t. Norunt pontifices, ab antiquis traditum fuisse, se quoque *legibus ec-* subditos, sed
clesiasticis subiectos esse, quorum testimonia colligit IO. LAVNOIVS *P. III.* etiam in se-
bist. 3. sqq. His ne contradicere videantur, semetipsos quauis occasione metipsum.
:gibus soluere possunt, vt nihil minus quam iis subiecti esse videantur.
dem & ceteri prælati in legibus a se latis vt & *votis* agunt, & sic reuera
rincipes ecclesiastici duntaxat legibus tenentur ex *beneplacito*, non ex
uris necessitate, si *rem ipsam*, non externa eius schemata intuemur, quia
ro lubitu, præuia dispensatione, se ab earum nexu liberare possunt.
) quo dispensationem cum *actibus voluntariis* conferunt, cum magis *gra-*
iæ quam *iustitiæ* sit, & magistratus etiam voluntarium actum in *sua per-*
ona exercere queat. Denique ratione *modi* etiam hoc addendum, mediante
uod pontifex & episcopi, secum dispensare volentes, soleant conce- confessiona-
ere facultatem alicui *confessionario*, quem elegerint, vt eos absoluat vel rio.
um eis dispenset, vt *per alios* facta dispensatio videatur. v. PONCE *de ma-*
rim. lib. VIII. c. 4. §. 9. SANCHEZ. *de matrim. lib. VIII. disp. 3. n. 2. seqq.*
Non caret tamen hæc doctrina difficultate, qua ex certaminibus schola-
sticorum premitur, in qua declinanda & superanda admodum desudat SAN-
CHEZ *cit. l. n. 4. seqq.* sed has delicias scholasticas aliis relinquo, nec meas
ncio.

§. LII. Id paucis addo, nullum huius doctrinæ, de facultate Facultas se-
secum dispensandi, in terris protestantium esse vsum, qui intelligunt, cum dispen-
principes legibus subditorum vel non esse adstrictos, vel si ex *pacto* sandi in terris
ublico iis ligantur, se a vinculo hoc *sua potestate*, salua fide, liberare protestantium
incognita est.

Digitized by Google

non posse. Quando ergo nuptias contrahunt cum consanguinea, id duntaxat præcauent, ne contra *ius diuinum* illas ineant, quod stringit quoscunque christianos, & sic etiam principes; in humanis autem legibus *dispensatione* nulla indigent. Quod enim SANCHEZ. *cit. l. c. IV. n. 7.* addit, posse etiam principem in *temporalibus* secum dispensare, in eo suo ingenio, scholasticorum fecibus nimium infecto, indulsit, a quibus iurisprudentia rationabilior hodie nos liberauit. Si sobolem propriam legitimat, quo exemplo SANCHEZ suam incrustat sententiam, secum non dispensat, (vt more vulgato loquar) sed soboli suæ illegitimæ gratiam indulget, eique legitimos restituit natales. Agnoscit id ipsum KNIPSCHILD. *de ciuit. imper. lib. II. c. 3. n. 262.* & fatetur, status A. C. addictos nulla dispensatione indigere; addit tamen: *sed sibi ipsis dispensare*, quod vel prioribus repugnat, vel *populari* in *sensu*, non *iuridico*, non *erudito* accidendum.

Dispensationis effectus in causis ecclesiasticis est mere ecclesiasticus,

§. LIII. Vt vero hæc *gratia* eo magis ab omnibus vndique quæratur, appetaturque, ingentes eidem effectus attribuere solent, quibus tamen variis modis contradicitur. Sed causæ, in quibus *papalis* & *episcopalis dispensatio* impetratur, non sunt eiusdem qualitatis. (I.) Quædam mere *ecclesiastica* sunt, quæ *ecclesiasticos tantum effectus* & *iura* operantur, quorsum spectant officia sacra, beneficia, similiaque iura, circa quæ infinitis modis contra *canones* peccari potest; adeoque *dispensationum* hic adest vberrima seges. Quousque gratia sese extendere debeat, potissimum ex *dispensationis diplomate* colligendum. Volunt quidem, dispensationem *stricte* esse intelligendam, quod iuri contraria sit, & ab eo recedat, in quo cum *priuilegio* conuenit. Neque tamen captiose est accipienda, vt reddatur *eluforia* & *inutilis. c. 17. de sent. excomm. in 6.* Sic quando pontifex dispensat, vt *ad ordines* possit *illegitimus* admitti, ad minores hoc restringendum: si in *minoribus* iam est constitutus, idque scierit pontifex, etiam ad *maiores*; quia si ad maiores admitti non posset, dispensatio effectu priuaretur. *c. 10. de priuil. in 6.* Ast talis dispensatio non æque operatur, vt ad *officia secularia*, succession emque admitti possit, cum limitata causa limitatum producat effectum. (II.) Quædam causæ sunt mixtæ, quæ *ecclesiasticos* & *seculares* possunt habere effectus. In his si dispensatio interponitur, multum refert, a quo fiat dispensatio: si quidem a pontifice, tantum ad *effectus ecclesiasticos* assumitur; sicuti si a principe, effectus seculares operatur duntaxat. Causa *natalium illegitimorum* ita comparata est, vt ad vtrumque

stricius paulo accipiendus,

in causis mixtis itidem pontifex tantum quoad effectus ecclesiasticos, prin-

Digitized by Google

ue effectum fieri queat. Quod ſi princeps, *legitimatione* facta, circa los diſpenſat, non tamen habilis redditur ad officia eccleſiaſtica ſimilia- ue iura ſacra, illegitimis denegata. Vice verſa nec pontificis legitima- o eorum, qui extra patrimonium Petri (quippe in quo ſummi principis xequitur poteſtatem per *c. 13. mox citand.*) degunt, operatur ius ſucce- endi in feudalibus & allodialibus. Ipſemet INNOCENTIVS III. non diſſi- ıulauit hoc diſcrimen in *c. 13. X. qui fil. ſint legit.* motis tamen quibus- am dubiis, veluti, *quod in maiori conceditur, licitum eſſe videtur & in ıinore: monſtroſum videri, vt qui legitimus ad ſpirituales ſiat actiones, ırca actus ſeculares illegitimus remaneat: cum in ſpiritualibus diſpenſa- r, conſequenter intelligi, in temporalibus diſpenſatum &c.* Proponit xc dubia pontifex aſtute, ſed non remouet, vt appareat, ſe iis quo- ammodo inſiſtere voluiſſe. Ad propoſitum caſum tamen aliter reſpon- it: 1) inſtantiam obiectam, quod ſedes Romana ad Regis Galliæ inſtan- am legitimauerit illegitimos eius, hoc modo remouendo, quod id x *libera* regis *voluntate* factum ſit, qui potuiſſet qua rex id præſta- e: 2) allegando, quod etiam extra patrimonium Petri poſſit *caſualiter* :mporalem exercere iurisdictionem, non quod alieno iuri præiudicare elit pontifex, ſed quod, quando aliqua emergit difficultas & quidem ſuperabilis, ad ſedem Romanam recurri debeat, eiusque ſententiæ ari, ducto argumento a lege Moſaica *Deut. XVII. §. 8. ſeqq.* ita vt, qui ıdicio eius parere recuſauerit, morte afficiendus h. e. excommunican- us ſit. *arg. verſ. 12. cit. c. 17.* En nouum refugium, quod ſedi Romanæ ıbiicit cauſas quascunque ſeculares *difficiliores*, quales pleræque lites in- r principes ſunt. Quamuis vero hoc argumentum admodum leuiden- & ita comparatum ſit, vt fabula quadam palliari decuerit, ſimul tamen quet, *regulariter* legitimationem pontificis ſeu *diſpenſationem circa na- les* non habere *effectus ciuiles*, id quod agnoſcunt etiam iuris canonici in- rpretes apud SANCHEZ. *de matrim. lib. VIII. diſp. 7. n. 1.*

ceps ſecularis quoad ſecula- res diſpenſat.

vt in cauſis na- talium illegi- timorum,

niſi forſan pontificis diſpenſatio aliunde effe- ctus ſecularet acceperit.

§. LIV. Non vero ſubſiſtunt interpretes in adducta ab INNOCEN- o III. limitatione, ſed vlterius progrediuntur, contendentes, pontifi- em *per indirectum* legitimare poſſe ad omnes effectus ſeculares, in locis oi non ſubiectis, *diſpenſando in radice matrimonii irriti.* Quid vero t *radix matrimonii?* Reſpondit SANCHEZ. *cit. l. n. 4.* eſt *lex eccle- aſtica, qua ſtatutum eſt, vt impedimentum, in matrimonio deprehen- m, illud dirimat*; iam vero, pergit, pontifex legem illam in hoc

Vel etiam per indirectum hoc fiat

diſpenſando in radice ma- trimonii,

Digitized by Google

vel illo casu potest relaxare & abolere, quo fit, vt impedimentum illud sublatum, & sic matrimonium *legitimum* sit, non tantum in *futurum*, sed etiam in *præteritum*, veluti si ex tali matrimonio liberi iam fuerint nati, & *dispensatio pontificia* ex postfacto demum subsequatur. Referam casum insignem, ad collegia ICtorum, Hallense, Erfordiense, Francofurtense & Tubingense transmissum, in quo hæc controuersia præcipue occurrebat. Nobilis quidam ex antiqua gente prognatus, & sacris A. C. addictus opilionis filiam eamque seruam imprægnauerat, qua dimissa & rustico cuidam in matrimonium data, eius sororem ad famulitium suum traxit, & cum ipsa quatuor procreauit liberos. Tandem, eiuratis A. C. sacris, Catholicæ religioni sese deuouerat, & impetrata *dispensatione* a sede Romana, eam in vxorem duxerat, aliosque liberos ex ea susceperat. Eo decedente anno 1685. liberi ex hoc matrimonio nati apprehendebant possessionem *feudi antiqui*, in Diœcesi Paderbornensi siti, cui grauiter sese opposuit defuncti frater, protestantium religioni addictus, liberisque eius de successione in hoc *feudum antiquum* litem mouit; inde quæsitum fuit, *an hæc dispensatio pontificis liberos defuncti ad successionem habiles reddere potuerit?* Duplex vitium in hoc matrimonio deprehendebatur: (I.) quod cum eius, quam imprægnauerat, sorore sese commiscuerat, quam nec vxorem ducere poterat. Vtut enim GROTIVS *de I. B. & P. lib. 2. c. 5. §. 13.* asserat, in illegitima affinitate omnes illas rationes cessare, ob quas dissoluitur matrimonium ratione affinitatis, ex thoro legitimo natæ, quales esse dicuntur *naturalis quædam reuerentia & verecundia, quotidiana item conuersatio, stupris occasionem præbens;* verius tamen est, affinitatem etiam ex *illegitimo concubitu* contractam impedire matrimonium, cum æque naturaliter sanguinem communicare dicatur, qui illicite coit, quam qui secundum præcepta legum aliquam cognoscit; CAROZOV. *Pr. Crim. P. 2. qu. 74. n. 62.* STRYK. *ad Brunnem. ius eccles. lib. II. c. 16. §. 20.* LAVTERBACH. *de singul. affin. iur. diss. 1. c. 3. §. 2. n. 17.* VINNIVS *ad §. 9. n. 2. I. de nupt.*, quamuis, prout *ad tit. de conf. & affin.* tradendum, facilius dispensari queat. (II.) Quod nobilis cum *serua* connubium inierat, quale matrimonium *inæquale* illegitimum ab antiquo Germanis fuisse, infra ostendam *ad tit. de coniug. seru.* Vtrumque vitium *sua dispensitione* sustuliisse dicebatur pontifex, adeoque liberos, ex matrimonio legitimo natos, vel per illud legitimatos, & sic ad successionem habiles esse, inde colligebant, qui omne pondus decisionis in pontificia dispensatione collocabant.

quod casu illustri illustratur.

Sed an in præiudicium successorum feudalium A. C. addictorum?

§. LV.

Digitized by Google

§. LV. Ne affectui quid in hac quæstione dare videar, quædam præmittam principia, quæ decisioni huius causæ lucem præbent. (I.) Distinguit ipsum ius canonicum, quod matrimonium aliud *ratum*, & *non legitimum*: aliud *legitimum & non ratum*: aliud denique *ratum* ac *legitimum simul*, ceu ex *c. 7. & 8. X. de diuort.* aliquoties obseruaui *tom. III. p. 1254. & 1264.* *Ratum & non legitimum* appellant, quod ab ecclesia confirmatum, & *inter fideles* contractum, adeoque vim sacramenti habet, vtut iuxta leges *ciuiles* seu *seculares* haud fuerit initum. *Legitimum & non ratum* vero, quod inter infideles *iuxta leges seculares* contractum, cui ex sacramento sanctitas deest. *Legitimum & ratum simul*, quod tum in foro ecclesiastico indissolubilem nexum habet, tum iuxta *leges seculares* initum est. Hæc distinctio inde originem traxit, quod *duplicem respectum* in matrimonio sese deprehendisse existimauerint, *spiritualem* propter annexum sacramentum, & *politicum* propter *contractum*, quo initur matrimonium. Ita rationes subduxit Antwerpiensis episcopus FRANCISCVS SONNIVS *tr. 7. de sacram. c. 9. & in matrimonio*, ait, *concurrunt tria, contractus politicus, institutum diuinum, & sacramentum: quæcunque ergo excludunt & irritum faciunt valorem contractus, eadem porro excludunt & irritum faciunt matrimonium.* Eodem modo rationes subduxere plures alii Theologi inter Catholicos celeberrimi, quorum testimonia colligit LAVNOIVS *de regia in matrim. potest.* Euidens huius doctrinæ vestigium occurrit *2. F. 29.* in matrimonio *ad morganaticam* contracto, quod *ratum* erat, & in *foro ecclesiastico* vim suam exserebat, sed *illegitimum*, quod secundum *legem Salicam* seu *Francorum* matrimonium cum inæquali initum *illegitimum* esset, & sic *effectibus ciuilibus* careret, quorsum imprimis pertinebat successio in feudum, vt infra *tit. 9. §. 21.* traditum.

Quod ex principiis iuris canonici negatur, cum ratum esse possit matrimonium in foro ecclesiastico, vt tamen non sit legitimum.

§. LVI. Suppono (II.) impedimenta matrimoniis, eaque irritantia, posita esse matrimoniis tam legibus *ecclesiasticis* quam *ciuilibus*, nec dubium est, quin etiam in regnis, sedi Romanæ addictis, noua possint, pro salute reipublicæ, constitui lege seculari impedimenta irritantia, quod edicto HENRICI Gallorum regis anno 1556. publicati *tom. III. p. 240.* illustraui, & pluribus argumentis probatum dedit LAVNOIVS *cit. l. P. I.* non tantum in Gallia, sed, quod præcipue *P. III. art. 2. per. 27. seqq.* probauit, etiam in aliis regnis & principatibus, in quibus catholica religio viget, quamuis hoc ipsum DOMINICVS GALESIVS concoquere haud potuerit, cuius *erroribus* peculiari tractatu obuiam iuit

Cum plura impedimenta nuptiis etiam legibus ciuilibus ponantur.

Digitized by Google

iuit LAVNOIVS. Veritatem hanc ipſe Cardinalis CLEMENS MONILIANVS in *compend. Theol. inſtit. c. 63.* agnouit aitque: *neceſſarium eſt, vt contractus coniugalis, qui ſacramentum eſt, & propagandæ eccleſiæ officium ſubſit ordinationi & irritationi magiſtratus eccleſiaſtici in ordine ad pacem eccleſiæ & fidelium ſalutem, quamuis ſimul etiam ſubſit ordinationibus & legibus poteſtatis ciuilis, ſecundum quod infertur ad pacem & bonum reipublicæ.*

Etiam in Germania,

§. LVII. Denique addo, (III.) in Germania quoque matrimonia non tantum *legibus* regi *eccleſiaſticis*, ſed etiam *propriis & ciuilibus*, exemplo aliarum gentium, etiamſi coniuges catholicæ religioni addicti ſint, id quod exempla *matrimoniorum inæqualium* teſtantur, a ſummis imperii tribunalibus reprobatorum quoad effectus ciuiles, vt *tit. IX.* infra declarabo. Idem, prout dixi, ex *iure feudali Longobardico* liquet, quod a ſucceſſione feudorum arcet ex *inæquali coniugio* natos, quod quidem *ratum* ſed non *legitimum* eſt, quo iure adhuc hodie vtimur. Periculoſa & rei Germanicæ admodum noxia doctrina eſt, matrimonia ſolummodo regi *iure canonico:* his tantum impedimenta irritantia conſtitui: leges ſeculares matrimoniorum validitati derogare non poſſe. *Proteſtantes* omnino ab his principiis alieni ſunt; ſed etiam *catholici* ab iis alieni eſſe debent, ni patriæ & Germaniæ iura peruertere & *libertatem* eius conculcare velint, quam tamen plurimi proh dolor! produnt pro extollenda in immenſum *eccleſiæ* poteſtate. Loquuntur annales antiqui, etiam imperatores antiquitus in *cauſis matrimonialibus* ius dixiſſe & diuortia decreuiſſe. Anno 1018. HENRICVS II. *tempore quadrageſimali ſynodum in Goslaria habuit, in qua præſidente imperatore cum epiſcopis ceterisque regni primoribus Godeſcalcum Ekkibardi comitis filium & Gertrudem filiam comitis Ekkiberti ſeparauit.* Hæc ſunt ipſiſſima verba AVTORIS *vitæ* MEINWERCI *p. 56.* a *Browero* primum editi; ſed auctius publicati a LEIBNITIO *tom. I. rer. Brunſuic. p. 517. ſeqq.* Erras, ſi garris, hæc iniuriæ temporum adſcribenda eſſe, cum euidentiſſimis liqueat argumentis, imperatores antiquos in his cauſis olim æque vt in aliis ius dixiſſe; de iis leges condidiſſe; diuortiorum cauſas determinaſſe, & diſpenſaſſe, quod luculentis teſtimoniis probatum dedit LAVNOIVS *cit. tr.*

vt conſtat ex matrimonio inæquali,

etiam quoad catholicos,

vt praxis antiquaGermaniæ docet.

Ex his principiis deciſio caſus adducti formatur,

§. LVIII. Hæc tria præſidia, quæ controverſiæ huic circumponenda erant, faciliorem aditum ad deciſionem formandam parare potuiſſent, ſi in rem agnati, legitimi ſucceſſoris, tracta fuiſſent. Etenim ex

Digitized by Google

x hoc inordinato coitu prognatis obiici potuiſſet, Romanæ curiæ dis- cum rationi-
ienſationem ad hoc prodeſſe, vt matrimonium ſit *ratum*, non vt ſit bus deciden-
egitimum: eam nexum legum *eccleſiaſticarum* laxare in hoc matrimo- di.
nio potuiſſe, non item *ſecularium:* legibus antiquis communibus &
mperii ea matrimonia improbari, quæ cum *ſtuprata ſorore* ineuntur:
nuptias inter liberum, maxime gloria antiquæ nobilitatis honeſtatum,
x ſeruilis generis feminam legibus Germaniæ propriis, *illegitimas* ab
ntiquo habitas fuiſſe, licet reſpectu *ſacramenti* eccleſia eas receperit,
x *ſecundum quid* approbauerit; his legibus, pedo pontificis haud ſub-
ectis, nullam fraudem per *papalem diſpenſationem* fieri potuiſſe: ſanam
ſſe ſententiam PETRI PVTEANI *de libert. eccleſ. Galliæ n. XXI.* inqui-
ntis: *le pape ne peut legitimer les baſtards & illegitimes pour les rendre apables de ſucceder, ou leurs être ſuccedé: mais les diſpenſe pour être ourvûes aux ordres ſacrés & benefices:* hanc libertatem non Galliæ ropriam eſſe, ſed Germaniæ etiam attribuendam, quæ leges peculi-
res itidem circa matrimonia ab antiquo habuit: ſpeciatim autem diſpen-
tionem pontificis in Germania *effectibus ciuilibus* deſtitui quoad *prote-tantes*, intuitu quorum ipſius poteſtas per pacem Osnabrugenſem quie-
ere iuſſa eſt: ipſum ius feudale Longobardicum matrimonio, quod
eccleſia *ratum* eſſe iudicat, a legibus Salicis vero aberrat, negare ſuc-
eſſionis feudalis effectum: *matrimonium morganaticum* & illud, quod
x indulgentia papæ, contra leges reipublicæ tamen, initum, iuxta æ-
imari debere: nihil aliud eſſe matrimonium ad *morganaticam* con-
actam, quam quod *eccleſiaſticos* quidem ſed non *ciuiles* effectus ha-
et &c. Sed de hac *gratiæ eccleſiaſticæ* ſpecie ſatis dictum: ad appli-
ationem prograediar *lib. IV. tit. 14. §. 40.*

(III.)

DE LIBERATIONIBVS A NEXV PACTORVM, VOTORVM ET IVRAMENTORVM.

§. LIX. Ptopero ad eam *gratiæ eccleſiaſticæ* ſpeciem, quæ vincu- Relaxatio vo-
pactorum, *votorum* atque *iuramentorum* ſoluit, laicosque, qui his li- torum, pacto-
ari amplius nolunt, ab eorum fide liberos pronunciat. Ab eodem rum & iura-
nte quidem, a quo *diſpenſandi* facultas procedit, hæc gratia repeten- mentorum,
a videtur; proprias tamen adhuc rationes habet, quæ has *redemtio-* ex propriis
es & *relaxationes* tuentur. *Vicariam Dei poteſtatem* ſibi aſſerit ponti- iuris pontifi-
x, qua ius Deo quæſitum remittere poteſt, ex *gratia*, ſicuti creditor cii principiis
peti ſolet,

Digitized by Google

debitori remittit nomen. Per *votum* autem & *iuramentum* DEO aliquid promitti, conſtituunt, quod ſancte ſeruandum, donec Deus vel eius nomine pontifex debitum remiſerit, vt plenius illuſtraui *tit. de iureiur. tom. I. §. 50. ſq.* & *tit. de vot.* & *voti redemtione tom. III. §. 17. & 28.*

quibus pactorum nexum ſolnit,

Pari poteſtate ad inſtantiam eius, qui *pacto* quodam obſtringitur, nexum eius tollere, & fœdere obnoxium liberare poteſt, quod omne pactum intelligi debeat ſub conditione: *ſalua ſuperioris*, maxime DEI & pontificis, *autoritate*. CORVIN. *in aphor. iur. can. lib. III. tit. 6. §. f.* Id vero

accedente cauſa ab aula Romana probata.

præſertim eo caſu recte fieri cenſendum eſt, ſi *iuſta cauſa* id ſuadet, vtpote (1.) ſi *periculum animæ* adeſſe videtur, de quo pontifex decernit, illudque concurrere aſſerit, ſi *religioni*, a ſe ſtabilitæ & efformatæ, repugnare dicatur: (2.) ſi *turpitudinem* alat, vel in genere *peccatum*, cuius determinatio rurſus ex arbitrio curiæ Romanæ dependet. Cape exemplum: quæ nobis profana, ſuperſtitioſa & illicita: illi ſacra, pia, & iuſta habentur; quæ vero probamus, illa ſæpius damnat & peccatorum in cenſum reiicit: (3.) ſi *eccleſiæ damnum* infert, eiusque iuribus præiudicat. In propatulo vero eſt, appellationem *eccleſiæ* ad omnia cleri, *maioris* imprimis, & *hierarchiæ Romanæ*, iura, quæ in infinitum extendit, referendam eſſe, & ita vix euenire poſſe, vt *pactum publicum* inter gentes ineatur, fœderaque pangantur, quæ non quodammodo commodis cleri officiant vel iuribus eccleſiæ litem moueant. Nihil fere hodie inter gentes *purum* cenſetur: quæuis negotia ſimul *hierarchiæ* tangunt limites, & ita facili negotio papa, ſi vult, conſtituere poteſt, fœdus vel pactum commmodis eccleſiæ aduerſari, & ſic dirimendum eſſe vel relaxandum. Id enim DEO aduerſari creditur, quod principiis hierarchiæ repugnat.

Talis relaxandi facultas laicis pergrata dulcisque eſt,

§ LX. Ecquid vero iucundius excogitari, quid rebus humanis commodisque conuenientius concipi poteſt, quam aſylum in promtu habere, quod contra *iuramenta*, *vota*, & *fidem datam* tutiſſimum præſtat refugium. Sunt plerique fluxi, & mobiles: vetera oderunt; noua exoptant odio rerum ſuarum, quæ adflictæ ſunt, mutare omnia ſtudent: rerum nouarum cupidi ſemper: data & accepta fide fœdera confirmant; mox ea dirimere cogitant, vbi dubiis rebus nouandis ſpes offertur: maria montesque in rebus anxiis pollicentur, quæ, neceſſitate remota, difficulter præſtant, animo alacri amplectentes media, quibus a iuramentorum & fidei datæ nexu ſeſe liberare poſſunt, ſalua religione.

generi humano autem noxia.

Quid vero hoc ipſum aliud, *quam aliud clauſum in pectore, aliud in lingua*

Digitized by Google

gua promtum habere: amicitiasinimicitiasque non ex re, ſed ex commo-
æſtimare, magisque vultum quam ingenium bonum habere? vt vtar ver-
SALVSTII *in Catil. c. 10. n. 5.* Denique ſi præſto eſt *religionis* præſi-
um, quo perfidi ſeſe, relaxatione facta, munire poſſunt contra quascun-
ie obiurgationes, nihil amplius ſupereſt, quod mentem a propoſito, mu-
ndi conſilium, retrahere queat.

§. LXI. Eo promtius autem curia Romana ſe ad deſideria poten- Talis relaxa-
rum accommodat, quo vberiora ex hac gratia exſpectat commoda, & tio etiam iure
o magis ſubiectionem illorum firmat. Neque enim tantum oblata oc- priuilegii
ſione laxat hæc vincula; ſed *perpetua* etiam *priuilegia* quandoque con- perpetui regi-
dit, interuentu quorum ſine recurſu ad ſedem Romanam ab eo, qui illis bus concedi
a confeſſionibus, a quouis nexu liberari poſſunt. Hanc gratiam CLE- ſolet,
NS VI. *anno 1351.* indulſit Regi Galliæ, omnibusque poſteris eius, in quod regi
lla a D'ACHERIO *in ſpicil. tom. III. p. 724. nov. edit.* (*tom. IV. p. 275.* Galliæ indul-
. edit.) relata huius tenoris: *CLEMENS, &c. cariſſimis in Chriſto* tum,
is IOANNI Regi, & IOANNAE Reginæ Franciæ illuſtribus, ſalutem
apoſtolicam benedictionem. Votis veſtris libenter annuimus, iis præ-
ue, per quæ, ſicut pie deſideratis, pacem, & ſalutem animæ, DEO
ppitio conſequi valeatis. Hinc eſt quod nos, veſtris ſupplicationibus
linati, vobis & ſucceſſoribus veſtris Regibus & Reginis Franciæ, qui
tempore fuerint; ac veſtrum & eorum cuilibet, auctoritate Apoſtolica,
ore præſentium IN PERPETVVM indulgemus; vt confeſſor religio-
, vel ſæcularis, quem veſtrum & eorum quilibet duxerit eligendum, VO-
l per vos forſitan iam emiſſa, ac per vos, & ſucceſſores veſtros in
terum emittenda, vltramarino, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolo-
m, ac caſtitatis & continentiæ votis duntaxat exceptis; nec non IV-
MENTA per vos præſtita, & per vos & eos præſtanda in poſte-
m, quæ vos & illi ſeruare commode non poſſetis, vobis & eis commu-
e valeat in alia opera pietatis, prout ſecundum Deum, & animarum
rarum, & eorum ſaluti viderit expedire. Nulli, &c. Si quis &c.
tum Avinioni XII. Calend. Maii, anno nono. Non neceſſe eſt, plu-
is hæc illuſtrare, poſtquam de his redemtionibus *tom. III.* iam actum
deque *redemtionibus pœnitentiarum* ad *lib. V.* agendum erit, qui-
itidem inſignem gratiam indulget *pia mater* eccleſia iis, quibus pœni-
tiarum rigor faſtidium præbet.

Digitized by Google

(IV.)

DE GRATIA PER PRIVILEGIA, EXEMTIONES ET ALIA IVRA SINGVLARIA INDVLTA.

Priuilegia iis indulget, qui iura eccleſiæ i. e. Chriſti tuentur,

§. LXII. Latior adhuc campus ſeſe nobis offert, gratiarum vbertate florentiſſimus, ex quo *pia mater eccleſia* infinitos indulgentiæ ſuæ theſauros in omnes effundere queat, qui ei adhærent, & iura eius ſtrenue tuentur, quippe quæ ipſius *Chriſti iura* ſunt. Id indicat GREGORIVS X. in bulla ad regem Angliæ de anno 1274. apud RYMERVM *in act. publ. Anglic. tom. II. p. 36.* vbi ita: *vt rex (Chriſtus), qui te ad regni ſolium ſublimauit, dirigat proſpere greſſus tuos, iura eccleſiæ, IMO SVA, debes tuis temporibus illibata facere conſeruare.* Habent quidem diſpenſationes quandam cum *priuilegiis* affinitatem, adhuc tamen hæc ab illis in conceptu diſtingui ſupra §. 17. iam oſtendi, vnde peculiarem *gratiarum eccleſiaſticarum* fontem in *priuilegiis* conſtituendum eſſe duxi. Sicuti vero infinita legum eccleſiaſticarum moles & ſylua immenſa eſt; ita pia mater eccleſia abundantiſſimum theſaurum habet, vnde in gratiam certarum perſonarum *in perpetuum* hæc vincula laxare, & *iura ſingularia*, quæ commodum haud ſpernendum, rebus ſic ſtantibus, adferunt, clericis & laicis indulgere poſſit. Equidem ad *lib. V. de priuilegiis* eorumque *abuſu* agendum erit: non inutile tamen erit, quædam pro exornanda & exaggeranda hac gratia, quæ in conceſſione eorum latitat, in medium proferre. Regula iuris antiqui eſt, quod monaſteria quæuis ſubſint epiſcopis, in quorum diœceſi ſunt ſita. Enimuero priuilegia papalia non tantum ingentem monaſteriorum numerum, ſed etiam integras monachorum familias iurisdictioni epiſcopali exemerunt, vt demonſtratum eſt *tom. III. p. 325. ſqq.* Abbates iura epiſcopalia exercere non poſſunt; ſed *apoſtolicæ ſedis benignitas nonnullis abbatibus aliisque prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, conceſſit in eccleſiarum ſuarum gloriam & honorem, quod mitra & aliis pontificalibus vti poſſint*, vt ait Pontifex in *c. 6. de priuileg. in 6.* Iura ſingularia inde dependentia recenſui *tom III, p. 337.* Templariis ALEXANDER III. anno 1172. apud RYMERVM *in act. publ. Anglic. tom. I. p. 30.* conceſſit, *vt ea, quæ de paganorum ſpoliis ceperint, fidenter in vſus ſuos conuertere poſſint, nec de his contra velle ſuum portionem alicui dare cogantur*, quod etiam cum aliis priuilegiis confirmauit LVCIVS III. *anno 1181. cit. l. p. 54.* ALEXANDER III. anno 1180. apud EVNDEM *tom. I. p. 60. ſeq.* clericis *per Archidiaconatum Ber-*

per vberrimam gratiam,

veluti concedendo exemtiones fidelibus monachis

abbatibus iura epiſcopalia,

templariis ius acquirendi ſpolia,

Digitized by Google

ieſire conſtitutis conceſſit, ne canes vel accipitres, archidiacono præſtare monachis ne
teneantur, nec eum pluries quam ſemel in anno recipere. Poſtquam enim canes alere te-
tractu temporis per varios mores onera plurima clericis ab epiſcopis & neantur.
archidiaconis impoſita ſunt, ab his non aliter quam per priuilegia ſeſe li-
berare potuere.

§. LXIII. Sed longe ampliora & extantiora ſunt beneficia, quæ Laicorum pri-
laici *a pia matre eccleſia* per *priuilegia* conſequuntur, eo gratiora, quo vilegia contra
arctius duris legum vinculis conſtricti tenentur. Neque eſt, quod quis dura legum
ad hoc legum iugum exhorreat, contra quod medicina ſaluberrima in vincula,
promtu eſt, iis ſalutaris, qui *matrem eccleſiam* venerantur, & erga eam
grati ſunt. Generaliter affectum *piæ matris* exprimit INNOCENTIVS III.
in bulla ad quoscunque patronos Angliæ de anno 1200. apud RYMERVM *in*
act. publ. Anglic. tom. I. p. 120. Feruens Anglorum meretur deuotio, vt ex materno
eos apoſtolica ſedes tanquam ſpeciales filios brachiis MATERNAE AF- affectu,
FECTIONIS amplectens & fauore ipſos muniat opportuno, ac efferat
GRATIAE PRIVILEGIO POTIORIS. Talis deuotio erga *piam ma-* erga ſibi de-
trem deſideratur ab iis, qui *gratiæ priuilegio potioris* frui optant. Sicuti votos.
enim hoc indigni ſunt rebelles; ita obedientiſſimi filii eo exornantur, vt
eccleſia & vindictam debitam in illos exerceat, & benignitate hos ample-
ctatur. Ita rationes ſubduxit INNOCENTIVS III. *in bulla ad Ioannem Re-*
gem Angliæ anno 1213. apud RYMERVM *cit. l. tom. I. p. 1213. Sicut in arca*
fœderis domini cum tabulis teſtamenti virga continebatur & manna; ſic
in pectore ſummi pontificis cum ſcientia legis diuinæ rigor diſtinctionis &
fauor dulcedinis continetur. Vnde ſemper hanc conſueuit moderantiam
obſeruare, vt VERBERA PATRIS & VBERA MATRIS habens, ſic
in rebelles & induratos ſeueritatem exerceat, quod benignitatem exhibeat
erga humiles & correctos, eius exemplo, qui vinum ſuperinfudit & oleum
vulneribus fauciati.

§. LXIV. Hunc morem ab antiquo ſeruauit *pia mater* eccleſia, Talia conce-
& vincula legum auxit, quo ampliorem occaſionem adipiſceretur, per duntur impri-
priuilegia benigniſſimæ *matris* affectum prodendi. Idem, quem ante mis regibus.
in ſcenam produxi, CLEMENS VI. Ioannem Regem Galliæ priuilegiis Clemens VI.
muniuit variis, & quidem (1) vt is, qui ei a confeſſionibus eſt, in exer- plura regibus
citu poſſit dare militibus tempore ieiunii licentiam veſcendi carnibus. Galliæ con-
ipſum diploma habet D'ACHERIVS *tom. III. ſpicil. p. 724. n. 7. nou.* ceſſit.
edit. (2) Vt rex poſſet ingredi monaſteria incluſarum, apud EVNDEM
cit.

Digitized by Google

cit. l. n. 8. (4) Vt rex possit habere altare portatile, super quo in exercitu possint sacra fieri: *ibid. n. 10.* (4) Vt prælatus celebrans coram rege seu regina, conferre possit vnum annum & quadraginta dies indulgentiæ: *ibid. p. 715. n. 11.* (5) Vt rex & regina eorumque liberi sub patria potestate constituti non possint ab aliquo excommunicari aut interdici, *ibid. n. 13.* (6) Vt clerici iurati & familiares regis & reginæ non possint propter participationem cum excommunicatis maiori excommunicatione ligari, nisi communicent in crimine criminosis, *ibid. p. 726. n. 15.* quanquam ALEXANDER III. tale priuilegium improbasse videatur in *c. 8. X. de sentent. excomm.* (7) Vt possint reges Galliæ confessionarium eligere, qui eos absoluat, si excommunicationis sententiam incurrant propter manuum iniectionem in clericos, *ibid. n. 18.* quamuis alias hæc absolutio soli pontifici sit reseruata. Simile priuilegium impetrauit Rex Angliæ a CLEMENTE V. anno 1309. in bulla, quam refert RYMER. *in actis Angl. tom. III. p. 139.* quo confessionario electo in genere concessit facultatem absoluendi regem in casibus papæ reseruatis. Sed redeo ad CLEMENTEM VI. qui (8) Regi Galliæ per priuilegium concessit, vt nemo in terram regis interdicti sententiam promulgare queat, absque auctoritate sedis Romanæ *ibid. n. 19.* (9) Vt non teneatur ad restitutionem bonorum, nisi his, qui ad notitiam eorum venerint, sed vt eleemosynis compensari queant: *ibid. p. 727. n. 20.* hoc priuilegio illorum conscientiæ consuli credebatur, quibus obiiciebatur, quod peccatum non remitteretur, nisi restitueretur ablatum. (10) Vt nulli liceat capellam regiam supponere interdicto. *ibid. n. 22.* (11) Vt rex & regina possint in locis interdictis sacra celebrare. *ibid. p. 723. n. 3.* (12) Vt clerici regis & reginæ Galliæ a quouis episcopo possint ordinari. *ibid. p. 728. n. 28.* (13) Vt beneficiati, obsequiis regis addicti, a residentia sint immunes. *ibid. 729. n. 31.* &c. Potiora tantum retuli priuilegia, quæ regibus Galliæ ex beneficio CLEMENTIS VI. debentur: plura adhuc apud D'ACHERIVM *cit. l.* supersunt, quæ regustare non vacat. Quodsi reliqua iura singularia a Papis indulta ex *actis* RYMERI, ex diplomatibus ab AVBERTO MIRAEO, a collectoribus *Actorum sanctorum*, ab illustri Dn. a LVDEWIG, LVNICHIO, VGHELLIO, MARTENIO, PEZIO, MVRATORIO, CANISIO, aliisque, qui diplomata magno ediderunt numero, relatis, saltim per indicem recensere vellem, non dissertatio, sed vastissimum volumen exarandum esset, quo labore ex instituti ratione lubens supersedeo.

(V.) De

Digitized by Google

(V.)

DE CONFIRMATIONIBVS PAPALIBVS.

Tribuit etiam gratiam per confirmationem,

§. LXV. Præterea gratiam ſingularem exhibet pontifex per *confirmationes* iurium, bonorum, actuum atque negotiorum geſtorum, quibus pro *imperio* ſacro, quo pollet, plenum robur, ſecuritatem, atque efficaciam tribuit. Sicuti enim, qui autore prætore poſſidet, iuſte poſſidere dicitur; ita creditum fuit, tunc demum iuſte & ſecure contra quoscunque inuaſores quicquam poſſideri poſſe, quod auctoritate pontificis poſſidetur, atque papali robore confirmatum eſt. Naturam atque rationem harum *confirmationum* peculiarem pro ratione inſtituti ſatis ſuperque tradidi atque explicui *tit. de confirmat. vtili vel inutili*, oſtendique, eam quandoque *neceſſitatis*, quandoque *voluntatis* eſſe. Eo præſtantior autem atque gratior eſt confirmatio pontificis, quando hæc ad negotii valorem deſideratur, vt absque hac actus ſubſiſtere non poſſit, quos actus paſſim in his tomis enarraui. Huc pertinent *privilegiorum* & gratiarum conceſſarum corroborationes, quippe quæ a ſucceſſoribus in ſede papali facilius reuocari poſſunt, quod titulo ſingulari, per *electionem*, in cathedra Petri collocentur. Ipſa porro inſtituta collegiorum, cum ſuis iuribus & bonis confirmationes Romanas appetunt, & hoc modo ſeſe contra quosuis inſultus muniunt. En formulam ſanctis amplam apud P. MEICHELBECKIVM *in hiſtor. Friſing. tom. I. p. 293.* *Eiusdem igitur Abbatis & Monachorum eius iuſtum votum piumque deſiderium cognoſcentes, quod ab eis inſtitutum eſt, præſenti decreti fauore firmamus. Ipſam enim cellam & canonicorum illuc congregatorum ſeu congregandorum conuentum Apoſtolicæ ſedis munimine confouemus, ſtatuentes, vt quæcunque prædia, quæcunque bona per ſupra dictum Iegernſeenſis monaſterii Abbatem vel per alios fideles de iure proprio loco eidem conceſſa ſunt, quæcunque etiam in futurum conceſſione pontificum, liberalitate principum vel oblatione fidelium iuſte illic dari offerriue contigerit, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus illibata permaneant. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat eandem eccleſiam temerarie perturbare aut eius poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura &c.* Addi ſolent grauiſſimæ comminationes, vt in bulla INNOCENTII II. *de anno 1141.* aud EVNDEM *p. 324. Si qua igitur*

Præſertim ſi ad negotii valorem facit.

Huc pertinent confirmationes iurium & bonorum, quæ monaſteriis competunt.

comminationibus grauiſſimis munitæ

Digitized by Google

tur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginan ſciens contra eam temere venire temptauerit. ſecundo tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrue emendauerit, poteſtatis honorisve ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine DEI & Domini redemtoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Decantata eſt hæc clauſula, quæ ex ſtylo curiæ huiusmodi bullis confirmatoriis adiici ſolet, vt conſtat ex bullis infinitis apud VGHELLIVM *in Ital. ſacra* v. c. *tom V. pag. 66. 70. 91. 130. &c.*

(VI.)

DE BENEFICIORVM COLLATIONIBVS.

Gratiam ſingularem effundit in vniverſum orbem per beneficiorum collationem,

§. LXVI. Sed deſino plura addere, cum de hac *gratioſa confirmatione ad tit. de confirmat. vtili vel inut.* iam actum & oſtenſum ſit, quos effectus talis confirmatio producat. Progreſſum ergo facio ad ſextam gratiarum *piæ matris* ſpeciem, quæ in diſtributione *beneficiorum eccleſiaſticorum* & *penſionum* per vniuerſum orbem chriſtianum, ſedi papali ſubiectum, facienda conſiſtit. Hæc ſpecies, quæ per excellentiam *gratia expectatiua* vocari ſolet, eſt illud ipſum præmium, quod omnibus propoſitum eſt, qui fidelem nauant operam rei Romanæ, quodque ſitim ſingulorum exacuat, vt piæ matri conſtanter adhæreant, ſcientes, ſe omni ſpe capiundi huius lucri in perpetuum carituros eſſe, ſi a fidelitate erga eam deſciuerint. Neque enim tantum infimæ ſortis homines hanc ambiunt gratiam, ſed ſummi etiam principes regumque liberi, quod beneficia maiora eccleſiaſtica tam lauta & pinguiſſima ſint, vt inde facile ex illuſtri proſapia nati, qui ſpe ſuccedendi in principatus deſtituuntur, ſuſtentari queant. Quibus præſidiis mediisque hoc ius conferendi beneficia ſedes Romana ſibi acquiſiuerit, plenius ad *lib. III. tit. V.* oſtendi, demonſtrauique, plures eſſe modos, quibus *pia mater eccleſia* erga bene meritos h. e. ſibi addictiſſimos, hanc gratiam exercere poſſit. Admodum profuit rei Romanæ hæc noua *inuentio extraordinarii* acquiſitio, quoniam cognitum habuit pontifex, *præmiis & pœnis* ſubditos contineri in officio & fide: & ſicuti his deterrentur homines, ne iugum intolerabile excutiant, ita illis alliciuntur, vt colla ſua ſponte illi ſubdant, &, ſpe illius, Romanæ eccleſiæ auctoritatem, principatum, iura, & præeminentiam, quauis occaſione, poſt-

quæ ab imis & ſummis avide expetitur.

Inde collationes beneficiorum ad ſe traxit.

poſita

Digitized by Google

ɔoſita etiam ſummorum imperantium ſuprema poteſtate, defendant, ıugeant, ſuſtentent. Quo magis feruet zelus pro eccleſiæ Romanæ ɔommodis, eo acceptior, qui merito compenſandus eſt.

§. LXVII. Vt itaque theſaurum, exhauriri neſcium, haberet, quem ine imminutione profundere in bene meritos poſſet *pia mater* eccle- ia, antiqua eccleſiæ diſciplina deferenda, ſimplicitati priſtinæ dunta- ɪat conformis, & noua, rei Romanæ magis apta, obtrudenda orbi chri- ɪiano. Olim magis *vrbis* quam *orbis* erat epiſcopus pontifex Romanus, ɔt DVARRENVS *de ſacr. eccleſ. miniſt. lib. XIII. c. 1.* apte loquitur. Hæc ſcena mutanda erat pedetentim, quod ſeculo XII. factum eſt, quo ɔlura alia innouata ſunt. v. *tom. II. iur. eccleſ. p. 338.* Ab hoc tempore nim *pontifices ſeſe intra hos fines non continuerunt, ſed velut domini egesque omnia pro poteſtate agere, vniuerſalis eccleſiæ gubernationem ibi arrogare non dubitarunt. Itaque dicitur pontifex Romanus plenam, ɔeram, nullisque legum vinculis adſtrictam diſpoſitionem omnium bene- ɔiorum habere, & cum omnibus episcopis, quoties ei libuerit, concurre- ɛ, eosque omnes præuenire vacuum beneficium conferendo & anteuertere oſſe*, VT DVARRENVS *cit. l.* loquitur. Hoc dominio ſupremo omni- m beneficiorum impetrato, cogitandum etiam erat de mediis, quibus on tantum clericorum ſitis vniuerſalis exſtingui, ſed etiam effici pos- ɛt, vt laici partem prædæ acciperent. Id vero commodiſſime fieri oſſe cenſuit per *commendationes beneficiorum*, quæ non iure *tituli*, ſed udæ *cuſtodiæ* vel *commendationis* appellatione ad vitam obtinerent, & ırrogato ſibi clerico præcipuam redituum partem ſuam facerent, idque ɛ *aſſueta Romanorum pontificum liberalitate, quam in ſuis exercere ſo- ɛi ſunt nouitatibus*, VT CLEMENS V. *in c. 2. extr. comm. de præbend.* ɔprime ait. conf. *tom. II. iur. eccleſ. p. 578. ſqq.* Quamvis vero ex hac ɔiuerſali omnium beneficiorum collatione ius paſcendi ſe ſuosque et- m conſecutus fuerit, facile tamen ADRIANVS IV. IOANNI Sares- ɪrienſi, ſedem papalem ea de cauſa obiurgitanti, ſatisfacere & rationes ɔliticas huius inſtituti obiicere potuit. *Tale eſt*, ait, *frater, ſi recte tendas, in corpore reipul. vbi liceat plurimum appetat magiſtratus*, ɔm tam *ſibi quam aliis coaceruat: ſi enim exinanitus fuerit, nihil eſt,* ɔod *membris valeat impartiri. Nam ſtomachi in corpore & principis republica idem officium eſt.* v. MARCVS ANTON. de DOMINIS *de re- ıbl. eccleſ. lib. IX. c. 9. §. 33.*

Vt haberet, quo bene meritos & fideles præmio afficeret,

quia pontifex non amplius vrbis ſed orbis eſt epiſcopus,

laicis quoque inde proſpectum iure commendationis,

ex rationibus politicis.

Digitized by Google

(VII.)
DE REGNORVM ET IMPERIORVM DISTRIBVTIONIBVS.

Ex thesauro suo quoque regna distribuit.

§. LXVIII. Nouum adhuc thesaurum inuenit *pia mater ecclesia*, vnde potentioribus, atque imperantibus, qui in limitibus regnorum suorum extendendis studiosissimi sunt, satisfacere posset. Etenim CLEMENS VII. in bulla de anno 1346. apud RAYNALDVM *ad cit. ann. n. 34.* ita edixit: *Romanus pontifex, cui Rex aeternus & summus in persona beati Petri apostoli, aeternae vitae clauigeri, COELESTIS simul & TERRENI IVRA IMPERII & plenitudinem potestatis contulit &c.*

ex variis argumentis, Neque defuere ei rationes, quibus haec gratia palliari atque exornari posset. Recurrendum (I) ad illud Prophetae cum INNOCENTIO III. in *c. 6. X. de elect. ecce constitui te super gentes & regna, vt euellas & dissipes, aedifices & plantes.* Ex hoc, vt aiunt, diuino instituto *pia mater ecclesia*, quam in IEREMIA Deus allocutus creditur, potestatem accepit, regna, terras, principatus auferendi indignis & infidelibus, & dignioribus conferendi, praesertim cum (II) CHRISTO, & sic etiam eius VICARIO, omnis data sit potestas *in caelo* & *in terra.* Vt autem haec duo fundamenta huius potestatis aliis illustrentur & muniantur, adferam philosophiam eorum, qui in defendenda monarchia papali admodum desudarunt, inter quos non infimum tenet locum FRANCISCVS BOZZIVS *de temporali eccles. monarchia & iurisd. lib. III. c. 14.* Praemittit hic ipse (III) fulcrum quoddam nouum & artificiose excogitatum ex *Apoc. II, 26. sqq.* vbi ita: *qui vicerit & custodierit vsque in finem, dabo illi potestatem SVPER GENTES, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut ego accepi a patre meo, & dabo illi stellam matutinam.* His verbis supremam potestatem in *rebus omnibus temporalibus* ecclesiae datam fuisse, ex patrum testimoniis, imo (IV) praeterea ex *ipsa Apocalysi XIX, 15.* euincit. Huius verba haec sunt: *de ore eius* (Christi) *procedebat gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat GENTES, & ipse regat eas in virga ferrea &c.* Vterque locus desumtus est ex *Ps. II, 8. Postula & dabo tibi GENTES hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terrae; reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Inde vero BOZZIVS *cit. l. p. 533.* deducit, *iure & potestate esse penes ecclesiam potestatem circa infideles, licet de facto non sint illi membra ecclesiae, cum eius corpori non sint annexi per fidem.*

inprimis ex apocal. II, 26. XIX, 15.

ex Ps. II, 8.

Digitized by Google

em. Nolo referre, quæ BELLARMINVS alique in ſcenam producunt, xaminata a BARCLAIO, MOLINAEO &c. ſed tantum reguſtabo philoſo-hiam FAGNANI in *c. 1. X. de conſtit. n. 64.* vbi (V) aliud addit fun-amentum: *Papa, qui eſt vicarius Chriſti, poteſtatem habet non tantum* ex Chriſti re-*iper chriſtianos, ſed etiam ſuper infideles. Etenim cum Chriſtus ple-* gno. *am receperit poteſtatem, vnde in Pſalmo: Deus iudicium tuum regi da: on videretur diligens paterfamilias, niſi vicario ſuo, quem in terra di-ittebat, plenam poteſtatem ſuper omnes dimiſiſſet.* Prouocat vlterius VI) ad vulgatum illud: *paſce oues meas*, indeque hanc nectit conclu- ex dicto: onem: *omnes autem tam fideles quam infideles oues ſunt Chriſti per* paſce oues. *eationem, licet non ſint de ouili Chriſti, & ſic per prædicta apparet, tod Papa ſuper omnes habeat iurisdictionem & poteſtatem de iure, licet n de facto.* Non adeo ab hac doctrina recedit HOSTIENSIS *in c. quod per X. de voto*, &, *mihi videtur*, ait, *quod in aduentu Chriſti omnis nor, omnis principatus, omne dominium, omnis iurisdictio ex iuſta cau-& per illum, qui ſupremam manum habet, nec errare poteſt, homini fideli ſubtracta fuerit & ad fideles translata.* Hæc fulcra ſunt ex ſa-is petita: addam etiam (VII) a *iure publico papali* nouiter deprom̃tum damentum, quo vtitur VRBANVS II. *in bulla de anno 1091.* apud HELLIVM *in Ital. ſacra tom. III. p. 369. nov. edit. Cum omnes inſulæ undum ſtatuta legalia iuris publici habeantur, conſtat etiam, eas reli-ſi imperatoris Conſtantini liberalitate ac priuilegio in B. Petri vica-rumque eius ius proprium eſſe collatas &c.* Senſus, ni fallor, hic : *omnes inſulæ per totum orbem ſunt iuris publici*: ergo ad impera-em, *tanquam orbis dominum* pertinent, a quo rurſus in ſedem Roma-translatæ. Nihil elegantius & acutius hac philoſophia excogitari uit, ex qua *inſulam Corſicam* Piſanis epiſcopis, ſub annuo cenſu lidendam, tradidit. Hactenus *nouum* illud, & ad mentem *matris eccleſiæ* accommodatum *ius gentium* tradidi, quod licet parum *pie-s* ſapiat, recipiendum tamen fuit, quod *piæ matris* honorem, gloriam, aurosque admodum augeret. Nunc exemplis id ipſum illuſtrandum.

§. LXIX. HADRIANVS IV. P. anno 1154. rogatus a rege Angliæ Inde Hiber-RICO II. *vt ſibi liceret Hiberniæ inſulam hoſtiliter intrare & terram* niam regi An-*ugare, atque homines illos beſtiales ad fidem & viam reducere veri-* gliæ dedit. *s, exſtirpatis ibi plantariis vitiorum* (vt ait MATTHAEVS *Pariſ. ad m 1155.*) ſolenni diplomate hanc facultatem conceſſit, vt Hiberniam

ex hoc capite ſubiugare poſſet. Ipſum diploma habet RYMER. *in act. publ. Angl. tom. I. p. 15.* quod etiam recitat MATTHAEVS *cit. l.* ſed periodis quodammodo transpoſitis. Verba eius ex relatione MATTHAEI ſunt haec : *Per idem tempus Rex Anglorum HENRICVS, nuncios ſolemnes Romam mittens, rogauit Papam ADRIANVM, vt ſibi liceret Hyberniæ inſulam hoſtiliter intrare, & terram ſubiugare; atque homines illos beſtiales ad fidem & viam reducere veritatis, extirpatis ibi plantariis vitiorum. Quod Papa regi gratanter annuens, hoc ſequens ei priuilegium deſtinauit. ADRIANVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, illuſtri Anglorum Regi ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Laudabiliter & ſatis fructuoſe de glorioſo nomine propagando in terris & æternæ felicitatis præmio cumulando in cælis tua magnificentia cogitat, dum ad tantos eccleſiæ terminos, ad declarandam indoctis & rudibus populis chriſtianæ fidei veritatem, & vitiorum plantaria de agro Dominico extirpanda, vt catholicus Princeps intendis, & ad id conuenientius exequendum, conſilium ſedis Apoſtolicæ exigis & fauorem. In quo facto, quanto altiori conſilio & maiori diſcretione procedis, tanto in eo feliciorem progreſſum te, parante Domino, confidimus habiturum. Significaſti ſiquidem nobis, fili in Chriſto chariſſime, te Hyberniæ inſulam ad ſubdendum populum legibus chriſtianis & vitiorum inde plantaria excirpanda velle intrare, & de ſingulis domibus annuam vnius denarii beato Petro velle ſoluere penſionem: ita & iura eccleſiarum illius terræ illibata & integra conſeruare. Nos autem pium & laudabile deſiderium tuum fauore congruo proſequentes, & petitioni tuæ benignum impendentes aſſenſum, gratum & acceptum habemus, vt pro dilatandis eccleſiæ terminis, vitiorum reſtringendo concurſu (decurſu iuxta* RYMERVM*) pro corrigendis moribus & virtutibus inſerendis, pro chriſtianæ religionis augmento, inſulam illam ingrediaris, & quæ ad honorem Dei, & ſalutem illius terræ ſpectauerint, exequaris: & illius terræ populus te recipiat, & ſicut Dominum veneretur, iure eccleſiarum illibato & integro permanente, & ſalua beato Petro de ſingulis domibus annua vnius denarii penſione. SANE OMNES INSVLAS, QVIBVS SOL IVSTITIAE CHRISTVS ILLVXIT, ET QVAE DOCVMENTA FIDEI CHRISTIANAE SVSCEPERVNT, AD IVS SANCTI PETRI ET SACROSANCTAE ROMANAE ECCLESIAE (quod tua etiam nobilitas recognoſcit) NON EST DVBIVM PERTINERE. Si ergo, quod animo concepiſti, effectu duxeris proſequente complendum, ſtude gentem illam bonis moribus informari, & agas tam per*

Digitized by Google

er te, quam per illos, quos ad hoc fide, verbo & vita idoneos esse per-
exeris, vt decoretur ibi ecclesia, plantetur & crescat fidei christiane re-
gio, & que ad honorem Dei, & salutem pertinent animarum, taliter
dinentur: vt & a Deo sempiterne mercedis cumulum consequi merearis,
in terris glorioſum nomen valeas in seculis obtinere.

§. LXX. Hoc *ius ſupremum papale* anno 1344. etiam exercuit
LEMENS VI. atque virtute illius LVDOVICO DE LA CERDA, vulgo de
SPANIA dicto, atque ſanguine regio creto, dono dedit *inſulas fortu-* Inſulas fortu-
natas ab infidelibus poſſeſſas. Seriem huius facti his enarrat verbis natas dedit
IOMAS WALSINGHAMVS *ad cit. ann.* *Hoc anno Papa Clemens in Con-* Ludouico de
ſiſtorio publico dominum Ludouicum de Hiſpania creauit principem inſu- la Cerda,
rum fortunatarum, qui tunc fuit vnus ex ambaſſatoribus regis Francie.
: aſſumſit Papa pro themate: faciam principem ſuper gentem magnam.
hoc ſermone inter alia hæc leguntur: *Modo videtur nobis, quod in*
ſto noſtro, quod hodie proponimus facere, videlicet facere dominum
ıdouicum de Hiſpania principem & dominum quarundam inſularum,
e dicuntur FORTVNATAE, & quarundam aliarum circumadiacen-
ım & vicinarum, que vobis hic enumerabuntur, in quibus habitant
gani & chriſtiane fidei inimici. Ipſum diploma papale, huius
ncesſionis tenorem continens, RAYNALDVS *ad cit. ann. num. 39.* re-
:t, in quo hæc clauſula occurit: *concedimus & donamus, teque pre-*
ſo feudo per ſceptrum aureum præſentialiter inueſtimus. Eſt ergo quia Papa eſt
ntifex dominus omnium terrarum ab infidelibus poſſeſſarum, de qui- dominus ter-
s *fideles* inueſtit, retento *dominio directo*, in cuius recognitionem rarum ab infi-
xdicto LVDOVICO impoſitus eſt cenſus annuus 400. florenorum delibus poſ-
ni & puri auri, in feſto B. Petri & Pauli ſingulis annis integraliter ſeſſarum,
rſoluendi. Recognitionis literas LVDOVICI DE HISPANIA refert
EM *cit. l. num. 45.* in quibus ſimul vaſallagii formula continetur.
ıamuis autem hæc inueſtitura effectu caruerit, oſtendit tamen, pon-
cem *omnium inſularum dominium*, vel ex philoſophia VRBANI II.
l ex reliquis fulcris ſibi aſſerere. Nec in hoc a pontifice quid pec- quod pia cre-
:um eſſe cenſent: ſi quid hac in re peccatum, *credulitati* princi- dulitate laicis
m hoc tribui oportere. Ita rationes ſubducit FLEVRY *dans l'hiſtoire* perſuaden-
leſ. tom. XX. ad cit. ann. 50. *En quoi ce qui me paroit le plus re-* dum.
rquable, n'eſt pas la pretenſion des papes, mais la credulité des prin-
Neque tamen aliter inſtructi erant principes, adeoque etiam hoc

Digitized by Google

videndum erat, quis huius *credulitatis carbonariæ* dux, auctor promotorque fuerit.

Indos concessit regibus Hispaniæ & Portugalliæ,

§. LXXI. Indos nouiter detectos eorumque terras eodem iure seu ex *liberalitate* piæ matris ecclesiæ regibus Portugalliæ & Hispaniæ obvenisse, nemo est, qui nescit, & quamuis varia dubia contra hanc concessionem mouerit FRANCISCVS DE VICTORIA *in relect. moral. rel. 5.* vbi *de Indis nouiter inuentis* speciatim agit: facile tamen causa *piæ matris*, quæ priuatis huiusmodi ratiociniis haud turbatur, obtinere potuit. Exorta enim post CHRISTOPHORI COLVMBI reditum inter Castellanum & Lusitanum reges de Oceani nouique orbis imperio, hoc detectas a COLVMBO insulas suas esse aiente, illo vero negante: gratia ALEXANDRI III. *anno 1493.* effecit, VT FERDINANDO noui orbis dominium adiudicaretur. Bullas huc pertinentes recitat RAYNALDVS *ad cit. ann. n. 18. seq.* inter quas hæc, quam etiam LEIBNITIVS *in Cod. diplom. iur. gent. P. I. n. 203. p. 472.* refert, præcipua est: *ALEXANDER Episcopus, seruus seruorum Dei, charissimo in Christo filio FERDINANDO Regi, & charissimæ in Christo filiæ ELISABETH Reginæ Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ & Granatæ, illustribus, salutem & Apostolicam benedictionem. Inter cætera diuinæ maiestatis beneplacita opera & cordis nostri desiderabilia illud profecto potissimum existit; vt fides catholica & christiana religio nostris præsertim temporibus exaltetur, ac vbilibet amplietur & dilatetur, animarumque salus procuretur, ac barbaræ nationes deprimantur, & ad fidem ipsam reducantur. Vnde cum ad hanc sacram PETRI sedem, diuina fauente clementia, meritis licet impar-*

quod indicat Alexandri III. bulla.

bus, euecti fuerimus, cognoscentes vos tanquam veros Catholicos Reges & Principes, quales semper fuisse nouimus, vt a vobis præclare gesta, toto pene iam orbi notissima demonstrant, nedum id exoptare, sed omni conatu, studio & diligentia nullis laboribus, nullis impensis, nullisque parcendo periculis, etiam proprium sanguinem effundendo efficere, ac omnem animum vestrum omnesque conatus ad hoc iamdudum dedicasse, quemadmodum recuperatio Regni Granatæ a tyrannide Saracenorum hodiernis temporibus per vos cum tanto diuini nominis gloria facta testatur; duximus non immerito & debemus illa vobis etiam sponte & fauorabiliter concedere, per quæ huiusmodi sanctum & laudabile ac immortali Deo acceptum propositum in dies feruentiori animo ad ipsius Dei honorem, & Imperii christiani propagationem prosequi valeatis. Sane accepimus, quod vos, qui dudum animo proposueratis, aliquas insulas & terras firmas remo-

Digitized by Google

notas & incognitas, ac per alios hactenus non repertas quærere & inue-
ire, vt illarum incolas & habitatores ad colendum Redemptorem no-
'rum & fidem catholicam profitendam reduceretis, hactenus in expugna-
ione & recuperatione ipsius regni Granatæ plurimum occupati, huiusmo-
'i sanctum & laudabile propositum vestrum ad optatum finem perducere
equiuistis; sed tandem, sicut Domino placuit, regno prædicto recu-
erato, volentes desiderium adimpleri vestrum, dilectum filium CHRI-
TOPHORVM COLON, virum vtique dignum & plurimum commen-
andum, ac tanto negotio aptum, cum nauigiis & oneribus ad similia in-
ructis, non sine maximis laboribus & periculis ac expensis destinatis, vt
rras firmas & insulas remotas & incognitas huiusmodi per mare, vbi
actenus nauigatum non fuerat, diligenter inquireret. Qui tandem di-
ino auxilio facto extrema diligentia in mari Oceano nauigantes certas
sulas remotissimas, & etiam terras firmas, quæ per alios hactenus re-
ertæ non fuerant, inuenerunt: in quibus quam plurimæ gentes pacifice
iuentes, & vt asseritur, nudæ incedentes, nec carnibus vescentes inha-
itant, & vt prætacti nuntii vestri possunt opinari, gentes ipsæ in insu-
& terris prædictis habitantes dum credunt vnum Deum creatorem in
elis esse, ad fidem catholicam amplexandum & bonis moribus imbuen-
um satis apti viderentur, sposque habetur, quod si erudientur, nomen
luatoris Domini nostri IESV CHRISTI, in terris & insulis prædictis
cile induceretur; ac præfatus CHRISTOPHORVS in vna ex prin-
palibus insulis prædictis iam vnam turrim satis munitam, in qua certos
hristianos, qui secum iuerant, in custodiam, vt alias insulas & terras
mas, remotas & incognitas inquirerent, posuit, construi & ædificari
cit, in quibus quidem insulis & terris iam repertis aurum, aromata,
aliæ quam plurimæ res pretiosæ diuersi generis & diuersæ qualitatis
periuntur, vnde omnibus diligenter, & præsertim pro fidei catholicæ
altatione (prout decet Catholicos Reges & Principes) consideratis, ma-
progenitorum vestrorum claræ memoriæ Regum, terras firmas & in-
las prædictas illarumque incolas & habitatores vobis, diuina faciente
mentia, subiicere, & ad fidem catholicam reducere proposuistis.
s igitur huiusmodi vestrum sanctum & laudabile propositum plu-
rium in Domino commendantes, ac cupientes, vt illud ad debitum fi-
n perducatur, & per ipsum nomen Saluatoris nostri in partibus illis
ucatur, hortamur vos quam plurimum in Domino, & per sacri la-
ri susceptionem, qua mandatis Apostolicis obligati estis, & viscera
mi-

Digitized by Google

misericordiæ Domini Iesu Christi, attente requirimus, vt cum per expeditionem huiusmodi in insulis & terris degentes ad christianam religionem suscipiendam inducere velitis & debeatis, ne pericula, nec labores vllo vnquam tempore vos deterreant, firma spe fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus vestros feliciter prosequetur. Et vt tanti negotii prouinciam Apostolicæ gratiæ largitate donati liberius & audacius assumatis, motu proprio non ad vestram vel alterius pro nobis super hoc nobis oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, & ex certa scientia ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes insulas & terras firmas, inuentas & inueniendas detectas & detegendas versus Occidentem & meridiem; fabricando & construendo vnam lineam a polo arctico, scilicet septentrione, ad polum antarcticum, scilicet meridiem (siue terræ firmæ & insulæ inuentæ & inueniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam quamcunque partem) quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulgariter nuncupantur de los Azores y cabo Verde, centum leucis versus occidentem & meridiem: ita quod omnes insulæ & terræ firmæ repertæ & reperiendæ, detectæ & detegendæ a præfata linea versus occidentem & Meridiem per alium Regem aut Principem Christianum non fuerint actualiter possessæ, vsque ad diem natiuitatis Domini nostri Iesu Christi proxime præteritum, a quo incipit annus præsens millesimus quadringentesimus nonagesimus tertius; quando fuerint per nuntios & capitaneos vestros inuentæ aliquæ prædictarum insularum; Auctoritate omnipotentis Dei nobis in beato Petro concessa ac Vicariatus Iesu Christi, qua fungimur in terris, cum omnibus illarum dominiis, ciuitatibus, castris, locis & villis, iuribusque & iurisdictionibus, ac pertinentiis vniuersis; Vobis hæredibusque & successoribus vestris Castellæ & Legionis Regibus in perpetuum tenore præsentium donamus, concedimus, assignamus, vosque & heredes ac successores præfatos illarum Dominos cum plena, libera & omnimoda potestate, auctoritate, & iurisdictione facimus, constituimus & deputamus; decernentes nihilominus per huiusmodi donationem, concessionem & assignationem nostram nulli christiano principi, qui actualiter præfatas insulas & terras firmas possederit, vsque ad dictum diem natiuitatis Domini Iesu Christi ius quæsitum, sublatum intelligi posse aut auferri debere. Et insuper mandamus vobis in virtute sanctæ obedientiæ (sicut pollicemini, & non dubitamus pro vestra maxima deuotione & regia magnanimitate vos esse facturos) vt ad terras firmas & insulas prædictas viros probos & Deum timen-

mentes, doctos, peritos & expertos ad instruendum incolas & habitatores ·efatos in fide catholica & bonis moribus imbuendum destinare debea- s, omnem debitam diligentiam in præmissis adhibentes. Ac quibus- nque personis cuiuscunque dignitatis, etiam imperialis & regalis, sta- s, gradus, ordinis, vel conditionis sub excommunicationis latæ sen- ntiæ pœna, quam eo ipso, si contra fecerint, incurrant, districtius hibemus; ne ad insulas & terras firmas inuentas & inueniendas, de- ctas & detegendas versus occidentem & meridiem, fabricando & con- nstruendo lineam a polo arctico ad polum antarcticum, siue terræ firmæ insulæ inuentæ & inueniendæ sint versus Indiam, aut versus aliam tamcunque partem, quæ linea distet a qualibet insularum, quæ vulga- ter nuncupantur de Azores y Cabo verde, centum leucis versus occi- ntem & meridiem, vt præfertur, pro mercibus habendis, vel quauis ia de causa accedere præsumant absque vestra ac hæredum & succesſo- m vestrorum prædictorum licentia speciali; non obstantibus constitu- nibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibus- nque: in illo a quo imperia & dominationes ac bona cuncta proce- nt, confidentes, quod dirigente Domino actus vestros, si huiusmodi ctum & laudabile propositum prosequamini, breui tempore cum fe- itate & gloria totius populi Christi vestri labores & conatus exi- m felicissimum consequentur &c. Datum Romæ apud S. Petrum no incarnationis Dominicæ MCCCXCIII. IV. Nonas Maii, Pontifi- us nostri anno I.

§. LXXII. Præterea licet *mater ecclesia pia* ab armis aliena : soleat, quia ecclesia sanguinem non sitire dicitur; aliud tamen as- endum fuit in *bellis Domini* gerendis contra infideles pro recuperan- terra sancta. Hunc vt assequeretur finem, classicum per vniuer- n orbem cecinit: cruce signatos variis indulgentiarum gratiis excita- : pecunias vndequaque in hanc expeditionem impendendas corrasit, nihil intermisit, quæ ad strenui Ducis militiæ sacræ munia spe- e videbantur. Ea occasione liberalitatem suam, variis gratiis hinc e concessis, demonstrauit, & exercuit erga eos, qui expeditio- n hanc promouerunt. Imperatorem tamen reliquis omnibus re- us anteferendum esse censuit PIVS II. eumque *ducem generalem rcitus christiani* contra Turcas anno 1460. declarauit sequenti di- mate, quod LEIBNITIVS *in Cod. diplom. iur. gent. P. I. n. 180.* sistit:

Bellis domini excitatis varias gratias concessit.

Imperatorem ducem generalem constituendo.

Digitized by Google

vt docet Pii II. diploma.

PIVS Papa II. FREDERICO Romanorum Imperatori. Bello iam contra Turcas indicto, & peracta Mantuana dieta, in qua octauum menſem propemodum agimus, & rebus etiam ita compoſitis, vt iuuante diuina clementia expectari communis ſalutis ſecundus exitus poſſit: de Duce ad tantum bellum præficiendo a modo eſt cogitandum: hæc enim vna eſt res, in qua apparatuum noſtrorum pars maxima conſiſtat, & quæ non ſolum ad perterrendos hoſtes, ſed noſtros confirmandos plurimum ſpectet; virtute ſiquidem Ducis & bene præparata ſucceſſum felicem inueniunt, & quæ dura conditio rerum difficilia exhibet, conuerti in melius ſolent. Hæc igitur cogitatione noſtra voluentes meditantesque, quinam potiſſimum propter dignitatem & excellentiam ſuam eligi ad talem prouinciam poſſet, tu nobis, chariſſime fili, primus occurriſti, non ſolum cui tantum munus ex imperiali officio debitum cenſeatur, ſed cui omnes gentes parere, & ſubeſſe non dedignentur. Accedit ad hoc zelus & charitas tua ſingularis ad hoc ſanctiſſimum opus, accedit auctoritas, bellicis in rebus doctrina. Illa quoque non deſunt, quæ in præſenti Duce laudari conſueuerunt, labor in negotiis, fortitudo in periculis, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo: in tractandis inſuper animis hominum gratiſſima lenitas, omnibusque in rebus ſingularis modeſtia. Et ſi igitur Cæſarea dignitas ex debito hoc tibi imponit, nihilominus vt noſtram & ſanctæ ſedis auctoritatem tecum tanta in re deferas, ſperantes in eo, a quo nitor eſt belli, & qui pro iuſtitia certantibus exploratam victoriam repromittit, quod tua Celſitudo, quæ non ad effundendum, ſed ad conſeruandum ſanguinem Chriſtianum, non ad humanas, ſed ad Saluatoris noſtri vlciſcendas iniurias eſt profectura, concupitum exitum dabit; de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, te contra Turchorum impiam gentem aliosque infideles legis noſtræ hoſtes, illisque adhærentes, & complices Ducem & Capitaneum generalem tenore præſentium facimus ac declaramus, ſerenitati tuæ generales & particulares exercitus in auxilium defenſionemque Chriſtianorum per nos & quoscunque Reges, Potentatus & Principes, equeſtres pedeſtresque vndequaque, quomodocunque mittendos, ſeu etiam ab omnibus prouinciis & regionibus per ſe confluentes durante hac ſancta expeditione generali, gubernandi atque ducendi ipſius bellum toto conatu contra eosdem Turchos illosque infideles gerendi, nec non ſi forte (quod abſit) tu ipſe perſonaliter promiſſa implere, & ad ſanctam hanc expeditionem proficiſci non poſſes, hæc nihilo-

mimus

Digitized by Google

minus per alium Vice-Capitaneum, quem virtute & factis insignem ex Principibus nationis Germanicæ duxeris eligendum, nomine tuo, sicut si præsens adesses, gerendi atque exequendi, omnia denique alia & singula in dicti belli administratione iubendi atque curandi, quæ ad complementum iniuncti tibi operis necessaria quomodolibet videbuntur & optima, facultatem plenariam ac potestatem in nomine Altissimi concedentes, hortantesque in Domino tuam Serenitatem, & per salutem christiani populi, cuius tu una nobiscum Deo es debitor, toto corde obtestantes, vt præclarum hoc opus celso animo amplectens, talem te geras in obsequium Christi, vt quæ de te Apostolica sedes expectat, quæ desideria Christianorum omnium fitant, quæ honori tuo imperioque conueniunt, ex demandatis tibi laboribus, cum gloria sempiterna & pia fidelium exaltatione proueniant. Datum Mantuæ XII. Ianuarii Anno II.

§. LXXIII. Sicuti vero *pia mater ecclesia* verba sua offert filiis suis genuinis, qui humillimo obsequio eam prosequuntur, ac in eos regna, principatus terrasque infidelium transfert; ita viceuersa immorigerorum regna & terras itidem in sua manu habet, de iis disponit, atque ea auferendo contumacibus, h. e. qui ex nutu matris piæ dependere recusant, noua liberalitatis specimina erga fideles edit. MARTINVS IV. Papa anno 1283. regnum Arragoniæ a PETRO ob bellum Siciliæ illatum, ad filium regis Galliæ secundo genitum transtulit. RAYNALDVS *ad cit. ann. n. 25.* RYMER. *in act. publ. Angl. tom. II. p. 252.* BONIFACIVS VIII. anno 1303. PHILIPPVM pulchrum regno priuauit, & *Francorum regnum velut solio vacuo iuri ditionique imperii Augustorum attribuere adiudicareque ac addicere se effatur*, vt ait PAVLVS AEMILIVS *lib. VIII.* Neque enim in hoc frangenti successorum habendam esse rationem censuit Pontifex, sed, prout rei Romanæ rationes tulerunt, ademta regna extraneis, sedi Romanæ intimius adhærentibus, concessit. Etenim IVLIVS II. anno 1512. IOANNI, Nauarræ regi, schismatis reo, & quod LVDOVICO Francorum regi aduersus sedem papalem adhæserit, regnum ademit, & præteritis legitimis successoribus illud FERDINANDO regi Castiliæ adiudicauit. RAYNALDVS *ad cit. ann. num. 77.* Et quid alia memorem exempla? plena horum sunt antiquitatum monumenta, quæ corradere non vacat, & licet conatus *piæ matris* non semper optatum habuerit exitum, ad minimum tamen voluntas illis temporibus fuit laudanda. Denique quæ hic in compendio & binis

Immorigerorum regna aliis concedit.

Digitized by Google

dixi verbis, ex præfatione, tractatui *de iure militum eccleſiaſtico*, a filio meo ſecundo genito conſcripto, præmiſſa illuſtrari poſſunt, in qua de *iure clericorum militari* egi, atque oſtendi, arma, militiam, bella a rationibus huius piæ matris non eſſe aliena, ſed imperantibus fidelibus hanc legem eſſe præſcriptam, vt piam hanc matrem armis ſuis & vindicent & propugnent: arma eccleſiæ primitiuæ quidem tantum fuiſſe ſpiritualia, aſt hodiernum vitæ vſum ex principiis nouis matris huius arma etiam carnalia deſiderare.

Concluſio ex mente Proteſtantium.

§. LXXIV. His præcipue gratiis abundare ſeſe gloriatur *pia mater eccleſia*, cuius perſonam vt recte repræſentem, neceſſe fuit, fideliter eius principia referre, & eius voce loqui. Quæ proteſtantium de hoc *fuco* & *laruata pietate* ſit ſententia, hic non addam, cum conſtet, nos gratias DEO agere, quod nos a *pie matris* iugo liberauerit, nobisque aperuerit oculos, vt nuditatem huius *matris* admodum deprauatæ limpidiſſimis perſpicere oculis, & *gratias* eiusdem *putatiuas* repudiare queamus.

LIBRI IV.
DECRETALIVM.
TIT. IX.
DE CONIVGIO SERVORVM.

§. I.

i GONZALEZII aliorumque inſcriptio foret ſequenda, non tantum de *coniugio ſeruorum*, ſed eorum etiam, qui ſunt *diſparis conditionis*, agendum foret. Silent vero de hoc poſterioris generis connubio omnes textus, quotquot RAYMVNDVS ſub hoc titulo collegit conſarcinavitque, quid quod *inſcriptio Gonzaleziana*, ſi vel maxime retinenda, non quoduis matrimonium inter *impares* contractum denotet, ſed id tantum, quod inter liberum & ancillam & viceuerſa contractum. Interim iuuabit, etiam de *connubiis imparium* quædam in medium proferre. Agitur hoc titulo de connubio ſeruili & impari.

§. II. *Iuſtas nuptias* iure Romano tantum contrahebant *ciues Romani; pr. I. de nupt.* eas vero denegabant iurium ſuorum admodum ſtudioſi Romani *peregrinis* & multo magis *ſeruis*. Auctor prologi *in Caſinam Plauti* ſatis commode: Iure Romano ſeruiles nuptiæ iniuſtæ.

Digitized by Google

Quæſo, hercle, quid iſtic es? ſeruiles nuptiæ?
Seruine vxorem ducent an poſcent ſibi?

Sicuti vero hoc tantum *de matrimonio legitimo*, effectibus ſuis ciuilibus gaudente, intelligendum; ita non omnis *coniunctio matrimonialis* a ſeruis aliena erat, quæ ſpeciatim appellationem *contubernii* accepit. Ait PAVLVS *lib. II. ſent. tit. 19. §. 6. Inter ſeruos & liberos matrimonium contrahi non poteſt: contubernium poteſt.* Vnde tamen naſcebatur *ſeruus*, ſi mater ancilla erat, teſte VLPIANO *tit. 5. inſtit. §. 9.* Idem repetit CONSTANTINVS *in l. 3. C. de inceſt. nupt. cum ancillis non poteſt eſſe connubium; nam ex huiusmodi contubernio ſerui naſcuntur.* Multo magis ergo CONTVBERNIVM erat inter ſeruum & ancillam, quod quidem quodammodo *naturale matrimonium* referebat, iuxta *leges matrimoniales* tamen haud iudicandum, adeo, *vt ſerui ob violatum contubernium ſuum adulterii crimine accuſari haud potuerint. l. 23. pr. C. ad L. Iul. de adult.*

contubernium tamen obtinebat,

matrimonii vmbram habens.

Quid, quod oppido nefandum erat, ne quidem *cognationis naturalis* inter ſeruos fuerit habita ratio: licet enim poſt *manumiſſionem* ſeruiles cognationes, h. e. in ſeruitute contractæ, obſtarent nuptiis; §. *10. I. de nupt.* non idem tamen dicendum, dum adhuc ſerui erant, *nulla enim antiqua lege talis cognatio computabatur*, vt ait IVSTINIANVS *pr. I. de ſeruil. cognat.* PAVLVS *in l. 10. §. 5. de grad. & affinib.* ab hac ſententia non recedit, ſed eam potius his confirmat verbis: *Non parcimus his nominibus*, i. e. *cognatorum*, *etiam ſeruis*, *itaque parentes & filios fratresque etiam ſeruorum dicimus* (ſi *ſenſum naturalem* & *grammaticum* intuemur) *ſed ad leges ſeruiles cognationes non pertinent*, vel potius: *ſed leges ad ſeruiles cognationes non pertinent*, vt leges, quæ dirigunt matrimonia, contubernia ſeruorum minime tangant. Eodem in ſenſu PAVLVS *lib. 4. ſent. tit. 10. §. 2.* ait, quod *ſerui matrem ciuilem habere non intelligantur*, ad quam iura matrum ciuilia poſſint applicari. Quid quod ea de cauſa dubitatum fuerit, vtrum legis Pompeiæ primum caput, *quod eos adprehendit*, *qui parentes cognatosue aut patronos occiderint*, ad ſeruos applicari poſſet? quod, *quantum ad verba attinet*, negauit VENVLEIVS *in l. 12. in f. ad L. Pompei. de parricid.* hoc tamen adiecto temperamento: *ſed cum natura eſt communis*, *ſimiliter & in eos animaduertetur*, non quidem ſecundum *legem Pompeiam*, ſed extra ordinem, vt recte *P. 10. Gundlingianorum art. 2. §. 17.* obſeruatum fuit, in quo articulo præterea doctrina *de contuberniis ſeruorum* optime illuſtratur, vt reliqua ex eo peti queant.

Sine cognatione naturali.

§. III.

Digitized by Google

§. III. Id tantum vel binis verbis addo, *inſpecto iure naturali* ſeruorum coniunctiones fuiſſe matrimonia & nuptias, in ſenſu Grammatico his vocibus acceptis. Recte ſane VLPIANVS *l. 32. de R. I. quod attinet ad ius ciuile* (eiusque effectus) *ſerui pro nullis habentur*, adeoque iura ciuilia ad eos non porrigenda: *non tamen & iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, omnes homines æquales ſunt.* Hæc conſideratio naturalis mouit BROVWERVM *de iure connub. lib. 2. c. 6. n. 7.* vt a ſententia §. *antec.* relata, diſcidium faceret, crederetque, ſeruorum cognationem in connubiis neglectam non fuiſſe. Quod ſicut ſecundum *regulas honeſtatis* facile admitto; ita illud tantum aſſero, leges *ciuiles matrimoniales* horum coniunctionibus applicatas non fuiſſe. Qua de cauſa 1) quia non raro domini ſeruos ancillasque in magno pretio habebant, imò illorum conſilio & ope in cauſis grauioribus vtebantur, facile fieri potuit, vt, pro affectu ſuo in coniunctione eorum, quandam *nuptiarum* ſpeciem ederent, luxumque ſuum demonſtrarent. Hunc morem forſan tangit Autor *prologi* in PLAVTI *Caſinam v. 72.* aiens:

At ego aio hoc fieri in Græcia & Carthagini,
Et hic in noſtra terra in Apulia.
Maioreque opera ibi ſeruiles nuptiæ
Quam liberales etiam curari ſolent.

Hoc de nuptiali cœna, ea occaſione edita, intelligi poteſt, vtut de cetero hæ nuptiæ non eſſent legitimæ. Neque enim ſerui quouis tempore erant viliſſima & nullius generis mancipia: maior quandoque *ſeruorum* auctoritas in familia, quam liberorum hominum. Indicant hoc eorum pretia: arte, quibus inſtructi erant, queſtusque, quem ex iis faciebant domini. Imprimis *vrbanorum* melior conditio, quam *ruſticorum*, minus laboris, plus demenſi capientium, *l. 99. pr. de leg. 3.* vtpote quos paterfamilias circum ſe, *ſui cultus cauſa*, vtplurimum habere ſoleret, *l. 60. §. 1. eod.* eoque magis coleret atque ab aliis longe ſepararet. Non alia de cauſa alii hos inſtituebant heredes, quam quod hos dominis in deliciis eſſe, & harum ope gratiam domini facilius obtineri poſſe ſcirent. Ingentia ſæpe ea de cauſa ſeruorum pretia, teſte PLINIO *lib. VII. c. 40.* vt fere fidem ſuperent. CAESAREM *ſeruitia recentiora* (nouitia *l. 37. de ædil. edict.*) *politioraque immenſo pretio, & cuius ipſum etiam puderet, ſic vt rationibus vetaret inferri, animoſiſſime comparaſſe*, auctor eſt SVETONIVS *in Cæſ. c. 47. in f.* ANTONIVM pueros geminos ducentis mercatum eſſe ſeſtertiis, refert PLINIVS *lib. VIII. c. 12.* vel trecentis, referente SOLINO *c. 1. p. 8.* & illuſtrante SALMA-

Simulacra quædam nuptiarum in ſeruilibus coniunctionibus referuntur.

Quod quandoque ſerui in magno pretio eſſent.

Digitized by Google

MASIO *in exerc. Plin. p. 41.* quæ efficiunt quingentos & ſeptingenta millia coronatorum. Conf. IVVENALIS *lib. I. ſat. 5. n. 55.* & quæ hac de luxuria Romanorum obſeruauit GATACKER *ad Marc. Antonin. lib. I. §. 16. p. 29.* Quis vero ſibi aliisque perſuaderet, dominos horum ſeruorum nullam vel exiguam habuiſſe curam, eorumque neglexiſſe contubernia inſtruenda? CRASSVS, teſte PLVTARCHO in *vita eius p. m. 544.* multos habuit ſeruos, eosque *excellentes, lectores, amanuenſes, argentarios, diſpenſatores, ſtructores. Aſſiſtebat ipſe aſſiſtentibus, attendebat atque etiam docebat eos. Breui, putabat ſeruorum quaſi viuorum rei familiaris organorum præcipue ad dominos pertinere curam.* Addit epicriſin: *Recte id quidem Craſſus, ſi (vt dicebat) ita ſentiebat, cetera per ſeruos, ipſos vero eſſe per patremfamilias regendos ſeruos.* Non ergo adeo mirandum, ſi domini quandoque mancipio amico & frugi *nuptiale feſtum* appararent atque exornarent, cui etiam ancillas in contubernium tradere dicebantur *l. 59. pr. de manum. teſtam.* quamuis tales nuptiæ haud eſſent legitimæ, nec *iuſti matrimonii* effectibus coruſcarent. Inde vero 2) naturali inſpecta ratione inter ſe erant coniuges, patres, matres, liberi, fratres, cetera. *l. 12. §. 33. de inſtr. legat. l. 41. §. 2. de leg. 3.* Iunxerat hos eiusdem ſanguinis vinculum, vt non facile diuellendi eſſent, id quod *pietas naturalis* ſuadebat, vt VLPIANVS *in l. 35. de ædil. edict.* pie monet, & illuſtrat probe SCAEVOLA *in l. 41. §. 2. de leg. 3.* qua de cauſa coniuges ſeruiles ex neceſſitudinis ratione ſimul ad libertatem vocari ſolebant. *l. 81. de condit. & demonſtrat.*

Et ſic nuptias eorum egregie inſtruerent.

qui naturaliter erant coniuges.

§. IV. Germanos etiam, more aliorum populorum, *ſeruos* habuiſſe, palam eſt, non tamen, obſeruante TACITO, *in morem Romanorum*, vtpote qui iurium diſcrepantia admodum disiungebant ſeruos a liberis. Romani nulla inter ſeruos *legitima* admittebant *coniugia*: Germani facilius, quod naturalis iuris ſimplicitatem in negotiis ſuis ſequerentur. Id modo, quod etiam rei domeſticæ conueniens erat, curabant, vt inter ſe, qui eſſent ſeruilis conditionis, & ſimul *in eadem familia*, domino ſubiecta, nuptias inirent, docente POTTGIESERO *de condit. & ſtatu ſeru. apud German. lib. II. c. 1. §. 2.* Non citra ſummum *rei domeſticæ* incommodum poterant iungi diuerſarum familiarum ſerui, etiam apud Romanos, vt auctor eſt TERTVLLIANVS *lib. II. ad vxor. c. 8.* Lege Salica *tit. 27. §. 6.* id diſerte prohibitum: *Si quis ſeruus ancillam alienam ſine voluntate domini ſui ſibi in coniugium copulauerit, centum viginti denariis, qui faciunt ſolidos tres, culpabilis iudicetur aut CXX.*

Germanorum ſerui a Romanis diſtincti,

qui inter ſe matrimonia legitima inire,

vt tamen eiusdem familiæ ſerui eſſent.

iſtus

Digitized by Google

ictus accipiat. Non tantum enim metuenda erant incommoda ex *cohabitatione*, ob quam ſinguli dominis ſuis æque promte operas præſtare non poterant, ſed etiam difficultates ingentes naſcebantur iutuitu liberorum, quod in dubium vocari poſſet, cuius in manu partus ancillæ eſſet? Hac de cauſa talia matrimonia rata non eſſe cenſuit AHYTO epiſcopus Baſileenſis in ſuis *capitular.* ſeculo IX. editis apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p. 1244. c. 12.* edicens: *Vbi vero mancipia non vnius ſed diuerſæ poteſtatis iuncta fuerint, niſi conſentientibus vtrisque dominis, huiusmodi copulatio rata non erit.* Eiusdem fuiſſe ſententiæ *concilium Cabilonenſe* anno 813. celebratum in *c. 30.* apud EVNDEM *cit. l. p. 1036.* & GRATIANVM in *c. vlt. C. 29. q. 2.* verba canonis hæc docent: *Et hoc in illis obſeruandum eſt, vbi legalis coniunctio fuit & per voluntatem dominorum.* Præterea vero tantum ingenuus ingenuam, non ſeruilis conditionis, vxorem ducere, nec libera ſeruo nubere poterat, alioquin ingenuus in ſeruitutem detrudebatur. *Si quis*, (ſunt verba *legis Salicæ tit. 22. §. 3.*) *ingenuus ancillam alienam in coniugium acceperit, ipſe cum ea ſeruitio implicetur.* In THEODORI Cantuarienſis epiſcopi *capitul. de ann. 688.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. c. 17.* ſequens occurrit canon: *ingenuus cum ingenua coniungi debet;* adeo enim reprobata ſunt coniugia inter liberos & ſeruos, vt quandoque pœna capitali coercita fuerint, obſeruante POTGIESERO *cit. l. §. 7.*

alias matrimonia non erant rata,

ingenuus cum ancilla matrimonium contrahens ſeruus fiebat.

§. V. Tunc vero imprimis matrimonia ſeruorum *valida & rata* habita fuerunt, ex quo doctrina ſaluatoris aſſumta, & ad hanc quoque *leges ciuiles* accommodatæ & compoſitæ fuere. Sancte colenda eſſe matrimonia cenſuere patres inter chriſtianos, nec hic inter cuiuscunque conditionis perſonas faciendum diſcrimen, cum lex CHRISTI omnibus eadem fuerit ſcripta. Acceſſit dogma AVGVSTINI decantatum de *Sacramento* & *myſterio vnionis Chriſti cum eccleſia*, ſub connubio adumbrato, quod omnibus chriſtianorum coniugiis, etiam ſeruorum, ineſſe, adeoque etiam has coniunctiones æque ſtabiles & ratas cenſendas patres docuerunt. Ita philoſophatur IVLIVS papa, cui tribuit GRATIANVS *canonem 1. C. 29. q. 2. Omnibus nobis vnus eſt pater in cœlis & vnusquisque diues & pauper, liber & ſeruus, æqualiter pro ſe & pro animabus eorum rationem reddituri ſunt. Quapropter omnes cuiuscunque conditionis ſunt, vnam legem (quantum ad Deum) habere non dubitamus. Si autem omnes vnam legem habent, ergo ſicut ingenuus dimitti non poteſt, ſic nec ſeruus ſemel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit.*

Imprimis per chriſtianiſmum matrimonia ſeruilia rata habita ſunt.

Digitized by Google

poterit. Expreſſius adhuc HADRIANVS in *c. 1. X. h. t. Sane iuxta verbum Apoſtoli, ſicut in Chriſto Ieſu, neque liber, neque ſeruus eſt a Sacramentis eccleſiæ remouendus, ita nec inter ſeruos matrimonia debent vllatenus prohiberi.*

Accedere tamen debet 1) voluntas domini

§. VI. Merito tamen æquum erat, (1) ne absque *voluntate dominorum* nuptias inirent ſerui, quod eorum intereſſet, ne quascunque ducerent vxores, maxime qui in aliena eſſent familia, *c. f. C. 29. q. 2.* quod ex AHYTONIS capitularibus antea iam probatum. Idem etiam hodie iis

etiam hodie

in locis, in quibus homines proprii degunt, vt in Pomeranja, Weſtphalja, Bohemia, obſeruari, *leges propriorum hominum* docent. Ait MEVIVS *P. V. deciſ. 129. Propriorum hominum, vt ſunt in Pomerania ruſtici & glebæ adſcripti, matrimonium quidem eſt, at non aliter validum, quam ex conſenſu dominorum, quorum contradictione ſponſalia dirimuntur.* Intereſt enim dominj, ne qualescunque, maxime pauperculas & indotatas ducant vxores, ex quo coniugio imprudenti ruina imminet prædio ruſtico, cui addicti ſunt. Conf. MEV. von Abforderung der Bauren *qu. 2. n. 106.* Imo ne quidem, exemplo liberorum, caulas diſſenſus a dominis ſuis requirere poſſunt, id quod *dominicæ poteſtati*, imperio paterno validiori, attribuendum. Puto id indigitaſſe MEVIVM *cit. l. n. 161. ſq.*

quod illuſtratur ex doctrina Meuii,

Weil die Gewohnheit, welche ſo viel Kraft als ein geſchrieben Geſetze hat, der Herrſchafft Conſens erheiſchet, ſo iſt ſolchem nachfolglich, daß deſſen Hindanſetzung deroſelben Macht gebe, das Gelübde kraftlos zu machen, wann die Obrigkeit die verlobten Perſonen nicht erlaſſen will, welches denn dieſelbe, ſo lange es in vorgemelten terminis ſtehet, nicht ſchuldig, und hat deswegen weder Bräutigam noch Braut, noch deren Herrſchaft einige action, ſondern ſie bleiben geſchiedene Leute. De praxi Weſtphalica idem teſtatur & confirmat STEINMEIER *de iur. propriet. p. 25.* Quin & in ducatu Megapolitano a dominis conſenſum ad matrimonium ante omnia eſſe impetrandum, liquet ex *ord. prou. Megapol. de ann. 1654. lib. 2. §. 1.* quam legem recitat ill. Dn. de LVDEWIG *de conſenſu commub. extra patrem differ. 10. §. 8.* Verba ſunt hæc:

& ordinat. Megapol.

Negſt dieſen und fürs andere ordnen und ſetzen wir. Nachdem die tägliche Erfahrung bezeuget, daß die Bauers-Leute und Unterthanen, Mannes und Weibes-Perſonen, ſich dieſer Zeit vielfältig unterfangen, ſich ohne ihrer Herren und Obrigkeit Vorwiſſen und Bewilligung zuſammen zu geſellen, zu verloben und zu befreyen, ſolches aber, weil ſie ihrer Herrſchaft dieſer unſer Landen

Digitized by Google

den und Fürstenthümer kundbahren Gebrauch nach mit Knecht- und Leibeigenschaft samt ihren Weib und Kindern verwandt, und dahero ihrer Personen selbst nicht mächtig, noch sich ohne ihrer Herren Bewilligung ihnen zu entziehen und zu verloben einiger massen befugt; daß wir demnach solches angemaßetes heimliches verloben und freyen der Bauers-Leute gäntzlich hiemit wollen verboten und abgeschaffet haben, immassen wir dann auch alle sothane Versprech- und Verlöbnisse, so von dato unserer vorigen anno 1646. publicirten Constitution hinter der Herrn und Obrigkeit Vorwissen und Belieben solten geschehen und fürgenommen werden, hiemit und Kraft dieses nochmals cassiren und für unkräftig, null und nichtig erklären und declariren. Also und dergestalt, daß solches für nicht geschehen zu achten und gehalten, und ein ieder bey seinem Herrn nach wie vor zu verbleiben schuldig seyn, und darüber mit einer ernsten Strafe wegen freventlicher Ueberschreit- und Hindansetzung dieser unserer Ordnung angesehen und beleget werden solle. Iniunctum præterea §. 2. omnibus & singulis pastoribus, ruri sacra facientibus, ne eiusmodi matrimoniis ἐεφολογίαν indulgeant, antequam testimonio idoneo, se *consensum dominorum* petiisse & impetrasse, ostenderint. Iure *prouinciali Bauarico tit. IV. art. 6.* similiter ita cautum: der aignen Leute Heurath sollen frey seyn (vt dominus ea prorsus impedire non possit) doch daß sie im Lande heurathen mit Vorwissen der aignen Herrn. & iure Bauarico.

Will aber eine Leibaigne Person heurathen aus dem Lande, mag der Herr ihr solches, da er will, woll wehren. Idem reperitur in der erklärten Landes-Freyheit *P. 3. art. 10.* es ist auch billig, daß die Heurath unserer und anderer Herren Aignen-Leut frey seyn, doch daß die mit der Aigen Herrn Vorwissen geschehen soll. Reuera his verbis aliquid ex rigore antiquo remissum laxatumque fuisse videtur, quia *præscitus dominorum* nihil aliud quam *suffragium negatiuum* innuit, vt tunc demum contradicere cum effectu queant, si iustas dissentiendi causas allegare possint.

§. VII. Hæc necessitas, ex *voluntate dominorum* contrahendi matrimonia produxit (11) etiam hunc nouum effectum, vt proprii homines pro consensu domini impetrato *censum* quendam soluere coacti fuerint. Obseruatum est *lib. III. tit. 39. §. 108. sqq.* ex praxi ecclesiæ antiqua, a prælatis imo a Pontifice Romano *census varii generis* fuisse introductos, quando aliquid eorum voluntate concedendum & indulgendum erat; 2) Soluere debent censum pro consensu domini.

erat; nihil enim gratis, nihil absque ære graui obtineri potuit. Hunc morem domini propriorum hominum non grauate secuti sunt, vtpote quem ab iis acceperant, quorum exempla intueri fas esse videbatur. Nam, vt IVVENALIS *lib. V. sat. 14. v. 31. sqq.* optime canit:

Velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeunt animos auctoribus.

Adfert ANTON. MATTHAEI *de nobil. lib. IV. c. 9. p. 952.* chartam, in qua Hermannus de Volco quendam suæ proprietatis iuuenem, Godefriedum nomine, & mulierem, nomine Gertrudem, *iure seruili sibi attinentes cum omni sua proprietate* ecclesiæ Campensi donat ea conditione, vt - - *cum quilibet ad nuptias transire desiderat, nubendi licentiam sex denariis redimat.* Alia documenta antiquitatis recitant POTGIESER *cit. l.* §. *f.* GONZALEZ. *ad h. t. n. 13.* & CANGIVS *in glossar.* voce *maritagium*, quia hunc *censum* antiqui *maritagium* dixere. Etiam in *iure prouinc. Saxon. lib. 3. art. 73.* vestigia huius *census*, pro libertate nuptias in ineundi soluti, occurrunt, vbi hæc: Man sagt, daß alle Wendin frey seyn, darum, daß ihre Kinder noch dem Wendischen Vater gehören. Negat vero hoc ipsum compilator, eoque vtitur argumento: Das ist doch nicht. Denn sie geben ihre Gebühr und Bauer-Miethe ihren Herren, als oft sie Mannen nehmen, quod indicium seruituris erat. Addit SCHOTTELIVS *de singul. in German. iurib. c. 1. §. 36.* Daß noch zur Zeit in denen Braunschweigischen Landen viele Dörfer sind, da Braut und Bräutigam von ihren Herren Laub bitten müssen, sich zu vertrauen und Beylager zu halten, und müssen ihn ihr Hochzeit-Geld beyde dazu geben. In Bauaria quoque eundem censum vltratum fuisse, vel id ipsum argumento est, quod *legibus Boicis* sublatus fuerit. Constitutum enim *in iure prouinc. Bauar. tit. 4. art. 6.* Es sollen die Herrn wegen solcher Heurath die aigne Leuthe nicht beschweren, sondern ohne alle Forderung, Schätzung oder Bezahlung ainiges Guts oder Geldts zugelassen werden, sie verheurathen sich gleich mit Leibaigen oder Freyen, & *P. 3.* der erklärten Landes-Freyheit *art. 10.* Auch daß solche Heurath unbeschwert und ohne alle Forderung ainiger Schätzung und Bezahlung Guts oder Geldts gethan werden mögen.

Quod ex iure Saxon illustratur,

iure Brunsuicensi,

Bauarico.

Absolute tamen dominus nuptias serui-

§. VIII. Non tamen (III.) *ius potestatis dominicæ* eousque porrigendum, vt a nutu dominorum *simpliciter* libertas ineundi matrimonium

ium dependeat. Fuit hæc quondam ſeruitutis Romanæ ſors & conditio: les nequit im-
aulo liberalius Germani cum ſeruis egerunt, maxime poſt CHRISTVM pedire.
gnitum, adeo vt, quamuis ad nuptias eorum auctoritate & conſenſu do-
mini opus, huic tamen integrum non ſit, in totum ſeruitia a matrimonii
ſure arcere. Id optime obſeruauit IOACHIMVS VADIANVS *in epiſt. de coniug. ſeruor.* apud GOLDASTVM *tom. III. rer. Allem. p. 142.* variisque argumentis hanc theſin exornat, atque confirmat, maxime ex ſacris petitis. Neque enim dominis fas eſt, ſeruos ab illa *libertate* excludendi, quam *natura* omnibus commendauit, inculcauit, atque indidit, quamque *leges* quoque *ciuiles* generatim fouent atque amplectuntur. Quod reſtringantur ſeruorum matrimonia ad *conſenſum domini*, id iis minime præbet facultatem, eos ab omni vſu coniugii excludendi, quamuis *per indirectum* euenire queat, vt dominus, conſenſum denegando ad ſponſalia ſerui, (cuius rationem regulariter manifeſtare non tenetur) matrimonio ei interdicat.

§. IX. Præterea quoque (IV.) ius canonicum hunc temperauit rigorem, vt ad nuptias ineundas *conſenſus domini* quidem requirendus ſit, ſine eius conſenſu tamen contracta matrimonia non reſcindantur, quia ſufficit hoc iure, quod *rata* ſint, ſignificatumque *ſacramenti* habeant, licet non ſint *legitima*, per *c. 1. X. h. t.* Iure veteri non idem ius obtinuiſſe, palam eſt, & quanquam VADIANVS *cit. l. p. 144.* aſſerat doceatque, Francis veteribus & Alemannis matrimonia inuitis dominis contracta *rata* quidem ſed non *impunia* fuiſſe, idque PONCE *de matrimon. lib. 7. c. 42. §. 3.* quoque adſtruat; id tamen veritati hiſtoricæ non ſatis congruit. vid. AHYTONIS capitulum Baſileenſe iam adductum. Quin etiam in *Capitularibus* apud BALVZIVM *tom. I. p. 351. c. 4.* hac de re ita cautum eſt: *coniugia ſeruorum non dirimantur, etiamſi diuerſos dominos habuerint, ſed in vno coniugio permanentes dominis ſeruiant; ſic tamen, vt ipſum coniugium legale ſit, & per voluntatem dominorum ſuorum, iuxta euangelium: quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Duas conditiones, vt talia matrimonia *rata* habeantur, lex hæc deſiderat: 1) vt *legaliter* contractum, & quidem 2) *per voluntatem dominorum*, qua deficiente, matrimonium ſubſiſtere non poterat ob infinita incommoda, quæ matrimonia inter ſeruos diuerſorum dominorum contracta producebant. Neque hoc ipſum in Germania a praxi in totum receſſit, ſed hinc inde ex iure veteri repetitum, vt non tantum *ſponſalia*, ſed ipſum *matrimonium* nullum ſit. In *conſtit. Mecklenburg. agraria de anno 1654.* id.

Nec ſine conſenſu domini contracta reſcinduntur iure canonico,

quod olim ſecus erat.

Et adhuc hodie in quibusdam locis,

Digitized by Google

id, ni fallor, diſerte cautum eſt: Und ſoll demnach ſolches angemaßtes heimliches verloben und freyen der Bauer-Leute, hiemit gäntzlich verboten und abgeſchaffet ſeyn, immaſſen wir auch alle ſothane Verſprechungen, ſo von dato unſer vorigen anno 1646. publicirten Conſtitution ohne der Herren Vorwiſſen und Belieben geſchehen und fürgenommen, hiemit und Kraft dieſes nochmalen caßiren, und für unkräftig, null und nichtig declariren, alſo, daß ſolche für nicht geſchehen geachtet werden ſollen. Verba hæc aperte docent, non tantum *ſponſalia*, inſciis dominis contracta, annullari, ſed ipſum etiam *matrimonium*, vt contra TARNOVIVM optime obſeruat D. ERNESTVS IOACHIMVS WESTPHALIVS *diſſ. de iure Rom. diſſonante a iure German. communi & Meclenburgico ſigillatim in conſenſu connub. & poteſt. matris &c. p. 22.* Sunt præterea plures aliæ leges prouinciales Germaniæ, quæ idem inculcant conſtituuntque, quas ſedula opera collegit, recenſuitque prælaudatus AVTOR *cit l. p. 26. lit. t.* vt inde manifeſtum ſit, ius canonicum eius potentiæ non fuiſſe, vt mores antiquos vbique eliminare potuerit.

Interim domini pro lubitu diſſoluere connubia ſervilia non poterant conſenſu eorum contracta.

§. X. Ceterum ſi *voluntate dominorum* inita erant, non raro, diſcordia inter dominos emergente, etiam ſua abutebantur poteſtate dominica, coniugia hæc diſſoluentes, & mancipia ſibi propria ad ſolitarium vſum vindicantes, quod ferendum non erat. In eundem tenorem diſpoſuit *concilium Cabilonenſe II. de anno 813. c. 30.* apud HARDVIN. *tom. IV. concil. p. 1036.* & GRATIANVM *in c. vlt. C. 29. qu. 2. Dictum nobis eſt, quod quidam legitima ſeruorum matrimonia POTESTATIVA QVADAM PRÆSVMTIONE* (h. e. iure dominicæ poteſtatis) *dirimant, non attendentes illud euangelium: quod DEVS coniunxit, homo non ſeparet. Vnde nobis viſum eſt, vt coniugia ſeruorum non dirimantur, etiamſi diuerſos dominos habeant: ſed in coniugio permanentes dominis ſuis ſeruiant. Et hoc in illis obſeruandum eſt, vbi legalis coniunctio fuit & per* VOLVNTATEM DOMINORVM. Nihil noui hic ſtatutum, ſed praxis longe antiquior reguſtata & roborata eſt. Iam *anno 541. in concil. Aurel. IV. c. 24.* apud HARDVIN. *tom. II. concil. p. 1439.* ſeparatio horum coniugum ad inſtantiam dominorum decreta eſt, quod etiam obſeruarunt GONZALEZ *ad c. 4. h. t. n. 3.* & CIRONIVS *ad h. t.* aliique.

Si coniuges diuerſos dominos habe-

X. XI. Quod ſi (V) coniugium *voluntate dominorum diuerſorum* inter ſeruos initum eſſet, contentiones vtplurimum exortæ ſunt, cuinam

Digitized by Google

nam domino assignandi essent liberi? *Communes* vtplurimum fuisse li- bant, liberi o-
beros, atque inter dominos vtriusque coniugis diuidendos, obseruat, illu- lim commu-
stratque POTGIESSER *cit. l. §. 4.* ex *Legibus Wisigothicis & Alemanni-* nes erant.
is. Solebant etiam domini, tali matrimonio consensum præstantes,
hac de re inter se pacisci, prout ex *antiquitatibus Tricassinis*, quos edi-
dit NICOLAVS CAMVZAT, illustrant ZIEGLER *de dot. eccles. c. IX. §.*
10. & MVLLER in dem Reichs-Tags *Theatro* erste Abs. *c. VI. p. 79.*
Deficiente transactione, liberos domino serui mariti assignandos cen-
suit ZIGLERVS *cit. l.* per *l. 13. pr. C. de agric. & cens.* quæ tamen tan-
um de *conditione liberorum*, non de *iure dominorum* disponit, imo
ervis Germanorum, propriis suis institutis vtentium, adplicari nequit.
Glossator ad *ius prouinc. Sax. lib. III. art. 73 matris dominum* præferre
videtur ajens: Die Dienstmanne, d. i. Bauergülten und aigene Leute, alii matris do-
gehören alle nach Mutter halben. Als zum Exempel, ob ein Dienst- minum præ-
man von Magdeburg eines Dienstmans Tochter von Braunschweig ferendum
nehme, ihre Kinder gehöreten nach Braunschweig, darum müsten sie censuerunt.
auch dasselbe Recht behalten. Videtur Glossator ob oculos habuisse ius
Romanum, secundum quod partus sequitur ventrem, & dominus ma-
tris censetur etiam dominus eius, qui in ventre est, vtpote cuius acces-
sorium esse censetur, imo *pars viscerum maternorum* vt in *l. 1. §. 1. de*
inspic. ventr. dicitur. Diuersum obtinuisse olim apud Germanos docet
HERTIVS *de propr. homin. sect. III. §. 4.* ideo, quod in *iur. Sax. cit. loc.*
dicitur: der Wende Kinder gehören nach dem Vater, ob er ein Wen- Iure Germa-
de ist. Quid quod in *Weichbild Magdeburg. art.* antiquitus obtinuisse nico patrem
asseratur, daß die Kinder dem Vater und nicht der Mutter sollen nach- secuti.
folgen. Cum enim legitima sint matrimonia inter seruilis conditionis
homines, merito partus addicendus fuit *patri*, cui ex *matrimonio* ac-
quiritur, & sic domino eius, qui ius in seruum maritum habet. MEV.
P. II. decis. 232. Qua de causa hodie, vbi seruus alterius domini ser- redemta ma-
vam vel propriam ducit, ipsam a domino redimere tenetur, pretio ex tre a domino.
æquo & bono constituto, quo ipso omnis quiescit contentio.

§. XII. Maior (VI.) difficultas oboritur, si ancilla libero nubit, vel Quid si scien-
liberam seruus vxorem ducit. Tres diuersi casus hic distinguendi sunt, qui ter liber ancil-
emergere possunt. Primus est, si *scienter* tale coniugium contrahitur: lam ducat &
alter, si *ignoranter*: tertius est, si inter liberos nuptiæ initæ sunt, quorum vice versa?
alteruter se postea in seruitutem addicit. Ad primum casum quod attinet, Leges Salicæ
olim lege Salica, quam *capitularia* secuta sunt, persona libera, quæ in tale liber fiebat
matri- seruus,

Digitized by Google

matrimonium consenserat, libertate priuabatur, prout copiose docet POTGIESER *cit. l. §. 6.* Huc etiam tendit VADIANI testimonium, *cit. l.* statim in epistolæ introitu ita scribentis: *amittitur ciuitas nostra id genus seruilibus coniugiis, si vel seruam ingenuus duxerit vel ingenua seruo nupta fuerit, nisi repente subueniat manumissio.* Atque id ipsum imprimis iis in locis adhuc hodie obtinet, vbi vel proprii homines sunt *pars glebæ & fundi*, ad dominum pertinentis, quia tunc per matrimonium fundo adscripti *conditionem seruilem* contrahunt, wenn sie auf den Hoff heurathen: vel vbi receptum, vt in genere domicilium in eo loco collocantes, seruitutem contrahant, obtineatque vulgatum illud: die Luft machet leibeigen, de quo agit HERTIVS *in paroem. iur. lib. 2. part. 12.* Alibi hoc prouerbio vtuntur: trist du mein Hun, so wirst du mein Hahn. In *Rauensbergensi iure* circa *proprios homines* constituto, *c. 1. §. 12.* id confirmatum: Wann eine freye Person auf unserer oder anderer Guthsherren eigenthumsErbe, daß alsdann ohne sonderbahrer gerichtliche, oder für Notarien und Zeugen ergangenen Renunciation ihrer Freyheit dieselbe ipso facto ins Leibeigenthum dessen, dem das Erbe und Kothen gehörig, sich begeben zu haben geachtet werde. In *Lege Salica tit. 27. l. 3.* idem simpliciter cautum erat: *Si quis Francus alienam ancillam publice iunxerit, ipse cum ea in seruitio permaneat.* Tale enim matrimonium tolerauit ius canonicum, ut docet *c. 4. & 5. C. 29. q. 2.* qui textus tamen dubiæ fidei sunt, nec verba, quæ hoc causæ momentum tangunt, in concilio, apud Wermeriam anno 752. celebrato, *c. 6. & 8.* occurrunt.

etiam hodie quandoque.

Olim scilicet si serui erant casati,

§. XIII. Erant vero olim serui *duorum* generum, *casati*, qui glebæ seu casæ addicti erant: & *non casati*, seu *ministeriales* & *domestici*, quos & *Gasindos* vocabant, qui dominis suis perpetuo domi adhærebant, testibus BIGNONIO *in not. ad Marculf.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p. 906.* & CANGIO *voce seruus*, atque DOMESTICA MANCIPIA appellantur in diplomate a VADIANO de *colleg. monast. vet. Germ.* relato apud GOLDAST. *tom. III. rer. Allem. p. 36.* De horum matrimonio tales emergere non poterant lites, quoniam si seruus *domesticus* vel *ministerialis* liberam ducebat, hæc capitis diminutionem non patiebatur, & vice versa. Aliud obtinuisse in *rusticanis* seruis seu *casatis* existimo, qui pars *glebæ* seu prædii censebantur, adeoque si liber per matrimonium cum *serua* tali glebæ addicebatur, statum suum per necessariam consequentiam mutasse videtur. Idem etiam de muliere *libera* asserendum, quæ *casato seruo* nubens *pars glebæ* facta fuit, & ita in *proprie-*

non si domestici & non casati,

casati enim erant pars glebæ.

tatem

Digitized by Google

tatem domini peruenit, tacita eius concurrente voluntate, quia *ipso facto* consensisse videtur in seruitutem, quæ *seruili glebæ* se adscribi patitur. Atque inde, vt puto, *iuris Rauensbergici*, antea adducti, natales petendi sunt, cum quo aliorum locorum iura quoque conspirant. Hoc posito, sine dubio ex eo matrimonio serui eduntur, quod tamem limitatum est, vt primogenitus infans *liber* sit, nisi forsan in prædio patris defuncti permaneat, idque sub *conditionibus seruilibus* colendum suscipiat, so nehme sich selbiges wieder in das Eigenthum begeben.

§ XI. Progredior ad alterum casum, si liber seruam *ignoranter* vxorem ducit, vel libera *ignoranter* seruo nubit: hoc casu patres censuere non sine ratione, hoc errore vitiari matrimonium, vt erranti ab eo resilire concedi debeat. In *concilio Wermeriensi de anno 752. c. 6.* apud HARDVIN *tom. III. p. 1990.* & GRATIANVM in *c. 4. C. 29. q. 2.* (quamuis admodum corrupte) hac de re ita patres edixerunt: *Si quis ingenuus homo ancillam vxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit inseruita* (in seruitutem deiecta vel vindicata, *si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere. Similiter & mulier ingenua, si seruum accipiat pro ingenuo, & postea pro qualicunque causa inseruitus fuerit, nisi pro inopia, fame cogente, se vendiderit, & ipsa hoc consenserit, & de pretio viri a fame liberata fuerit; si voluerit, potest eum dimittere, & si se continere non potest, alium ducere.* Eandem sententiam postea secuti sunt pontifices in *c. 2. & 4. X. h. t.*, modo postquam errans alterius conditionem scire cœperit, nec *verbo* nec *facto* in matrimonium de nouo consenserit, sed statim a seruilis conditionis persona discesserit. Conf. Fr. FLORENTIS tr. *ad C. 29. de sponsa. & matrim. p. 128.* Hanc iuris canonici dispositionem *parum piam* esse censuit ZIEGLERVS *in not. ad Lancell. lib. II. tit. II. §. 8.* quod error hic *substantiam matrimonii* non impediat, vtut interim fateri debuerit, 1) quod individua vitæ consuetudo quandoque plane destruatur: 2) quod debitum coniugale pro lubitu reddere non possit: 3) quod liberorum status cum summo errantis mœrore in discrimen vocetur. Examinauit hanc ZIEGLERI sententiam prolixius ill. Dn. THOMASIVS *ad Lancell. cit. l. p. 849. seqq.* atque recte obseruat, distinctioni inter *substantialia* & *accidentalia* parum vtilitatis inesse, nec inde certas decisiones formari posse, interim sufficere, quod *talis error citra dolum personæ seruilis vix concipi queat, nec adeo ratio superfit, decisionem huius quæstionis iure canonico traditam impugnare, sub prætextu maioris pietatis.* Qui enim

Si ignoranter cum seruo vel serua matrimonium contrahitur, id nullum est.

Quod non recte improbat Zieglerus,

cum dolus a persona seruili abesse non possit.

enim dissimulat statum seruilem ingenuamque ducit vxorem, atque ita se pro *libero* gerit, in *dolo* est manifesto, atque vxorem decipit, qua de causa magis ob *dolum*, quam *errorem* matrimonium nullum est; sicuti ex eadem ratione hoc defectu laborat, si nebulo, se nobili ex genere natum mentiens, induxit virginem gente nobili prognatam, vt fidem coniugalem eidem daret.

Si vel maxime seruis libertas immineat,

§. XV. Hoc præmisso, (1) omnis concidit contentio, qua SANCHEZ *de matrim, lib. VII. disp. 19. n. 4.* sese inuoluit, an idem quoque dicendum sit, si seruo post quoddam temporis spatium immineat libertas? quia etiam in hoc casu decepta est mulier, nec ad fidem datam seruandam obstringitur. (11) Facile quoque resolui potest difficultas, quam SANCHEZ *cit. l. n. 9.* excitat, mouetque circa *adscriptitiæ conditionis* homines, quos *liberos* esse ait cum pontifice in *c. 2. X. de iudæis* ibi: *licet legum districtione sint liberi.* Postulatum hoc ne quidem de iure Romano *simpliciter* admittendum esse, aperte docuit demonstrauitque DESIDERIVS HERALDVS *lib. I. rerum & quæst. quotid. c. 8.* Imo si vel maxime hoc admittendum esset, adhuc tamen quæstio supereresset, an qui hodie prædiis adhærent rustici, quos *casatos* dixere antiquitus, simpliciter conferendi sint cum *adscriptiis* iuris Romani? Obseruaui iam, hos omnino *seruilis* esse *conditionis*, adeo vt ingenuitatem amittat vxor, quæ scienter prædio addicto nubit, seseque itidem fundo addici patitur. Qua de causa non alius hic concipi potest casus, quam vbi femina ingenua per *errorem* seruo *casato*, qui glebam seu prædium inuito domino dereliquit, nubit, qui rursus in *dolo* est, quo patefacto, ingenuæ deceptæ integrum est, ad *nullitatem* matrimonii agere. (3) Manifestum quoque inde est, secus ac SANCHEZ *cit. l. n. 15. seq.* censet, etiam de *iure naturali*, quod deceptionibus nullibi fauet, tale matrimonium nullum esse, adeoque etiam inter *infideles* eandem sententiam ferendam esse, quas *iuris ecclesiastici* vinculo eximunt, creduntque, ex iure naturali eorum fœdera connubialia æstimanda esse. Denique (4) contingere potest, vt ingenua circa conditionem mariti seruilis conditionis eret, huius non concurrente dolo, vtpote si tempestate bellica vel alia calamitate, in tenera iuuentute, domino subtractus fuerit, vt suæ sortis insçius, postea, vbi adoleuit, sese *bona fide* pro libero gesserit. Hoc casu errorem coniugio haud obesse credo, non quod dolus mariti, sed quod omne præiudicium cesset, præscriptione domino sine dubio obstante; etenim inter præsentes 10. annis actioni reuocatoriæ præscribitur,

vel adscriptitiæ conditionis sint,

cum quibus hodierni casati conferri non possunt.

quod etiam inspecto iure naturæ dicendum,

quid si quis bona fide se liberum putauerit?

Digitized by Google

tur, *l. 16. §. 3. qui & a quib. manum.* inter abſentes vero viginti. *l. 1. & 2. C. de long. temp. præſcript.* In effectu ergo error circa *ſtatum* non deprehenditur, poſtquam *præſcriptione* ius domini omne exſtinctum eſt, & vix alius concipi poteſt caſus, quam quo præſcriptio iamdudum completa eſt.

§. XVI. Supereſt vltimus caſus *de ſeruitute ſuperueniente*, ſi, contracto matrimonio, vir vel vxor ſe alteri in ſeruitutem vendit. Si *volente* altero *coniuge* hæc venditio facta fuerit, dubium omne ceſſat, quod volenti non fiat iniuria. Si, *vxore inuita & diſſentiente*, maritus eſe olim vendiderat, vxori integrum videtur fuiſſe, maritum a ſe dimittere. Id colligo ex *c. 8. concil. Wermerienſis*, cum verba iam *§. 14.* dedi, quæ etiam repetuntur a BALVZIO *tom. I. capitul. p. 163.* Etenim per modum exceptionis ibi hæc adiiciuntur verba: *niſi pro inopia fame cogente ſeſe vendiderit, & ipſa hoc conſenſerit, & de pretio viri ſui a fame liberata fuerit.* Verba hæc *de ſeruitute ſuperueniente* intelligenda eſſe, quis dubitauerit? cum diſerte hæc annectatur conditio: *ſi de pretio VIRI ſui a fame liberata fuerit.* Vnde ſequitur, vt, reclamante vxor, extra *neceſſitatis calamitatem* venditione ſuſcepta, quæ non poterat non illi calamitoſa eſſe, eum a ſe dimittere potuerit, de qua dimiſſione regula adducta *in cit. c. 6.* agit. Omiſit hanc exceptionem GRATIANVS *in c. 4. C. 29. qu. 2.* quippe quæ non conſpirabat cum ſeculi XII. doctrina, qua omnis diſſolutio matrimonio iam ademta erat. Hac de cauſa GRATIANVS *in c. 7. cit. l.* retulit canonem *concilii Triburienſis anno 895.* ſub rege ARNVLPHO habiti, quo diuortium tali in caſu interdictum eſt, vt men vxor ex facto mariti ſtatum libertatis haud amitteret. Interim non hic ad hanc ſynodum non pertinet, ſed vel aliunde deſumtus, vel occaſione *c. 38. & 39.* eiusdem concilii fictus eſt. Ad minimum men venditio ſui ipſius, in præiudicium vxoris facta, valere non debet, cum admittant, venditionem vxoris abſque mariti conſenſu fam inefficacem eſſe, ſicuti emiſſio voti in fraudem matrimonii facta effectu caret. Neque enim vxor ex venditione viri illæſa eſt. In *Weichbildo Magdeb. art. III. in f.* præiudicium inde redundans his refertur verbis: **welcher Mann ſeine Freyheit wandelt in Eigenſchaft, er hat beyde Freyheit und Eigenſchaft verlohren.** Cum enim quoad *corpus* proprietati domini ſubiiciatur, bona quoque eiusdem domino cedunt, quæ ſunt *acceſſorium corporis*, vel, vt dicitur in gloſſa, **s eigen Mannes Erbe fället an ſeinen Herrn,** quod vxori ſimul in-

Si maritus ex poſt facto ſponte ſeruus fit, olim matrimonium diri-mi poterat, niſi neceſſitate vrgente id fecerat, diuortium tamen poſtea prohibitum iure canonico.

gentem adferebat iacturam, quæ more antiquo in bonorum communione cum marito viuebat, ne dicam de aliis damnis, vxori maxime aduersantibus.

Ius canonicum hoc ipso recessit a moribus Germaniæ,

§. XVII. Liquet vero ex adductis argumentis, ius canonicum magnopere discessisse a moribus populorum, maxime *Germaniæ*, eaque matrimonia adprobasse, quæ per leges suas olim Germani aliique populi non tolerabant. Iam supra *tit. III. §. 60.* obseruaui ex ADAMO Bremensi *lib. I. histor. eccles. c. 5.* (quod etiam inter excerpta LEIBNITII *tom. I. rer. Brunsuic. p. 76.* occurrit) id legibus antiquis Germaniæ firmatum fuisse, *vt nulla pars in copulandis coniugiis propriæ sortis terminos transferat, sed nobilis nobilem ducat vxorem, & liber liberam, libertus coniungatur libertæ & seruus ancillæ.* Quin adeo prouidi erant in nuptiis ineundis, vt non facile iustas permiserint nuptias inter gentes diuersas. Id colligo ex verbis ADAMI præcedentibus: *generis quoque & nobilitatis suæ prouidissimam curam habentes, nec facile vllis aliarum gentium, vel sibi inferiorum connubiis infecti, propriam & sinceram, tantumque sibi similem gentem facere conati sunt.* Erant ergo nuptiæ, contra leges initæ, *iniustæ*, sine *ciuilibus effectibus*, imo quandoque morte plectebantur, vt ADAMVS addit. Patres ecclesiæ in omnia alia iuerunt, nec vllas *rationes politicas*, in coniungendis per nuptias personis, admiserunt, sed matrimonium qualitercunque contractum approbarunt, ad minimum vt esset *ratum*, si vel maxime haud *legitimum* iudicaretur, h. e. vt esset indissolubile, effectusque ecclesiasticos haberet, si vel maxime *ciuiles effectus* ei essent denegati. Patres *Triburiensis concilii* anno 895. sub ARNVLPHO celebrati apud HARDVIN. *tom. VI. p. 451.* imprimis mores Germanorum eliminare vel corrigere studuerunt, statuentes *c. 38. vt quisquis liber libertam h. e. ex ancilla per manumissionem & regalem largitionem liberam factam legitime in matrimonium duxerit, vlterius habere debeat, tanquam vnam ex nobili genere progenitam.* Existimarunt videlicet *liberi*, abiici posse *libertam*, vtpote contra leges ductam, inæqualis conditionis feminam, quod patres Triburienses damnarunt, adieceruntque, eam habendam esse, ac si *ex genere nobili* progenita esset. Inde vero facile quis colligeret, *liberos* & *nobiles* olim eiusdem fuisse sortis & status, quos tamen sedulo distinguit ADAMVS *cit. l.*; distinguunt quoque alii, vt plenius euincit B. THOMAS. *in orig. feudal. §. XV. lit. e.* B. GVNDLING. *dissert. an venter nobilitet. c. II. §. 4.* prolixiori opera vero IO. ADAMVS KOPP *de insigni different. inter S. R. I. comites & nobiles immediat. sect. I. §. 3.*

qui æqualitatem inter coniuges legitimos desiderabant,

nec facile admiserunt coniugium inter gentes diuersas,

quod corrigere studuerunt patres Triburienses,

vt valeret matrimonium inter liberum nobilem & libertam.

§. 3. sqq. Enimuero expeditum eſt, omnes *nobiles* fuiſſe *liberos*, ſed non vice verſa, adeoque, obſeruante DOMINICO *de prærog. Allod. c. 14. §. 1.* duplicem fuiſſe *liberorum hominum* conditionem, eorum ſcilicet, *qui liberi eſſent & nobiles, & aliorum, qui liberi quidem eſſent, non tamen nobiles*, (in ſenſu antiquo, vtut recentior ætas *nobilitatem inferiorem* eis aſſignauerit). Hoc ſuppoſito, palam eſt, textum intelligi, *de libero*, qui ſimul *nobilis* erat, & huc quadrare verba libertæ adplicata, quæ tamen haud euincunt, illam *nobilem* factam fuiſſe, ſed matrimonium tale æque firmum eſſe, ac ſi ex *nobili genere* prognata eſſet, adeoque maritum, ea viuente, aliam accipere haud poſſe.

§. XVIII. Præterea quoque inter diuerſos populos inita connubia reprobata fuiſſe, laudati patres *c. 39.* indigitant, quod corrigendum itidem exiſtimarunt. *Quicunque*, edicunt, *alienigenam h. e. alienæ gentis feminam, verbi gratia, Francus mulierem Boioaricam, vtrorumque conſultum propinquorum lege, vel ſua, vel mulieris lege acquiſitam in coniugium duxerit; velit, nolit, tenenda erit, nec vltra ab eo ſeparanda, excepta cauſa fornicationis.* Rationes, pro diſſoluendis hiſce connubiis adferri ſolitæ, erant hæ potiſſimum, vt indicant patres, quod hi populi *legem habeant diuerſam & quantum ad ſeculum interdum longe diſiunctam*, indeque inferebant, ſeparanda eſſe hæc fœdera, *dicendo, non ſecundum ſuæ gentis legem iura matrimonii contraxiſſe.* Addunt præterea exemplum: *Nos cognita referimus, quia quendam Francorum & mulierem Saxonicam talia egiſſe cognouimus.* Obſeruatio hæc eo notabilior eſt, quod inde eluceſcat, *iura ciuitatis* olim apud Francos denegata fuiſſe peregrinis, vt matrimonia cum his inita *iure legitimo* deſtituta fuerint. Imo ne quidem exteri inter Francos prædia libera poſſidere potuerunt, vt colligi poteſt ex charta CLODOVEI *de anno 507.* apud D'ACHERIVM *in ſpicileg. tom. III. p. 307. nov. edit. in fol. vos ergo Euſpici & Maximine definite inter Francos eſſe peregrini, & ſint vobis loco patriæ in perpetuum poſſeſſiones, quas donamus.* Ad hæc verba doctiſſimus Editor notauit ſequentia: *Notanda voces, quippe ex quibus diſcimus, apud veteres Francos non licuiſſe iis, qui ex eorum genere non eſſent, prædia libera poſſidere, ac fuiſſe quoddam inter peregrinorum ius, quo vterentur, quicunque literis regiis Francis adſcripti non eſſent;* vnde ius illud decantatum *indigenatus* in Gallia adhuc hodie ſupereſt. Tranſierunt quidem Saxones, Alemanni, Boii aliique populi in poteſtatem Fran-

Item inter diuerſas gentes,

quæ iure Francorum erant illegitima,

quod extraneis iura ciuitatis denegarent,

Francorum, ſaluis tamen legibus & conſuetudinibus, cuiuis genti propriis, quod vel præfatio, *Legi Salicæ* præfixa, indicat, docetque, *Theodoricum regem Francorum iuſſiſſe conſcribere legem Francorum, Alamannorum & Boioariorum, & vnicuique genti, quæ in eius poteſtate erat, SECVNDVM CONSVETVDINEM SVAM.* Inde diuerſo in plurimis vſi ſunt iure populi ſub regno Francorum, etiam in *matrimoniis* circa *dotem* & *acquæſtum*, vt vel *leges Saxonum tit. 8.* apud HEROLDVM indicant, patresque Triburienſes confirmant. Peculiaris olim fuit ratio *vxorum Saxonicarum* Sueuo denuptarum, de quibus mentionem facit *ius prouinc. Saxon. lib. I. art. 18.* die Schwaben mögen auch Weibes halber (quæ Saxonici iuris erat) kein Erbe nehmen. Denn der Schwaben Weiber in ihrem Geſchlecht ſind von Alters her alle erbloß gemachet durch ihrer Vorfahren Miſſethat willen, da ſie mit den Schwaben aus dem Lande zogen. Occaſio huius iuris traditur in *art. 18.* vbi ſpeciatim vocatur, das Schwäbiſche Recht, vel *Suavey*, vt liquet ex *chron. duc. Brunſuic.* apud LEIBNIT. *tom. II. rer. Brunſuic. p. 17.* Optime autem obſeruat gloſſator ad *cit. text.* hoc tantum intelligendum eſſe de *Sueuis*, qui in Saxonia ſuperſtites fuere, ex iis, quos SIGEBERTVS in ſedes Saxonum, qui cum Longobardis Italiam intrauerant, repoſuerat. Saxonibus enim redeuntibus, & ſua repetentibus non leuis clades a poſſeſſoribus illata, indeque odium immortale illorum in hos natum. Obſeruat id ipſum optime SCHATEN *in hiſtor. Weſtphaliæ ad ann. 583. p. 319.* aitque: *inueteratum certe poſt illa* inter vtramque gentem *odium*, *quando conſtat, Saxones lege ſanxiſſe, ſi qua mulier ſuæ gentis Sueuo denupſiſſet, ab omni hereditate paterna decideret.*

& diuerſo iure ſinguli populi vterentur,

vxores Saxonicæ quoque Sueuis nubere non poterant,

qui in Saxonia ſuperſtites erant.

§. XIX. Sed reuertar ad *connubia inæqualia*, quæ *diſparagia*, Mißheurath, gallice *meſalliances* vocari ſolent, quæ *effectibus legitimi coniugii* carebant, adeo vt liberi inde nati nec in dignitatem patris ſeu nobilitatem, nec in patrimonium eius ſuccederent, quod vel vulgatum illud indicat: das Kind gehöret zur ärgern Hand, de quo vid. HERTIVS *de propr. homin. ſect. IV. §. 5.* & *in paræm. iur. lib. II. par. 6.* E contrario *iuſti* liberi cenſebantur, qui ex *æquali connubio* erant prognati, quod quándoque indicabant in *chartis* antiqui. In *oper. diplom.* AVBERTI MIRAEI *tom. II. p. 811.* occurrit fundationis documentum INGELBERTI *de anno 1046.* vbi ſe *ingenuum & ex ingenuis ortum progenitoribus* appellat, ad denotandos legitimos natales, quorum imprimis rationem habuere Germani, vici-

Inde diſparagia ex inæquali coniugio,

nique

Digitized by Google

niqne populi. Proinde (I) matrimonia inter duces, principes, comites, atque *dynaſtas* ſeu *liberos dominos* æqualia cenſebantur, qnod olim in iis omnis concluderetur *nobilitas*, nec ignota ſint exempla, ipſos reges ducesque ex *comitum* proſapia legitimas duxiſſe vxores. v. LVDOLFF *de iure feminar. illuſtr. ſect. I. §. 8. & 12. 10.* ADAMVS KOPP. *cit. l. ſect. III. §. 5.* Quamuis enim in diuerſo nobilitatis gradu ſeu *clypeo* eſſent conſtituti, ipſa tamen *nobilitate* omnes æquales erant. (II.) Qui ex hoc nobili genere *liberam* ſimpliciter dictam vel *miniſterialis filiam* ducebat, matrimonium *inæquale* ſeu *diſparagium* contrahebat. Erant autem *liberi*, iure veteri, milites, ſeu *nobiles inferioris gradus*, prout hodie vocantur, adeo vt comes ex equeſtri ſeu nobilitatis inferioris ordine ducens virginem non ſecundum leges nuptias iniiſſe exiſtimatus fuerit, quod obſeruat Dn. LVDOLFF. *cit. l. §. 9.* Obſeruaui ex actis, ad me de anno 1719. transmiſſis, WILHELMVM, Comitem Oetingenſem, filium ſecundo genitum WOLFGANGVM ideo ab omni ſucceſſione, reſeruata ſola legitima, excluſiſſe, quod virginem inferioris nobilitatis IOANNEM DE MOLLE duxiſſet, adeo vt WOLFFGANGVS, poſtquam cum patre in gratiam rediiſſet, neceſſum habuerit, ſolenni ritu anno 1597. ſucceſſioni in bona auita renunciare. (III.) Si liber liberam ducit h. e. ex *inferiori nobilitate*, matrimonium *legitimum* cenſendum: ſi ignobilem, vel olim *libertam*, iure Germanico matrimonio deſunt effectus ciuiles, nec vxor cenſetur eiusdem cum marito dignitatis. Collineat huc *ius prouinc. Sax. lib. I. art. 51.* Welch Mann von ſeinen 4. Ahnen, d. i. von zwey Eltern Vätern und von zweyen Eltern Müttern, und von Vater und Mutter, die unbeſcholden ſeynd, unbeſcholden an ſein Recht iſt, den mag niemand beſchulden an ſeiner Geburt. Euidentius idem illuſtratur *lib. 3. art. 73.* das ehrlich und frey gebohrne Kind behält ſeines Vaters Heerſchild, und nimmt auch ſein Erbe, und der Mutter alſo woll, ob es ihr ebenbürtig iſt, oder baß gebohren, d. i. beſſer gebohren. Nec deſtituta eſt hæc doctrina exemplis antiquis & recentioribus, adductis ab ill. Dn. a LVDEWIG *in comm. ad A. B. tit. 30. §. 2. p. 1374. ſqq.* Dn. LVDOLFF *cit. l. ſect. I. §. 9. ſqq.* KOPPIO *cit. l.* & diſſert., me præſide, habita *de ſecund. illuſtr. perſon. nupt. §. 14. ſqq.* Controuerſiam ſtatus, Ioanni Ottoni ab Yſenburg ideo motam, quod matre plebeia natus eſſet, refert VFFENBACH *de ſenatu imper. aul. c. 10. p. 84. ſq.* vbi ſimul reſcriptum imperatoris RVDOLPHI II. de anno 1609. adfertur, quo ei interdictum eſt, ne *comitis* titulum gereret. Hæc euiden-

non vero nobilis liberam ſeu miniſterialem,

liber vero liberam h. e. ex inferiori nobilitate recte ducit,

non libertam vel ignobilem,

quod exemplis illuſtratur.

Digitized by Google

euidenter praxin imperii docent, demonſtrantque, has leges minime obliteratas eſſe, vtut forſan ius canonicum pro his coniugiis defendendis & ſaluandis omnem mouerit lapidem. Id quod cum impetrare haud potuerit, ad minimum id obtinuit, vt talia connubia *rata* in foro eccleſiaſtico habita fuerint, h. e. indiſſolubilia, licet non eſſent *legitima*, h. e effectibus ciuilibus deſtituta.

Niſi vxor inæqualis ad gradum nobilitatis ſuperioris euehatur,

§. XX. Quæ cum ita ſint, obſeruandum eſt (1) talia matrimonia tum demum *legitima* fieri, ſi coniux inæqualis ad gradum *nobilitatis*, in qua conſtitutus eſt maritus, euehatur, per Cæſaris beneficium, id quod etiam hodie paſſim fieri & olim factum fuiſſe, monumenta publica demonſtrant. Notabile admodum eſt diploma RVDOLPHI I. imperatoris de de anno 1278. quo HENRICI Marchionis Misniæ coniugi, Eliſabethæ Maltitiæ, ex *miniſteriali* natæ, & liberis ex hoc coniugio natis, ingenuitatem & nobilitatem conceſſit. Ipſum diploma ex WECKIO repetunt Dn. de PLONNIES *diſſ. d. miniſter. th. 14.* apud LVNIGHIVM *in theſ. iur. Comit. atque Baron. p. 549.* PFEFFINGER *in Vitriar. illuſtr. tom. II. p. 860.* vnde hæc formula notari meretur: *Eliſabeth legitimum thori ſui conſortem, Fridericum natum legitimum vtriusque & vniuerſos liberos, ſi quos ab iisdem parentibus procreari contigerit, in futurum ab omni ſeruilis ſeu miniſterialis conditionis reſpectu de plenitudine regiæ poteſtatis eximimus, & ipſos ingenuitatis ac liberi partus honore & titulo perpetuo inſignimus, volentes, eos tum ſemper in antea in INGENVORVM & NOBILIVM ſorte & numero recenſeri, ac ſi de ventre libero nati eſſent, ita quod ad ſucceſſionem honorum feudalium & aliorum quorumlibet pari forma INGENVI & NOBILES admittantur.* Duplex defectus in ELISABETHA MALTITIA occurrebat 1) quod eſſet ex *Miniſteriali* procreata, & ſic adſtrictioris conditionis, vt plenæ *ingenuitatis* iura haud haberet. De ſtatu *miniſterialium*, qui ſeſe *nobilibus* h. e. ducibus, principibus, comitibus & Dynaſtis, addixerant in ſeruitium, agunt HERTIVS *de propr. homin. ſect. 4.* MVLLER. *cit. l.* Dn. de PLONNIES *de miniſterial.* & nouiſſime ADAMVS FRIDERICVS GLAFEY *de vera quondam miniſterial. indole*, qui tamen omnis in hoc eſt, vt veram eorum indolem magis tenebris inuoluat, quam ex iis eruat, intuitu cauſæ, cuius rationem defendendam ſuſcepit, vt præclare oſtendit profeſſor Ienenſis Dn. ESTOR *de miniſterialibus.* 2) quod nobilitas ſuperioris decore ratione originis eſſet deſtituta, adeoque iuſto matrimonio iungi haud potuerit viro *nobili*, qualis erat Marchio Miſniæ. Sub eodem

Et docet exemplum Maltitiæ Henrico Marchioni Miſniæ nuptæ.

impe-

Digitized by Google

imperatore anno 1273. nouum iuris antiqui Germanici occurrit exemplum. REINHARDVS, comes de HANAV, matrimonio ſibi iunxerat ADELHEIDEN, VLRICI ſenioris domini de MVNZENBERG filiam, quibus nuptiis paulo poſt hic defectus obiectus, quod ADELHEIDIS *patre miniſteriali* progniata eſſet, quod tamen non adeo certum expeditumque erat. Nihilominus tamen REINHARDVS, ne liberis, ex hoc matrimonio procreatis, ancipitem ſucceſſionem faceret, adiit RVDOLPHVM I. imperatorem, & ab eo, vt defectum hunc natalium *in dubio* tolleret deleretque, petiit, atque impetrauit, conſenſu electorum etiam accedente atque imperatoris indulgentiam adprobante. Ipſa diplomata tum imperatoris, tum ſingulorum electorum, notatu digna ſunt, quæ exhibet Marpurgenſis Academiæ Cancellarius meritiſſimus Dn. WALDSCHMIDIVS *de S. R. G. I. comitum auſtregis in appendice lit. A.* Verba Cæſarei diplomatis hæc ſunt: *Cum igitur, ſicut oblata nobis nobilis viri REINHARDI de HAGENOWE mariti tui petitio continebat, ipſe olim ea intentione te duxerit in vxorem, quia te nobilem fore credebat, & parem ſibi in originis libertate, & quidam poſtmodum aſſeruerunt, te nobilem non fuiſſe, ſupplicauit nobis, vt prouidere ſibi ſuper hoc de benignitate regia dignaremur. Hinc eſt, qui perſonam tuam ob grata obſequia, quæ idem maritus tuus nobis & imperio exhibuit, & poterit exhibere, volentes proſequi beneuolentia gratiæ ſpecialis, ecce ad tollendum huiusmodi dubium eo, quo a patre miniſteriali genita dicebaris, a te notam originis, ſi qua exſtitit ſuper eo, adimimus, & de conſenſu principum noſtrorum, qui coronationi noſtræ felici intereſſe poterant & debebant, te puerosque tuos, ſi quos habes, vel in poſterum te habere contigerit, reddimus & donamus nobiles & ingenuos de vtroque parente, ac ab omni ſeruitute miniſterialium liberamus præſentium teſtimonio literarum, ſupplentes de plenitudine, poteſtatis, ſi quis defectus aut dubium extitit in præmiſſis.* Nihilominus tamen REINHARDI mortui filio VLRICO demum ſtatus quæſtio mota fuit, quod *nominatim* eius non fuerit facta mentio in codicillis imperialibus, quam ob rem hic anno 1287. nouo diplomate ſibi proſpiciendum curauit, ab omnibus electoribus corroborato per chartas a ſingulis ſpeciatim conſignatas, & cum ipſo diplomate Cæſareo *cit. l. lit. B. in appendice* exhibitas.

& Adelheidis de Münzemberg comiti Hanouienſi nuptæ.

§. XXI. Hac de cauſa quoque (II.) ſi cum *inæquali* contractum matrimonium, nec ſtatus vxoris inferioris ordinis mutatus fuit, per *pacta* vt plurimum determinatum fuit, quid vxori, quidue liberis, qui patri ſuccedere

Matrimoniis inæqualibus pacta adiecta.

Digitized by Google

& morganatica dicta,

dere haut potuerunt, præſtandum ſit, id quod ea de cauſa ad *morganaticam* ſeu *morgengabicam* dixere, vt ſupra *tit. III. huius libri in f.* iam obſeruaui. Interim huius matrimonii conditio non primario ex *conuentione coniugum* petenda, prout cenſet B. de COCCEII *de matrim. morganat.* ſed

ſine pacto tamen etiam illegitima,

potius ex ipſo *ſtatu inferiori* vxoris, adeo vt etiam, nullo interpoſito pacto, matrimonium tale effectibus *iuſti connubii* careat, quod recte obſeruat ill. Dn. de LVDEWIG. *tom. II. comm. ad A. B. p. 1388. ſeq.* Atque hoc ipſum *2. F. 29.* notanter dicitur, *lege Salica* h. e. Francorum *accipere coniugem*, ſecundum quam mattimonium cum inæquali contractum *ratum* quidem, ſed *minus legitimum* dicebatur, vt rurſus IDEM *cit. l. p. 1371.* obſeruat. Si

adeoque non ex principiis iuris Romani æſtimanda,

ex iuris Romani placitis vnice de huiusmodi quæſtionibus deciſio formanda eſſet, matrimonium tale, pacto morganatico deſtitutum, *legitimis* iisque annumerandum foret, quæ iuſti connubii effectus haberent, adeoque non mirandum, ICtos Tubingenſes olim in hanc iuiſſe ſententiam apud BESOLDVM *conſ. 88.* in caſu, quo Comes imperii nobilem inferioris dignitatis duxerat vxorem. Aſt in eo latitat cardo cauſæ, vtrum in Germania illuſtrium perſonarum coniugia ſecundum huius iuris tramitem vnice æſtimanda, annon vero potius exiſtimandum ſit, ea adhuc cenſenda eſſe *iure Germanico?* Poſterius, praxi imperii adſtipulante, omnino adfirmandum cenſeo cum ill. Dn. de LVDEWIG *de dignit. vxor. diff. 2.*

niſi quoad nobiles mediatos.

p. 10. ſqq. vbi hoc thema argumentis ſtringentibus exornat. Equidem in *inferiori nobilitate*, *mediata* maxime, iuris *Romani* & *Canonici* vſum deprehendere licet in plerisque locis, quod ad priuatorum cauſas ius vtrumque, repudiato iure antiquo, magis adplicatum fuerit; aſt nec hæc matrimonia omnes effectus ciuiles hodie habent, obſeruante CRAMERO *de prærogatiua & iurib. nobilitatis auitæ tom. I.* nec hæc praxis irregularis trahenda in conſequentiam, nec ab horum nuptiis ad fœdera connubialia *illuſtrium*, quibus immaculati ſanguinis decus ſemper curæ cordique fuit, argumentum trahendum.

Ius canonicum matrimoniis inæqualibus effectus ciuiles dare non potuit,

§. XXII. Ceterum quamuis (III.) ius canonicum hæc matrimonia eatenus approbauerit, vt *rata* & indiſſolubilia eſſent; non tamen omnes effectus *legitimi thori* iis conciliare potuit nec voluit. Probauit coniugium *militis* in Germania (qui ex inferiori nobilitate erat & *ingenuus*) cum *ancilla* ſcienter contractum, pontifex in *c. f. X. h. t.* ſed tantum ad eum effectum, ne diſcidium ab ea facere poſſet. Qua de cauſa Germanorum conſuetudinem, quæ ad capitula plurima non alios quam *nobiles & liberos ab VTROQVE PARENTE illuſtres*, iuxta *c. 37. X. de*

ne quidem quoad habilitatem ad be-

prob. admittit, abolere noluit pontifex, quin potius quandoque eandem ex-

Digitized by Google

expreſſe approbauit. In ipſo *concilio Baſileenſi anno 1438. nobiles ex vtroque parente & antiquo genere ſeſſ. XXXI.* quandam tulerunt prærogatiuam. Vid. HARDVINVS *tom. VIII. concil. p. 1249.* Nec GREGORIVS IX. morem Argentinenſis eccleſiæ in *c. cit. 37.* adlatum reprobauit ſimpliciter, ſed ſe eo non teneri cenſuit, ex mente THOMASSINI *de vet. & noua eccleſ. diſcipl. P. II. lib. I. c. 104. §. 9.* Quid? quod BONIFACIVS VIII. per priuilegium capitulo Halberſtadienſi hunc morem ſpeciatim approbauerit, videlicet vt nemo ad canonicatus admitti poſſit in Cathedrali eccleſia, *niſi aut de nobili vel ad minus de militari genere EX VTROQVE PARENTE procreatus, vel ſaltim in ſacra theologia profeſſus aut in iure canonico vel ciuili licentiatus & doctor exiſtat.* vid. LVNICH. *in ſpicil. eccleſ. P. II. tit. de eccleſ. cathedrali Halberſt. num. 32.* Liquet ex hoc diplomate (1) *nobiles* oppoſitos fuiſſe his, qui dicebantur *de militari genere*, quorſum referri debet *ordo equeſtris* ſeu *nobilitas inferior.* (2) Et *milites* & *nobiles* tum demum habiles eſſe Stiftmäßig, ſi *ex vtroque parente eiusdem conditionis* nati fuerint, quod ius Germanicum poſtulabat. (3) His adiunctos eſſe in theologia vel iure promotos, quod etiam ii olim *nobiles* habiti. ANT. MATTHAEI *de nobil. lib. I. c. 1.* Similem morem obtinere in *eccleſia Paderbornenſi* patet ex literis a SCHATENIO *in annal. Paderborn. ad an. 1434.* adductis, indicantibus, eum demum admitti, *qui fuerit de Baronum aut nobili vel ſaltim de militari genere procreatus EX VTROQVE PARENTE.* Nec alios leges militiæ equeſtris ſacræ recipiendos eſſe iubent, quam qui de antiquo genere *ex vtroque parente* prognati fuerint, quod ipſe pontifex SIXTVS IV. *in bulla de an. 1483.* conſtituit edixitque: *ordinamus, quod deinceps in fratrem S. militiæ nemo adſumatur, niſi de antiquo genere EX VTROQVE PARENTE fuerit procreatus.* Vid. Dn. de LVDEWIG. *diſſ. de dignitate vxor. p. 17.* CRAMERVS *cit. tr. c. 5.*

beneficia eccleſiaſtica.

TIT. X.

DE

NATIS EX LIBERO VENTRE.

§. I.

De *ſtatu liberorum*, qui ex liberis & ſeruis procreati erant, iam *tit. præced.* quædam tacta ſunt, plenius hic excutienda. Ius Canonicum ſeſe

Ius can. liberis matris ſtatum aſſignat.

Digitized by Google

ſeſe magis in hac doctrina conformauit ad *iuris ciuilis* rationes, quod *matris* conditionem liberis ſimpliciter communicat. Nam natus ex matre libera fit liber, ex ancilla ſit ſeruus, cuiuscunque conditionis *pater* fuerit, iuxta vulgatum illud: *partus ſequitur ventrem*, cuius acceſſorium eſſe creditur. Hoc principio quoque vſus eſt GREGORIVS IX. in deciſione quæſtionis: *vtrum in presbyterum promoueri poſſit, qui patre ſeruo, matre vero libera natus eſt?* Hoc ipſum affirmat, quod non ſeruus, cuius ordinatio prohibita eſt, ſed *liber* dicendus ſit. Pari modo prohibuit pontifex in *c. vn. b. t.* ne liberi ad ſeruitium eccleſiæ retrahantur, quos conſtat ex *matre libera* vel *liberta*, licet patre ſeruo, natos.

vt partus ſequatur ventrem.

§. II. Alia philoſophia ductus fuiſſe videtur ISIDORVS in *c. f. C. 32. qu. 4.* hoc principio vſus: *ſemper, qui naſcitur, deteriorem partem ſumit.* Vnde concludit, filios ex libero & ancilla ſeruilis conditionis eſſe. Cuius ergo conditionis ſunt liberi, ex patre *ſeruo* & matre *libera* nati? Si *deteriorem partem* ſequi tenentur, erunt ſerui, quibus tamen, vt dictum, pontifex adiudicauit aſſeruitque ingenuitatem. Non nego, pontificem ita cenſuiſſe; verum non eodem modo rationes ſuas ſubduxere populi alii. Sine dubio, vt GROTIVS *de iure B. & P. lib. II. c. 5. §. 29. in not.* obſervat, reſpexit ISIDORVS ad leges *Wiſigothorum*, ſecundum quas natus ex patre ſeruo & libera ſeruus fiebat. *Germanorum* inſtituta ab hac regula non abhorruere, ſed hi pariter in ore habuere: **das Kind gehöret zur ärgern Hand.** Obſeruaui, eosdem alienos admodum fuiſſe, odioque habuiſſe *inæqualia fœdera* inter coniuges; vnde non potuit non odium in liberos non *iuſte* natos deriuari, vt *deteriorem* conditionem ſequi deberent. Protracta quoque hæc conſuetudo ad quædam Italiæ loca, ex *Gothorum* vel *Francorum* antiquo iure, quod liquet ex diplomate FRIDERICI II. apud VGHELLIVM *in Ital. ſacra tom. I. p. 658. nou. edit.* quo conſuetudinem epiſcopatus Saſſenatenſis his confirmat verbis: *præcipimus inſuper, vt ſi ſeruus eiusdem eccleſiæ liberam ſibi in coniugio copulauerit, etiam filii ſecundum LOCI CONSVETVDINEM in eccleſiæ ſeruitium redigantur.* In conſuetudinibus Burbonenſibus eandem regulam: *liberi ſequuntur peiorem conditionem*, obſeruari, tradit CANGIVS *in gloſſar. voc. ſeruus.* Franci eodem iure vſi ſunt, quod optime declarat *formula 29.* MARCVLFI *lib. II.* inſimulque docet, niſi aliud inter *dominum* & *coniuges* actum fuerit, liberos ex ſeruo & matre libera natos ſeruilis fuiſſe conditionis, imo etiam matrem amiſiſſe ingenuitatem. En verba formulæ: *Omni-*

Iſidorum liberos partem deteriorem ſequi cenſuit,

ex Wiſigothorum & Germanor. aliorumque populorum legibus,

aliæ gentes eodem iure vſæ.

Digitized by Google

Omnibus non habetur incognitum, qualiter ſeruo meo nomine illo voluntaria ſecuta es, & accepiſti maritum. Sed tum de ipſa & agnatione tua in meo inclinare potueram ſeruitio, ſed propter nomen domini & remiſſionem peccatorum meorum propterea præſentem epiſtolam in te mihi complacuit conſcribere, vt ſi aliqua procreatio filiorum aut filiarum inter vos orta fuerit, penitus nec nos nec heredes noſtri, nec quislibet perſona vllo vnquam tempore in ſeruitio inclinare non debeamus &c.

§. III. Conſtat itaque ex hac formula, apud Francos quidem liberam ſeruo nuptam libertatis diſpendium paſſam fuiſſe; potuiſſe tamen eandem conſeruare pacto cum domino inito: hoc facto, liberi adhuc deteriorem ſequebantur conditionem, niſi quoque his ingenuitas pacto eodem indulta fuerit. Ex his pactis, quæ non infrequentia fuiſſe videntur, tandem in quibusdam Germaniæ prouinciis antiquo rigore mitigato, inualuit, vt libera ſaluo ſtatu ſuo poſſet nubere ſeruo, ceu iura Saxonica antiqua docent teſtanturque. Inde enim enatæ ſunt quæſtiones *de ſtatu liberorum*, quæ fruſtraneæ atque otioſæ fuiſſent, ſi tempore compilationis iuris huius *ipſo facto* matrimonium hoc ingenuitatem ſuſtuliſſet, prout declaraui *tit. præc. §. XI. ſeq.* Compilator ſane nullam dubitandi rationem habuiſſet, ſi memor iuris illius fuiſſet, quod talia quidem matrimonia tolerat, ſed odio habet, nec *legitima* penitus eſſe cenſet, adeoque liberos ſecundum *ſtatum deteriorem* iudicandos eſſe conſtituit. En ambiguitatem: Man ſpricht, ſunt verba *Weichbildi Magdeburgici art. 3.* daß hiebevor bey den alten Fürſten zurecht geſetzet war, ob ein frey Mann eine eigene zu einem Weibe nehme, oder ein frey Weib einen eigenen Mann, daß ſolche Kinder, die davon kommen, ſolten dem Vater nachfolgen und nicht der Mutter. Hæc quorundam traditio forſan inde nata videtur, quod *ius Canonicum* tale matrimonium approbauerit, *ratum*que eſſe iuſſerit, adeoque ſtatus liberorum in *foro eccleſiæ*, ſeu quoad *indiſſolubilitatem*, ex perſona *patris*, vt capitis familiæ, æſtimandus ſit. Romanis vel ideo diuerſa ſtabat ſententia, quod inter liberam & ſeruum nullum crederetur eſſe *legitimum* coniugium, id quod tantum *patrem* deſignaret, adeoque liberi crederentur *ſine patre* nati & ἀπάτορες eſſe. *pr. I. de ingen.* Germani autem ex principiis iuris canonici, quod coniugia regebat, tale matrimonium admittebant, *ratumque* eſſe volebant, licet *illegitimum*, nec ſecundum *leges ciuiles* Germaniæ eſſet contractum. Ita vero liberi, prout dictum eſt, deterioris parentis conditionem ſequi debuiſſent, prout olim Romanis quoque ex *lege Menſia* obſer-

Pactis tamen & vxori & liberis natis proſpici potuit, vt liberi eſſent,

inde poſtea dubia circa ſtatum vxoris & liberorum orta,

maxime iure Saxonico,

iuris Canonici principiis turbato-

ſeruatum fuit in liberis ex *peregrino* & *ciue Romano* prognatis, inter quos coniugium, quamuis non ſecundum leges, initum erat. Ait enim VLPIANVS *tit. V. inſtit. §. 8. quoniam lex Menſia ex alterutro peregrino natum deterioris parentis conditionem ſequi iubet.* Neque vero traditionem, quam *compilator Weichbildi* refert, certam conſtantemque fuiſſe, vel inde apparet, quod poſtea conſtitutum fuiſſe aſſerat: Ob ein frey Weib einen eigenen Mann nehme, daß die Kinder, die davon kommen, die Männlein ſolten folgen dem Vater, und die Mägdlein ſolten nachfolgen der Mutter, quod etiam refertur in *ſpeculo Saxon. lib. III. art. 73.* Neque etiam id rationibus iuris Germanici conforme, adeoque credibile eſt, nec hoc vbique obtinuiſſe, nec diu obſeruatum fuiſſe. Nam FRIDERICVS I. anno 1158. teſte GOLDASTO *tom. III. conſtit. imp. p. 331.* edicto ſinxerat: *Si liber homo ſeruam ſuperduxerit vel ingenua ſeruum, proles illa VTRIVSQVE SEXVS matrem ſequi debet & non patrem.* Hoc ipſo eorum ſententiam non tantum deſtruxit, qui ſexus rationem hic habendam eſſe crediderunt; ſed etiam *iuris Romani* placita, a iure Canonico aſſumta, ſecutus eſt. Repetiit hoc ipſum *compilator Weichbildi cit. l.* atque: Nun ſagen auch andere Leute, daß die Fürſten bey Käyſer Friedrichs Zeiten geſetzet ſollen haben: Ob ein frey Mann ein eigen Weib nehme, oder ein frey Weib ein eigen Mann, daß alles das Geſchlecht, das davon kehme, ſolte nachfolgen der Mutter, und nicht dem Vater. Additur vero in parentheſi (das iſt nach der eigenen Hand.) Hæc explicatio quidem *iuris Germanici* principiis, quod *inæqualibus coniugiis* non fauet, conformis eſt, quæ partum ſemper adiudicant parenti deteriori, der eigen (vel ärgern) Hand, vtpote quæ *deterior* eſt; ſed minime cum FRIDERICI I. ſanctione conuenit, quæ *matris* ſtatum reſpiciendum eſſe iubet, non *patris.* Idem quoque ſub HENRICO imperatore tempore WICHMANNI epiſcopi repetitum eſſe, ait compilator, ſi ex *matre Teutonica* & patre Slauo partus natus fuerit, non habita ratione patris, er ſey teutſch oder wendiſch. Hanc iuris immutationem ſine dubio peperit *ius canonicum*, quod ex matris conditione ſtatum liberorum æſtimandum eſſe voluit. Reliquiæ tamen quædam iuris antiqui in *Slauis* conſeruatæ ſunt, quod indicat compilator *iuris Saxon. prouinc. lib. III. art. 75.* Der Wenden Kinder gehören nach dem Vater, ob er ein Wende iſt; iſt er aber Deutſch, ſo gehören ſie nach der Mutter, vtpote cuius conditio hoc caſu deterior eſt.

inde varia obſeruantia,

per Fridericum ad ius ciuile Romanum accommodata,

iure Weichbildico confirmata,

quod tamen receſſit a Principiis iuris Germanici,

quæ in Slauis conſeruata ſunt.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV. Sicuti vero *tit. antec. §. XVI.* dictum eſt, ſeruitutem mariti ſuperuenientem haud nocuiſſe vxori diſſentienti & reclamanti; ita pariter recta ratio iubet, vt parentum ſpontanea ſui ipſorum venditio, liberis ingenuis, iam natis, nec præiudicare, nec ſtatum eorum aliter immutare queat, quam ſi in huius ſtatus mutationem conſenſerint. Quid tamen, ſi *pater ſe cum liberis ſuis* alteri vendiderit in ſeruitutem, ſi quidem ſcientibus & non reclamantibus liberis id factum eſt, (quatenus conſentire potuerunt) eiusdem cum parentibus ſtatus fiunt: ſi vero conſenſum edere haud potuerunt, vel patri contradixerunt, ſemperque in eadem ſententia permanſerunt, factum patris eorum libertati præiudicare nequit. Neque enim parentibus hodie conceſſum, vt ex poteſtate ſua liberos vendere, idemque in eos ſtatuere valeant, quod in ſemetipſos conſtituerunt. Romanis olim tam enorme imperium in liberos datum erat; ſed nullus præterea erat populus, qui talem poteſtatem habebat, quam Romulus patribus indulſerat. Inde ſecundum *leges Wiſigothorum* parentibus filios ſuos vendere haud licuit, aut donare vel oppignorare, adeo, vt emtor pretii diſpendio puniretur. Excipio tamen caſum, ſi inopia preſſi, aut fame coacti ſe liberosque ſuos, alteri in ſeruitutem vendunt: ſi alia ratio eos alendi non ſuppetit. *Cenſetur enim*, ait GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. c. 5. §. 5. in f. ipſa natura ius dare ad id omne, ſine quo obtineri non poteſt, quod ipſa imperat.* Formula notabilis, qua quis ſemet ipſum liberosque ſuos alteri vendidit, occurrit *in theſ. anecdot.* MARTENII & DVRANDI *Part. I. p. 764.* huius tenoris: *Ego Alanus mera & ſpontanea voluntate, non coactus nec deceptus do & trado Tibi B. & tuis heredibus perſonam meam & FILIORVM MEORVM ad ſeruitutis iugum, vt nos habeas ad diſciplinandum, tenendum, imperandum, & quicquid tibi placuerit, faciendum tam de PERSONIS noſtris, quam de noſtro PECVLIO, acquiſito vel acquirendo, ad tuum beneplacitum diſponendo, ita quod ſi fugam a te vel heredibus tuis fecerimus, de ſeruitio veſtro quolibet modo exeundo: vbicunque nos inueneritis, iniectionem manuum in nos & noſtrum peculium habeatis, & de nobis & noſtro peculio, ſine omni noſtra noſtrorumque contradictione, quicquid volueritis, faciatis.* Occurrunt ſimiles formulæ apud MARCVLFVM, & inter eas, quas SIRMONDVS edidit, quas *obnoxiationes* veteres dixere, non tamen facta mentione *liberorum*, quod indicium præbet, *patrem* olim ſe quidem pro lubitu non vero *liberos* ſuos vendere potuiſſe. Facilius ex ſuperſtitione antiquorum temporum admiſſum fuit,

Si ex poſt facto parentes ſerui fiunt, liberis antea natis non fit præiudicium,

niſi ſimul liberi, neceſſitate vrgente, in ſeruitutem venditi fuerint,

quod illuſtratur ex antiquis formulis,

Facilius tamen pater ſe-

cum liberis ecclesiis vendere potuit.

fuit, vt quis se cum sobole tua ecclesiis aut monasteriis in seruitutem daret, annuumque censum eis persolueret, quod *pro anima* & *in remissionem peccatorum* fieri dicebatur, adeoque nullo modo impediebatur. Chartam huius traditionis exhibet AVBERTVS MIRAEVS *lib. I. donat. Belg. c. 18*

TIT. XI.

DE

COGNATIONE SPIRITVALI.

§. I.

Cognatio spiritualis impedit matrimonia de iure canonico,

MVlta sunt, quæ secundum *leges ecclesiasticas* impediunt matrimonium imo & dirimunt; quid quod etiam matrimonium rite contractum per *discidium* dissoluatur, de quibus causis *impediendi & dissoluendi* coniugia in sequentibus agitur titulis. Primum & principale impedimentum coniugiorum nascitur ex *cognatione* seu nimia personarum *propinquitate*. Hæc est vel *spiritualis*, de qua *hoc titulo*, vel *legalis*, de qua *titulo seq.* vel *naturalis*, de qua *tit. XIII. & XIV.* agendum erit. Spiritualis *sola auctoritate ecclesiæ & canonum* introducta esse dicitur, non diffitente FLORENTE *tom. II. oper. p. 127.* Quod enim in *c. 3. C. 30. q. 3.* hæc coniunctio *diuinæ sententiæ* adscribatur, id vel luxurianti stylo pontificum adscribendum, quo *ecclesiæ traditiones* hac denotarunt appellatione: vel ad *interpretationem* referendum, per quam hanc ex verbis scripturæ sacræ exsculpere conati sunt. Videlicet nihil frequentius in sacris & patrum scriptis est, quam cognationem quandam in *sensu spirituali* inter omnes fideles, per lauacrum regeneratos, inculcare. Solennis *fratrum* appellatio notissima est; qua inter se Christiani primæui vtebantur. *Sic nos*, est apud MINVCIVM FELICEM *in octavio p. m. 336. edit. Gronou. quod inuidetis, FEATRES vocamus, vt vnius Dei parentis homines, vt consortes fidei & spei coheredes. Patrum* & *filiorum* denominatio paulo infrequentior est inusitatiorque, quod olim omnis imperandi lubido deesset. Quoscunque ex plebe præpositi, more apostolico, *fratres* appellauere, quod omnes per fidem in Christum regenerati essent, & *spirituali cognatione* iuncti, cuius historiam plenius ex patribus explicuit B. ARNOLD. *in histor. cognat. spiritualis.* Mox quoque

occasione cognationis, quæ per lauacrum inter christianos contrahitur.

Inde fratrum communis appellatio,

cuius origo est ex iure canonico,

quoque receptum, vt eccleſia *mater* diceretur; quia enim per eam ad fidem in Chriſtum deducebantur infideles, & ita illa ipſa eos quaſi genuerat, eccleſia *mater* appellata, & baptizati omnes *filii*. Sed & *patris* appellatio pedetentim epiſcopis presbyterisque aſſignata, quorum miniſterio fideles ad Chriſtum eſſent deducti, & quaſi de nouo *procreati*. Ita tandem, ambitione ſuadente, placuit, vt clerici *patres*, laici, etiam imperatores, reges & principes *filii*; ipſa vero eccleſia *mater* dicerentur, clerici autem & monachi inter ſe *fratrum* denominationem retinerent.

& matris eccleſiæ nomen.

§. II. Sicuti vero hæc cognatio *impropria* & *metaphorica* fuit, ita coniugiis nullum obſtaculum peperit, licet GREGORIVS NAZIANZENVS *epiſt. 91.* in genere aſſerat, *cognationem ſpiritualem antecellere corpoream*. Specialior & arctior quædam *ſpiritualis cognatio* ex doctrina patrum, plus, quam par erat, ſuo ingenio indulgentium, deducta eſt, quæ nuptias impediret. Conſtituerunt hanc in omnibus iis negotiis eccleſiaſticis, in quibus, more antiquo, *patrinos* aſſumebant, qui locum *parentum* intrabant, h. e. in *baptiſmo, catechiſmo, confirmatione, pœnitentia, & confeſſionibus ſacris*. Ac primo loco quidem agendum eſt de cognatione *ex baptiſmo*. Obſeruaui iam ſupra *tit. de baptiſmo §. XXXV. ſqq.* mox a primordio Chriſtianiſmi quosdam electos adhibitosque fuiſſe, 1) qui *ducerent* baptizandum ad locum, vbi aqua erat; 2) qui eum *præſentarent* epiſcopo vel presbytero: 3) qui *reducerent* baptizatum ad locum, vbi fratres erant congregati, quorum in *fraternitatem* & ius hoc modo recipiebatur & euchariſtiæ particeps fiebat. Denique 4) hi ipſi quoque eum, poſtquam ex aqua egreſſus erat, *excipiebant*, ſeu *ſuſcipiebant*, vnde dicti ſunt baptizati *ſuſcepti*, teſte TERTVLLIANO *de corona c. III.* Ex his actibus varia denominatio orta, quod patrini dicti fuerint *offerentes, adducentes, fideiuſſores, ſponſores, teſtes, patres*, & *ſuſceptores*, quippe qui non tantum negotio regenerationis, vt *teſtes*, vt *comites*, vt *offerentes*, aderant, ſed etiam teſtimonium de vita baptizandorum dabant, ſimulque ſpondebant, ſeſe omnem daturos operam, ne a fide chriſtiana deſciſcerent, vel operibus Satanæ, quibus abrenunciauerant, ſeſe rurſus macularent. Maior neceſſitas adhibendi patrinos occurrebat in baptiſmo *infantum*, qui neceſſario ab aliis *offerendi, præſentandi*, & rurſus *ſuſcipiendi* e lauacro: quin etiam pro his *ſolennis ſponſio* interponenda erat, quod ipſimet eam, prout neceſſe erat, edere non poſſent. Optime id illuſtrat CHRYSOSTOMVS *in Pſ. XIV. & ſtatim*, ait, *ſacerdos exigit ab infirma ætate PACTA CONVENTA*

Vnde tamen nullum coniugiis periculum,

nisi ex vinculo cum patrinis contracto

1) in baptiſmo

qui patres ſpirituales dicti,

inprimis neceſſarii in baptiſmo infantum,

qui fidem publicam ſponderent.

VENTA & aſſertiones, & minoris ætatis ſideiuſſorem ſuſceptorem interrogat. Non ſine *pacto publico* recipiebatur baptizandus, cuius duo capita erant: primum continebat *renunciationem Satanæ & mundi*, quibus gentiles ſeſe deuouerant: TERTVLL. *de corona c. 3. & 13. Conſtit. apoſt. lib. VII. c. 41.* ſecundum, *promiſſionem* de vita iuxta doctrinam Chriſti inſtituenda atque formanda. IVSTIN. MARTYR. *apol II. c. 79.* Qui contra hæc *pacta* agebat, grauiter delinquendo, eiiciebatur ſecundum meritum ſuum, quod ſub *hac conditione* demum receptus eſſet; qua non impleta, eccleſia ſuo iure eum a communione excludebat, atque inde hæc diſciplina dicta fuit *confœderata*, quod illuſtraui in *diſſert. iur. eccleſ. antiq. ad Plin. & Vertull. diſſ. 3.* Nomine infantis hanc ſponſionem edebat *ſuſceptor*, qui non tantum *factum alienum* ſed etiam *proprium* pollicebatur, ſeſe ſcilicet ſedulo curaturum, vt baptizatus fidem datam impleret. Teſtis eſt TERTVLLIANVS *de bapt. c. 18.* differens de baptiſmo infantum, quem improbat aitque: *quid enim neceſſe eſt, ſponſores etiam periculo ingeri? quia & ipſi per mortalitatem deſtituere promiſſiones ſuas poſſunt, & prouentu malæ indolis falli.*

Inde obligatio patrinorum arctiſſima credebatur,

§. III. Inde olim *patrinorum* obligatio ingentis momenti, & multæ curæ erat, quæ in AHYTONIS *epiſc. Baſileenſis capitul. 25.* apud D. ACHERIVM *tom. I. ſpicil. p. 586. edit. nouæ*, & HARDVINVM *tom. IV. concil. p. 1244.* hoc modo depingitur: *vt plebibus denuncient, quod filios & filias ſpirituales, quos in baptiſmate ſuſcipiunt, ei ſint ideiuſſores & ſponſores fidei exiſtunt, & pro eis diabolo, cui ante mancipati fuerant, abrenunciant, & ideo vsque dum adulti fuerint, & eis fidei ſuæ ſponſionem & abrenunciationis expoſuerint, & reddiderint, in ſua prouidentia habeant. Et quod illi pro eis ſpoponderant, ab eis eadem reſponſa ex integro exigant.* Contemporaneus AHYTONI fuit IONAS, Aurelianenſis epiſcopus, qui circa *ann. 825.* ſcripſit libros tres *de inſtitutione laicali* a D. ACHERIO *tom. I. ſpicileg. pag. 258. nov. edit.* publicatos, vbi *lib. I. cap. 6.* de *officio patrum ſpiritualium* agens, locum AVGVSTINI ſatis notabilem *ex ſermon. 163. de tempore* adfert huius tenoris: *quicunque igitur viri vel quæcunque mulieres de ſacro fonte filios ſpiritualiter exceperint, cognoſcant ſe pro ipſis ſideiuſſores apud Deum exſtitiſſe. Et ideo neceſſe eſt, vt ſemper illius ſollicitudinem veræ charitatis impendant, admoneant, & caſtigent, atque corripiant, vt caſtitatem cuſtodiant, virginatem vſque ad nuptias ſeruent; a maledicto vel a periurio refrenent; cantica turpia vel luxurioſa ex ore non proferant; non*

quod ex doctrina patrum illuſtratur.

Digitized by Google

non ſuperbiant, non inuideant, iracundiam vel odium in corde non retineant; auguria non obſeruent, phylacteria vel characteres diabolicos nec ſibi nec ſuis aliquando ſuſpendant; præcantatores vel miniſtros diaboli fugiant; fidem catholicam veraciter teneant; ad eccleſiam frequentius conueniant; contenta verboſitate, lectiones diuinas attentius aure percipiant. Eſurientes paſcant, ſitientes potent; nudos veſtiant, pauperes & peregrinos excipiant; infirmos & in carcere poſitos viſitent, eisque in neceſſitatibus ſuis adminiſtrare procurent, pacem teneant, & diſcordes ad concordiam reuocare contendant, ſacerdotibus honorem impendant. Hæc ergo omnia & his ſimilia ſi filios & filias veſtras admonere contenditis, cum ipſis ad æternam beatitudinem feliciter peruenietis. Hiſce vero etiam ipſe Aurelianenſis epiſcopus IONAS ſuum addidit calculum, & ita rationes ſuas ſubduxit: *Quicumque igitur SPIRITVALIS quilibet in baptiſmate PATER efficitur, elaborare neceſſe eſt, quantum poteſt, vt idem quem ſuſcepit SPIRITVALIS FILIVS permaneat, ne rurſus male viuendo eius filius fiat, a cuius ſeruitio per gratiam baptiſmatis ereptus, & per adoptionem filius Dei eſt effectus.* Hac de cauſa *patrini* quoque promittebant, ſe perpetuos morum baptizati inſpectores futuros, totiusque vitæ curam ſuſcepturos eſſe, quæ pollicitatio imprimis in adultorum immerſione fiebat. Teſtis eſt autor, qui ſub nomine DIONYSII AREOPAGITAE latitat, *c. 2. de eccleſ. hierarch. p. 215. Quisquis autem horum munerum vere ſupermundialium ſancte particeps eſſe cupit, accedit quempiam ſacris initiatum, flagitatque ab eo, vt ad ſacrorum præſidem deducatur: ipſe vero integre cunctis ſanctionibus obſequi pollicetur, rogatque ſuæ cum adductionibus tum totius exinde vitæ curam ſuſcipere ne dedignetur.*

Quia de vita & moribus baptizandorum fidem dabant.

§. IV. Hæc cura, hæc peculiariter ſuſcepta obligatio conciliauit appellationem *patrum* ſuſceptoribus; *filiorum* vero ſeu *filiarum* ſuſceptis. Nam 1) generali hac ratione vtebantur, quod is recte *ſpiritualis pater* vocaretur, cui cura omnis vitæ alterius concredita eſt. Ait BASILIVS M. *in conſtit. Monaſt. c. 20. Veriſſimus pater eſt, primus quidem, qui communis omnium pater eſt; ſecundus vero poſt illum, penes quem eſt moderatio ſpiritualis viuendi rationis.* Idem porro *in Pſ. XXXIV, 12.* notanter ait: *qui ab aliquo formationem pietatis recipit, ab eo quaſi figuratur, & ad perfectam conſtitutionem deducitur, quemadmodum etiam a muliere prægnante infantes, qui in ipſa formantur.* 2) Specialem rationem ex *ſuſceptorum officio* deducebant, quod DIONYSIVS AREOPAGI-

Inde peculiariter patres dicti, & ſuſcepti filii.

PAGITA *in hierarch. eccleſ. c. VII. ſect. II. p. 361.* ita illuſtrat: *placuit pueruloſ hoc modo ad baptiſmum admitti, vt oblati paruuli parentes naturales filium vni ex fidelibus tradant, qui præclare in diuinis rebus puerum eruditat, ſub cuius deinceps cura ſit, tanquam ſub DIVINO PATRE ſanctæque ſalutis ſuſceptore.* Neque hæc appellatio inſolita erat, qua etiam apoſtoli vſi ſunt, *filios* eosdem nominando, quos ad fidem in CHRISTVM per *conuerſionem* & nouam quaſi generationem deduxerant. *1 Cor. IV, 15. Gal. IV, 19.* ad *Philem. v. 10. 1 Theſſ. II, 11. 1 Tim. I, 2. 18.*

quod Apoſtoli filios dixere, quos per fidem genera-verant.

Hac de cauſa etiam 3) is, qui baptizauerat catechumenum, eius *pater ſpiritualis* vocabatur, quod baptiſmus eſſet *regeneratio*, & ſic immerſus ope Baptiſtæ regeneratus. Videtur huc reſpexiſſe ORIGENES, qui Paulum *ad Rom. XVI, 21.* explicans, & verba eius: *Lucius & Iaſon & Soſipater cognati mei*, euoluere ſtudens, hoc modo rationes ſubducit: *Nunc vero cum ceteris nequaquam hoc nomen indulgeat, his vero & nonnullis aliis adſcribat, certum eſt, eum aliam quandam cognationem nominare, quæ iſti Soſipatro cum Timotheo & Luca, aliisque paucis horum ſimilibus communis habeatur, quam cognationem vel conſanguinitatem arbitror eſſe ex BAPTISMO contractam.* In ea opinatione fine dubio fuit ORIGENES, eos a PAVLO baptizatos fuiſſe: quamuis hic fateatur *1 Cor. I, 14. ſeqq.* ſe paucos immerſiſſe, nec ſe ad immergendum vocatum fuiſſe. Vnde forſan GROTIVS *ad cit. l.* magis ex vero iudicat, cenſendo, eos fuiſſe iudæos, & hoc intuitu a PAVLO vocatos cognatos, vtpote quos ad *Rom. IX, 3.* vocat *fratres ſuos* & *cognatos ſecundum carnem.* Quamuis ergo fallatur ORIGENES in ratiocinatione ſua, palam tamen eſt, *cognationis* huius *ſpiritualis* ex baptiſmate deductam doctrinam decantatam hoc tempore fuiſſe, præſertim quod patres eccleſiæ, inter quos ORIGENES principatum tenuit, allegoriis myſticis, & metaphoricis locutionibus penitus eſſent immerſi, nec tamen in iis ſatis caute & prudenter verſati.

Inde & baptizans pater ſpiritualis.

ex doctrina myſtica vſitata.

§. V. Interim hæc *cognatio ſpiritualis* primitus eum effectum haud habebat, vt etiam coniugiis obeſſet, iisque impedimentum poneret. Quid quod ipſi quoque parentes ad ſacrum baptiſma ſponſores pro ſuis ipſorum *liberis* exſtiterint, eosque ex lauacro ſuſceperint, ſine coniugii læſione, vt obſeruauit STEPHANVS BALVZIVS *ad homiliam XII. Cæſarei Arelat.* & confirmauit ex doctrina patrum IOSEPH. BINGHAM. *in orig. ſeu antiquit. eccleſ. vol. IV. lib. XI. c. 8. §. 2. p. 288. verſ. lat.* Nec moueor auctoritate *canonum Arabicorum concilii Nicæni*, cu-

Non ſtatim tamen hæc paternitas ſpiritualis matrimonio obe-rat,

Digitized by Google

cuius *can. 21.* hæc a patribus ſancita finguntur: *Nemo fidelium cum patre aut matre ſpirituali matrimonium contrahat, i. e. non cum patrinis aut matrinis; & qui hoc commiſerit, habeatur tanquam ethnicus, quousque ſeparetur, & ſpatio viginti annorum pœnitentiam agat &c.* vid. HARDVINVS *tom. I. concil. p. 466.* Adulterinum hunc canonem eſſe, ab otioſis monachis ſine dubio confictum, nemo eſt qui neſciat, vt eorum collectioni nulla tribuenda ſit fides. v. MASTRICHT. *de ſuſceptor. p. 26.* Multo minus audiendus Papa DEVS DEDIT, quamuis eius teſtimonio, ex ſeculi XII. barbarie & tenebris, quoque vſus fuerit GRATIANVS *in c. 1. C. 30. q. 1.* Eius enim epiſtolam ex mercibus adulterinis ISIDORI conflatam fuiſſe, luculenter docuit BLONDELLVS *in Pſeudo Iſidoro p. 676.* Et tamen impoſtor fingit, *Iulium, Innocentium, & Cœleſtinum cum epiſcoporum plurimorum & ſacerdotum conſenſu* conſtituiſſe, *vt nullo modo ſe in inconiugio reciperent mulieres ac viri, quicunque aliqua ratione ſuſceperint natos proprios, ſed ſeparent ſe, ne ſuadente Diabolo tale vitium inoleſcat*, id quod diſciplinæ eccleſiaſticæ eorum temporum, quibus hi eccleſiæ præfuerunt, aduerſatur, vt loca AVGVSTINI docent allata a BINGHAMO *cit. l.* Adhuc *circa annum 734.* BONIFACIVS *in epiſt. ad Nothelmum Archiepiſcopum Dorovern.* apud BARONIVM *ad cit. ann. n. 4.* faſſus eſt, ſe intelligere non poſſe, *quare in vno loco ſpiritualis propinquitas in coniunctione carnali copulata grande peccatum ſit, quando omnes in ſacro baptiſmate Chriſti & eccleſiæ filii & filiæ fratres & ſorores eſſe comprobemur.* Præterea ignorantiam ſuam *in epiſt. ad Plectbelmum epiſcopum* ingenue fatetur, aiens: *quod peccati genus (ſi verum eſt) hactenus ignorabam, & nec in antiquis canonibus nec in decretis pontificum patres, nec in calculo peccatorum Apoſtolos vsquam enumeraſſe cognoui.* Rarius quoque in primis eccleſiæ ſeculis hæc quæſtio moueri poterat, quod paulatim presbyteri & epiſcopi ab vſu connubiorum remoti fuerint, & vtplurimum maſculi mares, puellas vero feminæ ſuſciperent. MARTENE *de antiq. eccleſ. rit. lib. I. P. 1. c. 1. art. 16. p. 153.* In *conſtit. Apoſt. lib. III. c. 16.* cautum fuiſſe fingitur, *vt virum ſuſcipiat diaconus, mulierem diaconiſſa*, vbi COTELERIVS notat, maſculos a maſculis, feminas a feminis fuiſſe ſuſceptos v. *tom. I. coll. patr. apoſt. p. 288.* Præterea etiam *in concil. Carthag. IV. can. 12.* cautum eſt, *vt diaconiſſæ mulieres baptizandos inſtruerent atque docerent, quid reſponderi debeat baptizatori, & qualiter accepto baptiſmate viuerent.* His vbi moribus viuebatur, impedimentum nullum matrimonio

contrarium tamen ficti canones docuerunt,

& Gratianus ex illis,

nec olim quæſtio hæc facile potuit moueri.

nio poni poterat, quod hæc *cognatio* & *filiatio ſpiritualis* inter eundem ſexum contracta fuerit.

Pedetentim diuerſi ſexus patrini adhibiti in baptiſmo infantum,

§. VI. Pedetentim etiam *diuerſi ſexus perſonæ* munere patrinorum functæ ſunt, præſertim cum ipſi patres nonnunquam liberos ſuos cuiuscunque ſexus ex baptiſmate ſuſciperent. In lauacro infantum non adeo ſexus ratio habita videtur, quod pater etiam filias offerre poſſet, antequam inter ſcelera eccleſiaſtica id relatum fuit. In *adultorum* baptiſmo

non adultorum,

(quod ratio *decori* poſtulare videbatur) antiquæ plebis mores conſeruati ſunt, vt maſculum maſculus, feminam femina offerret. Indè paulatim in dubium vocatum fuit, vtrum quis deinceps puellam fœdere connubiali ſibi iungere poſſet, quam ſuſceptio ex baptiſmo *filiam ſpiritualem* effecerat ? Prolapſi ſunt imprimis patres ad *adoptionis* iura,

ex ſimilitudine cum adoptione tandem matrimonium prohiberi cœpit,

quam per baptiſmum contrahi credidere, ceu aliquot teſtimoniis illuſtrat CANGIVS *in gloſſar. voce adoptio* & *filiolus*. Præterea idem EDMVNDVS MERILLIVS *lib. III. obſ. 40.* & IO. GIRONIVS *in paratitl. ad b. t.* plenius exponunt. Quemadmodum vero per *adoptionem* obſtaculum quoddam nuptiis conciliatur ; ita patres crediderunt, huius *adoptionis ſpiritualis* vinculum adhuc arctius eo eſſe, quod per *ciuilem* con-

quod lex Iuſtiniani docet,

trahitur. Hoc principio imbutus IVSTINIANVS *in l. 26. C. de nupt.* prohibuit, ne quis vxorem duceret, quam ex S. lauacro ſuſcepit, quod hæc *legis cit.* verba indicant : *ea videlicet perſona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis ſiue alumna ſit ſiue non, a ſacroſancto ſuſcepit baptiſmate, cum nihil aliud ſic inducere poteſt PATERNAM AFFECTIONEM & iuſtam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi NEXVS, per quem DEO mediante animæ eorum copulatæ ſunt.* Ita

inter ſuſceptorem & ſuſceptam prohibens nuptias,

vero duntaxat inter *ſuſceptorem* & *ſuſceptam* nuptiæ prohibitæ fuere, nec vlterius prohibitio porrecta. Paulo poſt magis magisque ad leges *adoptionis* accommodata *ſpiritualis cognatio*, & ita latius, imprimis ſuggeſtione *patrum græcorum*, nuptiarum obſtaculum extenſum fuit. Grave pondus huic doctrinæ adiecerunt patres *Synodi Trullenſis* circa ann. 683.

prohibitio hæc latius extenſa in ſynodo Trullana

in *c. 35.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. p. 1682.* En verba concilii: *quoniam ſpiritualis neceſſitudo ſeu affinitas corporum coniunctione maior eſt ; in nonnullis autem locis cognouimus quosdam, qui ex ſancto & ſalutari baptiſmate infantes ſuſcipiunt, poſtea quoque cum matribus illorum viduis matrimonium contrahere : ſtatuimus, vt in poſterum nihil fiat eiusmodi. Si qui autem poſt præſentem canonem hoc facere deprehenſi fuerint, ii quidem primo ab hoc illicito matrimonio deſiſtant, deinde*

deinde & fornicatorum pœnis ſubiiciantur. Hoc canone prohibitio ex *conſanguinitate ſpirituali* primum extenſa, ne quis ſcilicet *matrem* infantis, quem ex baptiſmo ſuſceperat, duceret, id quod nulla lege vel canone antea prohibitum fuerat. Ratio vero, quam patres in *Synodo Trullana* incaute adduxerunt, quod maior ſit *ſpiritualis neceſſitudo* corporum vnione, anſim dedit, vt interpretes latius adhuc prohibitionem propagarent, & tandem hæc extenſio in legem nouam iret. Etenim *in Baſilicis lib. 28. tit. 5.* ex edit. FABROTTI *tom. V. p. 289.* lex IVSTINIANI ex concilio Trullano & interpretatione patrum ita aucta eſt: *qui autem quandam e ſacro baptiſmate ſuſcepit, eam poſtea vxorem ducere non poteſt, vtpote quæ ipſius filia facta, neque eius matrem* (quod in Trullo edictum erat) *aut filiam, ſed nec filius eius,* (quod nouiter ex ſententia patrum adiectum) *cum nihil æquæ ſic inducere* &c. Omitto rationem hic ſubiectam, quæ ex *l. 26. C. de nupt.* retenta & ſupra iam relata eſt. interpretatione aucta.

§. VII. His fulcris potiſſimum nitebantur Græci, grauiterque huic prohibitioni inſiſtebant, quod tum *canone* tum *lege* hæc eſſet munita. Vtrumque fundamentum tum ex *concilio Trullano* tum ex *Baſilicis* repetit HARMENOPVLVS, qui circa annum 1150. floruit, *in promtuar. iur. ciu. lib. IV. tit. 6. §. 18.* & prouocat primum ad *c. 53. concilii Trullani*, deinde *ex Baſilicis* hæc addit: *etſi hanc coniunctionem iura ad tres duntaxat aut etiam ad quatuor vsque gradus probibuerunt, nimirum vt ne quis eiusque filius matrem aut ſororem duceret eius, quam vel ſacro fonte ſuſcepiſſet vel adoptaſſet. Inquit enim fere hunc in modum: qui aliquam &c.* verba ipſa ex *Baſilicis* hic ſubiiciuntur, quæ reguſtare nolo. Scholiaſtes obſeruat ad hunc HARMENOPVLI textum, paulo aliter hic gradus connumerari quam in *conſanguineis.* Ait: *is quidem, qui aliquem ſuſcepit, ei, qui ſuſceptus eſt, primo gradu eſt; patri autem & matri eius ſecundo, Germanis eius fratribus tertio. Eius vero filii ſuſcepto quidem ſecundo, Germanis eius fratribus tertio. Eius vero filii ſuſcepto quidem ſecundo gradu ſunt, quod eum tanquam fratrem habeant, eius autem germanis fratribus quarto.* Clarius hoc modo ſchema conſtitui poteſt. *Primus* qui filium habuit nomine *Secundum* ſuſcepit ex baptiſmo. *Tertiæ* filiam, quam *quartam* vocabimus, quæ adhuc ſororem habet, nomine *quintam.* In hoc ſchemate (1) nuptiæ ſunt interdictæ in *primo gradu*, vt loquuntur, inter *primum* & *quartam*, (2) inter *primum* & *tertiam*, vtpote *quartæ* matrem, in *ſecundo gradu:* (3) inter *primum* & *quintam* vtpote ſororem ſuſceptæ *in tertio gra-* Quod illuſtratur ex Harmenopulo, vbi docet aliter hic gradus computatos fuiſſe quam in conſanguinitate.

gradu: (4) inter *Secundum*, ſuſceptoris filium, & *Quartam*, vtpote quæ ſororis loco eius eſſe dicitur in ſecundo gradu: & denique (5) inter *Secundum* & *Quintam*, qui dicuntur in *quarto gradu* conſtituti, quod vno gradu videantur remotiores. Neque vero in hoc quidam ſubſiſtendum ſed matrimonium adhuc vlterius prohibendum eſſe cenſuerunt. Ab his tamen recedendum eſſe credidit THEODORVS BALSAMON, qui eodem ſeculo paulo poſt, ſcilicet circa annum 1180. floruit. Hic enim in notis *ad concilii Trullani c. 53.* apud GVILIELMVM BEVEREGIVM *tom. I. Synodic. p. 210.* ita rationes ſubducit: *Cum hæc ita ſe habeant, quæſiuerunt nonnulli, ad quem usque gradum in eiusmodi ſpirituali cognatione matrimonium prohibeatur. Et non nulli quidem dixerunt, quod, quoniam & ex canone & ex lege maior eſt ſpiritualis cognatione carnali, debeamus ea ſequi, quæ conſtituta ſunt de carnalibus nuptiis prohibitis. Complurибus autem non ita viſum eſt, ſed ad eas ſolas perſonas, quæ legè continentur eiusdem cognationem extenderunt, & prohibitionem intentarunt.* Adiungit vero in f. *decretum fuiſſe, hanc prohibitionem ad quartum gradum non pervenire, quod hoc etiam in adoptione valeat.* Ita quidem argumentum ab *adoptione* traxerunt, cuius tantum tres potiſſimum caſus recenſentur 1) ne quis *filiam adoptiuam*, 2) *ſororem adoptiuam*, denique 3) ne quis *amitam adoptiuam*, h. e. ſororem adoptivam patris ducat. §. *1. 2. & 5. I. de nupt.* Enim vero filiæ adoptiuæ matrem nemo prohibetur vxorem ducere, ſicut nec *filiæ adoptiuæ* filiam, ex quo liquet, iura *agnationis*, quæ *adoptioni* peculiaria fuerunt, non potuiſſe trahi ad *cognationem ſpiritualem*, & argumentum ab ea ad hanc minus concludere, vtut CIRONIVS *ad h. t.* magnopere ei incumbat. Eadem, quæ BALSAMON ad *c. 53. cit.* obſeruauerat, etiam reguſtauit MATTHAEVS monachus, qui obſeruante DVPINIO *dans la bibliorh. des Aut. eccleſ. tom. XI. p. 99.* circa annum 1335. floruit, ſcripſitque *quæſtiones & cauſas matrimoniales de gradibus*, relatus in *iure Græco-Rom.* a LEVNCLAVIO *edito tom. I. p. 488.* Addit gradus paulo aliter numerari in *adoptione ſpirituali* ac quidem in *conſanguinitate carnali. Nam*, ait, *ibi pater erga fratres vniuerſos* (ſeu liberos ſuos, qui inter ſe ſunt fratres) *omnino primo gradu eſt: hic vero pater iſte ſpiritualis erga filium, quem adoptauit, gradu eſt primo: ſed erga carnalem eius filii patrem, ſecundo, quippe frater eius eſſe dicitur. Ergo fratres autem germanos filii ſui ſpiritualis gradu tertio conſtitur. Non enim illos quoque filios habuit. Filius autem erga fratres ſuos carnales gradu ſecundo eſt*, (ſecundum

Balſamonis doctrina.

quæ incongrue trahit argumentum ab adoptione.

Matthæi monachi doctrina ſeculo XIV.

cundum *computationem ciuilem*, quam Græci duntaxat secuti sunt) *& erga patrem suum carnalem primo; sicut etiam erga patrem spiritualem.* Sicuti vero vltra personas adductas prohibitionem non esse extendendam Græci crediderunt; ita inde collegit MATTHAEVS: *Iccirco licet ei, qui vult, vxorem ducere compatris sui sororem.*

In occidente fere ad seculum VII. vsque prohibitio ignorata.

§. VIII. In *occidentali ecclesia* hæc prohibitio paulo serius innotuisse videtur, adeo vt circa *annum 734.* rarior eius praxis fuerit, vt vel testimonia BONIFACII §. *V.* adlata euincunt. NON omnem tamen defuisse vsum in Gallia & Italia palam est, cum *illius* praxin arguat BONIFACIVS, referens, sibi relatum fuisse, Gallos grauioribus delictis has accensere commixtiones; huius vero h. e. Italiæ, vsum leges LVITPRANDI Regis *de anno 741. tit. 24. l. 6. sqq.* ostendant: *item hoc censemus atque præcipimus, vt nullus præsumat commatrem suam vxorem ducere. Sed nec filiam, quam de sacro fonte leuauit. Neque filius eius præsumat filiam ipsius vxorem ducere, qui eum de fonte suscepit, quia spirituales germani esse noscuntur.* Atque hæc prohibitio facta est sub pœna confiscationis bonorum, liberique illegitimi declarati. Sine dubio GREGORII II. decretum *in concil. Romano de anno 721. c. 4.* apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1865.* hanc Longobardis legem extorsit, quam tamen latius iuxta disciplinam Græcorum extenderunt. GREGORII enim decretum tantum anathema his dixit, *qui commatrem spiritualem duxerint*, quod forsan hæ nuptiæ vsque ad hæc tempora toleratæ, licet a quibusdam damnatæ fuerint. *Filiæ spiritualis* non fit mentio, quod nuptiæ cum hac iam lege IVSTINIANI, quæ in Italia quendam vsum habuit, essent prohibitæ. De *commatris* matrimonio tantum dubitatum, & ita de hac quoque decretum factum est, quod etiam repetitum *lib. VII. capitul. 179.* apud BALVZ *in capitul. tom. I. p. 1063.* Neque latius prohibitionem propagauit ZACHARIAS *in conc. Rom. c. 5. de anno 743.* apud HARDVINVM *cit. l. p. 1928.* sed itidem duntaxat a *commatris spiritualis* consortio abstinendum esse sub *anathemate* decreuit. Grauiorem his nuptiis pœnam imposuerunt *leges ciuiles Francorum*, hæc sancientes *lib. VI. capitul. 421.* apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 1005. Sciendum est omnibus, quod coniunctio spiritualis commatris maximum peccatum sit, & diuortio separandum, atque capitali sententia multandum vel peregrinatione perpetua delendum.* Rursus hæc prohibitio de nouo confirmata est *anno 813. in concil. Mogunt. c. 55.* apud HARDVIN *tom. IV. concil. p. 1016.* & repetita in *capitularibus lib. V. c. 67.* apud BALVZ. *tom. I.*

Commatris nuptiæ hoc tempore prohibitæ, etiam legibus Francorum sub pœna capitali.

Digitized by Google

p. 856. non tamen vltra *filiam* ex baptiſmo ſuſceptam & *commatrem* extenſa.

Inde prohibitum, ne quis proprios liberos ſuſciperet ex baptiſmate.

§. IX. Nouum hæc prohibitio dogma peperit, antea inauditum, nec in eccleſia receptum: ne quis ſcilicet *proprios liberos* ex ſacro baptiſmate ſuſciperet; quoniam enim cum *commatre* omnis commixtio inceſtuoſa habita fuit, crediderunt, hac ſuſceptione coniugii vſum poſtea vitio non carere, quod maritus *compater* vxoris ſuæ fieret. In *Synodo Wermerienſi de anno 752. c. 3.* apud BALVZ. *tom. I. capit. p. 165.* & GRATIANVM *in c. 2. C. 30. q. 1.* hoc decretum factum eſt. *Si quis filiaſtrum vel filiaſtram ſuam ante epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab vxore ſua, & aliam nunquam accipiat.* De ſuſceptione ex baptiſmate idem formatum fuiſſe iudicium, quis dubitauerit? Anno 756. vel 757. idem capitulum repetitum in *concil. Compendienſi c. 12.* apud EVNDEM *cit. l. p. 183. & 827.* & HARDVIN *tom III. concil. p. 2005.* In *concil Moguntiaco ann. 813. c. 55.* apud HARDVIN. *tom. IV. p. 1016.* pariter decretum fuit, *ne quis proprium filium vel filiam de fonte baptismatis ſuſciperet.* In fine additur: *vbi autem hoc factum fuerit, ſeparentur*, quod etiam repetitum in *capitularibus lib. V. c. 167.* Ita vero *ſententia patrum* hoc dogma de *cognatione ſpirituali* primum peperit; *concilia* illud ſub anathemate & ſeparationis pœna approbarunt; *leges* denique *ciuiles* receperunt, & grauiori pœna coercuerunt. Facile enim epiſcopi auctores principibus erant, vt, quod ex *ſpirituali reſpectu*, quem animo ſuo conceperant ex infelicitate temporum, iniquum eſſe credebant, lege quoque id ipſum prohiberent. Id vero nullo excuſari poteſt modo, quod ob *ſuperuenientem cognationem ſpiritualem* matrimonia legitime inita diremerint, cum tamen tota, quanta ſit, *ſancta* atque ex *incommodis allegoriis* producta fuerit. Agnouiſſe id poſtea quosdam ex patribus, manifeſtum eſt; eum enim excipiendum eſſe cenſuerunt patres in *concil. Cabilon. II. c. 30. de anno 813.* apud HARDVIN. *tom. IV. p. 1036.* & GRATIANVM *in c. 4. C. 30. q. 1.* ſi qua mulier fraude aliqua, *vt a viris ſuis ſeparentur*, filium ſuum ad confirmandum tenuerit, cui quidem pœnitentia iniuncta, additum tamen: *a viro tamen ſuo non ſeparetur.* Paulo poſt RHABANVS MAVRVS *in epiſt. ad Heribaldum* a BALVZIO, REGINONIS *libris de eccleſiaſt. diſcipl. p. 467.* adiecta, doctrinam communem patrum repetiit *c. 20.*, cuius verba GRATIANVS repetiit in *c. 5. C. 30. q. 1.* Addidit tamen iis aliunde hanc limitationem: ſi vnus ex coniugibus *de induſtria fecerit, vt filium ſuum de*

adeo vt ob ſuperuenientem cognationem ſpiritualem matrimonium diremtum,

quod poſtea limitatum,

Digitized by Google

de fonte ſuſciperet, eos non eſſe ſeparandos. Adiecta eſt præterea alia limitatio *in c. 7. eod.* ſi pater *neceſſitate cogente* proprium baptizauit filium. Tandem vero inhumanitatem huius dogmatis agnoſcentes pontifices decreuerunt, coniuges nullo modo eſſe ſeparandos, ſiue *ſcienter*, ſiue *ignoranter* proprios liberos de ſacro fonte ſuſceperint, quia ait Pontifex *in c. 2. X. h. t. ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet patrocinari vel dolus.* & tandem penitus correctum.

§. X. Licet vero prohibitio coniugii ex *cognatione ſpirituali* ab initio ſtrictos admodum habuerit limites; pedetentim tamen vires aſſumſit & latius propagata eſt. Nam 1) tantum cautum, ne quis filiam, ex ſacro fonte ſuſceptam, duceret: 2) mox extenſio facta ad eius *matrem*, ſeu *commatrem*: 3) NICOLAVS I. anno 866. eam in *c. 1. C. 30. q. 3.* extendit ad *ſuſceptoris liberos*, ne ex his aliquis filiam ſui patris ſpiritualis vxorem ducat, quod ſint inter ſe vt *fratres & ſorores.* Argumentum trahit ab *adoptione*, aitque: *Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius a carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cœleſte ſacramentum regeneratio ſancti ſpiritus vincit.* Vtrum ante NICOLAVM eccleſia Romana in hanc ſententiam iam iuerit, non adeo expeditum eſt, quamuis, vt antea obſeruaui, tam in *conciliis* quam *capitularibus* in *commatre* ſubſtiterint iurium conditores. Si verba *in c. 2. eod.* ex ZACHARIA adlata, eſſent genuina atque legitima, palam foret, iam anno 745. legem contra has nuptias poſitam fuiſſe. *Crudele* facinus appellat AVTOR huius epiſtolæ, patris ſui filiam ſpiritualem ducere, argumentumque trahit, ſed valde inſulſum ex *Leuit. XVIII.* Denique tam inepte philoſophatur per totum textum, vt nefas eſſe crediderim, verba hæc adſcribere ZACHARIAE. Neque vero hæc epiſtola inter eas, quæ a collectoribus conciliorum publicatæ ſunt, refertur, ſed eam repetiit ex D'ACHERII *ſpicilegio tom. VIII. p. 120.* STEPHANVS BALVZIVS *in append. ad Regimonem p. 601.* Quæ cum ita ſint, de eius genuinis natalibus non immerito dubitauit DVPIN. *tom. VI. biblioth. eccleſ. ant. p. 99.* ipſamque epiſtolam vocat *vne défenſe aſſez mal concuë.* Nec minus ſubleſtæ fidei eſt textus in *c. 3. eod.* pro parte ex prædicta *ſuppoſititia epiſtola* depromtus. Repetita etiam eſt hæc prohibitio *in c. 5. & 7. C. 30. qu. 3.* (4) Porro extenſio quoque facta eſt ad *compatris* relictam *viduam*, quod hæc quoque *commater* eſſe videatur, ob *vnitatem carnis*, quæ eſt inter coniuges. *c. 1. 3. C. 30. q. 4. c. 4. X. h. t.* Paulo ſerius hæc pro-

In occidente pedetentim latius extenſa prohibitio,

ad ſuſceptoris liberos,

ad compatris viduam,

prohibitio orbi obtruſa; neque enim ſeculo IX. ea agnita fuit, vt docet *c. 47. concil. Tribur. de anno 895.* apud HARDVIN. *tom. VI. concil. p. 454.* & GRATIANVM *in c. 4. C. 30. qu. 4.* cuius conciliatio cum textibus præcedentibus ineptiſſime tentatur. Ceterum liberi reliqui, ante vel poſt compaternitatem nati, per quos tamen ea haud contracta eſt, inter ſe coniungi poſſunt, niſi *conſuetudo eccleſiæ* etiam hæc connubia prohibeat. *c. 1. & 3. X. h. t.* Vnde liquet, variam olim huius prohibitionis fuiſſe fortunam, vt rectiſſime iudicet ESPENIVS *in iure eccleſ. P. 2. tit. 13. c. 6. §. 12. in f.* reuera *hanc omnem cognationem atque exinde reſultans impedimentum eſſe ex iure mere poſitiuo, idque ſat oſtendere variam diſciplinam, quæ diuerſo tempore & in diuerſis eccleſiis circa hæc fuit.* Denique ipſimet *patres Tridentini* incommoda, quæ ex hoc dogmate, omni carente fundamento, nata ſunt, tandem agnouere, & *Seſſ. XXIV. de reform. matrim. c. 2.* edixerunt, cognationem ſpiritualem tantum contrahi *inter ſuceptores ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem* quo ipſo res rurſus reducta eſt ad *ius antiquum*, quod ſeculo VIII. & IX. obtinuit. Vnde hodie quis poteſt ducere filiam, quam pater eius baptizauit, quod olim non licuit iuxta *c. 8. X. h. t.* vtut incommodo ſubiectum eſſet grauiſſimo. Quodſi enim *presbyter* filium habeat, palam eſt, hunc cum infinitis puellis, a patre baptizatis, coniunctum fuiſſe *ſpirituali cognatione*, & ita per indirectum ab infinitis matrimoniis excluſum. Tot turbas ſine iudicio conceptum dogma *de cognitione ſpirituali* peperit deditque!

reſtricta a Tridentinis,

ad iuris antiquitionem.

Quin quod tantum deſignati patrini hanc cognationem contrahant infantem tangentes.

§. XI. Cautum vero præterea eſt in prædicta ſynodo, ne alii, quam a parentibus deſignati, infantem ex ſacro lauacro ſuſcipiant. *Quodſi alii*, addunt Tridentini, *vltra deſignatos baptizatum TETIGERINT, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahunt.* Natum hoc dubium fuit ex ſomniis ſcholaſticorum. *Attactum* hi deſiderarunt ad hunc effectum, vt *cognatio ſpiritualis* contrahi poſſet, adeo vt hi, qui infantem haud attigerint, licet patrini *deſignati* fuerint, eam haud contrahant. Sicuti enim conſanguinitas naturalis absque *tactu naturali* conſtitui nequit, ita pariter nec *ſpiritualem*, quod naturam, vt adoptio, imitari debeat, oriri & produci poſſe crediderunt absque *ſuſceptione* ſeu *contactu patrinorum.* COVARRVV. *de matrim. P. 2. c. 6. §. 4. n. 5.* SANCHEZ. *de matrim. lib. VII. diſp. 59. n. 4.* GONZALEZ. *ad c. 8. h. t. n. 9. in f.* Præterea vero circa hunc *contactum* plura alia ſcholaſticorum ſomnia

oc-

occurrunt, quæ ex BASILIO PONTIO *de matrim. lib. VII. c. 39. §. 9.* referam: *Vt ſuſceptor*, ait, *contrahat vinculum, ſatis eſt, vt tangat baptizatum vel confirmatum, etiam medio veſtimento* (wenn er das Weſter-Hemdgen nur anfaſſet) *nec neceſſarium eſt, vt reſpondeat ad ea, quæ interrogantur, quamuis in eo æquum ſit, ſeruari conſuetudinem regionis. Eam enim actionem TANGENDI indicant ſemper iura, cum de eo impedimento loquuntur.* Ita vero quod *acceſſorium* fuit, pro *principali* & *eſſentiali* aſſumtum. Expeditum omnino eſt, olim patrinos *obtuliſſe, deduxiſſe præſentaſſe*, & *ſuſcepiſſe* ex baptiſmo infantes: hic actus erat quidem naturalis, non tamen in eo ſubſiſtebatur, ſed, quod caput rei conſtituebat, *ſponſionem* pro infante interponebant, & interrogati de *fide* & *vita chriſtiana* reſpondebant patrini. Hac *ſponſione* & *fideiuſſione* ſolenni, quæ *declarationem expreſſam* deſiderabat, patrinus dicebatur fieri *pater ſpiritualis*, non ſolo *contactu* in cerebro ſcholaſticorum nato. *c. 105. de conſecr. D. 4.* Si *tactio* quædam *corporalis* neceſſaria eſſet, ea in *manuum impoſitione benedictoria* quærenda erat, non *in tactu veſtimenti albi. c. 60. de conſecr. D. 4.* Merito ab his ineptiis alieni ſunt proteſtantes, non tamen ab ipſa ceremonia abſtinent. In quibusdam enim eccleſiis adhuc ſancte ritus hic obſeruatur, vt, peracto baptiſmo, quo manus baptizans infanti imponit, precesque pro eius ſalute fundit, patrini *tangant linteum* ſeu *veſtimentum album*, quod ſcholaſtici ſufficere ad contrahendam ſpiritualem cognationem, & idem eſſe, ac *tenere infantem*, aiunt, quippe quod vbique canones deſiderant. v. *c. 2. 4. 6. 7. C. 30. q. 1.* Hæc vero crepundia merito eſſent derelinquenda. Pergit vero PONTIVS: *Neceſſarium autem eſt, vt tangat tanquam patrinus, & dum conficitur ſacramentum. Dixi, dum conficitur ſacramentum, quia ſi antea vel poſtea tangat, etiamſi commatris officium gerat, non contrahit cognationem.* Quando vero conficitur *ſacramentum?* Sine dubio dum infanti aqua infunditur. At plura ſuperſunt, quæ ſacramento adhuc cohærent, veluti *preces* cum *vnctione* poſt lauacrum, *c. 89. de conſecr. D. 4.* vbi contactus etiam in eccleſiis quibusdam proteſtantium fit, cuius ritus rationem ſuppeditaui *lib. III. tit. 42. §. 33. p. 847.* Vlterius vero mentem ſuam his declarat verbis: *Dixi etiam: TANQVAM PATRINVS, quia ſi materialiter tantum aſſiſtat, aut tangat, vt alium iuuet, qui ſenex eſt, non videtur cognationem contrahere.* Tanta præcautione ſubtili opus, vt hæc cognatio producatur. Quidam etiam deſiderarunt *immediatum contactum* dubitaruntque, vtrum *per procuratorem* officium

incidenter de modo tangendi baptizatos,

ad quam olim non reſpiciebatur, ſed ad ſponſionem,

de contactu in eccleſiis proteſtantium.

contactus debet fieri in baptiſmo,

a patrino qua tali,

& quidem immediate

patrini expletum conſtituat conſanguinitatem ſpiritualem cum principali ſeu mandante? Obſeruaui iam *cit. l.* olim moris fuiſſe, vt *Sabanum* ſeu *linteum album* patrino abſenti transmitteretur, quo, quæ a procuratore facta fuerat ſuſceptio, *proprio* & *naturali contactu* mandantis adimpleretur. Hunc enim adeo quidam deſiderant, vt ne quidem *procuratoris facto* conſanguinitatem hanc conciliari perſuaſiſſimum habeant. Qui his delectatur quæſtiunculis, meſſem prolixiorem facere poteſt ex traditis SANCHEZII *de matrim. lib. VII. diſp. 59.* PONTII *cit. l. n. 10.* WIESTNERI *ad h. t. art. I. n. 28.* BARBOSAE *de offic. epiſc. P. 2. alleg. 30. n. 50.* Quamuis enim *de conſuetudine vniuerſali* receptum eſſe aſſerat ESPEN. *cit. l. §. 20.* vt cognatio contrahatur a mittente, non vero a procuratore; multis tamen dubiis inuoluuntur, qui omne eius fundamentum ex *contactu naturali* deducunt, quibus ſuperſedere potuiſſent, ſi hoc lubrico abſtinuiſſent fulcro.

Ceſſat prohibitio hæc in foris proteſtantium,

§. XII. In foris proteſtantium hoc impedimentum & cognationis huius figmentum prorſus incognitum eſt, quod ſolo *iure poſitiuo*, ſed citra ſolidam rationem, inductum eſſe, ipſi Romanæ eccleſiæ Dd. fatentur. Non adferam argumenta, quæ a Theologis noſtris & ICtis plena manu contra hoc dogma congeri ſolent. Id vnicum duntaxat obſeruo, quosdam inter ſuſceptorem & ſuſceptam nec inter nos absque diſpenſatione tolerandum eſſe coniugium arbitratos fuiſſe, quod ius ciuile *in l. 26. C. de nupt.* hoc prohibeat, quo hodie tamdiu inſiſtendum, donec conſuetudo contraria probata fuerit BRVNNEM. *ad l. cit. in f. C. de nupt.* STRYK. *ad Brunnem. iur. eccleſ. lib. II. c. 16. §. 19.* LAVTERB. *ad tit. de rit. nupt. §. 52. in f.* Deſeruit tamen eandem ſententiam ipſe BRVNNEM. *in iure eccleſ. cit. l.* fateturque, hanc cognationem apud nos non obtinere.

vt diſpenſatione nulla opus ſit.

Neque vero, quod IVSTINIANVS eam receperit, nobis legem imponit, petendi diſpenſationem. Non viuimus *legibus eccleſiaſticis*, a IVSTINIANO relatis, quæ cum ſacris Romanæ eccleſiæ, a nobis repudiatis, magnopere conueniunt, vt iam CORVINVS *in Iuſtiniano Cathol.* aliique oſtenderunt. Nequidem *leges matrimoniales* eiusdem in conſiſtoriis noſtris quoddam obtinent pondus, quod vel *diuortiorum*, *concubinatus*, *ſecundarum nuptiarum* &c. iura docent, ne dicam, vix exemplum adferri poſſe, quod aliquem vſum *cit. l.* probet. Conf. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 74.* BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c. IV. n. 64.* LAVTERB. *de benef. compet. th. 16. in f.*

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. Præterea (II) cognatio ſpiritualis tracta eſt ex *catechiſmo*, qui mediantibus *patrinis* olim peragebatur. Vſitatus hic olim erat in *adultorum* catechumenorum conuerſione, & ad *præparatoria baptiſmi* deſiderabatur, atque *Chriſtianitatis miniſterium* vocabatur iuxta *c. 3. C. 30. q. 4.* Plura alia ſolennia olim huc referebantur, relata *tit. de baptiſmo §. 15.* Inter ea vero, quæ immediate baptiſmum præcedebant, erant *ſcrutinia* publica ſeu *catecheſes competentium*, de quibus agunt SAMVEL BASNAGE *diſſ. de catechumen. §. 11.* MARTENE *de antiq. eccleſ. rit. lib. I. part. I. c. 1. art. 11. p. 78.* Ad hunc actum deducebantur per *patrinos*, qui illos offerebant, die ſtato ad ſolenne examen, cuius rationem in compendio refert LEIDARDVS, Lugdun. epiſcopus, *libro de ſacram. baptiſmi ad Carol. M.* imperatorem, editus a MABILLONIO *in veter. anal. p. 78. nov. edit. in fol.* Verba eius hæc ſunt: *Differt ſane inter catechumenos & competentes. Catechumeni itaque ſunt, qui primum de gentilitate veniunt, & habentes voluntatem credendi in Chriſto, audiunt verbum fidei, ſed non appellantur fideles. Competentes autem ſunt, qui iam poſt doctrinam fidei, poſt continentiam vitæ, gratiam Chriſti percipere feſtinant. Ideoque appellantur Competentes, id eſt gratiam Chriſti petentes. Illi petunt, & accipiunt; catechizantur, & inſtruuntur inſtructione ſacramentorum: iſtis ſalutare ſymbolum traditur, quaſi commonitorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium, quo inſtructi agnoſcant, quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant. Hæc tota actio, quæ ſuper Catechumenis & Competentibus celebratur, a quibusdam SCRVTINIVM nominatur, non ob aliud, vt putamus, niſi a ſcrutando, iuxta illud Pſalmiſtæ: Scrutans corda & renes Deus; eo quod ibi ſcrutarentur corda credentium & dubitantium a ſacerdotibus, vt intelligerent, quis ad baptiſmum iam rite admitteretur, quis adhuc differretur. Iuxta hoc & Dominus in Euangelio ait: Scrutamini ſcripturas.* Aliam anonymi epiſtolam ad *Carolum M.* exhibent MARTENIVS & DVRANDVS *in theſ. anecd. P. 1. p. 15.* vbi *ſcrutinium* ita depingitur: *Scrutinium eſt exploratio, qua ſæpius examinatur, vtrum poſt abrenunciationem Satanæ operum ac pomparum eius, ſacra verba datæ fidei menti teneat radicitus infixa.* Alia adhuc epiſtola huius tenoris extat a PEZIO *tom. II. P. 2. theſ. anecd. nouiſſ p. 7.* edita, quibus epiſtolis ſcribendis occaſionem dedit CAROLVS M. *in epiſt. generali* tradita a BALVZIO *tom. I. capitul. pag. 483.* & PEZIO *cit. l.* Septem olim *ſcrutinia* diuerſo tempore in eccleſia Romana facta fuere, vt obſeruant MARTENIVS *de antiq. eccl. ritibus*

II) Cognatio ſpiritualis ex catechiſmo,

per ſcrutinia publica peracto, interuenientibus patrinis.

d by Google

bus cit. l. §. 3. p. 79. & 10. STEPHAN. DVRANTVS *de ritibus eccleſ. cathol. lib. I. c. 19. n. 32.* adeoque in *c. 57. de conſecr. D. 4.* fit mentio *plurium catechiſmorum.* His adhibendus erat *patrinus*, non tamen vnus idemque, qui *baptiſmo* poſtea adhibebatur, niſi neceſſitate cogente, *c. 100 de conſecrat. D. 4.* cum quo *ſpiritualis cognatio* contrahebatur, impediens matrimonium, ſed contractum non dirimens. *c. 5. X. h. t.* Ritus *ſcrutiniorum* erant varii a MARTENIO explicati *cit. l. p. 81.* qui potiſſimum lucem egregiam accipiunt ex *ordinibus antiquis* ab EODEM *p. 87. ſeqq.* traditis. Neglexit tandem hunc ritum eccleſia Romana, DVRANTO *cit. l.* teſte, vt de vſu huius cognationis fruſtra disquiratur, ſimulque ratio appareat, qua de cauſa TRIDENTINI eius mentionem omiſerint.

diuerſis ab iis, qui baptiſmo adhibebantur.

III) Ex confirmatione,

§. XIV. Poſtquam tractu temporis *confirmationis* ritus a baptiſmo, cuius olim appendix erat, ſeparatus, & numero ſacramentorum inſertus eſt, deducta quoque inde (III) eſt *noua cognationis ſpiritualis ſpecies*, quod etiam huic diuerſus ab eo, qui baptiſmo interfuit, adhibendus ſit patrinus, prout *ſit. de paptiſm. §. 57.* obſeruaui, ritumque eius hodiernum tradidi. Antiquior ex RHABANO traditur in *c. 5. de conſecr. D. 5. nouiſſime a ſummo ſacerdote per impoſitionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per ſpiritum S., ad prædicandum aliis idem donum, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate: per pontificem vero in fronte, vt in priori vnctione ſignificetur ſpiritus S. ſuper ipſum deſcenſio ad habitationem DEO conſecrandam: in ſecunda quoque, vt eiusdem Spiritus S. ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis venire in hominem declaretur.* Vel hæc verba indicant, appendicem baptiſmi fuiſſe hunc ritum, ſæpe tamen præſertim in *pædobaptiſmo*, dilatum, qua occaſione factum, vt *noui patrini* fuerint adhibiti. Præterea quoque ex accidente in *adultorum* baptiſmo contingebat, vt *ſeorſim* imponeretur, ſi videlicet hi ab hæreticis, (modo S. Trinitatis confeſſionem haud negarent) eſſent baptizati, qui non *rebaptizandi* ſed tantum *confirmandi* erant. *c. 28. 38. & 44. de conſecr. D. 4.* Poſtquam autem ſeparatio a baptiſmo facta, eadem efficacia *cognationi ſpirituali* inde contractæ tribuitur, quæ data eſt illi, quam baptiſmus operatur. Nam etiam (1) hic *factum naturale* deſideratur, quod patrinorum ſit *tenere* confirmandos *ad confirmationem*, vt dicitur in *c. 2. 4. 6. 7. C. 30. q. 1.* (2) eadem prohibitio in *iisdem gradibus* in hac occurrit, adeo vt etiam matri-

quæ nouos patrinos deſiderat,

etiam in adulto, ſi diuerſo a baptiſmo tempore fit,

cum baptiſmo eundem effectum accepit.

Digitized by Google

matrimonium in prohibitis gradibus contractum dirimendum ſit. Verum parum hæc nobis curæ ſunt, qui nullos adhibemus in *confirmatione patrinos*, noc confirmantes paſtores arcemus a coniugiis earum, quas confirmarunt. Æque enim hi verbo diuino nutriunt, paſcunt, aluntque auditores, ac quidem confirmantes confortant eos, ac ſicuti illud nullum nuptiis parit obſtaculum, ita nec hoc iis quoddam ponere debet.

§. XV. Supereſt IV.) vltima *cognationis ſpiritualis* ſpecies ex *confeſſione* & *reconciliatione* deducta, quam tamen impropriam plerique appellant. quod ſequior ætas eius rationem non adeo habuiſſe videatur. Longe diuerſa ab hodiernis Romanæ eccleſiæ doctoribus fuit ſententia SYMMACHI, relata *in c. 8. C. 30. q. 1.* qui parem huic cognationi tribuit virtutem cum ea, quæ per baptiſmum contracta eſt. *Omnes*, ait, *quos in pœnitentia SVSCIPIMVS, ita noſtri ſunt ſpirituales filii, & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus vel trinæ merſionis vocabulo mergentibus vnda ſacri baptiſmatis regenerauit.* Similitudo quædam ex *ſuſceptione* deducitur. Nam etiam *ſuſcipi* dicebantur *pœnitentes* ab his, qui confeſſionibus audiendis præerant, quippe ea de cauſa *patres ſpirituales* dicti, obſeruante IOANNE DARTIS *ad decretum Gratiani* eiusque *C. 30. p. 308.* In *ordinibus pœnitentialibus* huius *ſuſceptionis* paſſim mentio iniicitur apud MORINVM *de admin. ſacram. pœnit. lib. IV. cap. 18.* & MARTENIVM *de antiq. eccleſ. ritibus lib. I. Part. 2. c. 6. art. 7.* vbi ſequentes formulæ occurrunt: *ſuſcipis eum quarta feria in capite quadrageſimæ &c. ordo ad ſuſcipiendum pœnitentem. Incipit, qualiter ſuſcipere debeant pœnitentem epiſcopi vel presbyteri. Sacerdos hac auctoritate imbutus ſiue compunctus ſuſcipiens pœnitentem, ſi laicus eſt, dimiſſo baculo &c. cum ſacerdos ſuſcipit pœnitentem &c. Vnumquemque hominem accedentem ad pœnitentiam, ſuſcipe eum.* Quamuis vero de *interdicto matrimonio* cum his, quos presbyteri in pœnitentia ſuſceperunt, fruſtra laboretur, quod hi omni a matrimonio penitus excluſi ſint, eum tamen effectum habuit hæc cognatio ſpiritualis, vt *ſtuprum* filiæ ſpirituali illatum *inceſtus* ſpeciem continere diceretur. *Si quis enim cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe*, ait COELESTINVS *in. c. 9. ibid.* Pariter in *c. 10. ibid. Non debet epiſcopus aut presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua confeſſæ fuerint peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, epiſcopus quindecim annos, presbyter duodecim, & deponatur; ſi tamen in conſcien-*

IV) Ex confeſſione.

inde inceſtus ſpiritualis.

Digitized by Google

patris mei adoptiui possum ducere, si non fuit eodem patre nata per *cit. l. 12. inf.*

Facilis in hoc impedimento est dispensatio,

§. III. Cum vero *expressa emancipatio*, qua demum tollebatur impedimentum nuptiarum, fere incognita vel ad minimum rarissima in foris hodiernis, interim tamen impedimentum hoc mere *ciuile* sit, non dubium est, quin, principis dispensatione præuia, hoc ipsum facile tolli queat. Enim vero forsan *præiudicialis quæstio* ante omnia examinanda est, vtrum hodie adhuc in terris protestantium sit aliquis huius *cognationis ciuilis* vsus? De hoc eo minus dubito, postquam etiam *ius Canonicum* hoc impedimentum approbauit, quod in *matrimonialibus* sequimur, nisi principiis nostræ doctrinæ manifeste repugnet. Audiamus etiam pro confirmatione huius sententiæ B. STRYKIVM *in not. ad ius eccles. Brunnem. lib. II. c. 16. §. 19.* ita edisserentem: *Hodie hanc cognationem non amplius attendi, communiter statuunt. Add.* HAVEMAN. *in Gamolog. synopt. l. 2. tit. 6. problem. X. n. 2. Fateor nullum hic subesse vinculum, quod vel iure naturali vel diuino impediat matrimonium; & hinc in quacunque etiam linea hic dispensationi locus esse potest. Cum tamen I.L. ciuilibus hoc interdictum, hæ vero omnino in conscientia obligent, nescio sane, annon æque a consistorio petenda dispensatio, quam si hodie consobrini matrimonio iungi velint, nam nec hos vel diuinum vel naturale ius arcet, sed statuta tantum humana. Quodsi dixeris, consuetudine illam legalem cognationem tolli posse, & sublatam esse; prius quidem lubens concedo, posterius vero cum facti sit, probandum esset.*

nec contrarium inter protestantes receptum.

Alumnam omnino ducere licet,

§ IV. Liquet vero ex his, quæ dicta sunt, proprie dictam requiri *adoptionem perfectamque*, vt impedimentum coniugii inde nascatur. Neque enim vllum ponitur ei obstaculum, (I.) quoties quis puellam priuata autoritate alendi causa suscepit, cuius fit mentio *in l. 132. D. de V. obl.* quia talis priuata assumtio non *filiam* sed *alumnam* constituit. *l. 26. C. de nupt* Idem quoque (II.) non præstat adoptio *imperfecta*, quæ *ius familiæ* & *patriæ potestatis* minime operatur. Quamuis enim sit *adoptionis* species, quod dissentientes vrgent, *secundaria tamen* & *inadæquata* est, nec iure ciuili tale impedimentum producit, in quo ius canonicum acquieuit, vt plenius adstruit WIESTNER *ad h. t. n. 9 sqq.* Neque credibile est, ius canonicum ex quauis *adoptionis* specie impedimentum quoddam deducere voluisse, id quod nequidem ex quauis *cognæ-*

& imperfecte adoptatam,

Digitized by Google

gnationis ſpiritualis ſpecie, iure nouo, trahit, ſed illas, quas veteres ex *catechiſmo* & *confeſſionibus* hauſerunt, *imperfectas* & *ſecundarias* eſſe aſſerunt. Neque denique (III.) *cognatio legalis* ex *vnione prolium* conſtitui poteſt; licet enim adopticni *ſecundum quid* æquiparetur; iudice GAILIO II. *obſerv. 125. num. 6.* id tamen duntaxat *de imperfecta* intelligendum, cum a *vera* multis modis adhuc diſcernatur. RICK. *de vnion. prol. c. 8. n. 1. ſeq.* Huc itaque pertinet, ſi compriuigni, qui inter ſe non ſunt adfines, a parentibus vniuntur, qua vnione non obſtante, connubio inter ſe coniungi poſſunt. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 105.* & ſororem vnitam.

TIT. XIII.

DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVAE VEL SPONSAE.

Denique primarium & principale obſtaculum, quod nuptias prohibet, naſcitur ex *conſanguinitate* & *affinitate* naturali. Aequum vero & rectæ rationi conſentaneum, vt prius *de conſanguinitate*, & deinceps demum *de affinitate*, quam quidam conſanguinitatem *inſcitiam* vocant, agatur, quoniam illa cognita etiam hæc facilius intelligi poteſt. Deinceps vbi *affinitatis* iura eruenda ſunt, neceſſe eſt, vt ante omnia *natura* eius in *genere* eruatur, antequam ad eius ſpecies progreſſus fiat; eſt enim vel *antecedens* vel *ſuperueniens*. Non idem hæc, quod illa operatur, & cum de *hac* potiſſimum *hoc tit.* agatur, nolui inordinatum ordinem compilatoris ſequi, ſed quæ ad huius tituli doctrinam ſpectant, ad *titulum ſeq.* reieci, vbi fuſius de hoc themate agendum erit. Doctrina, quæ hic traditur, reiicitur in titulum ſequentem.

Digitized by

gradu (4) inter *Secundum*, ſuſceptoris filium, & *Quartam*, vtpote quæ ſororis loco eius eſſe dicitur in ſecundo gradu: & denique (5) inter *Secundum* & *Quintam*, qui dicuntur in *quarto gradu* conſtituti, quod vno gradu videantur remotiores. Neque vero in hoc quidam ſubſiſtendum ſed matrimonium adhuc vlterius prohibendum eſſe cenſuerunt. Ab his tamen recedendum eſſe credidit THEODORVS BALSAMON, qui eodem ſeculo paulo poſt, ſcilicet circa annum 1180. floruit. Hic enim in notis *ad concilii Trullani c. 53.* apud GVILIELMVM BEVEREGIVM *tom. I. Synodic. p. 220.* ita rationes ſubducit: *Cum hæc ita ſe habeant, quæſiuerunt nonnulli, ad quem usque gradum in eiusmodi ſpirituali cognatione matrimonium probibeatur. Et non nulli quidem dixerunt, quod, quoniam & ex canone & ex lege maior eſt ſpiritualis cognatione carnali, debeamus ea ſequi, quæ conſtituta ſunt de carnalibus nuptiis probibitis. Compluribus autem non ita viſum eſt, ſed ad eas ſolas perſonas, quæ lege continentur eiusdem cognationem extenderunt, & probibitionem intentarunt.* Adiungit vero in f. *decretum fuiſſe, hanc probibitionem ad quartum gradum non peruenire, quod hoc etiam in adoptione valeat.* Ita quidem argumentum ab *adoptione* traxerunt, cuius tantum tres potiſſimum caſus recenſentur 1) ne quis *filiam adoptiuam*, 2) *ſororem adoptiuam*, denique 3) ne quis *amitam adoptiuam*, h. e. ſororem adoptivam patris ducat. §. *1. 2. & 5. I. de nupt.* Enim vero filiæ adoptiuæ matrem nemo prohibetur vxorem ducere, ſicut nec *filiæ adoptiuæ* filiam, ex quo liquet, iura *agnationis*, quæ *adoptioni* peculiaria fuerunt, non potuiſſe trahi ad *cognationem ſpiritualem*, & argumentum ab ea ad hanc minus concludere, vtut CIRONIVS *ad h. t.* magnopere ei incumbat. Eadem, quæ BALSAMON ad *c. 53. cit.* obſeruauerat, etiam reguſtauit MATTHAEVS monachus, qui obſeruante DVPINIO *dans la biblioth. des Aut. eccleſ. tom. XI. p. 99.* circa annum 1335. floruit, ſcripſitque *quæſtiones & cauſas matrimoniales de gradibus*, relatus in *iure Græco-Rom.* a LEVNCLAVIO *edito tom. I. p. 488.* Addit gradus paulo aliter numerari in *adoptione ſpirituali* ac quidem in *conſanguinitate carnali. Nam*, ait, *ibi pater erga fratres vniuerſos* (ſeu liberos ſuos, qui inter ſe ſunt fratres) *omnino primo gradu eſt: hic vero pater iſte ſpiritualis erga filium, quem adoptauit, gradu eſt primo: ſed erga carnalem eius filii patrem, ſecundo, quippe frater eius eſſe dicitur. Erga fratres autem germanos filii ſui ſpiritualis gradu tertio conſetur. Non enim illos quoque filios habuit. Filius autem erga fratres ſuos carnales gradu ſecundo eſt*, (ſecundum

Balſamonis doctrina.

quæ incongrue trahit argumentum ab adoptione.

Matthæi monachi doctrina ſeculo XIV.

Digitized by Google

cundum *computationem ciuilem*, quam Græci duntaxat secuti sunt) *& erga patrem suum carnalem primo; sicut etiam erga patrem spiritualem.* Sicuti vero vltra personas adductas prohibitionem non esse extendendam Græci crediderunt; ita inde collegit MATTHAEVS: *Iccirco licet ei, qui vult, vxorem ducere compatris sui sororem.*

In occidente fere ad seculum VII. vsque prohibitio ignorata.

§. VIII. In *occidentali ecclesia* hæc prohibitio paulo serius innotuisse videtur, adeo vt circa *annum 734.* rarior eius praxis fuerit, vt vel testimonia BONIFACII §. *V.* adlata euincunt. NON omnem tamen defuisse vsum in Gallia & Italia palam est, cum *illius* praxin arguat BONIFACIVS, referens, sibi relatum fuisse, Gallos grauioribus delictis has accensere commixtiones; huius vero h. e. Italiæ, vsum leges LVITPRANDI Regis *de anno 741. tit. 24. l. 6. sqq.* ostendant: *item hoc censemus atque præcipimus, vt nullus præsumat commatrem suam vxorem ducere. Sed nec filiam, quam de sacro fonte leuauit. Neque filius eius præsumat filiam ipsius vxorem ducere, qui eum de fonte suscepit, quia spirituales germani esse noscuntur.* Atque hæc prohibitio facta est sub pœna confiscationis bonorum, liberique illegitimi declarati. Sine dubio GREGORII II. decretum *in concil. Romano de anno 721. c. 4.* apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1865.* hanc Longobardis legem extorsit, quam tamen latius iuxta disciplinam Græcorum extenderunt. GREGORII enim decretum tantum anathema his dixit, *qui commatrem spiritualem duxerint*, quod forsan hæ nuptiæ vsque ad hæc tempora toleratæ, licet a quibusdam damnatæ fuerint. *Filiæ spiritualis* non fit mentio, quod nuptiæ cum hac iam lege IVSTINIANI, quæ in Italia quendam vsum habuit, essent prohibitæ. De *commatris* matrimonio tantum dubitatum, & ita de hac quoque decretum factum est, quod etiam repetitum *lib. VII. capitul. 179.* apud BALVZ *in capitul. tom. I. p. 1063.* Neque latius prohibitionem propagauit ZACHARIAS *in conc. Rom. c. 5. de anno 743.* apud HARDVINVM *cit. l. p. 1928.* sed itidem duntaxat a *commatris spiritualis* consortio abstinendum esse sub *anathemate* decreuit. Grauiorem his nuptiis pœnam imposuerunt *leges ciuiles Francorum*, hæc sancientes *lib. VI. capitul. 421.* apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 1005. Sciendum est omnibus, quod coniunctio spiritualis commatris maximum peccatum sit, & diuortio separandum, atque capitali sententia multandum vel peregrinatione perpetua delendum.* Rursus hæc prohibitio de nouo confirmata est *anno 813. in concil. Mogunt. c. 55.* apud HARDVIN *tom. IV. concil. p. 1016.* & repetita in *capitularibus lib. V. c. 67.* apud BALVZ. *tom. I.*

Cominatris nuptiæ hoc tempore prohibitæ, etiam legibus Francorum sub pœna capitali.

Digitized by Google

p. 856. non tamen vltra *filiam* ex baptiſmo ſuſceptam & *commatrem* extenſa.

Inde prohibitum, ne quis proprios liberos ſuſciperet ex baptiſmate.

§. IX. Nouum hæc prohibitio dogma peperit, antea inauditum, nec in eccleſia receptum: ne quis ſcilicet *proprios liberos* ex ſacro baptiſmate ſuſciperet; quoniam enim cum *commatre* omnis commixtio inceſtuoſa habita fuit, crediderunt, hac ſuſceptione coniugii vſum poſtea vitio non carere, quod maritus *compater* vxoris ſuæ fieret. In *Synodo Wermerienſi de anno 752. c. 3.* apud BALVZ. *tom. I. capit. p. 165.* & GRATIANVM *in c. 2. C. 30. q. 1.* hoc decretum factum eſt. *Si quis filiaſtrum vel filiaſtram ſuam ante epiſcopum ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab vxore ſua, & aliam nunquam accipiat.* De ſuſceptione ex baptiſmate idem formatum fuiſſe iudicium, quis dubitauerit? Anno 756. vel 757. idem capitulum repetitum in *concil. Compendienſi c. 12.* apud EVNDEM *cit. l. p. 183. & 827.* & HARDVIN *tom III. concil. p. 2005.* In *concil Moguntiaco ann. 813. c. 55.* apud HARDVIN. *tom. IV. p. 1016.* pariter decretum fuit, *ne quis proprium filium vel filiam de fonte baptismatis ſuſciperet.* In fine additur: *vbi autem hoc factum fuerit, ſeparentur*, quod etiam repetitum in *capitularibus lib. V. c. 167.* Ita vero *ſententia patrum* hoc dogma de *cognatione ſpirituali* primum peperit; *concilia* illud ſub anathemate & ſeparationis pœna approbarunt; *leges* denique *ciuiles* receperunt, & grauiori pœna coercuerunt. Facile enim epiſcopi auctores principibus erant, vt, quod ex *ſpirituali reſpectu*, quem animo ſuo conceperant ex infelicitate temporum, iniquum eſſe credebant, lege quoque id ipſum prohiberent. Id vero nullo excuſari poteſt modo, quod ob *ſuperuenientem cognationem ſpiritualem* matrimonia legitime inita diremerint, cum tamen tota, quanta ſit, *ficta* atque ex *incommodis allegoriis* producta fuerit. Agnouiſſe id poſtea quosdam ex patribus, manifeſtum eſt; eum enim excipiendum eſſe cenſuerunt patres in *concil. Cabilon. II. c. 30. de anno 813.* apud HARDVIN. *tom. IV. p. 1036.* & GRATIANVM *in c. 4. C. 30. q. 1.* ſi qua mulier fraude aliqua, *vt a viris ſuis ſeparentur*, filium ſuum ad confirmandum tenuerit, cui quidem pœnitentia iniuncta, additum tamen: *a viro tamen ſuo non ſeparetur.* Paulo poſt RHABANVS MAVRVS *in epiſt. ad Heribaldum* a BALVZIO, REGINONIS *libris de eccleſiaſt. diſcipl. p. 467.* adiecta, doctrinam communem patrum repetiit *c. 20.*, cuius verba GRATIANVS repetiit in *c. 5. C. 30. q. 1.* Addidit tamen iis aliunde hanc limitationem: ſi vnus ex coniugibus *de induſtria fecerit, vt filium ſuum de*

adeo vt ob ſuperuenientem cognationem ſpiritualem matrimonium diremtum,

quod poſtea limitatum,

Digitized by Google

de fonte ſuſciperet, eos non eſſe ſeparandos. Adiecta eſt præterea alia limitatio *in c. 7. eod.* ſi pater *neceſſitate cogente* proprium baptizauit filium. Tandem vero inhumanitatem huius dogmatis agnoſcentes pontifices decreuerunt, coniuges nullo modo eſſe ſeparandos, ſiue *ſcienter*, ſiue *ignoranter* proprios liberos de ſacro fonte ſuſceperint, quia ait Pontifex *in c. 2. X. h. t. ſi ex ignorantia id factum eſt, eos ignorantia excuſare videtur: ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet patrocinari vel dolus.* & tandem penitus correctum.

§. X. Licet vero prohibitio coniugii ex *cognatione ſpirituali* ab initio ſtrictos admodum habuerit limites; pedetentim tamen vires aſſumſit & latius propagata eſt. Nam 1) tantum cautum, ne quis filiam, ex ſacro fonte ſuſceptam, duceret: 2) mox extenſio facta ad eius *matrem*, ſeu *commatrem*: 3) NICOLAVS I. anno 866. eam in *c. 1. C. 30. q. 3.* extendit ad *ſuſceptoris liberos*, ne ex his aliquis filiam ſui patris ſpiritualis vxorem ducat, quod ſint inter ſe vt *fratres & ſorores.* Argumentum trahit ab *adoptione*, aitque: *Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius a carnali oportet inter ſe contubernio ceſſare, quos per cœleſte ſacramentum regeneratio ſancti ſpiritus vincit.* Vtrum ante NICOLAVM eccleſia Romana in hanc ſententiam iam iuerit, non adeo expeditum eſt; quamuis, vt antea obſeruaui, tam in *conciliis* quam *capitularibus* in *commatre* ſubſtiterint iurium conditores. Si verba *in c. 2. eod.* ex ZACHARIA adlata, eſſent genuina atque legitima, palam foret, iam anno 745. legem contra has nuptias poſitam fuiſſe. *Crudele* facinus appellat AVTOR huius epiſtolæ, patris ſui filiam ſpiritualem ducere, argumentumque trahit, ſed valde inſulſum ex *Leuit. XVIII.* Denique tam inepte philoſophatur per totum textum, vt nefas eſſe crediderim, verba hæc adſcribere ZACHARIAE. Neque vero hæc epiſtola inter eas, quæ a collectoribus conciliorum publicatæ ſunt, refertur, ſed eam repetiit ex D'ACHERII *ſpicilegio tom. VIII. p. 120.* STEPHANVS BALVZIVS *in append. ad Regimonem p. 601.* Quæ cum ita ſint, de eius genuinis natalibus non immerito dubitauit DVPIN. *tom. VI. biblioth. eccleſ. ant. p. 99.* ipſamque epiſtolam vocat *vne défenſe aſſez mal concuë.* Nec minus ſubleſtæ fidei eſt textus in *c. 3. eod.* pro parte ex prædicta *ſuppoſititia epiſtola* depromtus. Repetita etiam eſt hæc prohibitio *in c. 5. & 7. C. 30. qu. 3.* (4) Porro extenſio quoque facta eſt ad *compatris* relictam *viduam*, quod hæc quoque *commater* eſſe videatur, ob *vnitatem carnis*, quæ eſt inter coniuges. *c. 1. 3. C. 30. q. 4. c. 4. X. h. t.* Paulo ſerius hæc

In occidente pedetentim latius extenſa prohibitio,

ad ſuſceptoris liberos,

ad compatris viduam,

Digitized by Google

prohibitio orbi obtruſa; neque enim ſeculo IX. ea agnita fuit, vt docet *c. 47. concil. Tribur. de anno 895.* apud HARDVIN. *tom. VI. concil. p. 454.* & GRATIANVM *in c. 4. C. 30. q. 4.* cuius conciliatio cum textibus præcedentibus ineptiſſime tentatur. Ceterum liberi reliqui, ante vel poſt compaternitatem nati, per quos tamen ea haud contracta eſt, inter ſe coniungi poſſunt, niſi *conſuetudo eccleſiæ* etiam hæc connubia prohibeat. *c. 1. & 3. X. h. t.* Vnde liquet, variam olim huius prohibitionis fuiſſe fortunam, vt rectiſſime iudicet ESPENIVS *in iure eccleſ. P. 2. tit. 13. c. 6. §. 12. in f.* reuera *hanc omnem cognationem atque exinde reſultans impedimentum eſſe ex iure mere poſitiuo, idque ſat oſtendere variam diſciplinam, quæ diuerſo tempore & in diuerſis eccleſiis circa hæc fuit.* Denique ipſimet *patres Tridentini* incommoda, quæ ex hoc dogmate, omni carente fundamento, nata ſunt, tandem agnouere, & *Seſſ. XXIV. de reform. matrim. c. 2.* edixerunt, cognationem ſpiritualem tantum contrahi *inter ſuceptores ac baptizatum ipſum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique patrem ac matrem* quo ipſo res rurſus reducta eſt ad *ius antiquum*, quod ſeculo VIII. & IX. obtinuit. Vnde hodie quis poteſt ducere filiam, quam pater eius baptizauit, quod olim non licuit iuxta *c. 8. X. h. t.* vtut incommodo ſubiectum eſſet grauiſſimo. Quodſi enim *presbyter* filium habeat, palam eſt, hunc cum infinitis puellis, a patre baptizatis, coniunctum fuiſſe *ſpirituali cognatione*, & ita per indirectum ab infinitis matrimoniis excluſum. Tot turbas ſine iudicio conceptum dogma *de cognitione ſpirituali* peperit deditque!

reſtricta a Tridentinis, ad iuris antiquiorationem.

§. XI. Cautum vero præterea eſt in prædicta ſynodo, ne alii, quam a parentibus deſignati, infantem ex ſacro lauacro ſuſcipiant. *Quodſi alii*, addunt Tridentini, *vltra deſignatos baptizatum TETIGERINT, cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahunt.* Natum hoc dubium fuit ex ſomniis ſcholaſticorum. *Attactum* hi deſiderarunt ad hunc effectum, vt *cognatio ſpiritualis* contrahi poſſet, adeo vt hi, qui infantem haud attigerint, licet patrini *deſignati* fuerint, eam haud contrahant. Sicuti enim conſanguinitas naturalis absque *tactu naturali* conſtitui nequit, ita pariter nec *ſpiritualem*, quod naturam, vt adoptio, imitari debeat, oriri & produci poſſe crediderunt absque *ſuſceptione* ſeu *contactu patrinorum.* COVARRVV. *de matrim. P. 2. c. 6. §. 4. n. 5.* SANCHEZ. *de matrim. lib. VII. diſp. 59. n. 4.* GONZALEZ. *ad c. 8. h. t. n. 9. in f.* Præterea vero circa hunc *contactum* plura alia ſcholaſticorum ſomnia oc-

Quin quod tantum deſignati patrini hanc cognationem contrahant infantem tangentes.

ed by Google

occurrunt, quæ ex BASILIO PONTIO *de matrim. lib. VII. c. 39. §. 9.* referam: *Vt ſuſceptor*, ait, *contrahat vinculum, ſatis eſt, vt tangat baptizatum vel confirmatum, etiam medio veſtimento* (wenn er das Weſter-Hemdgen nur anfaſſet) *nec neceſſarium eſt, vt reſpondeat ad ea, quæ interrogantur, quamuis in eo æquum ſit, ſeruari conſuetudinem regionis. Eam enim actionem TANGENDI indicant ſemper iura, cum de eo impedimento loquuntur.* Ita vero quod *acceſſorium* fuit, pro *principali* & *eſſentiali* aſſumtum. Expeditum omnino eſt, olim patrinos *obtuliſſe, deduxiſſe præſentaſſe*, & *ſuſcepiſſe* ex baptiſmo infantes: hic actus erat quidem naturalis, non tamen in eo ſubſiſtebatur, ſed, quod caput rei conſtituebat, *ſponſionem* pro infante interponebant, & interrogati de *fide* & *vita chriſtiana* reſpondebant patrini. Hac *ſponſione* & *fideiuſſione* ſolenni, quæ *declarationem expreſſam* deſiderabat, patrinus dicebatur fieri *pater ſpiritualis*, non ſolo *contactu* in cerebro ſcholaſticorum nato. *c. 105. de conſecr. D. 4.* Si *tactio* quædam *corporalis* neceſſaria eſſet, ea in *manuum impoſitione benedictoria* quærenda erat, non *in tactu veſtimenti albi. c. 60. de conſecr. D. 4.* Merito ab his ineptiis alieni ſunt proteſtantes, non tamen ab ipſa ceremonia abſtinent. In quibusdam enim eccleſiis adhuc ſancte ritus hic obſeruatur, vt, peracto baptiſmo, quo manus baptizans infanti imponit, precesque pro eius ſalute fundit, patrini *tangant linteum* ſeu *veſtimentum album*, quod ſcholaſtici ſufficere ad contrahendam ſpiritualem cognationem, & idem eſſe, ac *tenere infantem*, aiunt, quippe quod vbique canones deſiderant. v. *c. 2. 4. 6. 7. C. 30. q. 1.* Hæc vero crepundia merito eſſent derelinquenda. Pergit vero PONTIVS: *Neceſſarium autem eſt, vt tangat tanquam patrinus, & dum conficitur ſacramentum. Dixi, dum conficitur ſacramentum, quia ſi antea vel poſtea tangat, etiamſi commatris officium gerat, non contrahit cognationem.* Quando vero conficitur *ſacramentum?* Sine dubio dum infanti aqua infunditur. At plura ſuperſunt, quæ ſacramento adhuc cohærent, veluti *preces* cum *vnctione* poſt lauacrum, *c. 89. de conſecr. D. 4.* vbi contactus etiam in eccleſiis quibusdam proteſtantium fit, cuius ritus rationem ſuppeditaui *lib. III. tit. 42. §. 33. p. 847.* Vlterius vero mentem ſuam his declarat verbis: *Dixi etiam: TANQVAM PATRINVS, quia ſi materialiter tantum aſſiſtat, aut tangat, vt alium iuuet, qui ſenex eſt, non videtur cognationem contrahere.* Tanta præcautione ſubtili opus, vt hæc cognatio producatur. Quidam etiam deſiderarunt *immediatum contactum* dubitaruntque, vtrum *per procuratorem* officium

incidenter de modo tangendi baptizatos,

ad quam olim non reſpiciebatur, ſed ad ſponſionem,

de contactu in eccleſiis proteſtantium.

contactus debet fieri in baptiſmo,

a patrino qua tali,

& quidem immediate

Digitized by Google

patrini expletum conſtituat conſanguinitatem ſpiritualem cum principali ſeu mandante? Obſeruaui iam *cit. l.* olim moris fuiſſe, vt *Sabanum* ſeu *linteum album* patrino abſenti transmitteretur, quo, quæ a procuratore facta fuerat ſuſceptio, *proprio* & *naturali contactu* mandantis adimpleretur. Hunc enim adeo quidam deſiderant, vt ne quidem *procuratoris facto* conſanguinitatem hanc conciliari perſuaſiſſimum habeant. Qui his delectatur quæſtiunculis, meſſem prolixiorem facere poteſt ex traditis SANCHEZII *de matrim. lib. VII. diſp. 59.* PONTII *cit. l. n. 10.* WIESTNERI *ad h. t. art. I. n. 28.* BARBOSAE *de offic. epiſc. P. 2. alleg. 30. n. 50.* Quamuis enim *de conſuetudine vniuerſali* receptum eſſe aſſerat ESPEN. *cit. l. §. 20.* vt cognatio contrahatur a mittente, non vero a procuratore; multis tamen dubiis inuoluuntur, qui omne eius fundamentum ex *contactu naturali* deducunt, quibus ſuperſedere potuiſſent, ſi hoc lubrico abſtinuiſſent fulcro.

Ceſſat prohibitio hæc in foris proteſtantium,

§. XII. In foris proteſtantium hoc impedimentum & cognationis huius figmentum prorſus incognitum eſt, quod ſolo *iure poſitiuo*, ſed citra ſolidam rationem, inductum eſſe, ipſi Romanæ eccleſiæ Dd. fatentur. Non adferam argumenta, quæ a Theologis noſtris & ICtis plena manu contra hoc dogma congeri ſolent. Id vnicum duntaxat obſeruo, quosdam inter ſuſceptorem & ſuſceptam nec inter nos absque diſpenſatione tolerandum eſſe coniugium arbitratos fuiſſe, quod ius ciuile *in l. 26. C. de nupt.* hoc prohibeat, quo hodie tamdiu inſiſtendum, donec conſuetudo contraria probata fuerit BRVNNEM. *ad l. cit. in f. C. de nupt.* STRYK. *ad Brunnem. iur. eccleſ. lib. II. c. 16. §. 19.* LAVTERB. *ad tit. de rit. nupt. §. 52. in f.* Deſeruit tamen eandem ſententiam ipſe BRVNNEM. *in iure eccleſ. cit. l.* fateturque, hanc cognationem apud nos non obtinere.

vt diſpenſatione nulla opus ſit.

Neque vero, quod IVSTINIANVS eam receperit, nobis legem imponit, petendi diſpenſationem. Non viuimus *legibus eccleſiaſticis*, a IVSTINIANO relatis, quæ cum ſacris Romanæ eccleſiæ, a nobis repudiatis, magnopere conueniunt, vt iam CORVINVS *in Iuſtiniano Cathol.* aliique oſtenderunt. Nequidem *leges matrimoniales* eiusdem in conſiſtoriis noſtris quoddam obtinent pondus, quod vel *diuortiorum*, *concubinatus*, *ſecundarum nuptiarum* &c. iura docent, ne dicam, vix exemplum adferri poſſe, quod aliquem vſum *cit. l.* probet. Conf. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 74.* BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c. IV. n. 64.* LAVTERB. *de benef. competi. th. 16. in f.*

§. XIII.

Digitized by Google

§. XIII. Præterea (II) cognatio ſpiritualis tracta eſt ex *catechiſmo*, qui mediantibus *patrinis* olim peragebatur. Vſitatus hic olim erat in *adultorum* catechumenorum conuerſione, & ad *præparatoria baptiſmi* deſiderabatur, atque *Chriſtianitatis miniſterium* vocabatur iuxta *c. 3. C. 30. q. 4.* Plura alia ſolennia olim huc referebantur, relata *tit. de baptiſmo §. 15.* Inter ea vero, quæ immediate baptiſmum præcedebant, erant *ſcrutinia* publica ſeu *catecheſes competentium*, de quibus agunt SAMVEL BASNAGE *diſſ. de catechumen. §. 11.* MARTENE *de antiq. eccleſ. rit. lib. I. part. I. c. 1. art. 11. p. 78.* Ad hunc actum deducebantur per *patrinos*, qui illos offerebant, die ſtato ad ſolenne examen, cuius rationem in compendio refert LEIDARDVS, Lugdun. epiſcopus, *libro de ſacram. baptiſmi ad Carol. M.* imperatorem, editus a MABILLONIO *in veter. anal. p. 78. nov. edit. in fol.* Verba eius hæc ſunt: *Differt ſane inter catechumenos & competentes. Catechumeni itaque ſunt, qui primum de gentilitate veniunt, & habentes voluntatem credendi in Chriſto, audiunt verbum fidei, ſed non appellantur fideles. Competentes autem ſunt, qui iam poſt doctrinam fidei, poſt continentiam vitæ, gratiam Chriſti percipere feſtinant. Ideoque appellantur Competentes, id eſt gratiam Chriſti petentes. Illi petunt, & accipiunt; catechizantur, & inſtruuntur inſtructione ſacramentorum: iſtis ſalutare ſymbolum traditur, quaſi commonitorium fidei & ſanctæ confeſſionis indicium, quo inſtructi agnoſcant, quales iam ad gratiam Chriſti exhibere ſe debeant. Hæc tota actio, quæ ſuper Catechumenis & Competentibus celebratur, a quibusdam SCRVTINIVM nominatur, non ob aliud, vt putamus, niſi a ſcrutando, iuxta illud Pſalmiſtæ: Scrutans corda & renes Deus; eo quod ibi ſcrutarentur corda credentium & dubitantium a ſacerdotibus, vt intelligerent, quis ad baptiſmum iam rite admitteretur, quis adhuc differretur. Iuxta hoc & Dominus in Euangelio ait: Scrutamini ſcripturas.* Aliam anonymi epiſtolam ad *Carolum M.* exhibent MARTENIVS & DVRANDVS *in theſ. anecd. P. I. p. 15.* vbi *ſcrutinium* ita depingitur: *Scrutinium eſt exploratio, qua ſæpius examinatur, vtrum poſt abrenunciationem Sathanæ operum ac pomparum eius, ſacra verba data fidei menti teneat radicitus infixa.* Alia adhuc epiſtola huius tenoris extat a PEZIO *tom. II. P. 2. theſ. anecd. nouiſſ p. 7.* edita, quibus epiſtolis ſcribendis occaſionem dedit CAROLVS M. *in epiſt. generali* tradita a BALVZIO *tom. I. capitul. pag. 483.* & PEZIO *cit. l.* Septem olim *ſcrutinia* diuerſo tempore in eccleſia Romana facta fuere, vt obſeruant MARTENIVS *de antiq. eccl. ritibus*

II) Cognatio ſpiritualis ex catechiſmo,

per ſcrutinia publica peracto, interuenientibus patrinis.

bus cit. l. §. 3. p. 79. & 10. STEPHAN. DVRANTVS *de ritibus eccleſ. catbol. lib. I. c. 19. n. 32.* adeoque in *c. 57. de conſecr. D. 4.* fit mentio *plurium catechiſmorum.* His adhibendus erat *patrinus*, non tamen vnus idemque, qui *baptiſmo* poſtea adhibebatur, niſi neceſſitate cogente, *c. 100 de conſecrat. D. 4.* cum quo *ſpiritualis cognatio* contrahebatur, impediens matrimonium, ſed contractum non dirimens. *c. 5. X. h. t.* Ritus *ſcrutiniorum* erant varii a MARTENIO explicati *cit. l. p. 81.* qui potiſſimum lucem egregiam accipiunt ex *ordinibus antiquis* ab EODEM *p. 87. ſeqq.* traditis. Neglexit tandem hunc ritum eccleſia Romana, DVRANTO *cit. l.* teſte, vt de vſu huius cognationis fruſtra disquiratur, ſimulque ratio appareat, qua de cauſa TRIDENTINI eius mentionem omiſerint.

diuerſus ab iis, qui baptiſmo adhibebantur.

III) Ex confirmatione,

§. XIV. Poſtquam tractu temporis *confirmationis* ritus a baptiſmo, cuius olim appendix erat, ſeparatus, & numero ſacramentorum inſertus eſt, deducta quoque inde (III) eſt *noua cognationis ſpiritualis ſpecies*, quod etiam huic diuerſus ab eo, qui baptiſmo interfuit, adhibendus ſit patrinus, prout *ſit. de paptiſm. §. 57.* obſeruani, ritumque eius hodiernum tradidi. Antiquior ex RHABANO traditur in *c. 5. de conſecr. D. 5. nouiſſime a ſummo ſacerdote per impoſitionem manus paracletus traditur baptizato, vt roboretur per ſpiritum S., ad prædicandum aliis idem donum, quod ipſe in baptiſmate conſecutus eſt, per gratiam vitæ donatus æternæ. Signatur enim baptizatus cum chriſmate per ſacerdotem in capitis ſummitate: per pontificem vero in fronte, vt in priori vnctione ſignificetur ſpiritus S. ſuper ipſum deſcenſio ad habitationem DEO conſecrandam: in ſecunda quoque, vt eiusdem Spiritus S. ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis & ſcientiæ & virtutis venire in hominem declaretur.* Vel hæc verba indicant, appendicem baptiſmi fuiſſe hunc ritum, ſæpe tamen præſertim in *pædobaptiſmo*, dilatum, qua occaſione factum, vt *noui patrini* fuerint adhibiti. Præterea quoque ex accidente in *adultorum* baptiſmo contingebat, vt *ſeorſim* imponeretur, ſi videlicet hi ab hæreticis, (modo S. Trinitatis confeſſionem haud negarent) eſſent baptizati, qui non *rebaptizandi* ſed tantum *confirmandi* erant. *c. 28. 38. & 44. de conſecr. D. 4.* Poſtquam autem ſeparatio a baptiſmo facta, eadem efficacia *cognationi ſpirituali* inde contractæ tribuitur, quæ data eſt illi, quam baptiſmus operatur. Nam etiam (1) hic *factum naturale* deſideratur, quod patrinorum ſit *tenere* confirmandos *ad confirmationem*, vt dicitur in *c. 2. 4. 6. 7. C. 30. q. 1.* (2) eadem prohibitio in *iisdem gradibus* in hac occurrit, adeo vt etiam matri-

quæ nouos patrinos deſiderat,

etiam in adulto, ſi diuerſo a baptiſmo tempore fit,

cum baptiſmo eundem effectum accepit.

Digitized by Google

matrimonium in prohibitis gradibus contractum dirimendum ſit. Verum parum hæc nobis curæ ſunt, qui nullos adhibemus in *confirmatione patrinos*, nec confirmantes paſtores arcemus a coniugiis earum, quas confirmarunt. Æque enim hi verbo diuino nutriunt, paſcunt, aluntque auditores, ac quidem confirmantes confortant eos, ac ſicuti illud nullum nuptiis parit obſtaculum, ita nec hoc iis quoddam ponere debet.

§. XV. Supereſt IV.) vltima *cognationis ſpiritualis* ſpecies ex *confeſſione* & *reconciliatione* deducta, quam tamen impropriam plerique appellant. quod ſequior ætas eius rationem non adeo habuiſſe videatur. Longe diuerſa ab hodiernis Romanæ eccleſiæ doctoribus fuit ſententia SYMMACHI, relata *in c. 8. C. 30. q. 1.* qui parem huic cognationi tribuit virtutem cum ea, quæ per baptiſmum contracta eſt. *Omnes*, ait, *quos in pœnitentia SVSCIPIMVS, ita noſtri ſunt ſpirituales filii, & ipſi, quos vel nobis ſuſcipientibus vel trinæ merſionis vocabulo mergentibus vnda ſacri baptiſmatis regenerauit.* Similitudo quædam ex *ſuſceptione* deducitur. Nam etiam *ſuſcipi* dicebantur *pœnitentes* ab his, qui confeſſionibus audiendis præerant, quippe ea de cauſa *patres ſpirituales* dicti, obſeruante IOANNE DARTIS *ad decretum Gratiani* eiusque *C. 30. p. 308.* In *ordinibus pœnitentialibus* huius *ſuſceptionis* paſſim mentio iniicitur apud MORINVM *de admin. ſacram. pœnit. lib. IV. cap. 18.* & MARTENIVM *de antiq. eccleſ. ritibus lib. I. Part. 2. c. 6. art. 7.* vbi ſequentes formulæ occurrunt: *ſuſcipis eum quarta feria in capite quadrageſimæ &c. ordo ad ſuſcipiendum pœnitentem. Incipit, qualiter ſuſcipere debeant pœnitentem epiſcopi vel presbyteri. Sacerdos hac auctoritate imbutus ſiue compunctus ſuſcipiens pœnitentem, ſi laicus eſt, dimiſſo baculo &c. cum ſacerdos ſuſcipit pœnitentem &c. Vnumquemque hominem accedentem ad pœnitentiam, ſuſcipe eum.* Quamuis vero de *interdicto matrimonio* cum his, quos presbyteri in pœnitentia ſuſceperunt, fruſtra laboretur, quod hi omni a matrimonio penitus excluſi ſint, eum tamen effectum habuit hæc cognatio ſpiritualis, vt *ſtuprum* filiæ ſpirituali illatum *inceſtus* ſpeciem continere diceretur. *Si quis enim cum filia ſpirituali fornicatus fuerit, ſciat ſe graue adulterium commiſiſſe*, ait COELESTINVS *in. c. 9. ibid.* Pariter in *c. 10. ibid. Non debet epiſcopus aut presbyter commiſceri cum mulieribus, quæ ei ſua confeſſæ fuerint peccata. Si forte (quod abſit) hoc contigerit, ſic pœniteat, quomodo de filia ſpirituali, epiſcopus quindecim annos, presbyter duodecim, & deponatur; ſi tamen in conſcien-*

IV) Ex confeſſione.

inde inceſtus ſpiritualis.

Digitized by Google

tiam populi deuenerit. Atque hæc sufficiant pro indicandis fontibus, vnde appellatio der Beicht-Vater & Beicht-Kinder profluxit.

TIT. XII.

DE

COGNATIONE LEGALI.

§. I.

Cognatio legalis ex adoptione.

DAtur etiam *cognatio legalis* ex dispositione legum ciuilium per *adoptionem* vel *arrogationem* quæsita, & *iure canonico* approbata atque secundum leges repetita in *c. 1. 5. 6. C. 30. q. 3. c. vn. X. h. t.* quæ itidem matrimonium impedit. Potissimum hoc naturæ simulacrum inventum est propter *ius familiæ* & *agnationis*, cui adoptiuus inserebatur, *l. 55. in f. de rit. nupt l. 23. de adopt.* & sic ad eius propagationem spectabat primario, quamuis secundario ex causa *honestatis* obstaculum poneret nuptiis. Huc forsan respexit MATTHAEVS monachus *de cauſ. & quæſt. matrim.* apud LEVNCLAVIVM *in iure Græco-Rom. P. 1. p. 480. & adoptio*, ait, *se porrigit ad hereditatem adeundam*; (quæ olim iure *agnationis* deferebatur) *hunc enim ad finem facta est*; in quo a *cognatione spirituali* distincta fuit. Ritus varios *adoptionum* recenset CIRONIVS *ad h. t.* quos non regustabo. Quia vero *ius Canonicum* in hac doctrina ad *ius ciuile* prouocat, ex illo demonstrandum, inter quos prohibitæ sint nuptiæ. Scilicet (I) nefas existimatum fuit, eam vxorem ducere, *quæ per adoptionem filiæ neptisue loco esse cœperit, in tantum, vt etsi per emancipationem adoptio dissoluta sit, idem iuris maneat. l. 55. pr. de rit. nupt. c. vn. X. h. t.* (II.) Idem quoque dicendum de *filii adoptiui vxore*, quæ *nurus* loco est, nequidem emancipatione filii facta *l. 14. §. 1. eod.* (III.) Pari ex ratione adoptiuus filius post emancipationem ducere nequit, quæ patris adoptiui vxor fuit, quia *nouercæ* locum haber. *l. 14. pr. eod.* (IV.) Sed nec *matrem* patris adoptiui ducere licet, emancipatione etiam facta, qui *auiæ* locum intrat, & maior honestatis ratio in hac specie, quam in prædictis casibus occurrit; vnde liquet probabilem esse coniecturam CVIACII *lib. XXIII. obseru. c. 36.* asserentis, in *l. 55. §. 1. eod.* vocem *matris* irrepsisse, vel lectionem dubiam fuisse, qui-

prohibens nuptias a) cum fil.a,

b) cum filii vxore,

c) cum patris vxore,

d) cum patris matre,

Digitized by Googl

quibusdam *matrem* quibusdam *materteram* ſcribentibus : quo in dubio vtraque (ſicuti in aliis pluribus locis) retenta fuit a librariis, quippe qui de lectionis genuino ſtatu iudicium ſuum interponere haud potuerunt. (V) Idem iudicium ferendum de filii *adoptiui filia*, quia hæc *neptis* loco habetur. §. *11. I. de adopt.* Atque hæ in his ſpeciebus adductæ perſonæ inſtar *aſcendentium* & *deſcendentium* habentur, quarum nuptiæ, nequidem adoptione ſoluta, toleratæ fuere.

e) cum filii filia.

§. II. Equidem inter eos, qui, adoptione interueniente, ſibi *e latere* iuncti videntur, eſt etiam quædam nuptiarum prohibitio, ſed non tanta. Etenim I), ea finita per emancipationem, nuptiæ cum adoptiuo fratre permittuntur, quia poſt emancipationem *extraneus* intelligitur, nec amplius *in familia* eſt, cuius intuitu a nuptiis eorum, qui ſunt in familia, arcetur. *l. 55. §. 1. de nupt.* Sicuti vero prior ratio *emancipationi* propria eſt duntaxat, & ex peculiari natura eiusdem fluit; ita facile liquet, ad modos iuris Germanici, quibus liberi ſui iuris fiunt, id minime applicari poſſe, quippe quibus liberi nec extra familiam conſtituuntur, nec iura *ſuorum* amittunt, multo minus *extranei* fiunt, vt plenius euictum eſt *in diſſert. de ſtatu liberorum liberat. a patr. pot. per nupt. vel ſeparat. œconom.* II) Naſcitur quidem tantum *cognatio ciuilis* inter eos, qui ſunt in eadem familia; *l. 55. cit.* adoptio enim non *ius ſanguinis* ſed *ius agnationis* adfert; in nuptiis tamen, in quibus etiam ratio *honeſtatis* habetur, non vnice ad hanc rationem *ciuilem* reſpiciendum, cum etiam prohibeatur coniugium cum his, qui *extra familiam* patris adoptiui ſunt, quatenus ratio *honeſtatis* illud haud admittit. *l. 23. de adopt.* Vnde *amitam* & *amitam magnam*, quæ per adoptionem nobis coniunctæ ſunt, non tantum prohibemur vxorem ducere; *l. 17. in f. de rit. nupt.* ſed & *materteram* patris adoptiui. *l. 55. in f. eod. §. 5. l. de nupt.* Pari ratione ſi quis adoptat patrem, qui *filiam* in poteſtate habet, eam filio ſuo naturali in matrimonium collocare nequit, quoniam etiam filii adoptiui *filia* in adoptantis familiam tranſit, & ita huius filius naturalis illi eſt patrui loco; e contrario *eius mulieris, quam pater tuus adoptauit, filiam non videris impediri vxorem ducere*, vt ait imperator *in §. 3. I. de nupt.* conf. *l. 12. §. 4. de rit. nupt.* cum adoptiua filiam in ſua poteſtate non habeat, adeoque cum matre ſimul in familiam eius, qui matrem adoptauit, non transeat. Inde *in cit. l. 12.* dicitur: *auunculus nemo fit per adoptionem, cum eæ demum contrahantur in adoptionibus, quæ legitimæ ſunt, i. e. quæ agnatorum ius habent.* Pari ratione & ſororem

A latere

1) cum adoptiuo fratre non emancipato,

2) cum amita adoptiua,

3) cum materera,

4) cum fratris adoptiui filia.

Digitized by Google

patris mei adoptiui possum ducere, si non fuit eodem patre nata per *cit. l. 12. in f.*

Facilis in hoc impedimento est dispensatio,

§. III. Cum vero *expressa emancipatio*, qua demum tollebatur impedimentum nuptiarum, fere incognita vel ad minimum rarissima in foris hodiernis, interim tamen impedimentum hoc mere *ciuile* sit, non dubium est, quin, principis dispensatione præuia, hoc ipsum facile tolli queat. Enim vero forsan *præiudicialis quæstio* ante omnia examinanda est, vtrum hodie adhuc in terris protestantium sit aliquis huius *cognationis ciuilis* vsus? De hoc eo minus dubito, postquam etiam *ius Canonicum* hoc impedimentum approbauit, quod in *matrimonialibus* sequimur, nisi principiis nostræ doctrinæ manifeste repugnet. Audiamus etiam pro confirmatione huius sententiæ B. STRYKIVM *in not. ad ius eccles. Brunem. lib. II. c. 16. §. 19.* ita edisserentem: *Hodie hanc cognationem non amplius attendi, communiter statuunt. Add.* HAVEMAN. *in Gamolog. synopt. l. 2 tit. 6. problem. X. n. 2. Fateor nullum hic subesse vinculum, quod vel iure naturali vel diuino impediat matrimonium; & hinc in quacunque etiam linea hic dispensationi locus esse potest. Cum tamen I.L. ciuilibus hoc interdictum, hæ vero omnino in conscientia obligent, nescio sane, annon æque a consistorio petenda dispensatio, quam si hodie consobrini matrimonio iungi velint, nam nec hos vel diuinum vel naturale ius arcet, sed statuta tantum humana. Quodsi dixeris, consuetudine illam legalem cognationem tolli posse, & sublatam esse; prius quidem lubens concedo, posterius vero cum facti sit, probandum esset.*

nec contrarium inter protestantes receptum.

Alumnam omnino ducere licet,

§ IV. Liquet vero ex his, quæ dicta sunt, proprie dictam requiri *adoptionem perfectamque*, vt impedimentum coniugii inde nascatur. Neque enim vllum ponitur ei obstaculum, (I.) quoties quis puellam priuata autoritate alendi causa suscepit, cuius fit mentio *in l. 132. D. de V. obl.* quia talis priuata assumtio non *filiam* sed *alumnam* constituit. *l. 26. C. de nupt* Idem quoque (Π.) non præstat adoptio *imperfecta*, quæ *ius familiæ & patriæ potestatis* minime operatur. Quamuis enim sit *adoptionis* species, quod dissentientes vrgent, *secundaria tamen & inadæquata* est, nec iure ciuili tale impedimentum producit, in quo ius canonicum acquieuit, vt plenius adstruit WIESTNER *ad h. t. n. 9 sqq.* Neque credibile est, ius canonicum ex quauis *adoptionis* specie impedimentum quoddam deducere voluisse, id quod nequidem ex quauis *cognati-*

& imperfecte adoptatam,

Digitized by Google

gnationis ſpiritualis ſpecie, iure nouo, trahit, ſed illas, quas veteres ex *catechiſmo* & *confeſſionibus* hauſerunt, *imperfectas* & *ſecundarias* eſſe aſſerunt. Neque denique (III.) *cognatio legalis* ex *vnione prolium* conſtitui poteſt; licet enim adoptioni *ſecundum quid* æquiparetur; iudice GAILIO II. *obſerv. 125. num. 6.* id tamen duntaxat *de imperfecta* intelligendum, cum a *vera* multis modis adhuc diſcernatur. RICK. *de vnion. prol. c. 8. n. 1. ſeq.* Huc itaque pertinet, ſi compriuigni, qui inter ſe non ſunt adfines, a parentibus vniuntur, qua vnione non obſtante, connubio inter ſe coniungi poſſunt. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 105.* & ſororem vnitam.

TIT. XIII.

DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM VXORIS SVAE VEL SPONSAE.

Denique primarium & principale obſtaculum, quod nuptias prohibet, naſcitur ex *conſanguinitate* & *affinitate* naturali. Aequum vero & rectæ rationi conſentaneum, vt prius *de conſanguinitate*, & deinceps demum *de affinitate*, quam quidam conſanguinitatem *inſcitiam* vocant, agatur, quoniam illa cognita etiam hæc facilius intelligi poteſt. Deinceps vbi *affinitatis* iura eruenda ſunt, neceſſe eſt, vt ante omnia *natura* eius in *genere* eruatur, antequam ad eius ſpecies progreſſus fiat; eſt enim vel *antecedens* vel *ſuperueniens*. Non idem hæc, quod illa operatur, & cum de *hac* potiſſimum *hoc tit.* agatur, nolui inordinatum ordinem compilatoris ſequi, ſed quæ ad huius tituli doctrinam ſpectant, ad *titulum ſeq.* reiici, vbi fuſius de hoc themate agendum erit. Doctrina, quæ hic traditur, reiicitur in titulum ſequentem.

Digitized by Google

TIT. XIV.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

§. I.

In hac doctrina in excessu peccatum est,

Hic vero, antequam syluam farraginemque huius tituli ingrediamur, & verum a falso, æquum ab iniquo separemus, recte cum HORATIO *lib. I. sat. 1. v. 106.* dixeris:

Sit modus in rebus: sint certi denique fines,
Quos vltra citraque nequit consistere rectum.

Si hæc perpendissent patres, in tot Scyllas non incidissent, nec, modum omnem prætergressi, ab *æquo* & *recto* discessissent. Denique si etiam huius asserti memores fuissent protestantes, itidem haud incidissent in charybdim, scyllam euitare volentes. Etiam hic quadrat illud poetæ eiusdem *lib. I sat. 3. v. 66.*

- - vitiis nemo sine nascitur: optimus ille est
Qui minimis vrgetur.

euius methodus & ordo traditur.

Quocirca *ne quid nimis*, operæ pretium esse duxi, præmittere (I.) historiam *computationis*. Hoc facto (II.) fata prohibitorum graduum enarrabo in *consanguinitate*. Post addam (III.) doctrinam de *affinitate* tum *antecedente*, tum (IV.) *superueniente*, qua occasione *tituli præcedentis* doctrinam enucleabo, & denique (V.) *dispensationis* in gradibus prohibitis fundamenta sistam, variisque exornabo obseruationibus.

(I.)
HISTORIA COMPVTATIONIS GRADVVM.

Iuris ciuilis computandi ratio,

§. II. Certum vero est, *ius ciuile* gradus in *computatione* constituere ex *generationibus*, vt quot generationes inter personas, quæ matrimonio iungendæ sunt, occurrunt, tot etiam gradus numerentur, tam in linea *recta*, quam *collaterali*. Vnde alii constituerunt hanc regulam: *tot dantur gradus, quot sunt personæ demto stipite*. Neque vero vllum *ius ciuile* agnoscit discrimen inter *causas matrimoniales* & *successionis*, sed vtrobique eundem computandi modum suggerit. Inde Titius & fratris sui neptis dicuntur in *quarto gradu* constituti *in §. 3. I. de*

Digitized by Google

de nupt. quod Titius cum patre *primam*, hic vero cum filio ſecundo genito *ſecundam:* hic rurſus cum filio ſuo *tertiam*, & denique hic cum *filia ſua*, quæ Titii fratris neptis eſt, *quartam* generationem conſtituat. Similiter materteram magnam nemo vxorem ducere poteſt, quamuis *quarto gradu* eſſe dicantur in *l. 17. §. 2. d. rit. nupt.* vbi obſeruandum, ius ciuile ſemper ambas perſonas, connubio iungendas, in computatione numerare & nominare, vt non dicendum ſit, materteram magnam eſſe in quarto gradu, ſed ambo in *quarto gradu* inter ſe dicantur conſtituti, quod quatuor generationes inter eos intercedant, quæ *quatuor gradus*, vt in ſcala quadam, conſtituunt.

§. III. Hunc computandi vſum in cauſis *matrimonialibus* ſtrenue & ſine vlla hæſitatione retinuerunt Græci, in plurimis aliis quoque ab abuſibus eccleſiæ Romanæ intacti relicti. Teſtis eſt omni exceptione maior ALEXIVS STVDITES Patriarcha Conſtantinopolitanus, qui ſeculo XI. ſub ROMANO IV. ARGYROPVLO floruit. Eius ſententia refertur in *libro III. iur. Græco-Rom.* apud LEVNCLAVIVM *p. 204.* quippe qui de hoc caſu reſpondit: *Gregorius* & *Nicolaus* fratres erant. Filia Gregorii *Theodote*, Nicolai vero Helena. Rurſus Theodotæ filius *Demetrius*; Helenæ *Baſilius.* Demetrius procreauit filiam, quæ cum *Baſilio* nuptias iniit; quæſitum fuit: vtrum hæ nuptiæ eſſent legitimæ? Reſpondet: *quoniam Baſilius ſeptimo gradu Theodotæ eſt conſtitutus* (en computationem ciuilem) *lex autem nuptias permittit iis, qui octo gradibus a ſe inuicem diſtant;* (dritte geſchwiſter Kinder) *at iis, qui ſeptimo ſunt gradu nec permittit, nec vetat, inſtitutum eſt, huiusmodi nuptias, antequam proceſſerint, non permitti.* Subiungitur etiam figura ſeptimi gradus ex adducto caſu:

Græci hanc computationem conſeruarunt teſte Alexio

FRATRES

Gregorius Nicolaus.

CONSOBRINI.

Theodote. Helene.

SOBRINI.

Demetrius. Baſilius

SOBRINO NATA.

Theodote,

Eundem computandi modum ſecutus eſt BASILIVS ARCHIDRENVS Theſſalonicenſis Archiepiſcopus apud EVNDEM *cit. l. p. 309.* in caſu ipſi propo-

Baſilio Archidreno.

propoſito, qui in ſchemate *N. I. in tabella* repræſentatus eſt.

Num. I. Hic quæſtio fuit mota: vtrum Ioanna poſſit nubere Symeoni? Nullam hic adeſſe confuſionem generis: reſpondit archiepiſcopus; *ex vna namque parte*, addit, *quintus gradus* (inter Sophiam & Symeonem) *ex altera ſecundus* (inter Ioannam & Iulianum) *proindeque ſeptimus affinitatis gradus nominatus.* Modum computandi gradus, Græcis vſitatum, inde demonſtro, non vero ſententiam eius in omnibus probo, cum grauiſſimo in errore verſatus fuerit BASILIVS, arbitrando, coniungendos in adducto ſchemate *affinitatis* vinculo ligatos fuiſſe, quod oppido falſum eſt. Plenius cauſam hanc egit DEMETRIVS CHOMATENVS, archiepiſcopus Bulgarorum, BALSAMONI fere coæuus, vel ad minimum poſt interuallum breue cognitus, quippe qui circa confinium ſeculi XII. & XIII floruit. Hic *de gradibus cognationis* meditationem compilauit, editam a LEVNCLAVIO in iure *Græco-Romano. l. V. p. 321.* Potiora ex eo referam. Ait: *Gradus a cognatica ſtirpe initium ſumentes dicti ſunt ad ſimilitudinem graduum ſcalarum. Nam quemadmodum gradus de plano initium ſumentes & ad vlteriora progredientes aſcenſum & deſcenſum terminant: ſic & hi gradus, vt rami quidam ſimul nati a radice primi genitoris procedentes cognationem perficiunt* Inde vero colligit: *ſingulæ ergo generationes vnum gradum faciunt. Duo autem germani, qui ex duabus progrediuntur generationibus, duos quoque gradus faciunt. Quæque enim generatio gradum vnum faciet.* Addit: *Patrueles vero & conſobrini quarti ſunt gradus & ſimiliter ſobrini, eadem ratione ſeruata, ſexti gradus commemorantur. Eodemque modo octaui, ſobrinorum filii.* Pari ratione in *affinitate* computatio inſtituta, inſigni tamen næuo infecta eſt, quod inter eos affinitatis vinculum quæſitum ſit, qui plane non ſunt adfines, vt infra demonſtrabo.

Demetrio Chomateno

Eandem computandi methodum reguſtauit MATTHAEVS BLASTERES ſcriptor ſeculi XIV. apud LEVNCLAVIVM *lib. VIII. iur. græc. Rom. p. 480.* vbi præmittit, ſeptimum gradum a nuptiis arcere, atque inde colligit: *quippe non poteſt aliquis ſobrini filiam vxorem ducere*, quæ cum proaui fratris nepote in *ſeptimo* conſtituta eſt *gradu.* Addit porro: *fratris mei vel ſororis meæ filiam vxorem ducere fas non eſt; nec horum neptem, quæ gradu quarto eſt*, prout ius ciuile numerat. Denique *p. 481.* ex ſobrinis nati *octauo in gradu* eſſe dicuntur, quod ius ciuile conſtituit.

Matthæo monacho.

Præ reliquis vero nominandus mihi erat THEODORVS BALSAMON, inter

Theodoro Balſamone.

Digitized by Google

Ad pag. 128

Ad Schema primum.

a. Joanna. b. Julianus. c. Sophia. d. Xante. e. Archontissa. f. Patracos g. Calos. h. Symeon.

Wish. h. Hulse.

Digitized by Google

Digitized by Google

inter Græcos iuris peritiſſimus, qui *in ſchol. ad Nomocan.* PHOTII *tit. 13. c. 2.* antiquum computandi vſum itidem retinuit, recenſuitque, ab ALEXII patriarchæ temporibus de *ſeptimo* gradu dubitatum fuiſſe; *negabant enim*, ait, *quidam, poſſe quempiam patrui magni nepotis filiam ducere vxorem, propterea quod a legibus conſanguineorum nuptiæ ab initio octaui gradus permittantur.* Repetit vero in ſequentibus antiqua Patriarcharum & legum ſtatuta de gradibus prohibitis, quæ in antecedentibus iam ſunt adducta, atque explicata.

§. IV. Ad *latinos* progreſſionem facio, qui nouas turbas fluctuſque in *modo computandi* excitarunt. Equidem ſi ſecundum *c. 6. C. 35. qu. 5.* qui ISIDORO a GRATIANO tribuitur, eſſet iudicandum, nulla foret differentia ab illa computandi ratione, quam *ius ciuile* tradit. Sed hæc minime ISIDORO, quin potius ICto PAVLO adſcribenda ſunt, vt ex *lib. IV. ſentent. tit. II.* EIVSDEM liquet, & CONTIVS *lib. I. ſubſec. lect. c. 10.* obſeruat. Secundum PETRI DAMIANI & huius heri, ALEXANDRI II. mentem GREGORIVS M. iam ſuo tempore a *modo* computandi *ciuili* in linea *collaterali* abiiſſe videtur; iſti enim omnes in hoc ſunt, vt nouam illam computandi methodum auctoritate GREGORII M. muniant, doceantque, ab eius tempore aliam computandi rationem in vſu non fuiſſe. Audiamus verba GREGORII, deſumta ex reſponſ. EIVSDEM ad AVGVSTINI, Anglorum epiſcopi, interrogata, relata in *c. 20. C. 35. qu. 2. §.* & *c. 2. C. 35. q. 5.* Diſcrepant vero hi duo textus admodum inter ſe; etenim in *c. 20.* dicitur: *vnde neceſſe eſt, vt in quarta vel quinta generatione fidelium licenter ſibi coniungantur:* aſt in *c. 2. cit. tertiæ vel quartæ generationis* mentio fit. Porro in hoc textu adduntur verba, quæ in hac quæſtione omne ferunt punctum: *Nam a SECVNDA, quam prædiximus, omni modo debent abſtinere*, quæ in *c. cit. 20.* omiſſa ſunt. BEDA primus fuit, qui *lib. I. hiſt. Anglic. c. 17.* has GREGORII reſponſiones integras ad interrogata AVGVSTINI publicavit, vnde repetitæ ſunt ab HARDVINO *tom. III. concil p. 509. ſqq.* & MICHAELE ALFORDO *in annal. eccleſ. Anglo-Saxon. ad ann. 601. n. 20. ſqq.* Nec adeo de earum legitimis natalibus dubitandum, quos euicit DV PINIVS *in bibl. autor. eccleſ. tom. V. p. 128.* quamuis BONIFACIVS ad NOTHELMVM, Angliæ Archiepiſcopum, ſcribens fateatur, hanc GREGORII epiſtolam in ſcrinio Romanæ eccleſiæ haud deprehendi, apud BARON. *ad ann. 734. n. 4.* Eſt vero GREGORII M. ſententia hæc: *quadam terrena lex in Romana republica permittit, vt ſiue fratris ſiue ſororis*

Latini computandi vias turbarunt.

Gregorio M. nouam methodum attribuentes,

cuius verba mutilauit Gratianus,

genuina referuntur.

(alii legunt minus recte: *vt siue frater siue soror*) *seu duorum fratrum Germanorum vel duarum sororum filius & filia misceantur: sed experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Et sacra lex probibet, cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, vt iam TERTIA vel QVARTA generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam SECVNDA, quam diximus, a se omnimodo debet abstinere.* BONIFACIVS huic sententiæ, de qua certior factus erat, ægre fidem tribuebat, qua de causa, vt modo obseruaui, anno 734. NOTHELMVM consuluit, vtrum ex mente GREGORII, *in tertia generatione propinquitatis fidelibus liceat matrimonium inire?* Nam adducta verba ostendunt, GREGORIVM censuisse, in *tertia* vel *quarta generatione* nuptias esse permissas; in *secunda* vero omnino prohibendas, id quod ideo adfero, vt ostendam, verba *c. 20. cit.* esse vitiosa & corrupta.

Vnde nouam computationem traxit Alexander II.

§. V. Verba GREGORII attuli, eorumque verum vindicaui situm Grauior de eorundem vera mente est disquisitio. Si ALEXANDRVM II. audimus, omnia plana, & nouæ eiusdem computationi congrua sunt. Ait in *cit. c. 5. Ecce hic aperte monstratur, filias fratrum in SECVNDA generatione computari; Et si fratrum filii vel filiæ numerantur in secunda, fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in PRIMA: quodsi fratres computantur in prima, filii eorum in secunda, dubium non est, quin eorum nepotes sint in TERTIA, pronepotes in QVARTA, & sic de reliquis vsque ad septimam.* Ita omnino dicendum foret, si modo constaret, GREGORIVM a ¶Ctorum veterum computandi ratione discedere, & nouam substituere voluisse, quod omni repugnat probabilitati; tum quod in adductis verbis ad iura Romana prouocet: tum etiam quod nullum indicium adferat, quo ostendat, se causam, discidium a Romana computatione faciendi, habuisse; tum etiam quod Græci patres *Romanam* haud repudiauerint. Neque enim Pontifex hic tam audax erat, vt doctrinam *iuris communis* corrigeret, mutaret, aut peruerteret, quo *legibus ciuilibus*, quibus ipse morem gerebat, bellum manifestum indixisset. Documentum huius obseruantiæ *legum ciuilium* egregium præbuit *lib. 7. ep. 70.* Erat enim lex lata contra eos, qui, vt supterfugerent onus militiæ, inter monachos sese recipi patiebantur. Legem hanc duram & iniquam iudicabat GREGORIVS, nihilominus tamen eidem obsequium præstabat. *Ego quidem*, scribit, *iussioni subiectus eandem legem per diuersas terrarum partes transmitti feci, & quia lex ipsa omnipotenti Deo minime concordat, ecce per suggestionis meæ paginam serenissimis dominis denunciaui.*

quod ex multis rationibus dubium est,

imprimis vero inde, quod legum ciuilium obseruantissimus fuerit.

Vtro-

Digitized by Google

Vtrobique ergo, quæ debui, exsolui, qui & imperatori obedientiam præbui, & pro DEO, quod sensi, minime tacui. Recitat eadem verba MAIMBVRGIVS *lib. II. histor. pontif. Gregorii M. p. 155.* cum hac notabili epicrisi: *il faudroit, que ses paroles fussent écrites sur le marbre & sur l'airain, dans les endroits les plus exposez au public, afin que tout le monde apprit, par l'exemple d'un si grand pape, l'obeissance, qu'on doit aux puissances, que Dieu a établies sur nous.* Non ergo probabile est, GREGORIVM tam insignem cladem iurisprudentiæ infligere voluisse, qui legibus obtemperandum esse constituebat, nec sufficientem rationem habebat, a *computatione ciuili* recedendi. Vnde laudanda est ingenua confessio ESPENII *P. II. iur. eccles. tit. 13. c. 5. §. 3.* asserentis, admodum verisimile esse, veteres computasse gradus non iuxta computationem *canonicam* sed *ciuilem.* *Ecclesia enim*, addit, *in similibus solita fuit regulas suas legibus imperii conformare, ne videretur iura imperii subuertere velle.* Ipsi impostores, qui confixere *c. 1. & 2. C. 35. qu. 2. & 3.* suppo- quod agnouit Espenius, quin aliunde constat, computationem ciuilem retentam fuisse.
suere, patres *leges ciuiles* secutos fuisse. In *c. 1. cit.* consanguinitas vsque ad septimam generationem protenditur, quod *hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita vsque ad septimum gradum protendat heredum successionem:* quis vero ignorat, in successione *computationem ciuilem* obtinere, quod etiam ALEXANDER II. agnoscit? In *c. 2.* Pseudo - CALIXTVS ait: *eos consanguineos dicimus, quos diuinæ & imperatorum ac Romanorum atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hereditate suscipiunt nec repellere possunt.* Rursus legum autoritas in doctrina de *consanguinitate* fundamenti loco collocata est. Equidem GREGORIVS in verbis §. *antec.* adductis *legem terrenam* a *diuina* distinguit, & sic contra illam aliquid noui in Anglia introduxisse videtur. Enim vero 1) consultus potissimum erat, de Christianorum nouiter ad fidem Romanam in Anglia conuersorum coniugio: 2) allegat GREGORIVS ius antiquum, quod *consobrinorum* nuptias permiserat, THEODOSIVS M. postea prohibuerat; rursus vero IVSTINIANVS concesserat *in l. 19. C. de nupt.* vnde rursus post IVSTINIANI tempora THEODOSII M. reducta fuerit prohibitio. Vnde auguror, iam tempore GREGORII, quo AVGVSTINO respondit, eam prohibitionem resuscitatam fuisse, cui innixus fuit GREGORIVS, vt non nouum ius constituere, sed, quod iam obtinebat, referre videatur.

§. VI. Certum ergo est, *consobrinorum* matrimonium a GREGORIO reprobatum fuisse. Aſt nondum euictum est, qua ratione eos- Interim Gregorius consobrinos in se-

Digitized by Google

eundo gradu collocat,

dem *in ſecunda generatione* collocare potuerit pontifex. Dicam, quid ſentiam. Non litis intellexiſſe videtur GREGORIVS ordinem computandi *ciuilem*, ſed nonnullos ſecutus eſt, qui, *omiſſo ſtipite*, ordinem computandi a *fratribus*, quod hi eſſent *truncus*, incipiebant. Ipſe ALEXANDER II. *in c. 2. C. 35. q. 5.* hoc agnoſcit, & anteriorum patrum eccleſiæ morem ita refert: *ſunt quidam, qui non a fratribus, ſed a filiis eorum i. e. patruelibus vel conſobrinis genealogiam numerare incipiunt, dicentes, filios fratrum in prima generaliter computari debere, quia FRATRES quaſi quidam TRVNCVS, ex quo ceteri ramuſculi oriuntur, exiſtunt.* Hanc methodum ſeruandam eſſe præceperat *Synodus Salegunſtadienſis de anno 1022. c. 11.* apud HARDVIN. *tom. VI. pag. 829. Quidam etiam generationem conſanguinitatis ita volunt numerare, vt frater & ſoror ſint primi. Hoc autem ſtatuit ſancta ſynodus, ſicut etiam ab ANTIQVIS PATRIBVS decretum eſt, vt ita non eſſet: ſed vt nepos & neptis, i. e. filius fratris ac filia ſororis primi habeantur.* Prouocatur hic ad praxin *antiquorum patrum*, aſſeriturque, hos ita computaſſe. Quid ergo ſi dixerimus, eo errore etiam GREGORIVM infectum fuiſſe? Hoc probabilius redditur ex doctrina ISIDORI, relata *in c. 1. C. 35. q. 5.* qui poſt fata GREGORII M. mox inclareſcere coepit, & doctrina illius temporis innutritus fuit. Hic vero fratrem & ſororem conſtituit *truncum*, ex cuius radice ramuſculi egrediuntur, quorum *deſcendentes* enumerat ſigillatim. Hoc poſito *conſobrini* ſunt in *ſecunda* generatione poſiti, etiam retenta *ciuili computatione*, ſi *fratres* loco *trunci* collocantur, vt ſchema ſub N. II. oſtendit. In hoc ſchemate fratres A. & B. dicuntur eſſe *truncus*, ſeu *principium*, vnde computatio arceſſenda, & A. & C. in *primo*, C. & D. vero in *ſecundo*, vel hi inter ſe in *ſecunda generatione* ſeu gradu conſtituti ſunt. Quia vero ex praxi ſui æui GREGORIVS in *tertio* & *quarto gradu* nuptias permiſſas contendit, euidens eſt, hoc intelligendum eſſe de hoc duplici ſchemate, quod ſub N. III. & IV. exhibetur. In primo ſchemate e. & d. ſunt in gradu tertio, ſi fratres locum *ſtipitis communis* intrant, ſeruata etiam *ciuili* numerandi gradus ratione; in ſecundo vero e. & f. ſunt in *quarto*. Vterque caſus lege *ciuili* æuo GREGORII erat permiſſus, conſobrinorum nuptiis tantum damnatis, ſimulque agnoſcebant patres, legislatorum eſſe, gradus in nuptiis prohibitos conſtituere, quod exemplo AMBROSII, AVGVSTINI aliorumque illuſtrat GOTHOFREDVS *ad l. vn. C. Theod. ſi nupt. ex reſcript. pet.* & egregie demonſtrat IO. LAVNOIVS *de regia in matrim. poteſt. P. I. art. 3. c. 1. p. 218.*

quod in fratribus truncum faceret, omiſſo ſtipite

iuxta antiquam praxin patrum,

retenta computatione ciuili,

N. III.

N. IV.

& ſic Gregorius prohibitionem vltra conſobrinos non extendebat.

No-

Google

Notatu dignum etiam id est, quod IAC. SIRMONDI testimonio exornat Theologus præstantissimus *cit. c.* ostenditque, reseruatum tum principi fuisse hoc beneficium, vt in nuptiis *consobrinorum* dispensaret, nec legitimæ inter eos nuptiæ essent, nisi eius auctoritate firmarentur, in quo ecclesiastici patres potestati principis litem non mouebant. Sic itaque expeditum est, hoc æuo vsque ad tempora GREGORII legem *Theodosianam*, quæ hoc coniugium vetuit, reductam & in conciliis corroboratam, rarius vero vlterius prohibitionem extensam fuisse.

§. VII. Equidem si GREGORII epistola ad FELICEM, *Messanæ* ci- Hoc tamen in
vitatis episcopum, ad quam GRATIANVS *c. 20. C. 25. qu. 2. & 3.* prouo- dubium vo-
cat, genuina foret, omnino dicendum esset, GREGORIVM in prohibitis cant ex eius
consobrinorum nuptiis haud substitisse, sed iam ad *septimum gradum* epist. ad Feli-
nescio cuius computationis prohibitionem extendisse. Adfertur enim cem.
epistola FELICIS ab HARDVINO *T. III. concil. p. 518.* ad GREGORIVM directa, in qua miratur, GREGORIVM AVGVSTINO, *Anglorum* genti episcopo [illegible]nato, de prohibitionibus matrimonialibus sciscitanti, rescripsisse, *ne in quarta progenie coniuncti separentur; quæ consuetudo*, addit, *dudum in illis, aut in istis partibus, quando vna vobiscum ab infantia nutritus atque edoctus fui, non erat; nec in vllis prædecessorum vestrorum decretis, aut reliquorum generaliter vel specialiter patrum institutis legi, aut hactenus ab vllis sapientibus esse concessum didici; sed semper vsque septimum originis suæ gradum hoc a sanctis antecessoribus vestris, & ceteris sanctis patribus tam in Nicæna Synodo, quam in aliis sanctis conciliis congregatis, seruari debere reperi &c.* Quot verba, tot mendacia, quæ nec caput nec pedes habent. Nihilominus respondisse fingitur GREGORIVS, *se specialiter & non generaliter scripsisse* AVGVSTINO, vnde pergit: *& mihi omnis Romana ciuitas existit testis, nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam fuerint consanguinitatem inuenti, non separentur; aut infra affinitatis lineam, id est, vsque ad septimam generationem coniungantur.* Magnum præsidium hæc epistola PETRO DAMIANO, & ALEXANDRO II. *in cit. c. 2. C. 35. qu. 5.* attulit, quamuis Qua iam vsus,
PETR. DAMIANVS primus non fuerit, qui hisce spuriis mercibus contra est seculo VIII
ICtos suam exoraret sententiam, quia circa annum 747. EGBERTVS Ebo- Egbertus,
racensis Archiepiscopus *in excerptionibus* suis, quas vocat, ab HARDVINO *T. III. concil. p. 1961.* adductis, *c. 131.* verba epistolæ GREGORII addu-

Digitized by Googl

qui forsan eam pia fraude compilauit

da recitauit, vt palam sit, illam iam *seculo octauo* confictam, forsan etiam pia fraude a prælaudato archiepiscopo concinnatam fuisse. Cum enim reperiret, GREGORIVM in responsis ad interrogata AVGVSTINI nuptias vsque ad *secundum gradum* tantum damnasse, hoc est, inter consobrinos, ceu supra ex *Gregoriana computatione* demonstratum est, in *tertio* vero & *quarto gradu*, seu inter *sobrinos*, admisisse, licitasque iudicasse, quod tamen praxi seculi octaui, quo vsque ad *septimum* gradum nuptiæ iam vetitæ erant, reclamabat; duas prædictas epistolas, vt dubium hoc eo rectius solueret, & honori Papæ consuleret, forsan fabricauit, ne GREGORIVS, prout putabat, contra constantem ecclesiæ doctrinam aliquid

quippe quæ aperte spuria est.

edixisse videretur. Has interim epistolas falsas & supposititias esse, non adeo diffitetur HARDVINVS *in nota marginali* subiecta, additque LABBEVS circa annum 601. ad FELICEM eam scriptam fuisse, quo tamen hic iam decesserat, eique anno 595. DONVS successerat: ne dicam de aliis manifestissimæ falsitatis documentis adductis a DVPINIO in *bibl. auctor. eccles. tom. V. p. 131.* DAV. BLONDELLO *in Pseudo-Isidoro p. 600 & seqq.* Hoc ergo destructo fulcro, quo omnis structura ALEXANDRI & PETRI DAMIANI garrulitas innixa est, magnum supra allatæ opinioni accedit adiumentum, qua euici, GREGORIVM nec secundum PETRI DAMIANI nouiter exstructam methodum computasse, nec vsque ad *septimum* gradum prohibitionem coniugiorum extendisse, sed vtrumque post hæc tempora demum excogitatum fuisse.

Hac tamen spuria epistola suam exornavit computationem Alexander II.

§. VII. Præterea vero id etiam obseruo, patres vtplurimum ab omni *computatione* abstinuisse in conciliis, quin potius casus enumerasse prohibitos, rariusque vltra *consobrinorum* connubia eos extendisse, quod palam manifestumque est ex *concil. Agathensi de anno 506. c. 61. v. c. 8. C. 35. q. 2. & 3.) concil. Epaonensi de anno 527. c. 30. Arvernensi de anno 530. c. 12. Paris. III. de anno 557. c. 4. Turonensi II. de anno 567. c. 21. Antisiodorens. de anno 578. c. 27. sqq. Paris. IV. de anno 614. c. 14.* id quod forsan studio factum fuit, ne in modo computandi, ad ICtorum artem spectante, errarent, iuste dubitantes, vtrum truncus in *patre* an vero in *fratribus* esset quærendus. Interim obseruaui, in quibusdam Synodis *sobrinorum* quoque coniugia damnata fuisse, vt in *concil. Epaonensi c. 30. Arvernensi c. 12. Antisiodorensi c. 31.* (quorum tempora antea relata sunt) quin etiam *Parisiensi III. de anno 614. c. 14.* qui iuxta Gregorianam computandi rationem *in quarta generatione* sunt positi, vt schema sub N. V.

Patres post Gregorium rarius vltra consobrinos prohibitiones extenderunt,

quædam concilia sobrinorum nuptias quoque prohibuerunt,

Digitized by Go

N. V. indicat. Remenſe *de anno 630.* vel *625. c. 8.* apud HARDVIN. *tom. III. p. 572. præſcriptum canonibus gradum* obſeruandum iubet, qui vltra *ſobrinos* nondum proceſſerat. Circa annum 668. Cantuarienſis Archiepiſcopus THEODORVS Tarſenſis[1], Græcarum conſuetudinum optime gnarus, ſcripſit *capitula* relata a D'ACHERIO *tom. I. ſpicil. p. 486. nou. edit.* in quibus *computationis graduum* mentionem facit & *c. 24.* hæc adfert: *In tertia propinqua ſecundum græcos licet nubere, ſicut in lege ſcriptum eſt: in quinta ſecundum Romanos; tamen in quarta non ſoluunt, poſtquam factum fuerit.* Quam vero computandi methodum ſecutus fuerit, non adeo liquet; interim tamen probabile eſt, ex antea adductis teſtimoniis, *Gregoriana* eum vſum fuiſſe, itidemque truncum in *fratribus* conſtituiſſe, quippe in qua adhuc ſeruabatur *computatio ciuilis*, mutatione tantum in *trunco* facta. Neque enim credibile eſt, eum dereliquiſſe computationem græcis vſitatam, ſed eam ad *Gregorianam* accommodaſſe. Secundum hanc poſt *conſobrinos* permiſſæ apud Græcos erant nuptiæ, & ſic *in tertio gradu* conſtituti has inire poterant, vt ſub N. VI. adductum ſchema indicat. In hoc enim truncum a. b. faciunt, c. & d. in gradu *ſecundo* (retenta ciuili) ſunt conſtituti, e. & d. in *tertio*. Secundum Romanos vero poſt *ſobrinos* & ſic in *quinta*, vt docet ſchema ſub N. VII. In hoc *ſobrini* ſunt in *quarto gradu* poſiti, quos Romani iam a nuptiis arcebant, eos autem deinceps permittebant, vt inter g. & f. qui in *quinto* gradu conſtituti erant. Quodſi enim nouam DAMIANI computationem hic adhibueris, latius extendenda eſſet prohibitio, prout indicat ſchema adductum N. VIII. In hoc enim ſchemate ne quidem nati ex ſobrinis a. b. matrimonium inire poſſent, ſi ſupponendum eſſet, ſecundum DAMIANI methodum eſſe computandum, cum tamen ante hæc tempora nullus conciliorum Canon occurrat, qui *natos ex ſobrinis* a nuptiis arceat. Interim tamen THEODORVS Romanorum inſtituta recenſet, qui vsque ad hæc tempora tantum a *ſobrinorum* coniugio abſtinendum eſſe voluerunt, vnde euidens eſt, THEODORVM ſecundum *Gregorianam methodum* numeraſſe gradus. Circa annum 721. GREGORIVS II. *capitula* quædam edidit, adlata ab HARDVINO *tom. III. pag. 1862.* vbi *cap. 6.* tantum recenſet hos, qui locum parentum & liberorum intrant, ſed eodem anno ſub EODEM habitum eſt *concilium Romanum aduerſus illicita coniugia*, vt *titulus* indicat, apud HARDVINVM *cit. l. p. 1863.* In hoc varii caſus recenſentur, ſed in *c. 8.* ſubſiſtitur in *conſobrinis*. Additur qui-

N. V.

Theodorus Tarſenſis Gregorianam computationem ſecutus,

N. VI.

N. VII.

N. VIII.

Immo etiam Gregorius II.

Digitized by Google

quidem *in c. 9. si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit, duxerit* vxorem, *anathema sit;* ast quia *gradus* non determinatur, euidenter non constat, quousque prohibitionem extendere voluerit, quam anteceſſores eius vltra *ſobrinos* non extenderunt. Interim probabile eſt, iam eo tempore *natos ex ſobrinis* a nuptiis remotos fuiſſe. Nam IDEM ad *Bonifacium* ſcribens apud HARDVINVM *cit. l. p. 1858. c. 1.* permittit, vt *poſt quartam generationem* ex *quadam indulgentia* permittantur nuptiæ in gente Germanorum. Poſt *quartam generationem*, ſi truncum in *fratribus* more Romano conſtituis, occurrunt *nati ex ſobrinis*, inter quos apud Germanos quidem permittebat nuptias, ſed dumtaxat ex *quadam indulgentia;* vnde colligo, ſecundum *regulam* iam eo tempore extenſam prohibitionem ad *natos ex ſobrinis*, ſeruata tamen adhuc computatione *ciuili.* Proinde hi in *ſexto gradu* conſtituti dicebantur, ad quem gradum extra Germaniam prohibitio iam tracta fuit.

Sobrinorum liberos tamen a nuptiis quoque excludens.

§. VIII. Paulo poſt, circa annum 747. EGBERTVS Eboracenſis Archiepiſcopus, *excerptiones* ſuas edidit, in quibus, prout §. *VI.* obſeruaui, GREGORII *ad Felicem* epiſtolam ſpuriam refert, quæ circa hæc tempora, & forſan ab ipſo EGBERTO compilata eſt. In *c. 137.* hanc ſententiam GREGORIO attribuit: *Progeniem ſuam vnumquemque vsque ad ſeptimam ſeruare decreuimus progeniem.* Hæc vero GREGORII ad tempora aut doctrinam haud quadrare *cit. l.* iam demonſtraui, adeoque cum verba adducta potius EGBERTI vel coæui eſſe videantur, inquirendum tantum eſt, qua computatione hic vſus, & de quo caſu prohibitio vsque ad *ſeptimum gradum* intelligi debeat.

Egbertus quoque eousque prohibitionem extendit.

§. IX. Si, quæ §. *VII.* dicta ſunt, cum EGBERTI *excerptis* confero, inde liquere arbitror, eum a conſuetudine computandi hactenus vſitata non receſſiſſe, qua in fratribus *truncus* conſtituebatur, de cætero autem *computatio ciuilis* adhuc obſeruabatur. Oſtendunt enim loca §. *VII.* adlata, eo tempore a matrimonio excluſos fuiſſe *ſobrinorum liberos*, qui iuxta computationem, eo tempore vſitatam, in *ſexto* dicebantur iuncti *gradu*, quod ſchema ſub N. IX. indicat. Nam in eo A. & B. ſunt in *ſecundo:* C. & D. in *quarto:* denique E. & F. in *ſexto*, qui ſunt *ſobrinorum liberi*, & ſic vsque ad *ſeptimum gradum* excluſiue interdictæ erant nuptiæ. EGBERTVM vero more recepto computationem intellexiſſe, liquet ex *c. 138.* vbi cum ISIDORO *ramusculos* a *trunco* deducit, aiens: *Stemmata dicuntur ramusculi in genere, cum gradus cognationum partiuntur.* In ſchemate ſub N. IX. ſunt duo rami, qui a *fra-*

Et computatione ciuili vſus eſt.

N. IX.

Digitized by Google

fratribus, tanquam *trunco*, originem trahere dicebantur: in his duobus ramusculis cognationum gradus diuidebantur, vt EGBERTVS ait, indeque infert, in hoc schemate concludi & terminari consanguinitatem. *Ideo autem*, ait, *vsque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, vt sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur, ita & propinquitas generis tot gradibus terminaretur.* Si ergo in *sexto gradu* terminatur consanguinitas, in eo quoque secundum EGBERTVM adhuc adesse debet prohibitio matrimonii, h. e. inter *sobrinorum liberos*, vltra quos patres haud processerant. Quodsi enim EGBERTVS simpliciter secundum *computationem ciuilem*, quæ patrem *stipitem communem* constituit, intelligendus esset, in *sobrinis* finis consanguinitatis quærendus esset, quod in conciliis adductis per patrum decreta reprobatum est, quæ sine dubio ob oculos habuit EGBERTVS. Si vero dicendum, eum computatione DAMIANI, mox indicanda, vsum fuisse, prohibitio inusitato & inaudito prorsus more ab eo extensa fuisset, quod, prout statim indicandum erit, nequidem subsequens ætas docuit. Ceterum non nego, *sextum gradum* etiam aliter, & quidem hoc fingi posse modo, vt in altero latere sint *quatuor*, in altero *duo*, vt schemate sub N. X. ob oculos posui; regulariter tamen, quando de *sexto gradu* locuti sunt, *sobrinorum* liberos intellexerunt, quod & græcis vsitatum fuit, vt loca supra adducta docent atque demonstrant.

Vnde ad sextum gradum porrexit prohibitionem.

N. X.

§. X. Non defuerunt tamen forsan nonnulli, qui in dubium vocarent, vtrum in fratribus *truncus* quærendus esset, annon vero potius conuenientius videretur, eum in *patre* constituere? Hoc vero assumto principio, quod GREGORIO I., cuius immensa auctoritas erat, etiam hi attribuisse videntur, quæri cœperunt, qua ratione hic *consobrinos* in *secundum gradum* collocare potuerit, qui, inspecta ciuili computatione, *quarto* a se *gradu* distabant. Inde forsan crediderunt, eum diuersam a *ciuili* computationem excogitasse, vt, trunco in *patre* constituto, consobrini in *secundo gradu* collocati recte dici possent. Hunc in finem supposuerunt, illum vtrumque latus simul computasse, & id tantum inquirendum esse censuisse: quousque vterque contrahentium distaret a *communi stipite*, tanquam cognationis principio? Hoc vero posito, consobrini recte in *secundo gradu* constituti dicuntur. Ceterum quamvis quidam patres hæc principia circa hæc tempora admiserint, reuera tamen ab EGBERTO & aliis non differunt, qui in *sobrinorum liberis* cognationem finiri asseruerunt. Sicuti enim hi ad *sextam generationem*

Occasio nouæ computationis in iure canonico approbatæ

Digitized by Google

prohibitionem extenderunt, ſecundum computandi vſum, quo GREGORIVS I. vſus eſt; ita hi noua computatione, ADAMIANO poſtea ſtrenue aſſerta, vſi ſunt, in *quarto gradu* ſubſtiterunt, qui cum *ſexto* computationis Gregorianæ gradu accurate coincidit, vt *ſobrinorum liberi* adhuc a nuptiis prohibiti fuerint. Id vere apertiſſime liquet ex ſchema-
N. XI. te ſub N. XI. ſi cum eo, quod ſub N. IX. ſiſtitur, confertur. In eō tantum eſt diuerſitas, α) quod in ſchemate ſub N. IX. *truncus* in *fratribus* collocetur, qui ſub N. XI. in *patre* conſtitutus: β) quod in N. IX. computatio *ciuilis*; in N. XI. vero noua illa, poſtea ab ALEXANDRO II. approbata, adhibita fuerit.

Noua computatio recepta in concilio Compendienſi,

§. XI. Id vero nunc ex *conciliorum decretis* demonſtrandum eſt. Vix euidentius vero argumentum occurrit, quam in *concilio Compendienſi anno 756. vel 757.* celebrato *c. 1.* apud HARDVINVM *tom. III. p. 2003.* Celebratum hoc eſt in *generali populi conuentu*, *in palatio publico compendienſi* coacto, vt ad *leges antiquas Germaniæ* referri debeat, eaque de cauſa a STEPHANO BALVZIO *tom. I. capitul. p. 181.* adlatum fuerit. Verba canonis hæc ſunt; *Si in quarta progenie reperti fuerint coniuncti, non ſeparamus: in tertia vero ſi reperti fuerint, ſeparentur. Et eos, qui vnus in quarta, alter in tertia ſibi pertinent, & coniuncti inueniuntur, ſeparamus.* Inter *affines* idem computandi modus traditur in *c. 2. Si duo in tertio loco ſibi pertinent, ſiue vir ſiue femina; aut vnus in tertio & alter in quarto; vno mortuo, non licet accipere vxorem eius: &*
Wormerienſi *ſi inuenti fuerint, ſeparentur.* Addam his *concilii Wormerienſis, anno 742.* celebrati *c. 1.* vnde deſumtus videtur canon *concilii Compendienſis: in tertio genu coniuncti ſeparantur, & poſt pœnitentiam actam, ſi ita voluerint, licentiam habent, aliis ſe coniungere. In quarta autem coniunctione ſi inuenti fuerint, eos non ſeparamus, ſed pœnitentiam eis indicamus: attamen ſi factum non fuerit, nullam facultatem coniungendi in quarta generatione damus.* AHYTO, Epiſcopus Baſileenſis, qui ſeculo IX. *capitularia* ſua edidit, in *c. 21.* hos canones reperit, atque in hunc explicat ſenſum, *vt nullus ſibi accipiat de propinquitate vsque in quinto genu - - & non ſeparentur in quarto.* Ergo in *quarta generatione* adhuc prohibitum erat matrimonium, vt tamen contractum non dirimeretur; in *quinta* vero permitteretur. Tandem in *concilio Wormatienſi de anno 868. c. 78.* apud HARDVIN. *tom. V. p. 748.* matrimonium *in quarta generatione* hoc effectu prohibitum eſt, vt in poſterum coniuges etiam ſeparari deberent. In adductis locis nouam computandi metho-

dum

Digitized by Google

dum iam reperiri, res ipsa loquitur. Videlicet si *generationes*, quas *genu* vel *progeniem* vocabant, numerabant, vtrumque latus coniungendum esse credebant, incipiendo a *patre*, vt *communi stipite*, & sic duo fratres *primam*: consobrini *secundam*: sobrini *tertiam*: horum liberi *quartam* generationem constituebant, in qua prohibitio terminabatur. Vtrumque latus autem in *his generationibus* numeratum fuisse, docent verba *concilii Compend.*: *& eos, qui vnus in quarta & alius in tertia sibi pertinent.* item: *vnus in tertio alter in quarto loco.* Vnde etiam id manifestum est, si vtrumque latus *æquale* erat, in vna substitisse patres denominatione: si *inæquale*, vniuscuiusque lateris gradus proprios seorsim indicasse. quod per rationes ostenditur.

§. XII. Hæc diuersa computandi ratio, dum quidam vsque ad *septimum* gradum exclusiue, seu *sextum* inclusiue: quidam ad *quartum* duntaxat gradum nuptias interdictas esse constituerunt, nouos errores procudit peperitque, vt hi, qui nouæ computandi methodo insisterent, conciliorum adductorum canones, qui vltra *quartum gradum* prohibitionem non porrexerunt, emendandos, vel supplendos esse temere existimarent, & sic auctores reuera essent, vt tandem vsque ad septimum gradum, seruata computatione recentiori, a iure canonico postea approbata, prohibitio deducta fuerit. Præmitto autem, in *concilio Moguntinensi anno 813.* celebrato, *c. 54.* ius, §. *antec.* adductum, repetitum fuisse, his verbis: *contradicimus quoque, vt in quarta generatione nullus amplius coniugio copuletur: vbi autem post interdictum factum inuentum fuerit, separetur.* Id tantum prioribus conciliis adiectum, vt etiam in *quarta generatione* positi separari debeant, quod postea *Wormatiense* denuo confirmauit, vt §. X. obseruaui, quod antea non simpliciter obtinebat. Ita quoque vtrumque textum REGINO *lib. II. c. 226.* refert, sed non æque *compilator capitularium, qui lib. V. capitul. 166.* quædam *canoni Moguntinensi* adiecit, quem etiam GRATIANVS in *c. 21. C. 35. qu. 2. & 3.* secutus est. Verba interpolata hæc sunt: *Contradicimus quoque, vt in quarta vel quinta sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur.* ANSEGISVS, qui anno 827. compilationem hanc capitularium fabricauit, sine dubio hanc interpolationem ex textibus §. VII. adlatis suppleuit; qui tamen secundum antiquum computandi vsum accipiendi sunt, vt ibidem demonstratum est, & inde Wormatienses canones anno 868. adhuc in sua integritate substiterunt. Supra obseruaui, EGBERTVM secundum eam, qua vsus est, computationem constituisse, Inde occasio nata, iuxta nouam computationem prohibitionem extendendi vsque ad septimum gradum. autore Ansegiso,

ad *sextam generationem* pertingere omnem cognationem, quam sententiam quidam ex pontificibus Romanis non recte intellexerunt. Id ipsum optime illustratur EX REGINONE *lib. II. c. 200.* ad quem prouocat EDITOR *Dacheriani Spicilegii tom. I. p. 486. nov. edit.* Adfert REGINO *cit. l.* epistolam RHABANI *ad Humbertum episcopum*, circa annum 847. scriptam, in qua ex veteri iure plura collegit atque illustrauit. Imprimis adfert THEODORI Archiepiscopi gentis Anglorum capitula, supra iam laudata, & ex eo demonstrat, secundum *Romanos* eius æuo in *quinta propinquitate* licita fuisse matrimonia, quod iuxta schema sub N. XI. accipi potest, quia RHABANVS nouam tantum computationem nouerat. Eius vero dictis fidem attribuendam esse, hoc modo demonstrat: *Hunc autem Theodorum Tharso Ciliciæ natum Vitellianus Papa Romæ episcopum ordinans ad Britanniam misit, vnde tam orientalium quam etiam occidentalium ecclesiarum consuetudinibus pleniter instructus fuerat. Nec eum aliqua latere potuerunt, quæ in obseruationibus legitimis Græci vel Romani eo tempore habuerunt, maxime cum in vtraque lingua perfecte instructus esset.* Enim vero non leue dubium a quibusdam inde motum fuisse videtur, quod quorundam Pontificum Romanorum scripta prohibitionem ad *sextam* vel *septimam* generationem propagassent. Quod ex vsu recentiori petendum esse, his verbis declarat: *Quod autem PROXIMIS TEMPORIBVS Romanorum pontificum scripta continent, vsque ad sextam vel septimam generationem coniugii vsum differendum esse, magis ex consuetudine humana, quam ex lege diuina, hoc eos præcepisse credendum est;* vel potius ex male intellectis textibus, qui iuxta antiquum computandi vsum propinquitatem vsque ad *sextum* vel *septimum gradum* propagarunt. Plura notatu digna adducta verba continent, videlicet (I.) ad *sextam* vel *septimam* generationem prohibitionem extensam fuisse *proximis temporibus* a quibusdam, quos in sua interpolatione secutus est ANSEGISVS, qui errorem prædictum errarunt: (II.) olim tantum pontifices substitisse in *quarta*, quæ secundum schema N. XI. intelligenda, &, iuxta schema sub N. IX. retenta veteri computatione, *sexta* dici potest: (III.) *sextæ* vel *septimæ* generationis ideo mentionem fieri, quod quidam *inclusiue*, quidam vero *exclusiue* loquerentur, vt supra obseruaui.

quod ex Reginone illustratur.

§. XIII. Ceterum adhuc seculo XI. non omnis vsus *iuris ciuilis* exoleuerat in Italia, maxime Romæ, Rauennæ, aliisque Italiæ terris; adeoque credere par est, non omnem *computationis ciuilis* memoriam de-

Seculo XI. tamen in Italia non omnis memoria de-

Digitized by Google

depoſitam fuiſſe. Anno 1014. ſub ARNOLDO Archiepiſcopo Rauennatenſi coacta eſt in prædicta ſede ſynodus, in qua adhuc ipſi patres prouocarunt in *tertia ſeſſione* ad decreta patrum & *Romanæ legis conſtitutiones*, vt acta Synodi ab VGHELLO *in Ital. ſacra tom. II. p. 360. nov. edit.* allata docent. Sed euidentius teſtimonium, omnique exceptione maius edidit PETRVS DAMIANVS, Rauennas, anno 1058. epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis a STEPHANO IX. creatus, & anno 1080. vita functus. Hic bellum grauiſſimum ICtis, Rauennæ ius ciuile propugnantibus, indixit, vt parum abfuerit, quin catalogum hæreticorum hac noua hæreſi imaginaria auxerit. Refert enim in *Opuſc. VIII.* quod *de parentelæ gradibus* inſcripſit, & *tomo III. oper. eius p. 77.* exhibetur, ſe nuper Rauennam adiiſſe, & emergentem nouam hæreſin deprehendiſſe, ſapientibus ciuitatis ſtatuentibus, *ſeptimam generationem, canonica auctoritate præfixam, ita debere intelligi, vt numeratis ex vno latere quatuor gradibus atque ex alio tribus iure iam matrimonium poſſe contrahi videretur.* Manſerant hi in ſententia iuris canonici, quoad prohibitionem graduum, ſed quoad *modum computandi* ſubſiſtebant in iuris Romani doctrina. Quamvis vero hanc hæreſin ſe mox *canonicæ auctoritatis teſtimoniis* attriuiſſe aſſerat, forſan tamen non omnibus ICtis os obturauit, quem in finem *opuſculum* prædictum conſcripſit, atque *c. 5.* in ICtos, ſinceræ computationi inhærentes, grauiſſime inuehitur, qui optimam cauſam indefenſam maluerunt relinquere, quam irati monachi inſidiis ſeſe exponere. Equidem hanc computationem iam a patribus (quamuis ex errore) fuiſſe receptam, modo indicaui, adeoque DAMIANVS primus eiusdem Auctor dici nequit, bene tamen *aſſertor & vindex* acerrimus; quamuis in eo erraverit, quod hunc computandi modum GREGORIO M. adſcripſerit, crediderit que, ſemper eum eccleſiam fouiſſe. Diſtinxit vero in *c. XI.* inter *gradus* & *generationem*, cenſuitque, ius ciuile illos, patres ductu ſacræ ſcripturæ *hanc* indicare. Sic fratres in ſecundo gradu dicuntur poſiti ſecundum *ius ciuile*, h. e. in *ſecundo*, vt putat, *loco*; ſed in *prima generatione*, quod *frater ad fratrem generationem non habeat, vtpote quorum neuter alterum gignat*, vt verbis eiusdem vtar. Ipſe ſibi tamen non ſatis conſtat, quod ſubiecta *diſſertatiuncula de gradibus cognationis* euincit, in qua paucis contenta *opuſculi VIII.* repetit, & hanc regulam, ſatis fundatam conſtituit: *vbi quinque ſunt generationes, ſex neceſſario adeſſe debent perſonæ.*

poſita computationis ciuilis,

quam acriter impugnauit Damianus,

contra ICtos Rauennatenſes,

contra quos calamum ſtrinxit,

auctoritate Gregorii I.

Epicrisis de hac noua computatione.

§. XIV. Enim vero (I.) non dubium est, quin hæc assertio ad *lineam rectam* sit restringenda; ad *lineam collateralem* si applicatur secundum nouam computandi viam, vbi quinque sunt generationes, duodecim possunt essent personæ, quod admodum inconueniens. (II.) Vt vel DAMIANI defensio huius computationis docet, patres, quod tantum in *linea recta* exempla huic computationi aptissima deprehenderent in sacris literis, in hunc pedetentim errorem prolapsi sunt, in linea *collaterali* eodem, vt in *linea recta*, modo computationem instituendam, h. e. a *stipite* communi, adeoque obseruandum duntaxat esse, quo gradu vterque a *communi stipite* distet. Neque (III.) iis defuit prætextus quidam, cui aliquid *rationis* inesse videbatur. Allegare potuerunt, fundamentum omnis consanguinitatis in *communi stipite*, vnde nuptiis coniungendi descendant, quærendum esse: ergo *proximitatem* personarum vnice ex hoc æstimandam: quo *proximior* enim quis *stipiti*, eo arctius cum altero æque proximo sanguinis vinculo iunctus esse censetur: quo *remotior* a stipite deprehenditur vterque, eo magis vinculum sanguinis laxatum videtur, & *sanguinis* communio imminuta. (IV.) Accessit nouum erroris præsidium, quod duo fratres ab vno, non a semet inuicem, generarentur, & sic non nisi *vnam generationem* constituere possent, vnde *vnus* nasceretur *gradus*. Hæc ratio GREGORIVM, ISIDORVM aliosque decepit, vt, salua computatione communi, truncum in *fratribus* quærendum esse crederent, quod per hos demum *generationes* in diuersos transirent *ramos*, seu *lineas*, atque in fratrum liberis duæ deprehenderentur generationes; in sobrinis vero quatuor, h. e. in singulis lineis *duæ* diuersæ *generationes*, quæ simul sumtæ quatuor constituunt. Hoc modo sine dubio intelligendus ISIDORVS *in c. 1. C. 35. Q. 5.* vbi denominationem graduum determinat in singulis lineis ratione *trunci*, easque personas, non vt *collaterales* inter se, sed vt *ascendentes* considerat, quod vel denominatio *nepotum*, *pronepotum*, *abnepotum*, *atnepotum*, *trinepotum &c.* indicat. Interim (V.) persuasissimam habeo, hunc errorem pedetentim produxisse nouum, eumque crassiorem, quod quidam ex pontificibus patribusque computandi modum quidem reducendum esse crediderint ad *patrem* ceu *stipitem communem*, interim tamen in ea permanserint hæresi, fratres *vna in generatione* esse collocandos, & sic deinceps idem quoque formandum iudicium de fratrum descendentibus inter se. Quid quod (VI.) nec eam deseruerint sententiam, gradus ex *generationibus* nasci, & sic has esse numerandas, quamuis in *applicatione* rursus eam destruxerint.

Sen-

Senſus communis docet, ad minimum in *fratrum liberis* duas *generationes* diuerſas deprehendi, quia duo diuerſi ſunt generantes: idem quoque aſſerendum neceſſario de fratrum nepotibus, qui rurſus a diuerſis procreantur & ſic deinceps; & tamen DAMIANVS, vindex huius doctrinæ acerrimus, *duas* diuerſas *generationes* pro *vna* habendas eſſe conſtituit, *articulumque fidei* inde efformauit, quia diſſentientibus, rectæ rationis dictamine ductis, nouam *hæreſin* imputauit, eosque *periculoſi erroris* arguit. Ad minimum recta ratio non admittit, vt duo ſint vnum, aut quatuor ſint duo. (VII.) Nec in *fratribus* diuerſum conſtituere debuiſſent, ſi cogitaſſent, hos vna *generatione* non naſci, ſed ad minimum, ſi inter ſe conſiderantur, duplicem concipiendam eſſe generationem, licet intuitu *patris* conſiderati ſinguli liberorum vna *generatione* concipi debeant. (VIII.) Equidem ſi vterque in linea collaterali in *gradu æquali* diſtat a communi ſtipite, veluti fratrum nepotes, vel pronepotes, nihil adeo intereſſe videtur, vtrum dixerim, eos *a communi* ſtipite diſtare in tertio vel quarto gradu; an vero, *inter ſe ſexto* vel *octauo*, atque talia exempla patres vt plurimum tantum tradiderunt, quando noua methodo vſi ſunt, prout loca adducta docent. Aſt ſi vterque *inæquali gradu* a *communi ſtipite* diſtat, euidentius huius computationis abſurditas in oculos incurrit. Quid enim ſi alter in *ſecundo*, alter in *quinto* gradu a communi ſtipite diſtat? recta ratio non patitur, vt contra *euidentiam rei* aſſeramus, eos eſſe in *quinto* gradu conſtitutos, quod tantum quoad alterum verum, quoad alterum falſiſſimum. Demus a centro duo diuerſis in locis poſita puncta, ipſa diſtantia inter ſe toto cœlo diſcrepantia, veluti vnum decem, alterum viginti gradibus; quis tam ieiunus foret, qui aſſerere vellet, vtrumque punctum viginti gradibus a centro diſtare? & tamen tam ieiuni fuere, qui hunc nouum fidei articulum monaſtico more nobis imponere voluere. conf. *c. f. X. b. t.*

incommoda eius quoad lineam inæqualem.

§. XV. His tamen non obſtantibus, omnem mouit lapidem Rauennas noſter, vt ICtis *auctoritate papali* ſilentium imponeret, & *periculoſum* hunc *errorem*, quem ſibi animo conceperat, radicitus euelleret. Etenim ALEXANDRO II. Autor fuit DAMIANVS (quem totum a nutu ſuo pendere ſciebat) vt in concilio, anno 1065. celebrato, hanc computationem incongruam legitimaret, atque pro *lege eccleſiaſtica* omnibus imponeret. Ipſum decretum pontificis tradit GRATIANVS in *c. 2. C. 35. q. 5.* nec ambigendum, illud a PETRO DAMIANO confictum eſſe,

His difficultatibus non obſtantibus confirmata eſt hæc noua computatio ab Alexandro II.

Digitized by Google

eius decretum ex doctrina Damiani deductum est.

esse quod reuera nihil aliud esse videatur, quam epitome quædam opusculi DAMIANI *de parentelæ gradibus.* Ait, *nouum & inauditum errorem* inualuisse, quod quidam affirmare ausi fuerint, *quod germani fratres vel sorores INTER SE sint in secunda generatione, filii eorum vel filiæ in quarta, nepotes vel neptes earum in sexta.* Si verba *INTER SE* omisisset imprudens Rauennas & loco eorum substituisset: *a communi stipite*, tolerari potuisse eiusdem noua philosophia: nunc vero nouo & inaudito errore negat, fratrum liberos *INTER SE* in secunda & neptes eorum in *sexta generatione* esse. Equidem facile apparuit, per tot secula *leges ciuiles*, quas vsque ad hæc tempora & hodienum adhuc Græci patres retinuerunt, eam computationem, in qua *nouum* & *inauditum profanumque errorem* deprehendit, approbasse; enim vero quid tam sanum vetustumque esse potest, quod non monastico more inuerti, & sophistice in alium detorqueri possit sensum? *Successionis* & *hereditatis* causa vult DAMIANVS computationem *ciuilem* tantum esse inueniam, quod ipsa euidentia *falsitatis* arguit. Quid quod si veritate niteretur hoc dogma, iniuissime DAMIANVS omnem *consanguinitatem* vnice æstimandam esse ex *successionis* & *hereditatis* iure iudicauerit, vt mox ostendendum erit. GREGORIVS M. quem in auxilium nouæ suæ sententiæ vocat, parum eius opinioni fauet, præsertim si detrahas ea, quæ ex supposititia eiusdem epistola ad Messenæ præsulem attulit, vt supra euictum est. Denique dum *canonicam* & *ciuilem* computationem hoc distingui modo iudicat, *quod duo gradus legales vnum gradum canonicum constituant*, haud perpendit, id quidem locum habere posse, vbi lineæ collaterales *æquales* sunt; applicatione autem omni destitui, si in altera linea vnus vel duo; in altera vero *sex gradus* deprehenduntur, cui malo haud tulit suppetias, sed interpretum forsan reliquit decisioni. Si non deceptus fuisset DAMIANVS hac persuasione, tamdiu prohibiendum esse matrimonium, quamdiu vlla *cognationis* vmbra apparet, nunquam hoc ædificium, a patribus quibusdam tantum inchoatum, exædificasset.

qui ciuilem computationem tantum successionibus conuenire censuit.

Impugnauit hanc nouam computationem magnopere Hottomannus.

§. XVI. Quamuis itaque plerique Romanæ ecclesiæ addicti non ausi fuerint, contra placita ALEXANDRI II. hiscere, aut ratiunculas male cohærentes eius aperte impugnare, non tamen potuit adduci FRANCISCVS HOTTOMANNVS, vt eam computandi rationem cum cæteris calculo suo corroboraret, quin potius veritate conuictus vehementer eandem exagitauit in tractatu, quem scripsit *de gradibus cognat. & affinit.*

in

in quo ipſius ALEXANDRI argumenta infirmare non dubitauit. Neque aliud iudicium de homine magni iudicii, verique vnice amantiſſimi & optimis literis, quas ad excolenda iura conferebat, inſtructiſſimi, expectari potuit, cum tota hæc machina ita miſere cohæreat, vt facile deſtrui queat. Agnoſcit ſummus hic ICtus, initia prima huius computationis deriuanda eſſe ex *barbarie temporum*, quamuis, vbi ſemel quorundam occupauerat ingenia, poſtea tempore ALEXANDRI II. aliæ rationes eſſe potuerint, cur pragmatica ſanctione reciperetur, quæ ab HOTTOMANNO quidem diſſimulatæ, ab aliis autem expoſitæ ſunt. Ita vero Rationes ſubducit: *Romani operam dederant, vt rationem ipſorum graduum & diligentius inirent & apertius deſcriberent, quorum leges & reſponſa, quæ ad hanc rem pertinerent, multis annis amplexa eſt eccleſia & probauit populus chriſtianus, cumque tot conuentus grauiſſimi coierint, qui de nuptiis deliberarunt, nullum omnino legimus; qui paulo antiquior ſit, diſſenſiſſe a Romanorum prudentum iudiciis; quin imo IVSTINIANVS (cuius tempore nihil dum monerant Canonici) ſuis quoque legibus eadem confirmauit, quod cum dicimus, quingentos annos numeramus, quibus populus chriſtianus magno conſenſu Romanas de matrimonio leges probauit. Poſt IVSTINIANVM multis quoque annis idem factum eſſe, hiſtoriæ oſtendunt, donec tandem barbarorum furoribus & calamitate temporis, confuſis & extinctis omnibus literis, confuſa & omiſſa quoque eſt vera ratio numerandorum graduum, quam veteres Romani prodiderant & priſci chriſtiani probauerant. Eam ergo, cuius vſum reſpublica chriſtiana deſiderabat, dum in illa infelicium temporum caligine reſtituere volunt Canonici, qui huiusmodi interpretationem ſibi pleno iure vindicabant, multa commenti ſunt aliena a Romanorum literis, & (vt mihi quidem ſemper viſum eſt) ab ipſa veritate longe abhorrentia.* Satis neruoſe hiſtoriam huius peruerſæ computationis his verbis adumbrauit HOTTOMANNVS, quæ ſimul declarant, falſum eſſe ALEXANDRI II. commentum, quaſi hæc computatio iam olim *ab antiquiſſimis temporibus* a patribus obſeruata fuerit. Nam conſtat, AMBROSIVM in *epiſt. 66.* gradus computare ſecundum veram *iuris ciuilis* rationem, & cum IVSTINIANI æuo illa adhuc incognita fuerit, qui alioquin haud neglexiſſet, noua lege illam vel reiicere vel approbare, ſatis certum eſt, & GREGORIVM M., ceu antea iam deductum eſt, veteri & receptæ computationi inhæſiſſe, licet ALEXANDER II. non dubitauerit, eundem

oſtenditque eum abhorrere ab vſu antiquæ eccleſiæ.

Digitized by Google

in ſuas trahere partes. De *patribus Græcis* idem oſtendi, vt palam ſit, ALEXANDRVM II. grauiſſime impegiſſe.

Nec ciuilem ad ſucceſſionem tantum reſtringendam.

§. XVII. Sed reuertor ad FRANCISCVM HOTTOMANNVM, qui inprimis ALEXANDRVM II perſtringit, quod gradus iuris ciuilis tantum reſtringere voluerit ad *ſucceſſionis* materiam. *Quod igitur*, ait, *deinceps dictum eſt, in conſtituendis gradibus leges nec vllam matrimonii curam habuiſſe, nec ideo vllum earum in diſcernendis gradibus perſonisque nobilibus vſum haberi poſſe, magnæ profecto, vt leuiſſime dicam, negligentiæ ac hallucinationis fuit. Nam & imperator ipſe lib inſtit. 1. de nupt. diſertis ſignificantibusque verbis de iis perſonis loquitur, quæ tum in recto tum in transuerſo ordine conſtitutæ matrimonium cum hypothetico contrahere non poſſunt*, vbi exempla plura ſubiungit & ita pergit: *ſed eſto ſane, finge, ius ciuile minime rationem habuiſſe matrimonii, ſed ſolam ſucceſſionem aut tutelam aut teſtimonia reſpexiſſe, anne dicendum eſt, minus apta eſſe eius præcepta legibus connubialibus? Maxime inquiunt. At quamobrem id quæſo? quoniam lex, aiunt, ſolam ſucceſſionem reſpiciens, in qua vnius tantum, qui ſolus gradu proximior eſt, ratio habetur, vnicam tantum in ſingulis gradibus perſonam conſtituit, cum non niſi ex duabus matrimonium contrahatur. Ecquid, quæſo, iſta ratione poteſt dici infirmius? vbi enim vnquam condita eſt ſucceſſio eiusmodi, in qua non eſſet, & qui eam reliquiſſet, defunctus, & ad quem illa rediret, ſuperſtes? &c.* Ita miſere cohæret philoſophia ALEXANDRI II. vt pudeat, tot aſſeclas eam reperiſſe, immo adhuc in eccleſia puriori adorari. Nec dubium, quin INNOCENT. III. optime febricitantem illam ratiocinationem perſpexerit, quamuis ne næuos hoſce agnoſcere videretur, alia ratione eis ſuccurrendum eſſe putauerit, vt mox dicam.

Nihilominus defenditur canonica computatio a proteſtantibus quam pluribus.

§. XVIII. Et tamen inuenti fuerunt, qui hæc commenta magno conatu defendere auſi fuerunt. Ne dicam nunc de BELLARMINO, canonicarum traditionum defenſore acerrimo; non defuerunt ex noſtratibus, qui hæc pſephiſmata haud reprobanda iudicarunt. Etiam Theologi ſe hiſce propugnatoribus adiunxerunt, inter quos nominandi ſunt MART. CHEMNITIVS *P. 3. locor. de coniug. p. 537.* IO. GERHARDVS *in loco de coniug. §. 253.* TARNOVIVS *lib. I. de coniug. c. 52.* non quæri hic, putantes, quot gradibus perſonæ contrahendæ *inter ſe* diſtent, ſed qua ratione diſtent a *communi ſtipite*, reſpectu cuius prohibitæ ſunt nuptiæ, quam rationem etiam pro tuenda hac computatione adfert STRVVIVS *Ex. 29. §. 44.* Verum

Digitized by Google

rum hanc ipſam lubricam eſſe oſtendit CARPZ. *in vſ. arbor. conſanguin. c. 1. n. 61. ſeqq.* Falſum enim eſt, in computandis gradibus tantum quæri de diſtantia vnius a *communi ſtipite*, ſed qua ratione perſonæ coniungendæ *inter ſe* diſtent, wie nahe ſie mit einander verwandt? Interim quæ etiam re- nihilominus in foris proteſtantium ex iure Canonico recepta eſt, & ſecun- cepta. dum hanc quotidie pronunciari in conſiſtoriis Germaniæ, experientia & Doctores docent. CARPZ. *c. l. n. 69. & l. 2. I. E. def. 75.* STRVV. *c. l.* CYPRAEVS *de iure connub. P. 2. c. 6. §. 3. n. 2.* SCHILT. *inſtit. iur. canon. lib. 2. tit. 10. §. 28.*

§. XIX. Sic itaque in *matrimonialibus*, aliisque materiis inde de- Inde regulæ pendentibus, vt inceſtu &c. vtimur noua iuris canonici computatione; computatio- in *ſucceſſione* vero indeque deriuandis doctrinis iure viuimus *ciuili*. Vi- num deamus ergo vulgatas regulas, vtplurimum ex ſententia *interpretum iuris canonici* adferri ſolitas, quas ex CORVINI *aphor. iur. can. lib. II. tit. 13. n. 55. ſqq.* paucis repetam: Prima eſt: *in linea recta quot generationes numerantur, tot numerantur gradus.* 1) in linea recta, Sana hæc eſt, & in ratione recta fundata, adeoque a ſententia iuris ciuilis non abludit. Altera eſt: *in linea transuerſa æquali quoto gradu vnusquisque eorum diſtat a ſtipite, eodem diſtant inter ſe.* 2) in linea collaterali æquali, Hæc vero, ſi vel maxime principia *computationis canonicæ* ſequimur, merito emendanda, cum oppido falſum ſit, eo modo perſonas *INTER SE* diſtare, quo diſtant a *COMMVNI STIPITE*. Rectius forſan diceres: *In linea æquali collaterali gradum denominandum reſpectu STIPITIS, & quæſtionem ita formandam eſſe; quousque vterque a communi ſtipite diſtet? non vero, quot gradibus inter ſe diſtent.* Hæc enim diuerſa eſſe, palam eſt. Ius canonicum tantum inveſtigandum eſſe iubet, quo gradu *vterque* diſtet a *communi ſtipite*, tanquam cognationis omnis fundamento; ius ciuile vero rectius attendendum eſſe cenſet, quo gradu *inter ſe* diſtent? Adhuc abſurdior eſt ter- 3) in linea collaterali inæ- tia regula, quam nequidem DAMIANVS attingere auſus, ea tamen vſus quali, fuit GREGORIVS IX. in *c. f. X. h. t. In linea transuerſa inæquali quoto gradu remotior diſtat a ſtipite, eodem diſtant inter ſe.* Ita contra naturam effingitur, vt *proximior* æque remotus ſit, ac quidem *remotior*, vt iam in cuius abſurditas euidens §. *XIV. in f.* obſeruaui. Neque vero ab ALEXANDRO II. approbata eſt eſt, hæc regula, ſed magis ab interpretibus inuenta, prout non negat GREGORIVS IX. in *cit. c. f.*, nouisque ipſa computatio inuoluta ſcopulis. Hoc modo enim nunquam de propoſito caſu certo conſtat. Ponamus caſum in *gradu quinto lineæ inæqualis*, quem GREGORIVS in *c. f. b.* adfert:

Digitized by Google

is poteſt intelligi de eo, vbi 1) in altera linea vnus, vel 2) duo, vel 3) tres vel 4) quatuor gradus, occurrunt, qui tamen diuerſiſſimos caſus conſtituunt. Si ſubſiſtendum in *computatione canonica*, non deferendum eius fundamentum, nec antiquiorum conciliorum regula, de hoc caſu conſtituta. Regula iuris Canonici eſt, videndum eſſe, quoto gradu *VTERQVE* diſtet a communi ſtipite, & ſic quoque *AB VTROQVE* denominatio facienda, vt aſſeramus v. c. deſponſatos eſſe in *tertio & quarto gradu*, quod, poſito iuris canonici fundamento, haud eſt ἀκύρωτον. De *alterutro* enim, quoto gradu a communi ſtipite diſtet, non quæritur, ſed de *vtroque*, adeoque de *vtroque* etiam reſpondendum. Atque hanc regulam ſecuti ſunt patres in *concilio Compendienſi c. 1. anno 756.* celebrato, vbi de *linea inæquali* hæc *c. 1.* pronunciant: *Et eos, qui vnus in quarta alter ſibi in tertia pertinent, & coniuncti inueniuntur, ſeparamus.* Pariter *in c. 2.* de affinitate: *ſi duo in tertio loco ſibi pertinent*, aut *vnus in tertio & alter in quarto &c.* Hoc ſatis conuenienter factum fuiſſe credo, poſtquam hoc modo ſtatim ſine vlla difficultate conſtat de caſu, quem quærimus, & *canonica computatio* eo facilius recipi & defendi poteſt. Qua de cauſa etiam, petita diſpenſatione, vterque gradus exprimendus eſt, quod obſeruat MVRETVS *ad rubr. tit. I. de gradib. cognat.* Ait enim: *quoties poteſtas contrahendi matrimonii petitur inter eos, qui non æqualiter diſtant a communi ſtipite, non ſatis eſt, dicere in libello ſupplici, eos eſſe inter ſe in hoc vel illo gradu; ſed etiam exprimendum, quoto gradu VTERQVE diſtet a communi ſtipite?* Hoc ſollicite obſeruauit EDVARDVS III. Rex Angliæ in literis *anno 1338.* ad Pontificem directis, pro *diſpenſatione papali* promouenda inter eos, *qui ſe*, vt ait, *in tertio & quarto gradu conſanguinitatis ad inuicem attinebant*, matrimoniumque clandeſtine contraxerant apud RYMERVM *tom. V. act. Angl. publ. p. 1.* Confirmat id ipſum quoque PYRRHVS CORRAD. *in praxi diſpenſ. Apoſtol. lib. VII. c. 5. n. 64. & n. 73.* hanc formulam petitioni inferendam commendat: *Sed quia tertio & quarto a communi ſtipite prouenientibus conſanguinitatis vel affinitatis gradibus inuicem ſunt coniuncti ſeu ſe attinent.*

emendari tamen poteſt ex principiis antea poſitis.

(II.)
FATA PROHIBITIONIS GRADVVM.

Fata prohibitorum graduum.

§. XX. Enarraui fata computationis hiſtorica, cum epicriſi: enarranda nunc ſunt fata, quibus prohibitiones matrimoniorum ſub-

iectæ

Digitized by Google

ectæ fuerunt, quæ rursus documentum insigne imprudentiæ & insciti patrum, quam barbaries temporum, & neglectus optimarum literarum produxit, præ se ferunt. Plura iam in antecedentibus adducta, quæ illustrationi huius thematis inseruire possunt, paucis, sed iusto ordine, secundum seriem temporum enarranda. Iure Romano olim inter *ascendentes* & *descendentes* in infinitum, inter *collaterales* vero quoad eos duntaxat, quos aliquis tangit *parentelæ* respectus, matrimonium fuisse interdictum, nulla indiget demonstratione. Consobrini admissi sunt ad THEODOSII M. tempora. Eiusdem *lex prohibitiua* circa annum 385. lata quidem deficit, eius tamen mentio iniicitur in *l. vn. C. Theod. si ex rescr. nupt. pet.* & *l. 3. C. Theod. de incest. nupt.* ARCADIVS & HONORIVS tamen anno 405. pristinam huius connubii licentiam restituisse dicuntur, *in l. celebrandis 19. C. de nupt.* cuius veritatem defendit GOTHOFREDVS *ad l. 3. cit.* docetque CHRISTOPHORVS RICCIVS *in vindic. iur. c. 3.* IVSTINIANVM *in §. 4. I. de nupt.* ius antiquum in vsum reuocasse, nec in textu aliquid corrigendum esse. Nihilominus tamen hanc sententiam CONTIVS, SIRMONDVS atque nouissime LAVNOIVS *de reg. in matrim. potest. p. 122. sq.* grauiter impugnant, ac in dubium vocant, atque *cit. l. 19.* admodum suspectam reddunt. Argumenta SIRMONDI recenset, examinat, atque diluit clarissimus OTTO *diss. de consobrin. nupt. c. III. §. 9. seq.* Equidem in conciliis nonnullis post hæc tempora *sanctio Theodosiana* regustata, creditque facile est, in *occidente* hanc licentiam, si reuocata est *in cit l. 19.* vires non adeo accepisse. Nam (1) anno 506. *in concil. Agathensi c. 61.* (2 anno 527. *in concilio Epaonensi c. 30.* (3) anno 530. *in concilio Aruernensi c. 12.* non tantum *consobrinorum*, sed in duobus postremis etiam *sobrinorum* connubia improbata sunt, vtut circa tempora IVSTINIANI, qui consobrinos a nuptiis haud arcuit *§. 2. I. de nupt.* Iustiniani tempora, ii canones prodierint, vltra prouinciam tamen vi obligandi destituti. Post tempora IVSTINIANI consobrinorum nuptiæ itidem passim reprobatæ sunt, veluti (4) anno 557. *in concilio Paris. III. c. 4.* (5) anno 567. *in concil. Turon. II. c. 21.* (6) anno 578. *in concilio Antisiodorensi c. 27.* (7) anno 601. *in epist. I.* GREGORII M. supra §. IV. relata: (8) anno 614. *in concil. Paris. IV. c. 14.* adeo vt *sobrinis* quoque interdictæ fuerint nuptiæ *in conciliis Paris. III. & Antisiodorensi.* Apud Græcos etiam IVSTINIANI legem, qua *consobrinis* libertatem contrahendi nuptias dederat, non diu durasse, euidens est, & supra §. *VII.* testimonio THEO-

Iure Rom. in linea collaterali consobrini admissi, in conciliis tamen passim a nuptiis remoti, maxime post Iustiniani tempora, etiam apud Græcos,

Digitized by Google

DORI Tarſenſis confirmatum, qui circa annum 668. ſcripſit. Simul vero eius ſententia docet, *ſobrinos* circa hæc tempora apud Romanos ſeu in *eccleſia Latina* generatim excluſos fuiſſe, vltra quos nondum patres in conciliis proceſſerant, adeoque ſimul probabile, computandi rationem, ſupra §. VII. THEODORO attributam, admodum veroſimilem eſſe.

mox ſobrini prohibiti.

Gregorius II. latius prohibitionem propagauit.

§. XXI. Difficiliores pedetentim quidam ex patribus & epiſcopis Romanis in nuptiis admittendis facti ſunt, adeo vt conſtituerint, *in genere* conſanguineam quamcunque non eſſe ducendam. Primum in hanc ſententiam tranſiiſſe credo GREGORIVM II. *in concilio Romano*, anno 721. habito, in quo *c. 4- -7. & 8.* quidam gradus ſpeciatim damnantur; ſed mox *can. 9.* generalis prohibitio ſubiicitur: *Si quis de propria cognatione vel quam cognatus habuit, duxerit in vxorem, anathema ſit.* Credo, GREGORIVM II. cum aſſeclis ſuis hanc generalem legem ideo rogaſſe, quod animaduerterint, Deum *Levit. XVIII. v. 6.* generalem dediſſe legem: *nullus homo ad proximam ſanguinis ſui accedat, vt reuelet turpitudinem eius;* adeoque neceſſe eſſe, vt a quauis abſtineatur conſanguinea. Coniecturæ huic ſubſcribit SELDENVS *lib. V. de I. N. & Gent. c. II. p. m. 631.* quæ etiam inde probabilis eſt, quod deinceps in hanc anxiam deſcenderint inquiſitionem, quousque *conſanguinitas* ſeſe extenderet? Euidentior eſt GREGORII II. ſententia ex eiusdem epiſtola ad BONIFACIVM apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1858.* vnde ſequentia huc referam: *Igitur in primis legebatur, in quota progenie propinquorum matrimonium copulatur. Dicimus, quod oportuerat quidem, quamdiu ſe agnoſcunt affinitate propinquos, ad huius copulæ non accedere ſocietatem.* En regulam generalem: iam audiamus exceptionem, Germanis ex quadam indulgentia, dicatam: *Sed quia temperantia magis, & præſertim in tam barbara gente, plus placet, quam diſtrictio cenſuræ, concedendum eſt, vt poſt quartam generationem concedantur.* GREGORII II. ſententia ergo huc rediit, *regulariter* & *in genere* abſtinendum eſſe a nuptiis *cuiuscunque conſanguineæ*, idque decretum eſſe in *lege diuina*. Mentem eius facile aſſecutus eſt Auctor *collectionis capitularium*, quæ ſub titulo *additionis IV.* exhibetur a STEPHANO BALVZIO *tom. I. capitul. p. 1182. ſeqq.* Poſtquam enim *in capit. 74.* retulerat *concilii Romani* canones, antea iam notatos, hæc addit: *Et dominus in lege diuina ait: Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat,*

omnemque conſanguinitatem ſub prohibitione contineri cenſuit.

vt

Digitized by Google

vt reuelet turpitudinem eius. Et paulo post: *Nec accedet ad vxorem eius, qui sibi affinitate coniungitur.*

§. XXII. Ab hoc tempore videtur fuisse mota & in medium prolata quæstio: *quousque consanguinitas sese extenderet?* quod in infinitum non daretur progressus, sed tandem in quodam limine subsistendum esset. Plerique iuris Romani riuulos lambendos esse censuerunt, alio destituti præsidio. In medium propositæ sunt *institutiones* IVSTINIANI, & collectio, ALARICI iussu concinnata, ex *codice Theodosiano*, *Gregoriano*, *Hermogeniano*, PAVLI *sententiis*, CAII & VLPIANI *Institut.* &c. Huius Codicis non leuis autoritas etiam per Italiam fuit, adeoque hunc consulendum consuerunt, quod *clauem soluentem* se in hoc reperisse crederent. Nam IVLIVS PAVLVS *lib. IV. sentent. tit. II.* gradus cognationum septem recenset, atque §. 8. tandem subiicit *successionis idcirco gradus septem constituti sunt, quia vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri, nec vita succedentibus prorogari potest.* Addit *interpretatio* vulgata: *in his septem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur, vltra quos nec affinitas inueniri, nec successio potest amplius propagari.* Tanti hic locus visus fuit patribus ecclesiasticis, vt *addit. IV.* compilator *cit. l.* expresse ad eum prouocet, eumque repetat. Quid quod etiam GRATIANVS totum PAVLI *titulum. II.* sub falso ISIDORI nomine in *c. 6. C. 35. q. 5.* decreto suo inserat, sedulo retentis verbis, tum ex PAVLO tum eius *interprete* adductis. Institutiones quidem IVSTINIANI *tit. de grad. cognat.* itidem *sex gradus* sistunt eiusque personas enarrant; sed in hoc non subsistunt, sed addunt: *Ex his palam est intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata quæque persona gradum adiiciat, vt longe facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quemquam denotare.* Parum solatii ex his verbis captabant anxii patres, qui *finem* quærebant *cognationis*, quem hic frustra quærebant, animaduertentes, adhuc latius propagari *cognationes.* Ergo, hoc loco relicto, PAVLI *sententias* maluerunt sequi, quam IVSTINIANI infinitum coniunctionum terminum. Probationem si desideras, en regulam deinceps auditam, laudatam, inculcatam: *vsque ad septimam generationem nuptiæ sint damnatæ.* Ratio decidendi erat: quia ad hunc vsque gradum protenditur consanguinitas & successio, vt collegerunt ex PAVLI doctrina, eiusque *interpretatione.* Barbaries seculi in causa fuit, vt tam ieiune rationes subducerent patres, qualecunque præsidium,

Inde quæstio mota, quousque consanguinitas duret?

quam ex Pauli doctrina determinarunt,

& in gradu septimo subsistiterunt,

quod illustretur.

vtut

vt grauioribus fluctibus excitandis aptum, absque iudicio arripientes.

Adductis decretis

§. XXIII. Illustrabo hanc meditationem ipsis conciliorum patrumque decretis. Primus fuit GREGORIVS III. qui circa *annum 731. in epist. ad Bonifacium* apud HARDVIN. *tom III. concil. p. 1869.* determina-

Gregorii III.

vit gradus nuptiarum prohibitarum: *Progeniem suam vnumquemque vsque ad septimam generationem obseruare decreuimus.* GREGORIVS II. Germanis legem dixerat, ne infra *quartum gradum* computationis nouæ quis vxorem duceret. Hic vero *generaliter* edicitur, quousque consanguinitas durare credatur, non adiiciendo, vtrum etiam ad hoc durum edictum adstringere voluerit Germanos Papa. Quicquid sit, obseruaui iam supra §. *X.* in Germania post hæc tempora *quartum* prohibitionis *gradum* obseruatum, sed extra illum ad *septimum* eam propagatam fuisse. Repetit. GREGORII III. canonem EGBERTVS *in excerpt.* circa ann. 747. fabricatis, *c. 137.* quamuis eandem attribuat GREGORIO I. quod falsarius, qui epistolam huius *ad Felicem Messenæ* episcopum *pia fraude* vndequaque corrasit, verba GREGORII III. eidem inseruerit, nec non quæ ex GREGORIO II. §. *XXII.* adlata sunt, illis attexuerit. Mox *c. 138.* vela retrahere videtur EGBERTVS, & ad *sextum generis gradum* consanguinitatem constitutam esse ait, ex noua & ineptiori causa: *quod sex etatibus mundi generatio & hominis status finiatur.* Obseruaui tamen supra, eum mox *exclusiue* mox *inclusiue* loqui, adeoque vtrumque terminum reuera sibi non contrariare. Quid posthæc in Germania constitutum fuerit circa *quartum gradum*, iam §. *X.* obseruaui, simulque in §. *seq.* ostendi, ANSEGISVM in *collectione capitularium* canones in Germania

in Germania quoque receptis.

latos interpolatione quadam ad *sextam generationem* extendisse. Inde facile constat, non sine ratione RHABANVM MAVRVM circa annum 847. quo *Archiepiscopus Moguntinus* electus est, & qui Germaniæ sacra iura in scrinio pectoris habebat, asseruisse, *proximis temporibus vsque ad sextam vel septimam generationem* coniugii vsum dilatum fuisse, tum quod GREGORIVS III. demum hunc determinauerit gradum; tum quod in Germaniam paulo serius hæc prohibitio tracta fuerit, vt §. *XII.* enarraui. Hanc vero nouitatem magis improbat quam approbat

quod improbauit Rhabanus.

RHABANVS apud REGINONEM *lib. II. discipl. eccles. c. 200.* aitque: *Ceterum ante omnia considerandum est, vt sic censura disciplinæ temperetur, ne per immoderationem correptionis peccati cumulus augeatur. Scimus enim, quod qui in lege cognationis ius obseruare constituit, in euangelio fœdus*

fœdus coniugii diſſoluendum non præcepit. Si enim vbicunque aliquid proximitatis vel conſanguinitatis, licet longinquæ, inter coniugatos inueniri poteſt, ſtatim matrimonium diſſoluatur, vereor quod adulterium & fornicationis ſcelus multiplicetur: quia cum coniugato adoleſcentulo vel iuueni ſocietas comparis ſui denegatur, nec aliquid ei ſolatii impenditur, vnde continentiam ſaluare poſſit, libidine inflammatus per diaboli inſtigationem multiplici fornicatione forſitan polluitur ac ſi in præcipitium mortis æternæ anima demergatur. Igitur quia a mea paruitate voluiſti, quid ſentirem de hac re, tibi reſcribi, propter fragilitatem præſentis temporis vereor hoc, quod Theodorus epiſcopus inter Gregorium & Iſidorum medius incedens in ſuis capitulis diffiniuit, magis ſequendum, vt QVINTA GENERATIONE iam licitum connubium fiat: quia non lex diuina huic contradicit, nec etiam ſanctorum patrum dicta hoc prohibent. ſi autem & in qainta ab inſciis fuerit copula peracta, melius mihi videtur, vt cum pœnitentiæ humilitatione, ſi ſe vxoratus continere non vult, Deo ſatisfaciat. Sed hac philoſophia non obſtante prævaluit doctrina pontificum antiquior in Germania, adeo vt in *concil. Wormatienſi anno 868. c. 32.* apud HARDVINVM *tom. V. p. 742.* & GRATIANVM in *c. 18. C. 35. q. 2. & 3.* decretum fuerit, ne quidem *generationis numerum* reſpiciendum eſſe. En verba: *In copulatione fidelium, generationis numerum non diffinimus, ſed id ſtatuimus, vt nulli chriſtiano liceat de propria conſanguinitate ſeu cognatione vxorem accipere, vsque dum generatio recordatur, cognoſcitur, aut memoria retinetur.* Plusquam barbara hæc fuit ſanctio, illis maxime noxia, qui genealogias ſuas ſartas tectasque conſeruare, & ſic eandem per aliquot ſeculis repetere poſſunt. Additum in *c. 78.*, vt qui in *quarta generatione* nuptias contraxiſſent, plane ſeparentur; vnde colligere licet, poſt hanc quidem prohibitum, ſed contractum haud reſciſſum fuiſſe coniugium.

Wormatienſe concilium tamen in Germania, hoc non obſtante, generalem prohibitionem fecit,

§. XXIV. Græci pedetentim etiam latius gradus prohibitos propagarunt, retenta tamen, ordine interrupto, *computatione ciuili*, quod §. *III. ſqq.* euictum eſt. Adhuc circa tempora THEODORI ſeculo VII. *ſobrinos* admiſſos fuiſſe ad fœdera connubialia, §. *VII.* demonſtraui. Serius *ſobrinorum* nuptiæ damnatæ, quod tamen iam ſeculo XI. factum fuiſſe obſeruaui §. *III.* Quid quod ab ALEXII temporibus iam de *ſeptimo* gradu dubitatum fuerit, teſte BALSAMONE ſupra §. *III.* relato, qui fere ab hoc tempore adhuc interdictus, & coniugium demum in octauo *gradu computationis ciuilis* admiſſum fuerit. Latini iam ſeculo

Græcorum ſanctiones ſobrinos ſeculo VII admiſerunt.

extenſæ ad ſeptimum gradum computationis ciuilis.

octauo in *gradu ſeptimo* ſubſticerunt, quem demum ſeculo XI. damnarunt *orientales;* ergo probabile omnino eſt, Græcos tandem ex Latinorum ſuggeſtione in hanc *de ſeptem gradibus prohibitis* doctrinam transiuiſſe, vtut reueres adhuc ab his diſcreparent, retenta *computatione ciuili*, a Latinis reiecta.

Seculo VII. ſeptimus gradus in occidente prohibitus,

§. XXV. Hanc diuerſitatem egregie confirmauit DAMIANVS ſeculo XI., qui omnis in hoc fuit, vt *ſeptimam generationem*, quam admittebant ICti Rauennates, ſed iuxta *ius ciuile* cum *Græcis* intelligebant, prohibitam doceret ſecundum *computationem canonicam.* Quod ſi in Græcorum inſtitutis ſcriptisque verſati fuiſſent Rauennates, quibus negotium cum DAMIANO erat, præſidium ex horum conſenſu ſatis tutum pro ſe habuiſſent, in quo expugnando DAMIANVS magnopere deſudare debuiſſet. Sed altum de horum ſententia ſilentium. Facilior vero huius contra eos victoria, quod ſemel conſtitutum fuerat, tam diu durare conſanguinitatem, quamdiu ſucceditur, & hac permanente, a nuptiis quoque abſtinendum eſſe. Hoc principium apprehenderat DAMIANVS EX PSEVDO-CALIXTO etiam a GRATIANO in *c. 2. C. 35. qu. 2. & 3.* relato, *eos conſanguineos dicimus, quos diuinæ & & ſeculi leges conſanguineos appellant, in hereditatem ſuſcipiunt, nec repelli poſſunt.* Hoc telum, quod impoſtor ei ſuppeditauerat, contra ICtos retorquet hoc modo: *interrogentur igitur, qui in tribunalibus iudicant, qui cauſarum negotia dirimunt, qui ſcrutandis legum decretis inſiſtunt, nunquid ſi propinquiores deſint vsque ad ſeptimum gradum agnati ſiue in hereditatem, ſiue in tutelam non admittuntur? in cuius autem hereditatem ex iure conſanguinitatis admitteris, quo pacto velut extraneus eius coniugium ſortiaris? Vt quid etiam tam operoſa inter ſacros canones figura depingitur, vt non modo ſupra vel infra, ſed ex vtroque etiam latere ſex gradibus terminetur, ſi ſeptima generatio, vt aſſerunt, tribus hic enumeratis perſonis, atque illinc quatuor expleatur.* Prouocat his verbis ad *figuram*, depingi ſolitam, in qua *ſupra* & *infra* imo & ex vtroque latere ſex gradibus terminetur conſanguinitas. Non aliam intelligi, quam illam ipſam, quam IVSTINIANVS poſt *§. 9. I. de gradibus cognat.* in qua eius mentionem fecit, delineari curauerat, palam eſt, quæ quidem in ſuo antiquo ſtatu & forma non ſupereſt, facile tamen ex eius mente rurſus oculis ſubiici poteſt. Hac de cauſa *imaginem*, Inſtitutionibus cum *annotat.* a me editis, præfixam in æs incidi curaui, vt fontem erroris, qui DAMIANVM aliosque decepit, ob oculos ponerem. Vt vero

ex doctrina Damiani.

Prouocantis ad luſtiniani ſchema,

ero. proprio iuguletur gladio DAMIANVS cum ſuis ſodalibus, ponamus
aſus, vbi quis decedit, & ex vtroque latere conſanguineum in *ſexto*
radu relinquit, vt ſchema ſub N. XII. ob oculos ponit. Si A. decedit,
3. & C. ſunt in *ſexto gradu* ab A. conſtituti, & ſic in æquali gradu, ad-
oque ei ſuccedunt, de quo caſu vnice TRIBONIANVS & PAVLVS loquun-
ur: inter ſe vero B. & C. ſunt in *decimo* conſtituti, adeo vt B. mortuo,
. in *decimo* gradu ſuccedat. Hi vero, ſi DAMIANI computationem
iſcipias, ſunt tantum in *quinto gradu*. Si his addis vnum vtrinque gra-
lum, quod Canoniſtæ ſine dubio fecerunt, tunc ex vtroque latere ſunt
ex gradus, &, vltimo ex alterutra linea mortuo, ſuperſtes in altera linea
uccedit in *duodecimo* gradu, qui tamen in *ſeptimo* dici poteſt conſtitu-
us gradu, ſi ataui frater is eſt, cui ſucceditur, vtpote, quem caſum
n ſchemate ſub N. XIII. ſupponunt interpretes. Etenim mortuo *a.* ſuc-
edunt ſuperſtites *b.* & *c.* in ſeptimo gradu vtrinque conſtituti, quem ca-
um tamen non dabilem eſſe recte credidit PAVLVS §. 22. adductus, ni
orſan ex prima mundi ætate homines reſuſcites. Facilius contingere
oteſt, vt *b.* mortuo, ſuccedat *c*, qui ab hoc tamen diſtat in *duodeci-*
no gradu. Inde vero palam eſt, (1) DAMIANVM cum aſſeclis ſuis ne
quidem ſchema ſucceſſionis intellexiſſe, nec obſeruaſſe, cuius reſpectu
extus vel *ſeptimus* gradus dicatur: (2) a ſucceſſionis facultate inepte
rgumentum duxiſſe ad prohibitionem matrimonii: qui ſuccedunt ex
ege, iure *conſanguinitatis* quidem ſuccedunt, in quocumque gradu in-
er ſe poſiti ſunt; ſed erroneum eſt, *omnes conſanguineos*, in quocun-
que gradu collocatos, a nuptiis quoque arcendos eſſe, id quod nec
DEVS præcepit, nec humanæ ſocietatis ratio permittit, vtpote quæ
magis nuptiis firmatur, adeoque & conſanguinitatis vinculum, ſi nimia
deſit propinquitas. Hanc DEVS tantum prohibuit inter aſcendentes,
fratres & ſorores, reliquosque collaterales, quos *reſpectus parentelæ* tan-
git. Præmittit vero regulam generalem *Lev. XVIII. 6.* de non ducenda
proxima conſanguinea; deinceps determinat, qualis hæc ſit, & ita prohi-
bitionem intra certos limites concluſit, quos praxis iudæorum tempore
CHRISTI ſtricte ſeruabat, nullibi a Saluatore noſtro improbatos, qui ta-
men alios næuos, in matrimoniis admiſſos, redarguebat: (3) Si PSEVDO-
CALIXTI principio, quod DAMIANVS contra ICtos aſſumit, inhærendum,
nequidem in *ſeptimo gradu* ſubſiſtendum, cum quis decedere poſſit, qui
n altera linea ſit in *quinto* collocatus gradu, & ex altera linea remotio-
rem conſanguineum relinquat, in gradu octauo vel nono, quem nemo,

quod abſurdum eſſe oſtenditur. N. XII.

Noua oſtenſio abſurdæ ratiocinationis Damianiæ.

N. XIII.

cum Damianus nequidem ſchema ſucceſſionis a Iuſtiniano adumbratum intellexerit,

a ſucceſſione quoque ad prohibitionem nuptiarum non recte ducitur argumentum.

Digitized by Google

probata genealogia, a ſucceſſione arcebit, licet eundem ad connubium cum perſona deſignata in altera linea admitteret DAMIANVS. Et tamen hoc ieiuno argumento admodum gloriatur DAMIANVS *c. 5.* & contra ſuam hypotheſin vrget, etiamſi *longiſſimo gradu* quis ſit, eum tamen ſuccedere poſſe per §. *3. l. de ſucceſſ. agnat.* quod argumentum contra eum retorquere potuiſſent ICti. (4) Neque vero TRIBONIANI, qui *ſex*, & PAVLI, qui *ſeptem* conſtituit gradus, intentio fuit, poſt hos gradus conſanguinitatem finire, ſed tantum oſtendere, quod rarius vltra hos gradus demonſtrari poſſit conſanguinitas, quam tamen poſt hos gradus non negarunt. Ita vero in eosdem incidit laqueos DAMIANVS, quibus ICtos irretire conabatur.

Nec ſex neque ſeptem gradibus concluditur conſanguinitas.

§. XXVI. Sed ſero ſapiunt Phryges. Animaduertebant nimis ſero quidam abſurditatem huius prohibitionis, imo ſine dubio agnouerunt, eam profectam fuiſſe ex erronea computandi ratione, quæ non poterat non varia incommoda in diſſoluendis coniugiis producere. INNOCENTIVS III. itaque anno 1216. *in concil. generali* conſtituit, *ne prohibitio copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum de cetero excedat. c. 8. X. h. t. c. 3. X. de clandeſt. deſponſ.* Hoc modo 1) INNOCENTIVS III. propius acceſſit ad *inſtituta Græcorum*, imo & 2) ad antiquorum pontificum & conciliorum, qui ad *quartam* generationem olim prohibuerunt matrimonium, vt §. *X.* oſtendi docuique. Denique 3) ita tacite agnouit, nouam computandi methodum ad hanc inſolitam prohibitionem anſam dediſſe, quam ad limites *computationis ciuilis*, ſecundum quam ad octauum gradum pertingit, fere reduxit, vt regula antiqua, *de ſeptimo gradu prohibito*, ſuo modo illibata maneret, ſi ſecundum *computationem ciuilem* intelligatur. Ne vero errores anteceſſorum detexiſſe videatur, aliam ſubſtituit rationem: *quia quatuor ſunt humores in corpore, qui conſtant ex quatuor elementis.* Rationem hanc eſſe *inadæquatam* agnouit TELLEZIVS *ad cit. c. 8. n. 3.* quod in plurimis aliis legibus tales adferri ſoleant. Rationes inadæquatæ reuera ſunt *colores* & *prætextus*, quibus vtimur, quando *veras* adferre haud conſultum videtur. Neque INNOCENTIO viro cautiſſimo & ſatis perſpicaci conſultum erat, errores a prædeceſſoribus commiſſos agnoſcere, aut detegere, ſed illos intactos relinquere & aliud potius principium ſubſtituere. Vulgata fuit doctrina in phyſicis *de quatuor elementis*: his omnia conſtitui, moueri, ac *mutari* quoque, cenſebant. Ita philoſophatur PLVTARCHVS *in Iſide & Oſiride (tom. II. oper. p. 376.)* vbi *de*

Comperto errore Innocentius III. reuocauit prohibitionem ad quartum gradum.

Secundum ius antiquum,

prætextu ex quatuor elementis aſſumto,

qui ex antiqua philoſophia illuſtratur.

Digitized by Google

ſiſtro agens hæc de myſtico eius ſignificatu adfert : *Et ſiſtri ſuperiori parte rotundi conſpectus admonet de quatuor corporibus, quæ concutiuntur, iam quæ pars mundi ortui & obitui eſt obnoxia, ea continetur globo lunæ, nque ea omnia mouentur & MVTANTVR διὰ τῶν τεττάρων στοιχείων per quatuor elementa, ignem puta, terram, aquam, & aërem.* Ad intellectum huius loci multum faciunt, quæ erudite *de ſiſtris* commentatus eſt BENEDICTVS BACCHINVS, quorum figuram per varios myſticos ſignificatus illuſtrat adumbratque PLVTARCHVS additque, curuamini ſiſtri nfigi tres facies, quod *his faciebus adumbrent ortum & interitum* (γένεσιν καὶ τελευτὴν *generationem & vltimum finem*) *quæ ſunt elementorum mutationes atque motus.* Forſan ex hac philoſophia INNOCENTIVS III. & ad doctri-

collegit, quatuor elementis cognationem conſtitui & generari, eamque adhuc contineri & conſeruari intra *quatuor gradus :* poſt hos vero eam *mutatam* & *finitam* per eadem elementa, longe aliter iam permixta, & in otum fere immutata. Vt ſenſus ſit : ſicuti omnia generantur, mouentur & mutantur per quatuor elementa; ita cognatio poſt quartam generationem, elementis iam mutatis, deſiiſſe videtur. Vtrum exacte mentem INNOCENTII aſſecutus fuerim, ignoro; interim non improbabile eſt, hæc placita philoſophica eum ſecutum fuiſſe. Sicuti vero ab hoc tempore in gradu quinto, etiam *lineæ inæqualis*, in qua alter in tertio vel quarto fuit, nuptiæ admiſſæ ſunt; ita quæ de TERESIA, quæ cum ALPHONSO Legionenſi ſeculo XIII. nuptias iniit, adferuntur a IO. FRANCISCO MACEDONE *in act. SS. d. 17. Iun. p. 473.* imperitiſſimum ſapiunt certamen inter regios aduocatos, qui ex iure *Romano & Graco* propugnarunt has nuptias, & pontificis aduocatos, qui adhuc ex iure antiquo, quo vsque *ad ſeptimum* gradum prohibita erant connubia, contra easdem diſputarunt.

nam Innocentii applicatus,

§. XXVII. Hæc prohibitio vltra modum extenſa durauit vsque ad tempora *reformationis;* imo adhuc hodie inter Catholicos viget, per patres Tridentinos haud reſtricta. Sicuti vero proteſtantes, reformatione feruente, mox animaduertebant, laicos, quibus nuptiæ propriæ erant, Clericis, contra Saluatoris mentem, cuius *iugum leue* erat, duriſſimis legibus connubiorum fuiſſe oneratos, iugoque vix ferendo ſubiectos, vt eo latior campus eſſet, laicis gratiam per *diſpenſationes* indulgendi, quæſtumque ex iis faciendi; mox vnanimi voluntate *libertatem matrimoniorum* reſtituerunt, & amputato *quarto* gradu, plerique

Proteſtantes prohibitionem ad tertium gradum reſtrinxerunt, temperamento adhibito.

Digitized by Google

rique in *tertio* ſubſtiterunt. Hoc temperamento ſine dubio vſi ſunt, vt omnem aduerſariis amputarent calumniandi occaſionem, ſimul tamen facilem viam oſtenderent, qua reformatio huius doctrinæ etiam a Catholicis ſuſcipi poſſet. Hæc conſideratio ſi defuiſſet, potius expediuiſſet, ſi ad praxin ſex vel ſeptem ſeculorum rem reduxiſſent, & in prohibitis *conſobrinorum* nuptiis ſubſtitiſſent. Accedebat grauior & prægnantior ratio, quod, quia Proteſtantes adhuc cum Catholicis mixti erant, pluresque ſub Catholicorum iurisdictione bona habebant, verendum eſſet, ne liberi ex nuptiis, iure Canonico damnatis, ſuſcepti, ſtatus controuerſiam paterentur, & a ſucceſſione arcerentur. Inde conſultius ducebant, ab initio leges has matrimoniales ne quidem publicare, licet libertas coniugii reſtituta eſſet. Peracta viſitatione in Thuringia & regione Auſtrali libellus viſitatorius a MELANCHTHONE compoſitus erat, quem anno 1528. Elector Saxoniæ ad LVTHERVM mittebat, vt quæ emendanda eſſent, corrigeret. Inter alia vero de *legibus matrimonialibus*, in hac viſitatione conceptis, hæc ad LVTHERVM ſcribit: *Videtur non multum intereſſe populi, vt leges iſtæ nunc publicentur, & ſufficere forte poſſet, paſtores a viſitatoribus inſtrui, vt populum de libertate illa, & quæ commoda & incommoda emergerent, ſi intra quintum gradum contraherent, informarent, &c.* vid. SECKENDORF. *in Hiſtor. Lutheran. lib. II. §. 36. n. 3.* Ipſum *libellum viſitatorium* poſtea LVTHERVS cum præfatione ſua publicauit, cuius *c. 11. de coniugio* actum, cautumque fuit, vt circa gradus prohibitos cum *diſcretione* procederent paſtores, conſultis doctoribus, aut caſu ad principem eiusque conſiliarios & præfectos relato.

quod neceſſarium erat,

quamuis caute ab initio leges has non publicarent.

§. XXVIII. Tandem tamen placuit, *certa lege publica* gradus prohibitos determinare. Dux Saxoniæ MAVRITIVS anno 1543. publicavit *ordinat. prouincialem in corpore Iur. Saxon. tom. I. p. 11.* exhibitam, vbi hanc legem, conſtanter poſtea per omnem Saxoniam cuſtoditam, promulgauit: wiewol die päbſtliche Rechte bis daher die Ehe in dem vierten Grad der Blutsfreundſchaft und Schwägerſchaft verboten, ſo ſoll doch die Ehe in unſern Landen hinfüro nicht weiter, denn in dem dritten Grad ungleicher Linie des Geblüts und Schwägerſchaft verboten, und in dem dritten gleicher Linie und dem vierten Grad erlaubet und zugelaſſen ſeyn. Quia vero hactenus certa lex defecerat, hinc de matrimoniis intra hunc gradum prohibitum contractis cau-

Tandem variis legibus proteſtantes gradus determinarunt,

in Saxonia vsque ad gradum tertium lineæ inæqualis prohibitio reſtricta.

cautum, ne pro *illegitimis* haberentur, ſed vt hæc lex tantum in *matrimoniis contrahendis* obſeruaretur. Hæc *lex Saxonica*, nuptiis hoc modo dicta, facile peragrauit reliquas proteſtantium prouincias, quippe quæ in more habuere, exempla *Saxonicarum eccleſiarum*, vnde reformatio ortum traxerat, intueri, & ſe ad earum inſtituta componere. Vnde idem receptum fuiſſe in ducatu Slesuicenſi, in Palatinatu electorali, aliisque docent CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 79.* & HAVEMAN. *in Gamol. lib. II. tit. 5. poſ. 13. not. 2.* quamuis non omnes in eo gradu ſubſtiterint. Guelpherbytana *ordin. eccleſ. renou. p. 110.* itidem in hoc gradu ſubſtitit, vt & *Argentoratenſis de anno 1670. p. 389.* quoad *conſanguineos* (nam *affinibus* in gradu tertio ſimpliciter *p. 397.* nuptias permiſit) nec non & *Ordin. polit. Magdeb. c. 37. §. 34.* item *Ordin. eccleſ. Megapolit. de anno 1650. p. 259. cum iure prouinc. Boruſſ. lib. 2. tit. 2. art. 1. in f.* aliæque. In quibusdam prouinciis prohibitio etiam extenſa ad *tertium gradum lineæ æqualis*. In *Ordin. Polit. Cellenſi c. 30. §. 11.* hæc expreſſe recepta, tum quod *in viridi obſeruantia* hactenus fuerit; tum etiam, weil daſſelbe ſeine anſehnliche rationes politicas habe. In quarto gradu lineæ æqualis nuptiæ §. 12. permiſſæ ſunt; non æque in quarto gradu *lineæ inæqualis*, quod mirandum. En verba §. 13. In ungleichem Grad aber ſollen und mögen ſich die vierte von Schweſter- und Brüder-Kindern nicht befreyen; als Exempels weiſe ſoll keiner ſeines Elter-Vaters, oder Proaui Brudern Tochter, oder des Proaui Brudern Sohns oder Tochter Tochter nehmen, dann ſich dieſelben alle in gleichem und zwar dem vierten Grad ungleicher Linie etwas verwandt ſeyn. Idem iam *Ordin. Eccleſ.* CHRISTIANI *de anno 1619. p. 173. & 174.* conſtitutum, adeoque inde tantum *in Ordin. Polit.* repetitum. Pariter in *Heſſo-Caſſelana reformatione c. 11. p. 432* prohibentur nuptiæ im dritten Grad der Blutfreundſchaft und Schwägerſchaft beydes in gleicher und ungleicher Linie. Similiter in der Kirchen-Ordnung der Wild- und Rhein-Grafen *c. 18.* idem iisdem verbis cautum, nec non *Ordin. Conſiſt. March. c. 58.* Quin etiam *iure Wurtembergico* hunc gradum prohibitum eſſe tradit HAVEMAN. *cit. l.* qui etiam reliqua, quæ in genere ad doctrinam *de gradibus matrimonialibus* ſpectant, fuſius cum aliis tradit, hic non recoquenda.

quæ lex a plerisque aliis recepta,

ab aliis etiam ad gradum tertium lineæ æqualis extenſa.

(III.)
DE AFFINITATE MATRIMONIVM ANTECEDENTE.

Affinitatis termini.

§. XXIX. Æque vero abſtinendum eſt a *conſanguineis vxoris* vt *propriis*, ex iudicio legum, canonum, & pontificis in *c. 1. in f. X. h. t. c. 7. 13. 14. C. 35. q. 2. & 3.* quia ſicuti cum his *conſanguinitas*, ita cum illis intercedit *affinitas.* Satis accurate vero definit INNOCENTIVS III. in *c. 5. X. h. t. adfinitatis* terminos, deſignatque perſonas, inter quas vinculum hoc naſcatur. Scilicet vir per *copulam carnalem* ad fines cognationis vxoris, & pariter hæc per eandem ad fines conſanguinitatis mariti accedit, vnde naſcitur *adfinitas* legitima: *illegitima* ex alio quocunque concubitu extra matrimonium oritur, *c. 24. X. de teſtibus* & quoad *impedimentum matrimonii*, non vero quoad alia iura, adfinibus inter ſe tributa, attenditur *c. 6. & 10. de eo qui cognou. conſangu. vx.* CARPZOV. *lib. 2. iur. conſiſt. def. 97.* & *P. 4. C. 22. def. 10.* LAVTERBACH. *de iur. affinit. c. III. §. 2.* IVSTVS REVBER *de teſtibus P. 2. n. 177.* FARINAC. *de teſtibus qu. 54. n. 74.* Vnde regulariter in ſtatutis & legibus prouincialibus affinium nomine tantum veniunt *legitimi*, non *illegitimi*, ſi cauſas matrimoniales exceperis, LAVTERBACH. *cit. l. n. 24.* nec conuenit, vt ſtuprator conſanguineos ſtupratæ *adfines* nominet, & vice verſa. Aliud ergo dicendum, ſi *legitimum* adſit *matrimonium*, quod etiam hodie inter *nobilem* & *plebeium* & vice verſa contrahi, ſupra iam *tit. de coniug. ſeru. §. XXI. in f.* obſeruaui, non item inter *illuſtres* & *plebeiæ conditionis* vel ſimplici tantum nobilitate decoratas vxores. Sicuti ergo *hoc caſu* ob appellatione *adfinium* in vita communi abſtinendum, ita *illo* hæc omnino admittenda, quod illuſtrabo præiudicio Faculta iurid. *de anno 1696. Menſ. Mart.*

Ex iuſto matrimonio naſcitur affinitas legitima.

Hat derſelbe F. von W. jüngſte Tochter Eliſabet von W. geheurathet, welche bereits geſtorben, und eine Tochter M. E. hinter ſich verlaſſen, in deren Namen derſelbe von denen Gebrüdern von W. dasjenige, was Ihr an allodialien aus Groß-Väterl. Erbſchaft zuſtändig, nebſt ſeiner verſtorbenen Frauen annoch lebenden Schweſter gerichtlich bey der Fürſtl. Anhält. Cantzeley zu Cöthen gefordert, und unter andern in der Klage geſetzet:

> Unſere reſpectiue Brüder und Schwäger dahin anzuhalten, daß Sie binnen gewiſſer Friſt uns befriedigen mögen.

Dagegen die von W. auf ſolche Klage ſich einzulaſſen verweigert, bevor

Digitized by Google

ievor Er den Titul Schwager herausgelaſſen, daher Er belehret ſeyn will:

Ob ſolche Exception mit Beſtande Rechtens eingewandt, oder ob er nicht ſeiner ſel. Frauen 3. leibl. Brüder Schwäger, ſo wol ſchrift- als mündlich zu tituliren befugt ſey?

Wenn nun gleich eingewandt werden will, daß der Herr kein Edelmann ſey, und alſo die inæqualitas conditionis demſelben entgegen ſtehe, ſich einer ſolchen titulatur zu gebrauchen, welche nur inter pares üblich zu ſeyn pfleget, indem bekant, quod fœmina nobilis ignobili nupta priuilegia nobilitatis prætendere non poſſit.

CARPZ. *P. 3. conſt. 36. def. 2.*

Der Herr auch ihre Schweſter mit ihrem Willen nicht geheurathet, und alſo Sie ihn für einen Schwager zu erkennen nicht verbunden, und ſonſten nicht ungemein, daß wenn in einer Klage-Schrift eine ungebührliche titulatur gebraucht worden, man die Einlaſſung auf die Klage, bis ſolche titulatur geändert, wohl verweigern könne.

Weil aber dennoch das ius affinitatis nicht ex voluntate derer Frauen Brüder, ſondern ex ipſa diſpoſitione iuris entſtehet, ſo bald eine Heurath vollzogen iſt

L. 4. §. 3. ibi. *Affinitatis cauſa eſt ex nuptiis* & §. *8. ff. de gradib. & affin.*

BECHSTAD. *de iure connub. P. 2. c. 1. n. 2.*

olches ius affinitatis auch, nachdem es einmal per legitimas nuptias equiriret worden, nicht gehoben wird, niſi delictum deportatione lignum intercedat.

L. 4. §. vlt. D. de gradib. & affin.

und in dieſem Fall an der legitimitate nuptiarum nicht zu zweifeln, indem der Schwieger-Vater F. von W. ſeinen Conſens hierzu expreſſe, und zwar ſchriftlich ertheilet, deſſen älteſter Sohn auch ad mandatum patris deſſen wiederholten Conſens in dieſe Heurath, und dabey abgeſtattetes Zeugniß von ſeinem guten Verhalten ſelbſt unterſchrieben, und alſo ipſo facto dieſe Heurath mit approbiret, die Schwieger-Mutter auch ihn bis anhero, als ihren Schwieger-Sohn agnoſciret und tituliret, und aus den Rechten bekant, quod ad iuſtas nuptias ſufficiat ſolus parentum & contrahentium conſenſus,

pr. inſt. de nuptiis.

CARPZ. *iur. eccleſ. lib. 2. def. 44.*

Hingegen der Conſenſus fratrum bey der Eltern Leben nullo iure nöthig iſt, und daher denenſelben kein ius contradicendi zuſtehen kan: Ferner auch die diſparitas conditionis, wenn der maritus ignobilis, die Frau aber nobilis iſt, die legitimitatem matrimonii nicht aufheben mag, indem bekant, quod inæqualitas conditionis nuptias non vitiet.

CARPZ. *iurispr. conſiſt. lib. 2. def. 10.*
FELTMAN. *de titul. honor. lib. I. c. 26. n. 6.*
GERHARD. *de matrim. §. 399.*

und dahero, obgleich eine adeliche Perſon, wenn ſie ſich an einen Bürger-ſtandes verheurathet, die iura nobilium ferner nicht prätendiren kan, cum conditionem mariti ſequatur,

L. fœmin. 8. in fin. ff. de ſenator.

ihr dennoch die iura legitimæ vxoris, und dem marito die daraus entſtehende affinitas nicht verſaget werden mag, weil das vinculum affinitatis nicht ex æqualitate perſonarum coniunctarum, ſondern ex ipſo matrimonio entſtehet, cum ex vnitate carnis affinitas naſcatur,

can. porro de affin. 3. C. 35. qu. 5.
SANCHEZ. *de matrim. diſp. 64. n. 1.*

und ſolcher geſtalt der Herr, da er ſich bey dieſer Titulatur Seines ihm de iure diuino, ciuili & canonico zuſtehenden iuris affinitatis gebrauchet, und der verſtorbenen Frauen Brüder ſeine Schwäger nennet, Er ihnen dadurch keine Beſchimpfung zugefüget, cum qui iure ſuo vtitur, nemini facit iniuriam,

L. 13. §. 1. ff. de iniur.
L. nullus 56. ff. de R. I.

zumahln da der Herr nicht allein ein Gelehrter iſt, ſondern auch ſolche characteres von dem Hochfürſtl. Hauſe Sachſen hat, deſſen ſich kein nobilis ſchämen darf; Hingegen aber bekant, quod denegatio tituli honoris alicui competentis, actioni iniuriarum faciat locum,

FELTMANN. *de tit. honor. lib. 2. c. 32. §. 1. & 5.*
BARTOLVS *ad l. non ſolum 11. D. de iniur.*

Sicut & ille, qui aliquem prohibet ſuo iure vti, quorſum & ius affinitatis pertinet, iniuriarum tenetur.

L. 13. §. 7. ibi: *Si quis me conuerſari non patiatur; vel re mea*

Digitized by Google

mea vti me non permittat, iniuriarum conueniri poteſt. D. de iniur.

ınd alſo um ſo viel weniger contra motam actionem dieſe exceptio de ɔmittendo titulo affinis a iudice zuzulaſſen, cum huic ex officio incumɔat, friuolas exceptiones reiicere.

So erſcheinet daraus allenthalben ſo viel, daß dieſe eingewande exceptio pro friuola zu achten, und der Herr ſeiner verſtorbenen Frauen Brüder, ſowol in als auſſer Gerichts, Schwager zu tituliren wohl befugt ſey, V. R. W.

§. XXX. Quæ cum ita ſint, euidens eſt, adfinitatem vel matri- Quinam pro-
monium contrahendum *præcedere*, vel contractum *ſubſequi*. Hæc ſem- prie affines?
per eſt illegitima, de qua membro *ſeq. IV.* agam ad ductum *tituli præcedentis:* illa vero poteſt eſſe tum *legitima* tum *illegitima*. Illius rationes prius excutiendæ ſunt. Ait MODESTINVS *in l. 4. §. 3. D. de grad. & adſin. Adſines ſunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuerſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit; namque coniungendæ adfinitatis cauſa fit ex nuptiis.* Ante omnia deſiderat ICtus *nuptias*, quia adfinitatem proprie conciliat coniunctio corporum: ſola *deſponſatio* non ſufficit, vtut laxiori in ſenſu *adfinitas* huic adſignetur *l. 8. D. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* præſertim quia etiam ex *ſponſalibus* quoddam impedimentum naſcitur, de quo actum eſt *tit. de ſponſal. §. 144. p. 1197.* Deinde conſtituit ICtus ex definitione data, adfinitatem tantum inter vxorem & mariti conſanguineos, vt & inter maritum & vxoris conſanguineos conſtitui; ſicuti enim hæc ad illius, ita ille ad huius cognationem accedere dicitur. Vnde ſequitur, vt coniugum conſanguinei inter ſe nullo *adfinitatis* vinculo ligati ſint, ſi iuridicum ſignificatum ſequimur. Non obſcure hoc innuit PAVLVS *in l. 10. §. 14. D. de grad. & adſin.* vbi adfert caſum, *ſi vir & mulier, ille filiam eius duxerit, illa vera filio eius nupſerit*, id quod minime improbat, ſed vt lege probatum matrimonium adfert. Clarius Pontifex *in c. 5. X. h. t.* cauſam adfinitatis proprie dictæ egit, vt ipſius verbis declarabo: *Super eo igitur*, ait, *quod pater & filius cum matre & filia, & duo cognati cum duabus cognatis, auunculus & nepos cum ſororibus contrahant matrimonia, taliter ibi duximus reſpondendum, quod licet omnes conſanguinei viri ſint affines vxoris, & omnes conſanguinei vxoris affines ſint viri: inter conſanguineos tamen viri & conſanguineos vxoris, ex eorum, viri videlicet &*

Diſpenſatio hic non ſufficit,

adfinitas tantum naſcitur inter vxorem & mariti conſanguineos & vice verſa,

non inter conſanguineos vtriusque coniugis.

Digitized by Google

& vxoris coniugio, nulla prorſus affinitas eſt contracta, propter quam inter eos matrimonium debeat impediri. Huius fundamenti, quod tamen etiam *ius ciuile* agnoſcit fouetque, immemor fuit inter Græcos BASILIVS in ſchemate, quod ſupra §. III. attuli, exiſtimando, affinitatem in ſeptimo gradu eſſe inter Ioannem & fratris ipſius proſoceri fratris filiam, cum nequidem adfinitas ſit inter Ioannam & fratris eius ſocerum. In ſimili errore verſatus eſt DEMETRIVS CHOMATENVS, Archiepiſcopus Bulgariæ apud LEVNCLAVIVM *lib. V. iur. Græc. Rom. p. 313.* Præmittit, vsque ad ſextum gradum iuxta *iuris ciuilis* computandi viam, inter affines prohibitas eſſe nuptias, atque exempli loco hæc adfert: *fieri non poteſt, vt duo fratres duas conſobrinas, & vice verſa duo conſobrini duas ſorores vxores ducant.* Schema ipſum ob oculos ſub N. XIV. poſui, vt inde liqueat, Græcos cenſuiſſe, etiam coniugum conſanguineos inter ſe affinitates coniunxiſſe. Etenim in hoc ſchemate *adfinitate* coniunctus dicebatur in ſexto gradu D, cum tamen nequidem A adfinis ſit B. aut C. Pergit ſimili errore: *Eodem modo patruus ſeu auunculus & fratris ſororisue filius cum ſororibus alterius cognationis connubialem contractum inire prohibentur*, de quo vid. *ſchema ſub N. XV.* *Ex his perſonis*, addit DEMETRIVS, *quintus gradus conficitur; nam patruus ſeu auunculus ad fratris ſororisue filium tertium gradum obtinet: duæ autem ſorores aduerſus ſe inuicem ſecundum.* Vtique quintus gradus ex his perſonis conficeretur, ſi adeſſet adfinitas, quam Græci hic tantum agnoſcunt, non Latini. SISINNIVM huius prohibitionis auctorem eſſe, indicat MATTHAEVS BLASTERES apud LEVNCLAVIVM *lib. VIII. iur. Græco-Rom. p. 482. tomus autem Siſinnii prohibet, ne duo fratres amitam & eiusdem fratris filium ducant vxores, & vice verſa. Præterea vetuit, ne duo fratres ducant duas conſobrinas, in quorum primo quintus in ſecundo ſextus gradus ſpectatur.*

in quo Græci errarunt.

N. XIV.

N. XV.

§. XXXI. Ex hoc *orientis* & *occidentis* diuortio diuerſæ admodum fluunt concluſiones, hoc permittente nuptias, quas ille damnat reprobatque. Etenim ſecundum principia iuris *ciuilis Romani* & *Canonici* adfinitate haud iunguntur compriuigni, nec coniugum parentes aut fratres & ſorores. Pariter non intercedit adfinitas cum nouercæ ſorore, imo nec cum *matre*, hoc ſenſu, vt filius poſſit vxorem ducere matrem, cuius filiam pater in thoro coniugali habet, quod coniugium nec iure *ciuili* nec *canonico* damnatur, vt adducti textus ſpeciatim indicant. Iuris Canonici doctrinam eo magis demiror, quod in aliis nuptiis *impedimentum bono-*

Exempla eorum, qui non ſunt adfines,

vt nequidem ius canoni-

Digitized by Google

honeſtatis publicæ adeo obſeruat, vt contra hanc contractas dirimat. Minus videtur eſſe impedimentum, ſi ſolam *externam honeſtatem* vel *decorum* conſideras, in nuptiis cum matris ſponſo, quam cum vitrici patre. Et tamen illas damnat; has admittit, quas forſan GREGORIVS M. ſi de iis conſultus fuiſſet, non admiſiſſet; ſed INNOCENTIVS III. iuris ciuilis calidiſſimus & ſolertiſſimus interpres, facilius permiſit, qui ægre a *iuris ciuilis* principiis receſſit. Non parum enim *decori* ratio lædi videtur, ſi pater filiam, & illius filius huius matrem ſibi in matrimonium collocat. Mira certe metamorphoſis miraque confuſio reſpectuum inde exſurgit. Filius patris ſui ſocer ſit, imo vitricus ſuæ nouercæ: pater filii ſui quodammodo gener ſit intuitu vxoris, quia huius matrem filius in matrimonio habet. Filia inſtar *ſocrus* matris ſuæ eſt, & hæc inſtar *nurus* filiæ ſuæ; quin huius vitricus eſt ſimul *generi* loco. Si filia *infantem* edit, hic reſpectu illius matris reuera eſt *nepos*, & ſimul fit *frater* mariti auiæ ſuæ, vt alios reſpectus ſicco præteream pede. Hæc ſine dubio ratio fuit, vt in nonnullis *ordinationibus eccleſiaſticis* ex ratione, non *adfinitatis*, quæ exulat, ſed *decori*, nuptiæ hæ prohibitæ ſint. In *iure Saxonico Electorali* iamdudum ex conſtitutione D. AVGVSTI nuptiæ vetitæ ſunt des Stief-Vaters Mutter, Stief-Mutter Mutter, Stief-Vaters Vater, Stief-Mutter Vater, &c. vid. *corpus iur. Saxon. tom. I. p. 121.* Ad huius normam plures aliæ compoſitæ ſunt, vt *Guelpherbytana renou. P. I. p. 109.* vbi etiam cum vitrici vel nouercæ auo vel auia nuptiæ interdictæ; porro ARGENTORATENSIS *p. 391. ſeq.* CELLENSIS *ordin. polit. c. 30. p. 83.* ANHALT. *ord. polit. tit. 7. ius prouinc.* BORVSS. *lib. 2. tit. 2. art. 2. §. 2.* MAGDEBVRGICA *ord. polit. c. 37. §. 15. p. 467.* & forſan plures aliæ leges prouinciales.

cum impedimentum honeſtatis hic attendat.

Interim parum decorum eſt connubium cum nouercæ matre,

quibusdam in locis interdictum, vt iure Saxon. elect.

Guelpherbytano,

aliisque ordin. eccleſ.

§. XXXII. Atque hæc prohibitio eo magis recipienda, & contra ius *ciuile* & *canonicum* vbique obſeruanda eſt, ſi, quod nouiter Dn. GRIEBNER. *de inceſt. cum nouercæ matre nupt. §. 8. ſeqq.* adſtruere aniſus eſt, has nuptias damnauit *ius diuinum poſitiuum vniuerſale*, quippe quod etiam chriſtianos indubie obligat. Argumentum ducit a nuptiis *compriuignorum Leu. XVIII. n.* a Deo prohibitis reprobatisque, atque inde infert: *ii, qui compriuignorum nuptias eſſe illicitas concedunt, hanc quoque coniunctionem non poſſunt non improbare.* Eſt hæc propoſitio *hypothetica*, vt, poſito vno, poni poſſit alterum; quin etiam præterea inde forſan inferri poſſet, nec *nouercæ ſororem* duci poſſe, nec

An iure diuino?

Rationes dubitandi,

Digitized by Google

inter *coniugum parentes* permiſſa eſſe connubia; quid quod, qui Karæos audiunt, facile repudiaturi ſint connubia duorum fratrum cum duabus ſororibus, id quod horum philoſophia oſtendit, explicata a SELDENO *lib. I. de vxor. Hebr. c. 4.* Ita vero hodie, ſi veræ ſunt traditiones Karaiticæ, plura ineuntur inceſtuoſa matrimonia, quæ tamen non damnantur a *legibus eccleſiaſticis.* Neque enim *compriuignorum* nuptias leges eccleſiaſticæ vllibi damnant, nec vt eas damnent, ſat cauſæ habere videntur. Qui prouocant ad diſpoſitionem iuris diuini *Lev. XVIII, 11.* adductam, pro certo aliquid aſſumunt, quod æque facile negari poteſt, quo aſſeritur. Nunquam fuiſſe interdicta matrimonia liberorum ex diverſis parentibus natorum, ad hunc textum obſeruat CLERICVS, vir doctiſſimus: obſeruant quoque alii, qui *de conſanguinea* textum interpretantur ſit commode. Qui cum illuſtri BERGERO *de compriuign. matrim.* aliisque *in cit. v. 11.* nuptias *compriuignorum* indigitatas cenſent, textum quodammodo mutant, vt eum ad ſententiam ſuam accommodent, quod periculoſum admodum eſt. Neque enim quidam verba hæc: *quæ eſt nata ex patre tuo* (quæ ONKELOS habet) textui conuenire credunt, ſed loco eorum ſubſtituenda, *quæ peperit patri ſuo*, vt ſubintelligi debeat caſus, ſi ex communibus parentibus liberi nati ſunt. Hoc ſuppoſito, non *abſolute* iungi ptohibentur compriuigni, ſed poſita conditione adducta, & ita ex *fratris vel ſororis agnatione* repetenda foret prohibitio. Hæc ſi deſit, matrimonium permiſſum cenſeri debet. Id vero minime admiſſuri ſunt, qui cum SELDENO *cit. l. in f.* aſſerunt, dictum *verſ. 11.* ita verti poſſe: *turpitudinem filiæ vxoris patris tui (quæ autem ex patre tuo nata eſt, ſoror tua eſt) non reuelabis*, quaſi in parentheſi, quod de *germana* antea dictum, adiectum eſſe videatur. Hæc verſio ſi recipitur, compriuigni ſimpliciter a nuptiis remouendi. Ita vero liquet, textum hunc in triplicem diuerſum trahi ſenſum, vt intelligendus ſit, vel (1) ſecundum vulgatam *de ſorore conſanguinea:* vel (2) de compriuignis *ſecundum quid*, ſcilicet nato communi fratre: vel (3) *ſimpliciter* de compriuignis. Sed ſi inter ſe hæ comparantur interpretationes, prima eſt *ſimplicior*, magisque naturalis; reliquæ magis coactæ & obſtruſæ, imprimis illa, quam SELDENVS adfert, ponendo parentheſin admodum incommodam & alienam, quæque vtplurimum obſcuritatum fons & origo eſt. Neque adeo mirandum eſt, SELDENVM hac delectatum fuiſſe interpretatione, quippe qui omnia ſua ſcripta infinitis parentheſibus obſcurauit, & ſic facile adduci potuit, vt methodum,

huius ſententiæ fundamentum lubricum oſtenditur,

quod ſcil. compriuignis interdictæ nuptiæ,

ſed textus Leuit. XVIII, 11. in varium trahitur ſenſum,

& a Seldeno obſcuriſſime explicatur.

Digitized by Google

lum, quæ ipſi in deliciis erat, ad SS. literarum interpretationem adfer-
:et, qua tamen verus ſenſus facile inuerti poteſt. Neque vlla ratio ex-
:ogitari poteſt, quæ neceſſitatem vel vtilitatem huius parentheſeos do-
:eat, cum non neceſſe fuerit, ſororis germanæ, ex patre hatæ, men-
ionem facere, ſi de *compriuignis* textus primario loqueretur. Reliqui,
qui *agnationem fratris communis* in textu ſupponunt, vt conditionem
ine qua non, magis ingenioſi ſunt, ſed nondum ſatis euidenter oſten-
derunt, loco *moledeth* eſſe legendum *muledeth*, h. e. loco: *nata ex*
patre tuo, legendum eſſe: *quæ peperit patri tuo.* Neque ſufficiens
:atio adduci poteſt, quare hoc caſu ſolum matrimonium prohibitum
:ſſe debeat, deficiente vero prole communi admittendum. Accedunt
ilia difficultates, quæ hanc interpretationem premunt, ab aliis iam
notatæ. Quid enim ſi contracto inter compriuignos matrimonio, poſt-
:a communis frater naſcatur, an tunc matrimonium, b. f. inter com-
priuignos initum, erit inceſtuoſum? Neque obſtat, iam tum de ma-
rimonio cum fratribus vel ſororibus haud ineundo *verſ. 9.* fuiſſe actum
x quidem in genere, vt nec *ſpuriam* nec *legitimam*, nec *bilateralem*
nec *vnilateralem* vxorem ducere liceat; etenim, vt ſpeciatim, de *con-*
ſanguinea non ducenda legem diceret Deus, vel ex hac ratione factum
:ſſe potuit, quod quædam gentes hoc admitterent coniugium, & tan-
um cum *vterina* prohiberent, obſeruante CLERICO ad *cit. l.* Er-
go neceſſe videbatur ſpeciatim, de *conſanguinea* non ducenda edicere,
:t nullum amplius ſupereſſet dubium, & ſpeciatim interdiceretur, quod
nter gentes permiſſum erat. Illuſtrari id poteſt ex coniugio ABRA-
HAMI cum Sara; affirmat enim *Geneſ. XX, 12. vere illam ſororem*
:ius fuiſſe, filiamque patris, non matris ſuæ; quo indigitare voluit,
non cum illa, ſed cum hac tantum damnatas, *more gentium* & maxi-
ne Phœnicium, iniri nuptias, quod illuſtrant CLERICVS & GRO-
TIVS *ad cit. c. 20.* Ne ergo poſteri ABRAHAMI exemplum eius
n conſequentiam traherent, & id ſibi quoque non interdictum eſſe pu-
:arent, quod illi permiſſum fuit, lege ſpeciali hoc matrimonium inter-
licendum erat. Quamdiu ergo nulla neceſſitas vrget, vt *verſ. 11. cit.* de
:ompriuignorum nuptiis intelligamus, tam diu aſſeri nequit, *iure diuino*
nuptias cum *nouercæ matre* eſſe interdictas. Hoc alioquin facile admit-
:o, poſito vno, facile poni poſſe alterum, h. e. ſi non licet nouercæ *fi-*
liam ducere; ergo nec nouercæ *matrem.* Sine dubio vero Deus ex-
preſſiſſet quoque poſteriorem caſum, ſi priorem determinaſſet, quod

nec felicius ab aliis de agnatione fratris communis,

quin potius commode accipi poteſt de conſanguinea ſorore,

ergo nulla prohibitio cum nouercæ matre inde erui poteſt.

nec

nec probabile eſt, nec cum antiquitatibus hiſtoricis cohæret, cum quibus magis concordat interpretatio, quæ de *conſanguinea* non ducenda accipit legem.

Genera affinitatis tria.

§. XXXIII. Vidimus *adfinitatis* fundamentum: modo *genera* eiusdem adferamus. Tria vulgo ſolent conſtitui genera adfinitatis: *primum*, quod inter vxorem & mariti conſanguineos, & vice verſa, contrahitur: *ſecundum*, quod inter vxorem & mariti affines primi generis, & denique *tertium*, quod inter vxorem & mariti adfines ſecundi generis & vice verſa contrahitur. Sic duorum conſobrinorum coniuges inter ſe ſunt in *ſecundo genere* adfinitatis, *c. 22. C. 35. qu. 2. & 3.* h. e. vxor adfinis eſt in ſecundo genere ſoceri fratris filiæ marito, quippe qui marito eius eſt adfinis in primo genere affinitatis. Pariter fratris & ſororis coniuges in hoc genere adfines ſunt, h. e. vxor affinis eſt in ſecundo genere mariti ſui ſororis marito, quippe qui marito ſuo in primo genere adfinis erat. Denique vxor mariti ſui fratris vxoris ſecundo marito eſt in tertio genere adfinitatis iunctus, quippe qui marito ſuo affinis erat in ſecundo genere. Secundi generis affinitatem ſi non ſecundum verba, re ipſa tamen PAPINIANVS memorat in *l. 15. d. R. N.* &, *vxorem quandam*, ait, *priuigni coniungi matrimonio vitrici non oportet, nec in matrimonium conuenire nouercam eius, qui priuignæ maritus fuit.* Hos enim ſecundo adfinitatis genere inter ſe iunctos eſſe, palam eſt; quare nec generi mei viduam, quæ in locum filiæ meæ defunctæ ſucceſſit, ducere fas eſt, nec ſoceri mei ſecundam vxorem, h. e. vxoris defunctæ novercam, nec denique vitrici relictam viduam. BROVWER. *lib. II. de iur. connub. c. 15. n. 4.* Vlterius autem iure ciuili haud extenſam eſſe ad collaterales prohibitionem, recte obſeruat GOTHOFREDVS *ad cit. l.* Ius canonium latius proceſſit, & collaterales quoque in *ſecundo* & *tertio* genere in certis gradibus, quos tamen non tuto determinare audent Canoniſtæ, a nuptiis arcuit, quod vel INNOCENTIVS III. *in c. 8. h. t.* indicat. Quia vero ambiguum erat, quousque ſecundum tertiumque genus adfinitatis extendendum eſſet, conſultius INNOCENTIVS III. eſſe cenſuit, omnem in *ſecundo* & *tertio* genere adfinitatis tollere prohibitionem in *cit. c. 8.* vt ne quidem illa, quæ ex *cit. l. 15.* adducta eſt, exciperetur, quod alii reprobant. *Non enim permittit honeſtatis ratio, vt ei ſeſe ſubmittat mulier, quem aliquando filium dixit, vt ſibi ſubiiciat vir, quam olim filiæ honorauit nomine*, vt verba BROVWERI *cit. l.* mea faciam. Hac de cauſa factum eſſe reor, vt fora proteſtantium eccleſia-

Secundum genus etiam iure ciuili certo modo prohibitum,

ſi aſcendentium reſpectus adeſt.

Iure canonico noniori non item,

quod excuſari vix poteſt,

Digitized by Google

eſiaſtica magis ad *iuris ciuilis* placita ſeſe compoſuerint, nuptiasque im iis interdixerint, qui ſunt quaſi in *linea recta* conſtituti in ſecundo :nere adſinitatis, quos antea enumeraui, id quod *boneſtas* ſuadet, *lex uilis* iubet, & *ſanctionibus* diuerſorum locorum approbatum eſt, imrimis *Saxonicis*, vid. CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 101. n. 20 rgentoratenſi p. 391. Guelpherbytana*, *Magdeburgica* &c.

vnde proteſtantes ſequuntur ius ciuile.

§. XXXIV. Interim ſi de *iuris diuini* prohibitione quæſtio moueir, vix eſt, vt eam ex ſacris eruere queamus, quamuis quidam hic dua corraſerint relata in B. SPENERI *vol. vlt. conſ. Theol. Germau. P. 2. Ct. 8. c. 4. p. 173.* Ipſe vir beatus in contrariam rectius iuit ſententiam *l. p. 170. ſeqq.* in caſu, quo de nuptiis priuignæ cum nouercæ ſuæ alro marito ineundis agebatur. Ait, iure diuino nuptias eſſe damnatas im vitrico, eum damen dici, der meine leibliche Mutter hat, die mich on einem andern gezeuget. So bald man dieſen Verſtand über ero natürlichen Deutung ausdehnet, läßt ſich nichts daraus zum Verbot der Ehe ſchlieſſen. Addit, in iure Moſaico non reperiri exmplum affinitatis prohibitæ, quam in *primo genere*: ſecundi generis finitatem eſſe impropriam: tantum prohibiberi *Leuit. XVIII, 8.* cum noerca, mit des Vaters Weib. Da muß nun, ſubiungit, derjenige ahrhaftig mein Vater ſeyn, deſſen Wittwe mir verboten wird; nicht ber ein anderer, der durch eine Heurath nur einiger maſſen in eine ewiſſe Schwägerſchaft gerathen iſt. Ad dubium *de reſpectu parenm & liberorum* regerit: die Regul: inter eas perſonas, quæ ſunt ſibi uicem loco *parentum*, nuptiæ ſunt prohibitæ, iſt falſch, wo ſie extenret wird über natürliche Bedeutung der Worte, ſonſten müſten uch Vormünder nicht Macht haben, nach göttlichem Geſetze, eine Pflegling zu heurathen, da ſie beyderſeits loco parentum & liberorum nd: item keiner, der aus Barmhertzigkeit ein armes Kind erzogen nd Vaters ſtelle an ihm vertreten hätte; ja kein Haus-Vater dürfe ſeine Magd heurathen, indem zwiſchen allen ein reſpectus parentum nd liberorum iſt, welches aber ungereimt. Interim tamen has nupas, vtut *iure diuino* haud damnatas, non probat, ſed potius diſſuaet, rectèque docet, in plerisque *ordinationibus eccleſiaſticis* eas expres vetitas eſſe. Vtrumque Facultas noſtra iuridica etiam aſſeruit docu que in reſponſo M. Iun. 1723. concepto & hic ſubiecto:

De iure diuino tamen nulla deprehenditur prohibitio in ſecundo affinitatis genere-

Idem illuſtratur reſponſo. Facti Species

Hat Titus zuerſt Caiam geheurathet, aus welcher Ehe Seia gehoren, und an Liuium verheurathet, aber auch bald verſtorben iſt,

Digitized by Google

nach welcher ihre Mutter Caia gleichfalls mit Tode abgegangen, und Titius Liuiam wieder geheurathet, nach deren unbeerbten Tode, er Semproniam zur Ehe genommen, und endlich ohne Kinder verstorben ist. Will nun Lucius ietzt'gedachte nachgelassene Witwe die Semproniam, so seine Stief-Schwieger-Mutter ist, zur Ehe nehmen und dabey belehret seyn:

1) Ob iemand seiner verstorbenen Frauen Stief-Mutter nach göttl. und natürl. Rechten heurathen könne.
2) Ob zuvor eine Hohe Obrigkeitliche Dispensation nothwendig erfordert werde oder nicht?

Quæstio I. So viel nun die erste Frage betrift, ob wol eines theils nach der gesunden Vernunft bey denen Verheurathungen vornemlich auf dasjenige, quod honestum est, gesehen werden muß, und dann die nuptiæ in linea recta so wol in consanguinitate als affinitate bey allen Völckern iederzeit reprobiret worden, welches auch auf das secundum genus affinitatis, so in casu proposito anzutreffen, gezogen werden möchte, angesehen aus eben dem respectu, da einer seine Schwieger-Mutter nicht heurathen darf, er auch seine Stief-Schwieger-Mutter zur Ehe zu nehmen Bedencken tragen muß, andern theils auch in iure diuino solches verboten zu seyn scheinet, als nach welchem die Stief-Mutter zu heurathen verboten,

Lev. XVIII, 8.

welches auch auf die Stief-Schwieger-Mutter zu ziehen seyn möchte, als welche gleichsam als eine Stief-Mutter anzusehen, nachdem Ehe-Leute unter sich vnam carnem constituiren, und wie die verstorbene Frau in solchen Grad nach göttl. Rechten nicht heurahen dürfen, also auch es das Ansehen gewinnen will, daß ihr nachgelassener Mann in eben denselben Grad sich nicht verheurathen könne, dahero denn unterschiedliche Theologi und ICti solche Ehe nach dem göttl. Rechte als unzuläßig angesehen, und solche ernstlich wiederrathen.

CARPZ. *lib. 2. iurispr. conf. def. 101.*
BERGER. *in supplem. ad elect. prou. matrim. p. 115. sqq.* ibique allegati in responso Dd.

Zumal wenn man die Regul feste setzet, daß nicht allein in göttlichen Rechten die personæ expresse relatæ, sondern auch diejenigen mit unter dem Verboth verstanden werden, unter welchen idem vel similis respe-

Digitized by Google

:ſpectus iſt, wie alhier zu befinden, da obwol Lucius mit der Sempronia
ı ſecundo affinitatis genere verſchwiegert iſt, dennoch der reſpectus pa-
:ntum & liberorum nicht aufhöret.

Weil aber dennoch nach den natürlichen Rechten kein gewiſſes
ındamentum, wie weit die Ehe als verboten zu halten, abſonderlich
ıter affines, auszufinden, ſondern ſolche prohibitiones ex iure poſiti-
:o hergenommen werden müſſen, und was einige von der imperfe-
ktione iuris naturæ in dieſer Materie daraus anführen, daß GOtt ſol-
ches ſelber angezeiget, und denen Kindern Iſrael geboten, daß ſie nicht
ıach den Wercken des Landes Egypten und Canaan thun ſolten,

Leuit. XVIII, 2.

ınd daß ſich an allen ſolchen verbothenen gradibus die Heyden ver-
ündiget haben,

Leuit. XVIII, 24.

ınd ferner daraus ſchlieſſen wollen, als wenn nach dem Rechte der
Natur ſolche gradus verboten geweſen, welches aber die verdorbene
Vernunft der Heyden nicht erkennen mögen, und dahero GOtt ſol-
ches Gebot expreſſe erklären und der verdunckelten Vernunft zu Hül-
fe kommen müſſen; dennoch dieſe argumenta, und die daraus genom-
mene Schlüſſe keinen richtigen Grund haben, da GOtt in genere
nur anzeiget, daß ſich die Iſraeliten von der Weiſe der Aegypter
und Cananiter abſondern, und eine beſſere Ordnung, die ihnen GOtt
vorgeſchrieben, in den Ehen beobachten ſollen, welche aber ante le-
gem poſitiuam nicht erkannt werden mögen, welches die Exempel
Abrahams und Jacob zur Gnüge anzeigen, und ſo viel das geoffen-
barte göttliche Geſetze betrifft, kein Ort anzuzeigen; daß das ſecun-
dum genus affinitatis in demſelben verboten ſey, als welches das ius
canonicum hauptſächlich eingeführet, und was von dem Verbot der
Ehe mit der Stief-Mutter angeführet wird, keinen nothwendigen
Schluß auf das Verbot der Ehe mit der Stief-Schwieger Mutter
machet, weil man a primo genere affinitatis ad ſecundum nicht argu-
mentiren kan, da man ſonſten auch ſeiner Frauen Brudern Frau
nicht heurathen dürfte, indem die verſtorbene Frau in dem gradu nicht
heurathen kan, welches doch alle Rechte zulaſſen, und alſo das ar-
gumentum ab vnitate carnis deſumtum bloß auf die Conſanguinität und
primum affinitatis genus zu reſtringiren iſt, endlich der reſpectus paren-
tum & liberorum an und vor ſich ſelbſten nicht in conſideration kom-

met, wann ſonſten keine prohibition anzutreffen, weil ſonſten auch ſeiner Stief-Mutter Mutter oder Vater zu heurathen verbothen ſeyn würde, welches doch nicht zu befinden, ſondern allein dieſer regard in primo affinitatis genere zu obſeruiren iſt,

BRVNNEM. *in iure eccl. lib. 2. c. 16. ibique* STRYK. *in not. §. 23.*
BROVWER. *de iur. connub. lib. 2. c. 15. n. 5.*
BRVCKNER. *in deciſ. matrim. c. 5. p. 272.*

dahero auch ſo gar der Pabſt INNOCENTIVS III. die antiquas prohibitiones in ſecundo & tertio genere affinitatis wieder caßiret, und die Heurathen darin libere zugelaſſen,

c. 8. de conſ. & affinit.

So halten wir davor, daß die Ehe mit ſeiner Stief-Schwieger-Mutter weder in natürlichen noch göttlichen Geſetzen verboten ſey.

Quæſt. II. So viel die andere Frage betrift, möchte zwar eingewandt werden, daß ſecundum ius canonicum recentius dieſe Ehe nicht verboten,

c. 8. X. de conſ. & affin.

und alſo um deſtoweniger unter denen Proteſtanten als verbothen zu achten, als bekannt iſt, daß die Proteſtanten nicht einſten ſo weit als die Pontifices die Ehe verbiethen, welches abſonderlich hier in conſideration zu ziehen ſeyn möchte, da Lucii Ehe-Frau Seja ſchon verſtorben geweſen, als ſein Schwieger-Vater die andere und dritte Frau, die Semproniam geheurather, und durch der Seja Tod die Affinität aufgehoben worden,

§. 6. & 7. I. de nupt.

Weil aber dennoch dieſe Ehe ſelbſten bey denen Römern verbothen geweſen,

L. 15. de Rit. nupt.

und ob wol INNOCENTIVS III. in ſecundo genere affinitatis das Verboth wieder aufgehoben, dennoch dagegen bekant iſt, daß in prohibitione graduum matrimonialium die Proteſtanten nach dem iure canonico ſich nicht ſchlechterdings richten, vielmehr in denen Kirchen-Ordnungen faſt durchgehends dabey geblieben ſind, daß in ſecundo genere affinitatis die Ehen alsdann, wenn dergleichen reſpectus vorkommen, verbothen zu achten, und ohne vorhergehende diſpenſation ſolche nicht zuzulaſſen, auch der angeführte Umſtand, daß Titius nach ſeiner

Digitized by Google

er Tochter Tode erſt die Semproniam geheurathet, nichts operi- en mag, da proprie loquendo das vinculum affinitatis per mortem xo[illegible]icht aufhöret, weil ſonſten gar kein Verboth in affinitate yn würde.

So mag ohne vorhergehende Diſpenſation dieſe Ehe nicht vollzogen werden.

§. XXXV. In *linea collaterali* vtplurimum *ſecundum genus* adfinitatis aud attenditur, quod nec *iure ciuili* vllum nuptiis poſuit impedimen- um, nec *iure canonico* agnoſcitur per *c. §. X. h. t.* Fingere impedimen- um, vbi nullum deprehenditur ceſſante lege, non eſt ICti, qui *legibus* lligatus eſt, non *cerebrinis ratiuncutis*, hinc inde compilatis. Abſtraho ic ab omni *lege prouinciali*, qua exiſtente, acquieſco. Sic *iure Guel- berbytano* non poteſt maritus vxoris defunctæ fratris viduam ducere, nec xor defuncti mariti ſororis viduo nubere. vid. *ord. eccleſ. renov. p. III.* loc poſito, nec maritus poteſt vxoris defunctæ patrui viduam ducere, uæ vxori defunctæ *matris* loco fuiſſe videtur. Standum huiusmodi *le- ibus prohibitiuis*, vbi adſunt. His vero deficientibus, impedimentum n adductis gradibus ſtatuere temerarium eſt. Ita tamen cenſuit CARPZ. *it. l. def. 102.* atque exiſtimauit, non eſſe permittendas nuptias *cum con- ugis defunctæ fratris vidua*, vtut nullam *legem Saxonicam* adducere po- uit. Rationes eius vix *ſuaſoriæ*, haud *iuſtificæ* ſunt. Ait (1) inſolens eſſe, eas perſonas, quorum liberi contrahere inter ſe non poſſunt ma- rimonium, nuptias inter ſe velle conciliare. Equidem certum eſt, ho- um liberos eſſe conſobrinos, quos hodie a nuptiis arcemus: eorum pa- entes tamen admittere haud inſolens eſt: illi inter ſe ſunt conſanguinei; on item eorum parentes, qui tantum adfinitate iuncti ſunt in *ſecundo enere* nullibi prohibito. Si diuerſus reſpectus eſt *parentum & libero- um*, diuerſa quoque ſanctio iuris deſideratur. Cum *nouercæ matre* pro- ibitum non eſſe matrimonium dixi ſupra: illud tamen contrahi nequit um *priuignæ*, *filia* vel *nepte*, *l. 40. d. R. nupt.* quia diuerſa ratio adeſt. Vice verſa *liberi* quandoque veluti *ſobrini* admittuntur, quorum *paren- es* admitti non potuerunt. Addit (2) ſi non eſt permiſſum matrimo- ium cum *vxoris defunctæ fratris filia*, ergo nec cum *matre*. Admit- o hoc, ſi eadem eſt *ratio* idemque *reſpectus*; nego vero conſequen- iam, ſi diuerſus eſt *reſpectus* & diuerſa *ratio*. Prædicta filia eſt mihi dfinis in *primo genere adfinitatis*; ſed mater *in ſecundo*. Si CARPZOVII

Secundum genus non attenditur, ſi reſpectus eſt collateralium.

Nec contrarium euincunt rationes Carpzovianæ.

Digitized by Google

argumento vis ineſſet, quod tertio loco adfert *de vnitate carnis*, nec conſobrinorum coniuges iungi poſſent, ſicuti ipſi *conſobrini* arcentur. Deniqùe quod quarto loco addit *de nominum confuſione* parum [illegible], quæ, lege deficiente, nullum impedimentum nuptiis conſtituit. Quid ergo dicendum de nuptiis cum defunctæ vxoris patrui vidua? Horum liberi ſunt in *ſecundo & tertio* gradu lineæ collateralis, nec inire nuptias queunt inter ſe. Si ergo CARPZOVII argumento robur adeſſet, vt quorum *liberi* non poſſunt nuptiis copulari, eorum *parentes* quoque admitti haud debeant, prohibitio plana foret. Eo vero deſtructo, prohibitionem ceſſare arbitror, *ſi lege prouinciali* deſtituimur. Conf. BRVNNEMANN. *lib. II. c. 16. iur. eccleſ. §. 23.* LAVTERBACH. *de iure affinium diſſ. II. P. 2. §. 28. ſeq.* CARPZ. *P. IV. C. 24. def. II.* Denique in *tertio genere* affinitatis haud prohiberi nuptias, recte CARPZ. *cit. l. f. 103.* ait, quamuis rurſus *n. 8.* cenſeat, honeſtius abſtineri a nuptiis, ſi adeſt reſpectus *aſcendentium & deſcendentium.* Cape exemplum. Titius vult in vxorem ducere nouercæ ſecundi mariti relictam viduam. Hæc videtur inſtar *nouercæ* meæ eſſe; ſed *videtur*, non eſt Vtrum *honeſtius* ab his nuptiis abſtineatur, non quæritur, ſed an hæ prohibitæ ſint Honeſtius etiam abſtinetur a copula cum nutrice; ſed an tale matrimonium vlla lege prohibitum eſt? Hac de cauſa de caſu adducto *in genere tertio* adfinitatis ante aliquot annos facultas noſtra iuridica conſulta, reſpondit, matrimonio nullum reſiſtere obſtaculum.

in tertio genere nulla eſt prohibitio.

Gradus in affinitate æſtimantur ex coniuge,

§. XXXVI. Sed nondum euici, quousque in *primo affinitatis* genere nuptiæ ſint prohibitæ. Gradus eius nullos eſſe, aſſerit MODESTINVS *in l. 4. §. 5. de grad. & affinit.* quod quoad *ſucceſſionem* indubium eſt, cuius non ſunt participes affines, ergo nec graduum vlla habetur ratio. Habetur autem quoad coniunctionem carnis, ita vt *gradus* ex *perſona coniugis* æſtimari debeant. Sunt coniuges vna caro, vnumque corpus conſtituunt, adeoque eodem gradu vxor mariti conſanguineis eſt iuncta affinitate, quo eis maritus iunctus fuit conſanguinitate, & vice verſa. Atque hæc vulgatiſſima ſunt, etiam *in c. 12. ſeqq. C. 35. qu. 2. & 3.* agnitâ. Inde in *adfinitate* eundem gradum obſeruandum eſſe leges iubent, quem *in conſanguinitate* obſeruandum duxerunt, *c. 8. X. h. t.* quod fora proteſtantium plerumque ſequuntur. Ab hac regula tamen receſſit (1) *ordin. eccleſ. Argentorat. p. 397.* prohibens matrimonium inter eos, qui ſunt inter ſe *in ſecundo & tertio* gradu lineæ collateralis,

& prohibitio ad eundem gradum ſe extendit, qui conſanguineos arcet.

ſed,

Digitized by Google

ſed in *adfinitate* eosdem admittens expreſſe: ibi: daß nunmehro die Vermählung im drittem Grad in gleicher und ungleicher Linie unverboten, ſondern frey und zugelaſſen ſeyn ſoll. (II) Pariter patres Tridentini retrahenda vela eſſe putarunt in *adfinitate* ex *ſtupro* contracta, vt tantum intra *primum* & *ſecundum gradum* ſubſiſteret prohibitio. *concil. Trid. ſeſſ. XXIV. de matrim. c. 4.* Sapienter hoc conſtitutum cenſeo, cum talis adfinitas publice non adeo nota ſit, adeoque ſcandali metus deſit. In *legibus eccleſiaſticis proteſtantium* nullam exceptionem deprehendo, quamuis vt prohibitio retraheretur, conſultius foret. Proinde etiam in *ſecundo gradu* lineæ inæqualis adfinitatis illegitimæ prohiberi nuptias aſſerit LAVTERBACH. *cit. §. 31.* ſed de aliis nihil addit, quod indicium præbet, parum vel nihil dubii a ICtis proteſtantibus ſuper gradibus inter hos adfines motum fuiſſe. Nam etiam CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 97.* in regula ſubſiſtit, eandem prohibitionem in *illegitima* obtinere, quæ *legitimæ* præſcripta eſt, in qua, deficientibus diuerſis iurium diſpoſitionibus, ſubſiſtendum credo.

a qua regula abeunt Tridentini in illegitima,

An etiam proteſtantes?

(IV.)
DE ADFINITATE SVPERVENIENTE.

§. XXXVII. Atque hæc quidem ſpectant ad *adfinitatem*, quæ ſponſalia & matrimonium contrahendum *antecedit.* Datur etiam *ſuperueniens*, quæ contractis ſponſalibus vel matrimonio ſuperuenit, vt quis ſponſæ ſuæ vel vxori adfinis fiat, cui ante nulla *adfinitate* iungebatur. Atque de hac ſpecie non tantum agitur in *c. 2. X. h. t.* ſed primario in *tit. præced. de eo qui cognouit conſanguineum vxoris ſuæ vel ſponſæ*, cuius tradita modo explicabo. Superuenit autem adfinitas vel *ſponſalibus* tantum initis vel *coniugio* iam conſummato. Priori caſu impedit futurum matrimonium, quia adhuc res integra eſt, quatenus nuda ſponſalia contracta fuerunt, *c. 2. 7. 8. X. tit. præced.* & quidem in iisdem gradibus, in quibus aliis ob adfinitatem matrimonium eſt interdictum. Hoc tamen per *Concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform matrim. c. 4.* ad *primam* & *ſecundum* gradum reſtrictum eſſe, iam *§. 24.* obſeruaui, quia *illegitima* adfinitas hic ſemper præſupponi debet. Hinc ſi quis contractis ſponſalibus ſponſæ ſororem carnaliter agnoſceret, ſponſam derelinquere deberet: *c. 7. X. tit. præced.* quod in tali quoque caſu dicendum, ſi quis cum duabus ſororibus ſtuprum commiſiſſet, quorum poſtremum eſſet

De affinitate ſuperueniente

& quidem (1) poſt ſponſalia, quæ dirimit,

Digitized by Google

de concubitu cum duabus ſororibus,

eſſet neceſſario inceſtuoſum, vt neutram ducere queat. Sed quid ſi iam ante cum ſponſa concubuiſſet, vel poſtea ignorante tamen ſponſa concubitum? De priori caſu clara eſt deciſio in *c. vlt. X. tit. præced.* quod ſcilicet matrimonium ad inſtantiam ſponſæ imprægnatæ non ſit impediendum, ſi induci non poſſit, vt *perpetuam* voueat *continentiam*, quoniam per *copulam carnalem* ſponſalia tranſierunt in *præſumtum matrimonium;* iam autem ſuperueniens affinitas haud reſcindit matrimonium antea contractum, id quod noſtra conſiſtoria quoque ſequuntur, tum quod res non amplius ſit integra: tum etiam vt innocenti ſponſæ, quæ ſpe inſtantis matrimonii adducta ſponſum admiſit, parcatur, quæ iure ſuo præter meritum priuaretur facto ſponſi iniquo. Poſteriori caſu aliud decidendum videtur ob *c. 8. X. tit. præced.* vbi ſeparatio propterea decernitur, licet peculiaris hæc circumſtantia quoque ibi occurrat, quod ſponſa haud ignara fuerit, ſponſum iam ante ſe commiſcuiſſe cum matre eius. Propter hanc circumſtantiam etiam ſponſæ cœlibatus iniungitur in verbis: *mulier alteri viro non nubat, ſi poſtquam nouit viri & matris delictum, ei non erubuit commiſceri.* Verum licet in caſu adducto in *bona fide* ſponſa fuerit, ob *antecedens* tamen *vitium* & impedimentum conſummari haud potuit matrimonium ex copula carnali ſubſecuta, quin potius ſponſalia antea inita ſtatim *ipſo iure* infirmata & ſoluta ſunt. Quo circa per ſubſequentem copulam carnalem non potuerunt tranſire in matrimonium. Neque hanc diuerſitatem tollunt verba *c. 2. tit. præced.* finalia: *Ceterum ſi ſponſam cognouerit, antequam matrem, vel poſt, nunquam eam vel aliam in vxorem poteſt accipere;* hæc enim commode ita intelligi poſſunt, vt nunquam *eam* i. e. matrem ſponſæ poſſit vxorem accipere, vel *aliam*, ſi ſcil. ſponſa ante matrem agnita ipſum nolit recipere in maritum; nam hoc caſu ei ob perpetuam pœnitentiam cœlibatus reſiſtit. Aliter ſed valde improbabiliter hoc explicat CANISIVS *ad c. 2. cit.* & EX EO LINCKIVS *ad præced. tit. §. 2.*

quid ſi prius ſponſæ ſororem & poſt ſponſam agnoſcat

De praxi inter proteſtantes ex mente Carpzouii.

§. XXXVIII. Sed quid hoc caſu in terris proteſtantium iuris ſit quæritur? Format quæſtionem hanc CARPZOV. *lib II. iur. eccl. def. 83.* hoc modo; ſi ſponſalia publice contracta in gradu prohibito, & copula etiam acceſſit carnalis, an ſubſiſtant? id quod affirmat, quia pro *matrimonio* iam *inchoato* habentur, & quoad effectum conſortii ac indiſſolubilitatis nulla fere inter *matrimonium* & *ſponſalia* videtur eſſe differentia, adeoque putat ea non eſſe reſcindenda, ſi vel maxime concubitus non acceſſerit. Idem repetit *def. 99. n. 3.* addita tamen hac limitatione, vt

Digitized by Google

vt emigrare & alibi matrimonium consummare cogantur. Hæc si vera sunt, eadem decisio multo magis obtinebit, si impedimentum *affinitatis* demum superuenerit. Verum hæc paulo generalior decisio genuinis haud nititur fundamentis. Si contracta sponsalia in gradu prohibito, vel etiam si impedimentum postea superuenit, ob quod sponsalia ægre consummari queunt, distinguendum esse puto, vtrum gradus sit *dispensabilis*, nec ne? Priori casu, præsertim in *superueniente* impedimento, necessario *dispensatio* est petenda, qua facilius hoc in casu indulgebitur parti innocenti, ne alter per fraudem suam ius alterius intervertat vel vt dicitur in *c. 6. tit. præc. in f.*, *ne iure suo sine sua culpa privetur*. Hoc eo magis dicendum videtur, si res adhuc sit integra. Nam cum nostrates non negent, per *illicitam copulam* quoque impedimentum matrimoniis conciliari, hoc aliter tolli non potest, quam mediante principis dispensatione Secus vero posteriori esset dicendum, vt si quis cum sponsæ matre concubuisset, quod nec CARPZOVIVS diffitetur *lib. 2. iur. eccl. def. 100.* in casu, si res adhuc est integra h. e. vbi cum sponsa sua nondum concubuit. Alias si dispensatio haud esset impetrata, recte impediri & prohiberi matrimonium contrahendum posset, siue impedimentum ante adfuerit, siue post demum superuenerit. Nequo vim aliquam habet CARPZOVII ratiocinatio, quæ fluit ex male formato conceptu sponsalium, quæ, prout in nostris vsitata sunt ecclesiis, male æquiparantur cum iis, quæ de iure Canonico *de præsenti* dicuntur.

cum epicrisi,

& subiecta distinctione.

§. XXXIX. Hactenus de *nudis sponsalibus*, quæ facilius dissolui possunt. Sed quid dicendum de *matrimonio* contracto? Ibi duo casus separantur in iure Canonico. Primus est, si paulo ante matrimonium affinitas per illicitum concubitum nata, & deinde nihilominus cum sponsa matrimonium contractum, qualis casus est in *c. veniens 9. X. tit. præced.* vbi quis cum sponsæ sorore se aliquoties commiscuerat, & postea cum sponsa sua matrimonium consummauerat. Suadet hoc casu pontifex, inducendum esse maritum, *vt ab vtraque abstineat*. Vtrum vero hæc verba *separationem* inuoluant, non satis constat, cum sola *abstinentia* marito a parte sui iniungatur. Clarior forsan decisio quoad *separationem* peti potest ex *c. 2. T. tit. præced.* vbi distinguit Pontifex, vtrum peccatum esset *occultum*, an *notorium*? Priori casu publice contractum matrimonium haud esse rescindendum censet; bene tamen posteriori, *si scilicet sponsæ nunquam carnaliter adhæsit*. Ergo si iam adhæsit, quod secuto matrimonio suppono, ex sententia Pontificis

2) De affinitate ante matrimonium contracta nuptiis tamen secutis

sententia pontificis.

 potest

poteſt matrimonium ſubſiſtere, quo etiam reſpiciunt *verba finalia* antea explicata. Hæc interpretatio quidem admittenda foret, niſi adhuc clarior eſſet deciſio *in c. 7. X. tit. præced.* vbi ideo ſententia *diuortii* approbatur, quoniam quis ante cum *vxoris ſorore* ſe polluerat, quod etiam confirmat *concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 4.* vbi diſponitur, quod impedimentum propter affinitatem ex fornicatione contractam demum in poſterum *matrimonium poſtea factum* in primo & ſecundo gradu dirimere debeat. Ergo ſine dubio ex iure pontificio dirimendum eſt matrimonium, quando maritus antea cum vxoris ſorore concubuit, & conſequenter liberi ex tali matrimonio nati, pro inceſtuoſis quoad effectus iuris habendi erunt, id quod illuſtratur ſequenti reſponſo *anno 1694. M. Mart.* ab inclyta Facultate Hallenſi concepto, cuius iam mentio facta eſt *in diſſert. prælim. §. 54. ſeqq.* ſimulque rationes vberiores decidendi ſubiectæ:

Die dritte Frage betreffend, iſt an ſich bekant, daß auch ex illicito concubitu eine affinitas impediens matrimonium entſtehe,

C. ex literis 8. X. de eo, qui cogn. conſanguin. vxor.

dahero gantz gewiß, daß wie mit des Weibes Schweſter die Ehe nach göttlichen und weltlichen Rechten ohnzuläßig,

Lenit. XVIII, 18.
§. 6. Inſt. de nupt.

alſo auch mit der Concubinen Schweſter die Heurath ebenfalls verbothen,

c. fraternituti 7. X. de eo qui cogn. conſ.
SANCHEZ. *de matrim. lib. 7. diſp. 65. n. 8.*

und alſo per conſequens ein ſolcher coitus inceſtuoſus & nefarius iſt, oritur enim & ex fornicario concubitu impedimentum de iure naturæ,

HVRTADO *tract. de matrim. diſp. 20. difficult. 2. n. 2.*

Vnde & ex diſpoſitione concilii Tridentini matrimonium tali gradu contractum dirimitur,

concil. Trident. de reform. ſeſſ. 24. c. 4. & ibi
BARBOS. *in collect. n. 5.*

Nun iſt aber offenbaren Rechtens, quod liberi ex inceſtu nati neque patri, neque matri ſuccedant,

Nov. 89. c. 15. auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.

Und

Digitized by Google

lnd ob gleich eine wirckliche Ehe hieſelbſt erfolget, wodurch ſonſten ie vitia præcedentia purgiret werden,

c. Tanta. 6. X. qui fil. ſint leg.

TIRAQVELL. *de nobil. c. 15. n. 21.*

So iſt doch hingegen gewiß, quod legitimatio per ſubſequens matrimonium alibi locum non habeat, quam vbi inter perſonas de iure ſubſiſtere otuit matrimonium

AVGVST. BARBOS. *ad c. Tanta 6. n. 1. X. qui fin. legit. ſint.*

Jam matrimonium ſubſequens de iure prohibitum non poteſt iuris effectum roducere; quod enim in ſe nullum eſt, nullum producit effectum,

l. 4. §. Condemnatum 6. ff. de re iudic.

umahlen dergeſtalt der einmal begangene inceſtus per matrimonium ubſequens nicht gehoben, ſondern vielmehr continuiret wird, cum amen ab vtraque ſorore ſe abſtinere debuiſſet,

C. Veniens 9. X. de eo qui cognou. & ibique PANORMITAN.

t eo grauiora ſunt delicta, quo diutius continuantur,

C. cum haberet 5. in fin. X. de eo, qui dux. in vxor.

C. non ſatis X. de Simonia.

lnd ob gleich einige diſpenſation vorgeſchützet werden möchte, ſo vielleicht ab ipſo ſummo Pontifice in dieſem Fall ertheilet, ſo iſt doch hingegen gewiß, quod contra ius diuinum nulla valeat humana diſpenſatio, ec Pontifex radicem nullitatis talis matrimonii tollere poſſit,

SANCHEZ. *de matrim. lib. 8. diſp. 7. n. 8.*

TAMBVRIN. *theol. moral, lib. 8. c. 3. n. 1.*

IOH. ANDR. *in c. per venerab. n. 20. X. qui fil. ſint legit.*

lnd wenn ja hierin dem Pabſt etwas eingeräumet würde, daß er er modum diſpenſationis dieſe Ehe confirmiren können, iuxta

BARBOS. *ad c. Tanta n. 38. X. qui fil. ſint. legit.*

o würde doch dahin zu ſehen ſeyn, ob auch ſolche legitimatio geſchehen ey quoad prolem ſuſceptam & ſuſcipiendam, welches in matrimonio ineſtuoſo a Pontifice legitimando die Dd. erfordern,

PETR. de MVRGA *tract. de benef. eccleſ. 20. n. 573.*

THOMAS. SANCHEZ. *de matrim. lib. 8. diſp. 7. n. 14.*

Hiernechſt würde zu attendiren ſeyn, ob nicht ſolche diſpenſatio per ſubobreptionem erhalten, indem nicht alle circumſtantiæ inceſtum importantes offenbaret, welches doch allerdings nöthig iſt,

THOMAS. SANCHEZ. *de matrim. lib. 8. diſp. 24. n. 1. ſqq.*

Eo vero modo vitiatur Pontificis reſcriptum ſeu legitimatio,

C. quia circa 6. X. de conſangu. & affin.

TAMBVRIN. *theol. moral. lib. 8. c. 8.*

Und endlich wenn auch cauſa plene cognita, die legitimation a pontifice ertheilet, ſo könte doch ſelbe weiter nicht, als vi diſpenſationis, non vi matrimonii in ſe conſiderati, hiernechſt auch nur quoad admiſſionem ad ſpiritualia, nicht aber quoad temporalia ſeu ſucceſſionem in temporalibus, ſi aliis inde fiat præiudicium, gültig ſeyn,

MVRGA *d. tr. Q. 3. ſubſect. 3. n. 599.*

Non enim cenſetur Pontifex alieno iuri præiudicare voluiſſe in legitimando,

C. per venerabilem 13. X. qui fil. ſint legit.

Und wenn auch gleich der dominus territorii dieſe legitimation ſelbſt mit approbiret hätte, ſo iſt doch bekant, quod hic agatur de ſucceſſione feudi, in quo agnatis ex prima inueſtitura ius quæſitum; iam vero non poteſt Princeps ſuo reſcripto legitimationem ad ſucceſſionem feudalem concedere in præiudicium agnatorum ſine horum conſenſu,

LVDWELL. *de ſucceſſ. feud. c. 2. p. 185.*

STRVV. *ſyntagm. feud. c. 9. th. 3. n. 9 ſeqq.*

HARTM. PISTOR. *lib. 2. qu. 40.*

So halten wir dafür, daß die ſo wol vor als nach der cum ſorore ſororis ſtupratæ vollzogene Ehe erzielte Kinder ad ſucceſſionem nicht zuzulaſſen, ſondern davon gäntzlich zu excludiren, die ergriffene Poſſeſſion hinwiederum zu caßiren, und gedachte Kinder die occupirte Lehn-Güter cum fructibus perceptis & percipiendis zu reſtituiren ſchuldig ſeyn.

Doctrine proteſtantium.

§. XL. Quodſi in *foris proteſtantium* hæc controuerſia mouetur, *in gradibus diſpenſabilibus* matrimonium tale haud præciſe diſſoluendum per ea, quæ tradit B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. ſect. 5. §. 20. ſeq.* Verum ſi contra *prohibitionem diuinam* matrimonium contractum, grauior omnino eſt diſpectio. CARPZ. *lib. 2. I. E. def. 99. n. 4. ſeqq.* ſimpliciter negat, reſciſſioni locum eſſe, ſi vel maxime adfinitas matrimonium præceſſit; ergo hoc multo magis concedet in hoc caſu, vbi impedimentum matrimonii per *illicitam fornicationem* demum ſponſalibus acceſſit, veluti ſi ſponſus matrem ſponſæ polluit, & deinde nihilominus cum ſponſa matrimonium conſummauit. Rationes eius ſunt ſequentes: (1) quod MOYSES ipſe contractum haud diſſoluerit, ſed tantummodo pœnam addidit:

Digitized by Google

it: (2) prouocat ad exempla Iacobi, Abrahamique: (3) *ad ius Canonicum*: (4) multa ab initio facilius impediri, quæ si facta fuerunt, haud rescindantur. Verum grauioribus fundamentis nititur sententia contraria B. STRYKII *de diff. sponsal. sect 5. §. 24. seqq.* Omnes quippe fatentur, tales personas in perpetuo viuere peccato & publico crimine; tanto graviora autem sunt peccata, quanto diutius infelicem animam detinent aligatam *c. f. X. de consuet.* Et cum nullo iure hoc matrimonium subsistere possit, non video, qua ratione sustineri ideo queat, quod semel contractum sit, nisi vim purgandi vitium copulæ sacerdotali adscribere velis. Ad ipsa allata dubia satis superque respondet prælaudatus STRYKIVS. Illud vnicum moneo, ex *iure canonico*, quod CARRZOVIVS credit, neutiquam id probari posse, quod potius in dissoluendis matrimoniis minium est, ceu vel ex verbis *Concilii Tridentini* apparet.

§. XLI. Denique supereſt vltimus casus *de superueniente affinitate* post matrimonium iam contractum; vtpote si maritus cum vxoris sorore vel matre carnaliter se miscuerit. Olim de hoc argumento contentatum fuit, vtrum talis affinitas dissolueret matrimonium? Olim quandoque separationem fuisse decretam, euidens est ex *c. 21. C. 32. q. 7. Qui dormierit cum duabus sororibus, & vna ex illis ante vxor fuerit, eutram ex ipsis habeat, nec ipsi adulteri in coniugio copulentur.* Papa ACHARIAS in *c. 23. ibid.* eandem fouisse videtur sententiam, inquiens: *Concubuisti cum sorore vxoris tuæ? si fecisti, neutram habeas &c.* Sed alii in diuersam iuerunt sententiam, separationem haud admittentes, nisi in casu, si *incestus* fuerit manifestus, teste INNOCENTIO *in c. 6. X. tit. prec.* Ios textus dissentientes, vt Pontifices in consonantiam reducerent, duo imprimis inuenere remedia, quibus & *separatio totalis* quodammodo impediri, & tamen futurus *incestus* præcaueri posset. Scil. voluere, (1) vt coniuges *ad perpetuam continentiam* vouendam sedulo inducerentur; quodsi autem *innocens* ad eam induci haud posset, (2) crediderunt, non esse separandum matrimonium propter ius innocentis: interim, cum nocens in perpetuum *pœnitentiæ* statum coniiciendus esset, ab vsu coniugii tum abstinere debere, vt non posset exigere debitum coniugale, bene tamen exactum reddere teneretur, *c. 11. X. præced. tit.* quo ipso matrimonium fit *claudicans.* Id quod hunc inter eos habebit effectum, vt ob delegatum debitum coniugale nocens agere haud possit. Equidem certum est, in ecclesiis protestantium impedimentum superueniens non dissolue-

(1) De affinitate matrimonium superveniente.

Digitized by Google

re matrimonium, modo pœna gladii id non diſſoluerit, concurrit enim & *adulterium* & *inceſtus*. Interim tamen & in Saxonia pœnam ordinariam ad interceſſionem vxo- is remittendam, & delinquentem vīrgis in carcere caſtigandum, & in perpetuum relegandum eſſe docet CARPZOV. *P. 4. c. 23. def. 3.* & *in prax. crim. P. 2. qu. 73. n. 78. ſeqq.* Quod ſi ergo ob *interceſſionem* & *remiſſionem* innocentis matrimonium continuatur, (quod ex capite adulterii innocens dirimere poterat) æquum quoque eſt, vt poſtea cohabitet vxor marito, ſub qua *conditione* expreſſe fieri debet remiſſio, adeoque in noſtris foris matrimonium haut fit *claudicans*, ſed innocens poſt remiſſionem cogi poteſt ad cohabitationem.

(V.)

DE DISPENSATIONE IN GRADIBVS PROHIBITIS.

De diſpenſatione matrimoniali remiſſiue,

§. XLII. Tam diu autem *in gradibus prohibitis* nuptiæ prohibitæ *iniuſtæ*, & liberi inde nati *illegitimi* ſunt, donec illæ per *diſpenſationem* prohibitiuæ legi exemtæ fuerint. Equidem conceptum & rationem *diſpenſationis* non tantum ex antiquitatibus & rectæ rationis principiis *in diſſert. prælim.* §. *XXIII. ſqq.* fuſius explicui, atque a fecibus errorum liberaui; ſed etiam, quod primario in hac materia excutiendum fuit, effectus *diſpenſationum papalium* quoad proteſtantium principatus examinaui, vt pauca illis addenda ſupereſſe videantur. Non deerunt tamen, quæ *ſpicilegii* loco adhuc proponi poſſint, præſertim cum *diſpenſationum* vlus ſit frequentiſſimus *in gradibus matrimonialibus* aliisque impedimentis, a iure canonico nuptiis propoſitis, quorum primaria ſunt *dirimentia*, vt ſine pœna

quandoque ea tantum ad cautelam petitur,

nullitatis diſpenſatio omitti nequeat. Eſt videlicet diſpenſatio vel *abſolute* neceſſaria ad ſubſiſtentiam matrimonii, vel *ad cautelam* ſeu præcautionis tantum gratia exigitur. Hæc tunc peti atque præſtari ſolet, quando *abſoluta prohibitio* deficit, dubium tamen quoddam circa nuptias forſan moueri poteſt; eo enim caſu, vt conſcientia, quam variis conſtringunt vinculis principes rei romanæ eccleſiaſticæ, ab omni ſcrupulo liberetur, beneficium

vt in ætate,

diſpenſationis interponunt. Aetatem legitimam etiam ius canonicum in connubiis deſiderari, *tom. III. p. 1257. ſq.* obſeruaui, quam tamen non tam ex annorum metâ iuxta ſententiam PROCVLI eiusque aſſeclarum æſtimarunt, ſed ex *habitu* corporis. *c. 3. X. de deſponſ. impub.* Quodſi ergo a quatuordecim annis minore maſculo ineundum matrimonium, cauſa cognita de eius

habi-

Digitized by Google

bilitate & habitu corporis decernunt, qui ſupremum in hac cauſa arbi-
um habent, & præterea *cautelæ gratia* diſpenſationem interponunt.
emplum illuſtre occurrit in diplomate de anno 1436. apud LEIBNITIVM quod exem-
cod. diplom. iur. gent. P. I. n. 145. circa matrimonium inter LVDOVICVM plo illuſtra-
lphinum, Regis Galliæ filium, & MARGARETHAM regis Scotiæ filiam, tur.
arum hæc fere finem duodecimi, ille vero principium anni XIV. atti-
rat. Cum vero dubia de legitimo harum nuptiarum iure eſſent mota,
chiepiſcopus Turonenſis PHILIPPVS cauſa cognita decreuit, matrimo-
im hoc admitti poſſe, quod ex *habitu corporis* aliisque indiciis de *ha-*
itate vtriusque perſonæ ad connubium ineundum conſtaret ſufficien-
, addita tamen hac clauſula : *Diſpenſantes nihilominus, quantum*
is eſt, tanquam iuris miniſter cum ipſis & quolibet eorum ſuper defe-
m ætatis antedictæ, ſupplentes eandem, quantum opus eſt ex cauſis præ-
lis, & plurimis aliis ad hoc noſtrum animum mouentibus. Pontificis
penſatio haud deſiderata fuit, quæ tantum, grauioribus obmotis ſco-
lis, exigi ſolet, imprimis tunc, ſi in *gradibus proximioribus* nuptiæ con-
ıendæ ſunt.

§. XLIII. Potiſſimum vero de hoc caſu duntaxat hic ero ſollici- Neceſſaria
, vbi de legitimo *in gradu prohibito* connubio ineundo quæſtio excu- vero eſt, vbi-
ıda eſt. Sunt videlicet leges, quæ impedimenta nuptiis ponunt, vel in gradu pro-
inæ vel *humanæ.* Illæ potiſſimum determinant gradus, intra quos nu- hibito contra-
e permittendæ, *Leuit. XVIII.* & *XX.* quibus tantum hoc caſu inhæ- hendum, 1) ex
ıdum eſſe credidi, quia, vtrum *ius naturæ* quoque in quibusdam gra- iure diuino,
us damnandis occupatum ſit, quæſtio anceps atque tot innodatâ difficul-
bus eſt, vt eam potius ſeponere, quam excutere iuuet, vt prudenter iu-
at GROTIVS *de I. B. & P. lib. II. c. 5. §. 12, n. 1.* & cum eo Dn. BVDDEVS
heol. moral. P. 2. c. 3. ſect. 6. §. 11. in not. Fingunt plurimi *ius naturæ,* ex iure naturæ
, quod ad *ius diuinum reuelatum* accommodare queant, quo ipſo ta- prohibitio in
n plus nocent rei literariæ quam proſunt conceptum rerum moralium linea collate-
ıfundentes. Quid enim magis auget nodos atque dubia, quam eius- rali demon-
di *principium* in medium adferre, quod merum *poſtulatum eſt*, & *de-* ſtrari non
ıſtratione euidentiſſima indiget, quæ tamen hic dari nequit. Neque poteſt.
m, ſi nobis cum iis, qui vinculum *legum Moſaicarum* non agnoſcunt
gradibus prohibitis, res eſt, aliquid ex hac controuerſia lucramur, quæ,
ılecunque principium *iuris naturæ* conſtituas, ſufficienter ex recta ra-
ıe decidi aut componi nequit, quin potius id agimus, vt magis cau-
prohibitorum graduum prodamus, quam vindicemus. Quodſi forſan

id

Digitized by Google

id commodi te ex hac deciſione indepturum confidis, vt eo felicius & rectius in interpretandis gradibus, *Leuit. XVIII.* traditis, verſari queas; ne ſic quidem ſcopum obtinebis, cum, qui ex *iure naturæ* prohibitionem trahunt, in *linea recta* ſubſiſtant, (v. SPENER *vol. vlt. conſ. Theol. Germ. c. 4. ſect. 8. p. 171.*) in qua nulla adeo circa interpretationem movetur quæſtio; de cetero autem agnoſcunt, in *linea collaterali* omne ex *iure naturæ* demonſtrandi ſubſidium deeſſe, adeoque ſolutio dubiorum, quæ imprimis hic occurrunt, inde peti aut præſtari nequit.

Anchriſtianos liget lex Moſaica?

§. XLIV. Subſiſtamus itaque in via, & *præiudicialem quæſtionem* euoluamus, vtrum chriſtiani in nouo fœdere adhuc ligentur *lege Moſaica matrimoniali*, vt nulla contra eam diſpenſatio a quoquam fieri queat? Id enim iuris ratio conſtituit, eum demum ſoluere lege poſſe, qui legis eſt arbiter, quique eam tollere poteſt; adeoque ſi leges diuinæ, a MOISE publicatæ, adhuc chriſtianos ligant, conſequens quoque eſt, eas nullius, nec *Pontificis* nec *principum* arbitrio eſſe ſubiectas, vt contra eas matrimonium *ſalua conſcientia* admittere poſſint. Loquor autem (α) de *hodierno diſpenſationum vſu*, quæ adeo ſoluunt aliquem legibus, vt *optimo iure* & *ſalua conſcientia* deſponſati nuptias inire queant. Antiquus diſpenſationum eccleſiaſticarum vſus ab hoc more plane alienus fuit, vt in *diſſert. prælim. §. 41. ſqq.* obſeruaui, qui magis *tolerantiam* & *permiſſionem tacitam* eius, quod contra leges eccleſiaſticas actum erat, denotavit, hisque, quorum res fuit, ſilentium impoſuit, ne actui iam perpetrato contradicerent, & legum eccleſiaſticarum violatorem, *pacis publicæ conſeruandæ* cauſa, in ius vocarent, id quod etiam fieri potuit, quando *iuris diuini* diſpoſitio obſtare videbatur; minime vero, vt actus, qui adhuc, vt loquuntur, in fieri erat, licite & ſaluo iure geri poſſet, adeoque de matrimonio in *gradu prohibito* contrahendo nunquam mouebatur quæſtio. Prinde ſi hodie in gradu *iure diuino* prohibito *de facto* matrimonium contractum, & mediante copula ſacerdotali perfectum fuerit, tunc demum caſus exſurgit, in quo ex *vetere* iuris eccleſiaſtici *diſciplina* diſpenſatio ſeſe exſerere ſolebat. Quid ergo hoc caſu dicendum, vtrum ſimpliciter tale matrimonium reſcindendum; an vero ſemel contractum, mediante quadam *diſpenſatione* tolerari poteſt? Equidem in eo conueniunt interpretes, matrimonium in *linea recta* tam *conſanguinitatis* quam *affinitatis* contractum, ſi vel maxime per *errorem* initum fuerit, tolerandum non eſſe, proter inſignem turpitudinem, quæ in eo coitu deprehenditur. *1 Cor. V, 1.* CARPZOV. *iurispr. eccleſ.*

inde pendet facultas diſpenſandi hodierna,

iure antiquo incognita,

quidſi matrimonium iam contractum?

in linea recta reſcindendum

:leſ. lib. 2. def. 99. n. 12. Modo ex poſt facto inceſtuoſa cohabitatio de-
:ta, & coniugibus manifeſtata fuerit, quo facto citra *veri inceſtus* reatum
n poſſunt cohabitationem continuare, ſed mox a ſemet inuicem abſti-
re iubentur in *l. 4. C. de inceſt. nupt.* Quamdiu in *iuſta ignorantia* de- niſi coniuges
ehenduntur, *bona fide* errant, adeo vt pro re nata aliquando hoc impe- ignorent im-
nentum diſſimulari, & grauioris mali atque ſcandali euitandi cauſa cela- pedimentum,
, atque præcaueri queat, ne his, qui diu quiete & pacifice in tali vixerunt
nnubio, innoteſcat. Exemplo admodum raro & fere incredibili hoc
ıſtrat LVTHERVS in *comm. ad Gen. XXXVI.* quod ex eo repetit HERTIVS
matrim. putatiuo §. 14. & 43. vbi quis filiam ſuam per ignorantiam du-
rat vxorem, quam itidem ex concubitu erroneo cum matre procreaue-
:, adeoque duplex inceſtus commiſſus erat. Sola mater facinoris huius
farii conſcia erat: filius cum vxore in optima erant fide: matrimonium
r multos iam annos continuatum: inceſtus ipſe difficillimæ probationis
at, vtpote quem mater, de ſe crimen confeſſa, probare non poterat,
eoque theologi iudicarunt, conſultius facturam matrem, ſi turpitudi-
m propriam non propalaret, nec malorum grauiorum cauſam ſuppedi-
ret. Proxime hoc conſilium, quod etiam LVTHERVS probauit, accedit
diſpenſationes in primitiua eccleſia vſitatas, quæ magis in *tolerantia* & *fi-
ctio*, quam in *approbatione* actus, contra leges ſuſcepti, conſiſtebant.

§. XLIII. Progredior ergo ad *collaterales*, quorum connubia vel In linea colla-
:us damnauit, vel *lex eccleſiaſtica* prohibuit. Vtrumque ſecundum terali idem
: canonicum nulliter contractum cenſetur, adeoque diſſoluendum, ſtatuit ius ca-
14. X. de ſponſal. c. 4. & in f. h. t. c. 8. de diuort. nulla temporis diuturni- nonicum,
e obſtante, *cit. c. 8. h. tit.* niſi forſan ex poſt facto *diſpenſatio* inter-
nerit. Hæc tamen non aliter interponitur, quam vt matrimonium
:gitime contractum prius annulletur, & diſſolutis nuptiis, pœnitentiam
ɔeant coniuges: qua peracta, quaſi de nouo, interueniente diſpen-
ione, eas contrahunt, & ſic demum legitimas iniiſſe nuptias dicun-
. Illuſtrabo hanc curiæ Romanæ ſingularem methodum bulla IN- ſi vel maxime
ɔCENTII VI. de *anno 1361.* apud THOMAM RYMERVM *tom. VI. act.* diſpenſatio
blic. Angl. p. 333. qua in matrimonio inter principem Walliæ & Co- interponitur.
tiſſam Cantiæ de facto contracto hoc modo diſpenſat: *INNOCEN-
VS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Archie-
ɔopo Cantuarienſi & Epiſcopo Londonienſi, ac dilecto filio, Abbati mo-
ɔterii Cluniacenſis, in Matiſconenſi diœceſe, ſalutem & Apoſtolicam
ɔedictionem. Exhibita nobis pro parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri*

Digitized by Google

Edwardi regis illuſtris, ac dilecti filii, nobilis viri, Edwardi de Wodeſtock, principis Walliæ, dicti regis primogeniti, & dilectæ in Chriſto filiæ, nobilis mulieris, Iohannæ Comitiſſæ Cantiæ, petitio continebat, quod licet olim iidem, primogenitus & comitiſſa, non ignorarent, quod ipſi ab vno communi ſtipite deſcendentes, & ab eo primogenitus TERTIO & comitiſſa prædicta SECVNDO GRADIBVS diſtantes, ex hoc TERTIO CONSANGVINITATIS GRADV ſe inuicem contingebant, & quod etiam dictus primogenitus, quendam eiusdam Comitiſſæ filium de ſacro fonte leuauerat, ipſi tamen primogenitus & comitiſſa pro conſolidatione regii ſolii, a quo etiam eadem comitiſſa ducit originem, ac bono ſtatu regni, & mutuæ inter eorum communes conſanguineos & amicos dilectionis argumento, NON IN CONTEMTVM CLAVIVM, ſed ſub ſpe gratiæ & diſpenſationis Apoſtolicæ MISERICORDITER obtinendæ, matrimonium per verba de præſenti inuicem contraxerunt. Cum autem, ſicuti eadem petitio ſubiungebat, ipſi primogenitus & Comitiſſa propter impedimenta præmiſſa nequeant in dicto matrimonio licite remanere, diſpenſatione ſuper hoc Apoſtolica non obtenta, & ex approbatione dicti matrimonii multa bona ſperentur, autore domino, prouentura, & ex contrario multa poſſent ſcandala exoriri, fuit nobis pro parte regis primogeniti & Comitiſſæ prædictorum humiliter ſupplicatum, vt eiusdem primogenito & Comitiſſæ ſuper his de opportuna abſolutionis ab excommunicationis ſententia ac remiſſionis & relaxationis pœnarum, quas propter præmiſſa incurriſſe noſcuntur, beneficio & DISPENSATIONIS GRATIA prouidere miſericorditer dignaremur. Nos itaque, qui animarum periculis libenter occurrimus, & inter Chriſti fideles, præſertim principes & magnates, quietis & pacis commoda ſeruenter appetimus, & quantum cum Deo poſſumus, ſcandala præcauemus, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus vos vel duo vel vnus veſtrum, prædictos Edwardum primogenitum & Iohannam Comitiſſam, ſi hoc humiliter petierint, ipſis prius iuxta formam ſanctionis canonicæ ſeparatis ab inuicem, prout vobis videbitur expedire, ab eadem excommunicationis ſententia, iuxta formam eccleſiæ, auctoritate noſtra abſoluatis, eisque pœnas huiusmodi remittatis, & etiam relaxetis; iniunctis eis pœnitentia, quam ſaluti animarum ſuarum videritis expedire, & aliis, quæ de iure fuerunt iniungenda: & inter cetera ſub debito iuramenti præſtandi, quod ipſi de cetero ſimilia non committant, nec committentibus præbeant conſilium, auxilium, & fauorem: & quod

infra

Digitized by Google

fra vnum annum duas capellas (quarum quælibet de viginti annuis marchis r eos dotetur) conſtruere ſeu conſtrui facere debeant & fundare. Et inde, ſi, conſideratis præmiſſis & aliis, quæ in tanto negotio conſideranda fuerint, vobis videatur expediens, quod huiusmodi ſit diſpenſatio ncedenda, cum eisdem Edwardo primogenito & Iohanna Comitiſſa, vt impedimentis, quæ ex dictis conſanguinitate & compaternitate proueniunt, quaquam obſtantibus, matrimonium inſimul DE NOVO libere contrahere, & in eo, poſtquam contractum fuerit, licite remanere valeant, dem auctoritate diſpenſetis; prolem ex ipſo ſuſcipiendam matrimonio, gitimam nunciando. Plura notatu digna in hac bulla occurrunt, dontque, (α) vtrumque gradum in linea *collaterali inæquali* accurate eximendum fuiſſe, vt diſpenſatio impetraretur, prout ſupra §. 19. p. 148. m obſeruaui: (β) eundem tamen vulgo a remotiori denominari: (γ) atrimonium per *verba de præſenti* contractum quidem fuiſſe, ſed citra συλλογίαν, interim hanc coniunctionem pro matrimonio de facto conacto habitam fuiſſe: (δ) illud vero, quod *contra leges eccleſiaſticas* inim eſſet, nullum fuiſſe & ſic dirimendum, vt omne *in origine* vitium lleretur: (ε) pœnitentiam in legem eccleſiaſticam peccantibus impondam fuiſſe, ne impune viderentur leges eccleſiaſticas ſine *venia impetrata*, violaſſe: (ζ) permiſſum tamen ex *miſericordia* & *gratia papali* rique fuiſſe, vt præuia diſpenſatione *de nouo* & ſic demum licite inirent oniugium: (η) prolem ex hoc coniugio ſperatam legitimam pronunatam fuiſſe, ne de eius legitimis natalibus vllum ſupereſſet dubium. ædicti delegati iudices, quibus in adlata Bulla negotium datum erat, nouo oborto dubio, per nouum reſcriptum imperatum, vt ſedulo de uſa cognoſcerent, examen cauſæ ſuſceperunt, &, ea ſatis diſcuſſa, deeuerunt, iuxta tenorem bullæ relatæ nuptias *diſpenſatione* facta contraposſe, ceu docet inſtrumentum delegatorum apud EVNDEM *cit. l. 334. ſeq.* Vigore huius ante omnia matrimonium contractum decla unt nullum, vt formula ſequens indicat: *ea propter matrimonium, od in gradu prohibito & alias illegitime iidem domini princeps & coiſſa, ſicut præmittitur, contraxerunt, auctoritate prædicta pronuncianuc & declarauimus fuiſſe & eſſe nullum & inualidum, & quatenus facto proceſſerat, illud caſſauimus, annullauimus & omnino viribus cuauimus; ac re & verbo dictos dominum principem & comitiſſam ſeparauimus ab inuicem, iuxta formam canonicæ ſanctionis.* Hoc facto, poſtea diſpenſationem vtrique indulgent, *vt matrimonium inſimul de nouo libe-*

Nihilominus enim antea matrimonium declarandum nullum

poſtea diſpenſatione obten-

ta de nouo contrahendum.

re contrahere, & in eo, poſtquam contractum fuerit, remanere licite valeant. Hoc facto, *bannis prius, ſicut moris eſt, publice editis, & nemine contradicente aut ſe quomodolibet opponente, matrimonium per verba de præſenti, ſideque media, & in facie eccleſiæ, interueniente pacis oſculo, contraxerunt,* vt *ibid. p.337.* refertur, ipſe autem pontifex *noua bulla p.343.* relata geſta hæc denuo corroborauit. En inſignem apparatum in hac diſpenſatione occurrentem, ſingularemque diligentiam in ea adhibitam, iure antiquo incognitam. Non enim olim actus ideo annullabatur, vt poſtea violatio legum eccleſiaſticarum fieri poſſet, nec diſpenſatio in hunc finem concedebatur, vt licite contra legem agere liceret, ſed id, quod contra leges factum erat, ſimpliciter permittebatur, tolerabatur, nec, quod de iure integrum erat, impugnabatur, pacis conſeruandæ cauſa, vt aliquoties dictum eſt.

Principes proteſtantes contra ius diuinum non diſpenſant,

§. XLIV. Atque hoc iure vtuntur Romanæ eccleſiæ ſodales, pontificique indulgentius diſpenſandi etiam in gradibus *iure diuino* prohibitis, vt paulo poſt §. *48.* dicam. Eam tamen poteſtatem ad ſua reſeruata haud pertinere cenſent principes A. C. addicti, quatenus ſe quoque legibus hiſce diuinis ſubiectos eſſe iudicant. Interim ſi per errorem nuptiæ contra ius diuinum contractæ; ſi ambo, errore comperto, in coniugio, quod tamen *ius diuinum* expreſſe damnat, permanere malint, grauior quæſtio eſt, an poſito, quod *lex diuina* chriſtianos adhuc liget, diſpenſatione interueniente tolerari queat? Diſpenſationem, quæ hodie interponi ſolet, ex qua actus plene legitimatur, prorſus hoc caſu exulare perſuaſiſſimum habeo, cum nemo ſoluere legem poſſit, qui legislatore inferior eſt, & illa ipſa lege quoque ligatur. Quæ autem antiquis obtinuit temporibus, & *συγκατάβασιν* quandam denotauit, virtute cuius actus contra leges ſuſceptus non irritabatur, ſed tolerabatur, *pacis amore,*

quamuis matrimonium contra hoc ius contractum quidam tolerandum cenſeant.

a quibusdam etiam in hoc caſu recipitur, adeo, vt non abſolute matrimonium tale reſcindendum ſit, coniugibus cohabitare volentibus. Mentem Theologorum & ICtorum in hanc ſententiam euntium hoc modo aperit MEV. *P. III. deciſ. 339.* in ſubiecta tribunalis Wismarienſis conſultatione: Wie dann auch die Theologi & ICti dafür halten, daß, ob gleich in denen gradibus, welche iure diuino expreſſe verbothen, die Ehe durch das Beylager vollenzogen, doch die Aufhebung nicht geſchehen, ſondern zu Vermeidung gröſſerer Aergerniß ferner Beywohnung verſtattet werden ſolle, bevorab, weil nicht allein kein Befehl in GOttes Wort zu befinden, daß ſolche Ehen in verbote-

nen

Digitized by Google

nen gradibus aufzuheben, ſondern vielmehr ex textibus ſacris die Theo-
ogi behaupten, daß nach GOttes Wort die Ehen unzerrüttet ge-
ieben, allein denen, die ſolche getroffen, daß ſie ihre Sünde tra-
gen, und ohne Kinder ſterben ſollen, zur Strafe angedeutet, wie
denn in ſpecie bey der Ehe, mit des Vatern Brudern Weib getrof-
fen, alſo Gottes Geſetze lautet *Lev. XX, 20.* und ſeyn auch in heili-
ger Schrift verſchiedene Exempel der in prohibitis gradibus getroffe-
nen, doch beſtändig gelaſſenen Ehen zu befinden ꝛc. In eandem ſen-
entiam ante MEVIVM iuere CARPZ. *P. IV. C. 23. def. 11.* it. *in iurispr.*
ecc. *def. cit. 99. n. 4.* RICHTER. *P. I. deciſ. 11. n. 25. ſqq.* nec ab ea ab-
orruit STRVVIVS *ex. 29. th. 50.* cenſens, tale matrimonium non eſſe re-
cindendum, ſi coniuges ſeparari nolint, ſed *tolerandum.*

§. XLV. Ab hac opinione vero diuortium fecerunt BRVNNE- Quidam vero
MANNVS *in iur. eccl. lib. II. c. 16. §. 27.* STRYKIVS *in not. ibid.* reſcinden-
CHOEPFFER *diſſ. de diſpenſatione matrim. §. 12.* ex his cauſis, (1) quod dum indicant.
llud, quod DEVS prohibuit, nullo nitatur iuris vinculo : (2) quod
per continuationem matrimonii inceſtus toties repetatur & renouetur,
quoties carnalis copula repetitur, & ſic in tali matrimonio *continuum*
peccatum perpetretur : (3) quod *tolerantia*, quam STRVVIVS vrget,
hic applicari non poſſit, quippe quæ nunquam pro obiecto habet rem
moraliter illicitam, ſi tolli & impediri queat: (4) quod etiam ſecundum
. 4. C. *de inceſt. nupt.* hi, qui ex errore inceſtas contraxere nuptias, vt
inceſtuoſi puniantur, ſi non mox diſceſſerunt: (5) quod DEVS eos non
coniungat, quorum copulam prohibet, adeoque verum deſit matrimo-
ium: (6) quod Ioannes Baptiſta contractum iam tum matrimonium He-
odis cum fratris vxore dirimendum eſſe vrgeat, dicens : *non licebit tibi*
am habere in vxorem. Matth. XIV, 4. Marc. VI, 18. (7) quod cum *diſpen-*
atio in gradu *iure diuino* prohibito locum non habeat, *tolerantia* quoque
enegata ſit.

§. XLVI. Hæc ſunt argumenta, quæ pro tali connubio *abſolu-* Tolerantia hic
e reſcindendo & nullo modo tolerando adferri ſolent. In eo conueni- facilius locum
mus, principem *diſpenſationem ordinariam* & hodie vſitatam huic con- inuenit, quam
unctioni impertiri non poſſe, quippe qua ipſa non poteſt non publice ap- diſpenſatio in
robari & rata haberi : vtrum autem allatæ rationes omnem *tolerantiam* ſenſu hodier-
uius coniunctionis periculo coniugum continuandæ, excludant, ſi iu- no, ſi iuſta
a *tolerantiæ* adeſt cauſa, non æque liquet. Quid enim ſi per diuturnum cauſa adeſt,
emporis ſpatium *bona fide* matrimonium bene concordatum continua-

Digitized by Google

verint? quid ſi plures liberos ex eo iam ſuſceperint? quid ſi plura alia mala ex *reſciſſione coniugii* metuenda ſint? Eiusmodi concurrentibus grauiſſimis circumſtantiis iam olim MARCVS & LVCIVS imperatores hoc modo reſcripſerunt: *Mouemur & temporis diuturnitate, quo ignara iuris in matrimonio auunculi tui fuiſti, & quod ab auia tua collocata es, & numero liberorum veſtrorum, idcirco cum hæc omnia in vnum concurrunt, confirmamus ſtatum liberorum veſtrorum in eo matrimonio quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum eſt, perinde ac ſi legitime concepti fuiſſent.* In ſimili caſu etiam IVSTINIANVS *in Nov. 139*, quibusdam neceſſitatem dimittendi vxores, quas illicite contraxerant, ex ſimulari *indulgentia* remiſit, hac tamen adhibita clauſula, *ne id in exemplum aliis ſancitum intelligatur.* Regulariter ergo talia matrimonia contra ius diuinum contracta reſcindenda ſunt, & iure Romano etiam irritata ſunt, nullaque *diſpenſatione* hodie *vſitata* approbari poſſunt; quin tamen, iuſtis & grauiſſimis cauſis ſuadentibus, per quandam *συγκατάβασιν tolerari* hac lege poſſint, vt *ſcanduli* euitandi gratia, ſi coniuges diſcedere nolint, quandoque prouinciam emigrent, non adeo dubito. Accedit talis *tolerantia* ad primæuam *diſpenſationum* praxin, quæ ſemper actum illicitum & annullandum præſuppoſuit, a cuius impugnatione tamen hi, quorum res agebatur, quandoque, ſi *boni publici* rationes, ſi aliæ grauiſſimæ cauſæ id poſtulabant, abſtinebant, & *indulgenter* id, quod contra leges factum erat, ferebant, interim nullo modo approbabant.

quamuis regulariter reſcindenda ſint.

§. XLVII. Quid ergo ſi princeps iure ſuo non vtatur? ſi conſcientiæ coniugum viteriorem cohabitationem committat, atque reclamantes a ſemet inuicem ſeparare nolit ex circumſtantiis grauiſſimis, quæ animum eius in hanc *συγκατάβασιν* flectere poſſunt? Neque vero argumentis adductis ab hac ſententia dimouear. Pleraque tantum euincunt, *diſpenſationi*, prout hodie concedi ſolet, n[illegible]eſſe locum relinquendum, quin potius *regulariter* tale *putatiuum* matrimonium reſcindendum; *tolerantiam* autem omnem non euertunt. Et ſicuti a veteri *diſpenſationum* praxi ad hodiernam, quæ diuerſi generis, non recte argumentamur; ita a negata *diſpenſatione* hodierna ad excludendam *tolerantiam* huius connubii non valet conſequentia. Quæ *tolerantur*, non approbantur, quin potius contrarium eo ipſo innuitur, dum princeps tali matrimonio *diſpenſationem* negat. Ipſe Deus in republica iudaica quædam tolerauit, veluti *laxitatem diuortiorum*, vtut *primæuæ in-*

Tolerantiæ non obſtant argumenta adducta in §. 45.

Digitized by Google

nſtitutioni aduerſantem: tolerauit *polygamiam*, & quidem, quod magis eſt, non in caſu quodam particulari, ſed in vniuerſo populo, vtut a lege primæua aberrantem. Quidni ergo princeps ex *iuſta cauſa* matrimonium contra ſanctiones contractum toleraret in cauſa particulari? Admitto ergo rationem dubitandi *primam*, ſalua theſi mea, quin & *ſecundam*, quia, qui ex *iuſta cauſa* tolerat id, quod illicitum eſt, non concurrit ad ipſum factum, nec id approbat. Conſequentiam vero *tertiæ* & *ſeptimæ* ex fundamentis adductis nego, nec tamen aliter *tolerantiam* probo, quam ſi *iuſtæ cauſæ* συγκατάβασιν ſuadeant. *Quarta* ad *regulam* ſpectat, quam non impugno. *Quinta* abſolute admitti nequit, quia caſum ſuppoſui, quo matrimonium *bona fide* per *ignorantiam* initum eſt, quod ſuos effectus habet, quamdiu iuſta durat ignorantia. Denique *ſexta* huc non pertinet, quæ exemplum ſiſtit, in quo *ſcienter* & *doloſe* illicitæ erant contractæ nuptiæ.

§. XLVIII. Præterea etiam (β) in *quæſtione præiudiciali*, §. *XLII.* notæ, hoc præmitto, mihi primario ſermonem eſſe de poteſtate principum *proteſtantium*, non *pontificis* Romani. In eo noſtris addicti ſatis conſpirant, principes eſſe ſub lege diuina, non eius arbitros aut dominos. Liberaliores ſunt quidam ex Romanæ eccleſiæ doctoribus, qui vicario Chriſti generaliſſimo, quem pontificem eſſe dicunt, idem arbitrium in *leges diuinas* indulgent, quod ipſi DEO competit. Præmittit hoc principium ALPHONSVS ALVAREZ. *in tr. de iure ac poteſt. pontific. Roman. imperat. Reg. ac epiſc. c. 18. n. 1.* docetque: *Papam habere poteſtatem pleniſſimam nec legibus adſtrictam, eum tenere locum beati Petri, atque eſſe vicarium domini noſtri Ieſu Chriſti.* Addit *c. 1. n. 36. Papæ & Dei conſiſtorium idem eſſe*, ex quo arrogantiſſimo principio non poſſunt non pontifici poteſtatem diſpenſandi in *legibus diuinis* attribue-

Principes proteſtantes non vtuntur in hac materia iure papali,

cum pontifex diſpenſet contra ius diuinum.

re. Quid ergo ſi quis peteret diſpenſationem in matrimonio cum *ſorore* ineundo? Si ex eo ſingulare *bonum eccleſiæ* ſperandum eſſet, Papæ ex aliorum ſententia diſpenſandi ius non eſſet denegandum, vt docent adducti interpretes a SANCHEZIO *de matrimon. lib. VIII. diſp. 6. n. 8. & 9.* ipſi Patres Tridentini *ſeſſ. XXIV. de matrim. c. 3.* anathema iis dixere, qui negant, *poſſe eccleſiam in nonnullis illorum graduum*, quos MOISES *Lev. XVIII.* damnat, *diſpenſare.* Vnde neceſſario fluit, poſſe eccleſiam h. e. pontificem in *quibusdam gradibus*, lege diuina prohibitis, diſpenſare. Quales autem illi ſint, aſtute prætereunt. Sine dubio diſcrimen faciendum eſſe credidere inter eos gradus, quos *ius naturæ* damnat, quosque

quæ duntaxat *ius diuinum positiuum* illis superaddidit, vt in illis dispensandi ius ecclesiæ ademtum, in his vero datum fuerit, quorsum inclinare videtur SANCHEZ. *lib. VII. c. 52. n. 6.* Hoc posito in *linea rectæ* quidem omnis dispensatio exulabit, non in *linea collaterali*, in quo solo *iure positiuo diuino* matrimonia interdicta sunt. Hoc modo non possunt non rationes subducere, qui tam immensam & cum Christi doctrina pugnantem potestatem pontifici assignarunt, vt non immerito tot veritatis testes in ecclesia Romana censuerint, argumenta Antichristi hæc esse euidentissima, quorum testimonia collegit PHILIPPVS MORNAEVS *de ecclesia c. 9.*

Interim de obligatione legis diuinæ ambigunt,

§. XLIX. His præmissis, ad decisionem *quæstionis præiudicialis* §. *XLII.* motæ propero. Plerique, animaduertentes graduum *Lev. XIIX.* prohibitionem non posse deduci ex *iure naturæ*, sed soli *legi positiuæ diuinæ* acceptam ferendam, in duas eam species dispescuerunt, quorum altera *particularis*, altera *vniuersalis* dicitur. Illa leges *ceremoniales*, cultum Leuiticum spectantes, *forenses* seu *ciuiles* complectitur, quæ *solis iudæis*, stante republica iudaica, propriæ fuere, nec alias obligarunt gentes. Hæc vero leges *vniuerso generi humano* datas designat, quæ vel Adamo vel Noæ eiusque posteris datæ, & a MOISE tantum repetitæ creduntur. Huc quoque referunt gradus *Leuit. XVIII.* interdictos, non demum a MOISE primum determinatos, sed iam olim a DEO toti generi humano præscriptos. Id quod colligunt ex verbis ipsius MOISIS *Lev. XVIII, 24. 25. 27. ne polluite vos vlla harum rerum, quia omnibus istis polluti sunt populi, quos vobis aduenientibus dispello.* Et paulo post: *ne facite vllam ex his rebus abominandis: nam omnes istas fecerunt indigenæ terræ istius, quæ vobis exposita est, vnde polluta est terra.* Vnde obseruante GROTIO *lib. II. de iur. belli & pac. c. 5. §. 13. n. 2.* plerique hanc deduxerunt conclusionem: *Si Cananæi eorumque vicini peccarunt tali faciendo, sequitur, vt lex aliqua præcesserit: quæ cum mere naturalis non sit, restat, vt a Deo data sit, aut ipsis peculiariter, (quod non est verosimile nec satis ferunt verba) aut humano generi siue in prima constitutione siue in reparatione post diluuium. Tales autem leges, quæ humano generi vniuerso sunt datæ, non videntur a Christo abrogatæ, sedeæ demum, quæ iudæos ab aliis nationibus, quasi sepimento interiecto disparabant.* Huic dogmati etiam assensum præbuit Theologus Ienensis incomparabilis Dn. IO. FRANCISCVS BVDDEVS *in theol. mor. P. II. c. 3. sect. 6. §. 11. innot.* contenditque, *iuxta primæuam matrimonii institutio-*

quidam in Leuit XVIII. legem vniuersalem positiuam agnoscunt.

nem

Digitized by Google

em certos gradus esse prohibitos, (quod *diuersa* debeat esse *caro*, quæ einceps *vna* fieri debeat per matrimonium) *& ne ignoraremus, quinam ei sint, diserte explicari Leuit. XVIII. & XX. Inde etiam*, pergit, *con-at, leges istas de gradibus prohibitis esse vniuersales, omnesque omnino omines obligare. Idque ex ipsa matrimonii institutione, quæ ad omnes omines pertinet, patet.*

§. L. Eam vim argumenti verbis adductis non inesse, alii cen- A qua sententia alii recedunt.
ent, qui ea tantum ad primaria *impuritatis* capita restringunt, veluti d *cultum Molochi, pæderastiam, bestiarum concubitum, adulterium, natris nouercæ ac sororis vterinæ incestum*, obseruante SELDENO *de ur. nat. & gent. lib. V. c. I. II.* Accedit huic opinioni GROTIVS *cit. §. 14. x, potest enim*, ait, *locutio vniuersalis restringi ad præcipua eius capita, t de concubitu cum masculis, cum bestiis, cum parentibus, cum sororius, cum nuptiis alienis, in quorum προφυλαχὴν, &, vt Hebræi loquuntur, additæ sunt leges ceteræ.* Non enim omnes gradus *Levit. XVIII.* designatos, olim toti *generi humano* interdictos fuisse, docet (1) exemplum ACOBI, *eodem tempore* duas ducentis sorores, quod tamen *Leuit. XVIII.* diserte prohibitum est: (2) exemplum ABRAHAMI, sororem *onsanguineam* more gentium ducentis. *Gen. XX, 12.* (3) AMRAMI amiam *ante legem* ducentis, *Exod. VI, 20.* vnde CLERICVS V. C. *in comm. id l. cit.* colligit, *ante legem amitæ & ἀδελφιδῆ illicita nondum fuisse oniugia.* Neque tantum hæc, quæ adduxi, mouentur dubia contra anc legem, quam *vniuersalem* & omni generi humano *ante legem Mosaicam* datam constituunt: plures alii excitantur fluctus contra earum existentiam, atque a quibusdam inculcatur, omnem legem positiuam diuinam esse *particularem*, populo iudaico tantum traditam. vid. *tom. VI. obseruat. Hallens. ad rem liter. obs. 27. §. 43. seqq.*

§. LI. Quamuis vero pietas ABRAHAMI & IACOBI non permit- Relicta sententia de lege positiua vniuersali ostenditur gradus a Deo prohibitos obligare christianos.
at, vt calculum iis addam, qui prohibitionem graduum duntaxat a OISE *repetitam*, non vero primum *constitutam* fuisse, arbitrantur; ita orum doctina, qua lex hæc, de *probibitis gradibus*, *particularis* censetur, scil. *populo iudaico* data, vt indicat *proœmium Leuit. XVIII, 4. 5.* on statim probat demonstratque, eam legem cum *republica iudaica* lesisse, vnque suam amisisse, nec *christianos* obligasse. Hæc etiam *roselytis*, in iudaismum receptis, data erat. *Leu. XVIII, 26.* Etiam his) obseruantia *legis* iuncta: 6) abominationes gentilium prorsus interdictæ. Nec *christiani primæui* vnquam dubitarunt, quin huius legis,

Digitized by Google

quod criſtiani a iudæis deſcenderint,

quæ gradus determinat, obligatione tenerentur. Nouerant primi chriſtiani, ſe originem & propaginem ſuam a iudæis traxiſſe, adeoque vt *primitiæ fidelium* ab initio vnice ex *Iudæis* eſſent. Hac de cauſa etiam *iudæi* dicebantur, vel *fideles ex iudæis*, nec *communionem iudaicam* delerebant, ſed per aliquot annos iisdem cum iis ſacris vtebantur, donec tandem ab his expulſi & coacti fuerint, res ſuas ſeparatim habere. *Neque enim*, ait SELDENVS *lib. I. de Synedr. c. 8. ob Chriſti diſciplinam acceptam exuebant eorum quicquam, iudæorum ſiue nomen ſiue ius, quod ante ſic poſſidebant. Nec diſciplina illa apud eos alia, quam IVDAISMVS vere REFORMATVS, ſeu cum fide in Meſſiam ſeu Chriſtum rite coniunctus.* Pronunciauerat ipſe *CHRISTVS Ioh. IV, 22: ſalutem ex iudæis eſſe*, & ita *Chriſtianismus* reuera nil aliud erat, quam *iudaiſmus reformatus* per *CHRISTVM*. ORIGENES *lib. II. adv. Celſ. ab init.* in hoc redarguit CELSVM, haud intelligentem, *iudæos, qui in IESVM crediderunt, haud deſciuiſſe a patriis legibus.* TERTVLLIANVS *in apol. c. 16.* Chriſtianos *iudaicæ religionis propinquos* non alia de cauſa appellat, quam quod chriſtiana religio ex *iudaismo* originem trahat. Ita ipſe TITVS, gentilium ſacris addictus, rationes ſubducebat & ideo euertendum iudaicum templum cenſebat, *quo plenius iudæorum & chriſtianorum religio tolleretur. Quippe has religiones, licet contrarias ſibi, iisdem tamen autoribus profectas, chriſtianos ex iudæis extitiſſe &c.* vid. SVLPITIVS *lib. II. c. 30.*

reformatum iudaiſmum profitentes.

Et Chriſtiani ad mores iudaicos ſeſe compoſuerint

§. LII. In hoc conſpirabant Chriſtiani, nec originem ſuam diffitebantur. Mores iudaicos ex *Synagogis* tractos ne quidem reliquerant, ſed *eccleſias* ſuas ad imaginem earum inſtruxerant, in quibus pſalmi Dauidici cantabantur, & ſcriptura S. veteris fœderis *more iudaico* ſedulo legebatur Etſi vero optime intelligebant, ſe per *CHRISTVM* a iugo legum *ceremonialium* eſſe liberatos, & hanc *libertatem* reſtauratæ per *CHRISTVM* religioni omnino deberi, quam PAVLVS acriter vindicavit contra Zelotas; aliud tamen iudicium ferendum eſſe nouerant de legibus, *mores* hominum *priuatos* dirigentibus, ac a ritu ceremoniarum nihil participantibus, quas, deſtructa etiam republica iudaica, imo ſacris iudæorum cum templo prorſus deletis, vim ſuam retinuiſſe compertum habebant, ſeque ad illos componebant. De legibus Moſaicis abrogatis ita cenſebant, interprete EVSEBIO *in fragmentis demonſtrat. Euangel. lib. I. c. 2. in f.* primum editis a FABRICIO V. C. *de verit. relig. Chriſt. p. 17. cum conditio reipublicæ Moſaicæ non fuerit certis congruens genti-*

relictis tantum legibus forenſibus & ceremonialibus,

Digitized by Google

gentibus, ſed tantummodo Iudæis, neque hiſce vniuerſis, ſed ſolum verſantibus in terra iudaica, neceſſarium omnino erat, aliam conſtitui rationem, qua præter legem Moſaicam poſſent gentes vbique terrarum incolentes, quæ conſimilem Abraamo vitam ducerent, eandem cum illo benedictionem obtinere. Illa ergo lex, quæ reipublicæ Moſaicæ propria, quæ vſum ſuum tantum *in iudaica terra* habere, atque ita *particularem* non *vniuerſalem* obſeruantiam ohtinere potuit, ex intentione ipſius DEI vlterius obligare non potuit, quam ſtante *republica iudaica* & *templo*. Legum *matrimonialium* diuerſa fuit conditio: nullum hæc reſpectum ad *rempublicam* a MOISE formatam, aut *ad ſacra iudaica* habebant: vniuerſalem applicandi virtutem acceperant, deſtructa etiam republica, ſacrisque cum templo deletis, vlui futuram. Quocirca hæ ex *intentione Dei* haud latæ ſunt, vt *ad tempus*, more ceterarum, h. e. ſtante republica & templo, nec vt tantum gentem *iudaicam*, *qua talem*, obligarent; nullo enim id idoneo argumento demonſtrari poteſt, præſertim cum ideo *CHRISTVS* aduenilſet, vt *gentem iudaicam* reformaret, cultum in *ſpiritu* & *veritate* præſtandum introduceret, atque efficeret, vt religio vera in poſterum ſeſe *in vniuerſum orbem* diffunderet. Quæ itaque leges cum hac *vniuerſali religione* optime ſubſiſtere, & cum ea vſum habere potuere, nec peculiarem reſpectum ad *rempublicam Moſaicam*, *ſacra*, *gentemque iudaicam* habuerunt, eæ etiam Chriſtianis, a Iudæis legitimam propaginem habentibus, datæ, imo hac intentione a DEO latæ ſunt, vt vim obligandi *perpetuam* & *æternam* haberent, quod *de matrimonialibus legibus* præ ceteris aſſerendum.

quibus accenſeri non potuere leges de gradibus prohibitis, in perpetuum ex intentione Dei valituræ, & cum religione vniuerſali concordantes.

§. LIII. Ipſe Saluator in ſermonibus ſuis hanc diuerſitatem variis occaſionibus tetigit atque indicauit, rempublicam iudaicam cum templo euerſum iri, paſſim docuit, *Luc. XIX, 41. ſeqq. XXI, 6. Matth. XXIV, 2. Marc. XIII, 2.* ſimulque legum *ceremonialium* & *forenſium* finem inſtare oſtendit. Cultum noui teſtamenti oppido diſtinguit ab *vmbratili* & *typico* veteris fœderis, *Ioh. IV, 21. ſeqq.* atque eo ipſo demonſtrauit, non adeo amplius habendam rationem harum legum, huius cultum reſpicientium, nec earum *reformationem* ſollicite ſuſcipiendam. Diuerſum conſtituit Saluator in legibus a MOISE traditis, quæ *mores humani generis* efformant, quibus diſertis verbis *leges coniugiorum* accenſet. Has cum ceteris æque deprauauerat inſulſa veterum magiſtrorum interpretatio: *Matth. XV, 6. v. XVI, 12. XXIII, 16.* de his reformandis atque emendandis vnice Saluator ſollicitus eſt, quas vim obligandi non depoſituras eſſe,

Hoc diſcrimen legum Chriſtus ipſe inculcauit, & leges matrimoniales in hunc finem reformauit,

Digitized by Google

deſtructa etiam republica & deleto templo, optime nouerat. Harum verum ſenſum variis occaſionibus inculcat, easque a peruerſis Magiſtrorum interpretationibus purgat atque liberat, *Matth. V, 21. ſqq. VI, 1. ſqq. XV, 9. ſqq. XVIII, 15. XIX, 3. ſeqq. Marc. II, 18. ſqq. III, 4. VII, 10. 15. 20. X, 2. ſqq. XII, 29. ſqq. Luc. V, 33. XI, 12.* atque in his præcipue leges *de matrimonii indiſſolubilitate, natura*, & *diuortio* enumerat emendatque, certo indicio, has perpetuam vim obligandi *ex DEI intentione* habituras. Nec diuerſum ſtatuendum *de prohibitis gradibus*, quorum lex æque ita comparata eſt, vt *vniuerſalem & perpetuam vim* obligandi *poſt Chriſti aduentum* habere potuerit. Id PAVLVS *1 Cor. V, 1.* agnouit, grauiterque reprobauit *inceſtum cum nouerca*, etiam *inter gentes* damnatum, multo minus ergo inter *fideles* tolerandum, quos lex diuina ab hoc concubitu arcuit. Illuſtrationis duntaxat maioris gratia PAVLVS prouocat ad *gentilium leges*: rationem decidendi vnice inde non petit: aliam ſine dubio innuit *legem diuiniorem*, Chriſtianis præſcriptam, talem concubitum reprobantem, quæ alia eſſe nequit quam *Moſaica*; iure naturæ enim talem concubitum prohibitum eſſe, admodum difficulter probabitur, nec PAVLVS ad hoc prouocauit argumentum.

quibus etiam lex de prohibitis gradibus accenſenda.

Nec Chriſtiani primæui de huius legis obligatione dubia mouerunt,

§. LIV. In ſeculis purioribus primitiuis fere deficiunt teſtimonia, quibus hoc dogma exornari queat. Auguror, id inde factum fuiſſe, quia *de prohibitis gradibus* nulla mota ſunt dubia, quin potius Chriſtiani ſine vlla hæſitatione agnouerunt, prout omnino par erat, ſe ad leges diuinas, matrimonio in veteri teſtamento datas, obſtrictos eſſe. Noverant gentilium obtrectationes, inceſtus crimine paſſim eos inſimulantium. Aiunt: *His accedit, quod crimini nobis vertunt, quaſi nec a propriis ſororibus nobis temperemus*, teſte THEOPHILO Antiocheno *lib. III. ad Autolyc.* Paſſim hanc calumniam redarguit & explodit TERTVLLIANVS *apol. c. 2. 4. 7. 8.* & gentiles prouocat, vt *errores nuptiarum* oſtendant *lib. I. ad Nat. c. 7.* Apud MINVCIVM FELICEM *in Octav. p. 325. edit. Gronov.* retorquent Chriſtiani hoc crimen in gentiles: *Merito igitur inceſtum penes vos ſæpe deprehenditur, ſemper admittitur, etiam neſcientes miſeri poteſtis in illicita prorumpere.* Sibi autem per *calumniam* inceſtum imputari aiunt: *Sic inceſti fabulam nectitis, etiam cum conſcientiam non habetis.* Hunc in finem hæc adferunt argumenta: *At nos pudorem non facie ſed mente præſtamus; vnius matrimonii vinculo libenter inhærenus, cupiditate procreandi aut vnam ſcimus aut nullam.* Tam caſte

Digitized by Google

aſſe colebant matrimonia Chriſtiani, tam *pudice* in connubiis agebant, rt ab omni *inceſtus ſuſpicione* eſſent alieniſſimi. Si quæris, vnde *inceſtus* ineeſtus ratio- nationem æſtimarint, res ipſa docet, eos aliunde regulam quam ex *ver-* nem ex iure *bo diuino* non deſumſiſſe. Id loquuntur variæ *patrum* doctrinæ, quæ diuino æſti- paulo poſt *de graduum probibitorum* limitibus ſunt traditæ: hæ non *no-* mantes. *væ*, aut ex *nouo principio* hauſtæ: iam ab initio chriſtianiſmi in eam iue- ant ſententiam, limites ab ipſo DEO nuptiis poſitos ſanctiſſime eſſe ſer- randos, neque vllum occurrit veſtigium, aliquem eorum illud in du- bium vocaſſe vnquam, atque credidiſſe, leges has Moſaicas ſolis iudæis, cultui Leuitico addictis, datas, ac cum reliquis de *circumciſione*, *feſtis*, imilibusque in eundem cenſum collocandas. Atque ita recte iudica- ant, quia manifeſtum eſt, has leges, æque vt de *diuortio*, *vniuerſalem* im atque *æternam* habere.

§. LV. Vindicaui *obligationem legum diuinarum*, eisque etiam De limitibus Chriſtianos teneri aſſerui. Nec tamen ſic res confecta eſt. Nouum prohibitionis certamen exſurgit *de limitibus graduum prohibitorum.* Patrum ſenten- nouum du- iam ſupra retuli, qui in gradibus a MOISE traditis non ſubſiſtendum biuum, eſſe arbitrati ſunt, opinati, iuxta *v. 6. Levit. XVIII.* in genere a *conſan-* *guineæ* nuptiis abſtinendum eſſe, ſeu quamdiu *vinculum ſanguinis* mente concipi poſſit. Nouis erroribus hoc principium anſam dedit, vt prohi- quod patres bitionem legis diuinæ plus iuſto protraherent, & in *remotioribus gradi-* nimis exten- *bus* demum ſubſiſterent. Taxauit hunc næuum SPENERVS *P. II. c. 4. conſ.* derunt, *Theol. latin. p. 105.* his verbis: *mihi ſemper illa ſententia ſedit, in toto ne-* *gotio probibitionis ſtricte inhærendum diuinæ ſanctioni, vt etiam exiſti-* *mem, aliquos gradus ſanctionibus eccleſiaſticis additos plus damni eccle-* *ſiæ intuliſſe quam commodi, vt adeo longe præſtiterit, libertatem ſine vlla* *reſtrictione ſeruatam eſſe, quousque non ipſe dominus reſtrinxit.* Nos quidem vltra prohibitionem deſignatam determinatamque non proce- dendum eſſe credimus, in eo tamen in diuerſas abimus ſententias, vtrum tantum *in perſonis* a MOISE deſignatis ſubſiſtendum, an vero ratio *graduum*, & caſuum ſub eis comprehenſorum habenda ſit ratio? S. SPENERVS, licet magis in deciſionibus ſuis inclinauerit in ſenten- iam poſteriorem, ingenue tamen faſſus eſt, ſeſe in biuio hærere & flu- ctuare. De matrimonio cum *vxoris defunctæ ſorore* interrogatus *P. II.* iudicium Spe- *c. 4. conſ. Theol. latin. p. 99.* ita cenſuit: *vt probibitioni diuinæ vix am-* neri de hac *plius eadem animi plerophoria inſiſtam, vix aliud validius me commouit* controuerſia, *argumentum, quam, quod omnium ſimpliciſſimum eſt, a bonitate & ſa-*

Digitized by Google

pientia legislatoris, quæ vix ferant, vt eiusmodi leges conſcientiam obligantes aliis quam clariſſimis verbis exprimantur, quibus rationabile nullum ſubeſſe queat dubium, vt magis magisque ambigam, an in cauſis matrimonialibus vllæ ſaltim paulo longius deductæ admitti debeant conſequentiæ, quæ a lege modo videntur abhorrere. Aſt qui non pari firmitate priſtinæ ſententiæ meæ inhæreo, multo minus alteram ſuſcipere auſim. IDEM *p. 105. cit. l.* denuo id fatetur: *Nuper admodum in diſputationem inductus ſum ſuper caſu, quem hactenus cum plerisque theologis noſtris credidi eſſe prohibitum, neque nunc etiam aſſentior permittentibus: non tamen nego, communicatis, quæ in eadem cauſa hinc inde diſceptata erant, & a me maturius expenſa ſunt, non paucos mihi iniectos eſſe ſcrupulos, quam ſolide hactenus vltra PERSONAS diſerte expreſſas in leviticis alias ex gradus identitate adiecerimus. Et quamuis de ſtatione mea non omnino deiectus ſum, ſenſi tamen, nos non æque firmo pede ſtare, quam credideram, antequam feciſſem periculum.* Non adeo leuidenſia aut ſpernenda ſunt argumenta, quæ virum prudentiſſimum nutare fecerunt, vt non mirandum ſit, quod ſcrupulos hic ſibi formauerit. Ita tamen rationes ſubduxit B. BVDDEVS *in theol. mor. P. 2. c. 3. ſect. 6. §. 12. in not. p. 766. in f.* exiſtimans, rem omnem adeo claram, planam atque euidentem eſſe, vt de ea dubitare aut fluctuare nefas ſit. Qui, præiudicio auctoritatis relicto, argumenta vtrinque ponderauerit, animaduertet, virum integerrimum, SPENERVM, qui non facile *præiudicio auctoritatis* ſe capi paſſus eſt, iuſtas omnino habuiſſe fluctuandi cauſas, quas adduxi *poſit. de gradib. matrimon. c. 5. §. 9. ſeqq.* Ego ſic exiſtimo, nuptias *Leuit. XVIII.* non tantum prohibitas eſſe quoad perſonas *nominatim* ibidem expreſſas, ſed etiam quoad eas, quæ ſub *prohibitis* ex *reſpectu* & *ratione eadem*, eaque *euidente* & *perſpicua*, continentur. Quocirca quia prohibitum eſt connubium cum *matre*, nec *nepos* poterit *auiam* ducere, quæ itidem recte *mater* nepotis dici poteſt, vt adeoque non neceſſe fuerit, hunc ſimilesque caſus *in linea aſcendente* exprimere. Hoc vnicum fere argumentum, ab *abſurdo* deductum, placuit B. BVDDEO diſſentientibus opponere, quod tamen illos prorſus non ferit, multo minus SPENERVM, qui nouerat, ſub *matre* eam ex identitate *rationis euidentiſſimæ* intelligi, de quo nemo vnquam dubitauit. Omnis ambiguitas in *collateralium* prohibitione emergit, inter quos non idem *reſpectus* nec eadem *ratio prohibitionis* adeſt. Interim admitto, concurrente eodem *reſpectu* eademque *ratione*, prohiberi matri-

quod approbatur,

oſtenditurque, quousque perſonæ non deſignatæ ſub expreſſis contineantur,

& quidem potiſſimum in linea collaterali

trimonium, vtpote cum *auunculi vidua* contractum. Sicuti enim cum *patrui vidua* interdictæ sunt nuptiæ, ita pariter cum *auunculi vidua:* vtrique debetur *honor*, *reuerentia*, *cultus:* immutaretur hic *respectus reuerentialis* & *honestatis*, si in thorum eius, qui mulieri reuerentiam debet, transiret, vtpote cui ex *lege matrimonii*, maxime inter orientales vsitata, longe *inferior* & quodammodo *subiecta* foret, quod *ratio honestatis* non permittit. Imprimis vero hunc *respectum* atque *rationem* in lege diuina pro fundamento collocatum fuisse, non tantum ex adductis, sed aliis etiam prohibitis gradibus palam atque planum est. *Materteram* atque *amitam* ex hoc *respectu* in vxorem ducere non licet, *Leuit. XVIII, 12. 13.* ne, quæ *matris loco* haberi & *veneratione* suscipi debeat, post coniugium anitum in *subiectionis* statum deducta *inferior* fiat, atque *lex reuerentiais* ita conculcetur. Matrimonii cum *auunculo* vel *patruo* nulla iniicitur mentio, in cuius consummatione nulla *respectuum* confusio occurrit, sed vxor in eodem statu *subiectionis* & *deuotionis* erga maritum, in quo antea fuit, manet. *Patrui viduam* quidem vxorem ducere prohibemur, vtpote cui itidem *reuerentia* æque vt *patruo* debetur; inde tamen non *euidenter* colligendum, nuptias etiam cum *patruo* iure diuino damnatas esse. Hi sunt scopuli, quos in lege Mosaica, quæ alias *minutissima* determinare, nec res tanti momenti silentio præterire solet, offendunt eruditi, qui ex iudicio B. SPENERI nec parui ducendi nec contemnendi sunt. Quis ergo eum culparet reprehenderetque, qui in eam sententiam, quam adstruxi, eundum esse arbitraretur? Interim conscientiam nullius turbo aut in ius voco, quin potius, qui cespitat, hæsitat, atque fluctuat, ei autor suasorque sum, vt cogitet, *in dubio tutiorem viam tenendam esse.* Vt vero hæc regula etiam iis commendata esse debeat, qui nullis premuntur dubiis, admittere non possum, ne alioquin plura alia obstacula conscientiis opponantur. Dubitant quidam, an abstinendum sit in cibis a *suffocatis* & *sanguine.* His omnino suadendum, vt ab his sese temperent epulis, quod tutior via *in dubio* sit sequenda & tenenda. Interim non culpandi, qui contrarium tradunt atque docent ex argumentis, quibus ipsimet in conscientia conuicti sunt, quorum numero accensendus B. STRYKIVS *de nullitat. matrim.* c. 20. *sqq.*

in qua imprimis ratio ex honestate & subiectionis ordine petita,

quæ cessare videtur in nuptiis cum patruo & auunculo.

§. LVI. Quæ cum ita sint, inde planum atque perspicuum est, quousque facultas *dispensandi* principi concessa esse debeat. Proinde si in gradu iure diuino *expresse euidenterque non prohibito* dispensat is, cui ar-

Inde de facultate dispensandi iudicandum,

Digitized by Google

arbitrium circa leges eccleſiaſticas datum eſt, non poteſt amplius miniſter eccleſiæ intercedere, quo minus ἐγγολογίαν deſponſatis impertiat. Vtut enim in contraria perſiſtat ſententia, cogitandum tamen eſt, ſeſe coniugium per *copulationem* non perficere, vtpote quod *conſenſus matrimonialis* publice declaratus conſtituit, ſed ritum tantum, in conſummandis nuptiis vſitatum, perficere, & præcepto magiſtratus, cui *in dubio* parendum, morem gerere; quamuis non dubium ſit, quin etiam hunc actum, quem alias *officii* ratione peragere debeat, modeſte declinare & petere poſſit, vt alii committatur. Nuper admodum acta ad noſtram facultatem trasmiſſa ſunt, quæ docebant, in libera imperii ciuitate diſpenſationem ei conceſſam fuiſſe, qui in vxorem ducere volebat defunctæ vxoris fratris conſanguinei filiam. A paſtore eccleſiæ, cui proclamatio deſponſatorum a magiſtratu loci imperata erat, motus excitabantur ingentes, adeo, vt nuncio publico, qui eidem proclamationem nomine magiſtratus iniunxerat, hæc reſponſi loco dediſſet: Er ſolte E. Hoch Edlen Rath ſeine gehorſamſte Dinſte und dabey vermelden, daß er zwar das Decret in ſeinem hohen Werth lieſſe, wäre auch parat, in allen Stücken zu folgen; aber in dieſem caſu lieſſe er bitten, ihn damit zu verſchonen, indem es wieder GOttes Gebot und Ordnung wäre, und könte er es in ſeinem Gewiſſen nicht verantworten, und würde er ihn nicht aufbiethen; wolte aber E. Hoch-Edler Rath ohne Proclamation die Copulation verrichten laſſen, ſo erinnere er ſich eines Exempels, da von dergleichen Leuten, als ſie, um ſich copuliren zu laſſen, aufs Land gefahren, der Bräutigam davon aus der Chaiſe den Hals geſtürtzet. Poſtquam vero magiſtratus hanc *contumaciam*, a quo nulla ratione dimoueri poterat, minime concoquendam eſſe exiſtimaret, relatione ad *facultatem iuridicam Helmſtadienſem 1722.* M. Febr. transmiſſa, ſequens tulit reſponſum:

hac facta miniſter eccleſiæ copulationem denegare nequit.

Hat Johann Friedrich Pfeiffer nach Ableben ſeines Weibes ſich anderweit mit ihres halbbürtigen Bruders Tocher verlobet, dabey aber die Behutſamkeit gebrauchet, daß er vorhero darüber, ob dieſe Ehe zugelaſſen, bey der Iuriſten-Facultät zu Halle ein Rechtliches Bedencken eingeholet, auch wie ſelbige ihm bey ſeiner Obrigkeit Diſpenſation deßhalben zu ſuchen, angerathen, bey E. E. Rath daſelbſt ſich gebührend gemeldet, und die Diſpenſation würcklich erhalten. Allein wie darauf dem Paſtori zu St. Blaſii, Kindervatern, nomine Senatus hiervon Notification geſchehen, und daß er mit dem Aufgeboth nunmehro

mehro ohne weitern Aufenthalt verfahren möchte, Befehl ertheilet worden, hat ſelbiger nicht nur gegen den Gerichts-Diener die Proclamation zu thun ſich geweigert, ſondern, wie hernach der Herr Bürgermeiſter Riedel in ſeiner Behauſung ihm ferner zugeredet, nochmalen, daß er Gewiſſens wegen, und weil die vorſeyende Ehe ein wircklicher Inceſtus wäre, bey dieſem Handel keine Partition leiſten könte, ausdrücklich declariret, maſſen dieſes alles die beyzurückgehende Acta iudicialia des mehrern beſagen.

Indem aber gleichwol E. E. Rath. zum Præiudiz ſeiner Gerechtſame und Obrigkeitlichen Autorität dergleichen Widerſetzlichkeit an einem unter ihm ſtehenden Prediger ſo ſchlechter Dings nachzuſehen nicht gemeinet; Als will derſelbe des Rechten belehret ſeyn:

1. Oberwehnter Prediger nicht ſchuldig und gehalten, ohne fernere Einrede mit der Proclamation gedachten Pfeiffers zu verfahren, und der Obrigkeitlichen an ihm ergangenen Verordnung nachzukommen?

Wiewol nun der Prediger ſich theils auf die göttlichen Geſetze, theils auf ſeine Gewiſſens-Scrupel hierunter berufet, und daß er zu einem künftig aus dieſer entſtehenden Inceſtui nicht concurriren könte, nebſt Anziehung eines Caſus Tragici, der ſich in ſimili Matrimonio zugetragen haben ſoll, in gar ſcheinbaren ſubmiſſen Terminis vorgeſchützet, dieſem nach, als ob ſelbiger das ihm anbefohlne Aufgebot wider ſein beſſer Wiſſen und Gewiſſen zu thun nicht ſchuldig wäre, es faſt das Anſehen gewinnet.

Dieweil aber dennoch 1) gedachter Prediger die göttlichen Geſetze ganz ohne Grund bey dieſer Sache anführet, auch 2) nicht eine einige Stelle, worinnen dieſe Ehe verboten, anzuzeigen vermag, 3) deſſen vorgegebene Gewiſſens-Scrupel ganz irrig, wo nicht gar *affectati & ſimulati* ſeynd, 4) der Caſus, den er von einem Bräutigam anziehet, der nach der in ſimili Caſu gehaltenen Copulation aus der Chaiſe gefallen, und den Hals geſtürtzet haben ſoll, theils eine vermeſſene Stöhrung *in iudicia diuinis*, vid.

Lucæ XIII, 2. vbi ita GROTIVS commentatur: *Vulgus plerumque vlterius ſibi ſumit iudicandi audaciam, vt illos ceteris flagitioſiores putet, quibuscum peius agitur, quam crudelem temeritatem multis caſtigat Iobus & Pſalmorum ſcriptor merito quidem &c.*

in sich hält, theils auf eine offenbare *Fallaciam non cauſſæ vt cauſſæ* hinausläuft, ob sie schon nicht in violenta & crassa resistentia bestehen, nichts destoweniger *clam & precario* den der Obrigkeit schuldigen Respect allerdings *laediren*, und von nicht der geringsten Erheblichkeit sind; als ist dieser Prediger ohne fernere Einrede zu proclamiren, und der an ihn ergangenen Verordnung nachzukommen schuldig und gehalten.

Zweytens wird zu wissen verlanget, auf was Art derselbe dahin angehalten werden könne?

Ob nun wol 1) der Prediger Kindervater, wie bey der vorhergehen Frage bereits erwehnet, auf sein Gewissen bey vorzunehmenden Zwangs-Mittel provociren möchte, gleichwol 2) bewährter Rechts-Lehrer Meinung nach eine Obrigkeit auf die Gewissen ihrer Unterthanen, wenn sie schon irrig sind, allerdings bey ihrem Regiment reflectiren, und selbigen nachleben muß:

> Nam principis est, subditorum conscientiæ prospicere,
>
> RHETIVS *dissert. de miseric. intempest. c. XI. n. 14.*
>
> immo Magistratus politicus omni cura id intendere debet, vt subditorum conscientiæ non dominetur, sed eidem, etiamsi erronea sit, indulgeat.
>
> B. THOMAS. *in vindic. iur. mai. circa sacr. §. XXXI.*

Diesemnach 3) wider diesen Prediger gar kein Zwang statt zu haben, also von der Art und Weise, wie er zur Proclamation zu zwingen und anzuhalten, die Frage nicht einsten zu untersuchen zu seyn, sondern gäntzlich als vergeblich wegzufallen scheinet.

Dieweil aber dennoch 1) jedweder Prediger seiner Obrigkeit, zumalen, wenn selbige zugleich, wie E. E. Rath zu Nordhausen, Summus Episcopus ist, in allem demjenigen, so göttlichen und natürlichen Rechten nicht zuwider läuft, ohnstreitig zu gehorsamen, und hierunter seiner Gemeinde mit gutem Exempel vorzugehen schuldig, gleichwol 2) der Casus matrimonialis, davon die Frage ietzo moviret wird, von dieser Beschaffenheit, und an sich weder in göttlichen, noch natürlichen Rechten, bewährter *Theologorum* und Juristen Meinung nach, verboten,

> vid. NIEMEYER. *dissert. VIII. de coniug. probib. §. 3.*
>
> BRVCKNER. *p. 212. n. 9. decis. matr.*

mithin 3) des Predigers vermeintliches Gewissen, da er kein ein-

Digitized by Google

einziges *fundament ex lege naturali aut diuina* vor sich hat, in einer blossen *Obstinatione Animi*, dergleichen niemand von seiner Pflicht und Schuldigkeit gegen den Magistrat befreyen und dispensiren kan, bestehet, hiernächst 4) die Obrigkeit auch nicht iedweden angeblichen Irrthum sogleich für eine *Excusation* gelten, und sich den gebührenden Gehorsam entziehen zu lassen gehalten; vid. in terminis fere

THOMASIVS *P. IV.* der auserles. Juristen-Händel *c. VII.*

Als sind wir der Rechtl. Meynung, daß woferne der Prediger weiter auf seinem Eigensinne bestehen solte, E. E. Rath daselbst selbigen durch Androhung einer ziemlichen Geld-Strafe, so von dessen Einkünfte so fort abgezogen werden könte, und wo dieses nicht fruchtete, mit Andeutung der Suspension

vid. dict. Respons. Thomas.

ur Parition anhalten möge.

Drittens entstehet die Frage:

Wie die Violirung des Obrigkeitl. Respects, zumalen wenn Pfeiffer und seine Verlobte, wegen besorgender grosser Verdrießlichkeit, gar von ihrem Vorhaben abstiniren, und das Aufgeboth samt der Copulation nicht weiter verlangen solten, an den bemeldten Prediger anzusehen und zu bestrafen sey?

Nun hat zwar (1) der renitirende Prediger einiger, sonderlicher Chur-Sächsis., Juristen-Autorität dieses Casus halber, und daß er ndispensabel sey, vor sich,

vid. CARPZ. *l. II. iurispr. eccles. def. 92.*

2) scheinet ihm seine gute Meynung und bona fides, da er bloß Gewissens wegen und mit Modestie die Sache zu decliniren suchet, zu atten zu kommen; (3) doch wol auch noch andere Prediger seynd, die Proclamation verrichten, daß also, dem Ansehen nach, nicht iel daran gelegen, wenn dieser schon bey seiner Verweigerung verarrete; (4) möchte man dafür halten, daß es ja besser wäre, wenn ie beyden Verlobten von einander, und also nicht nur die Leges diinæ selbst, so viel die verbothenen Casus betrift, inuioliret, sondern uch die Kirchen-Ordnung und so genannte Munimenta Legum diuiarum ohngekränckt blieben, als wenn partes immerhin auf die einmal ntendirte Verehligung bestünden; wannenhero (5) bey so verschie-

denen für den Prediger militirenden Umständen man fast dafür halten solte, daß, es möchte die Sache ablauffen, wie sie wolte, und die Desponsati bey ihrer Resolution persistiren, oder sie ändern, wider denselben keine Bestrafung statt fünde.

Dieweil aber dennoch 1) E. E. Rath in der Reichs-Stadt Nordhausen, als einem Stande des Reichs, an der Erhaltung seiner Iurium Episcopalium, wozu die Macht in Ehe-Sachen und Verheurathungen zu dispensiren, mit gehöret, ein grosses gelegen, gleichwol 2) daß, wenn es diesem Prediger gelingen, und er so mit seinen *Prætextibus* durchdringen, auch ungestraft bleiben solte, zu befahren stehet, daß andere mehr seinem Exempel folgen, die quæstiones de gradibus prohibitis & permissis eigenem Gefallen nach erklären, anbey sich 3) das Pouvoir, welche Verbündniß sie für eine zuläßige oder unzuläßige Ehe erkennen, ingleichem bey welcher sie die gewöhnl. Kirchen-Ceremonien mit Proclamiren oder sonsten gebrauchen wolten, an sich ziehen, also 4) über die quæstiones matrimoniales und dispensationes graduum das decisum zu ertheilen, sich das völlige und gäntzliche arbitrium arrogiren möchten; woraus denn 5) nichts anders, denn ein völliger Ruin des *iuris circa sacra protestantium* und gäntzliche Wiedereinführung des *papismi iuridici* entstehen würde, mithin 6) des sich in dieser Sache widersetzenden Predigers Begönstigungen vor kein geringes delictum zu halten, sondern als eine *turbatio iurium episcopalium* anzusehen ist; übrigens 7) die Begönstigungen dererjenigen, so *rationem conscientiæ* wider ihre Obern vorschützen, so viel das *interesse publicum* anbelangt, für gefährlicher, als der öffentlichen *turbatorum* gewaltsame *molimina* zu achten sind; hiernechst 8) der Prediger nicht auf einige ICtos Saxonicos, sondern auf den legem diuinam und seiner Obrigkeit Befehl zu sehen hat, zumalen der allegirte Carpzov ohnedem nicht von der verstorbenen Frauen vollbürtigen Schwester Tochter eigentlich redet; ferner der Prediger, der seiner Obrigkeit gebührenden Gehorsam nicht von sich abwenden, und auf seine Collegen oder andere schieben kan, sondern solchen selbst in propria persona leisten muß; endlich 9) da nach eingeholter Rechtlichen Erkänntniß die dispensation denen Verlobten einmal rechtmäßig ertheilet worden, zum Präjudiz und Verkleinerung des der Obrigkeit zukommenden Respects nunmehro nicht erst, quodnam melius esset, zu disputiren ist;

Als halten wir dafür, daß der Prediger, wovon die Frage mel-
det, bey so gestalten Sachen, und weil er E. E. Rath das arbitrium
in casibus matrimonialibus zu disputiren und in Zweifel zu ziehen, auch
in casu præsenti, da E. E. Raths dispensation bereits erfolget, dessel-
ben Auctorität geringschätzig, und alles nach seinem eigenen Kopfe,
wider den seiner hohen Obrigkeit schuldigen Respect zu machen und
hinzurichten suchet: überdem, wenn die Verlobten von fernerm An-
suchen um die proclamation und copulation durch seine unnöthige ob-
iectiones sich abhalten lassen solten, die andern Bürger daselbst bey
vorfallender Gelegenheit in causis matrimonialibus sich zu E. E. Rath zu
wenden, und dahero Bescheid zu gewärtigen, hinzukünftig eben-
mäßig abgeschrecket werden möchten, um ein hundert Thaler zu be-
strafen, und dieses quantum ihme von seinen bereitesten Gefällen ab-
zuziehen und zu decurtiren sey! V. R. W.

§. LVII. Possem nunc quidem ea, quæ in antecedentibus dicta sunt, variis illustrare præiudiciis, quorum copia non defuit: quia vero plurima STRYKIVS *ad Brunnem. ius eccl. lib. II. c. 16.* BERGERVS *in supplem. ad electa processus matrim.* aliique iam suppeditarunt, iis acquiescere, non alia addere placuit. Id vnice adhuc coronidis loco addo, Curiam Romanam dispensare quidem in casibus singularibus obuenientibus, nec adeo difficilem hac in re esse, sed *generale priuilegium* certæ genti illustri, vt in perpetuum in certo gradu matrimonium inire queat, nunquam concedere, quod commodis curiæ Romanæ officeret. In *votis* & *iuramentis* relaxandis tale priuilegium perpetuum regibus Galliæ datum fuisse, supra in *diss. prælim. §. 61.* obseruaui. Ast contra *leges matrimoniales prohibitiuas* curia Romana eiusmodi priuilegia denegauit. Anno 1364. Rex Angliæ EDVARDVS ab VRBANO V. contenderat multis precibus, vt dispensationem sibi generaliter concederet, *quod filii & filiæ suæ nati & nascituri ex legitimo matrimonio possent cum aliis personis, eis in tertio seu quarto consanguinitatis seu affinitatis gradibus attinentibus, matrimonialiter copulari.* Respondit vero pontifex in literis ad Regem Angliæ scriptis, & a THOMA RYMERO tom. VI. act. publ. Angl. p. 457. relatis: *sed nos, licet tuis honestis votis annuere cupiamus, attendentes tamen, quod talem gratiam non consueuimus facere, & quod, si fieret, ad consequentiam verisimiliter traheretur, ex quo pro tempore in christiano populo possent scandala generari, dictam dispensationem non duximus concedendam. Sed si pro tempore, pro ipsorum filio-*

Remissiue de casibus controuersis,

generale priuilegium contra hos gradus prohibitos curia Romana non concedit.

Digitized by Google

rum vel filiarum aliquo seu aliqua vel certa alia persona, ex quorum coniunctione non timeatur probabiliter scandalum suboriri, gratiam petas huiusmodi, in eius concessione nos libenter exhibebimus liberales. Talem *generalem dispensationem* vel potius *priuilegium* vni genti illustri pontifex, citra grauissimum præiudicium, indulgere non potuit, alioquin ceteri reges principesque ad exemplum illius pro sua domo eandem gratiam obtinere allaborassent, & ita factum fuisset, vt leges *de gradibus prohibitis* in posterum tantum priuatæ sortis laicis datæ apparuissent, cum tamen curiæ Romanæ interfit, vt reges & principes potentissimos *subditorum* numero in perpetuum habeat.

TIT. XV.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS ET IMPOTENTIA COEVNDI.

§. I.

Impedimentum impotentiæ sequitur,

Vidimus, quemadmodum connubio vitium *nullitatis* cohæreat ex *consanguinitatis* vel *affinitatis* vinculo: modo impedimentum *coniugalis impotentiæ*, quod etiam matrimonium excludit atque annullat, sub examen reuocandum, ne a RAYMVNDO recedam. Neque vero hæc materia, ICtis & medicis communis, huc vsque neglecta aut derelicta, quin potius variis exornata est scriptis. Ex professo eam illustravit, multisque obseruationibus exornauit IOANNES SANCHEZIVS *de ieiunio & impotentia circa matrimonium;* nec minus THOMAS SANCHEZ *de sacramento matrimonii lib. 7. disp. 92.* vsque *ad finem libri*, qui imprimis ex THOMAE ceterorumque scholasticorum penu, plurima adduxit, quæ in rem hanc facere possunt, adeo vt hunc ducem recentiores sequi non fastidiant, aliis destituti copiis. Idem iter tenuit BASILIVS PONCE *de matrim.* atque rursus *lib. VII. c. 55. sqq.* ex mente THOMAE & iuris canonici quidem *de impedimento impotentiæ* egit; solutiori tamen philosophandi genere, in quo SANCHEZIO, homini in corradendis aliorum sententiis occupatissimo, simulque diffusissimo, præferendus. Inter nostrates, IO. GEORG. SIMON *de impotentia coniugali* paulo eruditius edisserere voluit, sed conatus euentui non respondit, vtut hoc opusculum plurimis in deliciis esse soleat. Plura in eo concer-

de quo varii autores scripserunt,

Digitized by Google

ceruata deprehendes, non ſatis digeſta: plura etiam aliena & inutilia, quæ *iudicii defectum* arguunt. Quia vero primaria difficultas in hac doctrina methodum probandi inhabilitatem ad generandum reſpicit, quam *iuſtum & verum iudicium* vocarunt patres antiqui & pontifices in *c. 29. C. 27. q. 2. c. 1. C. 33. q. 1. & 5. X. h. t.* inde occaſionem nactus eſt HEINRICVS LINCKIVS *de iuſto iuris canonici iudicio* meditationem conſcribendi, quæ proceſſum in *demonſtrando* hoc *impedimento* ſecundum ius canonicum vſitatum explicat atque depingit. Huic iungendus eſt ANNAEVS ROBERTVS *lib. 4. rerum iudicat. c. 10.* quo multo cum eruditionis apparatu de *inſpectione aliisque mediis eruendi inhabilitatem* agit, nec minori induſtria in hunc campum tranſiit ALEXANDER SPERELLVS *deciſ. for. eccl. 141.* Inter medicos, qui hanc exornarunt prouinciam, nominandi ſunt VALENTINI *in Pandect. medico-legalibus P. 1. p. 36. ſq. 456. 464.* PAVLVS ZACCHIAS *in quæſt. medico-legalibus l. 3. tit. 1. c. 2. ſeqq.* & Dn. ALBERTI collega bonoratiſſ. *in iurisprud. medic. P. 1. c. 2.* Pertinent vero præterea ad hoc thema *matrimonia ſenum*, de quibus agit CONRAD PHILIPPVS HOFFMANNVS, *Eunuchorum*, quorum cauſam agit perſonatus DELPHINVS aliique, vt alios non tangam, qui, quæ ad hanc cauſam pertinent, incidenter perſecuti ſunt.

Inhabiles ad coniugium nulliter id ineunt,

§. II. Quemadmodum coniugium a DEO ad multiplicationem generis humani ordinatum & conſtitutum eſt, & ita *procreationem ſobolis* intendit, ita palam eſt, & rectæ rationi conueniens, eos, qui ad matrimonium ex hoc defectu inhabiles ſunt, fruſtra & nulliter illud inire. Deficit in tali connubio *conditio tacita* communiter ſubintellecta: *ſi habilis fueris*, quam quilibet præſupponit, imo & præſumit, vt, ea deficiente, nihil actum videatur. Eſt vero hæc *nullitas* non *abſoluta*, ſed *ſecundum quid*, & quidem reſpectu *læſi* vel *decepti*: huic *integrum* eſt, ex hoc defectu a coniugio inito recedere, non tamen ad hoc obſtringitur. Sicuti volenti non fit iniuria, ita vxori nulla neceſſitas eſt impoſita, dimittendi maritum ad coeundum inhabilem, quin potius defectum virium matrimonialium diſſimulare, vel patienti animo tolerare poteſt, ſaluis reliquis coniugii effectibus ciuilibus, quod ſpecialius infra exponendum eſt. Interim ſicuti non *cogitur* abdicare, ita nec retinere in thoro ad matrimonium ineptum adſtringitur. Memores fuere leges diuinæ & humanæ *imbecillitatis hominum*, quam lubrico periculo in tali coniugio exponere noluerunt, nec inuitum adigere, vt, quam *vxorem* exoptauit, poſtea habeat vt *ſororem*. Non inepte ab AVGVSTI-

eſt tamen hæc nullitas tantum ſecundum quid.

GVSTINO in *c. 44. C. 24. q. 1.* matrimonium dicitur *infirmitatis remedium* & *humanitatis ſolatium*, quam qualitatem deponeret, ſi *reluctantes* in tam inepto frigidoque connubio perſeuerare tenerentur. Atque hoc quidem iuris generatim eſt in *inhabilitate antecedente*: diuerſum obtinet in ea, quæ matrimonio iam inito contrahitur, prout infra ſpeciatim demonſtrandum eſt.

Antecedens inhabilitas eſt vel in frigido vel ſterili,

§. III. Quoad illam ante omnia videndum eſt, vtrum quis *ſcienter*, an *ignoranter* nuptias cum *inhabili* & *inepto* iniuerit? Prius variis modis contingere poteſt: α) ducendo ſterilem vel arctam, quam talem eſſe ſciuit: β) vetulam: γ) nubendo enucho. De ſingulis ſeparatim agendum. Primus caſus concernit matrimonium cum *arcta ſterilique* vel cum *frigido* marito, ſiue vitium quis ante contractas nuptias ſciuerit, ſiue poſt initum matrimonium iuri ſuo renunciauerit. Si *vitium* impotentiæ in marito erat *naturale*, ſpeciatim olim *ſpadones* dicebantur, quamuis generalior appellatio *caſtratos* quoque ſimilesque complecteretur. *l. 28. de V. S.* Matrimonium cum *ſpadonibus* initum de *iure Romano* verum erat matrimonium, adeo hoc multo magis dicendum erat, ſi quæ *ſcienter* ſpadoni nupſerat, adeoque vt *dotis actioni* locus eſſet, in quo primarius iuris ciuilis effectus quærebatur. *l. 39. in f. de iur. dot.* Idem ergo dicendum erat, ſi quis *ſterilem* duxerat vel *arctam* ſcienter; vel vbi vitium ſciuerat, illam ſcienter retinuerat in coniugio. Neque enim aliter dirimebatur, quam *legitimo* interueniente *diuortio*. Notum eſt, Sp. Caruilium Rugam primum Romæ de amicorum ſententia diuortium cum vxore feciſſe, *quod ſterilis eſſet*, vt ait GELLIVS *lib. XVII. N. A. c. 21.* vel vt *lib. IV. c. 3.* clarius ſe explicat: *quia liberi ex ea corporis vitio non gignerentur.* Hactenus ergo verum matrimonium erat, nec dubium, quin, diuortio non inſecuto, omnes effectus circa *dotem* aliaque illud conſeruaſſet. Neque ius canonicum in diuerſam abit ſententiam, ſed iuxta *c. 4. X. h. t.* antiquum patrum aſſertum obtinet: *quam quis non poteſt habere tanquam vxorem, habeat vt ſororem* COELESTINVS III. *in c. 5. X. h. t.* idem confirmat: *quodſi ambo conſentiant ſimul eſſe, vir eam etſi non vt vxorem, ſaltim habeat vt ſororem.* Reſpexit pontifex ad antiquum morem quorundam chriſtianorum, qui quidem in matrimonio viuebant, ſed cum *propoſito continentiæ mutuo*, adeoque vxores inſtar *ſororum* habebant. Interim tamen verum erat matrimonium, nec *effectibus ciuilibus* carere poterat. Quamuis enim magis *ſoror*, quam *vxor* eſſe dicatur, illud tamen matrimonio vim non ſubtrahit, ſed tantum

frigidi dicuntur ſpadones,

cum quibus ſcienter verum matrimonium contrahitur iure Romano,

ſicuti quoque cum ſterili & arcta,

Idemius canonicum ſtatuit,

vt talis vxor pro ſorore habearur,

ſaluis coniugii iuribus.

modum

Digitized by Google

modum viuendi designat. Vnde quæ scienter ad mortem vsque cohabitauit marito, iura *vxorum* quæuis etiam hodie retinet, nec *portione statutaria* priuanda est, quod etiam asserendum arbitror, si *scienter* impotenti nupserit. CARPZ. *P. 3. C. 19. def. 5.* Quamuis enim tale matrimonium *nullum* esse dicatur, id tamen tantum intelligendum sub conditione, *si alter iure suo vti velit:* qui si in tale matrimonium consentit, tolerandum id est, atque permittendum cum reliquis *iuris ciuilis* effectibus, quod idoneo præiudicio illustrat STRVV. *diss. de diuort. c. IV. n. 7.* Equidem quidam nec in ratione dubitandi enarrata subsistunt, sed adhuc aliunde *sterili vxori dotis priuilegia* denegant, obseruantibus CORASIO *ad l. 1. D. solut. matrim. n. 14. sqq.* & PETRO BARBOSA *ad l. 1. cit. Part. 1. n. 83.* quod scilicet *proles*, non *matrimonium* sit causa huius priuilegii. *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* Ait enim ICtus in *l. 1. solut. matrim. Dotatas esse feminas ad sobolem procreandam replendamque liberis ciuitatem, maxime est necessarium.* Quidam distinguunt, vtrum mulier *ex accidente* an vero *a natura* sterilis sit. Illi *dotis* iura in dubium haud vocanda censet BARBOSA *cit. l. n. 86.* quod priuilegia, generaliter concessa mulieribus propter liberos, in ea muliere, quæ *ex accidente* liberos non procreauit, deficere non possint, quia ratio haud cessat *in vniuersum*, sed duntaxat in *causa particulari.* Huic vero eo magis ea deneganda censent, quod causa *priuilegii* non in *persona particulari*, sed in toto genere *inhabilium mulierum* deficiat, atque talis mulier *arcta* vel simpliciter *inepta* ad matrimonium valide & legitime illud contrahere nequeat, vt censet BARBOSA *cit. l. n. 95.* Illam, quæ tantum *sterilis* est, facilius admittendam esse ad *iura dotis* iudicat, quod cum ea valide etiam nuptiæ ineantur. Omnia ergo in effectu huc redeunt, vtrum tale matrimonium sit *legitimum*, nec ne? illo casu iura *dotis* vxor habet, non vero hoc *l. 39. in f. de iur. dot.* In eo vero interpretes communiter errarunt, quod causam *priuilegii dotis* ex *prole*, non vero ex *matrimonio* deduxerint, non recte percipientes aut ponderantes mentem *cit. l. 1. solut. matrim.* Olim filia *illocabilis* dicebatur, quæ *dote* carebat, teste PLAVTO *in Aulul. act. II. sc. 2. v. 14.* h. e. quæ omnino nuptui collocari non poterat. Ea de causa in *l. 2. de iur. dot.* dicitur: *reipubl. nostræ interest, mulieres dotes salvas habere, propter quas nubere possunt.* Quia itaque dotes *matrimonia* prouocabant, vnde *procreatio sobolis* speranda erat, inde ICtus in *cit. l. 1.* necessitatem *dotis* colligit, absque qua nuptiæ non contrahebantur, & ita simul *spes prolis*

vt nec iura dotis vxoris sterili denegari debeant.

deficiebat. Palam ergo est, causam *iurium dotalium* vnice quærendam in *matrimonio legitimo*, non vnice & *proxime* in *prole*, quamuis propter huius procreationem illud contrahebatur. Adeoque quia etiam cum *sterili* matrimonium legitimum est, imo etiam cum *arcta*, vt nec maritus eam repudiare teneatur, *iura* quoque *dotis* salua habebit.

Imo & iure canonico cum inhabilibus verum est matrimonium.

§. IV. Reuertor ad decisionem pontificis atque animaduerto, eam plures in deuia traduxisse, vt crederent, pontificem negasse, inter ita cohabitantes *verum* adesse *matrimonium*, quod vt *fratres* & *sorores* inter se degant, quorum vinculum *matrimonium* dici nequit. Iam adduxit STRVV. *ex. 29. th. 21. in f.* quorundam sententiam, opinantium, *inter omnino impotentes, si nolint ab inito connubio recedere, non esse verum & perfectum matrimonium, sed societatem & cohabitationem quandam.* Hac posita sententia, effectus *matrimonii* veri his coniugibus quoque denegandi sunt, qui potissimum post mortem alterutrius sese exserunt. Sine *epicrisi* hoc dogma reliquit STRVVIVS, a cuius decisione tamen effectus insignes & ardui dependent. Si SANCHEZIVM iudicem hæc causa haberet, facile sub eo succumberet. Hic enim *lib. 7. disp. 98. n. 2.* omnis in hoc est, vt tale coniugium, etiam *scienter* initum, prorsus *nullum* esse iudicet, quod *mutua corporum traditio ad vsum coniugalem*, in quo *essentiam matrimonii* collocat, huic societati desit, quodque in *c. 4. & c. 5. X. h. t.* pontifices expresse huic societati nomen *matrimonii* denegent. Pergit *n. 4.* ad statum eorum, qui vt *fratres* & *sorores* cohabitare volunt, quibus omne thori consortium, quod *fratribus & sororibus* interdictum, negat, aliaque immiscet, quæ pudor, quem vbique prorsus abiecit, referre prohibet. Vel ex huius doctrinæ enucleatione apparet, quam insulse & sine omni iudicio pleraque soleat eruere atque digerere SANCHEZIVS, in congerendis doctrinis diues, in digerendis inops. Feliciori ingenio imo acumine iudicii politiori eandem aggressus est quæstionem BASILIVS PONCE *de matrim. lib. VII. c. 55. sqq.* simulque Sancheziana commenta examinat, atque, suppresso tamen eius nomine, atro carbone notat. Mutua animorum coniunctio in perpetuam cohabitationem & mutuum vitæ adiutorium non deficit, licet, defectu obstante, primarium finem non assequantur coniuges, qui nequidem in potestate coniugum consistit. Omnes asserunt, ex superueniente *inhabilitate*, quæ æque hunc excludit finem, non *necessario* connubium dissolui aut dirimi, sed illud adhuc perseuerare vsque ad exitum vitæ. Quodsi absolute *corpus aptum* ad essentiam *matrimonii* de-

Sancheziofrustra reluctante,

vt ostendit Poncius.

side-

Digitized by Google

fideraretur, illud ceſſare deberet, ſi illud *ex poſt facto* inhabilitatem contraheret. Neque pontifices *in c. 4. & 5. X. h. t.* aliter rationes ſubduxerunt. Negat LVCIVS Papa, tale matrimonium reſcindendum eſſe, (nam de hoc interrogatus erat pontifex,) interim illud caſte ab iis tranſigendum eſſe monet, quod extra ordinem in hanc cohabitationem conſenſerint. Abſurdum foret, cohabitationem coniugum a pontifice approbari, ſublato omni vinculo coniugii; qua de cauſa ſi habilis ſeſe cum alia commiſcuit, ſine dubio *adulterium* committit, quod, ſublato matrimonii vinculo, haud incurreret habilis.

§. V. SENVM matrimonia, ad quæ ſecundo loco progredior, parum roboris haberent, ſi diſſentientibus ſuffragandum eſſet. Equidem *iure ciuili antiquo* tales nuptiæ ſuo modo iniuſtæ erant, effectibus ciuilibus deſtitutæ, non tamen reſcindebantur, adeo, vt *accuſatio adulterii* integra eſſet. *l. 13. §. 4. D. ad L. Iul. de adult.* Videlicet TIBERIVS legi Iuliæ & Papiæ hoc caput addiderat, ne *ſexagenarii* ducerent vxores, *quaſi generare* non poſſent, cui obrogauit CLAVDIVS, teſte SVETONIO *in Claudio c. 23.* Antea enim ipſa *lege Iulia & Papia* ſexagenarii & quinquagenariæ pœnis cœlibatus liberati erant, teſte VLPIANO *in inſtit. tit. 16. §. 3.* TIBERIVS vero vel ideo hoc immutandum eſſe cenſuit, quod plures matrimonium in ſeram ætatem, procreationi liberorum inidoneam (quam tamen *lex Papia Poppæa* intenderat) differrent, in hunc vnice finem, ne *cœlibatus pœna* plecterentur, id quod in *fraudem legis* fiebat. Parum diſtare videbantur *cœlibes* ab his, qui liberis procreandis per ætatem inepti erant, nullo digni fauore, quibus itidem applicari poterat AMBROSII *in Lucam* aſſertum: *erat deforme, liberos non habere, quod etiam legum ciuilium fuit auctoritate mulctatum.* Confer. CHRISR. COLERVS *in Parerg. c. XV. in tom. I. theſ. iur. Rom. p. 369.* Quid huic legi obrogauerit CLAVDIVS, docet VLPIANVS *cit. l. Claudiano SCto maior ſexagenario ſi minorem quinquagenaria duxerit, perinde habebitur, ac ſi minor LX. annorum duxiſſet vxorem.* In caſu inuerſo aliud dicendum erat. Addit enim VLPIANVS: *Quodſi maior quinquagenaria minori ſexagenario nupſerit, impar matrimonium appellatur, & SCto Caluitiano cauetur, non proficere ad capiendas hereditates & legatas dotes. Itaque mortua muliere dos caduca erat*, quod *liberorum legitimorum quærendorum cauſa* conſtitutum erat, ad quorum fugam inclinabant peſſimi Romanorum mores. Tolerabantur interim *ſenum nuptiæ*, non dirimebantur, vtut *panam cœlibatus* adiun-

Valent etiam ſenum matrimonia,

iure ciuili licet iniuſta,

nec pœnam cœlibatus amputantia,

vtut non dirimerentur,

Digitized by Google

ſtam haberent, vt recte obſeruat Dn. HEINECCIVS V. C. *in comm. ad L Iul. & Pap. Poppæam p. 160.* Nec aliter intelligendus IVSTINIANVS *in l. 27. C. de nupt.* edicens: *Sancimus, nuptias, quæ inter maſculos & feminas maiores vel minores ſexagenariis, vel quinquagenariis lege Iulia vel Papia prohibitæ ſunt, homines volentes contrahere, & ex nullo modo vel ex nulla parte tales nuptias impediri.* Prohibitas has fuiſſe nuptias *lege Iulia* ait, hoc ſenſu, quod *iniuſtæ* cenſerentur, nec *a pœna cælibatus* excuſarent, non quod reſcindi debuerint. Impediebantur per *pœnam cælibatus*, non vero omnino tollebantur. Hanc tandem ſuſtulit IVSTINIANVS, conſtituitque, tales nuptias *iuſtas* in poſterum cenſendas eſſe, quod eo tempore *cælibatui* plus indulgeretur, quam olim, adeoque ex hypotheſi Chriſtianorum durum crederetur, eam pœnis ſubiicere, quam patres in *abſtinentibus* & *aſcetis* admodum laudabant atque probabant.

ea tandem Iuſtinianus admiſit.

§. VI. Noui a pluribus *ſenum connubia* improbari, imo a quibusdam prorſus inualida & nulla cenſeri, obſeruante PETRO BARBOSA *ad l. 1. Part. I. ſolut. matrim. n. 93 ſeqq.* ſed etiam noui, eosdem confundere regulas *honeſti* & *iuſti*, nec diſtinguere ius *antiquum* a *nouo*. Olim eas *iniuſtas* fuiſſe dixi, licet poſtea IVSTINIANVS eas probauerit. Interim quandoque *parum honeſtæ*, vtut haud *prohibitæ* & *iniuſtæ*, dicendæ ſunt, præſertim ſi iuuenis cum vetula hoc conſortium inæquale iniuerit, vel maritus ſit decrepitæ ætatis, cui connubio valde aduerſatur ALBER. GENTILIS *de nupt. lib. 5. c. 3.* Prodiit anno 1590. tractatus anonymi: **Antwort auf die Frage: Obs eine rechte Ehe ſey, wenn ein junger Mann ein alt Weib, oder ein jung Weib einen alten Mann nimmt?** Pluribus argumentis, maxime theologicis, Auctor euincit, tale matrimonium eſſe legitimum: 1) quod a Deo matrimonium ordinatum ſit etiam *ad mutuum adiutorium*, **auf daß eines an dem andern, der Mann am Weibe, und hinwieder das Weib am Manne eine Mitgehülfin haben ſolte:** 2) quod generatio ſobolis ad *accidentia matrimonii* ſpectet, nec in hominis poteſtate ſit, quin potius vnio animorum illud efficiat: 3) quod abuſus plures & pericula his quidem coniugiis adeſſe poſſint, non tamen *per ſe* & *ſemper* inde ſequantur, & quæ ſunt alia huius farinæ argumenta. Facile apparet, Autorem rerum moralium naturam immutaſſe, vt ſcenæ ſuæ ſeruirent argumenta adlata. Docet ipſa ſcriptura ſacra, primario propter *ſobolis procreationem* inſtitutum a Deo matrimonium, non excluſo tamen *mu-*

Parum tamen honeſta ſunt.

tuo

Digitized by Google

tuo adiutorio, quod quasi communis vox gentium quoque fuit, obser-
vante ALBERICO GENTILI *cit. l.* In *statu corrupto* tamen non omnia ad amussim exigi possunt: * plura *toleranda* sunt, quæ a *regula* recedunt, imo permitti debent, quod hominum rationes sæpius id non aliter ferant. Non semper integrum est seni, rationibus oeconomicis id suadentibus, vt sine vxore, licet iam effœta, vitam transigat. Permittendum ergo quandoque coniugium, ob *solum vitæ adiutorium*, quo *senes* imprimis indigent; si vel maxime non amplius ad coeundum habiles fuerint, id quod tamen desiderat PETR. BARBOSA *cit. l.* non discernendo *ius antiquum* a *nouo*. Id vero extendi haud deberet ad casum, quo iuuenis vetulam ducit, a qua parum *adiutorii* recipit, nec ipsa illud a *iuuene* sperare potest, quem vt plurimum inordinati agitant motus, vt tales nuptiæ rarissime bene cedant, periculisque careant, atque ita *parum honestæ* iudicandæ. Interim tamen tolerantur & effectus legitimos hodie habent, vt ostendit HOFFMANNVS *de matrim. sexagen. cum quinquag. m. l. s. l. §. II.* adeo vt nequidem ex capite *nullitatis* impugnari queant. Qui enim vetulam ducit, optime nouit, eam ad liberos procreandos esse ineptam, & quæ nubit seni, non adeo spem certam de eius *habilitate* sibi amplius concipere potest, adeoque sciens vel vere vel probabiliter non decipitur ab alio, sed a se ipso. Conf. LINCK. *de iusto iur. canon. iudic. p. 23.* CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. def. 202. n. 2. seqq.* BEVST. *de matrim. P. 2. c. 14.* Nec iuri canonico diuersa stat sententia. Qua de causa *in concil. Londinensi* de anno 1396. ad suggestionem pontificis Romani contra WICLEFIVM habiti *c. 7.* hæc thesis eiusdem WICLEFII damnata est: *antiqui, qui ex cupiditate rerum temporalium vel spe mutuorum iuuaminum aut ex causa excusandæ libidinis, licet de prole desperent, copulantur ad invicem, non vere matrimonialiter copulantur.* vid. HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 1923.*

licet tolerari debeant.

§. VII. Ad *eunuchos* seu *castratos* tandem progredior, quorum nuptiis plura obstacula obiiciuntur. Quæstio huc redit, vtrum permissæ sint nuptiæ, si virgo *scienter* eunucho nubere velit, & si de facto eas contraxit, an pro legitimis habendæ? De iure Romano non quidem impeditas aut diremtas fuisse nuptias has, sed *minus legitimas* docet *l. 39. de iur. dot.* adeoque denegandam esse *dotis actionem* ICtus censet; quæ quæstio moueri non potuisset, si matrimonium prorsus prohibitum fuisset, vt recte censet Dn. HEINECCIVS *cit. l. p. 161.* Equidem

Eundem fauorem non merentur connubia eunuchorum,

etiam iure Romano,

Digitized

caſtrato non permittebatur *matrimonii cauſa* manumittere ancillam, *l. 14. in f. de manum. vind.* ſed hoc vel ideo, quod per L. Aeliam Sentiam minore XX. annis non aliter manumiſſio indulgenda erat, quam ex *iuſta cauſa*, quam demum *iuſtæ nuptiæ*, non *illegitimæ*, non *inualidæ* & *iniuſtæ*, conſtituebant, quamuis, vbi contractæ fuerant, non diſſoluerentur ſed tolerarentur. Atque id ipſum ex *legis Pap. Poppeæ* ratione cautum eſt, in cuius fraudem nuptias cum eunuchis inibant feminæ, quæ pœnas legis eius, ſed ſine prolis ſuſceptione, euitari hoc modo poſſe, inepte rebantur. *Spadonum* matrimonia maiorem habebant fauorem atque legitima erant, quod non omnis ſpes prolis deficeret, nec in *fraudem legis* illa inita credi deberent, *per cit. l. 39.* Hos ius canonicum *frigidos* ſpeciatim appellat, qui ob frigidius corporis temperamentum generare non poſſunt, obſeruante BROVWERO *lib. II. de iur. connub. c. 4. n. 8.* quæ definitio euidentior atque planior illis eſt, quæ a ZACHIA *in quæſt. med. legal. lib. III. tit. 1. qu. 5 n. 1.* & PETRO BARBOSA *cit. l. n. 9. ſq.* traduntur. Tres *eunuchiſmi* ſpecies ſiſtit atque enucleat ESPENCAEVS *in oper. p. 865.* quarum prima *ſpadones* indigitat, quos *eunuchos naturales* dicere poſſes. Pari ratione *ſpadonum* appellatio generalior eſt, vt etiam *eunuchos* & *Thlibias* comprehendat, præter eos, quos natura *frigidos* facit. *l. 128. de V. S.* Hoc ſenſu *eunuchi* ſunt proprie caſtrati, quibus virilia exſecta ſunt; *thlibiæ* vero, quibus teſtes attriti atque compreſſi ſunt, vt prorſus euanuerint atque deperditi fuerint. BROVWERVS *cit. l.* de quorum vſu vel potius abuſu plenius agit GYPRAEVS *de ſponſal. c. 9. §. 13. n. 14. ſeqq.* Conf. GIBALLINVS *de irregul. c. 3. conſect. 4.*

varia eunuchorum genera.

Leo eunuchorum nuptias damnauit.

§. VIII. LEO imperator *in nou. 98.* matrimonia eunuchorum itidem prorſus damnat, præmittitque quæſtionem: *An iſtiusmodi coniunctio matrimonium appellari poſſit?* & *an quæ in matrimonio peraguntur, fas ſit in illa perfici?* Duo huc refert: α) benedictionem ſacerdotis & β) geniales amplexus propter vtriusque ſexus fœtum. In illa ſacerdos profert verba, *multiplicationem generis humani* indicantia: in hoc intenditur procreatio ſobolis. Neutrum vero coniunctione hac locum habere poſſe, innuit imperator. *Quali enim*, ait, *cum oblectatione illi conueniant? quale ſacrificium eorum aggregationem ſtabiliat? Quum autem illorum coniunctio adeo omni oblectamento vacet, & conſecrationis, ſacrificiorum benedictionisque adeo non capax ſit, quomodo in ipſos matrimonii appellatio quadrabit?* In ſequentibus id porro demonſtrat tum

ex variis rationibus.

ex

ex institutione coniugii a Deo conditore ad procreandam soboIem facta; tum etiam ex *naturæ* intentione, *quæ tanquam famula, quantum potest, a conditore tradita præcepta obseruat.* Præterea dubiis, quæ obmoueri poterant, satis facit, quorsum pertinet (1), quod multis aliis quoque aditus ad matrimonium præcludendus sit, si propter *inhabilitatem eunuchi* arcendi sint. Respondet vero, frigidos aliosque inhabiles adhuc desiderio liberos procreandi inire coniugium, sed in euentu spe destitui, quod ad *eunuchos* applicari non potest, qui prorsus *inutiles ad gignendum* sunt, & *naturæ quasi insidiantur.* Pergit: *ac sane ob hoc duntaxat odio etiam ambo digni sunt: mulier, quod, cum coniugalis consuetudinis cupida fœcundo se iungere potuisset, infœcundum & sterilem prætulerit; eunuchus vero, quod, vt in vanum dominus benediceret, impotentia sua effecerit.* Id ipsum illustrat hac comparatione: *Si quis porro fundum, quo alius aliquis fructus metat, vastet atque incultum relinquat, an hunc tanquam malum atque pernicioſum odio habebimus, eiusque, si fieri potest, institutum reprimemus: illi vero qui fundum, ex quo ratione præditum germen pullulet, desolat & inutilem reddit, tanquam nihil indignitatis committat, id facere permittemus?* Sed & (2) hoc dubium remouet, quod iuxta PAVLVM *satius sit matrimonium inire, quam vri, quapropter naturalis feruoris contemplatione coniunctio prohiberi non debeat.* Respondet vero recte, PAVLVM intelligendum esse de *matrimonio vero*, commixtione corporum constante, non vero eum *in approbationem cælibis & peregrini matrimonii*, ἀγάμου γάμου, *pertrahendum esse.* Hac de causa in hæc verba edicit: *Sancimus, vt si quis eunuchorum ad matrimonium procedere comperiatur, & ipse stupri pœnæ obnoxius sit, & qui sacerdos istiusmodi coniunctionem profanato sacrificio perficere ausus fuerit, sacerdotii dignitate denudetur.* Ita vero hæc coniunctio dirimi debuit, quia alioquin *stuprum*, cuius pœna hoc modo coeuntibus immineret, quotidie continuaretur & sic quoque pœna quotidie reiteranda foret, quod imperator intendisse non videtur. Palam est ex constitutione, adfuisse, qui patrocinium huius coniugii susceperint, atque ex adductis fundamentis *tolerandum* esse crediderint, quos redarguit imperator, atque non audiendos esse iudicat.

Præterea dubia remouet,

atque rescindendum illud esse decernit.

§. IX. Ita vero liquet, nuptias cum eunucho *iure ciuili* esse improbatas vt *illegitimas*, atque licet *senibus* ius legitimorum connubiorum a IVSTINIANO restitutum sit, *eunuchis* tamen illud nullibi indulsisse, quin potius per LEONEM in oriente, quæ *eunuchos* maxime aluit,

Ius canonicum eunuchos nullibi repellit.

Digitized by Google

aluit, ius antiquum repetitum, imo auctum fuisse, quod *eunuchorum* causa odio, *senum* vero fauore, humanitate, atque beneuolentia digna sit. Ius canonicum de *eunuchorum matrimonio* nihil decernit: repellit eos a clericatu, iuxta conciliorum decreta, vt plenius tradit IOSEPHVS GIBALINVS *de irregularit. c. III. conf. 4.* nullibi vero a matrimonio; quid quod, cum nuptias cum frigidis aliisque ad consuetudinem coniugalem ineptis toleret admittatque, prout in primo membro obseruaui, nec *castratos* ab iis absolute arcuisse videtur, prout censuit consistorium Lipsiense apud DELPHINVM *de coniug. eunuchorum in resp. 1.* Addi posset, ius canonicum sub *frigidis* atque *impotentibus* eunuchos & castratos simul comprehendisse, adeoque illis etiam vulgatum illud applicuisse, *qui non possunt viuere vt coniuges, viuant, vt fratres & sorores.* Nec huc facile trahi potest LEONIS papæ assertum in *c. 17. C. 27. q. 2. cum societas nuptiarum ita a principio constituta, vt præter commistionem sexuum non habeant in se nuptiæ coniunctionis christi & ecclesiæ sacramentum, non dubium est, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium.* Iniustæ sine dubio forent nuptiæ cum *senibus frigidisque scienter* contractæ, si ex hoc textu matrimonium tale annullandum atque improbandum foret. Præterea vero textus corruptus est, vt correctores ostendunt; nam loco: *non habeant*, affirmatiue legendum *habeant*, & loco verborum vltimorum: *nuptiale ministerium* legendum est: *nuptiale mysterium.* Sensus vero est, regulariter ad connubii perfectionem pertinere *commixtionem corporum*, qua demum adumbratur vel perficitur *sacramentum*, seu *nuptiale mysterium*, vt pluribus LEONIS sententiam explicat HINCMARVS apud HARDVINVM *tom. V. concil. p. 521. seqq.* deficiente autem ex *inhabilitate* hac commixtione, coniuges separari posse, non quod *diuortium* proprie fiat, sed quod illud potius *nullum* dicendum sit, si inter *ignorantes* contractum. Enimuero *scientes* & *consentientes* in hoc cum inhabili consortium suppono, quos non disiungendos esse, ipse pontifex constituit iussitque.

nec etiam Leonis pontificis decretum

§. X. Hac de causa PONTIVS *matrimon. lib. 7. c. 68.* eunuchorum coniugia iuxta canones antiquos valida atque firma fuisse iudicat, & quidem vsque ad tempora SIXTI V. Hic demum nouo edicto *anno 1587. d. 27. Iun. in bullario magno tom. II. p. 587.* relato, nuptias has cum enunchis *simpliciter* improbauit, prohibuitque, simul tamen indicauit, olim eas toleratas fuisse: Ait: *Nos igitur attendentes, quod secundum*

Quod probat Pontius.

Sixtus V. demum has nuptias damnauit.

Digitized by Google

eundum canonicas ſanctiones & naturæ rationem qui frigidi ſunt impotentes, iidem minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur: quodque prædicti eunuchi aut ſpadones, quas tanquam vxores habere non possunt, easdem vt ſorores habere nolunt, h. e. ſolummodo propter mutuum adiutorium, ob quod *ſenibus* aliisque ad conſuetudinem coniugalem *ineptis* nuptiæ permittuntur. Loquitur vero pontifex de caſu, qui vtplurimum contingit, quod ſolius *libidinis explendæ* cauſa in hoc conſortium conſentire ſoleant, prout in ſequentibus addit: ſi ergo olim vt *fratres* & *ſorores* inter ſe viuere promittebant, nullum eorum nuptiis poſitum eſt impedimentum. Quia vero intentio eunuchorum plerumque ab hac caſtimonia alieniſſima eſt, qui potius *incontinentes* præſumuntur, SIXTVS V. has nuptias prorſus damnauit: *Committimus fraternitati tuæ & mandamus, vt coniugia per dictos aut alios quoscunque eunuchos & ſpadones vtroque teſte carentes, cum quibuslibet mulieribus prædictum defectum ſiue ignorantibus ſiue ſcientibus contrahi prohibens, eosque ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles autoritate noſtra declares: & tam locorum ordinariis, ne huiusmodi coniunctiones de cetero fieri quoquo modo permittant, interdicas: quam eos etiam, qui ſic de facto contraxerunt, ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto contracta nulla, irrita, & inualida eſſe decernas.*

quod ſolius libidinis gratia hæ nuptiæ fiant.

§. XI. Atque hoc iure nunc quidem vtitur eccleſia Romana, cuius praxin illuſtrat IVLIVS CAPONVS *tom. III. diſcept. for. 224.* In foris *proteſtantium* lex generalis de *eunuchis* excludendis deficit. SIXTI V. conſtitutio nos non tangit, nec canonum antiquorum diſpoſitio huic connubio reſiſtit. Ius *ciuile* has nuptias quidem *illegitimas* iudicauit, non tamen *abſolute* prohibuit: legis *Papiæ Poppææ* ratio, quæ hodie ceſſat, vnice iis reſiſtebat, in cuius fraudem eligi ſolebant, quo ipſo legi prædictæ ſatis non fiebat. Hæc vero conſideratio hodie omni deſtituitur applicatione, præſertim poſtquam ipſe IVSTINIANVS primarium huius legis caput ſuſtulit, ſenum *matrimonia* reuocando. Coacernari quidem ſolent rationes, quæ has nuptias *diſſuadent*, quæ tamen magis ius *conſtituendum* quam *conſtitutum* arguere videntur. Pleraque impedimenta, quæ his nuptiis obiiciuntur, etiam *ſenum* coniugia, maxime iuuenis cum *vetula*, vel puellæ cum *frigido*, damnant atque prohibent, quas tamen ob *mutuum adiutorium* admittimus citra vllum ſcrupulum. *Legum* defectum incuſo, non *rationum* inopiam in dubium voco; hæc quidem ſufficere poſſunt, ſi omnia ad *regulam* compoſita

Proteſtantes quoad eunuchos certoiure carere videntur.

Digitized by Google

sunt; ast hæc in coniugio *senum*, *frigidorum*, imo & *mulierum arctarum* deliquium patitur, & sic *eunuchis* quoque fauere videtur. Verum enim vero (I) cogitandum est, quæ contra *regulam* admittuntur *extra ordinem*, non esse vltra concessionem extendenda. Refero matrimonium *senum* aliorumque *inhabilium*, quæ admittuntur, ad *exceptionem*, quæ ad alios casus non exceptos extendi nequit. Omne matrimonium legitimum postulat *habilitatem* personæ: ergo cum *prorsus inhabili* contractum *nullum* est, nec ob varia discrimina admittendum, nisi quatenus *per leges* id licet. Talis licentia in *eunuchorum* nuptiis ostendi nequit, quæ sub *regula* potius relinquendæ. (II) Maiorem fauorem merentur coniugia *senum*, qui ope coniugis indigent, imo & aliorum inhabilium, quam eunuchorum. Horum cum puella coniunctio libidinosissima, & sic cum *perpetuo scandalo* conglutinata est, quam damnant leges christianis datæ. (III) Cum in omnibus aliis quæstionibus matrimonialibus principes euangelici sequantur verbum diuinum, certum est, eos, licet *lege* quadam *expressa* hoc consortium non interdixerunt, illud tamen in republica sua admittere noluisse. (IV) Indicant id ipsum *ordinationes ecclesiasticæ*, in coniungendis desponsatis, quæ plane ad has ineptas nuptias applicari non possunt, sed *subiectum habile* desiderant, postulantque. In ludibrium conuertenda esset *benedictionis* formula, si nuptiis cum *eunucho* initis applicaretur; hoc cum fieri non possit, consequens est, vt præscribendo eam formulam ab iis abstinendum nuptiis constituerint principes, quibus hæc nullo prorsus modo conuenit.

Sed rationes iuris non deficiunt.

Circa dispensationem in hoc matrimonium varii fluctus moti.

§. XII. Animaduerto, in responsis Theologorum ac ICtorum in *tr. cit. de coniug. eunuchor.* collectis non tam de eo concertatum, vtrum hoc coniugium prohibitum censeri debeat? in quo fere omnes conspirarunt; sed id potius in dubium vocatum fuisse, an tales nuptiæ *dispensationem principis* admittant? Quam ingentes motus in hac quæstione excitauerint quidam ex clero Dresdensi *p. 45. cit. tr.* plenius refertur, insimulque ostenditur, quosdam ex ministris ecclesiæ decreto electorali (quod consultatione cum quibusdam Theologis præuia emanauerat) manibus pedibusque restitisse, coniuges ab vsu S. cœnæ per annum arcuisse, imo *rescissionem coniugii*, ex electoris dispensatione initi, grauiter vrsisse. Theologorum Regiomontanorum sententia *cit. tr. p. 58. seqq.* admodum his nuptiis fauet, plurimaque suppeditat argumenta, quæ *dispensationem principis* legitimare possunt, quæ repetere non

Digitized by Google

non vacat. Hoc expeditum esse reor, ex dispensatione principis semel copulatos non esse separandos, sed tale coniugium iuxta *voluntatem coniugum* tolerandum, eique omnes coniugii *effectus ciuiles* attribuendos, propter *dispensationem* principis, quæ *iustas* in *foro ciuili nuptias* facit. Re adhuc integra, magis quæstio *consilii* quam *iuris* est, vtrum princeps dispensationem desponsatis indulgere debeat? De *iure* quin possit, non dubitatur, cum etiam *per legem generalem* matrimonia maxime *irregularia*, qualia sunt iuuenis cum sexagenaria, puellæ cum nonagenario, vel spadone, & viri habilis cum arcta muliere, admiserit, eaque *legitima* atque *iusta* esse constituerit. Quid ergo impediret, quo minus etiam eunucho ius ineundi matrimonium legitimum *extra ordinem* dare possit princeps, cum aliis *inhabilibus* per *legem generalem* id dederit? Hæc quidem eunuchis non prodest, vt sine *dispensatione* matrimonium inire queant, prout antea obseruaui; ostendit tamen euincitque, id ipsum, quod *per legem generalem* indultum similibus vel eiusdem fere conditionis hominibus, etiam *per dispensationem de iure* indulgeri posse eunuchis. Non tamen semper *consultum*, aut regulis *honestatis* conueniens est, dispensatione præuia hæc matrimonia permittere, quæ *imperfectionibus* aliisque *periculis* obnoxia sunt, & *parum honesta* censenda. Quæ antea nuptiis *senum* & *inhabilium* obiecta sunt, ea multo magis in *eunuchis* locum inueniunt, & a matrimonii natura admodum recedunt, adeoque *regulam* constituere non debent. Interim tamen contingere potest, vt horum æqualis sit fauor, ac aliorum inhabilium. Quid enim, si *casu fortuito*, veluti per ictum sclopeti in bello, vel actu venandi, quis in conditionem eunuchorum sit redactus? Id omnes concedunt, matrimonium semel cum habili contractum non dissolui, ne quidem ad instantiam alterius, si paulo post talis casus euenerit. Cur ergo volentibus hæ nuptiæ non essent indulgendæ? quæ argumenta ab *odio* eunuchorum, quibus vel *propria voluntate* vel *facto aliorum hominum* in pessimum finem virilia exsecta sunt, desumi solent, ad hunc infortunii casum applicari non possunt. Præterea misericordia quoque non adeo indigni sunt, quibus inuitis in infantia, malitia parentum aliorumue hominum, talis inhabilitas conciliata est, quorum conditio parum ab iis distat, quos natura inhabiles produxit. Hos enim æque ad *cohabitationem*, effectu licet destitutam, pronos & procliues esse, ARNOBIVS *lib. V. adv. gent.* obseruat: *quasi vero affecti corporalibus his damnis, fiant languidioris audaciæ, & non quotidie videamus eos, qui sibi demes-*

Semel ex dispensatione initum non rescindendum,

non tamen expedit dispensare,

nisi rationes ipsæ adsint.

fuerint has partes, maioris petulantiæ fieri, atque omnibus poſtpoſitis pudoris & verecundiæ frenis in obſcœnam prorumpere vilitatem flagitiorum, confeſſione vulgata. Pro his euitandis, aliquando expedit, nuptias eisdem concedere, in quibus *cupiditatis incendia non mitigantur, ſed grauiora inflammatioraque redduntur*, vt ait CHRYSOSTOMVS *homil. 63. in Matth.*

De eo, qui ignoranter cum inhabili matrimonium contrahit, veluti cum ſterili,

§. XIII. Progredior iam ad alterum caſum, quando quis *ignorans* cum inhabili has iniit nuptias, easque ſolui ob inhabilitatem petit. Non vna eademque eſt horum ratio, tum reſpectu *vxoris* tum *mariti*, adeoque neceſſe, vt diuerſa *inhabilitatis* genera diſtinguantur. In feminis (1) occurrit *ſterilitas*, quæ efficit, vt quidem mulier ducta *ad conſuetudinem coniugalem* habilis ſit, ſed inepta *ad concipiendum* ob *naturale vitium*, quod diſtincte illuſtrat ZACCHIAS *in quæſt. med. legal. lib. III. tit. 1. c. 7. n. 6. ſeqq.* Poſito, iam conſtare ex medicorum ſententia de hoc *naturali vitio*, non leue enaſcitur dubium: an maritus ea de cauſa ad ſeparationem agere & vxorem eiicere poſſit? AVGVSTINO iudice, qui inter omnes *ſacramentum* in matrimonio latitans propugnauit, omnemque ſeparationem reprobauit, vxor *ſterilis* eiici non poteſt. Ita enim *in c. 27. C. 32. qu. 7.* cenſet atque conſtituit: *tantum valet illud ſociale vinculum coniugum, vt cum cauſa procreandi conligetur, nec ipſa cauſa procreandi ſoluatur. Poſſet enim homo dimittere ſterilem vxorem & aliam ducere, de qua filios habeat, & tamen non licet. Manet vinculum nuptiale, etſi proles, cuius cauſa initum eſt, manifeſta ſterilitate non ſubſequatur: ita vt iam ſcientibus coniugibus non ſe filios habituros, ſeparare ſe tamen vel ipſa cauſa filiorum atque aliis copulare non liceat. Quodſi fecerint, cum eis, quibus ſe copulauerint, adulterium committunt: ipſi autem coniuges manent. Plane vxoris voluntate adhibere aliam, vnde communes filii naſcantur, vnius commiſtione ac ſemine, alterius autem iure ac poteſtate, apud antiquos patres fas erat. Vtrum & nunc fas ſit, temere non dixerim.* IDEM porro hoc repetit *lib. I. de nupt. c. 10.* (vnde etiam deſumtus eſt *c. f. C. 32. q. 7.* quo indiſſolubilitas *abſoluta* vinculi propugnatur.) *Huius ſacramenti tanta obſeruatio eſt, vt cum filiorum procreandorum cauſa nubant feminæ, vel ducantur vxores, nec ſterilem coniugem fas ſit relinquere, vt alia fœcunda ducatur.* Experientia teſtatur, ſæpe hanc quæſtionem fuiſſe motam, quando reges principesque, alterius forſan amore irretiti, ex capite *ſterilitatis* vxores ſuas a ſe abdicare tentarunt, id quod pauciores approbarunt. Edidit anno 1696.

quæ repudiari nequit ex doctrina Auguſtini.

Epi-

Digitized by Google

Episcopus Salisburiensis GILBERTVS BVRNETTVS *animaduersiones in libellum quendam, cui titulus: obseruationes nonnullæ de D. Burnetto & To. Tillotsonio occasione nuperæ orationis funebris huic ab illo dictæ, prolatæ.* Ex his *animaduersionibus p. 76.* liquet, aduersarium exprobasse BVRNETTO inter alia schedas quasdam, in quibus diuortium ob *sterilitatem* legitime institui posse affirmauerat, idque eo fine, vt ad alias nuptias CAROLVS II. procedere posset. Ipse BVRNETTVS *in histor. sui temporis ad ann. 1668.* refert, agitata fuisse consilia de idoneis mediis, quibus regina expelli posset, quibusdam vitium in copula sacerdotali quærentibus; quibusdam vero allegantibus, *reginam propter vitium naturale prorsus sterilem esse, atque hoc ipsum idem, quod impotentia in masculis, præstare debere.* Se vero eiusdem eo tempore sententiæ fuisse, non addit. In *animaduersionibus* vero fatetur, sibi hanc quæstionem a duce LAVDERDALIO propositam nec negatam fuisse. Pro sui purgatione addit, *se eo tempore XXVII. ætatis annum vix excessisse, legumque ciuilium, quibus primis suæ ætatis annis vacauerit, auctoritate deceptum, vt ex digestis, Codice & Nouellis multa coram Lauderdalio, quæ fauerent causæ isti, allegauerit: cumque desideraret ille, vt in chartam ea, quæ prolata ore fuerant, coniiceret, hoc etiam se fecisse: verum postquam accuratius rem expendere datum fuisset, aliter se iudicasse, & per literas proxima hyeme ad Ducem scriptas priorem sententiam retractasse, imo integro libro, sed nondum edito, eam se refutasse.* Vid. *Acta erud. M. Aug. 1697. p. 364.* Olim in Gallicanis ecclesiis hanc generalem consuetudinem obtinuisse, vt ob *naturalem frigiditatem* (quæ in feminis vocatur *sterilitas*) dissolui potuerit connubium, testis est ALEXANDER III. *in c. 2. X. h. t. ex edit. Gonzalezii: verum licet ecclesia Romana non consueuerit propter naturalem frigiditatem nec propter alia maleficia legitime coniunctos diuidere; si tamen consuetudo generalis Gallicanæ ecclesiæ habet, vt huiusmodi matrimonium dissoluatur, nos patientes tolerabimus, si secundum illam consuetudinem etiam mulieri, cui voluerit, nubendi in domino concesseris facultatem; sicuti enim puer, quia non potest reddere debitum, non est aptus coniugio; sic quoque qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda coniugia reputantur.* Vltima hæc verba duntaxat traduntur *in editione vulgata*; priora vero omittuntur, quia opinioni Romanæ ecclesiæ vim videbantur inferre. Consuetudinem hanc ex CAROLI M. legibus deriuandam esse opinatur CHOPPINVS *de sacra polit. lib. II. tit. 7. n. 22. p. 323.* quod *in lib. 6. capitular. 55. & 91.* a GRATIANO repetito *in c. 29. C. 27. qu. 2. & c. 1. 33. qu. 1.* ita edi-

Burnetti sententia contraria impugnata.

excusata.

In Gallia tamen sterilium electio probata,

a temporibus Caroli M.

Digitized by Google

xerit: *Si vir & mulier coniunxerit se in matrimonio, & postea dixerit mulier de viro, non posse nubere cum ea, si poterit probare, quod verum sit, accipiat alium, eo quod iuxta Apostolum non potuit illi reddere vir suum debitum.* Vt de sensu huius capitularis constet, sciendum est, illud esse desumtum ex *Synodo Liptinensi*, anno 743. celebrata, vt testatur HINCMARVS *epist. 37. c. 5. ad Rodulfum & Frotarium: In Synodo apud Liptinas habita, legitur, vt si vir mulieri desponsatæ, dotatæ ac publicis nuptiis duĸæ secundum apostolum debitum coniugale non potuerit reddere, & hoc aut amborum confessione aut certa qualibet approbatione fuerit manifestum, vt separentur, & mulier, si continere nequiuerit, alteri viro legaliter nubat.* Palam est, in hoc concilio non de *muliere sterili*, quæ tamen ad cohabitandum non est inepta, sed de *marito impotente*, ad cohabitandum inhabili, actum fuisse, quale matrimonium de iure communi ecclesiastico *nullum* est. Per *interpretationem vsualem* forsan inde deductum, & *consuetudine* tandem *generali* Galliæ confirmatum, etiam *sterilem* dimitti posse.

per interpretationem vsualem.

Id denuo illustrat codicillis ALEXANDRI IV. *de anno 1498.* CHOPPINVS *cit. l.* postulante LVDOVICO XII. Rege Galliæ, vt IANAM vxorem dmittere liceret. Inter alia impedimenta, quæ huic matrimonio obstare dicebantur, etiam hoc allegabatur, *quod ad concipiendum impotens esset;* quo facto pontifex quosdam prælatos ad hanc separationis causam delegauit, vt inquirerent in veritatem adductorum impedimentorum, inter quæ etiam hoc refert: *Si præfatus Ludouicus modernus Rex per tempus a iure statutum præfatæ Iohannæ cohabitauerit, interim consummationi matrimonii operam dando, atque dicta Ioanna liberos parere non possit &c.* additque, vt hoc vel alio impedimento probato matrimonium declararent *nullum.* Iam olim DAGOBERTVM Regem ex causa *sterilitatis* repudium misisse GOMATRVDAE, obseruat AERODIVS *lib. IV. rer. iudic. tit. 17. c. 4.* Iudæi pariter ex capite *sterilitatis* dissolui posse matrimonium censuerunt, adeo vt crediderint, maritum post decem annos, quibus frustra vxori cohabitauit, ne quidem amplius eius amplexibus frui posse, obseruante HEIDEGGERO *in histor. patriarch. p. 197.* quamvis hanc sententiam ex inepto prorsus argumento traxerint, vt docet BAYLIVS *in diction. sub artic. Agar. lit. b.*

Iure Romano steriles eiici poterant,

§. XIV. *Iure Romano* vxores ex causa *sterilitatis* dimitti potuisse, supra iam demonstratum est, quod etiam docet *l. 60. de donat. inter vir. & vx.* & exempla Romana illustrant. Galliæ consuetudine idem ius obtinuisse modo dixi. Verum secundum *ius commune ecclesiasticum* ex hoc ca-

Digitized by Google

capite matrimonium annullari nequit, quod etiam inter proteſtantes defendunt atque propugnant MYLER ab EHRENB. *in gamol. c. IV.* §. 8. *ſeq.* & CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 200.* adeo vt nequidem inter reges & principes diſſolutioni locum concedat MYLERVS, quamuis *ſalutis publicæ* ratio in huiusmodi coniugiis alias omne ferre ſoleat punctum. Id forſan receptum autoritate AVGVSTINI, qui tamen primarium deciſionis fundamentum quærit in *ſacramento*, quod per *commixtionem corporum*, quæ nec in coniugio cum *ſterili* deficit, conſummatum & perfectum eſt, omnemque diſſolutionem excludit. Equidem proteſtantes *vt plurimum* ab hoc alieni ſunt principio, aliunde tamen recte defendunt, tale matrimonium haud *nullum* eſſe: 1) quod *cohabitatio* coniugalis huic conſortio non deſit, licet effectu deſtituatur: 2) quod *abſoluta ſterilitas* vix probari poſſit, & ita haud conſtet, annon fœcunda reddi atque *ſterilitas* tractu temporis corrigi queat, cum exempla doceant, poſt multos annos ſæpe vxores infantem edidiſſe: 3) quod *in dubio* pro *validitate matrimonii* pronunciandum, & a ſententia nullitatis, quantum fieri poteſt, declinandum: 4) quod, ſi exceperis Gallicanas, eccleſiæ chriſtianæ hanc nullitatis cauſam vtplurimum reprobauerint, licet alias *impotentiæ* cauſas admiſerint: denique 5) quod vno ore fateamur, ad *beneficium diuinum* liberos pertinere, quorum intuitu quidem coniugium contrahitur, ſed ipſum *beneficium* a Deo exſpectandum eſt.

non iure hodierno.

§. XV. Quæ de *ſterilitate vxorum* dicta ſunt, pari ratione quoque ad maritos, naturæ vitio ad *generandum* ineptos, pertinent, quamuis ad cohabitandum vxoribus non ſint inhabiles. Etenim α) nec ſenes a coniugio arcentur, vtut plerumque ob defectum virium ad generandum inhabiles ſunt: β) eadem argumenta, quæ in caſu *ſterilitatis* vxoris adducta ſunt, huc quoque pertinent, nec tale matrimonium *nulliter* contractum ab vxore dici poteſt: γ) argumentum ab *eunuchis*, qui cum huiusmodi *frigidis* comparari poſſe videntur, petitum non ſtringit, prout antea iam monitum eſt, quod maior fauor ſit maritorum *frigidorum*, quam *caſtratorum*. Atque de his *frigidis* intelligenda eſſe verba *c. 2. X. h. t.* ſupra adducta, palam eſt, quæ indicant, eccleſiam Romanam in eo caſu haud diſſoluiſſe connubia, conſuetudinem tamen Galliæ contrariam toleraſſe. Conf. ZACCHIAS *in quæſt. medic. legal. lib. III. tit. 1. q. 5. n. 9. ſqq.*

Matrimonium cum frigido contractum itidem haud nullum eſt.

§. XVI. Progredior ad proprie dictam *impotentiam*, quæ *inhabilitatem ad cocundum* denotat, tum a parte *viri*, quod ob *vitium naturale* ad cohabitandum prorſus inhabilis ſit: tum a parte *vxoris*, quod ita arcta

Cum vere impotente ad cohabitandum initum eſt nullum.

arcta esse dicatur, vt *mulier* fieri non possit, vel alio vitio corporis laboret, quod *congressui* cum marito *naturali* resistit. Etenim eam etiam *inhabilem ad coniugium* esse existimo, quæ quidem ad coitum non est inepta, tali tamen corporis defectu laborat, vt *præpostero coitu* maritus vti debeat. STRYK. *ad Brunnemann. ius eccles. lib. II. c. 17. §. 7. verb. respectu mariti.* Quis enim adigeret maritum, vt canino & fere Sodomitico more vxori habitaret, vel si hoc, prout omnino decet, recusat, in perpetua abstinentia viueret? Hac de causa etiam facultas iurid. huius loci *M. Nov. 1720.* sequentem in modum in casu dubio respondit;

Sufficit si mulier inepta ad vsum ordinarium coniugalem.

Ob wol in thesi nach der Lehre der Protestirenden ausgemacht ist, quod error circa virginitatem nullitatem matrimonii inducat

NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 3. n. 40. seqq.*
RICHTER *P. 1. decis. 90.*
FINCKELTHAVS *obs. 30.*

worin der von N. nicht allein, sondern auch darin sich vornemlich gründet, daß er der von V. nicht ordinario modo beywohnen kan, dergleichen inhabilitas ad cohabitandum modo ordinario vornehmlich mit inter causas anullantes matrimonium referiret werden müsse.

STRYK. *ad Brunneman. ius eccles. lib. 2. c. 17. §. 7.*

Weil aber dennoch zur Zeit nicht beygebracht ist, noch aus den Acten erhellet, daß die von V. einen solchen Haupt-Mangel habe, vt a priori vel ordinario modo maritus ei cohabitare non possit, als welches sie bey der Commission fol. 4. nicht undeutlich abgeleugnet, auch absque inspectione corporis, legali modo facta, nicht offenbar gemachet, und beygebracht werden kann, worauf denn alles ankömmen wird, hiernechst der angebrachte defectus virginitatis ebenfalls mit nichts bescheiniget, und des Klägers blossem Angeben nicht zu trauen ist &c.

obseruanda in eruenda hac impotentia.

Vt vero in hoc eruendo atque explicando impedimento rite atque legitime procedam, meditationem in tribus defigam, ostensurus, I) tali coniugio omne omnino vinculum deesse, & sic per *diuortium* proprie loquendo illud non dissolui; II) supponi tamen, quædam concurrere requisita, & III) de inhabilitate hac constare per *iustum indicium* vel aliud idoneum probandi medium.

Inualiditas huius matrimonii declaratur 1) ex iure Romano,

§. XVII. *Nullitatem* huius matrimonii ignoranter cum *inhabili* contracti declarant præter *rectam rationem* leges *Romanæ*, *canonicæ*, & aliorum quorumcunque *populorum*. Apud Romanos quidem olim ad iustam *repudii* causam *impotentia* fuit relata, quod constituerant, tale matri-

Digitized by Google

matrimonium non esse *iniustum*, aut *illegitime* contractum, adeoque non aliter quam *iusto* interueniente *diuortio* dissolui poterat. *Ob sterilitatem* mulieres repudiatas fuisse, supra iam obseruaui, quidni ergo ob *inhabilitatem?* Tandem ab imperatoribus christianis determinatæ sunt iustæ *diuortiorum* causæ, ceu docet constitutio THEODOSII & VALENTINIANI *de anno 449.* in *l. 8. C. de repud.* inter quas tamen hæc *de inhabilitate ad cohabitandum* haud relata, vt prorsus dubitem, vtrum ex ea post hanc sanctionem *impune* repudium fieri potuerit. Neque enim eo tempore causas *repudiorum* & *nullitatis* discrimine accurato separatas fuisse deprehendo. Id vel inde manifestum est, quod causis *repudiorum* determinatis *nouiter* demum hanc de *impotentia coniugali* anno 528. adiunxerit in *l. 10. de repud.* *In causis iam dudum specialiter definitis, ex quibus recte mittuntur repudia, illam addimus, vt si maritus vxori ab initio matrimonii vsque ad duos annos continuos computandos coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat, possit mulier vel eius parentes sine periculo dotis amittendæ repudium marito mittere, ita tamen vt donatio ante nuptias eidem marito seruetur.* Alias si *repudium* factum erat, de *moribus* supererat actio, in qua inquirebatur, cuius *culpa* discidium factum fuisset? qui *culpa sua* ei locum dederat, lucro nuptiali priuabatur. Hæc pœna hoc casu cessabat, quod *naturalis impotentia* nemini imputari, & sic fraudi esse deberet. Repetiit eandem constitutionem anno 565. IVSTINIANVS in *Nou. 22. c. 6.* tempus tamen *cohabitationis* inclusit *triennio* his verbis: *Per occasionem quoque necessariam & non irrationabilem distrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri, & agere, quæ a natura a viris data sunt, si biennium quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore, ille vero, quia pro veritate est vir, non ostendat. Licebit enim mulieri aut eius patribus disiungere matrimonium, & mittere repudium, vel si soluerit hoc maritus: & hic siquidem duos (si æque omnino data est) sequetur mulierem: & reddet hanc vir, si contigit eam accipi: propter nuptias autem seu ante nuptias donatio manet apud virum nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus breui qnadam adiectione; non enim biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, sed triennium volumus, edocti namque sumus ex iis, quæ ante hæc prouenerunt; quosdam amplius quam biennium temporis non valentes, postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.* Demuo hæc verba docent *repudio* hanc causam fuisse adscriptam, nec *nullitatis* præsidium, quo sine *repudio* mulier dimitti poterat, eo tempore cognitum fuisse.

vt tamen diuortium accederet.

a) Ex iure canonico, quod tamen diſcrepantes ſententias habet,

§. XVIII. *Sanctiones* patrum *canonicæ* de *impotentia coniugali* non ſunt eiusdem ſententiæ, ſed inter ſe diſcrepant. GREGORIVS I. difficilior fuiſſe videtur in *diuortio* concedendo, id quod ex *legibus ciuilibus* hoc caſu interuenire debere ſuppoſuerunt. Audiamus etiam ſententiam in *c. 2. C. 33. q. 1. Requiſiuiſti ae his, qui ob cauſam frigidæ naturæ dicunt, ſe non poſſe inuicem operam carni dantes commiſceri. Iſte vero ſi non poteſt ea vti pro vxore, habeat eam quaſi ſororem.* Cenſuit ergo matrimonium haud dirimendum eſſe. Quod ſi vero habilis ad *diuortium* prouocet legibus permiſſum? Reſpondet: *quod ſi retinaculum coniugale voluerint reſcindere* (per *diuortium*, quo legibus reſcindebatur coniugium) *maneant vtrique innupti.* Addit hanc rationem, quod inhabilis quidem ad aliud matrimonium inepta credatur, habilis vero præſumtionem contra ſe habeat, quod magis vxorem exotam habuerit, & id circo illam mendacii falſitate dimittere moliatur. Quid vero ſi mulier abſolute ad diuortium prouocet & dicat: *volo eſſe mater & liberos procreare?* hoc caſu demum, probata per iuramentum *inhabilitate*, ſecundas nuptias habili concedit, inhabili denegat. *Si vterque eorum*, ait, *ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctis reliquiis iure iurando dicat, vt nunquam per commiſtionem carnis coniuncti vna caro effecti fuiſſent; tunc videtur mulierem ſecundas nuptias contrahere poſſe. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem, qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine coniuge. Quodſi & ille aliam copulam acceperit; tunc bi, qui iurauerint, periurii crimine teneantur, & pœnitentia peracta, priora cogantur recipere connubia.* Facile inducor, vt credam cum LAVNOIO *de reg. in matrim. pot. P. 1. art. 3. c. 11. p. 242.* hanc epiſtolam GREGORIO I. attribuendam haud eſſe, quæ tum a ſtylo GREGORII aliena eſt, tum etiam inter eius epiſtolas haud deprehenditur. Ad illa ſine dubio tempora hæc referenda, quo AVGVSTINI dogma de *ſacramento matrimonii*, vnde omnis vinculi connubialis inſolubilitas petita eſt, *generaliter* iam receptum, & adeo extenſum fuit, vt ne quidem ex *adulterii* capite diſcidium totale admiſſum fuerit. Quodſi GREGORIVS I. in admittendo ex cauſa *impotentiæ* diuortio tam ſcrupuloſos difficilesque nodos iam reperiſſet, credere par eſt, GREGORIVM II. anno 726. in eo admittendo non tam facilem promtumque fuiſſe. Ita vero ille BONIFACIO ſciſcitanti reſpondet apud HARDVIN. *tom. III. conc. p. 1858.* & GRATIANVM *in c. 18. C. 32. q. 7. Nam quod propoſuiſti, quod ſi mulier infirmate correpta, non valuerit debitum viro reddere, quid eius faciat iuga-*

Gregorius II. nullitatem approbat.

Digitized by Google

iugalis? Bonum esset, si sic permaneret, vt abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnorum est, ille qui se non poterit continere, nubat magis: non tamen subsidii opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit & non detestabilis culpa excludit. Liberalior fuit GREGORIVS II. in admittendo divortio etiam ob *succedentem matrimonio inhabilitatem*, ob quam matrimonium non potest dici *nullum*, sed proprie dicto *diuortio* demum dissolvendum. De hoc casu enim hunc textum intelligendum esse, etiam obseruat LAVNOIVS *cit. l. p. 243.* indeque recte colligit, multo magis *antecedentem* matrimonio *impotentiam* ipsum matrimonium diremisse. Paulo post in *concilio Liptinensi anno 743. separatio* seu *diuortium* ex causa *impotentiæ* approbatum fuisse, supra iam §. 13. obseruaui, adiecique, in *capitularibus lib. VI. cap. 55. & 91.* & a GRATIANO *in c. 29. C. 27. qu. 2. & c. 1. C. 33. q. 1.* eandem repetitam esse sanctionem.

§. XIX. Inhumanius atque incultius fuit decretum STEPHANI II. quod in responsis *anno 754 in Carisiaca villa ad varia consulta* dedit. *Si quis*, ait, *c. 2., se in coniugio copulauerit, & vni eorum contigerit, vt debitum reddere non possit; non liceat eos separare, nec pro alia infirmitate, excepto si dæmonii infirmitas aut lepræ macula superuenerit: ceterum si ab his duabus infirmitatibus liberi fuerint inuicem coniuncti, vnus alteri seruitium exhibeat. Si de inhabilitate consequente*, vt videtur, intelligendus est, magis eius philosophia conspirat cum iure recentiori atque sanior est, quamuis ita decreto GREGORII II. contradicat; si vero *de antecedente*, magis ad sententiam *c. 1. C. 33. qu. 1. §. antec.* relatam accedit. Magis tamen *concilii Liptinensis*, quam STEPHANI sententiam recepit CAROLVS M. atque in vsum Gallicanarum ecclesiarum deduxit, vt modo ex *capitularibus* obseruatum est. Alia rursus sententia sedit patribus *in concilio Compendiensi*, generali populi conuentu simul notabili *de anno 756.* Etenim *in c. 16.* apud HARDVIN. *tom. III. conc. p. 2006.* ita edixerunt: *Si vir leprosus mulierem habeat sanam, si vult ei donare commeatum, vt accipiat virum, ipsa femina si vult, accipiat. Similiter & vir.* De *inhabilitate superueniente* hæc intelligenda sunt, & STEPHANI II. decreto respondent. Eiusdem etiam sententiæ fuit Remensium archiepiscopus HINCMARVS in Synodalibus literis anno 860. scriptis apud HARDVIN. *tom. V. concil. p. 536.* vbi ex *sanctorum sententiis cognoscendum* esse ait, *nuptias, quas concubitus pro quibusdam causis non sequitur, solui posse & propter incontinentiam feminas ad alias connolare valere.* Magis ergo ob *incontinentiam* dissolutionem coniugii ex mente HINC-

Stephani II. contraria sententia.

sententia patrum in concilio Compendiensi pro nullitate.

Item Hincmari.

MARI patres *tolerarunt*, quam *approbarunt*. Distinguit tamen adhuc, vtrum impotentia *naturalis*, an per *maleficium magicum* procurata sit? De illa nullam peculiarem obseruantiam addit, adeoque ante adducta verba sine omni dubio accipere voluit. Lento gradu autem in altero casu procedendum, & quæuis adhibenda media censuit, an impedimentum per maleficas procuratum e medio tolli queat. *Quod si forte sanari non poterunt, separari valebunt.* Integra posterioris membri sententia etiam refertur *in c. 4. C. 33. q. 1.* Sub GREGORIO VII. *concilii Rotomagensis* patres *anno 1074. can. 7. in append.* hac de re ita censuerant: *vt coniugio copulati & diuortium postulantes propter impossibilitatem coeundi, iudicio probent se nec posse opus illud coniugii efficere, nec se faciente aliquomodo ad hanc impossibilitatem peruenisse.* V. HARDVIN. *tom. VI. coll. concp. 1520.*

& concilii Rotomagensis.

Romani pontifices difficiliores fuere in admittenda nullitate,

§. XX. Tam varie de hac matrimonii dissolutione patres sensere runt, quidam *remissius* & *laxius*, quidam *durius*; quidam denique *temperatius*. Romanæ ecclesiæ proceres ab omni abhorruerunt dissolutione circa hæc sæculi XI. tempora, ex cuius moribus forsan tractum est dogma, GREGORIO I. *in c. 2. C. 33. q. 1.* adscriptum, prout antea monui. Adhuc *seculo XII.* anno 1180. ALEXANDER III. hanc Romanæ ecclesiæ doctrinam refert, non tamen *Gallicanam consuetudinem* contrariam damnat. Casus erat pontifici oblatus de quadam muliere, quæ cuidam viro nupserat *ignorans*, *quod propter vtriusque inguinis rupturam genitalia eius essent abscissa*, adeoque ab eo cognita non fuit. Respondet pontifex, *Romanam ecclesiam non consueuisse propter naturalem frigiditatem aut propter alia maleficia legitime coniunctos diuidere.* Addit tamen tolerandam esse *consuetudinem contrariam*, non adeo rationi adversam, quod probat hac ratione, quæ refertur *in c. 2. X. h. t.* *Sicuti enim puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio; sic quoque, qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* Sine dubio dogma AVGVSTINI, auctoritate in ecclesia Romana nimium pollentis, *de sacramento matrimonii*, decepit pontifices, vt matrimonium, etiam inter *inhabiles* contractum, nullum discidium pati posse crederent, licet interim sententiam contrariam magis *rectæ rationi* congruere animaduerterint. Equidem LVCIVS III. ALEXANDRI III. successor huic dogmati assentiri videtur *in C. 4. X. h. t.* sed magis est, vt de eo loquatur, qui *scienter* inhabilem duxit, quod vel *ratio subiecta* indicat. Magis a Romanæ curiæ disciplina recedit COELESTINVS circa

vt docet Alexandri III. decretum.

an-

Digitized by Google

annum 1195. *in c. 5. X. h. t.* in quo prouocat *ad Decretum* GREGORII *§. antecedente* adductum, eiusque methodum probandi impotentiam sequitur, vnde liquet, non genuinos fontes, sed *decretum* GRATIANI consuluisse pontificem, quo vtplurimum curia Romana in suis vsa est decisionibus. Eandem praxin postea propagarunt INNOCENTIVS III. *in c. 6. h. t.* & HONORIVS III. *in c. 7. h. t.* vnde adhuc hodie dissolutiones matrimonii petuntur. Id denique textus adducti demonstrant, α) non vniformem fuisse circa hanc materiam ecclesiæ sententiam: β) quandoque etiam discidium admissum fuisse ob *superuenientem* impotentiam: γ) magis in hoc *diuortium* quam *nullitatem* quæsitum fuisse, cum tamen omnes scopuli facilius superari potuissent, si causæ *nullitatis* & *diuortii* proprie dicti separatæ fuissent.

sed successores in papatu admisere dissolutionem.

§. XXI. Requiritur vero ante omnia (1) *vt inhabilitas legitime fuerit demonstrata;* sicuti enim cuilibet homini *qualitates naturales* adesse præsumuntur, atque matrimoniorum discidia non absque grauissima causa concedenda; ita eo grauior cautio a iudice in hac disquisitione est adhibenda, ne decipiatur. Non ergo sufficit *confessio rei*, quæ alias insigne in decidendo momentum continet, ob graue, quod ex tali discidio imminet, præiudicium. Facile coniuges, separationem ambientes, inter se colludere possent, vt modo ex capite *nullitatis* a nexu matrimonii liberarentur, ceu pontifex innuit *c. 1. §. & 6. X. h. t. c. 2. C. 33. q. 1.* Recurrendum itaque ad medium probandi ordinarium, *inspectionem* scilicet *ocularem* canonice instituendam. Eam tamen hoc casu magis *consilii* quam *necessitatis* esse, arbitratur SANCHEZ *de matrim. lib. 7. disp. 108. n. 6.* & cum eo LINCKIVS *de iusto iudic. c. 3. n. 26.* quod eam non desideret pontifex *in c. 5. X. h. t.* sed id tantum, vt per *triennium* cohabitent, quo facto, *si, quod nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur, cum septima manu propinquorum vel vicinorum bonæ famæ, tactis sacrosanctis euangeliis, vterque iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent.* Plures pro hac sententia conglomerat rationes ALEXANDER SPERELLVS *decis. for. eccles. 141. n. 12. seqq.* quibus tamen ipse diffidit, nec subscribit. Primum præsidium petitur ex *cit. c. 5.* & quod *peracto triennio* impedimentum præsumatur perpetuum. Respondet quidem SPERELLVS *cit. l.* supposuisse pontificem casum, in quo vterque fassus erat *absolutam* alterutrius *impotentiam*, & sic per indirectum concedit, ad minimum hoc casu *inspectionem* omitti negligique posse. Neque tamen iudex etiam hac con-

Inhabilitas legitime probanda,

non ex confessione rei,

sed ex inspectione oculari

quæ non remouetur 1) ex c. 5. X. h. t.

feſſione ſatis tutam ferre poteſt ſententiam absque *inſpectione*: ſi *abſoluta* eſt, forſan in oculos incurrit, quod tamdiu incertum eſt, quamdiu *inſpectio* ſeponitur. Accedit, iuramentum eſſe *ſubſidiarium* probandi *remedium*, ad quod, alio deficiente, demum fit recurſus. Quamdiu autem ceſſatur ab *inſpectione*, tamdiu ambigitur, vtrum aliud probandi medium adſit, cum ſi inhabilitas in oculos incurrat, nullo opus ſit iuramento. Quæ cum ita ſint, ego ſic exiſtimo, pontificem *in cit. c. 5.* præſuppoſuiſſe, *inſpectionem* factam fuiſſe, ſed ex ea de *inhabilitate* euidenter conſtare non potuiſſe. Id indigitare videntur verba: *ſi frigiditas prius probari non poſſet*, atque hoc ſuppoſito caſu diſtinguit, vtrum reus neget inhabilitatem, an vero ambo eandem fateantur, & qua me-

nec 2) ex c. 1. h. t.

thodo vtroque caſu procedendum ſit, docet. Alterum ſententiæ contrariæ momentum trahunt ex *c. 1. X. h. t.* in quo tota eccleſiæ antiquæ doctrina in compendio refertur. Enimuero præter *confeſſionem* deſideratur *probatio per verum iudicium*, quæ *inſpectionem* includit, obſervante LINCKIO *de iuſto iudicio c. 3. n. 6.* quamuis primario *iuramento* abſoluatur. Tertiam rationem petunt ex defectu *iuris & præcepti*, quod, exiſtente confeſſione, *inſpectio* neceſſaria ſit. Parum, me iudice, etiam hoc argumentum conficit. Primo enim ſatis eſt, quod *recta ratio* & *natura* ipſa *matrimonii*, iure canonico nouiter efformata, *inſpectionem* poſtulet, vbi ſoli confeſſioni coniugum haud acquieſcendum eſt. Deinde ex *c. 6. & 7. X. h. t.* liquet, adhibitam fuiſſe *inſpectionem*, licet confeſſio coniugum non defuerit. Nec admitto reſponſionem: in dictis locis *factum*, non *ius* referri: recenſeri, epiſcopum iudicem inſpectioni mulierem ſubieciſſe, non præcipi a Præſule Romano, vt inhabilis eo caſu *diligenter* inſpiciatur; ad minimum enim in adductis textibus refertur praxis iudiciorum eccleſiaſticorum communis, vſitata, antiqua, nec eam reprobat, ſed recte egiſſe epiſcopum innuit pontifex. Denique cum non omnis inhabilitas *de iure canonico* matrimonium ſoluat, vt infra declarabitur, fieri nequit, vt iudex eccleſiaſticus ſoli confeſſioni iuratæ ſine *inſpectione* acquieſcat, abſque qua ipſi conſtare nequit, vtrum *abſoluta inhabilitas* adſit nec ne? Quartum contrariæ ſententiæ munimentum adhuc inanius eſt. Aiunt: ſi *inſpectio* eſt *abſolute* neceſſaria, quid ſolatii ſupereſt viduæ probare volenti, cum defuncto ſe vnam carnem fieri non potuiſſe? Quandoque enim hæc probatio eſt neceſſaria, vt eo facilius impetrare poſſit *diſpenſationem* cum defuncti mariti conſanguineis propinquioribus, quod eo probato, *affinitatis* obſtaculum deſit. Fateor, hoc caſu ſoli iuramento

nec 3) ex defectu iuris, quod adeſt, vt ex rationibus oſtenditur variis.

nec 4) ratio quod ita vidua, probare volens, ſe cum defuncto coire non potuiſſe, omni pro-

to viduæ cauſam committendam eſſe, ſi præterea ad plures annos ſine ſpe prolis defuncto cohabitauerit, vt præſumtio grauis eius aſſertionem iuratam corroboret. Enimuero ab hoc caſu *extraordinario* non eſt capeſſenda *regula*, qui potius *exceptionem* deſignat, quod deſit materia, cui applicari queat inſpectio. Omnis diſpoſitio præſupponit terminos habiles, vt loquuntur, & ſi alia probatio ex *natura rei* haberi nequit, admittenda, qualis haberi poteſt. Quintum fulcrum ab *indecoro* trahitur, quod vbi recipiendum eſt, omnis exulare debet inſpectio, quam tamen in caſu dubio, deficiente vtriusque confeſſione, neceſſariam ducunt. Qui floſculos poetarum & veterum ſcriptorum in deliciis habet, quibus viſitatio oppugnari imo etiam excuſari poteſt, adeat ANNAEVM ROBERTVM *lib. IV. rer. iudic. c. 10.* qui magis ornant quam euincunt cauſam. Recte tamen idem *cit. l. p. 871.* ait: *nuditas inuerecunda eſt, ſi quis publice ſine cauſa nudum ſe exhibeat: ſæpe tamen nuditas ex cauſa aut laudatur aut non improbatur.*

batione deſtituatur.

nec 5)ratio ab indecoro petita;

§. XXII. Si quid, in mediis probandi inhabilitatem ad matrimonium, reprehenſionis adeſt, id certe in praxi antiqua Galliæ occurrit, ſecundum quam congreſſus coniugibus, præſentibus medico & obſtetricibus, imperabatur. Facit huius moris mentionem ROBERTVS *cit. l. p. 870.* aitque: *Ipſa tot annorum experientia docuit, viſitationem & CONGRESSVM certiſſima eſſe virilitatis probationes. In viſitatione fit inſpectio membrorum, an integra ſint & bene habeant. Quodſi viſitatio incerta habeatur, neque ex ea ſatis liquido veritas conſtet, tunc congreſſus decerni ſolet. Et hic quidem congreſſus nec turpis eſt, quippe qui licitum nuptiarum finem habet, nec obſcœnus videri poteſt, cum iudice decernente fiat.* MOSNIERIVS *in tr.* quem inſcribit: *les veritables alliances du droit francois ſub artic. mariage n. 107. p. 701. in f.* idem confirmat: *& avant que procedez en definitiue, l'on a accouſtumé d'interloquer ſur le congrès.* Pariter ANTON. DESPEISSIVS *in oper.* gallice conſcriptis *tom. I. P. I. tit. 13. ſect. 1 p. 244.* morem antiquum adhuc refert: *On ordonne le congrez en preſence des medecins & ſages femmes, & s'il eſt trouvé impuiſſant, on diſſout le mariage.* Vnde liquet, erraſſe B. HERTIVM *in diſſert. de inſpect. oculari §. 11.* exiſtimantem, maritum *in conſpectu iudicis* cum vxore coire iuſſum fuiſſe, quod ex loco prolixiori ab eo adducto nequidem colligitur, nec probabile eſt. Ab hac methodo tamen abſtinendum erat quoad *ſenes.* Id obſeruat LVCIANVS SVAVIS *in Syllog. nou. phr. queſt. notab. tom. II. c. 88.* adducitque exemplum feminæ,

Mos indecorus probandi impotentiam Gallis olim vſitatus.

næ, quæ ante ſeptennium nupſerat viro 65. annorum, eumque *impotentiæ* accuſauerat. Inſpectione facta, nulla ſigna externa comparebant, adeoque in prima inſtantia iudicatum fuerat, vt ad probationem per *copulam carnalem* procederent. Hoc merito in Parlamento reprobatum eſt, ſenio reum a tali probatione eximente. Interim hic abuſus imo etiam locus ab HERTIO adductus docent, de hac *methodo probandi impotentiam* ſæpe dubitatum, & tandem graues lites in Gallia circa annum 1677. motas atque oſtenſum fuiſſe, eam nullo iure fundari, nec rationi congruere, vnde factum, vt publica autoritate hæc tandem abolita & ſublata fuerit.

Incaſu negatæ impotentiæ recurrendum ad probationes,

§. XXIII. Ceterum ſi vxor inhabilitatem obiicit marito, hic autem eam negat, & *vtriusque confeſſio* deeſt, recurrendum eo magis ad probationem, quo grauioribus dubiis cauſa inuoluta eſt. Neque hæc probatio certo incluſa eſt tempori, ſed poteſt habilis, licet ad aliquot annos cum impotente in coniugio permanſerit, ad diſſolutionem prouocare, & *inſpectionem* vrgere. Aperte id docet pontifex in *c. 6. X. h. t.* vbi adfertur caſus de vxore, quæ *per multos annos* cum inhabili morata erat, tandem tamen mariti pertæſa prouocauit ad matrimonii diſſolutionem, quam diuturnior cum marito commoratio haud impediit. Sibi non ſatis conſtare in hac materia videtur LINKIVS *cit. l. c. 3. n. 44.* SANCHEZIO nimium addictus. Ait enim, eam poſt *diuturnum tempus* proclamantem non audiendam, ſed magis viro credendum eſſe: mox vero admittit *iuſtum iudicium*, *inſpectionem*, & *diſſolutionem*. Turbas has mouit *c. 17. concil. Compendienſis de anno 756.* apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 2006.* & GRATIANVM in *c. 3. C. 33. q. 1. Si quis accepit mulierem, & habuit ipſam aliquo tempore, & ipſa femina dicit, quod non manſiſſet* (GRATIANVS habet *coiſſet*) *cum ea, & ille vir dicit, quod ſic fecit, in veritate viri conſiſtat, quia caput eſt mulieris.* Imperite & inſulſe meo iudicio GRATIANVS hunc canonem ad doctrinam de *impotentia coniugali* retulit, cuius non facit mentionem. Eius tunc vſus fuit, quando quæſtio de *conſummatione matrimonii* incidit. Quid enim ſi vxor prouocat ad *nullitatem matrimonii*, quod in illud nunquam conſenſit: maritus excipit de *conſummatione per concubitum;* mulier hunc negat, cui tunc magis credendum? Viro, pro quo ex diuturniori temporis tractu eſt præſumtio, ſalua tamen probatione in contrarium. Ita etiam ALEXANDER III. in *c. 6. X. de deſponſ. impuber.* hunc canonem intellexit, & ad eum applicuit caſum, vbi quis puellam *intra annos nubiles*

quæ poſt multos annos ſuſcipi poteſt,

non obſtante c. 1. C. 33. q. 1.

qui textus huc non pertinet,

vt docet Alexander.

Digitized by Google

biles duxit vxorem, quæ vbi *ad annos nubiles peruenisset*, *alii licentiam nubendi postulauit*, *asserens, se in eundem nullatenus consensisse.* Maritus vero eidem oppositit, quod eam *carnali commixtione* cognouerit, adeoque cum ea *vna caro* iam fuerit. Prouocat hoc casu in decisione sua ad *decretum* GRATIANI Pontifex & viro fidem esse adhibendam ait, *si id firmauerit iuramento*, & ita verum huius textus intellectum simul eruit. Lapsus itaque sine dubio est BVRCHARDVS, ex cuius *collectione* rapsodia quædam vndequaque corrasa adducitur in *c. 1. X. b. t.* in qua materiam de *impotentia coniugali* ex hoc canone illustrare voluit. Ait: *Illa autem, si prior post annum & dimidium ad episcopum aut eius missum proclamauerit, dicens, quod non cognouisses eam, tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est, eo quod es caput mulieris, quia si proclamare voluit, cur tam diu tacuit, cito enim & in parui tempore scire potuit, si tecum coire potuisses.* Addit, si statim post mensem aut duos proclamauerit, eam tamen admittendam esse ad *verum iudicium* i. e. iuramentum, & separationem decernendam. Liquet ex hoc *oppositto*, in primo casu illam nec ad *verum iudicium*, nec ad *separationem* admitti posse, quam tamen LINCKIVS, saluo hoc textu, defendit, nimium eius auctoritate deceptus, quæ tamen in tam *aperto errore* tanti esse non debet, vt a veritate recedamus, quam nec pontifices ob eam sepositerunt. REGINO primus fuisse videtur, qui *lib. II. de discipl. eccl. c. 243. canonem Compendiensem* ad doctrinam de *impotentia coniugali* retulit: hunc secutus BVRCHARDVS *lib. 9. c. 42.* vtrumque GRATIANVS in *c. 3. C. 33. q. 1.* & tandem RAYMVNDVS quoque contra explicationem ALEXANDRI III. quæ *sanior* est, regustauit ex BVRCHARDO in *c. 1. X. b. t.* Tales fluctus ex insulsa compilatione *Decretalium* emersisse, non adeo mirandum, cum in aprico sit, multos passim nævos commissos fuisse: id modo curandum, ne eos dissimulemus, & conciliandi zelo sibi contradicentia in concordiam reducere studeamus, sed, fontibus erroris detectis atque depulsis, causam quamcunque ex *sana ratione* in tuto collocemus loco.

Burchardi lapsus notatur.

§. XXIV. Quocunque ergo tempore agat mulier vel maritus, audiri, & in casu dissensus *inspectio* decerni debet, vt dictum est. Hæc probata est *iure canonico* in *c. 4. X. de probat c. 4. §. 5. X. b. t.* nec rationi rectæ aduersatur, quicquid dubii contra eam a quibusdam motum fuerit, in quibus per flosculos antiquorum auctorum referendis

Probatio fit per inspectionem.

dis sollicitus fuit ROBERTVS *cit. l.* magis tamen, vt doctrinæ eruditionisque, quam veritatis gloriam captaret. Ius *canonicum* eo magis illam desiderat, quod, vbi agitur de fœdere coniugali dirimendo, probationes debeant esse *euidentissimæ* atque *concludentissimæ*, iudice SPERELLO *cit. l. n. 47.* qualis euidentia demum ex *inspectione* haberi potest. Decernitur vero illa 1) *ad instantiam habilis: ex officio* iudex eam non instituit hoc casu, agente nemine, cum eius non interfit, dissolui coniugium ab *inhabili* contractum. Multo minus qui ineptus est ad cohabitationem, altero tacente, se ad inspectionem offerre, & nullitatis declarationem vrgere potest. Miror, in hanc iuisse sententiam LINCKIVM *diss. de iusto iudic. c. 2. n. 14. seqq.* cum tamen matrimonium non sit nullum *absolute*, sed *respective* seu intuitu læsi, qui si iuri suo renunciat, si cum inhabili in societate coniugali persistere desiderat, impedit, quo minus matrimonium declaretur nullum. Huic tantum ius agendi competit, non illi. Ait quidem LINCKIVS, impotentis interesse, vt illud dissoluatur, ne ad onera *matrimonii irriti* sustinenda cogatur: hanc sententiam *in c. 1. X. h. t.* probari: eam tunc potissimum admittendam esse, si impotens *inhabilitatis* non fuit conscius tempore contracti matrimonii. Verum hæ rationes omni destituuntur pondere, quæ tantum *maritum*, non *vxorem*, tangunt, adeo vt hæc ad minimum eo iure vti non possit. Ast nec marito inhabili id indulgendum est, nec *c. 1. X. h. t.* hoc ipsi permittit, quod supponit casum, vbi ad *separationem* agitur, ab *habili* scilicet, & vterque coniugum in eam consentit, atque *impotentiam* fatetur. Hic casus longe ab eo differt, quando habilis *separationem* haud desiderat. Inane est interesse, quod ab *oneribus matrimonii* petitur, quibus ferundis maritus *secundario* obstringitur, & in eorum compensationem *adiutorio mulieris* fruitur, quam vt *sociam laborum* assumsit. Sola *impotentia* ius agendi tribuit ei, cuius ob illam interest, vt id declaretur nullum, id quod duntaxat *de habili* asseri potest. Longe absurdius est, quod etiam *mulierem*, *ineptam* ad cohabitationem, prouocare ad separationem & inspectionem posse, inuito marito, constituat, in qua omnis ratio cessat, & cuius ius agendi vnice propugnauit ex auctoritate SANCHEZII, sine iudicio omnia corradentis nec satis digerentis.

decernendam ad instantiam habilis,

non vero impotentis,

reiectis contrariis rationibus.

Ad inspectionem hanc cogi potest inhabilis.

§. XXV. Non dubium vero est, (2) quin, instante actore ad *inspectionem* cogi & adigi possit persona, cui inhabilitas obiicitur, obseruante SPERELLO *cit. l. n. 58.* Sæpe pudor & verecundia adeo deter-

Digitized by Google

terret fœminas, vt quouis modo declinent *inſpectionem*, & quæuis alia pati quandoque quam illam ſubire malint. *Coactione* ergo quadam opus eſt, quatenus ſine illa res expediri non poteſt. Minus tutum, imo a iuris ratione alienum videtur, ſub pœna *confeſſi* & *conuicti* contumaci iniungere, vt *inſpectionem* patiatur, tum quia nequidem vtriusque *confeſſio* ſufficit: tum etiam, quia talis probatio, quæ ex *contumacia* deſumitur, magis *ficta* quam *vera* eſt, quæ, vbi agitur *de vinculo coniugii* ſolvendo, exulat de iure canonico. *Ius Romanum* magis diſſolutioni connubiorum indulget, nec tam accuratam certitudinem *impotentiæ* deſiderat, quam poſtulat *ius canonicum*, adeo vt ne quidem illud præciſe *inſpectionem ocularem* requirat. Huius neceſſitas vnice ex *iure canonico* dependet, quod a diſſoluendis nuptiis abhorret. Quid ergo contra refractariam conſilii? humiliores ſine dubio carceribus conſtringi, & horum tædio adigi poſſunt, vt *inſpectionem* ſubeant: in honeſtioribus per gradus eundum, atque tentandum, an perſuaſionibus & rationibus induci queant, adhibitis etiam, ſi opus eſt, miniſtris eccleſiæ; quibus in vanum adhibitis, ad pœnas pecuniarias procedendum, quæ plerumque animum durum, ad auaritiam vtplurimum pronum atque procliuem, flectunt. Fora catholicorum eccleſiaſtica contra contumaces ſtringunt *gladium ſpiritualem*, quo facili negotio a reluctantibus id impetrare queunt, quod deſiderant.

non per pœnam confeſſi & conuicti.

ex iuris canonici principiis.

§. XXVI. Inſpicienda eſt perſona, cui obiicitur inhabilitas. Si ignoratur, in quo vel an in vtroque impedimentum adſit, *vtriusque inſpectio* decernitur, veluti ſi virgo ducta fuit, ſeque a marito non fuiſſe cognitam, ſed adhuc illibatam ait, maritus vero hoc negat; *vtriusque inſpectio* decerni poteſt. Multum dependet ab arbitrio iudicis, quis ex illis prius eam ſubire debeat. Actori HERTIVS *de inſpect. ocul. §. II. in f.* iniungendum eſſe credit, vt ſui inſpiciendi prius copiam faciat, ſi nullæ præſumtiones pro eo militent, quod eius ſit probare. Ego diſtinguendum eſſe arbitror, vtrum vxori agenti maritusque vitium obiiciat, impedimentumque in eam reiiciat, an vero de eius *habilitate* nullam moueat quæſtionem, ſe tamen vitio impotentiæ infectum neget? Priori caſu admitto HERTII ſententiam, non quod actoris ſit probare, ſed quia ipſa ad diſſolutionem prouocat. Aeque probat, qui eius, quem *impotentem* ait, *inſpectionem* vrget, vnde probatio inſtruitur, adeoque argumentum a *probatione* deſumtum minus

Sæpe vterque coniugum inſpicitur,

a quo ergo incipiendum?

Digitized by Google

concludit. Quid? quod, dum vterque hoc examen rigoroſum ſubire debet, atque inquiri neceſſe eſt, vtrum in alterutro, an in vtroque vitium adſit? nulla intercedit captio iuris, ſi *de prioritate* contendentibus imponit iudex, vt ſimul vno eodemque tempore, in diuerſis tamen locis, hoc examen ſubeant. Poſteriori caſu maritus, de cuius *impotentia* vnice agitur, inſpiciendus eſt, nec, ea comperta, deſideratur, vt vxoris inſpectio quoque fiat, quamuis ſe adhuc *virginem* dicat. Sufficit, conſtare ex *inſpectione* de mariti impotentia, adeoque vlterior probatio non deſideratur. Equidem HERTIVS *cit. l.* prouocat *ad c. 4. X. de probat.* ſed fruſtra. Agitur in *cit. textu* de muliere, quæ maritum ad cohabitandum inhabilem recuſauit, & quo ſe intactam eſſe demonſtraret, *ſponte* ſeſe obtulit *inſpectioni*, probauitque hoc modo, *iuramento* etiam accedente, ſe adhuc virginem eſſe, marito contrarium per iurisiurandum adſtruente. Quæſitum fuit, cui potius fides habenda? Ait, vxori; non tamen diſponit atque per modum *legis* edicit pontifex, mulierem agentem ſemper ſemet ad inſpiciendum offerre debere, quod exiſtimavit STRVKIVS *de iure ſenſ. diſp. 1. c. 1. n. 55. in f.* Quod *ſponte* factum, non trahendum ad *regulam* aut *iuris neceſſitatem*. Ne dicam, fallacem eſſe *virginitatis* probationem, cum ſæpe manus fallatur atque oculus obſtetricum, vt ait Pontifex *in c. 14. X. de probat.* repetens verba CYPRIANI *in c. 4. C. 27. q. 1.* relata, adeo vt quidam hanc probationem *impoſſibilem* iudicent, teſte HERTIO *cit. l. §. 41. in f.* Expedit ergo, magis *corpus delicti*, vt ita loquar, inſpicere, quam huic fallaci *virginitatis* demonſtrationi cauſam committere. Denique contingere poteſt, vt *virginitatis* indicia adhuc adſint in vxore, & tamen maritus *abſoluta* haud laboret *impotentia*, quam tamen deſiderant iura canonica, adeoque de hac cognoſcendum, non de illa. Quæ hodie adhuc *virgo* eſt, cras poteſt fieri *vxor*. Mirandum itaque eſt, pontificem in *c. 4. X. de prob.* omnem mariti inſpectionem omiſiſſe, & in ſola vxoris probatione, ſe virginem eſſe, acquieuiſſe, cum tamen non in hac, ſed in eo ſtatus controverſiæ poſitus fuerit, vtrum maritus *vitio abſolutæ impotentiæ* laboraverit, nec ne? id quod ex probatione adlata colligi non potuit.

Si de mariti impotentia ex inſpectione conſtat, mulier non inſpicienda, vtrum adhuc virgo ſit?

§. XXVII. Poſtulat vero tum *finis inſpectionis*, tum *qualitas cauſæ matrimonialis*, vt harum rerum periti inhabilem inſpiciant, & quidem maritum *medici*, vxorem vero *honeſtæ matronæ* & *obſtetrices. c. 4. & 14. X. de probat. c. 6. & 7. X. h. t.* Imo etiam medici, & chirurgi vxorem

Maritum medici, vxorem obſtetrices inſpiciunt.

Digitized by Google

rem ad cohabitationem ineptam quandoque inſpiciunt, quod obſtetricum ſæpe tanta rudiras ſit, vt ſanum atque peritum iudicium de vitio eius ferre nequeant, vt recte obſeruant LINCKIVS *cit. l. c. 3. n. 14.* & SPERELLVS *cit. l. n. 72.* Septem autem inſpectores vel matronæ adhiberi præciſe non debent, ſed vel duo ſufficiunt. SPERELLVS *cit. l. n. 69.* Quamuis enim *in c. 4. X. de prob.* aſſeratur, ſeptem mulieres inſpectioni adfuiſſe, id tamen tantum refertur atque enarratur, non autem per modum *neceſſitatis* præſcribitur. Cautelæ gratia olim quandoque adhibebantur ſeptem mulieres, vt, ſi præter inſpectionem adhuc iuramentum coniugum deſideraretur, vxor in promtu haberet matronas, quæ cum ipſa iurarent, quandoquidem, vt infra dicendum erit, hoc iuramentum præſtandum erat cum *ſeptima manu.* Hos *ſacramentales* non deſiderant conſiſtoria noſtra, adeoque vnus vel duo inſpectores ſufficiunt. Quod ius canonicum plurium matronarum faciat mentionem *in c. 14. X. de probat.* & *c. 6.* & *7. X. h. t.* id ſine dubio intuitu iuramenti cum *ſeptima manu* præſtandi factum eſt, adeoque inde perpetua regula effici nequit. Id tamen magis neceſſarium eſt, vt inſpicientes inhabilem iuramento obſtringantur, niſi forſan iam antea *generaliter* ratione *officii ſui* id præſtiterint, quales ſunt *medici ciuitatum* & *chirurgi*, ſpecialiter ad inſpectiones qualescunque iuramento obſtricti, ſicuti etiam *obſtetrices*, publica auctoritate aſſumtæ, iuramento obſtringuntur. Quoad hos ſufficit, ſi tempore faciendæ inſpectionis iurisiurandi olim præſtiti admoneantur: CARPZ. *pr. crim. qu. 26. n. 40.* quo iure communiter hodie vtimur, niſi *lex prouincialis* in ſingulis actibus repetitionem iuramenti deſideret, quale quid in dicaſteriis Würtenbergenſibus obſeruauit HERTIVS *de inſpect. ocul. §. 32.* Id forſan deſumtum eſt ex *art. 149. conſt. Carol. crim.* qui inſpectioni *medicorum* & *chirurgorum* non aliter vim probandi tribuit, niſi ante inſpectionem iuramento obſtricti fuerint, quamuis hoc commode ad eos reſtringi poſſit, qui olim *generale iuramentum* ad hos actus haud præſtiterunt. Ius canonicum itidem in *ſingulis actibus* tale iuramentum deſiderare videtur, quod poſt *inſpectionem* hæ mulieres ad probationem produci ſoleant, vt docet *c. 4.* & *14. X. de probat.* & quod reuera inſtar teſtium ſint, quibus absque *iurisiurandi* religione non creditur. Huc etiam facere videtur *c. 6. X. h. t.* vbi refertur, epiſcopum diſtricte matronis ad inſpiciendam mulierem delegatis iniunxiſſe, *ſub periculo animarum, vt mulierem ipſam prudenter inſpicerent & perquirerent diligenter, vtrum idonea*

quandoque medici vxorem.

an ſeptem?

quare plures?

cur iuramento obſtringi debeant?

An in ſingulis inſpectionum actibus?

esset ad viriles amplexus; statim vero additur, eas postea *in fide sua* asseruisse, eam esse inhabilem, quod nihil aliud est, quam *iurato* aliquid profiteri. Quomodo inspectio peragenda sit, ad *forum medicum* quidem referri debet, sana tamen ratio dictitat, in marito ita illud esse instituendum, vt non tantum *externa genitalium qualitas* inspiciatur, sed imprimis sollicite eius vires explorentur, atque inquiratur, vtrum hæ ad actum concubitus sufficientes sint. Quidam explorationem hanc impudicam atque haud probandam existimarunt, sine qua tamen veritas haberi non potest, vti recte iudicarunt Facultates iuridica atque medica huius loci, quarum iudicia iam publicauit excell. Dn. ALBERTI *Part. 2. inuisp. medica cas. 1.* Aut enim *inspectio* prorsus omittenda atque reiicienda, aut *medice* & *perite* non *superficiarie* peragenda, vt medici certam atque fundatam *de mariti habilitate* vel *inhabilitate* possint ferre sententiam, eamque iudici renunciare. Fateor, modum percontandi vires mariti esse difficilem atque non satis tutum, cum pudor & metus adeo mariti animum & vires refrenare possit, vt medici oleum & operam perdant. Obseruaui tamen ex actis, in causa quadam, quæ fere similis fuit casui a Dn. ALBERTI adducto, medicum nudæ inspectioni & externæ explorationi haud acquieuisse, sed postulasse, vt cum marito in lecto suo noctem vnam alteramue transigere posset, remotis arbitris atque lumine; quo facto medicus renunciauit, marito nil vitii inesse, sed satis se virum præstitisse, adeoque probabile esse, vxorem astutam imperito in re coniugali varias molestias creasse, vt cum ipsa coire haud potuerit, quo eo facilius scopum obtineret suum, & separationem a marito impetraret.

modus inspiciendi.

Inspectores de inspectione referre debent.

§. XXVIII. Facta inspectione, relationem suam cum *rationibus medicis* ad acta exhibent inspectores, cui magna vis tribuitur. Quodsi ergo ex argumentis naturalibus certisque documentis inspectores periti etiincunt, mulierem vel maritum *vitio* inhabilitatis *absoluto* laborare: si asserunt, *quod vxor nunquam possit fieri mater, tanquam cui naturale desit instrumentum*, vt dicitur *in c. 6. X. h. t.* matrimonium *citra iuramentum* coniugum declaratur *nullum*, & separatio decernitur per *c. 5. & 6. h. t.* quia *inspectio ocularis* euidentiam rei arguit. Audiendus tamen reus, qui *inspectionem* factam impugnat, eamque erroris vel imperitiæ incusat, quo facto *noua inspectio* per magis peritos suscipienda, *c. 14. X. h. t.* cum sententia talis vires rei iudicatæ haud fortiatur.

Digitized by Google

tur. Hi ſi priorem confirmant, nullum amplius ſupereſt dubium, ſed mox ſententia ferenda: ſin a prioribus diſſentiunt, per *inſpectionem* ſolam cauſa decidi nequit, ſed tunc recurrendum ad aliud ſubſidium, quod ius canonicum præſcripſit.

§. XXIX. Videlicet, vbi vel discordant inſpectores, vel indubia impotentiæ argumenta haud deprehendunt, vt duntaxat de *credulitate* ſua relationem facere cogantur, ius canonicum recurrendum eſſe iuſſit ad *verum*, *rectum* vel *iuſtum iudicium*, vt vocatur in *c. 1. C. 33. q. 1. c. 29. C. 27. q. 2. c. 1. & 5. X. h. t.*, quod per *ſolenne iusiurandum* expeditur, ſi per *triennium* coniuges cohabitauerint. Infra *ad tit de purgat. canon.* pluribus demonſtrabo, patres antiquitus in *occultis* prouocaſſe ad *iudicium diuinum*, credentes, Deum tantum in huiusmodi cauſis veritatem manifeſtaturum eſſe, vel *miraculo* quodam, vel alio certo *indicio*. Et quia iuramenta ſolennia ad *tumulos martyrum* vel *reliquias SS.* præſtiterunt, hanc iuraturis opinionem ingenerarunt, ſanctos *periurii* vindices fore, & *miraculoſo* quodam *iudicio* veritatem rei indicaturos eſſe. Erant vero præterea aliæ viæ & itinera improba detegendi veritatem rei occultam ſub *iudicii diuini* velamine excogitata ad tit. *de vulgari purgat.* tradenda. Hæc olim a quibusdam quidem approbata & in vſum tracta, ſed tandem ex grauiſſimis rationibus damnata atque reiecta; hoc intuitu methodus expiſcandi veritatem occultam per iuramentum, a patribus appellata eſt *iudicium verum;* quod veritatem fallere haud credatur: *iuſtum* & *rectum;* quod doctrina & decretis conciliorum atque patrum receptum atque approbatum ſit, non tantum in hoc caſu, ſed præterea etiam in criminibus occultis, vt ad *tit. de. purgat. canonica* indicabitur. Cæterum præter hoc *iudicium rectum* alios quoque modos expiſcandi veritatem in hac doctrina adhibitos fuiſſe, palam eſt ex *c. 17. capitul.* apud Wermeriam *anno 752.* latorum, & a STEPHANO BALVZIO *tom. I. capitul. p. 162.* relatorum. Canon huius tenoris eſt: *Si qua mulier ſe reclamauerit, quod vir ſuus nunquam cum ea manſiſſet, exeant inde ad crucem, & ſi verum fuerit, ſeparentur, & illa faciat quod vult.* Quæ huius iudicii ſolennia fuerint, exacte definiri nequit, quod diuerſæ eius methodi referantur. Probabile eſt, non eadem ſolennia in hoc *per crucem iudicio* ſeruata fuiſſe, ſed ea variaſſe pro locorum diuerſitate. Aliter enim hoc examen depingit & ex antiqua praxi demonſtrat MARTENE *tom. III. de antiq. eccl. ritib. lib. III. c. 7. p. 457.* aliter BALVZIVS *tom. II.*

In dubio accedere debet iudicium per ſolenne iusiurandum

denominatio iudicii veri.

olim per crucis iudicium quoque veritas indagata.

II. capitul. p. 1153. aliter rurſus GONZALEZ. *ad c. 5. X. h. t. n. 11.* qui tantum ex *moribus Friſonum* hunc ritum illuſtrat, vnde tamen *generalis forma* huius iudicii colligi nequit, in quam infra de *vulgar. purgat.* penitus iniquiram. Illud vel binis verbis tantum annotaſſe ſufficit, etiam hoc *per crucem* iudicium damnatum & abolitum fuiſſe. v. *lib. I. capitul. [illegible]2. tom. I. p 724.*

Trienniticohabitatio tamen præcedere debet,

§. XXX. Non ſtatim autem ad hoc *iudicium iuſtum* deuenitur, ſed deſideratur, *vt per continuum triennium cohabitauerint.* In propatulo eſt, ius canonicum hoc *experimentum triennale* ex *iure ciuili* deſumſiſſe, quod olim coniugibus *biennium* per *l. 10. C. de repud.* præſcripſerat, a IVSTINIANO in *triennium* transmutatum per *Nou. 22. c. 6.* Ipſos textus ſupra recenſui §. *13.* Non ergo ſufficit, matrimonium per tres vel plures annos inter eos conſtitiſſe, niſi etiam doceri poſſit, ſe *per triennium continuum*, vt *coniuges*, cohabitaſſe, vt ait pontifex in *c. f. X. t. in. f.* Atque hoc fatale vel ideo iis præſcriptum eſt, vt interim vires ſuas experiri, & hoc lapſo eo maiori cum fiducia ac certitudine iusiurandum ſubire poſſent, quod *ius ciuile* haud deſiderabat. Hæc ratio docet, non opus eſſe, vt per iudicem hoc *triennii experimentum* decernatur, & ita a tempore *decreti triennii* illud computetur, vt contendit SPERELVS *cit. l. n. 59.* cum pontifex in *c. f. h. t.* aperte doceat, coniuges *a tempore contracti matrimonii cohabitare debere per triennium.* Aut ergo eo, quo agitur ad ſeparationem, tempore *triennium cohabitationis continuæ* abiit, aut vero nondum transactum eſt. Priori caſu ſtatim deueniri poſſe ad *iuſtum iudicium* ſeu iusiurandum, docet pontifex *cit. l. quo elapſo ſi nec tunc cohabitare voluerint* &c. quia hoc caſu admodum probabilis alterutrius inhabilitas, quamuis ipſo aſpectu doceri haud potuerit. Poſteriori caſu, ſi vxor ſtatim vel altero agat anno ad ſeparationem, *inſpectio* quidem decernitur & ſi inſpectores renunciauerint, maritum prorſus inhabilem eſſe, ſtatim dirimendum matrimonium; ſi vero renunciatio medicorum *anceps*, *dubia & incerta* eſt, iubendi ſunt coniuges *ex mente pontificis*, vt reliquum, quod ex *triennio* ſupereſt, cohabitandi tempus tranſigant, quamuis pro arbitrio iudicis iuſta de cauſa hoc ſpatium extendi poſſit, vt non inepte iudicat SPERELLVS *cit. l. n. 60.*

ex Nou. 22. petita,

a tempore contracti matrimonii computanda,

aliquando extendenda.

Etiamſivtriusque coniugis confeſſioadſit.

§. XXXI. Atque hoc *triennale experimentum* de *iure canonico* coniugibus eſt iniungendum, ſi vel maxime vtriusque coniugis adſit confeſſio, cum nec *inſpectio*, prout ſupra obſeruaui, hoc caſu negligenda

lized by Google

da ſit. Quam mirifice vero hac in re inter ſe diſſideant interpretes, plenius docet LINCKIVS de *iuſto de iure canon. iudicio c. III. n. 60. ſqq.* ad quem B. L. remitto. Id tantum moneo, primariam dubitandi rationem deſumtam eſſe ex *canone Burchardico* in *c. 1. h. t.* relato, vbi refertur caſus, in quo, ſi poſt menſem vel duos aut tres alteruter ad ſeparationem prouocat, & alter impotentiam ſuam non negat, poſt *verum iudicium* h. e. iusiurandum præſtitum mox ſeparationi locus relinquitur. Supra vero iam obſeruaui, nullam ſolidam decidendi rationem ex hac rhapſodia deſumi poſſe, præſertim cum *tempus triennii* hoc in caſu non excludatur, ſed vel binis verbis tantum modus probandi *per verum iudicium* præſcribatur, quod hoc *triennale experimentum* præſupponit. Euidentior deciſio deprehenditur in *c. 5. X. h. t.* vbi, ſi de *frigiditate* ex *inſpectione* non conſtat, *triennii cohabitatio*, antequam ad *iuramentum* deueniatur, deſideratur. Nec in verbis finalibus, quæ præſentem caſum tangunt, illa excluditur, quæ ad præcedentia ſeſe referunt, & ex iis declaranda ſunt. Pariter in *c. vlt. X. h. t.* ſimilis caſus refertur, vbi 1) *poſt octo annos* demum agebat mulier: 2) maritus fatebatur, ſe illam nunquam cognouiſſe; 3) iudices, *ne in fraudem forſan id ambo confiterentur*, mulierem, quæ ſe virginem adhuc dicebat, *inſpectioni* ſubmiſerant: 4) matronæ renunciauerant: ipſam adhuc virginem eſſe: 5) quia maritus allegauerat, ſe alias mulieres cognoſcendi potentiam habere, iudices inquiſiuerant, vtrum ipſe vnquam aliam cognouiſſet, ſed fruſtra. Re ad pontificem delata, vtrique iuramentum deferendum eſſe decernit, non tamen aliter, quam *ſi intra prædictos annos per continuum triennium inſimul habitauerint*. Ni *vtriusque confeſſio* adfuiſſet, *vtrique* iusiurandum imponi non potuiſſet. Qui huius capituli deciſionem ad *cauſam maleficii* reſtringunt, nihil agunt, quod plane eius nulla in *cit. tx.* iniiciatur commemoratio, nec inde colligi queat, quod maritus aſſeruerat, *ſe potentiam alias cognoſcendi habere*, quippe qui color fruſtra excogitatus, non probatus erat. Non recte tamen, meo iudicio, omiſerant inſpectionem mariti iudices, quippe quæ plus præſtare potuiſſet, quam vxoris. Admittit hanc deciſionem etiam LINCKIVS *n. 64. ſqq.* cum hac tamen limitatione, *niſi vrgentia frigiditatis ſigna in marito deprehenſa fuerint*, cenſetque, hoc caſu nequidem exſpectandum eſſe triennium, atque de hoc caſu accipit *c. 1. X. h. t.* Quid vero ſi *ſigna talia* quidem renunciata fuerint, medici autem adhuc de *abſoluta impoten-*

non obſtante c. 1. h. t.

vt docet deciſio c. 5. h. t.

tia dubitent? Quid ſi iudicium ſuum ſuſpendant? Tales caſus enim præſupponendos eſſe, res ipſa loquitur, quia ſi ſigna eſſent euidentia & certa, iuramento nequidem locus eſſet. Videlicet ideo hac diſtinctione vtitur LINCKIVS, vt colliſionem inter *c. 1. ſ. & vlt. h. t.* eo rectius declinare poſſet, quod tamen minus neceſſarium fuit, poſtquam obſeruaui, *Burchardica* eſſe breuiſſima canonum compendia, in quibus haud *complete* nec absque omni hiatu doctrinæ iuris eccleſiaſtici traduntur.

Iurandum cum ſeptima manu,

§. XXXIII. Peracto triennali experimento, tandem locus eſſe poteſt *iuſto iudicio*, ſi habilis ſeparationem vrgeat. Peragitur id ipſum primario per iusiurandum *cum ſeptima manu* h. e. cum ſeptem coniuratoribus propinquis vel vicinis bonæ famæ, qui iuramento principali fidem conciliant, atque *de credulitate* ſua iurant, de quo modo infra ex profeſſo ad *tit. de purgat. canon.* dicendi locus erit. Diſtinguitur vero, vtrum ambo fateantur impotentiam, an vero actrix eam alleget, maritus vero neget.

vterque iurat, ſi vterque fatetur impotentiam,

Priori caſu *vterque* iusiurandum ſubire debet *per c. 5. & f. X. h. t.* quod etiam confirmat *c. 2. C. 33. q. 1. in f.* Nị enim vtriusque cónfeſſio adfuiſſet, vterque iurare haud potuiſſet, ſe nunquam per coniunctionem vnam carnem effectos fuiſſe, quæ formula ibidem traditur. Præcauendum quippe eſt, ne per *conſpirationem* forſan tale quid fingant, & hoc modo diremtionem coniugii promoueant. Inclinare hoc iuramentum videtur ad ſpeciem iuramenti *purgatorii*, quo omnem ſiniſtram a ſe declinent ſuſpicionem. Nec enim alibi, quam in *purgatorio* vſum *ſacramentalium* deprehendo, vt

ſi reus negat impotentiam, tantum actor iurat.

ad tit. de purg. canon. oſtendendum erit. Poſteriori caſu *actor* tantum iurat, & ſic *per iuſtum iudicium* probare dicitur, quod alter impotens ſit in *c. 5. X. h. t. c. 1. C. 33. qu. 1.* Vtrique autem vel ideo iusiurandum imponi non poteſt, quod colliſio iuramentorum metuenda ſit, cum maritus vxoris intentioni contradicat.

Ea methodus quoque inter proteſtantes vſitata.

§. XXXIV. Neque vero ab hac methodo fora proteſtantium receſſerunt, ſed eandem receperunt, vt aliquot præiudiciis illuſtrat LINCK. *cit. l. n. 72.* In hanc quoque ſententiam iuit Facultas Iurid. Lipſienſis *M. Nou. 1713.* vt ex actis ad facultatem noſtram transmiſſis, obſeruaui. Sententia huius erat tenoris:

Daraus ſo viel zu befinden, daß Abraham Langenheinrich und ſein Eheweib, Dorothea, vor allen Dingen, vermittelſt ihres leibl. Eydes, nach vorgehender ſcharfer Verwarnung vor der ſchweren Strafe

des

des Meineyds zu erhalten, und, daß sie die gantze Zeit über, da sie nach der priesterl. Trauung als Eheleute beysammen gelebet, einander durch fleischliche Vermischung ehelich nicht beywohnen, er sein männlich Glied in ihr Geburts-Glied nicht bringen, noch seinen Saamen in ihren Leib lassen können, ohngeachtet daß sie solches versuchet, und es an ihrem Willen nicht ermangeln lassen, zu schweren schuldig. Sie thun nun solches oder nicht, so ergehet alsdenn auf die prosequirte Leuterung und sonst in der Sache ferner, was recht ist. V. R. W.

Rationes decidendi.

Wiewol es scheinen möchte, daß das in dieser Sache am 9 Jan. 1712. publicirte und *in actis fol. 164.* befindliche Urthel, worinnen die zwischen Klägers Principalin und beklagten Abraham Langheinrichen berits vor etlichen Jahren geschlossene und durch priesterl. Trauung vollzogene Ehe vor unbündig declariret, und klagender Langheinrichin sich anderweit zu verheurathen verstattet worden, seine verbindliche Kraft rechtens erreichet, indem kein Theil dawider ein remedium suspensiuum eingewandt, auch auf dem in angeregtem Urthel Beklagten annoch vorbehaltenen Beweiß weiter nicht zu reflectiren sey, aldieweil derselbe in der ihm dazu bestimmten Sächsis. Frist sich des Beweises nicht angemasset, folglich daran versäumet habe, immassen auch Kläger deswegen *fol. 166.* die Ungehorsams-Beschuldigung wider ihn eingebracht, und vorher darüber zu verfahren und ein Urthel zu sprechen, unnöthig gewesen sey, gestalt sich Beklagter in dem Supplicato *fol. 168.* dieses ihm sonst nachgelassenen Beweises ausdrücklich begeben, diesem allem nach Klägers Principalin an ihrer anderweit vorhabender Christlicher Verheurathung länger nicht aufzuhalten, sondern mit dem bereits angestellten öffentlichen Aufgebot, und wenn sich sonsten dabey kein erhebliches Bedencken ereignet, mit der ehelichen Trauung mit ihrem anderweit Verlobten zu verfahren sey.

Dennoch aber und dieweil Dorothea Langheinrichin die Ehe durch Priesterl. Trauung bereits vor geraumer Zeit vollzogen, dieselben einander diese gantze Zeit über etliche Jahre her als Eheleute zu Tisch und Bette beygewohnet, und dem blossen unerwiesenen Vorgeben eines oder des andern, oder auch aller beyder, und denen vermeynten præsumtionibus de impotentia coniugali dergestalt nicht zu

trauen, daß deswegen das vinculum matrimonii, als unverbündlich, fort zu dissoluiren, welches so wol denen göttl. als weltlichen Rechten entgegen, worwider kein iudicatum noch lapsus fatalium statt haben kan; dahero auch *in iure canon. cap. 5. X. de frigid. & malefic. & impotent. coniugal.* welches unter andern auch sonderlich in dergleichen causis matrimonialibus in diesen Churſächsischen Landen als ein ius commune & publicum recipiret, und quoad auctoritatem iuris denen gemeinen Käyserl. Rechten præualiret, ein gewisser modus producendi verordnet, wenn propter impotentiam coniugalem die Ehe vor unbündig erkant werden solte, nemlich, daß post triennalem cohabitationem beyde Eheleute, daß sie das eheliche Werck der fleischlichen Vermischung, ob sie wol die gantze Zeit über zum öftern mit Fleiß versuchet, mit einander nicht vollbringen können, zuforderst eydlich zu bestärcken schuldig, welches necessarium & formale requisitum in dem Urthel *fol. 164.* gäntzlich übergangen worden, und dahero dasselbe pro iudicato nicht zu halten, sondern wir in unserm *fol. 205.* befindlichen Urthel auf den dißfalls in denen geistl. Rechten vorgeschriebenen und bishero in denen Gerichten dieser Lande unverbrüchlichen obseruirten modum erkennen müssen, und zwar um so vielmehr aus Ursachen, weil bereits das Löbl. Stifts-Consistorium in ihrem *fol. 12.* ertheilten Bescheid, die von beyden Eheleuten angeführte causam dissoluendi matrimonium als unerheblich verworfen, welcher Abschied hernach beyder Theile Vorwendens und eingewandter Leuterung ungeachtet, in dem am 29. Martii 1711. hierüber eingeholten und eröffneten *fol. 126.* befindlichen Urtheil confirmiret und Rechtskräftig worden, darwider weder das zumal unbeschworne attestatum medici und chirurgi *fol. 114.* als woraus, zumahl wenn man die darinnen angeführte Umstände recht betrachtet, auf Seiten des Ehemannes impotentia coniugalis keines weges, ja vielmehr das contrarium inferiret werden mag, als auch Beklagtens richtiges und deutliches Geständniß in actis nirgends, vielmehr unter andern *fol. 50.* gleichfalls das Gegentheil zu befinden, und wenn gleich solches vorhanden wäre, doch bereits angeführter massen dem blossen asserto so schlechterdings keines weges dergestalt Glauben beyzumessen, daß deswegen alsofort der GOtt geheiligte Ehestand vor unverbindlich erkant, und einigen Eheleuten, wenn sie in ihrem Ehestand keine Kinder gezeuget, und gerne von einander los seyn wolten, zu grossem Aergerniß

niß der Christl. Kirche und Gemeinde, das vinculum matrimonii mutuo dissensu nach eigenem Gefallen, unter solchem mit einander abgeredeten Vorwandt zu dissolviren, gleichsam der Weg gebahnet, und sich anderweit zu verheurathen verstattet wērden solte, darzu endlich noch ferner kommt, daß das Urthel *fol. 164.* wenn solchem gleich noch einiger effect in puncto der Unverbindlichkeit der Ehe beygeleget werden könte, nicht purificiret, und der darinnen Beklagten annoch vorbehaltene Beweiß durch Klägers *fol. 166.* eingebrachte Ungehorsams-Beschuldigung, und Beklagtens schriftl. Erklärung *fol. 168.* nicht gäntzlich remouiret worden, sondern beyde Theile dem landüblichen Proceß gemäß vorhero in einem darzu von dem geistl. Gerichte angesetzten Termin mit ihrer rechtlichen Nothdürft gegen einander mündlich gehöret, ein Urthel denen Rechten gemäß darüber gesprochen, und denen Partheyen publiciret werden sollen, so aber nicht geschehen, aus allen aber wohl zu ermessen, daß diese Ehe-Sache zur Zeit in dem Stande nicht sey, daß klagender Langheinrichin die vorhabende anderweite Heurath, und deßwegen die gesuchte öffentliche Proclamation ferner verstattet werden können.

Dahero wir auch ietzo nach Inhalt unsers abgefasten Urthels billig erkant. Sign. Leipzig den 22 Dec. 1713.

Ordinarius, Senior und andere *Doctores* der Juristen-Facultät in der Universität daselbst.

§. XXXV. Dixi, *vtrique iuramentum imponendum esse*, si maritus reus confiteatur impotentiam. Pro re nata formulæ quandoque solent diuerso concipi modo, & quidem ratione *vxoris actricis:* Daß Beklagter alsbald die erste Nacht nach gehaltenem Beylager und bis dato das eheliche Werck mit ihr nicht vollbracht habe, ohngeachtet er es öfters versuchet, sie auch ihn solches nicht versaget, noch daran hinderlich gewesen. Nihil enim vlterius iuramento quam hoc ipsum euincere potest, iuste scilicet ignorans: vtrum maritus *impotentiam* simulauerit, vt eo facilius dissolutionem matrimonii, quam forsan intendit, impetraret, an vero hæc reuera in marito adfuerit? Qua de causa *maritus* reus in hæc tenetur iurare verba: Daß alsbald die erste Nacht nach gehaltenem Beylager und bis dato er das eheliche Werck mit ihr

Formula iuramenti ratione vxoris,

ratione mariti,

ihr nicht vollbringen können, ungeachtet er es öfters verſuchet, und dabey ſeinen möglichſten Fleiß angewendet, Klägerin ihm auch ſolches nicht verſaget, noch daran hinderlich geweſen. Has formulas incidenter refert illuſtr. Dn. BERGGR *P. II. reſp. 57.* & per varias inſtantias eas tandem confirmatas & iudicato munitas fuiſſe enarrat. Quid ergo dicendum, ſi vxor ad iuramentum ſeſe debito offerat modo, maritus autem præſtatione eius recuſet, an nihilominus ex iuramento vxoris ſolius matrimonii diſſolutio ſequi poteſt? Recte hoc negat Dn. BERGER *cit. l.* & quidem variis ex rationibus, quas reguſtare nolo. Primarium deciſionis fundamentum in eo collocandum videtur, quod ab vtroque iuramentum a legibus eccleſiaſticis deſideretur, ne vel inter ſe coniuges conſpirent, vel a reo impotentia, actrice forſan ignorante, ſimuletur, vt hoc medio a vinculo matrimonii liberari queant. Vxoris ergo iuramentum id duntaxat præſtat, vt ab omni *conſpirationis* ſuſpicione ſeſe purget, quo ipſo tamen res nondum confecta eſt. Mariti enim contumacia in non præſtando iuramento id operatur, vt pro confeſſo habeatur, h. e. præſumatur impotentiam ſimulaſſe, quo ſe hoc modo a nexu coniugali, quem horret, liberaret. Quid ego conſilii, an hoc modo contumacia mariti vxoris actionem inanem efficere poteſt? Id quidem minime aſſerendum, quin potius iuſta contra contumacem naſcitur ſuſpicio, quod huc vsque doloſe & fraudulenter *debitum coniugale* denegauerit, in quo ſpeciem *deſertionis* quærunt, adeoque vxori integrum eſt, *ad diuortium* ex hoc capite agere, vti cenſuerunt Vitebergenſes ICti apud BERGERVM *cit. l. in f.*

Vxore iurante, & marito iuramentum detrectante, non ſtatim diſſoluitur matrimonium

ſed maritus de deſertione fit ſuſpectus, & eo nomine agi contra eum poteſt.

§. XXXVI. Hæc de primo requiſito ſupra adducto. Alterum eſt; *vt impotentia ſit naturalis:* huic opponitur procurata per *maleficium* vel *incantationes*, ob quam antiquitus Romana eccleſia matrimonia haud ſoluebat, vt conſtat ex *c. 3. & 4. primæ compilat. h. t.* apud AVGVSTINVM *P. III.* Multa interpretes & fere incredibilia compilare ſolent de variis *maleficiorum* ſpecibus, exemplis, effectibus, ceteris, quæ quibus in deliciis ſunt, adire poſſunt SIMONEM *de impotent. c. VI. th. 4.* ZACCHIAM *in quæſt. medico-legal. lib. 3. tit. 1. c. 5. n. 45. ſqq.* AVCTOREM *tr. de iniur. quæ haud raro nouis nuptis inferri ſolent, membr. III. n. ſeq.* GONZALEZ. *ad* [redacted] *5. X. h. t. num. 6.* alioſque, quorum fabulas repetere haud placet. Plerumque *incantationibus* adſcribitur impotentia a credulis, quæ ex *cauſis naturalibus* deduci poteſt: ſæpe ſimulant *ligamina magica*, qui, viribus per nimium vſum

Porro impotentia debet eſſe naturalis,

maleficiis etiam procurata tradi ſolet,

Ve-

Digitized by Google

Veneris exhauſtis, inhabilitatem ſibi contraxerunt, vt culpam a ſe in alios deriuent. Idem obſeruat HERICVRTIVS *des lois eccleſiaſt. de France dans leur ordre naturelle P. 3. c. 5. art. 2. §. 66. p. 452.* aiens: *Les canoniſtes parlent d' vne espece d' impuiſſance, qui vient du ſortilege. Il eſt certain, que Dieu a pû donner au Demon le pouvoir d' empecher l' effet de la nature pour la conſommation du mariage; mais lui a t' il veritablement donné ce pouvoir, & le Demon ſ' en ſert il? C' eſt vne queſtion tres difficile à decider. Ce qu' il y a de conſtant, c' eſt, qu' on ne doit point employer legerement ſur ce ſujet les exorciſmes de l' egliſe, car ces pretendues ligatures ne ſont ordinairement, que les effets d' vne impuiſſance veritable, ou du trop de vivacite, avec laquelle on ſe porte dans les commencemens à la conſommation du mariage.* Equidem CHOPPINVS, alias a ſuperſtitioſis narrationibus paulo alienior, in hac re nimis credulus fuiſſe videtur, *lib. 2. de ſacr. polit. tit. 2. n. 11. p. 194.* aiens: *Nuper patrio Andium lares reuiſenti mihi narratum eſt, nouos coniuges inibi haud paucos arceri a concubitu, eiusmodi ſortium technis.* Si ſpecimina ſibi propoſita ſedulo examinaſſet, forſan cauſam non *ſortium technis*, ſed alii *vitio* adſcripſiſſet; neque dubium eſt, quin *malis medicamentis* impotentia vel inhabilitas procurari poſſit, quæ tamen a *ſortium technis* longiſſime abſunt, ſupplicio quamuis capitali plectendis per *art. 133. Conſtit. Carol. crim.*

de qua optime iudicat Hericurtius,

Choppino ad credulitatem magis inclinante.

§. XXXVII. Quicquid demum horum ſit, ſiue *ſortium technis*, ſiue *medicamine malo* alicui hoc vitium conciliatum eſt, expeditum eſſe iure nouo credo, etiam hanc ipſam inhabilitatem matrimonio nullitatem inducere, cum eadem in hac *impotentia accidentali* ſubſit ratio. Agnouit hoc ipſum Rhemenſium Archiepiſcopus, HINCMARVS, relatus in *c. 4. C. 33. q. 1.* præſertim cum etiam in caſu *frigiditatis naturalis* Gallicanæ eccleſiæ, ex quarum doctrinis receptis argumentabatur HINCMARVS, a Romanæ eccleſiæ conſuetudine deuiarent. Ait vero, atque docet, *ſi per ſortiarios atque maleficos occulto, ſed nunquam iniuſto DEI iudicio permittente & diabolo præparante concubitus non ſequitur*, hortandos eſſe coniuges, vt de omnibus peccatis ſuis ſacerdoti faciant confeſſionem, atque Domino ſatisfaciant lacrymis, eleemoſynis, orationibus atque ieiuniis, & tum miniſtri eccleſiæ *per exorciſmos & cetera eccleſiaſtica medicinæ munia tales, quantum Dominus annuerit, qui Abimelech ac domum eius Abrahæ orationibus ſanauit, ſanare procurent.* *Exorciſmos* contra incantationes adhiberi, plus quam notum eſt,

Si tale vitium datur, id etiam matrimonium annullat,

adhibitis olim exorcismis.

Digitized by Google

eſt, qui pedetentim in tot abſurdas coniecti ſunt formulas, in monaſteriis ſine dubio natas, (quod indicant imperitæ appellationes ſummo DEO attributæ) vt iis magis *ſortium technas* quam in veris *ſortilegiis* latitare crederes. Formulas has *coniurationum*, forte fortuna mihi oblatas, infra *ad tit. de ſortileg.* ſiſtam atque exhibebo, vt harum ſuperſtitioſa ineptia omnium incurrat in oculos. Addit verò HINCMARVS, eos ſeparari poſſe, ſi his modis ſanari non poſſunt. Qui negatiuam præferunt, eo vtuntur argumento, quod raro inhabilitas hæc ſit *perpetua* & *abſoluta*, quæ demum *vinculum coniugale* ſoluere queat: pontifex enim in *c. 3. X. h. t.* duas ponit conditiones in dirimendo hoc nexu neceſſarias: 1) ſi illud vitium *a natura* contraxit coniux: 2) ſi nulla ope medicorum poterit adiuuari. ALEXANDRI III. hæc fuit ſententia, qui, vt ex *c. 2. X. h. t.* liquet, rationes adhuc ſubduxiſſe videtur ſecundum doctrinam eccleſiæ Romanæ, quæ vitium ex *maleficio* contractum a cauſis dirimendi matrimonium excludebat. Pedetentim tamen ab hoc rigore declinauit, vt omnium fere conceſſione hodie hoc impedimentum ſufficiat, ſi *perpetuum* eſſe videatur, vt docet SANCHEZ. *de matrim. lib. VII. diſp. 94. n. 8.* Præſumitur autem perpetuum eſſe, ſi, *triennio peracto*, adhuc durat, quo elapſo per *iuſtum iudicium* procedendum erit, quod antea explicui.

Remouetur dubium ex c. 3. h. t.

Porro impotentia debet eſſe immedicabilis.

§. XXXVIII. Tertium requiſitum eſt, *vt inhabilitas ſit perpetua, vt ope medicorum tolli non poſſit. c. 3. X. h. t.* Hoc indicat etiam INNOCENTIVS III. in *c. 6. X. t.* ſententiam contra matrimonium latam ideo reſcindens, quod ex poſtfacto apparuerit, *impedimentum illud non fuiſſe perpetuum, quod præter diuinum miraculum per opus humanum, absque corporali periculo potuit remoueri.* Non cenſetur autem inhabilitas perpetua, (1) quæ *ope medicorum* poteſt remoueri, qua ante omnia vtendum. Quid ergo ſi ita arcta eſt mulier, vt nulli poſſit carnaliter commiſceri, niſi per *inciſionem*, vtrum hanc mulier pati tenetur? Aſſerunt id plerique, niſi *ex ea mortis periculum timeatur*, vt ait pontifex *in cit. c. 6.* Quis vero mulieri arctæ euictionem eo nomine præſtabit, cum tales inciſiones nunquam periculo careant? Quis denique tam duram imponet legem ei, vt huic periculo ſeſe exponat, quam nec pontifex ei impoſuit *in cit. tx.*? Vnde potius eius arbitrio hoc committendum, adeo vt ſi huic remedio periculoſo ſeſe exponere noluerit, matrimonium ad mariti inſtantiam dirimendum ſit, cum ſufficiat, quod pro præſenti rerum ſtatu ad matrimo-

non tamen vxor cogi poteſt, vt patiatur inciſionem.

Digitized by Google

monium inepta ſit. PONCE *de matrimon. lib. VII. c. 62.* (2) Si inhabilitas eſt *reſpectiua* h. e. reſpectu *mariti præſentis*, cum forſan alii apta eſſe poſſit, inhabilitas non cenſetur *perpetua.* Hanc concluſionem quidam trahunt ex *c. 6. X. h. t.* quam tamen recte reiicit PONCE *cit. l. lib. 7. c. 61.* cum ſufficiat, vxorem reſpectu *viri* ſui eſſe ad congreſſum inhabilem, cui *vnice*, *priuatiue*, & *excluſis omnibus aliis* debitum coniugale præſtare tenetur, id quod ſi non poſſit, ad minimum matrimonium cum hoc contractum nullum iudicandum eſt. Neque ab hac ſententia alienus fuiſſe videtur pontifex in *cit. c. 6.* cui hic caſus oblatus erat. Maritus ex capite *impotentiæ* contra vxorem egerat: inſpectione facta renunciauerant mulieres, eandem nunquam *matrem* fieri poſſe. Sententia *nullitatis* lata, mulier, inhabilis per *ſententiam* iudicata, alii nupſit, qui ſeras huiusmodi referauit, quærebatur quid iuris? Primo pontifex allegat, circumſtantias ſibi non fuiſſe plene relatas, imprimis *qualiter mulier ſeras illas fecerat reſerari, vtrum artificio medici, an concubitu viri ſeu alio quolibet modo?* His tamen relictis circumſtantiis pontifex iudicat, ſententiam priorem reſcindendam eſſe ex *probabili errore* latam, *cum patuerit ex poſtfacto, quod ipſa cognoſcibilis erat illi, cuius SIMILI commixta fuit.* Ideoque ſententiam priorem reſcidit, quod per *errorem* credita fuerit mulier inepta, quæ apta *omnibus*, ad minimum reſpectu *mariti*, erat, a *ſimili* quippe cognita. Non ergo hic aderat *reſpectiua* inhabilitas, ſed mulier habilis, & per *errorem* inepta ad congreſſum iudicata fuerat. Interim tamen adhuc duplicem tangit quæſtionem pontifex, (a) de muliere, quæ citra *inciſionem* ſanari nequit, quam ad matrimonium inidoneam iudicat: (b) de muliere reſpectu *præſentis mariti* ita arcta, vt nunquam ab eo valuerit deflorari; quæ, ſi alteri nupſit, cui arcta non fit & per *frequentem vſum* viri ſecundi reddita fuit apta primo, non tenetur redire ad primum maritum. Licet enim pontifex non adeo perſpicue mentem ſuam explicet, liquet tamen ex particula *ſimiliter*, idem ſe de hoc caſu iudicare, quod de *primo caſu* iudicauerat. Addit quidem, *de talibus non eſſe facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro;* huc tamen mens pontificis redire videtur, ex *futuro euentu* demum cognoſci poſſe, vtrum in rei veritate dicto modo comparata fuerit vxor, an vero fraudes mariti interuenerint, quarum præſidio matrimonii vinculum tollere intenderit.

quid ſi tantum vxor ſit reſpectu mariti inhabilis?

Deciſio pontificis inc. 6. h. t.

1) Si per errorem inhabilis credita fuit.

2) Si reſpectu præſentis viri tantum arcta, alii apta.

De inhabilitate putatiua, vel ex post facto sanata, distincte agendum.

§. XXXIX. Quid ergo si appareat, per *errorem probabilem* sententiam annullatoriam fuisse latam? quid si inhabilis ope medicorum integritati suæ postea restitutus fuerit? Quid si *ex post facto* cessauerit impedimentum? Distinguunt communiter, vtrum vitium fuerit *naturale* an *fascino procuratum?* Posteriori casu matrimonium rescissum non redintegrandum esse censent ex sententia HINCMARI, asserentis in *c. f. C. 33. q. 1.* matrimonium prius, re non amplius integra, non esse redintegrandum, si vel maxime marito reddita fuerit possibilitas connubendi. Priori vero matrimonium redintegrandum esse, ex mente *c. 2. C. 33. q. 1. in f. c. 1. 5. in f. X. h. t.* arbitrantur, quamuis solida diuersitatis ratio dari non possit, nec posterioris membri decisio indistincte approbanda sit. Vt paucis, sed paulo distinctius me expediam, certum esse, 1) sententia separationis ex capite *impotentiæ* prolata, habili concessum est, ad alia vota transire & nuptias contrahere, *c. 1. 2. & 4. C. 33. q. 1. c. 3. 5. & 6. X. h. t.* quia matrimonium cum inhabili *nullum fuisse* declaratur, quod operari debet, vt habilis a nuptiis cum alio ineundis arceri non debeat, in quo secundum *ius canonicum* differt a matrimonio per *diuortium* soluto. Pariter 2) certum est, inhabilem ab aliis nuptiis prorsus prohiberi secundum *ius canonicum. c. 1. C. 33. q. 1.* 3) Si inhabilis *de facto* centraxit nouas nuptias, qui revera *inhabilis* est, eas nullas & coniuges separandos esse colligunt ex *c. 1. cit.* quod admodum durum est. Quid enim si altera coniux mariti inhabilis mores probet, & ei adhærere malit, nec separationem vrgeat? quis *inuitam* adstringeret, vt relinquat inhabilem? Id quidem *ius canonicum*, sed sine solido fundamento, iubet, quod a consistoriis nostris ad applicationem non est trahendum, quæ ne quidem *inhabiles* ab aliis nuptiis arcent, cum aliis *scienter* initis. (4) Si reuera tempore *separationis* inhabilis fuit, sed postea habilitas coeundi reddita fuit, quod in *fascino* contingere posse censent, vel etiam si mulier nimis arcta fuit, & postea *incisionem* passa est, eo casu non redintegrandum prius matrimonium dissolutum ob superuenientem aptitudinem *c. 4. C. 33. q. 1.* Neque enim ad casum *fascini* hoc restringendum, cum eadem ratio in casu *naturalis impotentiæ* adsit, & ratio diuersitatis a GONZALEZIO *ad c. 5. h. t. n. 7.* suppeditata sit futilis, & solido fundamento destituta.

post sententiam annullantem habilis ad secunda vota transire potest.

non inhabilis, sub pœna nullitatis de iure canonico,

sed admodum iure,

ob superuenientem habilitatem diremtum prius connubium non redintegrandum.

§. XL.

Digitized by Google

§. XL. Quid vero 5) si maritus postea *ope medicorum* restitutus sit in integrum? prius matrimonium redintegrandum esse censent, licet vxor iam alias contraxerit nuptias, ex ratione a pontifice *in c. 6. X. h. t.* data, *quod impedimentum illud haud erat perpetuum, quippe quod per opus humanum* h. e. medicorum curam, *potuit remoueri*, adeoque sententia separationis per *errorem* videtur pronunciata, quæ nunquam transit in rem iudicatam. Ita quidem ex mente pontificis iudicandum inter catholicos, quibus matrimonium est *sacramentum*, & sic *absolute* indissolubile. At vero postquam huic principio protestantes nuncium miserunt, in alia omnia eundum esse existimarem cum BROVWERO *de iure connub. lib. II. c. 4, n. 15.* ZIEGLERO *ad Lancell. lib. II. tit. 16. §. 7.* & BRVNNEMANNO *lib. II. iur. eccl. c. 17. §. 5.* Ponamus enim, triennium fuisse exactum, impotentiam vtriusque iuramento firmatam, & sententiam *nullitatis* prolatam; hoc casu concedunt canones, vt habilis possit se alii iungere, quod cum *pleno effectu* intelligendum; alioquin nunquam sententia talis *executioni* dari posset, quæ in eo potissimum consistit, vt habilis vxor alii nubere queat. Cum ergo posterius concedant iura canonica, non possunt citra absurditatem prius statuere, vt scilicet matrimonium posterius ab habili initum turbandum & prius redintegrandum sit. Si vxor, legitime separata, adhuc ab alio thoro libera est: si post tractum temporis spatium maritus allegat probatque, se in integrum restitutum esse, eo casu cogi posse existimat BRVNNEMANN. *cit. l.* vt ad maritum reuertatur, quod *ex post facto* appareat, *impedimentum* non fuisse *perpetuum*. Ego hic subsisto, ac vix inducor, vt in eius partes eam. Quamvis enim impedimentum non fuisse *perpetuum* ex post facto appareat, sufficit tamen, quod tempore *separationis* inhabilis, & sic mulier in sufficiente ratione intuitu *nullitatis* fundata fuerit. Quid? quod nequidem impotens hoc modo nouas nuptias contrahere posset, quia eas ambiens suspectus est, se in integrum restitutum fuisse, & sic ad priorem potius vxorem reuerti deberet; cum tamen inhabilem absolute ab aliis non arceamus nuptiis.

Marito ope medicorum in integrum restituto prius matrimonium redintegrandum censent pontificii,

non protestantes,

re non amplius integra,

imo forte etiam re adhuc integra.

§. XLI. Denique 6) si reuera vxor, quæ tempore *separationis* arcta & inepta ad matrimoniales congressus iudicabatur, ex post facto *idonea* appareat, quem casum resoluit deciditque pontifex *in C. 6. X. h. t.* eo casu euidens est, per *errorem* latam fuisse sententiam, iudicemque deceptum, & quia hæc in rem iudicatam absolute non transit per ea, quæ

In casu diremti matrimonii ex inhabilitate putatiua, connubium redintegrandum,

re adhuc integra.

tit. de sentent. §. 45. sq. dicta sunt, *re adhuc integra*, maritus repetere posset vxorem, sine iusta & fundata causa ab eo separatam. Negari tamen nequit, infinitas committi posse fraudes a marito, vxori pristinæ indignante, vt hoc modo eam ab aliis nuptiis arceat. Exemplo notabili id compertum habeo, quo vxor ob *impotentiam viri* egerat, &, causa satis excussa, ab eo separata erat. Maritus, vt hanc iniuriam vindicaret, auctor suasorque ancillæ suæ pretio corruptæ fuit, vt alium ad concubitum inuitaret, & ex eo conciperet, quod & factum erat. Vbi vxor separata nouas parabat nuptias, & iam prima vice per *legitimum bannum* eas in ecclesia manifestauerat, rumor emergebat, ancillam mariti esse prægnantem. In ius vocata a magistratu ex officio, & quæsita, a quo imprægnata esset? Respondebat, ab hero suo, qui etiam aduocatus, promtissime fatebatur delictum, & specimine hoc ostendere conabatur, se habilem omnino esse. Re a consistorio comperta, vxori nouæ, quæ instabant, tamdiu interdicebantur nuptiæ, donec causa denuo legitime examinata esset. Denuo itaque causa *impotentiæ*, quam maritus præfracte negabat, & ad specimen editum prouocabat, in cognitionem per plures annos trahebatur, donec tandem fraus, a marito commissa, esset detecta, & palam factum, ancillam ab alio imprægnatam fuisse, quæ quamuis impunita haud esset, docuit tamen atque ostendit, dogma hoc, quod sententia contra *matrimonium* lata nunquam in rem iudicatam transeat, infinitis fraudibus incommodisque subiectum esse.

Re non integra redintegratio prioris matrimonii non decernenda,

Dixi vero, *re integra*, denuo causam impotentiæ in examen reuocari posse. Quid ergo, si vxor iam alii nupserit, & maritus, qui *credebatur* impotens, itidem nouam quæsuerit vxorem, ex qua liberos suscepit, vt iam appareat, eum inhabilem non fuisse? Ius canonicum hoc duplex matrimonium admodum turbat, contenditque, vtrumque dissoluendum, & coniuges antea separatos cogi posse, vt pristinum connubium redintegrent.

quod tamen ius canonicum contendit,

De hoc casu sine dubio intelligi debent verba vltima *in c. 2. C. 33. q. 1. & c. 5. X. h. t.* quia pontifex de *periurio* coniugibus imponit pœnitentiam, quod tunc demum commissse dici possunt, si, qui reuera habiles erant, forsan simulauerunt inhabilitatem, & sic per *conspirationem* quandam dissolutionem procuraverunt. Imo si hæc etiam defuit, ius canonicum tamen ex causa *sacramenti* in aliam transire nequit sententiam.

inter protestantes haud receptum.

Merito tamen protestantes a tam funesta *matrimoniorum turbatione* abstinent, quæ ex principio reprobato nata atque deriuata est, adeo vt qui hoc casu placita iuris canonici

Digitized by Google

nici ſequi vellet, oſtenderet, ſe omni deſtitui iudicio, nec veram eius mentem & rationem, quæ vnice *in ſacramento* quærenda, intellexiſſe vel non ſatis examinaſſe. Vtimur iure canonico, adhibito tamen iudicio: petimus ex eo deciſiones, non ex placito pontificis, ſed quatenus cum ſanis concordant principiis: illius iugum excuſſimus, nec eius leges aliter, quam ex *recepto*, applicamus. Quis vero prudens aſſereret, hæc pontificum placita etiam in foris proteſtantium fuiſſe recepta, vel ſalua recta ratione recipi potuiſſe?

§. XLII. Vltimum ſupereſt requiſitum, *vt ſcilicet impotentia fuerit antecedens.* Quæ matrimonio contracto ſuperuenit inhabilitas, *divortio* locum non facit iuxta NICOLAI ſententiam *in c. 25. C. 32. qu. 7.* & ALEXANDRI III. deciſionem *in c. 1. X. de coniug. leproſ.* Studio dixi, *divortio* locum non relinqui; nec enim hoc caſu *de matrimonii nullitate* quæritur, ſed *de diuortio*, quod præſupponit, matrimonium ab initio valuiſſe. Iam *tom. III. de coniug. leproſ. p. 1334. ſeqq.* hanc explicui doctrinam, oſtendique, nec proteſtantes eam deſeruiſſe. Quin etiam memini, a facultate noſtra contra mulierem, quæ iam aliquot liberos ex marito ſuſceperat, &, poſtquam hic infelici fato in venatu ad eas eſſet incitas redactus, vt ad matrimonium prorſus ineptus factus fuerit, divortium petebat, pronunciatum fuiſſe. Planior hæc deciſio ex iis, quæ ad *tit. de diuort.* dicenda erunt, fiet, vbi ſimul de iis, quæ ad *repetitionem dotis* aliorumque *lucrorum dotalium* ſpectant, vna connexione tradenda ſunt.

Denique impotentia debet eſſe antecedens.

Ob ſuperuenientem non eſt locus diuortio.

TIT. XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA INTERDICTVM ECCLESIAE.

§. I.

Impedimentum etiam ponitur matrimonio per *interdictum eccleſiæ.* Hoc vero eſt vel *generale* vel *ſpeciale.* Illud *generali lege eccleſiaſtica* omnibus præſcribitur, qui alias nullo defectu contrahendi matrimonia labo-

Generale interdictum etiam connubium ſuſpen-

Digitized by Google

dit, vel ſpeciale.

laborant, ne ſcilicet intra tempora, quæ *clauſa* vocant, ea contrahant. Hoc per *iudicem eccleſiaſticum* ad eos dirigitur, quibus lis de *ſponſalibus* initis mota, vt tam diu ab eorum conſummatione deſiſtant, donec cauſa excuſſa & deciſa fuerit. *Eccleſiæ* enim appellatio eſt vel *generalis* vel *ſpecialis*. Illa vel *pontificem* vel *clerum maiorem* denotat, eccleſiam repræſentantem, & quicquid vel pontifex, vel clerus in concilio prohibet, *interdictum eccleſiæ* vulgo dicitur in ſenſu iuris canonici. Hæc vero *iudicem eccleſiaſticum* deſignat, eiusque *interdicta ſpecialia* hoc ſenſu etiam *interdicta eccleſiæ* dicuntur, quod *Matth. XVIII, 17.* verba *CHRISTI, dic eccleſiæ*, deſignare dicantur *iudicem eccleſiaſticum*, vt ſenſus ſit, denunciandum hoc eſſe *iudici eccleſiaſtico*, ſi frater peccans in alterum cum fratre nolit redire in gratiam.

Generale interdictum tempora clauſa deſignat,

§. II. Interdictum eccleſiæ *generale* ſpeciatim *tempora clauſa* determinat, quibus a *celebratione nuptiarum* abſtinendum eſt. Talia ſunt tempora ab eccleſia *ieiuniis* & *pœnitentiis* dicata, quibus ſtatos dies aſſignatos fuiſſe *tom. III. lib. III. tit. 46.* obſeruaui, ſimulque oſtendi, ab omni lætitia eo tempore abſtinendum, & *triſtitiæ* atque *doloribus pœnitentialibus* vacandum fuiſſe. Qua de cauſa quoque omnis conſuetudo coniugalis illicita cenſebatur, quæ *continentiæ*, eo tempore ſtricte obſeruandæ, repugnabat, *c. 1. ſqq. C. 33. q. 4.* adeo vt GREGORIVS *in c. 7. ibid.* crediderit, *poſt admiſſionem propriæ coniugis ab ingreſſu eccleſiæ paululum reuerenter abſtinendum eſſe*, quod adhuc immundus videatur, & loci ſanctitas atque religio obſtare videatur. Ita mores gentilium aſſumti atque ad imitationem tracti, quibus *luſtrationes* variæ eorum, qui immundi credebantur, vſitatæ erant.

vt tempus quadrageſimale,

Tempus *quadrageſimæ* potiſſimum *clauſum* fuit, vt indicant canones antiqui *in c. 8. ſqq. C. 33. q. 4.* cuius computatio admodum variauit; ſpeciatim autem, vt numero XL dierum nihil deeſſet, deſignatum eſt GREGORIO I. *in c. 16. de conſecr. D. 5.* Alia quoque tempora ſtata pedetentim addita ſunt, *tom. III. cit. tit.* diſtincte enumerata, quibus itidem nuptiæ interdictæ ſunt.

vt & alia ieiunii tempora,

In *concilio Salegunſtadienſi de anno 1022. c. 3.* apud HARDVINVM *tom. VI. concil. p. 828.* tempora clauſa hoc modo circumſcripta ſunt: *De legitimis coniugiis ita viſum eſt, quod nullus chriſtianus vxorem ducere debeat ab aduentu Domini vsque in octauas epiphaniæ & a ſeptuageſima vsque in octauas paſchæ, nec in ſupra notatis quatuordecim diebus ante feſtiuitatem S. Ioannis*, (qui ſecundum *c. 1. illius concilii* in abſtinentia carnis & ſanguinis erant

per-

eragendi) *neque in prædictis ieiuniorum diebus* (qui *c. præced.* determinati sunt) *siue in omnium solennium dierum præcedentibus noctibus*, quibus *vigiliæ* obseruandæ. In concilio *Beneuentano c. 4. de anno 1091.* apud HARDVIN. *ibid. p. 1696.* itidem inculcatum est: *a die septuagesimæ vsque in octauas pentecostes, vel a die dominica aduentus vsque in octauam epiphaniæ matrimonia nullo modo contrabantur.* Pariter *in synodo Vernausensi de anno 1284.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p. 928.* idem repetitum, additis *tribus diebus ante ascensionem Domini vsque ad dominicam primam post pentecosten.* Laxius spatium designauit ecclesia Romana *in c. 4. X. de feriis*, quod a *septuagesima vsque ad septem dies post pentecosten* nuptiæ non sint celebrandæ. Patres vero concilii Tridentini *Sess. XXIV. de reform. matrim. c. 9.* duo duntaxat tempora clausa esse voluerunt: 1) *ab aduentu Domini nostri Iesu Christi vsque in diem epiphaniæ:* 2) *a feria quarta cinerum vsque in octauam paschatis inclusiue.* Praeterea *Sess. XXIV. de sacram. matrim. can. 11.* anathema ei dixere, qui affirmauerit, *prohibitionem solennitatis nuptiarum certis anni temporibus superstitionem esse tyrannicam ab ethnicorum superstitione profectam.*

concilio Tridentino specialim determinata,

§. III. Eadem tempora ex *libertate christiana* a nuptiarum solennitate quoque abstinendum, moremque hunc tam inueteratum retinendum esse, censuerunt Augustinconfessioni addicti. Etenim prudentis est, in iis, quæ sana ratione conseruari possunt, nullos mouere scrupulos, cum de antiquis moribus quid dandum sit. Duo modo euitanda extrema, quæ ex iniquo aliquid trahunt. Primum est, ne ex hoc obstaculo matrimonia distrahantur, sed coniuges legum violatores leuiori subiiciantur pœnæ. Prius olim decreuisse anno 524. *patres Ilerdenses*, ait GRATIANVS *in c. 10. C. 33. q. 4. quod si factum fuerit, separentur*, qui ex BVRCHARDO & IVONE canonem hunc hausit, sine solido tamen fundamento, cum *in collectionibus magnis conciliorum* hic canon desideretur. Si genuinus est, asperitatis Hispanicæ nouum argumentum præbet, in qua plerumque modum excesserunt. Alterum est, ne exemplo Reformatorum, quos redarguit CARPZOV. *in iurispr. consist. lib. II. def. 151. n. 2.* his litem moueamus, qui *tempora clausa* adhuc seruant, sed vnamquamque ecclesiam suis moribus viuere sinamus. Etiam nos, qui sacris catholicorum in plurimis dicam scribimus, *clausa tempora* ab antiquo seruamus, non quidem vt rem absolute necessariam, sed vt *indifferentem* in se, quamuis, postquam *legibus ecclesiasticis* præcepta sunt, a connubiis abstinendum

quod in imitationem traxerunt protestantes,

nullatenus propterea culpandi.

dum ſit, quod hoc tempus, ſcilicet *quadrageſimale* & *aduentus Domini*, concionibus pœnitentialibus & paſſionalibus deſtinatum ſit. Equidem TERTVLLIANVS *lib. de ieiun. adu. Pſychic. c. 24.* de antiqua chriſtianorum praxi ait: *nobis certe dies etiam vulgata conſecratione celebratur:* & PAVLVS etiam in epiſtolis ſuis contendit, non adeo rationem *dierum* habendam eſſe; ſimul tamen id ipſum, quod eccleſiæ A. C. addictæ pro *libertate* retinuerunt, commendat, vt quemuis *ſua libertate* in hisce rebus viuere permittamus, nec aliorum mores ex moribus propriis improbemus. Inconueniens admodum eſt, ſuos tantum probare mores, aliorum vero viuendi & agendi vſum damnare in iis rebus, quæ a legislatorum dependent arbitrio. Ipſe VOETIVS *P. I. polit. eccl. lib. 3. tr. 1. ſect. 2. c. 6. p. 124.* contendit, die Dominica nuptias non eſſe celebrandas propter pompas, epulas, ſtrepitus, ludos nuptiales, qui hoc die maxime prohibiti ſunt; quidni idem diceremus, de eo tempore, quod ſanctioribus meditationibus deſtinatum eſt? Ineptum eſt de *vitibus moribus*que alicui temere litem mouere, ſi ſubſtantia religionis ſana eſt. Recte CLERICVS *ad c. 35. Geneſ. verſ. 2.* vbi de *veſtium mutatione antiqua* agit, hac de re ita iudicat: *Similiter nos in religionis negotio gerere par eſt, cuius velut corpus eſt recta de numine animi ſententia, eiusque præceptorum ſedula obſeruatio; veſtes vero ritus externi, quos ſi corpori non male conuenire cernimus, nulla cauſa eſt, cur eos mutatos velimus; niſi quis putet, contraria omnia aliter de religione ſentientibus eſſe vel in minimis rebus facienda. Ritus eos religioni ipſi æquiparare, id demum eſſet corpori veſtes æquare; ſed decenti eam velamento honeſtantem, ne ab imperitis ſpernatur, quis præter moroſum reprehenderit?* Quæ cum ita ſint, reformati ſub principe Lutheranis ſacris addicto, qui legem de *tempore clauſo* generalem rogauit, viuentes, ſub adductis prætextibus ab eius obligatione eximere ſe non poſſunt, vt illuſtraui *tom. III. tit. de obſeruat. ieiun. §. 45.*

quod contra zelotas quosdam oſtenditur ſpeciatim,

§. IV. Atque hæc lex non tantum eccleſiis Saxonicis, ſed pluribus aliis data eſt. Etenim in *Guelpherbyt. ordin. eccl. renou. P. II. c. 6. §. 2.* ita cautum: es ſoll auch ſo wenig in der Faſtnachts als allen folgenden Wochen bis auf Oſtern, als in denen vier *Aduents*-Wochen bis nach dem Feſt der Heil. 3 Könige, wie auch in der Oſter- und Pfingſt-Woche keine Hochzeiten oder andere Freuden-Mahl ohne ſpeciale diſpenſation gehalten werden. In *ordin. eccleſ. Magdeb. c. 10. §. 24.* de *clauſo tempore* hæc habentur: Die *Aduent*- und Faſten-

& ex ordinationibus eccleſiaſticis illuſtratur.

Digitized by Google

Faſten Zeit im Jahre ſoll von Hochzeithalten frey ſeyn, es würde dann aus erheblichen Urſachen ſolches in der erſten Aduent und Faſten Wochen, von iedes Ortes Pfarrern, iedoch mit Vorbewuſt und Ermeßigung der Obrigkeit, iemanden erlaubet. Extenſa quoque hæc prohibitio §. 25. auf Sonn- und andere Feſt- und Feyer Tage, quod admodum laudabile eſt. Deſino, alias referre ordinationes proteſtantium, quarum cenſenſus fere vniuerſalis eſt. Id vel binis verbis monendum, tunc imprimis magiſtratum eccleſiaſticum ad diſpenſandum facilem eſſe debere, ſi *ſine pompa*, *externa lætitia*, aut *conuiuio magno* matrimonium conſummandum eſt, quod etiam admittunt eccleſiæ Romanæ ſcriptores, relati a BARBOSA *ad concil. Trident. ſeſſ. XXIV. de reform. matrim. c. 10. in f.* vt per indulgentiam admitti queant. Recte enim obſeruat CIRONIVS *ad tit. de feriis*, olim non duntaxat *pompas* & *feſtiuitates*, ad quas nonnulli reſtringunt canones vetuſtos, ſed ipſum *matrimonium* quomodocunque contractum interdictum fuiſſe, adeo vt etiam *commixtio corporum* inter coniuges illicita fuerit habita.

§. V. Progreſſum facio ad nuptias interdictas ob *mandatum ſpeciale* iudicis eccleſiaſtici, ſi forſan impedimentum quoddam matrimonio contrahendo obiicitur, de quo ante omnia cognoſcendum eſt; veluti, ſi ei obiectum eſt *affinitatis occultæ* vel *conſanguinitatis* obſtaculum: *c. 3. X. h. t.* ſi virgo *interueniendo* allegat, ſe prius cum eo, quì cum alia connubium conſummare cogitat, ſponſalia contraxiſſe, & ſic iure *prioritatis* poſteriori ſponſæ præferendam *c. 1. & 2. X. h. t.* His enim & ſimilibus caſibus *interim* conſummatio matrimonii per hierologiam a iudice eccleſiaſtico inhibenda, & quidem quandoque ſub *anathematis interminatione*, vel apud nos ſub pœna *pecuniaria* vel alia; crederem etiam ſub pœnna *nullitatis*, ſi forſan de *prærogatiua interuenientis* agatur.

Specialeinterdictum fit per iudicem eccleſiaſticum, ex iuſta cauſa, ſub pœna.

§. VI. Enimuero de *effectu* huius *clauſulæ* ante omnia videndum. Qui cum *prima* contraxerat ſponſalia publica, iis ſpretis, cum *ſecunda* eadem contrahit; ſed ad inſtantiam primæ tamdiu conſummatio cum ſecunda ſub prædicta clauſula interdicitur, donec de iure *prioritatis* conſtiterit. Hoc interdicto non obſtante cum ſecunda matrimonium per *copulam ſacerdotalem* conſummat; quæritur: an hoc rurſus diſſoluendum, qualiscunque exitus cauſæ principalis ſequatur? De iure canonico diſtinguitur, vtrum *pontifex* ſub hac clauſula irritante interdixe-

De effectu clauſulæ nullitatis.

Digitized by Google

dixerit lite pendente coniugium, an vero *iudex eccleſiaſticus inferior?* Priori caſu matrimonium eſſe nullum *ſimpliciter*, decernit pontifex, quia *noua impedimenta irritantia* inducere poteſt. *c. 13. X. de ſponſ. impub.* Aſt poſteriori idem affirmari nequit, ſi cum prima tantum ſponſalia per *conſenſum de futuro;* (qualia, vt ſæpius aſſerui, etiam noſtra *publica* & *pura* ſponſalia ſunt,) cum poſteriori vero *matrimonium inuiolabiliter obſeruandum* contractum ſit, licet interdicto eccleſiæ *clauſula irritans* adiecta fuerit. Neque enim *interdictum eccleſiaſtici magiſtratus*, qui conſiſtoriis & officialatibus eccleſiaſticis præſidet, *nullitatem* matrimonii conſummati operatur. *Licet enim*, ait pontifex in *c. 2. in f. X. h. t. contra interdictum eccleſiæ ad ſecunda vota tranſire non debuerit, non eſt tamen conueniens, vt ob id ſolum SACRAMENTVM CONIVGII diſſoluatur.* Munitum in caſu adducto erat interdictum *interminatione anathematis*, quæ clauſula grauior reputanda erat *commiratione nullitatis;* & tamen ea clauſula non obſtante matrimonium contractum non eſſe reſcindendum iudicat pontifex, ob *ſacramenti inuiolabilitatem* & *ſanctitatem*; quam hac clauſula violare nequit iudex eccleſiaſticus, & impedimentum nouum dirimens inducere, SANCHEZ *de matrimon. lib. VII. diſp. 2. n. 2. diſp. 1. n. 9.* Non idem decernendum eſſe in conſiſtoriis *proteſtantium* eccleſiaſticis, prorſus arbitror. Probatis ſponſalibus prioribus, lite pendente contractum matrimonium nullum eſſe, liquet tum ex iis, quæ tradidi *tom. III. lib. IV. tit. 4. §. 3.* tum ex auctoritate *rei iudicatæ*, actoris ius declarantis, quæ aliter executioni dari nequit, quam ſi matrimonium annulletur, ſi vel maxime *clauſula nullitatis* nequidem eſt adiecta. Interim quia non pauci adhuc ſectæ CARPZOVIANAE adhærent, ſecundum quam matrimonium conſummatum indiſtincte ſponſalibus præferendum eſt, hæc clauſula ad minimum id operabitur, vt eo facilius ad inſtantiam actoris, pro quo pronunciatum eſt, matrimonium *de facto* contractum dirimatur. Ceterum ſi actor repulſus, ſi rea abſoluta eſt; non putarem matrimonium lite pendente contractum, ob hanc clauſulam irritandum eſſe, quod nec in conſiſtorii arbitrio ſit, matrimoniis *impedimenta irritantia noua* præſcribere.

Praxis proteſtantium.

Quandoque præterinterdictum lite pendente decernitur ſequeſtratio.

§. VII. Ne ergo tale quid eueniat, quod litem eiusque victoriam fruſtrare queat, duobus procis imprimis de puella contendentibus, de quorum prærogatiua ſub iudice lis eſt; non conſultum eſt, ſoli *interdicto* ſeu *mandato inhibitoriali* acquieſcere. Si puella enim magis

Digitized by Google

tagis posteriori sponso, qui minus iuris habet, adhæret, facile spem prioris fallere potest, si, spreto interdicto iudicii ecclesiastici, posteriorem sponsum ad *concubitum* admittit, vel clam cum eo matrimonium per *copulam sacerdotalem* consummat. Vtroque casu res desinit esse integra, atque eum recidit statum, vt prior sponsus defloratam vix amplius apetere gestiat, & sic duntaxat ad *interesse* ipsi superstit actio. Pro hoc malo, quod amor inconsultus facile gignere potest, declinando, non tantum iudex ecclesiasticus puellæ copulam interdicere, sed etiam ad instantiam eius, qui potiori iure se munitum esse credit, eam, donec lis finita fuerit, *sequestrare*, & in loco tuto constituere debet, ad quem alter procus accedere non audeat, *c. 10. X. de sent. & re iudic.* quod exemplo insigni illustrat GAIL. *lib. I. obs. 112. n. 15. seq.* & ex eo repetit B. BOCCERVS *de sequestr. femin. c. II. §. 7.* Tenor *decreti Cameralis* hic vt decreto cameralli illustratur, exhibuit: Daß gemeldte Sabina bey einer ehrlichen nahmhaften und ansehnlichen Frauen (deren sich beyde Theile in Zeit 4. Wochen dem nechsten vergleichen sollen) sequestriret seyn, und bey derselben bis zur Ausführung fürgenommener Rechtfertigung ehrlich erzogen, und ohne alles Argwohn und gefährlichen Zugang vertrauet und enthalten werden soll, und da sich die Partheyen der Frauen halber in gemeldter Zeit nicht können vergleichen, daß alsdann N. Bischoffi die gedachte Sabina, obberührter massen zu einer ehrlichen nahmhaften Frauen also, wie gemeldet, vertraulich zu enthalten, versehen und verordnen, derhalb auch Mandat und Sequester erkennet seyn soll.

§. VIII. Si *sequestratio* ob impensas alimentorum nomine faciendas, vel aliam iustam causam fieri non possit, ad minimum non subsistendum *in mandato inhibitoriali indefinito*, sed vel *clausula nullitatis*, quæ tamen ob rationes modo memoratas in casu, vbi duo de puella litigant, vix aliquid operabitur: vel *mulcta* certa addenda est, bey Strafe 500. Rthlr. &c. vt *contemtus inhibitionis* eo promtius vindicari queat; neque enim læsa & contemta iudicis auctoritas sine pœna dimittenda, *l. 9. D. de iurisd.* nec mandatum pœnale effectu carere debet. Qua de causa si vel maxime ab impetitione prioris proci puella absoluta fuerit, non tamen absoluenda a *pœna* mandato inserta, si pendente lite cum altero proco iniit connubium. Id enim duntaxat *sententia absolutoria* præstat puellæ, ne ad *interesse* teneatur actori, non vero vt ob *contemtam iudi-* ad minimum grauior pœna pecuniaria mandato inferenda,

eis auctoritatem a pœna immunis ſit. Tale *interdictum* reuera eſt *mandatum ſine clauſula*, cui abſolute parendum, adeo vt nunciationi noui operis, quæ *interdicto iudiciali* peragitur, æquiparanda ſit; quod enim contra iudicis inhibitionem inhibitus in operis exſtructione perrexerit, illud, quod poſtea ædificatum eſt, ſimpliciter demoliendum, ſiue alter ius ædificandi habuerit nec nec. Par eſt ratio horum mandatorum, duobus de puella litem mouentibus, quo caſu ſimpliciter *interdictum* decernitur, etiam ſine cauſæ cognitione; *quando enim*, ait FRIDERVS *lib. II. de mandat. c. 10. §. 1. præceptum iudicis concordat cum iure communi, tum valet absque vlla cauſæ cognitione*, adeoque ei *ſimpliciter* parendum, aut pœna ſoluenda, ſi contra actum fuerit.

Interdicto nullo interpoſito an puniendi lite pendente contrahentes nuptias?

§. IX. Ita merito coercetur *contemta auctoritas* iudicii eccleſiaſtici, ſi *interdictum pœnale* ad partes directum ſit. Quid vero, ſi non obſtante inſtantia actoris, *interdictum pœnale* haud decretum? vel ſi duntaxat paſtori loci iniunctum, ne puellam lite pendente ad *ἐφολογίαν* admittat, illa autem alibi, lite quidem pendente, ſed nullo decreto *interdicto*, matrimonium conſummauerit? Vtrum aduocatus fiſci ad *pœnam fiſcalem* agere poteſt? Conſultus de hac quæſtione, actioni fiſcali non eſſe locum relinquendum, ſed ſi quid puella peccauit, eam mulcta quadam a conſiſtorio ſine vlterioribus ambagibus coerceri poſſe cenſui. Enici enim, 1) tale factum quidem *illicitum*, non vero tale delictum eſſe, quod *fiſcali accuſationi* ſubiiciendum ſit, cum omne *interdictum eccleſiaſticum* defecerit: 2) cauſam concernere mera ſponſalia inter priuatos inita, & ſic vnice *intereſſe priuatum* eiusque læſionem tangere, ad inſtar *ſocietatis*, cum qua ſponſalia comparari ſolent; *c. 2. X. de ſponſal.* id autem, quod in præiudicium contractus priuati lite pendente factum, *fiſcali coercitioni* haud ſubiiciendum: 3) lite pendente quod innouatur & in præiudicium ſit alterius, hodie *delictum* non conſtituere, nec pœnam iuris Romani contra eos, qui lite pendente aliquid innouant, *in l. vlt. C. de litig.* decretam, eſſe receptam, aut vnquam in vſum deductam: 4) cauſas *ſponſalium ſimplicium* cum cauſis *matrimonialibus* non confundendas; has duntaxat quodammodo ob *indiſſolubilitatem* publicis cauſis annumerari, non illas, priuatorum arbitrio etiam de iure canonico per *c. 2. X. de ſponſal.* ſubiectas: 5) aduocati fiſci fundamenta eſſe erronea, & præſupponere, ſponſalia cum *matrimonio* quoad eſſentiam exæquanda, & plus roboris iis, quam aliis negotiis ineſſe, præſertim cum in conſiſtoriis quoque de his cauſis agatur:

Digitized by Google

tur: 6) aduocato fiſci imprimis obſtare *exceptionem deficientis intereſſe*, quod nullum *mandatum pœnale*, ab actore licet petitum, ad puellam directum, ſed duntaxat paſtori loci iniunctum fuerit, ne puellam lite pendente cum alio, mediante hierologia, coniungeret, quod mandatum vltra perſonas haud extendendum ſit: 7) deficere omnino fundamentum actionis alterum, quod in *contemta auctoritate* conſiſtorii poſitum erat, deficiente *interdicto pœnali*, non demonſtrata: 8) ſi aliquid peccatum, leuiorem mulctam, etiam *ex officio*, in futura ſententia, ſine *accuſatione fiſcali*, quæ graue crimen præſupponit, dictari poſſe, eo magis minuendam, ſi actor in probatione defeciſſe conuictus fuerit, quod ita omnis læſio *iuris priuati* ceſſet: 9) actorem non puniri, ſi probatione ceciderit, licet ita manifeſtum reddatur, per *calumniam* litem inanem puellæ motam fuiſſe, vt eam a connubio cum alio ineundo hac methodo arceret, &c.

§. X. Non tantum vero *ſpeciale interdictum pœnale* hunc producit effectum, vt puniri & in pœnam mandato expreſſam condemnari contumax debeat, *ne mandatum contemtibile* videatur, *c. 1. X. h. t.* ſed etiam hoc efficit, vt matrimonium, *de facto* contra interdictum iudicis eccleſiaſtici lite pendente contractum, tam diu dirimendum ſit, donec de iure actoris iudicatum fuerit. Separandi videlicet tam diu ſunt, ait pontifex *in c. f. X. h. t. quousque legitime cognoſcatur, vtrum eorum matrimonium poſſit aut debeat iure ſtare.* Hoc tamen non indiſtincte accipiendum eſſe, res ipſa loquitur. Nam ſi (I) interdictum ad deſponſatos directum eſt ob impedimentum *conſanguinitatis* vel *affinitatis*, nuptiis inſtantibus obiectum, recte prohibetur interim cohabitatio, quatenus talis gradus obeſſe iis allegatur, qui matrimonium irritat, de quo caſu ſpeciatim agit pontifex *in cit. c. f.* Imo ſi vel maxime dubium ſuperſit, vtrum matrimonium tolerari queat in gradu obiecto, ſeparatio tamen interim recte decernitur. (II) Si ob *intereſſe tertii*, iura prioritatis prætendentis, interdictæ interim ſunt nuptiæ cum alio vel alia, & nihilominus *de facto* contractæ; ſiquidem mox conſtat, cum tertio nullum validum vinculum contractum eſſe, propter contemtum mandati iudicialis *pœnitentia* indicitur, & matrimonium *de facto* contractum in ſuo vigore permanet, vt tamen intra tempus pœnitentiæ carnali commercio abſtinere iubeantur; *c. 18. X. de ſponſal.* quem in finem etiam ad id tempus, quod pœnitentiæ præfixum, ſeparari ſolent coniuges in eccleſia Roma-

Contra interdictum eccleſiæ matrimonium contractum lite pendente dirimi interim poteſt,

ſi ſponſalibus impedimentum conſanguinitatis obiectum,

non vero ob intereſſe tertii, ſi de eius non-iure mox conſtat,

Digitized by Google

na. *c. t. X. h. t.* Quia vero in foris noſtris pœnitentias tales immorigeris non imponimus; ſed aliter eos punimus, ſeparatio quoque amplius decerni nequit. (III) Si de vinculo, quod tertius vrget, adhuc diſceptatur, veluti ſi tertius vrgeat, ſe legitime & publice antea cum puella iniiſſe ſponſalia, diſtinguitur, vtrum actor, non obſtante matrimonio contracto, adhuc ad conſummationem ſponſalium agat; an vero, re ita non amplius integra, tantum *ſatisfactionem priuatam* perſequatur? Poſteriori caſu, qua ab implemento deſiſtit ob fidem fractam, (quod facere poteſt per *c. 23. X. de iurei.*) ſeparatio quoque interim peti & deterni nequit, quia id citra cauſam fieret. Priori caſu, ſi prior tantum *ſponſalia de futuro* vrgeat, manet ſtabile matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum, quippe quod *de iure canonico* illis præfertur, & ſic quoque ſeparatio ceſſat. *c. 2. X. h. t.* Quodſi vero *ſponſalia de præſenti* prior allegat, indeque matrimonium de facto contractum impugnat, ſeparantur interim de iure canonico, quia illis probatis matrimonium de facto cum altero contractum foret nullum. *c. 4. X. de ſponſ. duor.* Quia vero in foris proteſtantium hæc ignoramus, & quæ *pura* ſunt, non ſunt *de præſenti*, ſed *de futuro* in ſenſu *iuris canonici*, hinc *quæſtio præiudicialis* naſcitur, an, lite pendente contra interdictum eccleſiaſtici iudicis contracto matrimonio, prior adhuc agere queat ad *conſummationem ſponſalium*, & ita *ſeparationem* petere? Hæc enim dependet a deciſione prioris quæſtionis. Cum vero *tom. III. ad tit. de ſponſ. duorum §. 3.* de hac *quæſtione præiudiciali* mentem meam aperuerim, oſtenderimque, matrimonium contra priora ſponſalia publica contractum nullum eſſe, merito quoque interim ſeparatio decerni debet, donec lis finita fuerit. Imo quia adhuc ſententia *in cauſa principali* incerta & dubia eſt, iudex eccleſiaſticus merito interim cohabitationem per decretum ſuſpendit, quacunque hypotheſi in hac cauſa imbutus ſit, ne alioquin denegando ſeparationem, *cauſæ principali* præiudicet. Atque hoc potiſſimum tunc in vſum deduci poteſt, ſi puella contra ſponſum ad implementum matrimonii agit, & hic, lite pendente, contra mandatum iudicis, nuptias alias iniit, ſponſa vero nihilominus litem continuat, & implementum ſponſalium vrget, vti anno 1720. Menſ. Iul. a Facultate tum *theologica* tum *iuridica* huius loci pronunciatum eſt:

vel ſi ius tertii dubium,

ſi tantum poſtea intereſſe ſuum proſequitur. quid ſi conſummationi matrimonii inſiſtat actor?

quid in foris proteſtantium?

Auf

Digitized by Google

Auf eingegebne Ehe-Klage und erfolgte Gesetze, in Sachen Margarethen Elisabeth Sostomanns, Klägerin an einem, und des Conrectoris zu Gronau, Johann Fantern, Beklagten am andern Theil, erkennen Churfürstl. Cölnische Stifts-Hildesheimische verordnete Consistorial- und Kirchen-Räthe, nach vorgehabtem Recht der Theologen und Rechtsgelehrten vor Recht,

Daß Klägerin, nach Beklagten vorgehenden Eyd vor gefehrde, und dessen vorgehender ernster und nachdrücklicher Verwarnung vor der schweren Strafe des Meineides, den ihr über die opponirte Exceptiones deferirten Eyd, alles Einwendens ohngehindert, abzustatten, Bklagter hingegen sich, bis zu Austrag der Sachen, der de facto und wider unser Verboth geheuratheten Gerdrutten Magdalenen Thysien zu enthalten, und bey Vermeidung schärferer Verordnung inzwischen dieselbe von sich zu lassen schuldig, es wird auch nunmehro gegen Bekl. wegen des n. 25. & 26. denunciirten Falsi gebührend inquiriret, und wenn er so wol dieser wegen, als auch wegen der verrückten remorion mit seiner defension gehöret, so ergehet alsdann auch in diesen beyden Puncten in der Sache ferner, was recht ist. V. R. W.

Rationes decidendi.

Es hat die Klägerin gegen Beklagten eine förmliche Ehe-Klage übergeben, anbey ein mandatum pœnale gegen ihn ausgewircket, laut n. act. 3. daß Beklagter, pendente lite, sub pœna remorionis sich mit niemand anders copuliren lassen solte, und da nun Beklagter das eheliche Versprechen wegen seines n. act. 2. befindlichen Scheins nicht leugnen können, hat er, der Kläger, 2. Haupt-Exceptiones, 1) daß die sponsalia sub conditione contracta gewesen: 2) daß sie denenselben renunciiret, opponiret, inzwischen aber pendente lite gegen das gethane Verboth sich gelüsten lassen, eine andere Person, Gerdrutten Magdalenen Thysien, sich an einen fremden Ort, zu Distorff, antrauen zu lassen, und dabey n. act. 26. einen falschen Schein zu produciren. Ob nun wol Bekl. der Beweiß, binnen 4. Wochen seine Exceptiones zu erweisen, n. act. 11. auferleget ist, gleichwol er sich an solchen offenbar versäumet, und das Vorgeben, daß er gleichwol sich zum Eyde offeriret, höchst ungeschickt ist, cum nemo semet ipsum ad iuramentum iudiciale offerre queat,

queat, und ob er wol am Ende ſich ſelbſten begriffen, und zu ſolchem Ende der Klägerin über die beyden exceptiones den Eyd deferiret, gleichwol es das Anſehen gewinnen will, als wenn nunmehro, deſerta probatione, die Eydes-delation, quippe quæ probationis ſpecies eſt, nicht mehr ſtatt haben könne,

arg. l. 14. §. 3. C. de non numer. pec.

zu geſchweigen, daß die Eydes-Ablegung ohne allen effect ſeyn würde, nachdem nicht mehr res integra, ſondern Beklagter pendente lite, ſich bereits anderwerts mit der Thyſien verheurathet, und ob wol die Klägerin beſtändig bey Beklagten zubleiben, und ihm die Untreu zu vergeben ſich offeriret, es dennoch das Anſehen gewinnen will, als wenn nunmehro die Eheklage keinen fernern effect haben könne, anerwogen in concurſu matrimonii & ſponſaliorum vieler Theologorum und ICtorum Meynung nach, nicht weiter darauf zuſehen, obgleich die ſponſalia priora ſind, ſondern es nunmehro lediglich bey der getroffenen und durch die prieſterliche copulation beſtätigten Ehe zu laſſen iſt, dieſem nach faſt nicht zu befinden, daß der deferirte Eyd einigen effectum haben werde, quæ autem non releuant, ad iurandum admitti non debent.

Dieweil aber dennoch die delatio iuramenti in gemeinen Rechten dergeſtalt priuilegiret iſt, vt omni tempore fieri poſſit vsque ad concluſionem in cauſa,

l. 12. pr. C. de reb. credit.

dieſem zu folge denn auch eines Theils die Eydes-delation noch ſtatt findet, wenn gleich, wie alhier, per decretum der Beweiß auferleget iſt;

MEV. *P. 6. deciſ. 6.*

andern Theils dieſelbe noch zugelaſſen iſt, ohnerachtet der terminus probatorius verſtrichen, cum ſub ipſa ſententia locum habeat,

BRVNNEM. *ad cit. l. 12. n. 14. & 15.*

und da nun der Beklagte über die beyden Haupt-exceptiones appoſitæ conditionis & renunciationis den Eyd noch ante concluſionem in cauſa deferiret, ſolcher um deſto mehr alhier zu attendiren geweſen, da auch poſt concluſionem in cauſa derſelbe noch deferiret werden mögen, hiebey auch kein Zweifel iſt, daß in dieſer Eheklage die Eydes-Leiſtung geſtalten Sachen nach, da ſolche ohnedem nicht ad diſſoluenda ſponſalia abziehlet, ſtatt finden könne, iedoch daß Beklagter zufor-

ıforderſt den Eyd vor Gefährde abſchweren, und weil er de falſo com-
illo ſehr verdächtig iſt, vor deſſen Ablegung, wie erkant iſt, vor
:r ſchweren Strafe des Meineides gewarnet werden, welches hier
ı erinnern nöthig geweſen, da ſeine bishero geführte conduite ex-
:a ordinem hier ſolches erfordert: im übrigen keines weges zu aſſe-
ren iſt, daß der deferirte Eyd ohne effect ſeyn werde, weil, wenn
leich die de facto von Bekl getroffene Ehe nicht annulliret werden
ınte, dennoch Beklagter nach dem von der Klägerin abgeſtatteten
:yd wenigſten ſie abfinden und das intereſſe præſtiren müſſe, im übri-
en hiebey wohl zu erwegen, daß Bekl. die Thyſien, pendente lite,
ontra prohibitionem pœnalem, und alſo nulliter ſich antrauen laſ-
ſ, cum lite pendente nihil innouandum, & quod in eius præiudici-
m attentatur, reuocandum ſit,

tot. tit. X. vt lit. pend. nihil innou.

)iebey er auch einen groſſen Verdacht adhibiti doli & falſi gegen ſich
at, wodurch der Prediger zu Diſtorff verleitet worden, die Trau-
ng zu thun, welche aber nicht nur ſubdole erſchlichen und per ar-
:s peſſimas erhalten, ſondern nach der Kirchen rechte intention, ja
ach dem göttlichen Worte dergeſtalt geſchehen muß, daß die Eheleu-
: bonam fidem dabey adhibiren, den Segen durch andächtiges Ge-
eth von GOTT erbitten, und ſich nicht heimlich, ſondern publice in
cie ecclesiæ, vt omnis fraudis ſuſpicio remoueatur, trauen laſſen,
ithin da Klägerin dem Beklagten ſeine an ihr verübte Untreue ver-
ehen, und auf die Vollenziehung der Ehe dringet, dem Beklagten
ieſe wieder-rechtliche, heimliche und erſchlichene Trauung wenig
elffen, vielmehr hier ſtatt finden wird, was ein berühmter ICtus
ſchreibet: Deceptus eſt eccleſiæ miniſter, & decepta quoque eccleſia,
c hinc copula ſacerdotalis ignoranter adhibita in actu doloſo & frau-
ulento reum legitimare nequeat, cum nec pontifex nec imperator
onfirmando negotium aliquod de vitiis latentibus & ignoratis diſpen-
ſſe cenſeatur,

B. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. 4. §. 7.*

nd weil, dieſem ohngeachtet, der Beklagte der de facto geheura-
)eten Thyſien beywohnet, und dadurch ſein unrechtfertiges factum
ontinuiret, gleichwol ob dieſe Ehe ihre Gültigkeit erhalten werde,
is zum Austrag der Sachen ſuſpendiret werden muß, denen Rechten,
ach nöthig iſt, daß durch richterliche Verordnung inzwiſchen dieſe

cohabitation gehemmet, und ihnen bey nachdrücklicher Strafe verbothen werde, inzwischen zusammen zu wohnen, hiebey auch die præsens possessio vel quasi dem Beklagten nicht zu statten kommen mag, quippe quæ clandestine & non sine vitio acquisita est.

So hat allenthalben, wie geschehen, erkannt werden müssen, und weil anbey eines Theils der Beklagte, daß er bey der Trauung ein falsum begangen, in grossem Verdacht ist, so billig criminaliter zu untersuchen, hiernächst ihm auch sub pœna remotionis anbefohlen worden, sich inzwischen in kein Ehe-Verlöbniß einzulassen, welche pœna billig ihren effect erreichen muß, wiewol er doch dagegen zuforderst mit seiner defension zu hören ist, so hat auch dieser beyden Puncten wegen geschehener massen erkannt werden müssen.

Separationis vsus & commodum,

§. XI. Separatione hoc modo decreta, *causa principalis* eo promtius peragitur, & expeditius a reo in ea proceditur, quam hic, ea non decreta, in infinitum protrahere posset. Eius enim tunc potissimum interest, vt quam citissime causâ principalis finiatur, quo rursus ad vsum coniugii suspensi admitti queat.

absoluto reo, vsus matrimonii redintegratur.

Etenim si ab impetitione prioris sponsæ absoluitur, vsus matrimonii de facto contracti redintegratur, quippe quod ob *interdictum ecclesiasticum* per se non est nullum *c. 2. in f. h. t.* Ait quidem pontifex *in c. 4. X. de sponsa duor. in f. Si contra interdictum ecclesiæ publice factum venire contemserit, matrimonium tam præsumtuose contractum poteris irritare*; id tamen ad casum propositum restringendum, quo prior sponsa ob *sponsalia de præsenti* agebat, quibus probatis, matrimonium posterius nullum est, quamuis etiam verba pontificis de suspenso interim coniugii vsu intelligi possunt. Grauius pondus de iure canonico habere *interdictum papale*, clausula *irritante* munitum, liquet ex *c. 13. X. de sponsa. impub.*, prout supra §. VI. iam obseruaui. Conf. SANCHEZ *de matrim. lib. VII. disp. 2. n. 9. seqq.* Quidni ergo parem effectum tribueremus *interdicto principis*, tali clausula munito? Quod enim SANCHEZ. *cit. l. disp. IV. n. 4.* credat, hodie *principi seculari* permissum non esse, matrimoniis fidelium noua impedimenta ponere, quod pontifex hanc potestatem sibi reseruauerit, id ingenio eius inepto, sedi papali addictissimo, relinquamus, quo prudentiores inter catholicos non decipiuntur, docente LAVNOYO *de regia in matrim. potest.* Ad minimum in ecclesiis nostris dudum hæc thesis profligata est, quæ,

Digitized by Google

quæ, exempla christianorum imperatorum sequentes, leges matrimoniis a principibus datas, ipsa lege naturali dictante, amplectuntur, & iuris canonici seu papalia scita non aliter, quam ex *voluntate principis* in decidendo attendunt.

TIT. XVII.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

§. I.

Primarius *iusti matrimonii* fructus effectusque est *legitima proles*, cuius in *vita ciuili* magnopere habetur ratio; imprimis vt certus sit facultatum, dignitatum gentilitiarum, priuilegiorum, aliarumque prærogatiuarum *realium* successor atque heres. Qui ex *illegitimo* & *prohibito* eduntur coitu, parentibus suis dedecori sunt, eosque nominare non audent, adeoque moribus plerarumque gentium ab omni *iure ciuili*, liberis dato, arcentur, & vix illorum, quæ ex *naturali* debentur *ratione*, (*alimenta* intelligo) participes fiunt. Quamuis vero *ius canonicum* matrimonia ex sua *spirituali* & *mystica* ratione, quam ex *sacramento* deducunt, æstimare, indeque effectus *spirituales* petere, adeoque omnem cognitionem de *vinculo* eorundem ad forum *ecclesiasticum* trahere soleat, non tamen *effectus* eorundem *ciuiles* prorsus neglexit, adeo vt legibus ciuilibus piura nouiter addiderit, nonnulla etiam iis detraxerit, vt vel *ex tit. seq.* apparebit. Hoc titulo de eo effectu, qui *legitimam prolem* tangit, vnice agitur, ostenditurque, vel illegitime natos per subsequens *connubium iustum* ad legitimos natales reuocari, quod *legitimationem* vocant, vel ex eo *liberos iustos* edi.

Effectus matrimonii iusti est legitima proles,

qui effectus ciuilis est,

etiam quoad liberos antea natos.

§. II. In doctrina de *legitimatione* primo loco versabitur meditatio mea, quippe quam *ius canonicum* ex *propriis* suis *principiis*, a *iure ciuili* ignoratis, nouiter efformauit, & sic a *iuris ciuilis* traditis longissime recessit, vt paulo specialius docendum est. Exornauit hoc thema variis obseruationibus eruditis B. THOMASIVS *dissert. de vsu practico doctrinæ de legitimatione*, qua *originem*, *progressum*, varianque *fortunam* huius doctrinæ erudite expendit, vt quæuis fere exhaurire videatur. De *legiti-*

Scriptores legitimationis doctrinam exornantes,

Digitized by Google

matione per ſubſequens matrimonium etiam agit ſpeciali diſſertatione LAVTERBACHIVS, traditis *iuris ciuilis* adeo tenaciſſime inhærens, vt, quantum fieri poſſet, per ea *vſum forenſem* efformauerit, qui tamen ex *iuris canonici* principiis, in praxi receptis, effigiandus erat. Præterea quoque FRANCISCVS HOTTOMANNVS *de ſpuriis & legitimat. tom. I. oper. p. 519.* peculiari diſputatione agit, eamque eruditis pro more obſeruationibus illuſtrat, vt tamen magis intra *iuris ciuilis* cancellos ſubſiſtat, nec *in iuris canonici* obſeruationes nouas exſpatietur. Magis ſcopo meo inſeruit FRANCISCVS SARMIENTO, qui *lib. I. ſelect. interpret. c. 5. 6. 7. & 8. legitimationem* quorumcunque illegitimorum euoluit, eam tamen multis ambiguitatibus, paulo poſt ſuperandis, inuoluit. Etiam FRANCISCVS de AMAYA *lib. I. obſ. iur. ciu. cap. 4.* ſpeciale quoddam thema explicuit, quod huic doctrinæ ſuppetias ferre poteſt. Selectiora habet DESIDERIVS HERALDVS *lib. I. rer. & quæſt. iuris quotidian. c. 1. ſeqq.* vbi de diuerſa *notborum* conditione agit, & *c. 4. legitimationis* doctrinam ſolide iuxta mentem tum *legum ciuilium*, tum *praxeos præſentis*, *iure canonico* fabricatæ, præ ceteris exponit, cui iungendus eſt BASILIVS PONCE *de matrim. lib. XI.* iuris *canonici* dogmata ſententiasque ſatis dilucide & cum aliquo iudicio exponens, alios vt iam non tangam.

Liberi ſunt vel legitimi vel illegitimi.

§. III. Vt vero paulo propius ad cauſam ipſam me accingam, ſciendum eſt, liberos *ciuili* & *canonico iure* eſſe vel *legitimos* vel *illegitimos*. Illi *legitimatione* non indigent; bene tamen hi, vtpote quibus iura *legitimorum liberorum* negata ſunt. Horum quidem varia de *iure ciuili* erat conditio, qui commode tamen ad duas reduci poſſunt claſſes, quorum quidam ex coniunctione olim *licita* ſed *minus legitima*; quidam vero ex *concubitu* legibus prorſus *damnato* procreati erant. Illi dicebantur *naturales*, quod ex *naturali coniunctione*, coniugii cauſa inita, ſuſcepti eſſent, deſtituta tamen effectibus ciuilibus. Huc pertinebat I) *contubernium ſeruorum*, qui quondam inter ſe *naturali coniugio* iungebantur; at quia ſerui hoc iure pro *nullis* habentur, effectus *legitimorum liberorum* in natos ex contubernio non cadebant, vtpote qui non in poteſtate parentum naturalium, ſed dominorum erant. Breviter *intra naturæ terminos; ſed extra terminos iuris* ſubſiſtebant, vt ait HERALDVS *cit. l. c. 1. §. 9.* Sic ſerui Pamphilii filia Pamphilia *naturalis* dicitur *in l. 88. §. 12. de legat. 2.* pater vero eius itidem *naturalis*,

Hi vel ſunt naturales

vel ex damnato coitu nati

naturales 1) ex contubernio ſeruorum

vbi

Digitized by Google

bi addit ICtus: *quia creditur appellatione filiorum & naturales liberos in seruitute susceptos, contineri.* II) Ex *concubina nati.* Postquam enim *concubinatus* per *leges* h. e. *Iuliam & Papiam*, nomen assumserat, vt ait MARCIANVS *in l. 3. §. 1. de concubin.* consuetudo hæc, quæ *naturale matrimonium* quoddam erat, eo ipso approbata, & liberi inde *naturales* dicti, quod *concubinatus* proxime ad *contubernium* accederet, adeo vt etiam hoc nomine venire soleat. *l. 5. C. de natural. lib.* ibi: *electo contubernio.* SVETON. *in Vespas. c. 3. n. 4.* auctor est, VESPASIANVM *post uxoris excessum Caenidem, Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam sibi reuocasse in contubernium, habuisseque etiam pene iustæ uxoris loco.* Videlicet quas personas per *legem ciuilem* vxores *iustas* habere non licebat, eas in *concubinatu* habere suo modo permissum erat, modo vir legitima vxore destitueretur, & *cælebs* esset; quorsum pertinebat iudicio publico damnata, *l. 1. §. 2. de concub.* meretrix, quæ corpore quæstum fecerat, *l. 14. de rit. nupt.* liberta, *L. 2. de concub.* mulier prouincialis, ei iuncta, qui in ea prouincia officium administrabat. *l. 5. eod.* &c. Quandoquidem etiam, quæ alias *iusta* poterat esse *vxor*, ex ratione domestica in concubinatu erat, &, noua accedente affectione, vxor ducebatur ex post facto. *l. 13. §. 6. C. ad L. Iul. de adulter.* Altera classis *illegitimorum* comprehendit natos ex *coitu illicito*, qui vel *turpis* est, vel *crimen* constituit. Atque hi dicebantur *spurii* vel *vulgo concepti, qui vel patrem demonstrare non possunt*, vt sunt ex prostibulo nati, quorum pater *populus* seu *vulgus* erat: vel *qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, vt ait* MODESTINVS *in l. 23. de statu hom.* quales ex *stupro* nati, vel ex *adulterio* aut *incestu*, vel alias *contra legem* procreati, & sic ex tali coitu, qui *crimen publicum* vel actum legi contrarium constituit. Qui ex *meretrice* editus erat, itidem quoque ex *turpi concubitu* natus credebatur, vt tamen extra pœnam legis esset, fornicatione non absolute prohibita. *l. 4. §. 3. de condict. ob turp. causam.*

a) ex concubina nati.

spurii ex coitu nefario prognati,

§. IV. Qui ex hoc *damnato coitu* nati erant, eorum conditio longe deterior erat, statu *naturalium*, quibus opponebantur. Ait IVSTINIANVS *in Nou. 89. c. vlt. omnis qui ex complexibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque vocandus est a parentibus.* Obseruat quidem HERALDVS, *lib. I. quæst. iur. quotid. c. 3. §. 6.* verba hæc tantum designare natos ex *matrimonio* quidem

quorum variæ species erant,

christianorum iam imbutum: alterum, hanc constitutionem non fuisse *legem generalem*, sed iis tantum datam, *qui ante eam* ex concubinis liberos susceperant, non qui postea edituri essent, quod etiam obseruauit GOTHOFREDVS ad *l. 1. God. Theod. de natural. lib.* Primum vel inde probabile redditur, quod modum inuenerit, quo *concubinatus* in *iustum matrimonium* verti posset, præsertim cum concubinatus adeo dilatatus esset, vt quæ pro *legitima vxore* haberi posset, in *concubinatum* sæpe assumeretur, quales erant imprimis *ingenuæ* tenuioris fortunæ, de quibus ZENO in *cit. leg. 5.* loquitur. Parentes ergo, quibus volupe erat, habere *legitimos* magis quam *naturales*, hoc beneficio alicere voluit, vt *concubinatum* in verum verterent matrimonium, liberosque iam natos efficerent *legitimos*, *suosque heredes*. Præterea vero ne forsan, hoc neglecto, per testamentum eosdem instituerent heredes, ius ex eo capiendi admodum restrinxit, atque debilitauit, vt testatur *l. 8 C. Theod. de natural. lib.* Vt vero finem hunc eo rectius obtineret, per suam *constitutionem* iis tantum prospexisse videtur, qui ante *eam* nati fuerant, ne, *generalem modum* legitimandi constituendo, patrocinari concubinatui viderentur.

per indirectum, quem tollere non poterat penitus.

inde non perpetuum modum legitimandi, sed temporalem constituit.

§. VIII. Idem quoque intendit ZENO *in cit. l. 5.* ac tantum iis prospexit, qui ante eam liberos, *ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus*, *sed electo contubernio*, procreassent; *hi enim*, pergit, *qui tempore huius sacratissimæ iussionis nondum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum* (cum quibus iustum poterat esse matrimonium) *consortio meruerint*, *minime huius legis beneficio perfruantur*, *cum liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonii copulare*, *non extantibus liberis legitimis*, *aut vxoribus*, *& legitimos filios*, *vtpote nuptiis præcedentibus*, *procreare*. Indignos ergo hoc beneficio credidit, qui postea pro *legitimo matrimonio* concubinatum electuri essent, id quod rursus indicium præbet, voluisse imperatorem *per indirectum* concubinatus vsum minuere, & *legitimum matrimonium* ciuibus magis insinuare. Adeo enim hic mos, alendi *concubinas* potius quam *vxores iustas* ducendi, inueteratus erat, vt directo tolli non posse, sed per gradus eundum esse crederent imperatores. Id *prudentia legislatoria* postulabat, vt mala, quibus resecandis se impares credebant legislatores, quantum fieri poterat, quotaxat minuerent, idque agerent, vt subditi, proposito *bono* quodam & *beneficio*, sponte ad id euitandum alicerentur. Anno 508. ANASTASIVS pari prouidentia *concubinatum*

& indignos parentes hoc beneficio credidit, qui post illam legem adhuc liberos ex concubina procreassent.

Idem & Anastasius fecit,

debi-

Digitized by Google

debilitare ſtuduit in *l. 6. Cod. de natural. lib.* conſtituendo, vt ex iis, quæ IN PRAESENTI *vxoris loco* habeantur, ſibi progenitos, ſeu *procreandos* (ſcil. poſt ſubſequens matrimonium) in poteſtate & legitimos habere liceret; addit tamen: *in poſterum nihilominus quisquis huiusmodi mulierem vxoris loco dotalibus inſtrumentis confectis habuerit, pro eius ſobole ſimilem eandemque formam cuſtodiri*, quæ verba admodum dubia ſunt, & generaliter de coniugio, *quouis tempore* cum *concubina* contracto, & de liberis etiam poſt illam conſtitutionem editis intelligi poſſunt. Id ipſum IVSTINVM Imperatorem anno 519. mouit in *l. 7. Cod.* & Iuſtinus *de natural. lib.*, vt *legem Anaſtaſianam*, eiusque vim obligandi declararet, oſtenderetque, *perpetuam formam* legitimationis in ea haud præſcriptam eſſe. Ait: *legem Anaſtaſii diuinæ recordationis, quæ ſuper filiis naturalibus emiſſa eſt, in his valere tantum caſibus concedimus, qui nunc vsque ſubſecuti ſunt, pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc conſtantibus vel poſtea* (i. e. poſt *legem Anaſtaſii* publicatam) *contractis*, pro liberis illis ſcilicet legitimandis, qui eo tempore ex *concubina* iam nati erant; præcauere enim voluit imperator, ne quod *abolendo concubinatui* inſeruire debebat, fieret medium, eum potius promouendi. Id vero *per indirectum* euenisſet, ſi *modus perpetuus* concubinariis parentibus ſuppeditatus fuiſſet, liberos legitimandi, quia ſub ſpe *futuri matrimonii*, ſi e re ſua viſum, ſemper hoc beneficio frui, interim tamen ſecure *concubinatum* propagare potuiſſent. Hoc conſilio ſine dubio ducti ſunt imperatores, vt *beneficium temporale* duntaxat parentibus concubinariis darent; in *futurum* autem iis adimerent omnem ſpem, liberos ſuos legitimos efficiendi, & ita eosdem ad *legitimum matrimonium* in poſterum ineundum inuitandi. Addit vero adhuc nouam declarationem imperator: *vt non aliunde progenitis ſubueniſſe credatur, quam non ex nefario, nec inceſto coniugio.* Tale quidem matrimonium irritum erat, & licet non reſcinderetur effectu iuris & beneficio, legis tamen muniri non poterat, quia parentes in leges ipſas deliquerant, quod *ſimplici concubinatu* haud fiebat. Denique vt euidentius ſuam intentionem monſtraret doceretque, addit hanc generalem clauſulam: *inpoſterum vero ſciant, omnes legitimis matrimoniis legitimam ſibi poſteritatem quærendam, ac ſi prædicta conſtitutio lata non eſſet*, vt adimeret parentibus concubinariis ſpem, impoſterum ad hoc *beneficium* confugiendi.

Digitized by Google

na. *c. 1. X. h. t.* Quia vero in foris noſtris pœnitentias tales immorigeris non imponimus; ſed aliter eos punimus, ſeparatio quoque amplius decerni nequit. (III) Si de vinculo, quod tertius vrget, adhuc diſceptatur, veluti ſi tertius vrgeat, ſe legitime & publice antea cum puella iniiſſe ſponſalia, diſtinguitur, vtrum actor, non obſtante matrimonio contracto, adhuc ad conſummationem ſponſalium agat; an vero, re ita non amplius integra, tantum *ſatisfactionem priuatam* perſequatur? Poſteriori caſu, qua ab implemento deſiſtit ob fidem fractam, (quod facere poteſt per *c. 23. X. de iurei.*) ſeparatio quoque interim peti & deterni nequit, quia id citra cauſam fieret. Priori caſu, ſi prior tantum *ſponſalia de futuro* vrgeat, manet ſtabile matrimonium contra interdictum eccleſiæ contractum, quippe quod *de iure canonico* illis præfertur, & ſic quoque ſeparatio ceſſat. *c. 2. X. h. t.* Quodſi vero *ſponſalia de præſenti* prior allegat, indeque matrimonium de facto contractum impugnat, ſeparantur interim de iure canonico, quia illis probatis matrimonium de facto cum altero contractum foret nullum. *c. 4. X. de ſponſ. duor.* Quia vero in foris proteſtantium hæc ignoramus, & quæ *pura* ſunt, non ſunt *de præſenti*, ſed *de futuro* in ſenſu *iuris canonici*, hinc *quæſtio præiudicialis* naſcitur, an, lite pendente contra interdictum eccleſiaſtici iudicis contracto matrimonio, prior adhuc agere queat ad *conſummationem ſponſalium*, & ita *ſeparationem* petere? Hæc enim dependet a deciſione prioris quæſtionis. Cum vero *tom. III. ad tit. de ſponſ. duorum* §. 3. de hac *quæſtione præiudiciali* mentem meam aperuerim, oſtenderimque, matrimonium contra priora ſponſalia publica contractum nullum eſſe, merito quoque interim ſeparatio decerni debet, donec lis finita fuerit. Imo quia adhuc ſententia *in cauſa principali* incerta & dubia eſt, iudex eccleſiaſticus merito interim cohabitationem per decretum ſuſpendit, quacunque hypotheſi in hac cauſa imbutus ſit, ne alioquin denegando ſeparationem, *cauſæ principali* præiudicet. Atque hoc potiſſimum tunc in vſum deduci poteſt, ſi puella contra ſponſum ad implementum matrimonii agit, & hic, lite pendente, contra mandatum iudicis, nuptias alias iniit, ſponſa vero nihilominus litem continuat, & implementum ſponſalium vrget, vti anno 1720. Menſ. Iul. a Facultate tum *theologica* tum *iuridica* huius loci pronunciatum eſt:

vel ſi ius tertii dubium,

ſi tantum poſtea intereſſe ſuum proſequitur. quid ſi conſummationi matrimonii inſiſtat actor?

quid in foris proteſtantium?

Auf

Digitized by Google

Auf eingegebne Ehe-Klage und erfolgte Gesetze, in Sachen Margarethen Elisabeth Sostomanns, Klägerin an einem, und des Conrectoris zu Gronau, Johann Fantern, Beklagten am andern Theil, erkennen Churfürstl. Cölnische Stifts-Hildesheimische verordnete Consistorial- und Kirchen-Räthe, nach vorgehabtem Recht der Theologen und Rechtsgelehrten vor Recht,

Daß Klägerin, nach Beklagten vorgehenden Eyd vor gefehrde, und dessen vorgehender ernster und nachdrücklicher Verwarnung vor der schweren Strafe des Meineides, den ihr über die opponirte exceptiones deferirten Eyd, alles Einwendens ohngehindert, abzustatten, Beklagter hingegen sich, bis zu Austrag der Sachen, der de facto und wider unser Verboth geheuratheten Gerdrutten Magdalenen Thysien zu enthalten, und bey Vermeidung schärferer Verordnung inzwischen dieselbe von sich zu lassen schuldig, es wird auch nunmehro gegen Bekl. wegen des n. 25. & 26. denunciirten Falsi gebührend inquiriret, und wenn er so wol dieser wegen, als auch wegen der verrückten remotion mit seiner defension gehöret, so ergehet alsdann auch in diesen beyden Puncten in der Sache ferner, was recht ist. V. R. W.

Rationes decidendi.

Es hat die Klägerin gegen Beklagten eine förmliche Ehe-Klage übergeben, anbey ein mandatum pœnale gegen ihn ausgewircket, laut n. act. 3. daß Beklagter, pendente lite, sub pœna remotionis sich mit niemand anders copuliren lassen solte, und da nun Beklagter das eheliche Versprechen wegen seines n. act. 2. befindlichen Scheins nicht leugnen können, hat er, der Kläger, 2. Haupt-Exceptiones, 1) daß die sponsalia sub conditione contracta gewesen: 2) daß sie denenselben renunciiret, opponiret, inzwischen aber pendente lite gegen das gethane Verboth sich gelüsten lassen, eine andere Person, Gerdrutten Magdalenen Thysien, sich an einen fremden Ort, zu Distorff, antrauen zu lassen, und dabey n. act. 26. einen falschen Schein zu produciren. Ob nun wol Bekl. der Beweiß, binnen 4. Wochen seine Exceptiones zu erweisen, n. act. 11. auferleget ist, gleichwol er sich an solchen offenbar versäumet, und das Vorgeben, daß er gleichwol sich zum Eyde offeriret, höchst ungeschickt ist, cum nemo semet ipsum ad iuramentum iudiciale offerre queat,

queat, und ob er wol am Ende ſich ſelbſten begriffen, und zu ſolchem Ende der Klägerin über die beyden exceptiones den Eyd deferiret, gleichwol es das Anſehen gewinnen will, als wenn nunmehro, deſerta probatione, die Eydes-delation, quippe quæ probationis ſpecies eſt, nicht mehr ſtatt haben könne,

arg. l. 14. §. 3. C. de non numer. pec.

zu geſchweigen, daß die Eydes-Ablegung ohne allen effect ſeyn würde, nachdem nicht mehr res integra, ſondern Beklagter pendente lite, ſich bereits anderwerts mit der Thyſien verheurathet, und ob wol die Klägerin beſtändig bey Beklagten zubleiben, und ihm die Untreu zu vergeben ſich offeriret, es dennoch das Anſehen gewinnen will, als wenn nunmehro die Eheklage keinen fernern effect haben könne, anerwogen in concurſu matrimonii & ſponſaliorum vieler Theologorum und ICtorum Meynung nach, nicht weiter darauf zuſehen, obgleich die ſponſalia priora ſind, ſondern es nunmehro lediglich bey der getroffenen und durch die prieſterliche copulation beſtätigten Ehe zu laſſen iſt, dieſem nach faſt nicht zu befinden, daß der deferirte Eyd einigen effectum haben werde, quæ autem non releuant, ad iurandum admitti non debent.

Dieweil aber dennoch die delatio iuramenti in gemeinen Rechten dergeſtalt pruilegiret iſt, vt omni tempore fieri poſſit vsque ad concluſionem in cauſa,

l. 12. pr. C. de reb. credit.

dieſem zu folge denn auch eines Theils die Eydes-delation noch ſtatt findet, wenn gleich, wie alhier, per decretum der Beweiß auferleget iſt;

MEV. *P. 6. deciſ. 6.*

andern Theils dieſelbe noch zugelaſſen iſt, ohnerachtet der terminus probatorius verſtrichen, cum ſub ipſa ſententia locum habeat,

BRVNNEM. *ad cit. l. 12. n. 14. & 15.*

und da nun der Beklagte über die beyden Haupt-exceptiones appoſitæ conditionis & renunciationis den Eyd noch ante concluſionem in cauſa deferiret, ſolcher um deſto mehr alhier zu attendiren geweſen, da auch poſt concluſionem in cauſa derſelbe noch deferiret werden mögen, hiebey auch kein Zweifel iſt, daß in dieſer Eheklage die Eydes-Leiſtung geſtalten Sachen nach, da ſolche ohnedem nicht ad diſſoluenda ſponſalia abziehlet, ſtatt finden könne, iedoch daß Beklagter zuſor-

Digitized by Google

uforderſt den Eyd vor Gefährde abſchweren, und weil er de falſo com-
nillo ſehr verdächtig iſt, vor deſſen Ablegung, wie erkant iſt, vor
er ſchweren Strafe des Meineides gewarnet werden, welches hier
u erinnern nöthig geweſen, da ſeine bishero geführte conduite ex-
ra ordinem hier ſolches erfordert: im übrigen keines weges zu aſſe-
iren iſt, daß der deferirte Eyd ohne effect ſeyn werde, weil, wenn
leich die de facto von Bekl getroffene Ehe nicht annulliret werden
önte, dennoch Beklagter nach dem von der Klägerin abgeſtatteten
Eyd wenigſten ſie abfinden und das intereſſe præſtiren müſſe, im übri-
en hiebey wohl zu erwegen, daß Bekl. die Thyſien, pendente lite,
ontra prohibitionem pœnalem, und alſo nulliter ſich antrauen laſ-
en, cum lite pendente nihil innouandum, & quod in eius præiudici-
m attentatur, reuocandum ſit,

tot. tit. X. vt lit. pend. nihil innou.

Hiebey er auch einen groſſen Verdacht adhibiti doli & falſi gegen ſich
at, wodurch der Prediger zu Diſtorff verleitet worden, die Trau-
ng zu thun, welche aber nicht nur ſubdole erſchlichen und per ar-
es peſſimas erhalten, ſondern nach der Kirchen rechte intention, ja
ach dem göttlichen Worte dergeſtalt geſchehen muß, daß die Eheleu-
e bonam fidem dabey adhibiren, den Segen durch andächtiges Ge-
eth von GOTT erbitten, und ſich nicht heimlich, ſondern publice in
cie ecclesiæ, vt omnis fraudis ſuſpicio remoueatur, trauen laſſen,
aithin da Klägerin dem Beklagten ſeine an ihr verübte Untreue ver-
ehen, und auf die Vollenziehung der Ehe dringet, dem Beklagten
ieſe wieder-rechtliche, heimliche und erſchlichene Trauung wenig
elffen, vielmehr hier ſtatt finden wird, was ein berühmter ICtus
chreibet: Deceptus eſt eccleſiæ miniſter, & decepta quoque eccleſia,
t hinc copula ſacerdotalis ignoranter adhibita in actu doloſo & frau-
ulento reum legitimare nequeat, cum nec pontifex nec imperator
onfirmando negotium aliquod de vitiis latentibus & ignoratis diſpen-
ſle cenſeatur,

B. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. 4. §. 7.*

nd weil, dieſem ohngeachtet, der Beklagte der de facto geheura-
eten Thyſien beywohnet, und dadurch ſein unrechtfertiges factum
ontinuiret, gleichwol ob dieſe Ehe ihre Gültigkeit erhalten werde,
is zum Austrag der Sachen ſuſpendiret werden muß, denen Rechten,
ach nöthig iſt, daß durch richterliche Verordnung inzwiſchen dieſe

cohabitation gehemmet, und ihnen bey nachdrücklicher Strafe verbothen werde, inzwiſchen zuſammen zu wohnen, hiebey auch die præſens poſſeſſio vel quaſi dem Beklagten nicht zu ſtatten kommen mag, quippe quæ clandeſtine & non ſine vitio acquiſita eſt.

So hat allenthalben, wie geſchehen, erkannt werden müſſen, und weil anbey eines Theils der Beklagte, daß er bey der Trauung ein falſum begangen, in groſſem Verdacht iſt, ſo billig criminaliter zu unterſuchen, hiernächſt ihm auch ſub pœna remotionis anbefohlen worden, ſich inzwiſchen in kein Ehe-Verlöbniß einzulaſſen, welche pœna billig ihren effect erreichen muß, wiewol er doch dagegen zuforderſt mit ſeiner defenſion zu hören iſt, ſo hat auch dieſer beyden Puncten wegen geſchehener maſſen erkannt werden müſſen.

Separationis vſus & commodum,

§. XI. Separatione hoc modo decreta, *cauſa principalis* eo promtius peragitur, & expeditius a reo in ea proceditur, quam hic, ea non decreta, in infinitum protrahere poſſet. Eius enim tunc potiſſimum intereſt, vt quam citiſſime cauſa principalis finiatur, quo rurſus ad vſum coniugii ſuſpenſi admitti queat. Etenim ſi ab impetitione prioris ſponſæ abſoluitur, vſus matrimonii de facto contracti redintegratur, quippe quod ob *interdictum eccleſiaſticum* per ſe non eſt nullum *c. 2. in f. h. t.* Ait quidem pontifex *in c. 4. X. de ſponſa duor. in f. Si contra interdictum eccleſiæ publice factum venire contemſerit, matrimonium tam præſumtuoſe contractum poteris irritare;* id tamen ad caſum propoſitum reſtringendum, quo prior ſponſa ob *ſponſalia de præſenti* agebat, quibus probatis, matrimonium poſterius nullum eſt, quamuis etiam verba pontificis de ſuſpenſo interim coniugii vſu intelligi poſſunt. Grauius pondus de iure canonico habere *interdictum papale*, clauſula *irritante* munitum, liquet ex *c. 13. X. de ſponſ. impub.*, prout ſupra §. VI. iam obſeruaui. Conf. SANCHEZ *de matrim. lib. VII. diſp. 2. n. 9. ſeqq.* Quidni ergo parem effectum tribueremus *interdicto principis*, tali clauſula munito? Quod enim SANCHEZ. *cit. l. diſp. IV. n. 4.* credat, hodie *principi ſeculari* permiſſum non eſſe, matrimoniis fidelium noua impedimenta ponere, quod pontifex hanc poteſtatem ſibi reſeruauerit, id ingenio eius inepto, ſedi papali addictiſſimo, relinquamus, quo prudentiores inter catholicos non decipiuntur, docente LAVNOYO *de regia in matrim. poteſt.* Ad minimum in eccleſiis noſtris dudum hæc theſis profligata eſt,

abſoluto reo, vſus matrimonii redintegratur.

quæ,

quæ, exempla christianorum imperatorum sequentes, leges matrimoniis a principibus datas, ipsa lege naturali dictante, amplectuntur, & iuris canonici seu papalia scita non aliter, quam ex *voluntate principis* in decidendo attendunt.

TIT. XVII.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

§ I.

Primarius *iusti matrimonii* fructus effectusque est *legitima proles*, cuius in *vita ciuili* magnopere habetur ratio; imprimis vt certus sit facultatum, dignitatum gentilitiarum, priuilegiorum, aliarumque prærogatiuarum *realium* successor atque heres. Qui ex *illegitimo* & *probibito* eduntur coitu, parentibus suis dedecori sunt, eosque nominare non audent, adeoque moribus plerarumque gentium ab omni *iure ciuili*, liberis dato, arcentur, & vix illorum, quæ ex *naturali* debentur *ratione*, (*alimenta* intelligo) participes fiunt. Quamuis vero *ius canonicum* matrimonia ex sua *spirituali* & *mystica* ratione, quam ex *sacramento* deducunt, æstimare, indeque effectus *spirituales* petere, adeoque omnem cognitionem de *vinculo* eorundem ad forum *ecclesiasticum* trahere soleat, non tamen *effectus* eorundem *ciuiles* prorsus neglexit, adeo vt legibus ciuilibus piura nouiter addiderit, nonnulla etiam iis detraxerit, vt vel *ex tit. seq.* apparebit. Hoc titulo de eo effectu, qui *legitimam prolem* tangit, vnice agitur, ostenditurque, vel illegitime natos per subsequens *connubium iustum* ad legitimos natales reuocari, quod *legitimationem* vocant, vel ex eo *liberos iustos* edi.

Effectus matrimonii iusti est legitima proles,

qui effectus ciuilis est,

etiam quoad liberos antea natos.

§. II. In doctrina de *legitimatione* primo loco versabitur meditatio mea, quippe quam *ius canonicum* ex *propriis* suis *principiis*, a *iure ciuili* ignoratis, nouiter efformauit, & sic a *iuris ciuilis* traditis longissime recessit, vt paulo specialius docendum est. Exornauit hoc thema variis obseruationibus eruditis B. THOMASIVS *dissert. de vsu practico doctrinæ de legitimatione*, qua *originem*, *progressum*, varianque *fortunam* huius doctrinæ erudite expendit, vt quæuis fere exhaurire videatur. De *legiti-*

Scriptores legitimationis doctrinam exornantes.

Digitized by Google

matione per ſubſequens matrimonium etiam agit ſpeciali diſſertatione LAVTERBACHIVS, traditis *iuris ciuilis* adeo tenaciſſime inhærens, vt, quantum fieri poſſet, per ea *vſum forenſem* effformauerit, qui tamen ex *iuris canonici* principiis, in praxi receptis, effigiandus erat. Præterea quoque FRANCISCVS HOTTOMANNVS *de ſpuriis & legitimat. tom. I. oper. p. 519.* peculiari diſputatione agit, eamque eruditis pro more obſeruationibus illuſtrat, vt tamen magis intra *iuris ciuilis* cancellos ſubſiſtat, nec *in iuris canonici* obſeruationes nouas exſpatietur. Magis ſcopo meo inſeruit FRANCISCVS SARMIENTO, qui *lib. I. ſelect. interpret. c. 5. 6. 7. & 8. legitimationem* quorumcunque illegitimorum euoluit, eam tamen multis ambiguitatibus, paulo poſt ſuperandis, inuoluit. Etiam FRANCISCVS de AMAYA *lib. I. obſ. iur. ciu. cap. 4.* ſpeciale quoddam thema explicuit, quod huic doctrinæ ſuppetias ferre poteſt. Selectiora habet DESIDERIVS HERALDVS *lib. I. rer. & quæſt. iuris quotidian. c. 1. ſeqq.* vbi de diuerſa *notborum* conditione agit, & *c. 4. legitimationis* doctrinam ſolide iuxta mentem tum *legum ciuilium*, tum *praxeos præſentis*, *iure canonico* fabricatæ, præ ceteris exponit, cui iungendus eſt BASILIVS PONCE *de matrim. lib. XI.* iuris *canonici* dogmata ſententiasque ſatis dilucide & cum aliquo iudicio exponens, alios vt iam non tangam.

Liberi ſunt vel legitimi vel illegitimi.

§. III. Vt vero paulo propius ad cauſam ipſam me accingam, ſciendum eſt, liberos *ciuili* & *canonico iure* eſſe vel *legitimos* vel *illegitimos*. Illi *legitimatione* non indigent; bene tamen hi, vtpote quibus iura *legitimorum liberorum* negata ſunt. Horum quidem varia de *iure ciuili* erat conditio, qui commode tamen ad duas reduci poſſunt claſſes, quorum quidam ex coniunctione olim *licita* ſed *minus legitima*; quidam vero ex *concubitu* legibus prorſus *damnato* procreati erant. Illi dicebantur *naturales*, quod ex *naturali coniunctione*, coniugii cauſa inita, ſuſcepti eſſent, deſtituta tamen effectibus ciuilibus. Huc pertinebat I) *contubernium ſeruorum*, qui quondam inter ſe *naturali coniugio* iungebantur; at quia ſerui hoc iure pro *nullis* habentur, effectus *legitimorum liberorum* in natos ex contubernio non cadebant, vtpote qui non in poteſtate parentum naturalium, ſed dominorum erant. Breviter *intra naturæ terminos; ſed extra terminos iuris* ſubſiſtebant, vt ait HERALDVS *cit. l. c. 1. §. 9.* Sic ſerui Pamphilii filia Pamphilia *naturalis* dicitur *in l. 88. §. 12. de legat. 2.* pater vero eius itidem *naturalis*,

Hi vel ſunt naturales vel ex damnato coitu nati

naturales 1) ex contubernio ſeruorum

vbi

Digitized by Google

vbi addit ICtus: *quia creditur appellatione filiorum & naturales liberos in seruitute susceptos, contineri.* II) Ex *concubina nati.* Postquam enim *concubinatus* per *leges* h. e. *Iuliam & Papiam*, nomen assumserat, vt ait MARCIANVS *in l. 3. §. 1. de concubin.* consuetudo hæc, quæ *naturale matrimonium* quoddam erat, eo ipso approbata, & liberi inde *naturales* dicti, quod *concubinatus* proxime ad *contubernium* accederet, adeo vt etiam hoc nomine venire soleat. *l. 5. C. de natural. lib.* ibi: *electo contubernio.* SVETON. *in Vespas. c. 3. n. 4.* auctor est, VESPASIANVM *post vxoris excessum Caenidem, Antoniae libertam, & a manu, dilectam quondam sibi reuocasse in contubernium, habuisseque etiam pene iustae vxoris loco.* Videlicet quas personas per *legem ciuilem* vxores *iustas* habere non licebat, eas in *concubinatu* habere suo modo permissum erat, modo vir legitima vxore destitueretur, & *cælebs* esset; quorsum pertinebat iudicio publico damnata, *l. 1. §. 2. de concub.* meretrix, quæ corpore quæstum fecerat, *l. 14. de rit. nupt.* liberta, *L. 2. de concub.* mulier prouincialis, ei iuncta, qui in ea prouincia officium administrabat. *l. 5. cod.* &c. Quandoquidem etiam, quæ alias *iusta* poterat esse *vxor*, ex ancilla domestica in concubinatu erat, &, noua accedente affectione, vxor ducebatur ex post facto. *l. 13. §. 6. C. ad L. Iul. de adulter.* Altera classis *illegitimorum* comprehendit natos ex *coitu illicito*, qui vel *turpis* est, vel *crimen* constituit. Atque hi dicebantur *spurii* vel *vulgo concepti, qui vel patrem demonstrare non possunt*, vt sunt ex prostibulo nati, quorum pater *populus* seu *vulgus* erat: vel *qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet, vt ait* MODESTINVS *in l. 23. de statu hom.* quales ex *stupro* nati, vel ex *adulterio* aut *incestu*, vel alias *contra legem* procreati, & sic ex tali coitu, qui *crimen publicum* vel actum legi contrarium constituit. Qui ex *meretrice* editus erat, itidem quoque ex *turpi concubitu* natus credebatur, vt tamen extra pœnam legis esset, fornicatione non absolute prohibita. *l. 4. §. 3. de condict. ob turp. causam.*

a) ex concubina nati.

spurii ex coitu nefario prognati,

§. IV. Qui ex hoc *damnato coitu* nati erant, eorum conditio longe deterior erat, statu *naturalium*, quibus opponebantur. Ait IVSTINIANVS *in Nou. 89. c. vlt. omnis qui ex complexibus, aut nefariis, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur, neque habendus est a parentibus.* Obseruat quidem HERALDVS, *lib. 1. quæst. iur. cotid. c. 3. §. 6.* verba hæc tantum designare natos ex *matrimonio* quidem

quorum variæ species erant,

Digitized by Google

dem sed *nefario*, *incestuoso* & *legibus damnato*, quod admitti potest in specie legis adducta; nihil tamen impedit, quo minus etiam ex *damnato coitu* nati dici queant, qui ex *stupro* & *adulterio* vel alio coitu contra leges procreati erant, cum *stuprum* & *adulterium* lege Iulia *criminibus publicis* annumerata fuerint. conf. *c. 4 X. h. t.* Huc iure *canonico* & *ciuili* etiam refertur coniunctio cum *monacho* vel *moniali*, cum vtrique matrimonium ob *votum castitatis* sit interdictum & instar *sacrilegii* habendum: vel si clericus in *ordinibus sacris* constitutus in *consuetudine concubinaria* feminam habeat, quæ iure canonico prorsus prohibita & delictis annumerata est. *t. t. X. de cohabit. cleric. & mulier.* Adeo enim *nuptiæ* clericis, etiam in *subdiaconatu* constitutis, prohibitæ sunt, vt si de facto eas contraxerint, non *nuptiæ* sed *contubernia* dicenda sint iuxta *c. 4. X. de clericor. coniug.* adeoque liberi inde nati pro *illegitimis* habendi, *spuriis* æquiparandi.

quæ specialim designantur.

De legitimatione illegitimorum in genere agendum.

§. V. De *naturalium* legitimatione iuris ciuilis scita explorata sunt; non æque *iuris canonici* de eorum legitimatione, qui ex *damnato coitu* nati. De hac ergo dum quæritur, id potissimum intenditur, vt ostendatur, vtrum recepti *legitimandi* modi h. e. per *subsequens matrimonium* & per *rescriptum speciale principis* in hos hodie cadant, vt pro *liberis legitimis* maxime ad effectum *succedendi* haberi debeant? Loquor vero de *hodierno iure*, quod in foris nostris sequimur, vtpote quod non vnice ad normam *iuris Romani* componendum, sed potissimum *iuris canonici* principia assumit, in multis a *iure Romano*, maxime in *matrimonialibus*, diuersa, & ad casus in foris obuenientes applicat. Quod si enim ex solo *iure Romano* hæc quæstio decidenda est, nemini dubium esse potest, quin negari debeat, quod paucis ostendendum.

Ante constantinum legitimatio ignorata,

§. VI. Ante CONSTANTINVM MAGNVM incogniti erant modi, quibus extra *matrimonium iustum* natos facere parentes possent γνησίους seu legitimos, vt IVSTINIANVS *in Nouell. 117. § 2.* loquitur. Nam ne quidem *naturales*, modis postea introductis, statum *legitimorum* assumebant, nisi forsan arrogati essent, & in *arrogationem* libere consensissent; naturales enim *inuiti* non redigebantur in potestatem patriam, vt auctor est MODESTINVS *in l. 11. de his qui sui vel alieni iur. sunt.* Neque hoc adeo durum aut luctuosum erat liberis *naturalibus*, quibus ex natalibus suis nec *infamia* nec *macula* adhærebat, sed quorum in pluribus melior erat conditio ac quidem *legitimorum*, vt

quod naturalibus haud erat luctuosum,

euin-

gitized by Google

uincit IOH. MERCERIVS *lib. II. opin. c. 8. (tom I. theſaur. iur. Rom.* . *1595.*) Ad minimum *ſui iuris* erant, legitimi vero *alieni iuris*, quo- quia eorum
um ſtatus olim adeo declinatus erat, vt a commercio & vſu pleno ſtatus legiti-
uris Romani, qua talis, eſſent excluſi. Illi enim demum eo frui pot- morum ſtatui
rant, qui & *ciues Romani* & *ſui iuris* eſſent, in quo ingentem quæ- in multis præ-
ebant prærogatiuam & honorem. E contrario filiifamilias non mul- ferendus erat.
um a *ſeruis* diſtabant. Pater in eos habebat ius vitæ & necis: *l. it. de b. & poſth. hered. inſtit. l. 10. C. de patr. poteſt*, vendere & diſtrahere ob iopiam eosdem poterat; imo & pignori atque noxæ dare. *l. 5. D. ua res pig. ſ. vlt. l. de nox. act.* Præterea quicquid acquirebant, patri cquirebant, vt de iis pro lubitu diſponere, &, eo inteſtato mortuo, beri acquiſita in communem hereditatem conferre tenerentur. *ſ. 1. per quas perſ. cuique acquir. pr. I. de his. qui teſtam. fac. poſſunt.* In eo uidem melioris conditionis erant, quod patri ſui heredes eſſent, & erum paternarum, viuente patre, quodammodo domini; *ſ. 2. I. de he- ed. qual. & diff. ſ. 5 de ſucceſſ. ab inteſt.* non item *naturales;* qui tamen oc incommodum facile concoquere poterant, cum patri non eſſet rohibitum iure veteri, *naturales* in teſtamento heredes inſtituere, uin hoc incommodum eo compenſabatur commodo, quod ſibi quæuis cquirerent, quod teſtamenti condendi ius haberent, & cæteris iuris omani prærogatiuis frui poſſent.

§. VII. Ideoque liberorum *naturalium* non adeo intererat, vt Legitimatio
gitimi efficerentur, & *beneficio legitimationis*, vt vulgo loquuntur, potius propter parentes
ifficerentur: magis *legitimatio* erat beneficium *parentum*, qui eos in introducta,
am poteſtatem, & familiam redigebant, id quod aliis deſtituti liberis, non liberorum gratia
rio & enixe optabant. Primus CONSTANTINVS fuiſſe videtur, qui
odum inuenit, quo *naturales*, hoc eſt ex *concubina* nati, non alii, legiti-
ari poſſent, nuptiis videlicet cum concubina ex poſt facto contractis.
ouocat ad hanc legem CONSTANTINI (quæ non amplius extat) Conſtantino,
NO in *l. 5. Cod. de natural. lib.* aitque: *Dini Conſtantini, qui vene- nda Chriſtianorum fide Romanum muniuit imperium, ſuper ingenuis con- ubinis ducendis uxoribus, filiis, quin etiam ex iisdem vel ante matrimo- um, vel poſtea progenitis, ſuis ac legitimis habendis ſacratiſſimam con- ſtitutionem renouantes iubemus* &c. Duo maxime hic notanda incul- vt concubina-
t HERALDVS *lib. I. quæſt. iur. quotid. c. 4. ſ. 2.* quorum primum eſt, tum debilita-
ic conſtitutione *per indirectum* debilitare, ret
ncubinatum, eosque allicere ad *iuſtas nuptias* imperatorem, ſacris chri-

christianorum iam imbutum: alterum, hanc constitutionem non fuisse *legem generalem*, sed iis tantum datam, *qui ante eam* ex concubinis liberos susceperant, non qui postea edituri essent, quod etiam obseruauit GOTHOFREDVS ad *l. 1. God. Theod. de natural. lib.* Primum vel inde probabile redditur, quod modum inuenerit, quo *concubinatus* in *iustum matrimonium* verti posset, præsertim cum concubinatus adeo dilatatus esset, vt quæ pro *legitima vxore* haberi posset, in *concubinatum* sæpe assumeretur, quales erant imprimis *ingenuæ* tenuioris fortunæ, de quibus ZENO in *cit. leg. 5.* loquitur. Parentes ergo, quibus volupe erat, habere *legitimos* magis quam *naturales*, hoc beneficio allicere voluit, vt *concubinatum* in verum verterent matrimonium, liberosque iam natos efficerent *legitimos*, *suosque heredes*. Præterea vero ne forsan, hoc neglecto, per testamentum eosdem instituerent heredes, ius ex eo capiendi admodum restrinxit, atque debilitauit, vt testatur *l. 8. C. Theod. de natural. lib.* Vt vero finem hunc eo rectius obtineret, per suam *constitutionem* iis tantum prospexisse videtur, qui ante *eam* nati fuerant, ne, *generalem modum* legitimandi constituendo, patrocinari concubinatui videretur.

per indirectum, quem tollere non poterat penitus.

inde non perpetuum modum legitimandi, sed temporalem constituit.

§. VIII. Idem quoque intendit ZENO *in cit. l. 5.* ac tantum iis prospexit, qui ante eam liberos, *ingenuarum mulierum nuptiis minime intercedentibus, sed electo contubernio*, procreassent; *hi enim*, pergit, *qui tempore huius sacratissimæ iussionis nondum prolem aliquam ex ingenuarum concubinarum* (cum quibus iustum poterat esse matrimonium) *consortio meruerint, minime huius legis beneficio perfruantur, cum liceat easdem mulieres sibi prius iure matrimonii copulare, non extantibus liberis legitimis, aut vxoribus, & legitimos filios, vtpote nuptiis præcedentibus, procreare.* Indignos ergo hoc beneficio credidit, qui postea pro *legitimo matrimonio* concubinatum electuri essent, id quod rursus indicium præbet, voluisse imperatorem *per indirectum* concubinatus vsum minuere, & *legitimum matrimonium* ciuibus magis insinuare. Adeo enim hic mos, alendi *concubinas* potius quam *vxores iustas* ducendi, inueteratus erat, vt directo tolli non posse, sed per gradus eundum esse crederent imperatores. Id *prudentia legislatoria* postulabat, vt mala, quibus resecandis se impares credebant legislatores, quantum fieri poterat, duntaxat minuerent, idque agerent, vt subditi, proposito *boni* quodam & *beneficio*, spente ad id euitandum allicerentur. Anno sub. ANASTASIVS pari prouidentia *concubinatum* debi-

& indignos parentes hoc beneficio credidit, qui post illam legem adhuc liberos ex concubina procreassent.

Idem & Anastasius fecit,

Digitized by Google

debilitare ſtuduit in *l. 6. Cod. de natural. lib.* conſtituendo, vt ex iis, quæ IN PRAESENTI *vxoris loco* habeantur, ſibi progenitos, ſeu *procreandos* (ſcil. poſt ſubſequens matrimonium) in poteſtate & legitimos habere liceret; addit tamen: *in poſterum nihilominus quisquis huiusmodi mulierem vxoris loco dotalibus inſtrumentis confectis habuerit, pro eius ſobole ſimilem eandemque formam cuſtodiri*, quæ verba admodum dubia ſunt, & generaliter de coniugio, *quouis tempore* cum *concubina* contracto, & de liberis etiam poſt illam conſtitutionem editis intelligi poſſunt. Id ipſum IVSTINVM Imperatorem anno 519. mouit in *l. 7. Cod.* & Iuſtinus *de natural. lib.*, vt *legem Anaſtaſianam*, eiusque vim obligandi declararet, oſtenderetque, *perpetuam formam* legitimationis in ea haud præſcriptam eſſe. Ait: *legem Anaſtaſii diuinæ recordationis, quæ ſuper filiis naturalibus emiſſa eſt, in his valere tantum caſibus concedimus, qui nunc vsque ſubſecuti ſunt, pro eiusdem legis tenore in matrimoniis tunc conſtantibus vel poſtea* (i. e. poſt *legem Anaſtaſii* publicatam) *contractis*, pro liberis illis ſcilicet legitimandis, qui eo tempore ex *concubina* iam nati erant; præcauere enim voluit imperator, ne quod *abolendo concubinatui* inſeruire debebat, fieret medium, eum potius promouendi. Id vero *per indirectum* euenirſet, ſi *modus perpetuus* concubinariis parentibus ſuppeditatus fuiſſet, liberos legitimandi, quia ſub ſpe *futuri matrimonii*, ſi e re ſua viſum, ſemper hoc beneficio frui, interim tamen ſecure *concubinatum* propagare potuiſſent. Hoc conſilio ſine dubio ducti ſunt imperatores, vt *beneficium temporale* duntaxat parentibus concubinariis darent; in *futurum* autem iis adimerent omnem ſpem, liberos ſuos legitimos efficiendi, & ita eosdem ad *legitimum matrimonium* in poſterum ineundum inuitandi. Addit vero adhuc nouam declarationem imperator: *vt non aliunde progenitis ſubueniſſe credatur, quam non ex nefario, nec inceſto coniugio.* Tale quidem matrimonium irritum erat, & licet non reſcinderetur effectu iuris & beneficio, legis tamen muniri non poterat, quia parentes in leges ipſas deliquerant, quod *ſimplici concubinatu* haud fiebat. Denique vt euidentius ſuam intentionem monſtraret doceretque, addit hanc generalem clauſulam: *inpoſterum vero ſciant, omnes legitimis matrimoniis legitimam ſibi poſteritatem quærendam, ac ſi prædicta conſtitutio lata non eſſet*, vt adimeret parentibus concubinariis ſpem, impoſterum id hoc *beneficium* confugiendi.

Iustinianus vero modum perpetuum legitimandi liberos introduxit,

§. IX. In his finibus non subsistit IVSTINIANVS *in l. 10. C. de natur. lib.* sed fere *modum perpetuum* parentibus concubinariis præscripsit, quo semper hoc *beneficio* frui, & sub hoc præsidio concubinatum tamdiu continuare possent, donec commodum eis visum fuerit, eum in matrimonium transformare. Pro more suo verba paulo obscurius concipit: *cum quis a muliere libera & cuius matrimonium non est legibus interdictum, cuiusque consuetudine gaudebat* (concubinaria forsan, vt *lex. seq.* declarat) *aliquos liberos habuerit, minime dotalibus instrumentis compositis*, quibus adfectio maritalis declarabatur; *postea autem ex eadem affectione*, qua eam in concubinam elegerat, *etiam ad nuptialia peruenerat instrumenta, & alios iterum ex eodem matrimonio*, in quod iam solenniter mutatus erat concubinatus, *liberos procreauerit: ne posteriores liberi, qui post dotem editi sunt, sibi omne paternum patrimonium vindicare audeant, quasi iusti & in potestate effecti fratres suos, qui ante dotem*, & sic ex concubinatu, *erant nati, ab hereditate paterna repellentes*, (id quod per leges anteriores licebat, quibus parentibus duntaxat *temporale beneficium* datum erat) *huiusmodi iniquitatem amputandam censemus.* Ita

sed ab initio admodum ambigue,

quidem res salua videtur, sed postea addit hanc ancipitem rationem: *neque enim verosimile est, eum qui postea, vel donationem, vel dotem conscripserit, ab initio talem adfectionem circa mulierem non habuisse, quæ eam dignam esse vxoris nomine faciebat.* Hæc vero ratio innuere videtur, de *concubina* hic non agi, sed de *casu dubio*, vbi ignorabatur, vtrum *concubinatum*, an *matrimonium*, quod *solo consensu* iniri, imo etiam *sine dote* poterat (prout anno præcedente *in l. 11. C. repud.* IVSTINIANVS constituerat) maritus elegisset? Vox enim *consuetudinis*, qua ab initio vtitur imperator, est *ambigua*, & tam *concubinatum*, quam *legitimum* designare potest *matrimonium*, quamuis hoc in dubio magis contractum censeatur. Hoc iam suo tempore *in l. 24. de R. nupt.* docuit MODESTINVS: *in liberæ mulieris CONSVETVDINE, non concubinatus* in dubio, *sed nuptiæ intelligendæ sunt.* Ita sine dubio intelligi potuisset lex prædicta, nisi imperator *in l. 11. C. eod.* eandem *de concubinis* paulo clarius explicuisset:

nouæ lege vero magis perspicua

nuper legem conscripsimus, qua iussimus, si quis mulierem in suo contubernio, h. e. concubinatu, *collocauerit, non ab initio adfectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere connubium, & ex ea liberos sustulerit, postea vero affectione procedente* seu extensa, *etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit &c.* Præuidit TRIBONIANVS sine dubio, legem priorem captiose & ambigue esse conceptam, qua de causa paulo clarius mentem eius

Digitized by Google

eius exhibuit, & dubium, ex prædicta *l. 10.* obortum, resoluit, addens etiam hanc declarationem: *si quis mulierem, quam in contubernio suo haberet, prægnantem fecerit, postea ante adhuc grauida muliere constituta, dotalia fecerit instrumenta, & puer vel puella editus vel edita sit, iusta patri soboles nascatur.* Ita vero *beneficium generale* parentibus concubinariis datum, simul tamen consuetudo hæc, quam anteriores Cæsares amputare studuerunt, propagata est, & occasio iis suppeditata, eam multiplicandi & augendi. Vtriusque legis sensum denuo repetit IVSTINIANVS *in nouell. 18. c. 11.* additque, eius sententiam etiam porrigendam esse ad *libertas*, in contubernio hactenus habitas, quod imperator *in l. 10. cit.* de *mulieribus liberis* tantum locutus fuerit. Sed ne sic quidem res confecta fuit. Quidam noua dubia circa has leges mouerunt, easque restringere voluerunt ad liberos, qui *ante leges* prædictas editi erant, fructum autem beneficii iis adimere, qui *post eas* prognati, quam altercationem in *nou. 19.* sustulit. Imo quod *de libertarum coniugio subsequente* antea constituerat, paulo plenius *in nou. 78. c. 3. & 4.* dilatauit, & vsum huiusmodi *legitimationis* adeo ampliauit, vt etiam liberi ex *ancilla* nati, postquam manumissa vxor ducta erat, sine vlla manumissione *legitimi* & *sui* effici deberent. Denique etiam *in nou. 89. c. 8.* iura priora repetit, & quantum in se fuit, plures vias monstrauit indulsitque concubinas alentibus, vt liberos ex hoc consortio natos facile ad statum legitimorum perducere potuerint, idque ex *imaginaria* quadam *æquitate*, qua legitimis fauendum esse duxit, nou cogitans, se ita concubinatum & consuetudinem parum honestam firmare, imo, quod magis est, pronouere. Conf. B. THOMAS. *cit. diss. p. 27. seqq.* vbi fusius hos legum næuos & obscuritates indicat, quarum sententiam tantum paucis delibare & angere volui.

non tamen satis prouide.

variis modis postea legem suam declarauit.

§. X. Inde vero liquet, eos hoc modo duntaxat ad statum *legitimorum* euectos fuisse, quorum parentes in *matrimonio legitimo* decere poterant, & illud ex post facto, abiecto contubernio, etiam elegerunt. Qui autem ex *prohibitis*, sed *de facto* contractis *nuptiis* procreati; qui *facinoroso concubitu* extra matrimonium prognati, vt nec postea inter parentes legitimum subesse matrimonium potuerit, illi legitimi effici non potuerunt, quod matrimonium tale, licet *de facto* contractum, esset nullum, & sic nullos producere potuerit effectus. Pone, ex *adulterio*

Sed ex damnato & prohibito coitu nati non ita legitimari possunt,

Digitized by Google

filium procreatum esse, vel ex coniunctione in gradu *prohibito*, & postea nihilominus adulteram vel consanguineam in vxorem de facto duci; nihil nuptiæ operari poterant, quæ, vtut non rescinderentur, ipso iure tamen nullæ erant. Tales coniunctiones primario videtur excluſisse IVSTINIANVS *in Nouell. 74. c. 6. & Nouell. 89. c. 15.* non illas, quæ non prohibitæ, licet a *iusto matrimonio* alienæ essent.

quod ex fictione iuris retrotractiua declarant,

Inde factum est, vt interpretes communiter ad *fictionem iuris* confugere atque docere soleant, subsequens matrimonium *retrotrahendum*, atque per *fictionem* supponendum, a tempore *concubitus* iam adfuisse inter eos, qui postea in legitimum matrimonium consentiunt, iustas nuptias. Praterea vero constituunt, effectum hunc legitimationis obtineri non posse, nisi inter eas personas, quibus tempore *concubitus* in matrimonio degere integrum concessumque erat; adeo vt si eo tempore impedimentum adfuerit; nec postea contractum connubium effectum legitimationis producere posset, licet eo tempore matrimonium *de iure* contrahi valuerit, quod, vt aiunt, in *fictionibus translatiuis requiratur habilitas extremorum*, & ideo si tempore *conceptionis* adfuit impedimentum, lex non potuerit fingere, eo tempore contractum fuisse matrimonium, quod ad inducendam *fictionem* desideretur *possibilitas* ex mente FRANC. de AMAYA *lib. I. obs. 4. n. 2. & 3.* ALTESERRAE *tr. de fict. iur. c. 9.* LAVTERBACH. *de legitim. per subseq. matrim. §. 32.* SARMIENTI *lib. 1. select. interpret. c. 5. n. 10.* PACHINAEI *lib. 3. controu. c. 3.* Parum ab hac sententia abeunt, qui habilitatem parentum desiderant tempore *natiuitatis* per *l. 11. in fin. C. de natural. liber.* vbi generaliter definit imperator, quod *semper in huiusmodi quæstionibus, in quibus de statu liberorum est dubitatio, non CONCEPTIONIS, sed PARTVS tempus inspiciatur*, quam doctrinam fusius explicat AMAYA *cit. l. n. 5.* Nam etiam qui ita rationes subducunt, in *fictione retrotractiua* acquiescunt, negantque, legitimationem obtineri posse per

fingendumque sit, parentes tempore conceptionis iam iustas contraxisse nuptias.

coniugium earum personarum, quæ tempore *partus* matrimonium inire vetabantur, licet postea ad id contrahendum habiles reditæ fuerint. Vnde infert AMAYA *cit. loc. n. 13. in fin.* *Si pontifex dispensasset, vt matrimonium inualide contractum propter impedimentum, id iterum ineatur, certum est, eam dispensationem non porrigi, vt proles antea nata aliquo modo legitimetur.*

§. XI.

Digitized by Google

§. XI. Vt hæc doctrina communis e tenebris eruatur, & quid ei veritatis insit, appareat, sciendum est, (l) iure veteri etiam potuisse contingere, vt matrimonium *ab initio* esset iniustum, sed *ex post facto* vires legitimas acciperet, quo casu tamen antea nati liberi non fiebant legitimi, sed tantum *ex postfacto* prognati. Ad iustas nuptias liberorum desiderabatur consensus patris, in cuius potestate erant, adeo vt *iussus patris* præcedere debuerit, *pr. l. de nupt.* & ad *renouatas* nuptias quoque desideratus fuerit. *l. 18. de R. nupt. l. 7. C. eod.* Ideo autem *præcedere* consensus debebat, quia, si contractis iam nuptiis is demum accesserit, ex eo tantum tempore *iustæ* nuptiæ intelligebantur, ex quo pater easdem ratihabitione sua approbauerat, *l. 16. §. 6. in fin. ad L. Iul. de adult. coerc.* & ita liberi antea nati *illegitimi* manebant. *L. 5. C. de nupt. l. 68. de iur. dot.* Similiter quam quis per plures annos *concubinam* habuerat, ex postfacto ducere vxorem poterat, quod liberis tamen iam progenitis olim non proderat. *l. 13. §. 6. ad L. Iul. de adult.* Patriter matrimonium a magistratu prouinciali in prouincia consentiente muliere contractum, erat illegitimum, *tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseuerauerit, iustæ nuptiæ efficiebantur, & ideo POSTEA LIBEROS SVSCEPTOS NATOSQVE ex iusto matrimonio legitimos esse* censebant, *l. 6. C. de nupt.* iuxta sententiam PAVLI *in l. 65. §. 1. de ritu nupt.*

Quæ filio examinatur, & ostenditur

1) iure veteri etiam ex postfacto potuisse matrimonium fieri iustum, vt tamen liberi antea nati non fierent legitimi,

sive l maxime concubinam vxorem duceret.

§. XII. Quia ergo (II) *ex postfacto* valere nuptiæ, & liberi postea nati iusti esse incipiebant, ICti de ipso *tempore* ancipites & dubii fuerunt, quibusdam *natiuitatis*, quibusdam *conceptionis* tempus inspiciendum esse tuerentibus. Posterius affirmabat PAVLVS *in l. 11. D. de stat. hom. Paulus respondit, eum, qui viuente patre & ignorante de coniunctione filiæ CONCEPTVS est, licet post aui mortem natus sit, iustum filium ei, ex quo CONCEPTVS est, esse non videri.* Alium suppeditat casum VLPIANVS *in l. 27. de rit. nupt.* in quo itidem dubium hoc moueri poterat: *si quis in senatorio ordine agens libertinam habuerit vxorem, quamuis interim VXOR IVSTA non sit, attamen in ea conditione est, vt si amiserit dignitatem, VXOR IVSTA esse incipiat.* Quid ergo si iam eo tempore vxor conceperat filium, amissa tamen patris dignitate demum natum, an iustus erat? Respondet IDEM *tit. 5. fragm. §. 10. In his, qui iusto contracto matrimonio nascuntur, CONCEPTIONIS tempus spectatur, ideus quoad statum libertatis, tempus editionis* esse respiciendum,

Inde de tempore liberorum natorum post iustum matrimonium anxii erant.

Plerique conceptionis tempus inspiciendum esse docebant.

Digitized by Google

quod tamen imperator correxit in *ſ. vn. I. de ingen.* Vnde de termino *certo* & *legali* admodum ſolliciti erant, vt cognoſcerent, vtrum iam *conceptus* fuerit eo tempore, quo coniunctio inter coniuges *iuſta* fieri incipiebat, nec ne? Atque in hac re ſequebantur auctoritatem HIPPOCRATIS doctiſſimi, aſſerentis, *ſeptimo menſe naſci perfectum partum. Et ideo*, ait PAVLVS *in l. 12. de ſtat. bon. credendum eſt, eum, qui ex iuſtis nuptiis ſeptimo menſe natus eſt, iuſtum filium eſſe.* Pone filium familias ſine conſenſu patris contraxiſſe nuptias, poſt aliquot annos demum patrem conſenſiſſe, & deinceps *ſeptimo menſe* ei naſci filium, quærebatur, an *iuſtus eſſet?* vtrum, poſtquam nuptiæ factæ ſunt *iuſtæ*, conceptus demum intelligi deberet? quod affirmabat PAVLVS, adeo vt ſi *centeſimo octogeſimo ſecundo* die natus eſſet, *iuſto tempore* natus, nec eo tempore *conceptus* videretur, quo mater eius nondum legitima vxor eſſe poterat. *l. 3. ſ. 12. de ſuis & legit. hered.* Vnde duo colligo: primum eſt, hunc terminum potiſſimum *in dubio* fuiſſe receptum & inprimis vſum habuiſſe, ſi dubitaretur, vtrum eo tempore, quo matrimonium *legitimum* eſſe incipiebat, iam conceptus fuerit infans nec ne? alterum eſt, hanc ſententiam, *conceptionis* tempus non *editionis* eſſe reſpiciendum, a plerisque fuiſſe approbatam, cum etiam D. PII reſcripto firmaretur. *l. cit. 3. ſ. 12.* ICtis enim, ex ſectarum diuerſarum ſtudio inter ſe altercantibus, per reſcripta principes *authentice* doctrinas iuris decidere ſolebant, qua de cauſa tam ſæpiſſime prouocarunt ad *reſcripta principum* ICti, vt ſententiæ ſuæ pondus adderent. Reuera enim illos in hac cauſſa in diuerſas abiiſſe partes & ſententias, docet IVSTINIANVS *in l. 11. in f. C. de natur. lib.* inſimulque ab horum, quos recenſui, doctrina receſſit, aiens: *& generaliter definimus, & quod ſemper huiusmodi caſibus VARIABATVR, definitione certa concludimus, vt ſemper in huiusmodi quæſtionibus, in quibus de ſtatu liberorum eſt dubitatio, non CONCEPTIONIS, ſed PARTVS tempus inſpiciatur: & hoc fauore facimus liberorum, vt EDITIONIS tempus ſtatuamus eſſe inſpiciendum, exceptis his tantummodo caſibus, in quibus CONCEPTIONEM magis approbari* (veluti quoad *ſtatum libertatis*) *infantium conditionis vtilitas poſtulat.* Idem poſtea quoque repetiit IVSTINIANVS *in nouell. 89. c. 8. in f.* vt eo magis *ius nouum* hoc corroboraret. Hac ergo noua deciſione leges antea relatæ correctæ, & *ius* prorſus *nouum* introductum, vt facile liqueat, eos magnopere errare, α) qui *codicem* pandectis non derogare ex hoc principio aſſerunt, quod

& quidem in dubio,

quæ ſententia a plerisque recepta.

licet alii tempus editionis prætulerint,

quod Iuſtinianus approbauit.

Digitized by Google

quod totius compilationis iuris noſtri *vna* debeat ſtatui *legislatio:* 6) qui ex *iure veteri correcto* adhuc argumenta trahunt ad doctrinam de *legitimatione*, vt paulo poſt indicabitur.

Vnde ex iure veteri argumenta trahi nequeunt.

§. XIII. Inde vero III) quoque colligo, IVSTINIANI intentionem haud fuiſſe, ſubſequenti matrimonio iuſto *in genere* attribuere virtutem, liberos antea natos legitimos efficiendi, ſed hanc tantummodo reſtringere voluiſſe ad eam conſuetudinem, quæ *permiſſa* & extra legis prohibitionem erat, qualis erat *conſuetudo concubinaria*, vel etiam ſi quis ex *ancilla* naturales liberos procreauerat, quod in eam *ſtuprum* ſeu *delictum publicum* non committeretur, ſed dominis hæc carnalis copula permiſſa eſſet iure *dominicæ poteſtatis*. His conditionibus demum IVSTINIANVS vim eam aſſignauit, vt ſi in legitimum verterentur matrimonium, liberi antea nati fierent legitimi, non item ex iis procreati, quæ legibus *improbatæ*, *annullatæ*, *prohibitæ*, & *vetitæ* erant, licet vbi *de facto* contractæ fuerint, non reſcinderentur. Ait PAVLVS *lib. II. ſentent. tit. 19. §. 2. Eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur; ſed contracta non ſoluntur: contemplatio enim publicæ vtilitatis priuatorum commodis præfertur.* Quod ſi ergo pater poſtea conſentiebat, matrimonium quidem efficiebatur *iuſtum*, ſed liberi antea nati, etiam æuo IVSTINIANI, inde non legitimabantur, quod etiam ad alias coniunctiones, quæ *contra leges* initæ erant, pertinebat in ſpeciebus antea relatis, licet poſtea in matrimonium *iuſtum* degenerarent. Id vnice duntaxat ex veteri rigore temperauit, vt liberorum conditio non amplius ex tempore *conceptionis* ſed *editionis* æſtimari deberet. Quocirca ſi quis a ſe ſtupratam, poſtquam ediderat partum, vxorem ducebat, infans antea natus non efficiebatur legitimus, ſed *ſpurius* manebat, quod ſtuprum in crimen *L. Iuliæ de adulteriis* incideret.

Iuſtinianus poſteriori matrimonio iuſto non in genere tribuit effectum legitimandi,

maxime ſi matrimonium antea contra leges initum,

§. XIV. Quæ cum ita ſint, IV) interpretes in doctrina de *legitimatione* minus recte conſtituerunt, *fictionem* quandam *retrotractiuam* ſupponendam, & matrimonium ſubſequens per *fictionem* retrotrahendum ad tempus vel *conceptionis* vel *editionis*, adeo, vt ſi eo tempore iuſtum potuerit eſſe matrimonium inter concumbentes, legitimatio plenum effectum habere debeat. Nihilominus tamen & SARMIENTO & AMAYA hanc inanem mouerunt litem, illo ad tempus *conceptionis*, hoc ad tempus *editionis* ſeu *nativitatis* reſpiciendum eſſe, conſtitu-

Hoc ipſo quoque corruit fictio retrotractiua;

& inanis lis eſt, ad quod tempus retrotrahi debeat matrimonium?

Digitized by Google

ſtituentibus. Enimuero hæc controuerſia meo iudicio prorſus inanis, imo ab hac doctrina aliena eſt. Nam (α) nullibi imperatores conſtituerunt, talem *fictionem retrotractiuam* hic fundamenti loco eſſe ſupponendam, cum tamen *legum* tantummodo ſit, fictiones, vbi neceſſitas id poſtulat, inducere, non *interpretum*, fingere *fictiones cerebrinas* & cum recta ratione parum cohærentes. (β) Hæc doctrina, vtrum retrotrahendum ſit matrimonium ad tempus *conceptionis* an vero ad tempus *natiuitatis?* a materia *legitimationis* plane aliena eſt. Neque enim *illius* temporis amplius haberi ratio poteſt, quod IVSTINIANVS per *l. 11. in f. C. de natural. liber.* immutauit; neque etiam huius h. e. *natiuitatis*, vtpote cuius duntaxat in eis caſibus ratio habenda, in quibus ſubſequens matrimonium liberos antea natos non facit legitimos; minime autem trahi poteſt ad *legitimationem naturalium*, qui per ſubſequens matrimonium iuſtum, in *parentum beneficium* atque *ſolatium*, legitimi efficiuntur, quod a *concubinatu* recedere, eumque in verum matrimonium transformare voluerint. (γ) Si *fictioni* huic *retrotractiuæ* locus eſſet relinquendus; ſequeretur, vt ex ſtupro h. e. ex ſoluto & ſoluta *honeſta* natus per matrimonium ſubſequens iure ciuili legitimari debuerit, quod vtroque tempore & *natiuitatis* & *conceptionis* inter eos potuerit eſſe verum connubium. E contrario contingere poterat, vt inter quos tempore *conceptionis* vel *editionis* non poterat eſſe iuſtum matrimonium, nihilominus legitimatio per ſubſequens matrimonium procederet, liberosque antea natos legitimos efficeret. Cape exemplum ex *Novell. 78. c. 4.* vbi imperator ita: *Et ita rebus & veritati toti efficimur, vt ſi cui etiam ex ſeruiente muliere procreentur filii, & voluerit ille poſtea mulierem manumittere & dotalia efficere documenta: mox cum ipſa dotis inſcriptione & filiis competet libertatis ſimul & ſuorum ius, non requirentibus nobis ſpecialem libertatem in filiis fieri, & ſimul manumitti cum matre, aut poſtea vel ante eam forte libertatem accipere: ſed conſcriptione ſola nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim maius vtique oſtenſurus eſt pater libertatis filiorum indicium, quam vxorem oſtendere, liberorumque ſimul & legitimam nuptialium documentorum conſcriptionem?* Palam eſt in exemplo adducto, matrem tempore *natiuitatis* liberorum fuiſſe ancillam: cum ea vero matrimonium eotempore non conſtare, adeoque, ſuppoſita hypotheſi communi, liberos ex ancilla natos, per matris *manumiſſionem* & legitimas cum ea contractas nuptias, legitimari non potuiſſe,

Digitized by Google

potuiſſe, cum tamen huic connubio ſubſequenti hunc effectum dederit imperator, vt liberis antea natis & *libertatis* & *ſuorum ius* competere debeat. (δ) Quæ a *præſumta voluntate* eorum, qui conſuetudinem concubinariam inter ſe elegerunt, deducit imperator in *l. 10. C. de nat. lib.* ad *fictionem iuris* trahi non poſſunt. Ait imperator: *Neque enim vero ſimile, eum, qui poſtea vel donationem vel dotem conſcripſerit, ab initio talem affectionem circa mulierem non habuiſſe, quam eam dignam eſſe vxoris nomine faciebat.* Nihil vero his verbis *fingendum* eſſe conſtituit imperator Ex *affectione* erga mulierem colligit imperator, probabile eſſe, maritum mox *ab initio* intentionem habuiſſe, eam ducendi *vxorem*, licet illam non ſtatim ediderit, ſed editis demum liberis perfecerit. (ε) Et quid *fictione* opus eſt, cum matrimonio ſubſequenti hic effectus tributus, vt etiam liberis antea natis prodeſſe queat? id quod ſufficit. Qua de cauſa (ζ) nec *intermedium matrimonium* nocuiſſe videtur. Ponamus, virum ex concubina ſuſcepiſſe prolem: ea abiecta, matrimonium *legitimum* cum alia iniiſſe, atque hac defuncta, demum *concubinam* vxorem duxiſſe: ſi *fictioni* inhæres, credendum foret, vno eodemque tempore maritum duas *legitimas vxores* habuiſſe, quæ concluſio iuri Romano repugnaſſet, vel ad minimum impediuiſſet prolis antea ſuſceptæ legitimationem.

fictio hæc cum præſumtione iuris confunditur.

Vnde nec intermedium matrimonium nocet legitimationi.

§. XV. Hæc vel ideo paulo diſtinctius proponi & præmitti debuerunt, vt conſtaret, an & quatenus iure hodierno *legitimatio* poſſit locum habere, & aliquid operari quoad liberos extra matrimonium natos, qualescunque fuerint. Id palam eſt, ſi principiis *iuris Romani* inſiſtendum eſſet, hanc legitimationis ſpeciem omni carituram applicatione. Modo demonſtratum eſt, *iure Romano* eam defeciſſe in ea coniunctionis ſpecie, quæ *delictum*, quæ *actum illicitum* ſapiebat. Atqui hodie non datur coniunctio extra matrimonium *permiſſa* & *licita*: omnis reprobata, damnata, prohibita. Ergo matrimonium ſubſequens liberos antea editos legitimos efficere non poſſet, ſi ex *iure ciuili* iudicium de *vſu hodierno* ferendum. Non tantum enim *iure canonico* reprobatus & damnatus eſt *concubinatus* & ſcortationi an numeratus, *vt tom. II. tit. de cohabit. clericor. & mulier.* demonſtraui, ſed etiam ipſis *receſſibus* interdictus, vid. *ord. polit. de anno 1577. tit. 26.* vt *meretrix* a *concubina* parum vel nihil diſtare eo iure videatur. Imo canoniſtæ *concubinatum* adeo atro corbone notare ſolent, vt deteſtabiliorem fornicatione eſſe aſſerant. Ita iudicat SARMIENTO *lib. I.*

His poſitis non videtur hodie legitimatio hæc locum habere,

quia concubinatus hodie damnatus eſt.

Digitized by Google

select. interpret. c. 7. n. 1. aiens: *magis detestabilis est concubinatus & continuata fornicatio, maxime muliere domi retenta, quam si non continuata sit consuetudo vel ad meretricem fiat accessus.* Inde fieri colligit, *vt hodie nullus possit dici filius naturalis, cum natus ex meretrice naturalis esse non possit, quia spurius est. Imo nec ex concubina naturales dici possunt, cum hodie iure canonico concubinatus sit prohibitus, & cum graviori peccato filii habeantur. Ridiculum enim est*, pergit, *melioris conditionis esse reum, qui diutius in peccato perseuerauerit, quam qui ad meretricem quandoque accedit*, adeo vt *congressus cum concubina damnabilior habeatur, quam cum meretrice.* Hæc principia, quibus hodie in imperio vtimur, omnem impedirent legitimationem, nisi *nouum* plane *ius* circa eam *ius canonicum* introduxisset, quo hodie vtimur.

sed ex iure canonico hodie legitimantur etiam ex damnato coitu nati.

§. XVI. Quæ cum ita sint, palam est, legitimationem hodie in alios cadere non posse, quam in eos, qui ex *damnato coitu* nati sunt, quam legitimationem *ius ciuile* ignorat, *ius canonicum* vero recepit, adeoque hoc ipsum non ex *iure ciuili*, sed ex aliis principiis, explicandum, vt non diffitetur LAVTERBACH. *diss. de legitim. per subseq. matrim. §. 30.*

Veluti 1) spurii,

Qua de causa (1) hodie hoc modo legitimantur *spurii* h. e. ex *stupro* nati, quod euidenter textus *iuris canonici* euincunt. Etenim *in c. 1. X. h. t.* traditur casus, vbi quis vxorem duxerat, ex qua ante *desponsationem* puellam susceperat, & sic *stuprum* in eam commiserat. De statu *puellæ* quærebatur, quem pontifex tuetur. *Mandamus*, ait, *quatenus, si est ita, eam legitimam iudicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri hac occasione super hereditate paterna molestiam inferat vel grauamen. Si autem contra hoc venire præsumserit, cum seueritate ecclesiastica procedatis.* Videlicet patre huius puellæ mortuo, patruus secundum principia *iuris ciuilis* ei quæstionem status faciebat, eamque ab hereditate paterna, eo quod *illegitima* esset, excludere nitebatur. Nec dubium, quin voti compos factus fuisset, nisi pontifex a *iure ciuili* recedendum, & ex *damnato coitu* natos quoque admittendos constituisset. Idem ALEXANDER III. *in c. 6. X. eod.* generaliter denuo edixit: *tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt geniti*, (ex damnato concubitu) *post contractum matrimonium legitimi habeantur.* Qui ante matrimonium hodie nascuntur, vel ex *stupro* vel *concubinatu damnato* vel ex alio *turpi coitu* eduntur, & tamen per matrimonium subsequens secundum hoc decretum papale legitimantur. Huic ALEXANDER III. vnice omnem *legitimandi* virtutem adscribit, non *fictioni* cuidam *retrotractiuæ*. Et quidem ideo

ma-

Digitized by Google

matrimonio illam assignat, quod sit *fauorabilis*, imo causa *spiritualis*, omnibus promouenda modis, vt vel textus originalis indicat, quo diserte dicitur: *tanta est vis SACRAMENTI &c.* vt infra ostendam. Equidem ex *soluto* & *soluta* extra matrimonium editos *naturales* appellat Pontifex *in c. 13. X. eod.* communi errore; tales tamen non sunt inspecto *iure ciuili*, quia *naturales* eo iure edebantur ex *cohabitatione permissa*, non item ex *stupro* similiue *coitu illicito*. Quocunque autem honestiori nomine dicantur nati ex *soluto* & *soluta*, certum est, iure canonico ex *coitu damnato* eos natos esse.

§. XVII. Cum ergo omnis vis legitimandi fauori matrimoniali, qui 2) illi, cum insignis hoc iure est per *c. 2. 6. X. de sent. & re iudic.* adscribendus sit, quibus tempore natiuitatis non potuit matrimonium esse. inde colligi potest, *subsequente matrimonio* etiam legitimari ex illis personis editos, qui tempore *concubitus* vel *natiuitatis* iustum matrimonium inire haud potuere, si modo *ex postfacto* causa in eum deducta sit datum, vt *iustas* inire *nuptias* potuerint. Enimuero de hac conclusione grauissimæ concertationes motæ sunt, vt, si ex opinionibus ICtorum iudicandum foret, nihil certi constituere integrum nobis esset. Etenim non tantum in principiis *iuris ciuilis*, vt vidimus, dissentiunt, sed etiam in interpretatione *iuris canonici*, quod quilibet ex præconceptis suis principiis in suas partes rapit. De *iure ciuili* certum est, nuptias has illegitimis liberis non profuisse, quo varii casus dari poterant, vt matrimonium *ex postfacto* inter eos subsisteret, inter quos ab initio erat *iniustum*, *prohibitum* & *illegitimum*, quod supra §. XII. ostensum est. Nec IVSTINIANVS beneficium legitimationis ad eos traxit, sed illud vnice *parentibus concubinariis* dedit, qui vel *ab initio* potuissent concubinam vxorem ducere, vel *ex post facto* cum ea nuptias contrahere, vt supra de liberis, ex ancilla procreatis, demonstratum est. Indigni enim hoc beneficio censebantur parentes, qui *illegitimis nuptiis* in leges deliquerant, præsertim cum hac legitimatione non tam beneficium *liberis naturalibus* sed *parentibus* daretur, quorum ex variis causis interetat, more Romano liberos in suam potestatem recipere.. Ast *ius canonicum*, *fauorem matrimonii* primario ex sua *spirituali qualitate* respiciens, magis beneficium dedit *liberis*, vtpote quibus inusit *maculam*, obstaculum in negotiis ciuilibus insigne adferentem, vt paulo post indicabitur. Ideoque admodum probabile est, illud hos, de quibus hic loquimur, excludere noluisse.

Huc referuntur 1) ex adulterio ſuſcepti

§ XVIII. Agite vero, videamus, quinam tales ſint, de quorum ſtatu hodie potiſſimum dubitari poſſet ideo, quod ab initio parentes eorum in iuſto matrimonio viuere haud valuerint. Videlicet huc referri debent (1) ex *adulterio* nati ſuſceptiue: *c. 4. X. h. t.* quamuis enim *ius ciuile* matrimonium cum *adultera* contractum illegitimum eſſe iudicet, *ius canonicum* tamen, exceptis duobus tantum caſibus, illud admiſit, legitimumque eſſe cenſuit. *c. 6. X. de eo qui dux. in matrim.* (2) In *gradu prohibito* editi, ſiue in eo *de facto* matrimonium ſit contractum, quod tamen *de iure canonico* dirimendum; *c. 10. X. h. t.* ſiue ſtuprum inceſtuoſum commiſſum fuerit; etenim ſi poſtea beneficio *diſpenſationis*, quatenus in *gradu prohibito* fieri poteſt, matrimonium permittitur, *legitimum* id eſſe, quis dubitauerit? licet ante *diſpenſationem* cohabitatio eſſet inceſtuoſa. (3) Ex *Iudaea* & *Chriſtiano* (inter quos matrimonium ſub pœna *adulterii* prohibitum eſt, *l. 6. C. de Iud.*) procreati; quod ſi tamen Iudæa ex poſtfacto ad *Chriſtianorum* ſacra per baptiſmum tranſeat, matrimonium cum ea legitime contrahitur, quod tempore concubitus haud permiſſum erat. (4) Si ſeruus vel *proprius homo* concumbat cum *ancilla*, & ex ea prolem illegitimam edat eo tempore, quo dominus in nuptias eorum conſentire non vult. Quid ergo ſi poſt aliquot annos conſentiat? ſine dubio matrimonium inter eos admittitur *ex poſtfacto*, inter quos ipſos concubitus termino impediebatur. (5) Ex *inæquali matrimonio* editi, ſecundum *ius Germanicum illegitimi*, & ſucceſſionis paternæ incapaces fuerunt, vt docet ADAMVS Bremenſis *lib. I. hiſt. eccleſ. c. 5.* quod prouidiſſimam Germani curam haberent, ne inferiorum connubiis iuficerentur familiæ illuſtres, qualia connubia dicta ſunt *diſparagia*, *meſalliances*, **Mißheurathen.** Aequalia cenſebantur coniugia inter duces, principes, comites atque dynaſtas, nec ignota ſunt exempla, ipſos imperatores ex *comitum* proſapia legitimas duxiſſe vxores. v. Dn. LVDOLFF *de iure femin. ill. ſect. 1. §. 8. & 12.* IO. ADAM KOPP. *de inſigni differentia inter comites & nobiles immediat. ſect. III. §. 5.* Qui vero ex hac *ſuperiore nobilitate* ducebat *miniſterialis filiam* vel ex *infima nobilitate* prognatam, *illegitimum matrimonium* contraxiſſe credebatur, vt ſupra *tit. IX. huius libri §. 19. ſeqq.* euictum eſt. Quid ergo ſi vxor *inæqualis* poſtea beneficio Cæſaris ad ſuperiorem *nobilitatis* gradum euehatur, an hoc prodeſt liberis antea iam natis, quod ſtatus matrimonii illegitimi iam confirmetur, viresque coniugii legitimi aſſumat?

2) in gradu prohibito editi

3) ex Iudæa & Chriſtiano nati,

4) ex coitu ſeruili diſſentiente domino nati,

5) ex inæquali matrimonio editi.

§. XIX.

§. XIX. Porro huc refero (6) natos ex concubitu cum *monacho* vel *moniali*, qui admodum *sacrilegus* cenſetur. Enimuero *legitimationis* caſum inter ita concumbentes plane defuturum, obiici poſſet, quod monachos *caſtitatis votum* ad *legem cœlibatus perpetui* adſtringat, vt nunquam ad matrimonium adſpirare queant. Enimuero caſum omnino dabilem eſſe, exempla nonnulla docent. Notum enim eſt, pontificem etiam votum *caſtitatis* ſoluere ac relaxare poſſe in *monachis* vel *virginibus ſacratis*, ad hunc effectum, vt matrimonium ineant, prolemque legitimam ſuſcipiant. Vnde ROSENTHAL. *de feud. c. 7. concl. 30. n. 3. 4.* ait: *ſi monachus etiam ex diſpenſatione pontificis eſt factus comes, is etiam in feudo ſuccedere poteſt, imo omnes, qui ex diſpenſatione religionem deſerunt, & , vt loquuntur, LAICANTVR, feudorum* (adde matrimonii) *poſtea capaces fiunt. Papa enim diſpenſare poteſt cum monacho, vt vxorem ducat & fiat laicus, ſi iuſta cauſa id ſuadeat*, vt idem *cit. l.* addit *in not. lit. e.* Sed lubet etiam exempla adiungere. ALPHONSO rege Arragoniæ a Mauris cæſo, anno 1160. frater eius REMELIVS e monaſterio euocatus, & diſpenſatione papali ſolio admotus eſt, cum poteſtate vxorem ducendi. ROB. de MONTE *in append. ad chron. Sigebert. ad cit. ann.* Pariter Poloni CASIMIRVM monachum Benedictinum ex monachali clauſtro tractum, papali *diſpenſatione* interueniente, ſolio impoſuerunt, quo facto matrimonium iniit, quod *laicatus* diceretur. Simili modo VLADISLAVS, non obſtante vinculo monachali, quod papa facile ſoluit, purpuram induit laicatus LIMNAEVS *ad A. B. c. 7. §. 1. obſ. 10.* CHOPPINVS *de ſacra polit. lib. 2. tit. 3. n. 22.* Quamuis enim iuxta *cap. 6. in f. de ſtat. monach. cuſtodia caſtitatis adeo annexa regulæ dicatur monachali, vt contra eam nec ſummus pontifex poſſit licentiam indulgere*, id tamen duntaxat eo pertinere aſſerunt, ne *ſaluo ſtatu monachali* votum hoc remitti queat. PONCE *de matrim. lib. 7. c. 10. §. 8.* Conf. de NICOLLIS *in praxi canon. tom. II. p. 27.*

6) nati ex coitu cum monachis vel monialibus.

§. XX. Vlterius (7) his addo natos ex concubitu cum *clericis*, quos in eccleſia Romana a legitimo coniugio arcent, vt liberi clericorum (ſi *minorum ordinum* ſodales excipias, qui vxores ducere poſſunt) pro *illegitimis* habendi ſint, vt ſupra iam monui. An vero etiam hi *laicari* poſſint ad hunc effectum, vt matrimonium inire queant ex poſtfacto? Id vero in dubium vocari non poteſt, ſi a) indulgentia papalis

7) nati ex coitu cum clericis.

Digitized by Google

hoc permittat : β) *charactere indelebili* nondum insigniti fuerint, & ita γ) *statui clericali* renuncient. Ita contingere posset, vt clericus postea ducat vxorem, quam antea sacrilego polluerat stupro, & ex qua filium iam susceperat. Notissima enim in imperio nostro eorum sunt exempla, qui nondum ad *ordinem presbyterialem* admoti, ex *licentia papali* resignarunt, atque vxores duxerunt, etiam purpura cardinalium iam condecorati. Anno 1314. ALBERTVS Austriacus iam obtinuerat episcopatum Patauiensem ex *Viennense parocho factus episcopus*, vt ait HVNDIVS *in metropol. Salisb. tom. I. p. 214. nouiss. edit. sed videns ille*, pergit HVNDIVS, *fratres suos sine prole rebus humanis exemtos, partim etiam sterilia coniugia consecutos esse, vxorem ducere decreuit. Ipse ex dispensatione summi pontificis Vlrici Pbirretarum vltimi comitis filiam Ioannam vltimam huius familiæ vxorem duxit, cum qua totius eius comitatus, qui Heluetiis vicinus est, factus est ex asse heres.* Anno 1364. pariter Colonienfis archiepiscopus ADOLPHVS, resignatione præuia, laicalem statum præposuit ecclesiastico, gratia papali adiutus. *Missis enim ad pontificem procuratoribus archiepiscopatum in manus pontificis deposuit, simul sollicitando, vt hunc in Engelbertum Leodiensem episcopum ac patruum suum transferre dignaretur. Quæ licet pontifex indignante animo acciperet, edito etiam decreto, ex Cardinalium consiliis, ne quisquam in posterum ad sacras infulas admitteretur, nisi qui sacerdotio initiatus esset* (quo facto omnis resignatio prorsus ademta est) *aut certa id fido præstaret, abdicationem tamen Adolpho permisit*; vt ait NICOLAVS SCHATENIVS *in Annal. Paderborn. ad ann. 1364. p. 364.* Similiter HENRICVS comes Holsatiæ anno 1404. episcopatum Osnabrugensem resignauit, & laicalem statum assumsit, teste MEIBOM. *tom. II. rerum Germ. p. 240.* Anno 1418. papa MARTINVS V. in Concilio Constantiensi IOANNI eqiscopo Leodiensi permisit indulsitque, vt deponeret prouinciam ecclesiasticam vxoremque duceret. Vid. FLEVRY *tom. XXI. hist. eccl. p. 511. seq.* HENRICVS regis Bohemiæ Alberti filius anno 1330. papa dispensante, resignavit, clericalem statum deposuit, duxitque vxorem ELISABETHAM comitis RVPERTI filiam. MVNSTER *Cosmograph. in geneal. Habsburg.* CHOPPINVS *cit. l. pag. 225.* Rex Angliæ ETELPHVS ad *subdiaconatum* iam promotus, papa dispensante, regium diadema assumsit, vxoremque duxit, teste ALFORDO *in Annal. Angl. ad ann. 837. num. 7.* Sed nec exempla *Cardinalium* desunt, qui, deposita purpura sacra,

Digitized by Google

cra, laicorum in ſtatum redacti ſunt. Nam VALENTINVS cardinalis CAESAR BORGIAS ALEXANDRI VI. indultu in ſolemni conſiſtorio reſignauit, & laicalem ſtatum in ſe reuocauit. VARILLAS *tom. I. hiſtor. Ludouici XII. p. 19.* RAYNALD. *ad. ann. 1498. n. 5.* Idem quoque anno 1587. fecit cardinalis FERDINANDVS de MEDICES, vt vxore ducta gentem ſuam ab interitu vindicaret. v. FLAMINIVS PARISIVS *de reſignat. benef. lib. 5. q. 2. in f.* Alii quoque epiſcopi Italiæ hunc morem paſſim ſecuti leguntur, ſi gentis ſuæ ratio id poſtularet, vt conſtat de BOBERTO Vrſino, qui ſub IVLIO II. anno 1512. archiepiſcopatum depoſuit & clericalem vitam cum vxorata commutauit, vt ait VGHELL. *in Ital. ſacra tom. IX. p. 353. nouiſſ. edit.* IDEM porro *tom. III. Ital. ſacr. p. 208. edit nouiſſ.* teſtis eſt, *Alexandrum vnicum germen Vſimbardicæ gentis in ſpem ſucceſſuræ prolis clericalem vitam liquiſſe, & Corſiniam nobilem feminam vxorem duxiſſe.* Equidem hæc exempla tantum docent, clericos quandoque ex rationibus genti illuſtri propriis laicatos nuptias iniiſſe, licet in *ſtatu clericali* ad hoc inhabiles fuerint; ſed nec deſunt exempla, clericum imprægnaſſe puellam, & poſtea a pontifice præuia diſpenſatione impetraſſe, vt depoſita qualitate clericali eam in matrimonium ducere potuerit, prout *tom. II. iur. eccl. p. 208.* notabili exemplo demonſtraui.

§. XX. In his ſimilibusque exemplis ſecundum principia *iuris canonici* quæſtio de *efficacia legitimationis* mouetur hodie, & magnis animorum contentionibus agitatur. Audiamus primo loco eos, qui legitimationem horum liberorum a limine *praxeos hodiernæ* repellendam cenſent. Aiunt: in dubio *ius canonicum* conſpirare cum *iure ciuili* credendum, nec differentiam imprimis tam inſignem ſtatuendam eſſe, quod canones legibus inſeruire non vereantur: locum tantum habere legitimationem in *naturalibus*, in quorum locum ius canonicum ſurrogauit ex *ſoluto* & *ſoluta* natos, inter quos tamen tempore *concubitus* connubium legitimum admitti potuit, vt clare *c. 13. X. h. t.* videtur euincere: ipſum pontificem in *materia legitimationis* paſſim prouocare *ad leges ciuiles*, eas ſequi, indeque ſuas deciſiones petere, INNOCENTIO III. *c. 13. citi in f.* teſte: procedere hanc *legitimationem* mediante *fictione*, qua *retrotrahi* dicitur ſubſequens connubium ad tempus *concubitus*, adeoque neceſſario *habilitatem* concumbentium dicto termino præſupponendam eſſe: interim *nouo iure* ſufficere habilitatem tempore *natiuitatis* vel *conceptionis*, prout filio magis prodeſſe queat,

Argumenta eorum, qui legitimationem his caſibus excludunt.

Digitized by Google

queat, vt GONZALEZ ad *c. 1. X. h. t. n. 12. in f.* docet: hac in sententia etiam ALEXANDRVM III. fuisse in *c. 6. X. h. t.* quo *legitimationis* vsum quidem permittit, sed adulterinos partus ab eo excludit his verbis: *si autem vir viuente vxore sua aliam cognouerit* (& sic eo tempore, quo cum ea nuptias inire non poterat) *& ex ea prolem susceperit, licet post mortem vxoris eandem* de facto *duxerit, nihilominus spurius erit filius, & ab hereditate repellendus:* addere quidem pontificem hanc declarationem, *praesertim si in mortem vxoris prioris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus;* sed arguere pontificem a *minori* ad *maius; nam si filii spurii*, aiunt, *non legitimantur per subsequens matrimonium, multo minus per matrimonium nullum, quale est, quod contrahitur, cum alter ex coniugibus in necem coniugis machinatus est*, vt GONZALEZ *ad cit. c.* rationes subducit: inde vero colligendum ex mente SARMIENTI *lib. 1. select. c. 5. n. 7.* si monachus nondum professus filium genuerit, etiamsi constituerit non profiteri, nondum tamen actionibus externis hoc declarauerit, nec vestem monachalem deposuerit, filium in tali statu natum non esse naturalem, & sic nec legitimationis capacem: idem quoque dicendum esse de beneficiato, qui constituerat, dimittere statum clericalem, sed nondum eo abiecto, filium procreauerat; quod subsistendo in *statu ecclesiastico* incapax matrimonii fuit; argumentum a contrario sensu ex *c. 6. cit.* deductum admodum stringere ex mente WIESTNERI *ad tit. qui filii sunt. legit. n. 43.* si enim illa demum proles illegitima & ad legitimationem inhabilis habetur ex mente ALEXANDRI III. quæ, viuente propria vxore, ex alia non solum concepta, sed etiam nata est, illa pro habili ad legitimationem duntaxat haberi debet, quæ vxore non amplius viuente & ita ex parentibus saltim natiuitatis tempore ad nuptias ineundas aptis, nata est. &c.

qui principia alienasequuntur.

§. XX. Ita vero planum expeditumque est, interpretes in discutienda hac lite sequi principia *aliena*, *vetera* iura iam *correcta* loco principiorum & rationum decidendi substituere, & fingere *fictionem*, quam ius vtrumque ignorat. Quia vero omne decisionis robur dependet ex vera interpretatione *c. tanta 6. X. h. t.* ad fontes recurrendum, &, quæ fuerit sententia ALEXANDRI III. inde æstimandum. Compilator enim decretalium admodum textum truncauit, mutilauit, & verum eius sensum ita obscurauit, vt sine recursu ad ipsum fontem haberi vix queat. Constitutio ALEXANDRI III. in sua integritate deprehenditur *in append. concilii Lateranensis III. part. 39.* de

Decisio vera fluit ex vero sensu c. 6. X. cit.

anno

Digitized by Google

anno 1179. apud. HARDVIN *tom IV, concil p. 2. 1819.* huius tenoris; *meminimus, nos fraternitati tuæ ſuper cauſa, quæ inter P. & R. de quadam hereditate vertitur, quam idem R. nomine Sibyllæ vxoris ſuæ petebat, tali modo ſcripſiſſe; vt ſi conſtaret, prout literæ tuæ continebant, inter dicti R. patrem & matrem poſt eius natiuitatem matrimonium fuiſſe contractum, eum, omni appellatione remota, legitimum eſſe denuncies, & ab hereditate paterna propter cauſam prædictam nullatenus debere repelli.* Hæc verba rurſus declarant, demonſtrantque, ex *ſtupro* procreatos, & ſic ex *coitu damnato*, per ſubſequens coniugium legitimos effici. Addit vero pontifex hanc rationem: *Tanta eſt enim vis SACRAMENTI, vt qui antea ſunt geniti, poſt contractum matrimonium habeantur legitimi.* Omnis vis legitimationis attribuitur SACRAMENTO, quod ſub *matrimonio* latitare creditur, cuius virtus tanta eſt, vt etiam ſeſe porrigat ad iam antea ex *delicto* natos eosque legitimos reddat: in hoc ſolo ſubſiſtit pontifex, nec ad *fictionem* quandam, in cerebro interpretum natam, recurrit, quod *ſacramenti* ſanctitas tanta ſit tamque efficax, vt omnem abſtergere poſſit maculam, ex illegitimis natalibus contractam, ſi modo poſtea inter concumbentes *verum, validumque matrimonium* conſiſtere queat. Sub hac enim limitatione hanc diſpoſitionem accipiendam eſſe, manifeſtant ſequentia, quæ adiungit pontifex: *Verum quoniam P. vltra quam in literis tuis continetur, nobis ſignificauit, quod pater ſuus, viuente vxore, matrem R. tenebat, & eum in adulterio procreaſſet, & quod in mortem ipſius vxoris mater ſuerit machinata: fraternitati tuæ &c. quatenus veritatem rei inquiras: & ſi Tibi conſtiterit, quod, viuente vxore, pater prædictus R. matre ipſius publice abuſus fuiſſet, eum ſpurium & ab hereditate repellendum, præſertim ſi mater ipſius in mortem prioris vxoris fuerit machinata, decernas, quoniam inter ſe legitimum matrimonium contrahere non potuerunt.* Hæc verba aperte indicant, 1) ALEXANDRVM III. de caſu, quo *matrimonium legitimum inſtumque* inter coniuges conſiſtere non poterat, interrogatum, & quia hæc quæſtio *facti* erat, eius cognitionem Exonienſi epiſcopo ante omnia demandatam fuiſſe: 2) Pontificem ALEXANDRVM III. in ea adhuc ſubſtitiſſe ſententia, quam canones antiqui fouerant, matrimonium cum adultera contractum *illegitimum*, nulliusque roboris eſſe. Id non obſcure IDEM in *c. 1. X. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.* indigitat his verbis: *propoſitum eſt nobis, quod vir*

textus integer refertur ex fonte.

vnde conſtat, pontificem locutum fuiſſe de matrimonio illegitime contracto, quia matrimonium cum adultera ſimpliciter reprobabat.

Digitized by Google

vir quidam vxorem habens, ſibi aliam huiusmodi rei inſciam copulauit: ſed prima mortua nititur ab ea diſcedere, aſſerens, quod, vxore ſua viuente, eam non licuerit copulare. Hanc rationem dubitandi deſumſerat maritus ex canonum veterum *generali diſpoſitione.* Nec eam *in theſi* pontifex deſerit aut immutat, ſed recipit aſſerendo: *Licet autem in canonibus habeatur, vt nullus copulet in matrimonio, quam prius polluerat adulterio, & illam MAXIME, cui fidem dederat vxore ſua viuente, vel quæ machinata eſt in mortem vxoris*, &c. Non *reſtrictiue* ALEXANDER III. hic loquitur, ſed magis *extenſiue*, vt oſtendat, tunc *multo magis* ex ſententia *canonum antiquorum* impediri matrimonium, ſi vel adulteræ fidem de futuro matrimonio dediſſet, vel ſpe futuri matrimonii cum mœcho ineundi, vitæ innocentis inſidias ſtruxiſſet. Particula enim, *maxime*, non *limitat*, non *reſtringit*, non format exceptionem, ſed omnium confeſſione *ampliat* diſpoſitionem atque *auget.* Præterea quoque pontifex *in hypotheſi* eam adſumit ſententiam, ſed vel ideo eius applicationi locum non eſſe relinquendum ait, quod mulier ignorauerit, maritum aliam eo tempore habuiſſe vxorem, & ſic in *bona fide* fuerit, maritus vero indignus iudicandus ſit, qui ex dolo ſuo lucrum reportet. Vnde colligi poteſt, matrimonium ex ſententia pontificis dirimi potuiſſe, ſi *ſcienter* cum adultero concubuiſſet mulier, licet neutra ex circumſtantiis adductis concurriſſet. Equidem eodem ſeculo GRATIANVS reſtrictionem adductam circa adulterorum connubium iam in ſua compilatione receperat, approbandamque eſſe crediderat, vt poſt *c. 3. C. 31. q. 1.* declarat; ſed tempore ALEXANDRI, eiusdem ſeculi pontificis, GRATIANI *priuatæ opiniones* nondum eam acceperant auctoritatem, vt ſecundum illas pontifices pronunciandum crederent; ad minimum liquet, ALEXANDRVM III. ea potius opinatione ductum fuiſſe, matrimonia *adulterinorum coniugum* illegitima cenſenda *in genere*, multo magis vero tunc, ſi circumſtantiæ adductæ *augerent* hoc facinus, ad quas prohibitiones canonem reſtringere voluit GRATIANVS. Pari ergo ratiocinatione vtitur ALEXANDER III. in verbis ex *append. concil. Lateran.* adductis, præſertim cum ei oblatus fuiſſet caſus, quod mœcha in mortem prioris vxoris fuerat machinata, hancque rationem addit: *Quoniam INTER SE LEGITIMVM MATRIMONIVM CONTRAHERE NON POTVERVNT*, quam rationem minus prouide omiſit compilator decretalium, vnde tamen omnis *ratio decidendi* petenda erat.

§. XXIII.

Digitized by Google

§. XXIII. Proinde 3) hæc deciſio applicari non poteſt ad eos caſus, & quidem ex mente ipſius pontificis ALEXANDRI III. quibus inter *adulteros* ex *poſtfacto* coniugium *iuſtum legitimumque* eſſe poteſt, quos ex poſtfacto ex GRATIANI doctrina approbauit recepitque INNOCENTIVS III. vtpote quem vtplurimum ſequi amauit. Diſertis verbis enim *in c. 6. X. de eo qui duxit in matrim. quam polluerat per adult.* edixit: *legitimum* contrahi *matrimonium* cum *adultero* vel *adultera*, exceptis illis duobus caſibus, quorum antea mentionem feci, prout optime obſeruarunt B. STRYKIVS *in Vſ. Mod. ad tit. de his qui ſui vel alieni iur. ſunt. §. 12.* & B. THOMASIVS *cit. diſſ. p. 53.* Quo caſu ergo ex poſtfacto matrimonium inter eos legitimum iniri poteſt, eo caſu legitimatio eius, qui ex *adulterio* conceptus erat, effectum habet, nec ad illud diſpoſitio *c. 6. X. eiusd. tit.* applicari poteſt, vtpote quæ ſupponit *caſum adulterii*, quod *legitimum* ex poſtfacto excludit *matrimonium*. Denique 4) ratio huius legitimationis *in cit. c. 6.* vnice quæritur in vi *ſacramenti*, quæ tam efficax eſt, vt liberis antea natis prodeſſe queat. Neque enim pontifex *iuris ciuilis* principia ſequenda eſſe cenſuit, quia alioquin legitimatio omnis ceſſare & exulare debuiſſet. Hoc enim ex *prohibito coitu* natos ab omni legitimatione excluſit arcuitque; non item *ius canonicum*, quo quotquot extra matrimonium naſcuntur, ex *coitu damnato* naſcuntur, prout ſupra dictum. Quæ cum ita ſint, euidens eſt, etiam in caſibus antea relatis, ſi ex *inceſtu* nati ſunt liberi, vel ex coitu cum monacho vel clerico, legitimari per matrimonium poſtea, interueniente *diſpenſatione*, contractum. Vtrum autem *diſpenſatio* in tali matrimonio plenum effectum habeat, an *minus plenum*, multum dependet ex *præiudiciali quæſtione:* quousque ſeſe extendat poteſtas eius, qui in tali matrimonio, legibus aduerſante, diſpenſauit, & vtrum impedimentum, connubio reſiſtens, *eccleſiaſticum* an vero *ciuile* ſit? quod diſtincte *in diſſert. prælim. §. 53 ſqq.* explicatum atque illuſtratum eſt.

Non ergo poteſt hic textus ad eum applicari caſum, ſi ex poſtfacto matrimonium ſubſiſtit,

quod vel ratio ſacramenti docet,

§. XXIV. Difficultates a diſſentientibus adferri ſolitæ, & §. XXI. relatæ, facili negotio ſuperari poſſunt. Fatemur, in *dubio* inter *ius canonicum* & *ciuile* ſtatuendam eſſe conſonantiam, vbi vtrumque ius ex *iisdem principiis* & *rationibus* diſponit, ſuaque formant ſcita. In hac doctrina vero prorſus diuerſa principia ius canonicum recepiſſe ex virtute *ſacramenti*, quis ſanus negauerit? quis vnquam dubitauerit, ex *ſtu-*

Reſpondetur ad rationes dubitandi,

pro h. e. ex *coitu legibus damnato* procreatos hoc iure legitimari posse? hos vero dici *iure canonico* naturales, non sufficit, cum a *dici* ad *esse* non recte concludatur; ad minimum *naturales* hi, quos ius canonicum agnoscit, non sunt *naturales* in sensu iuris ciuilis, sed potius improprie ita dicuntur. Quod ius canonicum *in c. 13. X. h. t.* leges seculares in subsidium vocet, id perpetuum huius iuris vsum in hac doctrina non euincit demonstratque, quin potius ipse pontifex in *eod. textu* euidenter docet, nequidem in legitimatione per *rescriptum* ius canonicum sequi *iuris ciuilis* dogmata. Hoc ab omni legitimatione arcet *adulterinos*; ius canonicum per rescriptum etiam *adulterinos* legitimari posse docet, quæ diuersitas sine dubio inde nata est, quod ex *adulterio* suscepti æque sint ex *damnato coitu* ac quidem ex *stupro* nati, adeoque sicuti hos ad legitimationem admisit *ius canonicum*, ita illos excludere non potuit. Ius ciuile vero omnes prorsus respuit, qui ex alterutro nati erant coitu. Porro qui ad *fictionem* quandam prouocant, & per eam legitimationem peragi constituunt, grauiter hallucinantur, & tale quid supponunt, quod vel ex *iure ciuili veteri* tractum est, quo *subsequenti matrimonio* talis virtus nondum data erat, vel nequidem in *iure codicis* fundatum, vt supra plenius recensui. Nec aliquod indicium apparet, pontifices in tali *cerebrina fictione* decisiones suas fundasse. Proinde frustraneæ & otiosæ sunt contentiones, vtrum tempus *conceptionis* an *editionis* intuendum? cum pontifex *matrimonio subsequenti* vnice omnem efficaciam tribuat, & ex sanctitate *sacramenti* hanc ipsam trahat. Noui quidem, compilatorem loco *sacramenti* collocasse, *matrimonii*; siue dubio tamen ex hac ratione, quod hæc vox in materia hac videatur esse clarior atque euidentior. Ad minimum *in appendice concilii Lateran. III.* appellatio *sacramenti* occurrit. Et quidem mirum, RAYMVNDVM hanc vocem immutasse, cum totum textum *in c. 6. cit.* ita truncauerit, vt verus eius sensus non aliunde, quam ex ipso *authentico loco*, haberi queat. Denique argumentum a contrario sensu, quod ex *cit. cap. 6.* deducit eique applaudit WIESTNERVS, partim non adeo stringit, quod, vt supra dictum, pontifex ALEXANDER III. cum adultera matrimonium simpliciter adhuc reprobauerit; partim etiam quod, si admitti debeat, duntaxat adulterinos, non alios parentes, qui extra matrimonium tempore concubitus vixerunt, tangat, quamuis de his æque dubium supersit, quo-

Digitized by Google

quales sunt nimio inter se propinquitatis gradu coniuncti, soluti tamen; item clerici & monachi cum soluta sese miscentes.

§. XXV. Sufficit ergo matrimonium ex postfacto *legitime contractum* esse, cuius testandi gratia non amplius desiderantur instrumenta *nuptialia* aut *dotalia*. His olim apud Romanos *coniugia legitima* declarabantur, adeo vt *dotatio* fere coniugem legitimam a *concubina* distingueret. Ius canonicum hæc non desiderat, nec desiderare potuit, quod illud ad coniugii legitimi declarationem *copulam sacerdotalem* requirat. In hac præcedentibus *tribus bannis* vnice acquiescit, & tale coniugium in *facie ecclesiæ* contractum esse asserit, quod sufficit. *c. 2. in f. X. de clandest. desponsi.* Talem solennitatem ius Romanum, nequidem æuo IVSTINIANI, in contrahendis nuptiis postulabat, adeoque alio medio, quo *affectio maritalis* euidenter ac concludenter ostendi posset, opus fuit. Sed audiamus LAVTERBACHIVM *cit. dissert.* §. *XXV.* prorsus in omnia alia euntem. Ait: *Iure canonico hanc instrumentorum necessitatem remissam esse, communis est Dd. sententia. Verum quo in loco? si itaque nullus textus, in quo hoc ipsum requisitum canonico iure est remissum, produci poterit; quid prohibet, quo minus idem de iure canonico statuamus, quod de iure ciuili expresse legitur sancitum? Nam in dubio non debet fieri differentia inter ius canonicum & ciuile.* Minus recte vero laudatus ICtus, quo in loco remissum sit hoc requisitum? quærit, cum de eo disquirere debuisset: *vtrum secundum iuris canonici principia necessitas adhibendorum dotalium instrumentorum recipi potuerit?* vtrum eadem ratio hoc iure sit contrahendorum connubiorum ac quidem de iure romano? Huius diuersitatem iam antea demonstraui. Minus recte prouocatur ad vtriusque iuris harmoniam, si vtrumque diuersa agnoscit principia, quæ inprimis in *matrimonialibus* occurrunt. Vnde statim addit: *moribus autem nostris matrimonium etiam omissis instrumentis recte & legitime contractum ad legitimationem sufficere passim docent*, cui traditioni ipsemet non contradicit, nec contradicere ob *notoriam praxin* potuit. Quando autem rursum quæritur, vnde mores hi originem trahant? quæ sit eorum ratio? quæ origo? recurrendum omnino erit ad fundamentum illud, quod *in iure canonico* latitat. Neque enim *mores vniuersales* Germaniæ citra rationem inualuerunt, sed certo quodam fundamento constant. Quis vero nescit, *ius canonicum* etiam plures Germanorum mores in causis matrimonialibus formasse, imo ipsam *legitima-*

Iure canonico non desiderantur dotalia instrumenta.

Atque praxis hodierna ex iure canonico nata.

tionem hanc, de qua ago, prorſus reformaſſe, quam Germani in ſuos vſus traxerunt, parum ſolliciti, quod ius Romanum ab his abludat moribus.

Ius Rom. conſenſum liberorum deſiderauit,

§. XXVI. Præterea quoque ad hanc legitimationis ſpeciem de iure Romano deſiderabatur *conſenſus naturalium* per *Nov. 89. c. 11.* adeo vt, pluribus naturalibus exiſtentibus, conſentientes duntaxat legitimi redderentur, reliquis in priori ſuo ſtatu remanentibus. *cit. nou. c. 11. §. 1.* Neque enim hoc beneficium tam *liberorum*, quam *parentum* eſſe videbatur, quorum intererat, liberos in ſua poteſtate habere; e contrario liberi legitimati *capite minuebantur*, quia hi, qui *ſui iuris* erant, *alieni iuris* fiebant, omnium rerum ſuarum ſubſtantia priuati, niſi quod IVSTINIANVS poſtea *vſumfructum* tantum patri aſſignaverit, proprietate liberis relicta. *§. 2. I. de acquiſ. per arrog.* Hoc etiam ex iis, quæ ſupra de conditione *naturalium* meliori, ſtatui legitimorum longe præferenda, dixi, admodum clarum atque perſpicuum eſt, docetque, liberorum ſæpe interfuiſſe, ne ſtatus eorum minueretur. Hodie huius requiſiti non adeo habetur ratio, nec animaduerti, *ius canonicum* conſenſum liberorum quoque deſideraſſe, ſed ſimpliciter matrimonio ſubſequenti hanc virtutem adſcripſiſſe. Etenim (1) hodie ſecundum huius iuris rationes non alii legitimantur, quam ex *probibito & damnato* concubitu nati, quorum ſtatus longe deterior eſt antiqua *naturalium* conditione. *Spurios hoſce extra matrimonium natos, partus *adulterinos*, *inceſtuoſosque*, *ſacrilegos*, *manſeres* (quorum pontifex meminit *in c. 10. verſ. perſonæ X. de renunc.*) ſimilesque huc pertinere, ſupra declaraui, de quibus diſtincte agit GABRIEL PALAEOTVS *de nothis ſpuriisque filiis c. 16. ſqq.* Hos omnes ius canonicum a *beneficiis eccleſiaſticis* excluſit, in cenſum clericorum referri noluit, & adeo pederentim *contemtibiles* reddidit, vt omnium

non vero hodiernum.

odio & contemtui publico expoſiti indignique iudicati fuerint, qui ad dignitates ciuiles, collegia opificum, & ius ciuitatis admitterentur. Quia enim ad *iudicium clericorum* antiquo ævo mundus ſeſe componebat, vtpote qui inter omnes inprimis præ *laicis*, vtpote imperitis, ſapere videbantur; aliter fieri non potuit, quin hi *contemtibiles* communi iudicio haberentur, quos contemnebat communis eccleſiaſticorum ordo, atque ab omni ſacro munere arcebat, vt non diſſitetur PALAEOTVS *cit. l. c. 27.* in præcedentibus autem docet, iure ciuili eosdem

Digitized by Google

dem ab honoribus remotos non fuiſſe. Quæ cum ita ſint, palam eſt, hodie maximo affici beneficio ſpurios per hanc *legitimationem*, ita vt hæc non tam *parentibus* primario, quam liberis proſit, & quidem ex *iuris canonici* rationibus, quibus adhuc hodie regimur. Auget ergo legitimatio hodie ſtatum legitimatorum, non minuit, non deteriorem reddit, vt ita ſemper conſentire præſumi debeant. (2) Quamuis per *legitimationem* in patriam poteſtatem redigantur, non tamen magnus hodie ſupereſt eius effectus, vt illegitimis in natalibus potius ſubſiſtere hodie, quam legitimari quis præoptauerit, vt nec LAVTERBACH *cit. l. §. 26.* diffitetur. Nullo graui incommodo inde adficiuntur liberi, quod fiant *legitimi*: magis id *honori* eorum, *vtilitati* atque *dignitati* conducit. (3) Equidem antiquo more receptum eſt, vt liberi in ipſis nuptiarum ſacris ſolennibus cum patre & matre *pallio* operiantur, vnde & vocantur die Mantel-Kinder; verum hoc non fieri cenſendum eſt, ad eorum *conſenſum* declarandum, ſed vt innuatur, eis hanc legitimam coniunctionem, copula ſecerdotali firmatam, & benedictionibus ſacratam, profuturam. Vide du FRESENE *in gloſſar. voc. pallium.*

cur vocentur die Mantels Kinder?

§. XXVII. Denique ſicuti ius *ciuile*, ita *canonicum* deſiderat *verum validumque* matrimonium ſubſequens, vtpote quod ad cauſam *legitimationis* deſiderat. De *momentaneo* ergo matrimonio, veluti in *articulo mortis* contracto, dubitarunt, vtrum effectum hunc habere poſſit, quod verum non poſſit dici matrimonium, cum omnis eius finis ceſſare videatur, & eo tempore initium demum capiat, quo ſimul finitur? Plura argumenta, quæ hisce nuptiis obiici ſolent, conglomerat atque reſoluit FRANCISCVS SARMIENTO *lib. I. ſelect. interpr. c. 6. n. 5. ſeqq.* quæ non reguſtabo. Plerique huic matrimonio in hac cauſa vel ideo vim tribuunt pleniſſimam, quod per *fictionem iuris* non in articulo mortis, ſed iam ante, quo natus eſt filius, initum haberi debeat; a quo argumento abſtineo, quod tali *fictione*, in iure haud agnita, non indigeamus. Tria vero omnino ſunt momenta, quæ huic *legitimationi* adſiſtunt. Primum inde deſumendum, quod non ita certus ſi mortis euentus, & ſpes omnis vitæ & ſanitatis abiecta dici qúeat, ob quam tale matrimonium non *ſimulatum* ſed *verum* dicendum. v. Dn. COCCEII. *de matrim. moment.* Alterum ex ſententia *iuris canonici* eiusque mente trahendum, quod matrimonio *vim ſacramenti* tribuit, & in tantum ei fauet, vt nec cum ſenibus illud reprobandum cenſeat, velitque ſemper *in dubio*, quod hic ſubeſſe poteſt,

Verum vtroque iure deſideratur coniugium, etiam in articulo mortis contractum.

pro

pro matrimonio esse pronunciandum. *c. f. X. de sentent & re iudic. c. 3. in f. X. qui matrim. accus. poss. c. 4. X. de rest. in integr.* Accedit, quod effectu omni non destituatur tale matrimonium, sed eum porrigat ad filium iam natum, vt ne quidem hoc momentaneum connubium *improle* dici queat. Et quid si quis hac sub conditione demum contrahat nuptias, vt filium iam natum illegitimum legitimet, cum matre autem consentiente, & conditionem hanc acceptante, in omnis vitæ consortio in posterum nolit degere? illi hunc effectum subtrahendum non esse crederem, cum coniuges sese mutuo pacto separare non prohibeantur, salvo matrimonii statu in reliquis iuribus. De effectibus *legitimationis* huius nihil attinet dicere, quod duntaxat ostendere voluerim, hodie ex principiis *iuris canonici* legitimationem quamcunque esse ex *damnato coitu natorum.*

De legitimatione per rescriptum.

De legitimatione per arrogationem ad effectus spirituales,

eiusque limitibus.

§. XXVIII. Qua de causa idem quoque paucis in altera *legitimationis* specie, scilicet per *rescriptum*, demonstrandum est. Hæc demum per IVSTINIANVM inuenta atque fabricata est. Antea obtinuerat legitimatio per *arrogationem* filiorum naturalium, *l. 6. in f. C. de natur. lib.* quam in posterum abolendam esse censuit IVSTINVS *in. l. 7. C. eod.* atque reprobauit IVSTINIANVS *in nouell. 89. c. 7.* Idem tamen. in *cit. nou. c. 9.* prioribus speciebus addit nouam, vt per *rescriptum* principis naturales possit facere *suos legitimosque* pater, quo ipso fere restituit legitimationem per *arrogationem*, itidem rescripto principis expediendam, quam tamen repudiauerat in *ead. Nou.* vt optime observat B. THOMAS. *cit. diss. p. 43.* Hæc tamen legitimatio α) erat *subsidiaria*. si concubina duci non poterat, vel quod iam defuncta, vel eius conditionis esset, vt sine dedecore duci non posset, vel vitam religiosam elegisset. Id enim ex antiquarum legum intentione retinendum esse censuit, vt, quoad fieri potuit, concubinatus in *verum* verteretur *matrimonium*, quamuis hanc ipsam fere aliis suis legibus euerterit. β) Solus pater hos legitimationis codicillos impetrabat, nunquam mater aut ipsi naturales, cum *patris beneficium* olim erat, non *liberorum* primario, hos esse legitimos, probe obseruante HERALDO *lib. I. quæst. iur. quotidian. lib. I. c. 5. §. 7.* γ) Tantum *naturales* liberi ita legitimabantur, non spurii, aut ex alio prohibito coitu procreati, & quidem δ) nullis aliis exstantibus liberis, vt indigitat IVSTINIANVS in *Nouell. 89. c. 9. ibi: si quis ergo filios legitimos habens &c. & in f. in his qui legitimos non habent filios &c.* Inde concludit HERALDVS *cit.*

Digitized by Google

cit. l. §. 8. eum, qui legitimam vxorem habet, petere non posse a principe, vt naturales ex concubina nati natalibus restituantur, quod impedimentum, quo minus concubina duci queat, ab ipso patre profectum fuerit; quod admitto, si concubina adhuc viuebat, eaque erat in causa, vt a patre duci non potuisset. Quid vero si defuncta? si religionem intrauerit? si absque dedecore duci non potuerit? His casibus *beneficium legitimationis* patri de *iure Romano* haud denegatum fuisse existimo.

§. XXIX. Sed hodie diuersissima ab his principia in vsu forensi obser[illegible]i docet, & eo nomine graues querelas mouet HERALDVS *cit. l. §. 4. seqq.* Ait, hodie passim talibus codicillis legitimari *spurios quoscunque*, etiam matre viuente; nec tantum a *patre* eandem peti & obtineri, sed etiam a *matre* & ab ipsis *spuriis*. Imo etiam hos principalibus codicillis legitimari, si vel maxime pater reclamet, vel legitimam vxorem habeat, quæ omnia *iuri Romano* aduersantur. Sed videamus an etiam *iuri canonico?* si cum hoc se conformat vsus forensis, *erroneus* dici nequit nec in *Germania* nec in *Gallia*, postquam non solo *iure Romano* viuimus, nec Galli in regno suo eo solo reguntur, quod merito obseruare debuisset HERALDVS. Si quis pro eo allegat, *ius canonum* non debuisse principia a iure Romano diuersa & aliena introducere, ac recipere; facile quidem patior, vt cum iure pontificio hæc digladiatio suscipiatur. Enimuero vtrumque ius est peregrinum, atque si *vsum forensem* considero, vtrumque ita considerandum & explicandum, prout vsu receptum. Quia vero ipsa experientia docet, principatum in hac doctrina sicut in aliis *ius canonicum* in praxi tenere, eam non amplius *erroneam* dicere possum, quod iam paucis ostendendum erit.

Hodie hos limites non habet.

§. XXX. INNOCENTIVS III. in *c. 13. X. h. t.* imploratus a comite Montis Pesulani, WILHELMO, vt per *rescriptum papale* legitimaret filium, quem ex pellice, viuente vxore legitima, procreauerat, varia pro desiderio suo promouendo momenta in curia Romana allegauerat, quæ loco *rationum dubitandi* adducit pontifex. Ait: *quod autem super hoc Apost. sedes PLENAM habeat POTESTATEM, ex illo videtur, quod cum diuersis causis inspectis, cum quibusdam minus legitime genitis non naturalibus tantum, sed adulterinis etiam dispensauit, sic ad actus spirituales legitimans, vt possint in episcopos promoueri; ex quo veri similius creditur & probabilius reputatur, vt eos ad actus legitimare*

ex principiis iuris canonici

Digitized by Google

valeat ſecularis. Non vocat in dubium hæc principia, nec negat pontifex, ſe *plenam* habere *poteſtatem*, legitimandi *adulterinos* ad ſpiritualia, imo etiam quoad *temporalia* in terris ſibi ſubiectis: id duntaxat vrget, huiusmodi præiudicia non poſſe porrigi & extendi ad *mediatos* ſuperioritati alienæ ſubiectos, in cuius iniuriam talis diſpentatio quoad *effectus ſeculares* ſine dubio vergeret, niſi ab hac *adſenſus* fuiſſet præſtitus. Inde vero colligo, (1) pontificem ſicuti in aliis cauſis, ita in materia *legitimationis*, quousque poteſtas eius ſeſe exſerit, ſibi *plenam* h. e. *illimitatam*, nullisque conſtrictam vinculis aut legibus, adſcripſiſſe *poteſtatem*, quam alioquin *plenitudinem poteſtatis* appellare ſolet curia Romana. Ait enim pontifex ipſemet *in c. 4. X. de conceſſ. præb. & eccleſ. non vac. ſecundum plenitudinem poteſtatis de iure poſſumus ſupra ius diſpenſare*, ita vt nulli legi, normæ, aut limitibus incluſus ſit. Huic opponunt poteſtatem *ordinariam*, quæ exercetur ex *legum præſcripto*, & ſecundum *antiquos canones*, quibus pontifices ſeſe olim per plura ſecula alligatos profitebantur, vti ex propriis eorum confeſſionibus probatum dedit IO. LAVNOIVS *P. III. epiſt. 3.* De hac poteſtate *ordinaria* vel potius *ordinata* & ad *regulas iuſti* compoſita, ſatis probe loquitur IOHANNES XXII. *in bulla de anno 1317.* apud RYMERVM *tom. III. act. publ. Anglic. p. 633.* &, *quanquam*, ait, *ſupra ius poſiti ſumus a iure ſoluti, non ignoramus tamen, eo magis nos obſeruationi iuſtitiæ apud dominum obligatos, quo de maiori poteſtate percepta rationem reddere tenemur eidem.* Verum rarius forſan tum ipſe tum eius ſucceſſores hac poteſtate vſi ſunt: veſtigia potius anteceſſorum his arriſerunt, qui nullis legum vinculis ſeſe conſtringi paſſi ſunt. Et quia antiqui interpretes, imprimis ad *l. 31. D. de legib.* hanc diſtinctionem inter *ordinatam poteſtatem & plenitudinem eiusdem* vbique in ore habuerunt, atque imperatoriæ poteſtati quoque applicuerunt, non adeo iniucundum fuit proceribus *aulæ pontificiæ* & *Cæſareæ*, in *communionem* huius dogmatis tranſire, vt pluribus tradit PETRVS ANTON. de PETRA *de iure quæſito non tollendo per princip. c. 1. n. 8. & c. ſeqq.* En commune dogma: *quando princeps aliquid facit de plenitudine poteſtatis, nemo poteſt ei dicere, cur ita facis? quia tunc eſt ſupra ius, contra ius, & omnia.* IDEM *cit. l. c. 3. qu. 1. n. 3.* De poteſtate papali *plena* idem paſſim ingeminant proceres aulæ Romanæ. Aiunt porro: *plenitudo poteſtatis nulli neceſſitati ſubiecta eſt nullisque regulis iuris publici limitatur.* IDEM *cit. l. n. 4.* Sed non neceſſe eſt omnes colligere floſculos, quos

(1) pontificem ſicuti in aliis cauſis, ita in materia *legitimationis*, quousque poteſtas eius ſeſe exſerit, ſibi *plenam* h. e. *illimitatam*, nullisque conſtrictam vinculis aut legibus, adſcripſiſſe *poteſtatem*, quam alioquin *plenitudinem poteſtatis* appellare ſolet curia Romana.

Digitized by Google

quos plena manu collegerunt de PETRA & iuris pontificii ſcriptores.

§. XXXI. Hac doctrina (II) ſemel poſita receptaque, inprimis liberrime in *diſpenſationibus* egerunt *imperatores* & *pontifices*, nullosque limites ſibi poni paſſi ſunt, quos olim tenaciſſime obſeruabant imperatores. Vidimus in §. 29. quam variis limitibus circumſcripſerit poteſtatem legitimandi per reſcriptum IVSTINIANVS, vltra quos non procedebant ſucceſſores, quamuis ab hoc tempore modus legitimandi *ordinarius* fuerit. Anteceſſores rariſſime & tantum *extra ordinem* ex graviſſimis cauſis veniam dabant, & *ſtatum illegitime natorum*, non directo *matrimonium*, quandoque confirmabant, maxime ſi de eo iuſta dubitatio emergere poterat, vt in caſu factum, quem ICtus *in l. 57. §. 1. de R. N.* adfert. Verba reſcripti ſunt hæc: *mouemur & temporis diutur-nitate, quo ignara iuris in matrimonio auunculi tui fuiſti, & quod ab auia tua collocata es, & numero liberorum veſtrorum; idcirco cum hæc omnia concurrunt, confirmamus* STATVM LIBERORVM *veſtrorum in eo matrimonio* (contra leges contracto) *quæſitorum, quod ante annos quadraginta contractum eſt, perinde ac ſi legitime concepti fuiſſent.* Notabile & plane ſingulare hoc exemplum eſt, quod docet, quandoque *extra ordinem* ex prægnantibus cauſis imperatores diſpenſaſſe circa *natales* legitimos liberorum, & legitimaſſe illegitimos ex interdicto matrimonio natos. Verum hic modus erat *extraordinarius*; quem vero IVSTINIANVS fabricauit, *ordinarius*, & cuicunque patri naturali propoſitus, adeoque ſine cauſæ cognitione conceſſus. Enimuero poſtquam ab initio ex *plenitudine poteſtatis* arrogata in huiusmodi cauſis agere cœperunt pontifices, tandem id, quod *extraordinarium* ab initio fuit, factum eſt *ordinarium*, atque limites *legitimationi* præſcripti ita neglecti atque inſuper habiti ſunt, vt qui hodie obtinet legitimandi modus, inde natus, atque etiam *comitibus palatinis* communicatus atque traditus fuerit.

Inde libera poteſtas diſpenſandi recepta,

contra morem imperatorum priſcum.

Inde quoque multa in legitimatione immutata.

§. XXXII. Videlicet inde effectum eſt, α) vt etiam *adulterini* & *inceſtuoſi* ita *legitimari* potuerint, quod præiudicio Dn. BERGER *in elect. iurispr. crim. p. 356. ſqq.* illuſtrat. Hanc facultatem quidam appellare amant *legitimationem per diſpenſationem*; ſine ſolida tamen ratione, cum pontifex prædicatum *diſpenſandi* tam *naturalibus* quam *adulterinis* applicet, & per illud *legitimationem* intelligat, quæ itidem Comitibus *Palatinis* communicari ſolet. β) Poſtquam papa illegitimos

quod ſpecialim oſtenditur.

Digitized by Google

legitimauit ad actus *ſpirituales*, vt loquitur INNOCENTIVS III. *in cit. c. 13.* non neceſſe amplius fuit, vt pater pro legitimatione filii ſupplicaret, ſed ipſe illegitimus ad has preces admiſſus eſt. PYRRHVS CORRADVS *in prax. diſpenſ. apoſt. lib. III. c. 1. n. 3. ſeqq.* Pariter ad *actus ſeculares*, vt loquuntur, a quibus ſcilicet illegitimi excludebantur, legitimatio a principe facta eſt, ad imitationem curiæ Romanæ, vt *macula* natiuitate contracta abſtergeretur, & idoneus fieret legitimatus ad honores, collegia opificum, & ius ciuitatis impetrandum. Talis legitimatio non deſiderauit *conſenſum patris* adhuc viuentis, vtpote cui non præiudicat, nec ſucceſſorem futurum obtrudit, quia ad hunc effectum facta non eſt. Qui de cauſa cum ante aliquot annos Comes Palatinus quidam ſpurium ad ipſius preces legitimauerat, deinceps vero pater grauiter contradixerat, atque tandem obtinuerat, vt a *Comite Palatino eodem* hæc legitimatio reuocata atque caſſata fuerit, facultas illuſtris iuridica de hoc caſu conſulta reſpondit, reuocationem hanc minus legitime & absque cauſa factam, nec patri vllum ius contradicendi fuiſſe, poſtquam hodie ex principiis adductis, non vero amplius ex iuris IVSTINIANEI dogmatibus legitimatio æſtimanda fuit. γ) Hoc interim conclamatum eſt, ad effectum ſuccedendi legitimationem a patre impetrandam & quærendam eſſe, quæ tunc *plena* dici poteſt, cum omnes *legitimationis antiquæ* effectus nanciſcatur; e contrario quæ a matre vel ab ipſo filio illegitimo quæritur, *minus plena* dicenda, cum tantum ad actus quosdam fiat.

Alter effectus concernit editos ex matrimonio legitimo, vbi matrimonii varia conditio intuenda.

§. XXXIII. Hactenus *de legitimatione* ex mente *iuris canonici*, quam praxis recepit. Progredior (II) ad eos, qui ex *legitimo matrimonio* eduntur, & ita *legitimi* ſunt a primo natiuitatis ſuæ exordio, non demum tales *ex poſtfacto* fiunt. Matrimonii *legitimi* varia eſt ratio, & ita ad ductum iuris canonici de ſingulis agendum. Aliud eſt *putatiuum*, quod *bona fide*, nulliter tamen contractum, de quo in *c. 2. ii. & 14. h. t.* agitur, quorſum etiam *ſuo* modo pertinet, quod per *errorem* diremtum eſt, ſtante priori vero matrimonio: *c. 2. & 8. h. t.* aliud *verum*, ſolenni ritu publice contractum, quo probato liberi ſunt legitimi: *c. 3. 5. 9. 12. X. h. t.* aliud *clandeſtinum*: *c. 9. X. h. t.* aliud denique inter *infideles* contractum. *c. f. X. h. t.* Status liberorum ex his matrimoniis natorum ſigillatim examinandus atque ponderandus eſt. De *illegitimis* coniugiis nihil addo, poſtquam de his ſupra *tit. IX.* huius libri actum.

§. XXXIV.

Digitized by Google

§. XXXIV. *Putatiuum* matrimonium, de quo *speciali dissertatione* egit HERTIVS, stricte vocatur, quod inter coniuges, qui coniungi non possunt, *bona fide* & *solenniter* contractum est, licet ex postfacto, comperto errore, *nullum* declaretur atque dirimatur, vel etiam parentes mortui fuerint, vt dirimi haud potuerit. Desiderantur (I) personæ, *quæ coniungi non possunt*: si licite coniunctæ sunt, *verum* contrahitur matrimonium. Ad illos refero, si in *gradu prohibito* ignorantes publice matrimonium inierunt, *c. 11. X. h. t.* vel maritus, viuente vxore sua, aliam, eius rei ignaram, in vxorem duxit. *c. 14. X. h. t.* (II) *Bona fides*, seu ignorantia impedimenti, quod in matrimonio latitat. Quiuis error excusare haud videtur, ad minimum ex sententia imperatorum *in l. 4. C. de incest. vel inutil. nupt.* qui *errorem acerrimum*, non *affectatum*, *insimulatumque*, nec *ex vili causa* ortum postulant; vno verbo: *errorem facti*. Error *iuris* sicuti alias non excusat, quia *culposus* & *affectatus* censetur, ita ad matrimonium *putatiuum*, eiusque effectus non sufficit, nisi plures notabiles aliæ concurrant circumstantiæ, quæ principem ad gratiam faciendam inducere possunt. MARCIANVS auctor est in *l. 57. §. 1. de R. N.* oblatum fuisse casum D. MARCO & LVCIO imperatoribus: quo mulier *ignara iuris* in *matrimonio auunculi sui* fuerat. Matrimonium hoc erat contra leges contractum, nullum, liberorumque status illegitimus. Concurrebant vero hæ circumstantiæ admodum singulares: α) quod *ab auia collocata*, & magis eius facto matrimonium initum esset, cui morem gerere debebat, cuiusque fide se tueri poterat neptis: β) matrimonium *ante annos XL.* contractum: γ) ex eo *numerus liberorum* insignis editus, qui fauorem apud Romanos habebat singularem. Cum hæc omnia concurrebant, confirmabant imperatores *statum liberorum*, *perinde ac si legitime concepti essent*, sed magis ex *capite gratiæ*, quam *iustitiæ*, quod principibus concessum erat, non item magistratibus, qui non sunt arbitri legum, sed custodes nudi.

(1) Matrimonium occurrit putatiuum,

cuius requisita traduntur,

non sufficit iuris error,

§. XXXV. Errorem *iniustum* etiam sufficere, docet GONZALEZ *ad c. 2. n. 4. h. t.* quod ille *bonam fidem* non excludat, id quod tamen ad *exceptionem* magis quam *regulam* spectat, illosque tangit casus, quando ius est *dubium*, diuersisque interpretum sententiis subiectum, in quo facilius errari potuit, vt non inepte iudicat SANCHEZ *de matrim. lib. V. disp. 3. n. 19. in f.* & exemplo *c. f. X. de condit. appos.* illustrat, cuius textus sententia infinitis obnoxia est scopulis. Conf. HER-

nisi quando-que

facto iudicis concurrente,

TIVS *de matrim. putat.* §. *17.* Multo magis ergo *error iuris* excusat bonamque fidem operatur, si *factum iudicis*, licet nulliter procedentis, accesserit, quod iustam credendi causam habuerit, se iustum iniisse connubium, quod *auctore iudice ecclesiastico* initum est. Huc refero speciem, quæ *in c. 8. X. h. t.* traditur. Aberat maritus per diuturnum tempus: *de malitiosa desertione* non constabat; mulier tamen ad diuortium agebat, & cum maritus non compareret, tandem episcopus *in conspectu ecclesiæ, auditis rationibus mulieris*, sententiam diuortii promulgauit, viuente adhuc marito. De *statu liberorum* ex secundo matrimonio natorum dubitabatur. Ratio dubitandi prægnans erat, quod peregrinationis causa absentes mariti exspectandi sint, adeoque, vt ait CLEMENS III. *in c. 19. X. de sponsal. quantocunque numero annorum ita remaneant, viuentibus viris suis, non possint* vxores *ad aliorum consortium canonice conuolare, nec auctoritate ecclesiæ contrahere, donec certum nuncium receperint de morte virorum.* Quocirca conclamatum erat, per *errorem iuris* in specie adducta latam fuisse diuortii sententiam. Nihilominus tamen pontifex liberos ex secundo matrimonio, *nulliter* contracto, natos *legitimos* pronunciat *in cit. c. 8.* quod *ad eius copulam auctoritate episcopi migrauerit.* Aliud exemplum traditur *in c. 13. X. h. t.* de PHILIPPO rege Francorum, qui dimissa vxore legitima Ingeberga, regis Daniæ sorore, in vxorem duxerat filiam ducis Bohemiæ Mariam, & ex ea Mariam Philippumque liberos suscepera t, quo non obstante, rex coactus fuit, dimissa Maria, Ingebergam anno 1213. recipere. De statu horum liberorum dubitabatur. Pontifex eos *legitimos* pronunciauit, magis ex regulis *iustitiæ*, quam *gratiæ*, vtut viam posteriorem prætulisse videtur. Id indigitant rationes: 1) quod rex per Rhemensem archiepiscopum curiæ R. legatum lata sententia separatus fuerit: 2) quod Mariam, antequam prohibitio de non contrahendo cum altera accessisset, superinduxerit: 3) quod rex impedimentum adfinitatis contra matrimonium cum Ingeberga obiecerit: 4) quod sententia archiepiscopi tantum cassata fuerit propter *iudiciarium ordinem* non seruatum. Denique hoc etiam addo, non præcise vtriusque *bonam fidem* desiderari, sed vel alterutrius, veluti vxoris, sufficere, ad hunc effectum, vt proles sit legitima, quod fauor pro ea produxit. *c. 14. X. h. t.*

vt illustrat exemplum in c. 8. h. t.

& in c. 13. X h.

vel vnius bona fides sufficit.

§. XXXVI.

Digitized by Google

§. XXXVI. Denique ad *matrimonium publicum* (III) requiritur, *vt in facie eccleſiæ contractum fuerit, ſolenni eccleſiæ ritu. c. 2. X. h. t.* ibi: *cum parentes eorum publice ſine contradictione eccleſiæ inter ſe contraxiſſe noſcantur.* Tale enim matrimonium præſumtionem *bonæ fidei* pro ſe habet, cum nemo ad *tria banna eccleſiaſtica* comparuerit, qui coniunctioni huic contradiceret. Adque hæc ſolennitas id præterea operatur, vt non facile matrimoninm tale, in *facie eccleſiæ* publice contractum, poſt deceſſum coniugum, vt illegitimum accuſari, & quæſtio ſtatus liberis inde natis moueri queat, niſi euidenter contrarium doceatur. *c. 5. 7. c. 11. X. h. t.* E contrario, matrimonio *clandeſtine*, ſine bannis, & teſtibus contracto, præſumtio *bonæ fidei* ceſſat, nec matrimonium tale, in gradu prohibito contractum, pro *putatiuo* habendum. Optime pontifex in *c. 3. verſ. ſi quis. X. de clandeſt. deſponſat.* hoc obtinuit, aiens: *Si quis vero huiusmodi clandeſtina vel interdicta inire præſumſerit in gradu prohibito etiam ignoranter, ſoboles, de tali coniunctione ſuſcepta, prorſus illegitima cenſeatur, de parentum ignorantia nullum habitura ſubſidium, cum taliter contrahentes non expertes ſcientiæ vel ſaltim affectatores ignorantiæ habeantur.* E contrario nec hoc requiſitum ſufficit, ſi *bona fides* deſit. Pergit enim pontifex: *Parī modo proles illegitima cenſeatur, ſi ambo parentes impedimentum ſcientes legitimum præter omne interdictum etiam in conſpectu eccleſiæ contrahere præſumſerunt.* Textus hic depromtus eſt ex *concil. Lateran. IV. ſub.* INNOCENTIO III. anno 1215. habito, & quidem ex *c. 51.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p. 58.*

Publice & ſolenniter tamen initum eſſe debet.

clandeſtinum non eſt putatiuum.

§. XXXVIII. Denique ex his tribus principiis, quæ coniunctim adeſſe debent, etiam illud colligo, in *bona fide* æſtimanda tempus *conceptionis* eſſe attendendum, ſi hæc, poſtquam ſolenniter contractum coniugium, demum facta. Quamuis enim IVSTINIANVS in *l. 11. in f. C. de natural. lib.* tempus *editionis* ſeu *natiuitatis* in quæſtionibus, in quibus de *ſtatu liberorum* agitur, ſpectandum eſſe aſſerat, contra doctrinam veteris iurisprudentiæ, vt ſupra §. *XII.* obſeruaui; addit tamen limitationem: *exceptis his tantummodo caſibus, in quibus CONCEPTIONEM magis approbari, infantum conditionis vtilitas expoſtulat.* Id vero hoc caſu fieri plusquam manifeſtum eſt. Finge enim, *bona fide* contractum eſſe connubium, atque vxorem concepiſſe: paulo poſt impedimentum innotuiſſe, vt tempore partus ſcientiam impedimenti habuerint coniuges. Partus foret illegitimus, ſi *editionis* tem-

Bona fides tempore conceptionis deſideratur.

tempus ſpectandum eret, & ita hoc ipſum in liberorum detrimentum vergeret, quod *vtilitati* eorum vnice datum eſt. Pariter, lite *ſuper impedimento dubio pendente*, concepti, *bona fide* concepti cenſentur, licet vel maxime matrimonium poſtea diſſoluatur iudicio eccleſiæ, *c. 2. X. b. t.* quod *lite pendente* ante *probatam accuſationem*, de impedimento inſtitutam, iure ſuo non ſint priuandi coniuges, *c. 2. X. vt lit. pend.* HERTIVS *cit. l. §. 17. in f.*

Liberi inde nati ſunt legitimi,

§. XXXVIII. Liberi ex huiusmodi matrimonio nati ſunt legitimi, & ad paternam ſucceſſionem admittendi, *c. 2. §. 11. 14. X. h. t.* ob *fidem bonam*, quæ præſtat liberis legitimos natales, & connubio tali omnes effectus tribuit, quamdiu *bona fides* durat. Errore comperto vel *impedimento* probato, ex ſententia iudicis, *bona fides* ceſſat, adeoque, ni diceſſerint, coniuges, ab hoc tempore *matrimonii putatiui* effectus quieſcunt, & ob vlteriorem cohabitationem parentes plectendi ſunt. *l. 4. C. de inceſt. & inutil. nupt.* Reguſtauit hoc ius compilator Saxo *in iure Sax. prou. lib. III. art. 27.* Wer ein Weib nimmt, unwiſſend zur Ehe, der er zu Recht nicht haben mag, und Kinder mit ihr gewinnet, werden ſie darnach wieder geſchieden mit Recht, es ſchadet den Kindern zu ihrem Recht nicht, die vor der Scheidung gebohren ſind, noch auch dem Kinde, das die Mutter in Zeit der Scheidung in dem Leibe träget, quia tempus *conceptionis*, quæ adhuc lite pendente facta, intuendum eſt. Neque vero exiſtimandum eſt, COELESTINVM III. *in. c. 10. X. b. t.* ab hac doctrina receſſiſſe, iusque inſolitum conſtituiſſe. Si integra eius decretalis, qua deſtituimur, exſtaret, rationes decidendi, ex facti circumſtantiis tractæ, ſine dubio oſtenderent, *ignorantia iuris* parentum contractum fuiſſe matrimonium, quæ non excuſat, iuxta ea, quæ §. *antec.* tradita ſunt. Forſan etiam defuerunt *ſolennia eccleſiaſtica*, & quamuis *eccleſiæ permiſſio* adfuiſſe legatur; hæc tamen ex poſtfacto *clandeſtino matrimonio* accedere potuit iuxta *c. 9. X. b. t.* adeoque non idem præſtare poteſt, ac quidem *decretum iudicis eccleſiaſtici* ante contractum connubium interpoſitum *c. 8. X. t.* Conf. HERTIVS *cit. l. §. 23.* vbi id egregio exemplo BORCHARDI AVENIONIS, abiecto de facto ſubdiaconatu & habitu eccleſiaſtico, & in *habitu laicali* ducentis Margaritam declarat, docetque, liberos ex hoc matrimonio ſolenniter contracto, natos, anno 1249. ſaltim *ob bonam fidem matris* legitimos fuiſſe declaratos.

non poſt errorem compertum concepti.

§. XXXIX.

Digitized by Google

§. XXXIX. *Putatiuo* opponitur *matrimonium verum*, quod nullo defectu laborat, & debito modo contractum eſt. Hoc duplici modo contingit, vt vel *ab initio vere* contractum ſit, vel *ex poſtfacto* in *verum* degeneret. Prius quod attinet, certum eſt, probato *matrimonio legitimo*, probatam eſſe *filiationem*, vtpote cuius effectus præcipuus eſt, vt *h. t.* docet ex principiis iuris ciuilis. Quoad *matrem*, probatio regulariter *vera* haberi poteſt per teſtes, qui viderunt, partum ex matre natum eſſe, aſt quoad *patrem* probatio *coniecturata*, ſola *præſumtione iuris* conſtans, ſufficit, vtpote quem demonſtrant *iuſtæ nuptiæ. l. 5. de in ius voc.* Inde ICtus in *l. 6. de his qui ſui vel. al. iur. ſunt* concludit: *filium eum definimus, qui ex viro & vxore eius naſcitur*, adeo vt *adulterium matris* non præiudicet filio, cum illa & *adultera*, & hic *legitimus* eſſe poſſit, quod in dubio præſumendum *l. 11. §. 9. ad L. Iul. de adult.* Illuſtrat hoc ipſum eleganti exemplo VALERIVS MAXIMVS *lib. VII. c. 7. C. Tettium a patre exheredatum Patronia matre, quam Tettius, quoad vixit, in matrimonio habuerat, natum, D. Auguſtus in bona paterna ire decreto ſuo iuſſit, patris patriæ vſus animo: quoniam Tettius in proprio iure procreato filio ſumma cum iniquitate paternum nomen abrogauerat.* Proprium ius filii eſt, quod *conſtante coniugio* natus ſit, vt *is non ferendus dicatur, qui cum vxore aſſidue moratus nolit filium agnoſcere quaſi non ſuum l. 6. D. de his qui ſui vel. alien. iur. ſunt.*

(II) Verum matrimonium ab initio, vnde probatur filiatio, ſi vel maxime mater ſit adultera.

§. XL. In probatione *filiationis* ergo omne fert pondus *probatio matrimonii*, quæ itidem *coniecturis* perfici poteſt, vtpote *ſi vicinis & aliis ſcientibus vxorem liberorum procreandorum cauſa quis domi habuerit;* quamuis nuptiales deficiant tabulæ, *l. 9. C. de nupt.* quod ex tali commoratione potius *iuſtum coniugium* quam *concubinatus* præſumendum ſit. Duo vero concurrere debent, tum vt conſtet de *legitimo matrimonio*, tum vt *natiuitas* ex matre explorata ſit. Quod ſi ergo parentes conſtanter aſſerunt, illum, qui ſe filium gerit, talem non eſſe, ſed alienum & *pietatis* intuitu tantum nutritum, *ſtandum eſt verbo viri & mulieris*, vt ait pontifex in *c. 3. X. h. t.* quia quamuis ſtante matrimonio in domo nutritus fuerit, non tamen conſtat, eum ex vxore natum ſuſceptumque fuiſſe; qua in re profeſſio parentum magnam vim probandi habet, niſi contrarium probari queat, quam probationem haud excludit pontifex. Ceterum ſi parentes cohabitarunt vt *coniuges*, partumque ſemel agnouerunt, atque tanquam filium tra-

Sufficit probatio coniecturata connubii.

Quid ſi parentes ambo negent, filium ſuum eſſe?

Soli matri non creditur contrarium afferenti.

Digitized by Google

ſtarunt, ita vt *communiter* ab omnibus pro filio habitus fuerit, matri poſtea non creditur, aſſerenti, eum ex alio natum fuiſſe, *c. 10. X. de probat.* quod filius in *quaſi poſſeſſione* conſtitutus præſumtionem pro ſe habeat, quam mater ſua aſſertione contraria infringere nequit. Pariter nec ſola *nominatio* vel *appellatio* patris, aliquem *filium ſuum* appellantis, filiationem probat, ſi deficiunt alia adminicula, ex quibus ad minimum *quaſi poſſeſſio filiationis* doceri poteſt, per *cit. c. 10. Nou. 117. c. 2. §. 12. J. in f. de adopt.* Fortiſſima autem tunc eſt probatio, ſi præter *nominationem* probatum fuerit *matrimonium*, licet *ſecundum opinionem maioris partis vicinæ* vxor credita fuerit concubina, quod communi opinioni præferri debeat rei veritas. *c. 12. X. h. t.* Conf. PALAEOTVS *de nothis & ſpur. c. 21. ſeqq.* PACIANVS *de probat. lib II. c. 6.*

Multum operatur poſſeſſio quaſi filiationis.

Verum matrimonium ex poſtfacto variis modis fieri poteſt.

§. XLI. Ex poſt facto *verum* naſcitur matrimonium, ſi in gradu prohibito, & ſic *nulliter* quidem contractum, ei tamen poſtea acceſſit *diſpenſatio ſuperioris*, quia ab eo tempore in *verum* degenerat *matrimonium*, & liberi poſtea nati *legitimi* ſunt. Pariter ſi quis vxorem habens, ea relicta, alibi aliam, huius rei inſciam, duxit vxorem, exploratum eſt, matrimonium poſterius *putatiuum* eſſe, vtut ob *bonam fidem* vxoris ſecundæ ſuis effectibus non deſtituatur. Enimuero, vxore prima mortua, matrimonium cum ſecunda initum fit *legitimum* & *verum*, cum iam a vinculo, quo priori ligatus erat, ſolutus eſt, *c. 7. de eo qui duxit in matrim.* vt ne quidem noua *copula ſacerdotalis* deſideretur, ſed prior, ſtatu ita mutato, conualeſcat, licet eam poſtulet GVTIEREZ *de matrim. c. 47. n. 5. ſqq.* Quamuis vero in *c. 7. cit.* pontifex disponat, *licentiam* marito concedendam, ſi poſteriori coniugali affectu adhærere velit, indeque neceſſario concludendum ſit, de *iure canonico* maritum inuitum, vxore legitima mortua, non *teneri putatiuæ* adhærere, cum qua nulliter contraxit nuptias, ſed ab ea diſcedere poſſe; id tamen ſine dubio ex hac cauſa factum fuiſſe reor, quod, dimiſſa altera, quam *nulliter* duxerat, *perpetuæ pœnitentiæ* ſubiaceat, & ita poteſtatem habeat, monaſterium intrandi, quod *vita monaſtica* ſit *perpetuæ pœnitentiæ* ſtatus. Enimuero inter proteſtantes, ſi gratia *pœnæ capitalis* marito facta eſt, non tantum *licentia* ei conceditur, adhærendi ſecundæ maritali adfectu, ſed, vt prorſus exiſtimo, etiam ad hoc *cogi* poteſt, tum ne *innocens* & in *bona fide* exiſtens vxor decipiatur: tum quod maritus diſcedens allegaret propriam turpitudinem,

Digitized by Google

dinem, indeque *exceptionem* quærere intenderet, quod iura non permittunt.

§. XLII. Ad *clandeſtinum* progredior matrimonium, de quo fuſius iam egi ad tit. *de clandeſt. deſponſ.* imprimis vero §. LIV. vbi dedi mentem *c. 2. X. cit. tit.* cum quo intime cohæret, quod *in c. 9. h. t.* traditur. Vtut vero *clandeſtinis copulationibus* nimium indulgeant proteſtantes, iuris canonici principiis (ab ipſis pontificiis per *concilium Tridentinum* derelictis) ſeducti; ei tamen minime fauendum eſſe arbitror, ſi ipſa *copula ſacerdotalis* in controuerſiam vocatur. Dantur plures inter catholicos *presbyteri*, ſine *titulo vero* ordinati: dantur *depoſiti* vel *remoti*: dantur etiam, qui ordinem clericalem mentiuntur, quo deſtituuntur, (v. *tit. de clerico non ordin. miniſtr.*) & ſub larua ſimulati presbyterii lucri gratia actus paſtorales peragunt. Quid vero, ſi, prout ſæpe contingit, *clandeſtina* proteſtantes horum *copula* vſi ſunt, & ab eiusmodi *clerico vago*, de cuius ſtatu non conſtat, teſtimonium *copulæ* acceperint, an huic in caſu *contradictionis*, & ſi alter matrimonium neget, fides habenda? quod negandum eſſe exiſtimauit facultas iuridica huius loci in caſu quodam notabili, etiam anno 1727. ad *comitia imperii* deducto, in quo grauiſſima dubia *copulæ ſacerdotali*, & teſtimonio deſuper confecto, obſtabant. Merito enim α) vt copulæ huic *certitudo* adſit, fieri debet a *parocho*, certæ eccleſiæ præpoſito, & actuale munus paſtorale exercente: β) atteſtatum deſumendum ex *libris eccleſiaſticis*, vim probandi vnice in his habentibus, quæ *munus publicum paſtoris* concernunt. Teſtimonia eorum, qui nulli eccleſiæ præſunt, nec de quorum *ſtatu* conſtat, nullam fidem merentur, prout ex ſequentibus Facultatis noſtræ rationibus, in caſu prædicto *M. Apr. 1727.* datis, & prelo poſtea a reo ſubiectis comitiisque exhibitis, liquet:

(III) Clandeſtini matrimonii effectus.

quid ſi a falſo presbytero clam copulati ſint coniuges?

Obwol in dem Heydelbergiſchen Gutachten viele Argumenta angeführet worden, woraus erhellen möchte, daß der Herr Obriſte von B. und der Berg. würcklich und auch valide nach denen principiis Proteſtantium copuliret ſey; wohin gehöret: 1) Daß der Copulations-Schein vom 4. Jan. 1703, ſo von einem Cathol. Geiſtlichen, Namens Johannes Jacob Meuller, ausgeſtellet, von ihr produciret, und dadurch die Trauung erwieſen worden: 2) Der Herr Obriſt in einem Schreiben an ſie vom 18. Martii 1704. ſich votre fidele mary unterſchrieben: 3) In einem andern Briefe vom 14. Aprilis eiusdem anni ſie ſeiner Mutter belle fille genannt: 4) In einem

nem teſtamento militari ſine die & conſule er ſie ſeine eheliche getraute Frau genannt: 5) einige Zeugen, ſo ad perpetuam rei memoriam, wiewol ohne Eyd, in Cölln ausgeſaget, daß er ſie beſtändig ſeine Gemahlin genannt: 6) Er ſich, als die Berg. in anno 1706. in das Guth L. ſich immittiren laſſen, bis 1711. nicht gemeldet, noch contradiciret: 7) Er abermal in anno 1707. mit eigener Hand und Petſchaft ein teſtamentum militare gemachet, und ſie darin ma chere petite femme genannt: 8) Den 14 Sept. 1708. in einem Paſſeport ihr den Namen mon epouſe beygeleget: 9) Die Ehe auch von denen Staaten von Holland per rem iudicatam als gültig agnoſciret: 10) Ueberdem der geſchworne Hof- und Ehe-Gerichts-Bote zu Heydelberg ausgeſaget, daß bey geſchehener inſinuation eines decreti der Herr von B. gegen Ihn erwehnet, daß er durch keinen rechtlichen Geiſtlichen, ſondern durch einen Kerl vom Regiment, der in einem geiſtlichen Habit geſteckt geweſen, mit Ihr getrauet worden, wodurch er per indirectum die Trauung zugeſtanden, welcher Auſſage billig Glauben beyzumeſſen: Ueberdem auch 11) bey denen Proteſtanten dergleichen heimliche Winckel-Trauung vor gültig zu achten, und iederzeit in fauorem matrimonii zu ſprechen, mithin alſo daraus erhellen möchte, daß die Berg. in ihrem Anſpruch wohl fundiret ſey.

Dieweil aber dennoch 1) der producirte Copulations-Schein von einem ſolchen dato geſtellet iſt, da die Berg. noch in Huy geweſen, und die Stadt an die Teutſchen noch nicht übergangen, zumalen der Trau-Schein auf den 3 Jan. 1703. geſtellet, die Stadt aber erſt den 15. Aug. 1703. von denen Frantzoſen an die alliirte Teutſche übergeben worden, und dieſe zur Zeit des ausgeſtelleten Trau-Scheins ſo wenig als der Herr Obriſte dieſe Perſon gekannt, alſo ſofort daraus erhellet, daß dieſes teſtimonium ſuſpicione falſi laboriret; welche ſuſpicio 2) dadurch noch mehr vermehret wird, weil durch die ad acta gegebene atteſtata ſowol des Vicarii zu Lyck, als anderer erhellet, daß weder ein Pfarrer noch Privat-Prieſter daſelbſt zu finden, der Johann Jacob Meuller heiſſet, und dahero eine res peſſimi exempli ſeyn würde, wenn man ſolchen von unbekannten Perſonen fabricirten Trau-Scheinen Glauben beylegen wolte, da 3) leicht ein verloffener Prieſter, oder wohl gar Schulmeiſter, der nicht mehr im Amte ſtehet, auch wohl niemahls ordiniret worden, ſich mit Gelde erkaufen laſſen, und einen ſolchen Schein ausſtellen kön-

könte, welcher doch keinen Glauben haben kan, indem die Kirchen-Atteſtata dahero ihre völlige vim probandi haben, daß alle actus vi officii in die Kirchen-Bücher eingetragen, und daraus die Atteſtata genommen ſind;

CARPZ. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 315. num. 2. 3.*

welches aber auf eines Verloffenen und Unbekanten ausgeſtelltes Atteſtatum nicht zu ziehen, auch mehr als bekannt iſt, daß viele falſche Briefe von dergleichen Leuten geſchmiedet, und ums Geld verkauffet werden, mithin, wenn man de fide atteſtantis keine Gewißheit hat, das Atteſtatum ſelbſt keinen Beweis machen, vielweniger 4) operiren kan, daß man daraus ein legitime contractum matrimonium erweiſen möge, auch keinesweges zu billigen, oder als eine allgemeine ſententia proteſtantium auszugeben iſt, daß eine ſolche clandeſtina, inordinata & ſuſpecta copulatio (wenn ſie gleich geſchehen ſeyn ſolte) bey denen Proteſtanten eine rechtmäßige Ehe ſchlechterdinges machen ſolte, da in allen proteſtirenden Kirchen-Ordnungen dieſe Forma denen Ehen vorgeſchrieben iſt, daß ſolche nicht heimlich und in Winckeln geſchehen, ſondern vorhero öffentlich per conſueta proclamata kund gethan, und darauf die Perſonen zum wenigſten von einem ordentlichen Pfarrer, der im ordentlichen Predigt-Amt ſtehet, zuſammen gegeben werden ſollen, welches auch die gantze Hiſtorie der prieſterlichen Copulation mit mehrern beſtärcket, deren Endzweck blos dahin abzielet, damit an der rechtmäßigen Ehe kein Zweifel übrig bleibe, nullus itaque fidelis, cuiuscunque conditionis ſit, occulte nuptias faciat, ſed benedictione accepta a ſacerdote publice nubat in Domino;

C. 2. C. 30. qu. 5.

Welches nachgehends in allen Kirchen-Satzungen verordnet und fortgepflantzet iſt, und es hier auch billig heiſſen muß: Forma præſcripta non ſeruata, actus eſt nullus;

Tom. III. iur. eccleſ. tit. de cland. deſponſ. §. 41.

allermaſſen auch 5) bey denen Catholiſchen dieſes um deſto weniger Zweifel findet, als ſolches in concilio Tridentino klar verſehen, und dahero der vicarius zu Lyk atteſtiret, daß der Trau-Schein zu Beweiſung einer rechtmäßigen copulation nicht hinlänglich ſey, und obwol in iure canonico antiquo denen heimlichen copulationibus nicht alle Kraft benommen iſt, dennoch ſolches nicht anderſt verſtanden wer-

den mag, quam si postea matrimonium ab ecclesia h. e. iudicio ecclesiastico comprobatum & ratihabitum fuerit,

C. 2. X. de clandest. desponſ.

welche Kirchen-Gerichtliche comprobatio 6) hier weder geschehen ist, noch geschehen kan, da die copulatio von einem solchen unbekannten Menschen geschehen seyn soll, den die Catholischen selbsten unter sich vor keinen Geistlichen uud ordinirten Presbyterum agnosciren, quorum sacris tamen addictus fuit, diesemnach denen Protestanten es eine Schande seyn würde, wenn man die von einem solchen Vaganten und untüchtigen Menschen vermeyntlich geschehene Copulation, welche die Catholische selbst verwerfen, wie auch das darüber ausgestellete Attestatum passiren lassen wolte, als welches gegen alle gute und in unsern Kirchen so hoch geschätzte und vorgeschriebene Verordnung lauffet, und alle Kirchen-Zucht über einen Haufen wirft, und obwol 7) unterschiedliche Briefe von der Berg. produciret seyn sollen, worin der Herr Obrister von B. dieselbe seine Frau genannt und agnosciret, auch in Cölln zwey Zeugen ausgesaget, daß er sie seine Gemahlin genannt; dennoch eines Theils dabey zu erwegen, daß die Zeugen mit keinem Eyde bleget worden, und dahero nichts erwiesen, andern Theils die Briefe und Schreiben niemalen ad recognoscendum dem Herrn Obristen vorgeleget, ohne welche sie doch keine vim probandi haben, quamuis etiam sola nominatio nihil operetur, sicuti nominatio sola filii filium non facit,

ſ. vlt. in f. I. de adopt.

überdem 8) der Herr Obrister dabey bleibet, daß er von dem, was in seiner Abwesenheit in Italien vorgegangen, nichts gewust, und ihm also dasjenige, was von Seiten Chur-Pfaltz geschehen, nicht präjudiciren könne, wiewol auch solches alles a iudice incompetente, inaudito reo, vorgenommen ist, und dahero keine Kraft hat,

l. 1. ſeqq. C. ſi a non compet. iudic.

zumahl die Berg. 9) durch ihre intriguen dergestalt die Gerichten, auch so gar die Schwäger des Herrn Obristen eingenommen, daß sie dieselbe vor dessen Gemahlin gehalten, und, ob solches würcklich wahr sey, nicht einsten untersuchet, nachdem sie mit ihren höchst-verdächtigen testimoniis dieselbe hintergangen, und dadurch 10) effectuiret, daß man nicht so wohl de iure matrimonii contracti weiter cognosciret, sondern solches als richtig angenommen, und deswegen ein pro-

Digitized by Google

prouiſionale decretum de alimentis ergehen laſſen, welches aber der Wahrheit ſelbſten kein præiudicium machet;

l. 1. §. 12. 13. 14. de agnoſ. vel. al. lib.

dahero denn dieſes auch 11) von dem decreto deren Herren Staaten von Holland zu ſagen, als welche gleichfals über die Ehe nicht erkannt, ſondern die atteſtata, und was in der Chur-Pfaltz geſchehen, vor wahr angenommen, und in dem regard ihr die alimenta von des Herrn Obriſten Sold aſſigniret, im Gegentheil 12) ſie die ordentliche Ehe-Klage erſt bey der Ober-Rheiniſchen Reichs-Ritterſchaft vorgenommen und angeſtellet, woſelbſten der Herr Obriſter ſich vltrò eingelaſſen, und dadurch die litis pendentia daſelbſt dergeſtalt beſtätiget iſt, daß ihr nicht erlaubet geweſen, nachgehends davon wieder einen Abſprung zu nehmen, und da ſie ſolches nichts deſto weniger gethan, der Herr Obriſte aber auf die litis pendenz ſich veſt gegründet, dieſelbe allerdings befugt geweſen, den Proceſs zu proſequiren, und zu vrgiren, daß in contumaciam erkannt werden möge, ſo auch nachdem ſie zuvor ad audiendam ſententiam gebührender maſſen citiret geweſen, erfolget, und der Herr Obriſter würcklich und Rechtskräftig abſoluiret iſt, welches Urthel 13) um deſto mehr in rem iudicatam ergehen muß, als bey dieſem Gerichte bloß die Frage an matrimonium contractum fuerit, ventiliret worden, quando autem non conſtat de matrimonio, ſed de eius exiſtentia diſputatur, etiam tranſactio & iuramenti delatio locum habet,

HEIG. *P. 2. q. 16.*

mithin auch die Kraft Rechtens, quæ vim tranſactionis habet, bey dergleichen Urthel-n Statt finden muß, dergeſtalt, daß nunmehro der Berg. die exceptio rei iudicatæ beſtändig im Wege ſtehet, wodurch denn die rationes dubitandi völlig entkräftet ſind, und nur bey der 10ten noch anzumercken iſt, daß des Gerichts-Botten Auſſage keine vim probandi habe in denen Dingen, welche zu ſeinem Amt nicht gehören, cum tantum ei credatur quoad actum inſinuationis,

GAIL. *1. obſerv. 54. n. 5.*

bevorab, da deſſen unbeeydete relation de re ad officium ſuum non pertinente abgeleget, und er als ein unbeeydigter Zeuge darin anzuſehen.

So

So erhellet hieraus allenhalben ſo viel, daß die Berg. in meritis cauſæ nicht gegründet, und keine prætention wegen der Ehe an den Herrn Obriſten, nach denen proteſtantiſchen principiis machen könne. Von rechts wegen

(IV) Infidelium coniugia

§. XLIII. Denique *matrimonia infidelium legibus eccleſiaſticis* non ligantur ex ſententia ipſius iuris canonici, quia ſunt extra *eccleſiam*, & ſic inſtar *peregrinorum*. Enimuero *prouincialibus legibus* eos ligari, nemo dubitabit; qua de cauſa ſi his etiam *gradus* determinati ſunt, in illis matrimonium inire non poſſunt impune. Quid ergo, ſi in gradu, *iure eccleſiaſtico* duntaxat prohibito, ſed illis (iudæis forſan) conceſſo, vxores duxerint, & poſt ea *fidem chriſtianam* receperint? Nihilominus tamen *legitimum* reputandum, liberique legitimi cenſendi ſunt, *c. f. X. h. t.* quod *tom. III. ad tit. de conuerſ. infidel. §. 69.* iam declaratum ac traditum eſt. Quia itaque quæſtio *legitimorum natalium* ex *validitate matrimonii legitimi* magnopere dependet, huius, vt *præiudicialis* quæſtionis, deciſio ad iudicem *eccleſiaſticum* inter chriſtianos deferenda, ſi vel maxime in *iudicium mere ciuile* incidat, quatenus de ipſo *vinculo* quæritur, *c. 5. & 7. X. h. t.* prout *tom. I. tit. de ordin cognit. §. 4.* iam diſtincte tradidi; quamuis ſi *de facto matrimonii* agatur *incidenter*, iudex ſecularis hanc *quæſtionem facti* etiam decidere poſſit, veluti an vxor ſit in *poſſeſſione vel quaſi coniugii*, vt iudex ſecularis *prouiſionaliter* ei alimenta decernere queat? Conf. Dn. de LVDOLFF *de iure cameral. p. 224.*

an iure eccleſiaſtico cenſeantur?

TIT. XVIII.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE POSSVNT VEL IN EO TESTIFICARI.

§. I.

Matrimonium impugnatur per accuſationem,

DE *variis* matrimoniorum *impedimentis* in præcedentibus titulis actum eſt, & quidem in *theſi*; modo videamus, quomodo hæc do-

Digitized by Google

doctrina in *applicationem* deduci queat? id quod fit per *impugnationem matrimonii* in iudicio factam, *accusatione* eo nomine instituta. Equidem *accusationis* proprie dictæ vsus duntaxat in *criminalibus* adest, quibus causis accenseri nequit *allegatio* & *deductio* horum *impedimentorum*; palam tamen est, causas matrimoniales, & inprimis quando de earum *vinculo* agitur, *arduis* & *publicis* suo modo accenseri, & *criminalibus* in plurimis æquiparari. *c. pen. in f. X. de restit. in integr. c. 1. X. de consangu. & affin. c. f. de procurat. in 6.* Qua de causa etiam *ex officio* de iis agi posse censent, quod etiam ad *sponsalia* citra sufficientem causam extendunt, si exceperis ea, quæ *de præsenti* in *sensu iuris canonici* dicuntur. Quandoquidem vero *tom. III. tit. de sponsal.* iam obseruaui, sponsalia eiusmodi protestantibus inusitata, nec *pura* illis accensenda esse; merito in applicatione huius doctrinæ magna opus est circumspectione, ne illi locum concedamus, vbi de *priuati præiudicii* articulo duntaxat agitur. Si inter desponsatos nascitur animorum abalienatio, is tamen, cuius interest, agere nolit, sed potius abstinendum censet, consistorii partes haud esse crederem, vt inuitos in iudicium traheret, eosque ad iudicium inter se suscipiendum cogeret, id quod tamen ex communi hypothesi, quod sponsalia *pura* sint *de præsenti*, & *vinculum matrimoniale* iam habeant, communiter, sed per *manifestum errorem*, fieri solet, si forsan per confessionarium status causæ inter desponsatos consistorio fuerit denunciatus. Vnde etiam de *renunciatione litis* sponte motæ cespitant, de qua actum *tom. III. tit. de sponsal. §. 72.*

imo etiam sine accusatore ex officio.

non idem dicendum de sponsalibus.

§. II. Propius iam accedo ad impugnationem matrimonii ex capite *impedimenti*, quod *nullitatem* matrimonio inducit. Hæc duplex est, vel *absoluta*, quæ operatur, vt ob legis *prohibitionem* concurrentem nequidem inter volentes & consentientes nuptiæ subsistere possint: vel *secundum quid*, quæ ob *priuatum* alterutrius *interesse* quidem dirimentionem matrimonii indulget, inter *volentes* autem non dirimit aut annullat, vtpote si ex capite *doli*, *metus*, *erroris* aut *impotentiæ* matrimonium impugnatur. Pari ratione impedimentum, quod nullitatem connubii operatur, duplex est, vel *priuati iuris*, quod ad læsi arbitrium merum pertinet, vt ei renunciare possit, tam *expresse* quam *tacite*: *c. 4. X. h. t.* vel *publici iuris*, quod delictum alit, ob quod etiam *absolutam* operatur *nullitatem*.

Impugnatur matrimonium ob impedimentum, vel absolute, vel secundum quid,

prout impedimentum vel publici vel priuati iuris est.

Digitized by Google

De impedimento priuati iuris tantum agit læſus

§. III. Differunt hæc duo diuerſa impedimentorum genera (I) ratione *accuſatorum* ſeu *actorum*. De eo, quod *priuati iuris* eſt, duntaxat agit *coniux* vel *læſus*, vtpote *vir*, ſi ex poſtfacto compererit, vxorem ductam eſſe *ſeruilis conditionis*: ſi eam, errore cognito, cognouit, agere amplius nequit, *c. 2. X. de coniug. ſeru.* ſed ſuo iuri renunciauit. Pariter *vxor* tantum ob *viri impotentiam* agere poteſt, non vero cogitur, *c. 5. X. de frigid. & malef.* & quæ per vim coacta eſt ad coniugium, tamdiu agit, quamdiu in ſpontaneam cohabitationem non conſentit. *c. 21. X. de ſponſal.* Lædens hoc caſu nec agit, nec de impedimento excipit, velut is, qui decepit alterum, quamuis in *c. 26. X. de ſponſal.* imprudenter diuerſum ſtatuerit in caſu *doli* pontifex. Multo minus *tertius* eo nomine agere poteſt, nequidem *pater* eius, qui inhabilem ad conſuetudinem coniugalem duxit, quia non tam *patris* quam *mariti* hoc caſu intereſt, ex ratione *coniugii*, qui cogi nequit, vt arctam dimittat. Si ais, patris intereſſe, vt ex filio legitima ſoboles procreetur pro conſeruatione gentis ſuæ; regero, hoc intereſſe tum *remotum*, tum *incertum*, nec ita comparatum eſſe, vt filius ad dimittendam arctam cogi queat, vt ZIEGLER *ad Lancellot. lib. II. tit. 15. §. 3.* optime monet, quin potius primario *intereſſe* ex *ipſo coniugio* æſtimandum, & ſic tantum a *coniugibus*, qui in eo viuunt, allegari poteſt, niſi forſan, re adhuc integra, tertius *ius prioritatis* ex ſponſalibus prioribus adduxerit, de quo caſu *§. ſq.* agitur. Aſt de *impedimento publici iuris*, quod in *matrimonio prohibito* latitat, quilibet agere, & matrimonium contractum impugnare poteſt, *c. 6. X. h. t.* & quidem primo loco præferuntur conſanguinei; his deficientibus, etiam extranei admittuntur. *c. 1. C. 35. q. 6.* Crederem, etiam ſolam *denunciationem* ſufficere, vt iudex eccleſiaſticus *ex officio* in hoc impedimentum inquirat, cum etiam, omni deficiente accuſatore, de hoc impedimento cognoſcere queat.

non lædens, non tertius.

De impedimento publici iuris quilibet agit.

De illo agitur quandoque tantum re adhuc integra,

§. IV Differunt præterea quandoque (II) ratione *temporis*, quo agendum eſt. Dixi, de impedimento *priuati iuris* ſeu *præiudicii* agere vel *coniugem* vel *læſum*. Quid ergo ſi per matrimonium tertius lædatur, qui *ius potius* habet ex prioribus ſponſalibus? Ille tantum agere poteſt ad impediendum matrimonium *re adhuc integra*, quia ſub *pœna præcluſi* quilibet, qui ius contradicendi habet, generaliter citatur, vt ante ἱερολογίαν compareat, & ius ſuum doceat, adeo vt poſtea præcluſus ſit, vt ſupra *tom. III. tit. de clond. deſponſ. §. 35* ob-

obſeruaui. Tribus bannis non propoſitis, ſed copula ſacerdotali *clandeſtine* facta, tertio, cui potius ius eſt, non præiudicatur, quo minus agere queat vel ad intereſſe vel ad dirimendum matrimonium *de facto* initum, vt dixi *tom. III. tit. de ſponſ. duor. §. 3.* Non vero tria banna eccleſiaſtica impediunt, quo minus impedimentum *publici præiudicii*, quod *delictum* habet, quouis tempore allegari queat, ſi tempore denunciationis is, qui iam coniunctos imperit, extra territorium vel diœceſin moratus eſt, vel alias denunciatio ad eius notitiam peruenire non potuit, ob morbum forſan, quo eo tempore laborabat, vel ob aliud impedimentum publicum; vel denique ſi proprio iuramento firmauerit, quod poſtea didicerit ea, quæ obiecit, & ad hoc ex malitia haud proceſſerit. *c. f. X. h. t.* Quod tamen inter proteſtantes non aliter recipiendum, quam ſi tale fuerit impedimentum, quod inuitos cogit, vt diſcedant. Neque enim in quouis gradu prohibito contractum matrimonium diſſolvimus, prout ſupra *ad tit. de conſangu. & affin. §. 44. ſq.* demonſtratum eſt.

de hoc vero quandocunque agi poteſt, non obſtante proclamatione.

§. IV. Circa ipſum *proceſſum*, quædam etiam *ſingularia* occurrunt, quæ etiam a regulis iuris ordinariis deuiant. Primum eſt, quod in iis *ordo iudiciarius* non adeo ſeruandus ſit, ſed ſummarie procedatur. *c. 1. X. vt lite non conteſt. clem. 2. de iudic.* Noui quidem, cauſas matrimoniales, præſertim vbi contra matrimonium agitur, *arduis* accenſeri; hæc vero ratio non iubet, vt ſtricte regulis *proceſſus ordinarii* inhærendum ſit, cum etiam *proceſſus inquiſitorius* in grauioribus delictis ſummariis annumeretur. Vid. Dn. BERGER *in elect. proceſſ. matrim. §. 10.* Alterum eſt, quod teſtes, publicatis iam teſtium depoſitionibus, adhuc recipi poſſint, ſi de *impedimento conſanguinitatis* ſimilisue *præiudicii publici* agitur. *c. 26. X. de teſtib.* Ex eadem ratione iure Saxonico nec *fatalia iurisiurandi* attenduntur, vt obſeruat Dn. de BERGER *cit. l. §. 37.* quod tamen EODEM obſeruante §. 40. extendi non debet ad caſum, quando quis impugnat matrimonium ex iure mere priuato. Tertium eſt, quod reus hic etiam cogi poſſit ad *editionem documenti*, vnde impedimentum *publici præiudicii* probari queat, quippe quod ita comparatum eſt, vt merito a *regulis iuris ordinarii* deſiſtendum ſit, obſeruante EODEM *cit. l. §. 38.* Quartum *teſtes* tangit, quia in hac cauſa etiam parentes, fratres, cognati vtriusque ſexus, ſiue de coniungendo ſiue de dirimendo connubio agatur, admittendi ſunt, quod vnusquisque ſuam genealogiam ex recitatione maiorum ſcire laboret, nec rectius recipi

Summarie in hac accuſatione procedi-tur,

& alia ſingularia in proceſſu obſeruantur.

Digitized by Google

Mater etiam ad teſtimonium admittitur.

poſſint quam illi, qui melius rem cognoſcunt atque ſciunt. *c. 3. X. h. t. c. 2. C. 35. q. 6.* Solius matris teſtimonium tamen non ſufficit, quod pervnius teſtis depoſitionem non ſint matrimonia diſſoluenda; impedit tamen, ne, re adhuc integra, coniungi queant. *c. 22. X. de teſtib.* Quamvis vero mater etiam in teſtimonium admitti queat, ſi *de coniungendo matrimonio* agitur, veluti ad probanda ſponſalia, per *c. 3. cit.* magna tamen circumſpectione opus eſt, ne *indiſtincte* admittatur, ſi forſan aliunde ſuſpecta eſt, quorſum mens pontificis vergere videtur *in c. 22. X. de teſtib.* vtpote ſi ſponſus diuitiis, nobilitate, potentia, vel honore inſigni coruſcat, vt hoc intuitu mater, *quæ filiæ incrementum & honorem videtur diligere*, facile induci queat, ad teſtimonium pro filia ferendum, quo caſu ob *ſingularem ſuſpicionem* mater merito repellenda per *cit. c. 22.* Interim inde regula haud ſtruenda, nec inferendum eſt, matrem non admitti pro filia, quando de *probandis ſponſalibus* agitur, vt etiam obſeruat Dn. de BERGER *cit. l. §. 39.* adeoque hoc caſu arbitrio iudicis diſcreto relinquendum, vtrum & quatenus mater admittenda, an vero repellenda. Denique de viribus ſententiæ, & an rem iudicatam operentur, actum eſt *tom. I. tit. de ſentent. & re iudic.*

TIT. XIX.

DE

DIVORTIIS.

§ I.

Pontifices difficiles in divortiis concedendis, faciliores in annullandis coniugiis.

Quo faciliores ſeſe præbuerunt pontifices in diſſoluendis coniugiis, ſi impedimenta mera iuris eccleſiaſtici, plus æquo extenſa, (veluti ad caſum *conſanguinitatis ſpiritualis c. 1. X. tit. præced.*) demonſtrata fuerunt; eo iniquiores & difficiliores fuere in *diuortiis* concedendis ob cauſam *iuſtam ſuperuenientem. Nullitatis* cauſas, poſitis ſcilicet tot impedimentis, nimium auxerunt, & ita in *exceſſu* peccarunt: *diuortii* doctrinam adeo coarctarunt, vt fere ex nulla cauſa *totale* ſeu quoad *vinculum* concedant, vt in hoc caſu in *defectu* peccarint.

Proteſtantes diuortia admittunt,

Vnde Proteſtantes optime & recte fecerunt, quod in hac cauſa a doctrina *iuris canonici* receſſerint, & *diuortia* certis in caſibus admiſerint. Verum rurſus qui-

Digitized by Google

quidam in *defectu*, qui *soli adulterio* inhærent; alii in *excessu* peccant, qui casus diuortiorum admodum dilatant, & tamen secundum dogmata Christi doctrinam hanc in consistoriis æstimandam esse docent. Ex his interpretum sententiis variantibus nata sunt plura opuscula, thema hoc illustrantia, quorum præcipui auctores sunt FRIDERICVS VLRICVS CALIXTVS, IOANNES MICHAEL LANGIVS, IOANN. GEORG. WAGNERVS, IOANN. GEORG. NICOLAI, GEORG. ADAMVS STRVVIVS, HENRICVS BODINVS, pluresque alii. de quibus scriptores laudantur. Edidit etiam, me præside, dissertationem *de iure principis euangelici circa diuortia* Dn. IOANNES FRIDERICVS KAYSER, Profess. Giess. meritissimus, circa quam variæ lites motæ, & ea occasione opuscula plura conscripta, coniunctim edita sub tit. *controuersiæ circa iura diuortiorum*. Litem hanc meam non feci, quod prælaudatus Professor Giessensis non ex mea sed sua sententia dissertationem prædictam conscripserit, adeoque ipsi thesium suarum propugnationem reliquerim. Quæ mea inter hos eruditorum scopulos sit sententia, ex iam dicendis apparebit. Speciatim de *diuortio ob insidias vitæ structas* conscripsit meditationem B. STRVKIVS vsui moderno ad tit. *de diuortio* deinceps insertam. Quia vero patres, maxime AVGVSTINVS, in diuersas distracti sunt sententias in hac doctrina, & CHRITI verba sæpe in alienum detorserunt sensum, inde variæ lites ortæ, vt ostendit SCHILTERVS *in historia iuris circa dogma ecclesiæ de dissolutione matrimonii quoad vinculum*, quod opusculum admodum huic instituto inservit. Eundem in finem quoque Ienæ editi sunt AVGVSTINI *libri duo de adulterinis coniugiis ad Pollentium cum notis iuridicis & moralibus* ICti cuiusdam celeberrimi, quem SCHILTERVM fuisse reor, quibus dogma ecclesiæ de dissolutione matrimonii optime illustratur, fontesque errorum a iure canonico per AVGVSTINI auctoritatem approbatorum, aperiuntur. VLRICVS OBRECHTVS, eiuratis sacris protestantium, hunc libellum in linguam Germanicam transtulit, vt *diuortiorum* vsum ex capite adulterii damnaret. Vid. *Memoires des Trevoux de anno 1702. M. Ian. & Febr. pag. 23.* Denique doctrinam Iudæorum circa diuortia explicuere SELDENVS *de vx. Hebr. lib. 3.* BVXTORFF *de sponsal. & diuort.* IOANNES MARCKIVS *in sylloge dissertat. Philologico-Theologicarum dissertat. XV.* quæ hic eo minus negligenda, quod CHRISTVS verum eius sensum restituerit, de quo imprimis *in iure canonico* quæritur.

Digitized by Google

Matrimonium ex intentione Dei est indissolubile.

§. II. Vt ergo in hac salebrosa materia inoffenso procedamus pede, iuuabit, *propositionibus* quibusdam eandem includere, & ex illis eam illustrare. Prima esto: *ex intentione & institutione ipsius DEI matrimonium vinculum indissolubile continere, nec regulariter facto hominum dissoluendum esse.* Id non obscure colligitur ex facto ipsius DEI, ex *costa viri* vxorem creantis, vt *vnitatem* & *indissolubilem nexum* coniugum indicaret, ostenderetque, vxorem *partem corporis mariti* esse, quæ a corpore ipso auelli non potest. Hanc conclusionem mox ipse scriptor diuinus *Gen. II, 24.* ex hoc facto diuino deduxit traxitque, & sic rationes subduxit: *Idcirco patrem suum matremque suam relinquet vir, vxori suæ adhærebit, & vna caro euadent.* Adhærere vxori suæ, etiam parentibus relictis, & in vnam cum ea coalescere carnem, quid rursus denotat aliud, quam *indissolubili nexu* cum vxore coniungi? Tam arctissima quippe hæc coniugum vnio a DEO ipso, hominum creatore, est constituta, vt præponderare debeat vnioni cum parentibus. Hæc quidem itidem *naturalis* & *arctissima* dicenda, sed in comparatione ad coniugium *solubilis* adhuc est, vt quidem filio a parentibus discedere integrum censeri debeat, non item ab *vxore*, quæ cum ipso *vna caro* facta. Non ergo marito integrum est, vxore dimissa, reuerti ad domum patris, nec vxori fas est, repetere paternam sedem, marito derelicto, quin potius *in perpetuum* alter alteri adhærere, & amorem coniugalem præferre dilectioni parentum debet. Equidem de solo *marito* loquitur *diuinus scriptor*, sed hoc vel ideo, quod de *vxore* minor ratio dubitandi esset ex lege coniugii marito adhuc subiecta, & ideo magis adhuc constricta: maritos plus libertatis forsan sibi vindicaturos esse præuidebat, & hanc ob causam necessum ducebat, illis verum matrimonii vinculum ob oculos ponere. Vim *regulæ vniuersalis* vero hæc verba habere, quæ omnibus matrimoniis *legem perpetuam* scriberet, vel inde liquet, quod ad coniugium ADAMI cum EVA hæc verba non quadrent, cum neuter parentes haberet adeoque potius *posterorum coniugia* tangant, eorumque *indissolubile vinculum* arguant.

Quod Christus sua doctrina confirmauit.

§. III. Altera propositio est: *hanc explicationem eo minus dubii habere, quod Saluator sapientissimus eandem sua doctrina solidauerit receperitque.* Sicuti *diuortia promiscua* vinculo huic indissolubili aduersantur, quæ tamen prauo more apud Iudæos erant recepta; ita CHRISTVS hanc diuortiorum licentiam reprobauit, suamque do-

Digitized by Google

doctrinam Phariſæorum traditionibus corruptis oppoſuit, *Matth. V, 31. 32. Luc. XVI, 18.* præterea vero eam ex *inſtitutione diuina* & *verbis ſcriptoris diuini* in diſputatione cum Phariſæis demonſtrauit probauitque. *Matth. XIX, 3. ſqq. Marc. X, 4. ſqq.* Interrogatus erat CHRISTVS de *promiſua diuortiorum*, ex quacunque leuiſſima cauſa ſuſceptorum, *licentia*, cui fauebat HILLELIS doctrina. Saluator, a *traditionibus* alieniſſimus, mox Phariſæos ablegat ad *ſcripturam ſacram*, prouocatque ad *inſtitutionem primæuam*, aiens *Matth. XIX, 4. Non legiſtis, quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos? & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Ex his verbis conſtare, docet Saluator noſter, ex Dei *intentione* & *præſcripto*, virum vxorem a ſe dimittere haud debere; quæ ſi hanc ſententiam haud præ ſe tuliſſent, fruſtra CHRISTVS pro *ratione decidendi* ad quæſtionem: *vtrum licitum ſit a ſe vxorem dimittere ex quauis cauſa?* ea attuliſſet. Vnde etiam ex verbis adductis *verſ. 6.* ipſemet hæc colligit: *itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Plana hæc ſunt, & rurſus deſignant: (1) hos ipſos, qui ante coniugium *duo* erant a ſe ſeparati & diuiſi, iam non eſſe *duos* ſed *vnam carnem*, ob vnitatem & vinculi indiſſolubilem nexum, qnod vnio arctiſſima ex duobus *vnum* quid conſtituat: (2) Deum ipſum hoc vinculum ligaſſe, atque indiſſolubilitatem eius determinaſſe, adeoque factum hoc ipſius DEI eſſe, indolem hanc coniugio præſcribentis; tale autem ligamen ab homine ſolui non poſſe. Hiſce præterea (3) CHRISTVS praxin primæuam adiungit, docetque, *ab initio* diuortia ignota fuiſſe, & praxin iudæorum præſentem haud conſpirare cum vſu primæ natiuitatis mundi, adeoque ex hac, non ex illa, quæ *corruptionem* ſapit, iudicandum eſſe de *diuortiorum* vſu & licentia.

§. IV. Tertia propoſitio eſt: *diuortiorum vſum apud Iudæos pedetentim inualuiſſe ex propriis & adſcititiis a vicinis populis moribus, nec Moiſen per legem cauſas eius determinaſſe, ſed duntaxat diſpoſuiſſe, ne repudiatam quis denuo duceret.* Id obſeruat BVXTORFFIVS *de ſponſal. & diuort. P. III.* vbi explicat *legem Moſaicam* de *diuortiorum vſu Deut. XXIV, * ſeqq.* latam, quæ iuxta *vulgatam verſionem*, qua etiam LVTHERVS vtitur, mandatum duplex de diuortio continere videtur, tum *affirmatiuum*, vt, ſi cui vxor diſpliceat, ſcribat ei libellum repudii, illamque a ſe dimittat: tum *negatiuum*, ne quis repudiatam, & Iudæi tamen vſum diuortiorum ex moribus gentium recepe-runt.

Digitized by Google

& ab altero iam ductam, rursus in vxorem ducat. Ita enim ex mente vulgatæ verba legis accipienda credunt: *Si acceperit vir mulierem, & rem habuerit cum ea, & accidat, vt ea non inueniat gratiam in oculo eius, eo quod inueniat in ea turpitudinem aliquam, tum scribat ei libellum repudii & in manum ipsi tradat, & dimittat eam e domo sua.* Hæc interpretatio si vera, exploratum quoque est, mandatum aliquod de *diuortio* a MOISE fuisse datum. Enimuero sacræ linguæ periti obseruarunt, vnum tantum præceptum in *cit. l.* deprehendi, *negatiuum* scilicet, *ne quis repudiatam, & ab alio ductam, denuo postmodum ducat*, præcedentia verba autem *factum merum* continere, quod *hypothetice* supponitur, nec de eo eiusque *iustitia* principaliter disponitur, prout ICtis in more positum est, qui, quæ in *facto* eiusque circumstantiis consistunt, per modum *conditionis* præmittunt. Etenim status controuersiæ ex mente MOISIS ita formandus: si vir quidam accepit mulierem, coitque cum ea, accidat autem, vt ea non inueniat gratiam in oculis eius ob αἰσχρὸν πρᾶγμα, & ideo ei scripserit libellum repudii, eum posuerit in manu eius, eieceritque eam e domo sua: si porro hæc mulier eiecta alii viro nupserit, hicque vir posterior itidem eam odio prosequatur, scribatque ei libellum repudii, atque ei in manum tradat, ac e domo sua dimittat, vel si vir posterior, qui eam in vxorem duxit, mortuus fuit, quæritur: *vtrum, his positis circumstantiis, prior maritus iectam rursus in vxorem ducere queat?* Quod negat legislator diuinus, & vnice hanc quæstionem decidit. Ita enim versionem faciendam esse, obseruat pl. reuer. Dn. D. MICHAELIS *in bibl. Hebraic.* a se editis *ad cit. l.* & ait: *Tum fiet, si non inuenerit gratiam --- ita vt scribat ei libellum repudii &c. Illa etiam exiuerit &c. Postea vero eam oderit etiam alter maritus &c. Omnia hæc antecedens spectant; consequens vero est vers. 4. tum non poterit prior maritus eam reducere. Mosis enim totum hoc præceptum scripsit ad duritiem Israelitarum. Marc. X, 5. Neque illo præcepit (vt Pharisæi aiebant Matth. XIX, 7.) sed permisit tantum diuortium, vt docet Christus, Matth. XIX, 8. & agnoscunt Pharisæi. Marc. X, 4.* Supponit itaque MOISES, hæc ita in *facto* contingere ex *moribus coruptis*, quos eradicare non poterat, non autem de *iustitia facti* primario disponit, aut factum approbat. Audiamus etiam BVXTORFFIVM *cit. l.* optime ita edisserentem: *Mihi saluo aliorum iudicio, videntur iusta, quæ de diuortiis hic κατ' ὑπόθεσιν Mosis proponit, non fundata esse in aliquo præcepto, quod vel iam ante datum ab*

Moises tamen eum non mandauit lege sua,

sed vnice quæstionem, vtrum quis repudiatam a se post secundum matrimonium ducere rursus queat?

quod ex Buxtorffio illustratur.

ab ipſo fuerit, vel dare hic voluerit, (quia neque hic neque alibi tale mandatum in Moſe extat) ſed in facto & praua conſuetudine Iudæorum. Videntur illi tum temporis iam in more habuiſſe, tanquam populus inſolens, ferox, refractarius contumax, vt pro lubitu vxores ſuas, ſi qua forte ipſis diſplicuiſſet, aut alias exoſa & inuiſa facta eſſet, dimitterent, & libellum repudii eis darent, nouasque ducerent. Quin imo ab Ægyptiis fortaſſis iſtum morem viderunt ac didicerunt, de quibus conſtat, illos leges coniugii non magni feciſſe & ſtricte obſeruaſſe. Sane quæ hypothetice hoc pacto proponuntur, communiter ſolent eſſe de rebus iam notis & vſitatis. Ideo enim ſupponuntur, quia nota & vulgata cenſentur. Conſuetudini itaque huic ipſorum praue & naturæ ipſorum obſtinatæ tantum indulgere voluit ſeu Moſes ſeu DEVS ipſe per Moſen, vt quamuis non bona & laudabilis eſſet, tamen lege ſeuera laqueum ipſis induere noluerit, ſed nec approbando aut licitam faciendo, nec diſerte improbando permittere, & in medio quaſi relinquere, hac ſolum adiecta clauſula, ne nimis exorbitaret ipſorum licentia, & pro lubitu vxores dimitterent ac reciperent, ne quis eam, quam repudiauit, reducere poſſit & reaſſumere in vxorem; ſiquidem alii iam nupſiſſet, aut fidem coniugii dediſſet. Eandem interpretationem etiam recepit IOANNES MARCKIVS, Theologus Lugdunenſis apud Batauos *loc cit.* nec ab ea alienus videtur IO. CLERICVS *in Pentateuch. ad Deut. XXIV, 1. ſqq.* ſatis prudenter hæc adiiciens: *Si Hebrea gens, cum legem accepit, eo animo fuiſſet, vt quicquid a DEO ſibi imponeretur, obſeruatura eſſet, diuortia plane vetuiſſet DEVS; quippe non modo primæ coniugii inſtitutioni contraria, ſed & ſummopere humanæ ſocietati noxia. Quis enim non videt, ditiorum præſertim libidini apertam fuiſſe latiſſimam feneſtram, cum repudiare vxores poſſent, quotiescunque vellent? Quis non intelligit, ſequiorem ſexum iniuriæ virorum obnoxium fuiſſe? Quis non animaduertit, hac licentia liberis occaſionem præbitam violandi præcepti de honore parentum? Quis enim animus debuit eſſe liberorum, qui videbat matrem a patre leui aut nulla de cauſa dimitti? Sed cum ita rei adſueti Hebræi, vt non poſſent ab ea conſuetudine reuocari; Moſes ob illorum duritiem cordis permiſit dimittere vxores ſuas, vt loquitur CHRISTVS Matth. XIX, 8.*

Io. Marckio, & Clerico.

§. V. Quarta propoſitio eſt, *Hebræorum magiſtros verba legis Moſaicæ captaſſe, atque regulam de diuortiis faciendis imo etiam præceptum inde fabricaſſe; ſed recte Chriſtum contrarium docuiſſe, verumque ſenſum legis reſtituiſſe.* Poſtquam CHRISTVS vinculi connubialis

Phariſæi ex præcepto Moiſis mandatum de diuortio faciendo exſculpſerunt.

Digitized by Google

bialis nexum indiſſolubilem ex DEI inſtituto primæuo aſſeruerat, Phariſæi iuxta ſuam hypotheſin ſeu præconceptam opinionem hæc ei opponunt: *cur ergo Moſis mandauit, dare libellum repudii & eam dimittere?* Id pro certo aſſumunt, quod in quæſtione erat, ſupponuntque, Moiſen *mandatum* de libello repudii dando & vxore dimittenda de-

quod Chriſtus redarguit atque refellit,

diſſe. CHRISTVS vero optime reſpondit: *Moſes pro duritia cordis veſtri* PERMISIT *vobis dimittere vxores veſtras*, h. e. interprete BVXTORFFIO *cit. l.* non præcepit MOSES, ſed *vos ita fiuit facere, fiuit vos ita veſtris ipſorum viis incedere: conniuit ad hoc veſtrum factum.* Quando ergo Saluator *Matth. V, 31.* ait: dictum eſt autem: *Quisquis dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum diſceſſionis*, non *ex ſua hypotheſi* loquitur, ſed ex *communi Phariſæorum ſententia*, legem Molaicam hoc

veram ſententiam de diuortio proponit.

modo explicantium. Suam ſententiam DEI inſtituto conformem mox addit: *Ego vero dico vobis, quod omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.* His verbis legem primæuam coniugio datam reſtituit, docetque, eiusmodi diuortia, hactenus vſitata, magis *de facto* quam *de iure* facta fuiſſe, per *indulgentiam* ſcilicet & *meram tolerantiam.*

Quocirca nec Moſes cauſas diuortii determinauit.

§. VI. Quinta propoſitio eſt, *Moſen non determinaſſe cauſas diuortii, nec de iis proprie diſpoſuiſſe, interpretes autem legem Moſaicam peruerſe ita accepiſſe, ac ſi de cauſis iuſti diuortii primario diſpoſuiſſet.* Huc trahebant conditiones a MOISE in *facto* ſuppoſitas: *Si aliqua non inuenerit gratiam in oculis mariti: ſi in ea inuenerit fœditatem vel turpitudinem aliquam: ſi eam odio habuerit;* indeque colligebant, his

Phariſæi contrarium aſſeruerunt,

verbis deſignatas fuiſſe *iuſtas* diuortii *cauſas.* Quoniam vero hæc verba admodum *generalia* erant, grauiſſimam de *cauſis* excitarunt litem, vnde duæ decantatæ ſectæ ortæ ſunt, *Schammeana & Hilleliana;* hac *laxitati diuortiorum*, populo gratiſſimæ, fauente, & ex *quibuscunque cauſis leuioribus* ea indulgente; illa vero non niſi *grauiſſimis ex cauſis*, quæ *turpiſſimum factum* continerent, hæc permittente. Ex

quod colligitur ex quæſtione Chriſto propoſita.

hoc ſuppoſito, Phariſæi tentandi CHRISTI gratia, hanc quæſtionem *quotidianam* EIDEM proponunt: *an κατὰ πᾶσαν αἰτίαν vxorem dimittere fas eſſet? Audito enim*, ait SPENCERVS *de LL. Hebr. ritual. lib. III. diſſ. 1. c. 2. ſect. 3. p. m. 784. Chriſtum aliter in monte docuiſſe, hunc ſcrupulum iniiciunt illi, occaſionem inde captantes eius irretiendi & in vulgo calumniandi, quod contra mores patrios & legis inſtituta*

Digitized by Google

ſtituta docuiſſet. Verum Saluator non ſtatim directo ad eam quæſtionem reſpondet, ſed *præiudicialem quæſtionem* eſſe docet: an *diuortia promiſcua* ex lege Dei iuſtificari poſſint? Quod negat, aitque, diuortia promiſcua tum a *voluntate Dei* tum a *praxi mundi primæua* aliena eſſe. Quia vero mox Phariſæi recurrebant ad *præceptum quoddam Moiſis*, generatim CHRISTVS reſpondet, Moſen hæc *permiſiſſe*, non *præcepiſſe*, nec cauſas diuortii principaliter determinaſſe; retuliſſe tantum prauum iudæorum morem, eum tamen non approbaſſe, ſed in medio per *conniuentiam* reliquiſſe. Quæ cum ita ſint, palam eſt, Saluatorem diſputationi Hebræorum ſeſe noluiſſe immiſcere, imo nec potuiſſe, quod *præiudicialem quæſtionem*, ab ipſis pro *certa* aſſumtam, negaret, & ſic oſtenderet, ſe nec *Hillelianis* nec *Schammæanis* accedere, in eo conuenientibus, *diuortia vſitata lege Moiſis mandata fuiſſe*, a qua hypotheſi recedebat Saluator. Oſtendebat enim, ea *regulariter* eſſe prohibita, nec in *lege Moſis* fundata, ſed ex quadam *tolerantia* aſſumta, & impunita.

Chriſtus autem oſtendit, nulli ſe ſectæ addictum eſſe,

§. VII. Sexta propoſitio huc redit, *Saluatorem, regula prius recte formata de diuortiis regulariter prohibitis, tandem exceptionem adieciſſe, ex qua diuortium legitimari quandoque & ſic extra ordinem poſſet.* Quia ſine dubio in hac diſputatione Phariſæi acriter vrſerunt Saluatorem, ſciſcitantes, annon *aliqua* ad minimum iuſti diuortii *cauſa* eſſet? tandem directo ſuam edit ſententiam, edicens: *Dico autem vobis, quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob ſcortationem* (vel *extra* RATIONEM SCORTATIONIS, vt eſt apud *Matth. V. 32.*) *& aliam duxerit, mœchatur, & qui dimiſſam duxerit, mœchatur.* Hoc edicto, vel *interpretatione*, magis magisque receſſit ab HILLELIS doctrina, vtut palatui populi inſeruiente, & diuortia non *regulariter*, ſed *rariſſime*, & *extra ordinem* tunc demum legitimari poſſe docet, ſi adſit λόγος πορνείας. His verbis Saluatorem reſpexiſſe ad verba *Moſis, ſi in ea deprehenderit rem nuditatis,* cenſet BVXTORFFIVS *cit. l. p. 122.* & ait: *Nam NVDITATEM ſumi apud Hebræos frequenter pro impudicitia, libidine, ſcortatione, adulterio, tritum eſt: hinc RES NVDITATIS eſt tum actus impudicitiæ ipſe, tum actiones, mores vel geſtus tales, ex quibus iuſtæ & ſufficientes pudicitiæ mulieris proſtitutæ & violatæ ſuſpiciones & præſumtiones peti & deſumi poſſunt.* Quamuis enim *Moiſes* principaliter *de cauſis iuſtis diuortii* haud diſpoſuerit, ſed allegauerit morem Hebræorum, quod ob *fœditatem* vel *odium*, vel quod *gratiam in oculis mariti haud inuenerit*, eiicere ſoleant

& per modum exceptionis docet, extra ordinem quandoque diuortium concedi poſſe, ex ratione ſcortationis,

quod illuſtrat Buxtorffius

Digitized by Google

vxores; Christus tamen morem hunc, promiscue & ex sola animi abalienatione a moribus vxoris faciendi diuortia, improbauit, illamque tantum causam approbauit, quæ fit ob *rem nuditatis* vel *fœdum quid.* In eundem sensum verba Hebraica MOISIS accipit pl. reuerend. Dn. MICHAELIS *ad cit. text. Deut. XXIV, 1.* aitque: ערות דבר i. e. *fœdum quid c. XXIII, 15. Id Pharisæi interpretantur quauis de causa Matth. XIX, 3. Si sequens* וכתב *vt præceptum permissiuum accipias, omnino hic intelligendus est* λόγος ποϱνείας. *Matth. V, 32 Talmudicorum impia placita vid. apud* LIGHTFOOTIVM *hor. Hebr. ad Matth. V, 31. 32. XIX, 3. Specimen huius dicti ab aliis expositi sit Mischna vltima tr. Gittin. Schola Schmmai dicit, nemo repudiabit vxorem, nisi in ea repertum fuerit quid inhonesti, vt scriptum est Deut. XXIV, 1. At schola Hillelis dicit, etiam si combusserit decoctum eius (igne aut sale secundum Bartenoram) vti scriptum Deut. XXIV, 1. R. Akiba dicit: etiam si aliam illa pulchriorem inueniat, vt scriptum est Deut. XXIV, 1. Decisio autem huius insani dissensus est secundum scholam Hillelis, vt docent commentatores.*

& Dn. Michaelis.

Apostoli Christi doctrinam strenue propagarunt,

§. VIII. Septima propositio est, *Apostolus non tantum Christi doctrinam confirmasse & inculcasse, sed christianos etiam praxi sua in primitiua ecclesia corroborasse.* De iure mutuo coniugum inter se, eoque *indissolubili* regulariter, edisserit PAVLVS *1 Cor. VII, 4.* aitque, alteri in corpus alterius ius perpetuum competere, vnde conficitur, neutri integrum esse, id altero inuito adimere. Etenim paulo post *v. 10. seq.* pergit: *Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.* Prouocat hic PAVLVS ad præceptum & doctrinam CHRISTI, Moisen explicantis, qui tantum de *viro* disposuerat, multo magis ergo hoc quoque intelligendum erat de *femina*, cui lex Mosis nihil tale concesserat, vt GROTIVS *ad h. l.* obseruat, & addit: *Eadem ergo tolerantia, quam in exercenda lege Mosis Christus viris præscripserat, multo iustius erat obseruanda feminis, quibus ius a marito discedendi dabat, non lex Mosis, sed Græcæ & Romanæ leges, illorum populorum ingeniis aptatæ.* Quia vero CHRISTVS, potissimum disposuerat de *coniugio fidelium*, hinc de casu, quo alter coniugum *fidelis* factus, alter vero in *infidelitate* subsistit, hæc addit: *Nam ceteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier*

vt ne quidem coniux infide-

lier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittet virum. Hæc conclusio reuera tracta ex doctrina CHRISTI de vinculo indissolubili coniugii per legitimam consequentiam, quamuis CHRISTVS primario de eo casu non dispoſuerat. Denique addit hanc limitationem, *quodsi infidelis discedit, discedet: non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi casu,* quia sufficit, quod fidelis iuxta doctrinam CHRISTI non dissoluat vinculum, sed illud ab infideli frangatur per *malitiosam desertionem.* Constat vero præterea, christianos primæuos ad studium *continentiæ* seu ἄσκησιν admodum procliues fuisse, adeo vt quidam discesserint a coniuge amore *continentiæ*, quod PAVLVS tamen reprobat *vers. 27. Alligatus es vxori? noli quærere solutionem*, studio forsan continentiæ. *Solutus es ab vxore?* per mortem eius, *noli quærere vxorem*, sed iam *continentiæ studium* exerce. *Si autem acceperis* rursus *vxorem, non peccasti*, quia *studium continentiæ* liberum esse debebat, non coactum. Denique *vers. 39.* denuo addit: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino.* Noluit enim *legem continentiæ* christianis obtrudere, ceu postea factum est, vt ad *tit. de secund. nupt.* ostendendum erit. Interim rursus declarat, vinculum coniugii *more Romano* non esse solubile, adeoque christianos non ad hunc, sed ad CHRISTI doctrinam vitam suam componere debere.

lem desercre debeat,

vel ob studium continentiæ connubium dissoluere.

§. IX. Vsus quoque primitiuæ ecclesiæ hoc confirmat, ostenditque, christianos a tali *diuortiorum laxitate* alienissimos fuisse, imo si diuortium pati vel facere cogerentur, ab vlterioribus nuptiis abstinuisse. Apud MINVCIVM FELICEM *p. m. 327. edit. Gronov.* communis christianorum vsus refertur his verbis: *Vnius matrimonii vinculo libenter inhæremus, cupiditate procreandi aut vnam scimus, aut nullam.* Inde ægre & nisi grauissimis ex causis, diuortio locum dabant, quod exemplo a IVSTINO Martyre *apol. I.* statim *ab init.* adducto, illustrabo. *Mulier quædam*, ait, *cum marito suo, homine libidinoso, fuit, libidini & ipsa prius dedita. Vbi autem illa mysticam arcanamque Christi professionem perdidicit, cum ipsa moderatam continentemque vitam est complexa; tum idem quoque, vt faceret, marito suasit: doctrinam referens christianam & futurum illum æternum ignem, qui impudicis & voluptariis paratus est; promissionesque itidem sempiternorum piis destinatorum bonorum proponens. Sed enim cum multa sæpe dicendo nihil apud eum efficeret,*

Idem vsus primitiuæ ecclesiæ docet,

quod ex instituto illustratur,

ceret, atque ille in procaci petulantia permaneret, mulierem improbis ſuis moribus a ſe reddidit alieniorem. Illa namque impium eſſe iudicans, cum tali deinceps viro conſueuiſſe, qui præter naturæ leges modis omnibus per libidinem varias voluptatis fructum quæreret, diſcedere ab eo voluit. Vt verò illam propinqui, pro auctoritate ſua, ab eo conſilio ſunt debortati, ſpemque ei fecerunt, virum aliquando tandem in melius mutatum iri, manere cum homine ſi coacta. Poſtquam vero maritus Alexandriam profectus, multo etiam deterior factus eſſe dictus eſt; femina verita, ſi de cetero eodem lecto eademque vteretur menſa, ne impietatis quoque eius fieret particeps, miſſo illi, qui apud vos dicitur, repudii libello ab eo ſeiuncta eſt. Tam deperditi mores, quouis laſciuiæ & impudicitiæ genere infecti, coegerunt mulierem chriſtianam, vt, tentatis fruſtra omnibus modis, quibus vir ad ſanam reduceretur mentem, more Romano vteretur, &, dato *repudii* libello, ab eo diſcederet. CHRISTI doctri-

& Tertulliano. nam reguſtauit atque dicto modo explicuit TERTVLLIANVS *lib. IV. adu. Marcion. c. 43.* aitque: *Sed Chriſtus diuortium prohibet, dicens; qui dimiſerit vxorem ſuam & aliam duxerit, adulterium committit: qui dimiſſam a viro duxerit, æque adulter eſt. Vt ſic quoque prohibeat diuortium, illicitum facit repudiatæ matrimonium. Moyſes vero permittit repudium in Deuteronomio; ſi ſumſerit quis vxorem, & habitauerit cum ea, & euenerit, non inuenire apud eum gratiam, eo quod inuentum ſit in illa impudicum negotium, ſcribet libellum repudii, & dabit in manu eius, & dimittet illam de domo ſua. Vides diuerſitatem legis & euangelii, Moyſi & Chriſti? Plane. Non enim recepiſti illud quoque euangelium eiusdem veritatis & eiusdem Chriſti, in quo prohibens diuortium, propriam eius quæſtionem abſoluit; Moyſis propter duritiam cordis veſtri præcepit libellum repudii dare; a primordio autem non fuit ſic, quia ſcilicet qui marem & feminam fecerat, erunt duo, dixerat, in carne vna; Quod Deus itaque iunxit, homo non diſiunxerit? Hoc enim reſponſo & Moyſi conſtitutionem protexit vt ſui; & Creatoris inſtitutionem direxit, vt Chriſtus ipſius. -- Nonne & ipſe prohibens diuortium & patrem tamen geſtari eum, qui matrem & feminam iunxit, accuſauerit potius quam deſtruxerit Moyſi conſtitutionem?* Paulo poſt addit: *Habet itaque & Chriſtum aſſertorem iuſtitia diuortii. Iam hinc confirmatur ab illo Moyſes, ex eodem titulo prohibens repudium, quo & Chriſtus, ſi inuentum fuerit in muliere impudicum negotium.* Ita ergo TERTVLLIANVS Moyſis verba accipienda eſſe

Digitized by Google

esse credidit, vt cum Saluatoris *exceptione* conuenirent, simulque censuit, Moisen de libello repudii *dispositiue* quid statuisse, quod supra in dubium vocatum est. Ceterum quamuis secundis nuptiis probri quid adhærere crederetur, eæque post *diuortium* dissuaderentur, non tamen prorsus prohibitæ erant; vt rursus TERTVLLIANVS *lib. II. ad vxor. c. 1. de secundis nuptiis* agendo testatur. *Nunc*, ait, *ad consilia secunda conuertamur, respectu humanæ infirmitatis, quarundam exemplis admonentibus, quæ DIVORTIO vel mariti excessu, oblata continentiæ occasione, non modo abiecerunt opportunitatem tanti boni, sed ne in nubendo quidem disciplinæ meminisse voluerunt, vt in Domino potissimum nuberent.* Vnde duo colligo: 1) quandoque *diuortio* inter Christianos diremta fuisse connubia; 2) non expectata alterius morte nouas secundasque fuisse initas nuptias, quod AVGVSTINI dogmatibus postea in dubium vocatum, imo tandem prohibitum. Agnoscit veritatem huius asserti RIGALTIVS *ad cit. l.* aiens: *Ergo nonnunquam etiam vxorei christianæ, coniugio per diuortium solutæ, non exspectato mariti excessu, alteri nuptum ibant.*

§. X. Octaua propositio huc redit: *Romanos, eo tempore, quo doctrinæ CHRISTI gentes passim sua subdiderunt colla, diuortiorum liberrimum vsum habuisse, cum tamen per imperatores christianos paulisper coercitum, & ad certas causas coangustatum, quod imperii Romani subditi magna ex parte adhuc gentilium sacris adhærerent.* Equidem status primæuus coniugiorum apud Romanos diuortia non ferebat. Conueniisse vxores in manum viri per *confarreationem* vel *coemtionem*, plus quam notum est, infra *tit. de donat. inter vir. & vxor.* explicandum fusius. Hanc rationem contrahendi matrimonia *vinculum indissolubile* induxisse, testis est DIONYSIVS HALICARNASS. *lib. II.* aitque, vnam in genere connubiis legem datam fuisse, scilicet, *mulierem nuptam, quæ ex sacratis legibus in manum mariti conuenisset, cum eo omnium & bonorum & sacrorum participem esse.* Addit: *Farris communicatio virum & vxorem necessario CONIVGIO INSEPARABILIS VINCVLO coniungebat, & nihil erat, quod has nuptias posset dissoluere. Hæc lex coegit mulieres, vtpote quæ nullum aliud refugium haberent, ad vnius mariti sui mores vitam suam conformare, & ipsos maritos, vt rem necessariam, & A QVA NVLLO MODO DIVELLI POSSENT, vxorem retinere.* Hæc connubiorum integritas vltra quingentos durauit annos, primusque memoratur SP. CARVILIVS RVGA, qui

Christiani imperatores quoque vsum diuortiorum inter Romanos vsitatum restrinxere,

contra priscum morem introductum.

qui anno V. C. 523. MATHONE PAPIRIO NASONE Coſſ. primum diuortium Romæ fecit, teſte GELLIO *lib. XVII. c. 21.* IDEM *lib. IV. c. 3.* hanc notabilem addit obſeruationem, *memoriæ traditum eſſe, quingentis fere annis poſt Romam conditam, nullas rei vxoriæ actiones neque cautiones in vrbe Roma aut in Latio fuiſſe*, quod diuortiorum vſus abeſſet. Idem etiam TERTVLLIANVS *de monogamia c. 10.* repetit, quamuis in anno errauerit. Ait: *adeo repudium a primordio non fuit, vt apud Romanos poſt annum ſexcenteſimum vrbis conditæ id genus duritiæ commiſſum denotetur.* Ab hoc tempore *diuortia* quidem tolerabantur; ſed ea adhuc rariora fuiſſe probabile eſt, adeo vt mariti duntaxat eorum faciendorum ius haberent, non idem vxores, quod ad *tit. de donat. int. vir. & vxor.* demonſtrabitur. Quid quod ab initio non *priuato auſu* ſuſcepta, ſed *publico* potius *ritu* per *diffarreationem*, quæ erat *genus ſacrificii, quo inter virum & mulierem fiebat diſſolutio*, vt FESTVS obſeruat. Scilicet, vt ait ALEXANDER ab ALEXANDRO *lib. II. c. 5. quia nihil confarreationis fœdere in ſponſalibus religioſius fuit; ideo in dirimendis nuptiis, & ſi quando vir ab vxore diuertere contendit, diffarreationem fieri accepimus.*

& admodum apud Romanos auctum,

§. XI. Enimuero poſtquam vxores *ſolo conſenſu* acceptæ deſierunt in *manum viri* conuenire, licentia diuertendi etiam vxoribus communicata, ac vſus diuortiorum admodum auctus eſt, adeo vt AVGVSTVS modum diuortiis ponere coactus fuerit. Auctor eſt SVETONIVS *in Aug. c. 34. cumque etiam immaturitate ſponſarum & matrimoniorum crebra mutatione vim legis eludi ſentiret: tempus ſponſas habendi coarctauit, diuortiis modum impoſuit.* Intelligit ſine dubio *legem Papiam Poppæam*, cuius vim frequenti matrimoniorum mutatione eludi animaduertebat, adeoque *pœnam diſcidii* ſine cauſa facti conſtituebat, de qua poſtea agendum erit. Solenniter tamen faciendum erat diuortium, *ſeptem ciuibus Romanis adhibitis, l. 9. D. de diuort.* miſſoque *repudii libello*, quod vtplurimum per libertum fiebat, qua de cauſa in numero teſtium eſſe non poterat, vt *cit. l. 9.* docet. IVVENALIS *ſat. IV. v. 146.* huius moris, per *libertum*, tanquam *internuncium* diuortium faciendi, facit mentionem, aitque:

cui modum impoſuit Auguſtus

adhibitis ſolennibus,

Collige ſarcinulas, dicet libertus, & exi.

quo ipſo tamen vſus diuortiorum frequens non deſiit.

Ceterum non obſtante pœna *diſcidii*, per AVGVSTVM introducta, diuortiorum frequentia magis magisque aucta eſt, vt non tantum *bona gratia* coniuges pro lubitu diuerterent, ſed etiam inuitis mitterent repu-

repudii libellos. Ait SENECA *lib. III. de benef. c. 16. Numquid iam vlla repudio erubeſcit, poſtquam illuſtres feminæ non conſulum numero ſed maritorum annos ſuos computant, & exeunt matrimonii cauſa, nubunt repudii?* Solæ exceptæ erant *lege Papia Poppæa* libertæ patronis nuptæ, quibus diuortii faciendi poteſtas haud erat, quod fuſius illuſtrat VLPIANVS in *l. II. de diuort.*

§. XII. Durauit hæc diuortiorum libertas vsque ad tempora CONSTANTINI M. qui anno 331. primus *cauſas* determinauit, ex quibus tantum *more Romano* diuertere liceret, quas tamen magis ex moribus Romanis, quam CHRISTI doctrina traxit, quod orbem Romanum gentilibus repletum sciret, adeoque pro hoc rerum ſtatu ſufficere crederet, ſi libertatem promiſcuam amputaret. Vxoribus quidem, ſi mariti *vino*, ſi *aleæ*, ſi *mulieribus* eſſent dediti, quos *mulierculàrios* appellat CONSTANTINVS, noluit permittere diuortium, ex quibus cauſis olim inprimis discidia fieri ſolebant, ſed ex his tantummodo cauſis: *ſi homicidam, vel medicamentarium* (h. e. *veneficum*, vel *maleficum*) vel *ſepulchrorum diſſolutorem maritum ſuum eſſe probauerit.* Pari ratione maritus vxorem *mœcham*, vel *medicamentariam*, vel *conciliatricem* h. e. *lenam* pretio conductam, iuxta interpretationem SALMASII de *fœn. trapezit. p. 312.* tantum exigere poterat. Adeo vt ſi ab his criminibus liberam eieciſſet, omnem ei dotem reſtituere, & absque matrimonio vitam tranſigere cogeretur. *l. 1. C. Thed. de repud.* Mirum eſt, longe grauiores fuiſſe omiſſas, ex quibus tamen rectiori iure pro ſtatu illius temporis potuiſſet concedi diuortium, quam ob *ſepulchrorum violationem*, niſi forſan in gratiam chriſtianorum id fecerit, quorum *ſepulchra*, & *loca ſubterranea* inſano quodam ſtudio deſtruere ſolebant gentiles. Quod vero vxoribus non permiſerit imperator, a ſe abigere maritos *mulierculariosi*, quam tamen iuſtam repudii cauſam leges antiquiores agnoſcebant, quæque a verbo diuino non abluebat, ad corruptum ſeculi ſtatum referendum, quo hæc maritorum effrenis libido impunita erat. Ceterum ſi iniuſtum erat repudium, effectum dirimendi matrimonium quidem habebat, aliter tamen deſerens puniebatur.

Conſtantinus primus cauſas determinauit,

α) quoad maritos,

β) quoad vxores.

epicriſis de his cauſis.

§. XIII. Eadem labes adhuc durauit ſeculo ſequenti, quo circa annum 421. HONORIVS, THEODOSIVS & CONSTANTIVS Auguſti de *iniuſtis*, & *iuſtis repudiis* legem dederunt, talia vocantes, quæ ſine omni cauſa, vel tantum *ob morum vitia*, ſeu *mediocres culpas* fierent; grauius

Pœna ex lege Honorii, Theodoſii & Conſtantii in iniuſte diuertentes.

grauius in *vxore*, quam in *marito* punita. Etenim marito *ob morum vitia* eiicienti vxorem permittitur poſt biennium ducere vxorem in *l. 2. C. Theod. de repud.* cum tamen in caſu inuerſo vxori nuptiæ vlteriores in perpetuum interdictæ ſint. Ipſas præterea cauſis diuortii denuo dilatarunt, vel, quod credibile, vſum continuatum diuortiorum, quem coercere non potuit CONSTANTINVS, permiſerunt, modo fierent *ob graues cauſas, atque inuolutam criminibus magnis conſcientiam*, vt imperatores aiunt, qua appellatione deſignata ſunt quæuis *crimina publica*, legibus publicorum iudiciorum vindicata, defectu morum excluſo. Anno 439. THEODOSIVS & VALENTIN. AA. laxitatem antiquam diuortiorum reſtituerunt in *nouella conſtitutione* apud GOTHOFRED. in *Cod. Theod. tom. VI. in append. tit. 17.* quam mores gentilium, quibus adhuc orbis Romanus abundabat, extorſerunt imperatoribus. Permiſerunt enim 1) *mutuo diſſenſu* diſſolui poſſe coniugia: 2) pœnas a præcedentibus imperatoribus nouiter introductas abrogarunt: 3) repudia, eorumque cauſas ad veteres leges, atque reſponſa prudentum reuocarunt. Sed anno 449. nouam promulgarunt conſtitutionem, relatam in *l. 8. C. de repud.* qua prior, paganismo nimis fauens, reſtricta & coanguſtata eſt. Vxori enim tantum permiſſum eſt a marito discedere ex his cauſis: Si maritus ſit *adulter, homicida, veneficus, perduellis, falſi damnatus; ſepulchrorum violator, ſacrilegus, latro, latronum ſuſceptor, abactor, plagiarius, impudicis mulieribus aperte deditus, vxoris vitæ inſidias ſtruens*, vel eam *verberibus afficiens*. Maritus vero demum domo eiicere vxorem potuit *adulteram, veneficam, homicidam, plagiariam, ſepulchrorum diſſolutricem, ex ſacris ædibus aliquid ſubtrahentem, latronum fautricem, extraneorum virorum, ſe inuito, conuiuia appetentem, foriſque pernoctantem, circenſibus, theatralibus ludis vel arenarum ſpectaculis, ſe inuito, gaudentem, vel ſibi veneno, vel gladio, aut alio ſimili modo inſidiatricem, perduellionis conſciam, falſitatis crimine maculatam, aut manus audaces ſibi ingerentem.* Extra has cauſas qui repudium faciebat, varie puniebatur, vt *cit. l. 8.* declarat, & ita ſimul quoque prohibita erant diuortia *mutuo conſenſu* ſuſcepta, quibus factis, mulier intra *quinquennium* ad alia vota proſilire non poterat. Poſterius rurſus correxit anno 497. ANASTASIVS in *l. 9. C. de repud.* permiſitque vxori, *bona gratia* a viro diuertenti poſt annum ad ſecundas nuptias conuolare.

a quibus cauſæ rurſus dilatatæ,

magisque auctæ Theodoſ. & a Valentin.

paulo poſt reſtrictæ,

& repudia mutuo conſenſu prohibita,

ab Anaſtaſio rurſus permiſſa.

§. XIV.

gitized by Google

§. XIV. Cauſis hiſce vsque ad tempora IVSTINIANI obſeruatis, anno 528. modo dictus imperator nouam adiecit, *ſi maritus vxori ab initio matrimonii vsque ad duos annos continuos computando coire minime propter naturalem imbecillitatem valeat.* Rurſus anno eodem *in l. 11. §. 2. C. eod.* nouiter prioribus has adiecit cauſas: *ſi forte vxor ſua ope vel induſtria abortum fecerit, vel ita luxurioſa eſt, vt commune lauacrum cum viris libidinis cauſa habere audeat, vel dum eſt in matrimonio, alium maritum ſibi fieri conata fuerit.* Idem in *Nov. 22.* laxitati diuortiorum adhuc magnopere indulſit ex hac ratione, *c. 3.* tradita: *quoniam eorum, quæ in hominibus ſubſequuntur, quicquid ligatur, ſolubile eſt;* vnde liquet, imperatorem ſacris chriſtianorum inutritum, a principio *de indiſſolubilitate vinculi connubialis* alieniſſimum, moresque Romanorum potius ſecutum fuiſſe, vnde ratio adducta profluxit. Poſtea *c. 4.* fontes diuortii recenſet, aitque, diſtrahi matrimonia vel *conſentiente vtraque parte*, quod ob pactorum placitum admittit: vel per *occaſionem* rationabilem, quæ etiam *bona gratia* vocatur, quorſum *c. 14.* refert, ſi maritus vltra decennium in expeditione fuerit. His addit *c. 5. tranſitum ad monachatum*, atque *c. 7. captiuitatem viri*, ſi poſt quinquennium de vita viri non certo conſtat, *c. 9. ſuperuenientem ſeruitutem*, denique *c. 15.* repetit cauſis in lege THEODOSII deſignatas, quas, vt vidimus, non parum auxit. Tandem vero anno 440. vel retrahenda, cauſasque reſtringendas eſſe cenſuit in *nov. 117. c. 8. & 9.* vbi marito quidem ex his cauſis diuortium indulſit; 1) ſi mulier *perduellionis* conſcia eſt, nec viro hoc indicat: 2) ſi de *adulterio* conuicta eſt: 3) ſi quolibet modo vitæ viri eſt *inſidiata:* 4) ſi cum viris extraneis nolente viro *conuiuatur* aut cum eis *lauat:* 5) ſi nolente viro *foris* domum manſerit: 6) ſi *circenſibus* aut *theatris* aut *amphitheatris* interfuerit ad ſpectandum, ignorante aut prohibente marito. Vxori vero diuortium conceſſum eſt ex his cauſis: α) ſi *perduellis* aut huius criminis conſcius: β) ſi *inſidiatus* fuerit vxoris vitæ: γ) ſi vxorem aliis *adulterandam* tradere tentauerit: δ) ſi vir per *calumniam* vxorem de adulterio accuſauerit: ε) ſi *laſciuis* adhæreat *mulieribus*, contemta vxore. Præterea *c. 10.* memorat vsque ad tempus, quo lata eſt conſtitutio prædicta, mutuo conſenſu quoque diſſoluta fuiſſe coniugia, id quod nunc demum prohibuit per *cit. nou. 117.* rurſus tamen a ſucceſſore eius anno 556. permiſſum, vt *nou. 140.* indicat, quod ex priori prohibitione triſtes euentus prouenerint, & coniuges immor-

Nouas cauſas determinauit Iuſtinianus,

a dogmate de indiſſolubilitate nuptiarum alienus,

tandem libertatem diuortiorum reſtrinxit ad cauſas pauciores,

prohibuitque mutuo conſenſu dirimere nuptias, rurſus tamen ſucceſſor permiſit.

mortali odio sese prosequentes, sæpe ad insidias vitæ alterius struendas profugerint.

Post Iustinianum durauit diuortiorum laxitas,

§. XV. Post IVSTINIANI tempora adhuc diuortiorum nimia laxitas durauit, vt perspicue docet SELDENVS *de vxor. Hebr. c. 29.* Imo seculo IX. LEO Philosophus in *nou. III. & 112. furorem superuenientem* in alterutro adiunxit, cuius causæ præcedentes leges mentionem non faciunt. Eius autem æuo *leges Iustinianeas* adhuc fuisse in viridi obseruantia, ex libris *Βασιλικῶν* liquet, quorum *libro XXVIII. tit. 7.* (iuxta edit. FABROTTI *tom. IV. p. 313.*) de *solutione matrimonii* agitur, & *ius Iustinianeum ex nov. 22. & 117.* repetitur optimo sane indicio, eius adhuc vsum in foro fuisse.

continuata seculo XI. in oriente,

Anno 1071. MICHAEL VII. DVCAS imperium tenuit, cuius iussu MICHAEL ATTALIATES, proconsul & iudex, *opus* de *iure pragmaticum* conscripsit, relatum a LEVNCLAVIO *in iure Græco-Romano tom. II. p. 1. sqq.* cuius *tit. 27. p. 24.* agit *de solutione matrimonii*, in quo rursus *iuris Iustinianei* sententia refertur, simulque eo ipso ostenditur, in

& duodecimo

foro has diuortiorum causas adhuc vsitatissimas fuisse. Vlterius CONSTANTINVS HARMENOPVLVS, iudex Thessalonicensis, qui circa annum 1140. floruit, in *promtuario iuris lib. IV. tit. 12.* causas tum a IVSTINIANO tum a LEONE probatas repetiit, easque vt ius quoddam certum, & vsu fo-

imo & decimo quarto.

rensi firmatum retulit. Paulo serius 1335. claruit MATTHAEVS *Monachus* seu BLASTERES, cuius *matrimonialia* tradit LEVNCLAVIVS *in iure Græco-Roman. P. I. lib. 8. p. 478.* ibique *p. 507.* occurrit titulus: *quibus ex causis matrimonium soluatur.* In hoc *ius iustinianeum* rursus distincte refertur: *vtrum autem Blasteres hæc omnia historice potius quam vsuario genere vel contra, suis indiderit commentariis, sibi prorsus incompertum esse*, dixit IO. LAVNOIVS *de reg. in matrim. potest. p. 451.* Probabile admodum est, non omnem vsum huius iuris defuisse, quod, quæ scripserit BLASTERES de *matrimonialibus*, ad doctrinam illius temporis accommodata fuerint; imo etiam illud est probabile, quam diu *matrimoniales causæ* in foris secularibus sunt sub examen & cognitionem vocatæ, quod in oriente constanter factum, causas diuortiorum ex his legibus diremtas, non vero ex *principiis legum ecclesiasticarum* decisis fuisse.

Aliæ gentes quoque eandem admiserunt laxitatem, vt Franci,

§. XVI. His vero moribus non tantum viuebant Romani, christianismo iam addicti, sed etiam aliæ gentes, plures diuortiorum causas in suas leges recipientes, de quibus distincte SELDENVS *vxor. Ebr. c. 30.* Vsum *diuortiorum* laxissimum apud *Francos* docent *formulæ Marculfianæ.*

Etenim

Digitized by Google

Etenim *lib. II. form. 30.* apud BALVZ. *tom. II. capit. 423.* traditur formula diuortii, *mutuo conſenſu* initi, vt indicant ſequentia: *Idcirco dum & inter illo & coniuge ſua non caritas ſecundum Deum ſed diſcordia regnat, & ob hoc pariter conuerſare minime poſſunt, placuit vtriusque voluntas, vt ſe a conſortio ſeparare deberent.* Hac ſeparatione facta, vtrique integrum erat ad alia tranſire vota, teſte hac formula: *Propterea has epiſtolas inter ſe vno tenore conſcriptas fieri & adfirmare decreuerunt, vt vnusquiisque ex ipſis ſiue ad ſeruitium Dei in monaſterio aut ad copulam matrimonii ſe ſociare voluerit, licentiam habeat.* Patrum doctrinis quidem talia diſcidia repugnabant, quæ tamen in vſum deduci penitus non poterant, quam diu in *foris ſecularibus* de matrimoniis agebatur. In *formulis Sirmondicis*, quæ dicuntur *ſecundum legem Romanam* h. e. *codicem Theodoſianum* ſeu ANIANI *breuiarium*, cuius vſus eo tempore inſignis fuit, alius traditur libellus repudii *form. 19.* apud BALVZ. *cit. l. p. 479.* quæ cum priori fere eiusdem eſt tenoris, docetque, repudia *mutuo conſenſu* iuxta leges Romanas apud alias gentes quoque fuiſſe approbata, & recepta. Inter cauſas eiiciendi vxorem *inuitam* potiſſimum referebant 1) *adulterium*, quo probato, marito integrum erat, ad alia vota tranſire, vt docent *capitularia lib. V. c. 19.* Approbatæ etiam erant 2) *inſidiæ vitæ coniugis ſtructæ* inter iuſtas *diuortii* cauſas, vt *Synodo apud Wermeriam*, auctoritate PIPINI, anno 752. *c. 15.* cautum eſt apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 163. Si qua mulier mortem viri ſui cum aliis hominibus conſiliauit, & ipſe vir ipſius hominem ſe defendendo occiderit, & hoc probare poteſt, ille vir poteſt ipſam vxorem dimittere, & ſi voluerit, aliam accipere.* Præterea 3) iuxta *c. 9. eiusd. Synodi* permiſſum erat marito diuortium, ſi vxor eum, in alio pago, vel extra prouinciam ſeſe conferentem, ſequi nolebat. Varia aliarum gentium iura fuere, alibi liberiora: alibi reſtrictiora, præſertim poſtquam *cauſæ matrimoniales* pedetentim ad *doctrinam eccleſiæ* ſeculo VIII. paſſim componi, & tandem ad *iudicia eccleſiaſtica*, rite ſeculo XII. formata, *priuatiue* trahi cœperunt.

vel mutuo conſenſu dirimentes connubia,

vel ex cauſis probatis inuitam exigentes.

§. XVII. Quamuis vero AVGVSTINVS aliique patres priuata ſua doctrina non tantum in Saluatoris præcepto ſubſtiterint, ſed quandoque omnem fere vſum diuortiorum damnauerint; palam tamen eſt, leges ab imperatoribus chriſtianis perlatas non fuiſſe a patribus impugnatas damnatasque, ſed, quod matrimonialia adhuc *foro ſeculari* addicta eſſent, in

Neque tamen patres has leges ciuiles impugnarunt.

quoad effectus ciuiles, suo robore, & in vigore quoad *effectus ciuiles*, qui maxime post *diuortium* sese exserebant, relictas. Idem obseruat IO. LAVNOIVS *de reg. in matrim. pot. p. 322.* variaque hunc in finem argumenta suppeditat. Primum est, *quod œcumenica synodus nulla apud orientem, vel occidentem, habita constitutiones illas Cæsareas reuocauerit ad examen, &, ne seruarentur, vetuit*, id quod etiam animaduertit SELDENVS *lib. III. de vxor. Ebr. c. 31. p. m. 443.* Ratio sine dubio hæc est, quod *concilia vniuersalia* ab *approbatione imperatorum* dependerent; quam sine dubio iis denegassent, si leges imperii publicas impugnassent. Accedebat, quod *causæ matrimoniales* non *ecclesiasticæ* sed *seculares* censerentur, & *iudicii secularis* quoque de his quoad *effectus ciuiles* esset cognitio, adeoque de iis in conciliis hisce primario agendum non videretur, nisi forsan vel *sacerdotes*, vel *religionem* simul concernerent, quorsum refero *c. 14. concil. Gangrens.* & *c. 8. concil. Neocæsar.* in *codicem canonum vniuersæ ecclesiæ* relatos. Alterum LAVNOII argumentum est, *quod Antistes nullus, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Constantinopolitanus, Hierosolymitanus, Constantino & Iustiniano æqualis, vel tempore proximus de illis constitutionibus querelam instituit.* Tertium est, *quod non tantum illi, sed alii, quicunque in orbe christiano fuerint, videantur constitutiones suo silentio comprobasse.* Vtrumque sine dubio ita accipiendum esse credo, vt patres, quorum non erat de *legibus ciuilibus* censere, aut eorum vsum impugnare, talia arbitrio legum reliquerint. Interim haud impediebantur, saluis legibus ciuilibus, mentem suam de *diuortio* secundum CHRISTI doctrinam aperire, & per modum *dogmatis* ea inculcare, quæ ad tranquillandam conscientiam facere possent, vt §. sq. indicabo, ostendamque, quandoque rationes suas patres etiam imperatoribus exposuisse, quæ si non admittrebantur, acquiescebant. Noverant, non statim, quod *legibus* ex moribus seculi deperditis permitti debuit, ex omni parte honestum, pium, & ita comparatum esse, vt tutum quemlibet præstare possit in conscientia, cum aliæ sæpe sint *regulæ Christi*, aliæ *leges seculi.* Illæ vnice ad *pietatem*, & *animæ salutem* directæ; hæ vero duntaxat ad *procurandam tranquillitatem ciuilem* adaptatæ sunt, quæ maioris mali euitandi causa sæpe permittere debent, alias merito repudianda. Sic IVSTINIANVS in *nou. 140.* legem patris sui IVSTINIANI, connubia *mutuo dissensu* dirimi vetantem, reuocare coactus fuit, quod plures tristissimi euentus inde euenerint, vt coniuges inter se dissi-

licet priuatam suam sententiam passim declarauerint.

diſſidentes ad inſidias ipſimet ſtruendas ſæpe commoti fuerint, quo ſeſe hoc modo in libertatem vindicarent. Sine dubio diuortia mutuo conſenſu ſuſcepta, ſi *doctrinam CHRISTI* inſpexeris, probroſa & damnanda erant; permiſſa tamen paſſim per leges ex ſtatu illorum temporum.

§. XVIII. Inde vero fluit noua propoſitio: *Quamuis per leges ciuiles diuortia ex pluribus cauſis quoad EFFECTVS CIVILES eſſent permiſſa; leges tamen eccleſiaſticas ea peccati reatu, ſi deſit adulterium, vacare non cenſuiſſe, adeoque cenſuris diuertentes caſtigaſſe.* Neque enim deſtiterunt doctores eccleſiæ, *ſanctitatem vinculi coniugalis* ex ſacris populo tum *ſcriptis*, tum *viua voce* per modum *doctrinæ* inculcare, eosque hoc modo a *licentia diuertendi* reuocare, atque inducere, ne *legum permiſſu* temere vterentur. Plura videlicet legibus permiſſa fuerunt, effectusque ciuiles habuerunt, paſſim inter chriſtianos reprobata, vt vel de *ſecundis nuptiis* dogmata loquuntur. Ceterum quandoque etiam precibus egerunt apud imperatores, vt laxitas diuortiorum legibus publicis, quarum negotium *cauſæ diuortiorum* erant, coerceretur atque coanguſtaretur. Hæc cura inprimis AVGVSTINVM ſollicitabat, qui interfuit concilio AFRICANO VIII. anno 407, cuius ſuaſu ſine dubio hic canon, (qui in *cod. can. Afric. eccleſ. c. 102.* deprehenditur apud HARDVIN. *tom. I. concil. p. 923.*) conceptus eſt: *Placuit, vt ſecundum euangelicam & apoſtolicam diſciplinam neque dimiſſus ab vxore, neque dimiſſa a marito alteri coniungatur, ita maneant, aut ſibimet concilientur, quod ſi contemſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa LEGEM IMPERIALEM petendum eſt promulgari.* Ex hoc canone obſeruo: 1) AVGVSTINVM dogma ſuum de *abſoluta indiſſolubilitate vinculi coniugalis* voluiſſe eccleſiæ obtrudere, quippe quod in *cit. can.* manifeſte declaratum, ſed ipſi praxi eccleſiæ contrarium erat, quæ non poterat non ex doctrina CHRISTI tollere diuortium totale ex capite *adulterii*: 2) patres *pœnitentias* inflixiſſe iis, qui ſecundum *leges ciuiles* diuertebant, ſi doctrinæ Saluatoris diuortia repugnare videbantur: id quod imperatores, pro ſtatu reipublicæ morbidæ, divortia liberius concedentes, facile patiebantur, vt ita *per indirectum* ab iis reuocarentur ſubditi chriſtiani: 3) agnouiſſe patres huius concilii, reſtrictiones diuortiorum per *leges ciuiles* principum fieri debere, iisque hanc curam ex *poteſtate legislatoria* incumbere, ſibi autem, quæ ad doctrinam CHRISTI inculcandam pertinent, concredita eſſe:

Interim in foro eccleſiaſtico temere diuertentibus pœnitentia impoſita,

vtut lege ciuili tuti eſſent,

qua olim cauſæ diuortiorum determinabantur,

Digitized by Google

esse: 4) admitti absolute non posse LAVNOII thesin §. *antec.* allatam, patres scilicet tacendo approbasse in omnibus *leges ciuiles*, quarum correctionem Africani exoptabant, si per *rationem status* ciuilis id impetrari potuisset. Neque enim id, quod suggesserat AVGVSTINVS, Africani ab imperatore impetrarunt, quod ipse AVGVSTINVS indicare videtur *libro L. homil. 49.* (*tom. X. oper.*) vbi suam doctrinam denuo inculcat: *Non vobis licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis feminæ habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina sunt ista coniugia, NON IVRE FORI SED IVRE COELI. Nec eam feminam, quæ per repudium discessit a marito, licet vobis ducere viuo marito. Solius fornicationis causa licet vxorem adulteram dimittere, sed illa viuente non licet alteram ducere. Et vobis feminæ nec illos viros, a quibus per repudium discesserunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria sunt, non coniugia.* Dictatorio more loquitur, nullaque probatione, qua conuincere potuisset christianos, vtitur, quod in doctore ferendum non est. Distinguit inter *ius fori* & *ius cæli*, eoque ipso ostendit, doctrinam suam, quam per modum *legis* etiam confirmari desiderabat, nondum *publica auctoritate* receptam fuisse, quamuis in ea per errorem *ius cæli* constituerit, ex præconcepta opinione de *sacramento matrimonii.*

neque patrum doctrinam hæc recipere potuit vniuersaliter.

Patres distinxere inter ius fori & cæli,

§. XIX. Equidem iam in *concil. Arelatensi I. de anno 314. c. 10.* dogma AVGVSTINI his inculcatum fuisse verbis videtur: *De his, qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere, placuit, vt in quantum possit, consilium eis detur, ne viuentibus vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant.* Enim vero de *solo consilio* innocentibus dando disponunt patres, non vero præcise *iubent*, vt ab vlterioribus nuptiis, donec adultera in viuis est, abstineant, nec si contra fiat, hoc contra CHRISTI doctrinam factum esse aiunt. Ipsemet AVGVSTINVS *tom. IV. lib. de fide & oper. c. 19.* admodum titubanter de hoc casu loquitur, vt nihil certi determinare potuerit. Ait: *Quisquis etiam vxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit, non videtur æquandus eis, qui, excepta causa adulterii, dimittunt & ducunt. Et in ipsis diuinis sententiis ita obscurum est, vtrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tamen habeatur, si alteram duxerit, vt quantum existimo, venialiter ibi quisque fallatur.* Obscuritatem AVGVSTINVS in diuinis eloquiis sine solido fundamento comminiscitur, quam vnice ex præ-

consiliumque dabant, ne ob adulterium diuertentes ad secunda vota transirent.

de quo casu titubanter loquitur Augustinus,

Digitized by Google

præconcepta & assumta hypothesi de *sacramento*, in connubio latitante, sibi formauit, indeque intulit, eius vinculum *absolute indissolubile* censendum esse, adeo vt quamuis Saluator ex causa *adulterii* permiserit, vxorem exigere, hoc tamen saluo coniugii vinculo fieri, nec marito integrum esse crediderit, viuente vxore ad alia vota transire, nisi se adulterio maculare velit. Hac de causa Africanis auctor suasorque erat, vt in synodo hanc sententiam suo calculo firmarent, prout §. *antec.* obseruatum est.

ex præconcepta opinione de sacramento.

§. XX. Passim hanc quæstionem in opusculis suis euoluit, eandem vero reguslat *lib. I. ad Pollent. de adulterinis coniugiis*, vbi quæstionem a POLLENTIO motam ita format: *An, sicut ego sensi in eis libris, quos ante plurimos annos de sermone euangelico scripsi, quem secundum Matthæum habuit Saluator in monte, illas innuptas manere præceperit, quæ a viris suis ea caussa recesserint, quæ sola permissa est, i. e. fornicationis?* Hanc denuo *affirmatiue* decidendam censet, & pro ratione decidendi *cap. 3.* vtitur dicto Paulino: *Iis autem, qui sunt in coniugio, præcipio non ego, sed Dominus, mulierem a viro non discedere, quod si recesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & vir vxorem non dimittat.* Quærit vero ex apostolo: *Cur dixisti, Apostole, quod si discesserit, manere innuptam? licetne discedere, an non licet? si non licet, cur præcipis discedenti, vt maneat innupta? si autem licet, profecto est aliqua causa, qua liceat. Hæc autem inquisita non inuenitur, nisi quam solam Saluator excipit, i. e. causa fornicationis. Ac per hoc non præcipit Apostolus mulierem, si discesserit, manere innuptam, nisi quæ illa causa discedit a viro, qua sola ei licitum est discedere a viro.* Euidens est, AVGVSTINVM id, quod in quæstione est, pro certo assumere, atque contendere, PAVLVM loqui de discessu vxoris a marito ex causa *adulterii*, quod ex hac causa *vnice* permissum sit discedere a marito & vice versa. Id vero oppido falsum esse, quis non viderit? Collectæ erant ecclesiæ ex *iudæis* & *gentilibus:* illi mores iudæorum ægre deponebant, & sic diuortiorum libertate, iudæis familiari, vtebantur; hi vero iuri Romano assueti erant, quo adhuc liberior discedendi erat potestas. Enimuero hi mores tum *Iudæorum* tum *Romanorum* pugnabant cum CHRISTI doctrina, ad quam PAVLVS prouocat, adeoque infert, illis non permissum esse promiscuum diuortium, ex causa *cuiusdam dissidii* susceptum; interim quod videret, sibi cum iis negotium esse, qui *iure forensi externo* tuti erant, adiungit, vt discedenti

Alibi tamen damnat nuptias secundas eorum, qui ob adulterium diuerterunt.

vbi petit id, quod est in principio,

quod ostenditur ex moribus illius temporis,

Digitized by Google

dentes feminæ innuptæ maneant', aut *viro ſuo reconcilientur*. Vel hæc verba poſteriora indicant, ſermonem PAVLO fuiſſe de *diuortio*, ex *diſſidio* quodam orto inter coniuges, ob quod *more Hebræo* & *Romano* facile rumpi poterat vinculum connubiale. Contra hunc morem diſputat Apoſtolus ex doctrina CHRISTI: hanc tantummodo inculcat: & moribus iudaicis atque gentilibus opponit, non vero *exceptionem* a CHRISTO adiectam interpretatur. *Regulam* potius in vſum inter fideles deducere ſtudebat, non vero vſum *exceptionis* declarare. Nullibi CHRISTVS præceperat, vt vxor, ex cauſa *adulterii* a marito discedens, maneret innupta, nec PAVLVS hanc duram legem fratribus imponere potuit, quam nullo modo per legitimam interpretationem ex doctrina Saluatoris deducere licuit. Denique Apoſtolus *marito* obſeruandum eſſe ſtatuit, quod vxoribus ex doctrina Chriſti iniunxerat. Et tamen ipſimet chriſtiani ante AVGVSTINI tempora quandam differentiam conſtituebant inter *virum* & *vxorem*, hanc tantummodo repellentes ab vlterioribus nuptiis, non illum. Patres Eliberini *c. 9*, ita edixere: *Item femina fidelis, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur, ne ducat: ſi duxerit, non prius accipiat communionem, niſi, quem reliquerit, prius de ſeculo exierit; niſi forte neceſſitas infirmitatis dare compulerit.* Hoc dogma forſan inde deductum, quod Saluator de ſolo *marito* loquatur, adeoque *vxori* permiſſum non eſſe crediderint Eliberini, quod marito indultum eſt. BASILIVS M. in *epiſt. canon.* ad *Amphilochium can. 9.* hoc diſcrimen improbat, & præceptum Chriſti ad *viros* æque ac *feminas* pertinere cenſet. Addit vero, morem ſeu eccleſiæ diſciplinam cum lege IESV CHRISTI non penitus congruere, ſed maritos mulieribus hac in parte ſuperiores feciſſe, quia viri mulieres adulteras, mulieres vero viros, fidem matrimonii fallentes, dimittere non poſſunt. Credidit itaque, matrimonium ex capite *adulterii* vtrinque rectè dirimi, & quod *marito* permiſſum, etiam *vxori* denegandum haud eſſe, quod AVGVSTINVS etiam *cit. l. c. 8.* contendit, vt tamen vxor innupta maneat.

contra quos Paulus diſputat.

quia ante Auguſtini tempora patres marito diuertenti ſecundas indulſere nuptias.

§. XXI. Quia vero animaduertebat AVGVSTINVS, ſibi grauiter obſtare *exceptionem* a Chriſto formatam, eamque eſſe ſuperfluam, ſi nec ex hac cauſa diuertere liceret, *cap. 9.* hoc dubium e medio remouere nititur. Putat a Saluatore id commemoratum fuiſſe, in quo grauius maiusque adulterium deprehenditur. *Maius enim* ait,

Auguſtini interpretatio de cauſa adulterii,

adul-

Digitized by Go

adulterium esse, quis neget, vxore non fornicante dimissa alteram ducere, quam si fornicantem quis dimiserit, & tunc alteram duxerit: non quia & hoc adulterium non est, sed quia minus est, vbi fornicante dimissa altera ducitur. Sophistica hæc est interpretatio, tantoque ecclesiæ doctore indignior, quo manifestius vim facit verbis CHRISTI. Qui *excipit* aliquid a *regula*, hanc ad exceptionem applicari posse negat. Iam CHRISTVS format hanc *regulam:* quicunque ex causa leuiori discedit ab vxore, aliamque ducit, mœchatur: exceptionem vero format in casu *fornicationis*, vnde hæc propositio elicienda: *Quicunque autem dimittit vxorem ex causa fornicationis, aliamque ducit, non mœchatur.* Secundum AVGVSTINVM vero formanda esset affirmatiue: *æque mœchatur, licet adulterium leuius sit.* Ita vero Saluator *exceptionem* plane non formasset, nec ad quæstionem, a iudæis propositam, respondisset, sed aliam & quidem hanc tetigisset: vtrum minus delinquat, qui, ejecta vxore adultera, aliam ducit, ille vero grauius, qui extra causam adulterii vxorem exigit, alia electa? Separationem non prohibitam censet: nouas innocentis nuptias duntaxat abominatur ex præconcepta opinione. Imo illi in tantum indulget, vt *c. 17.* verba CHRISTI hoc modo extendat: *Si propter fornicationem carnis permittitur homo a cõiuge separari: quanto magis in coniuge MENTIS FORNICATIO detestanda est, i.e. infidelitas.* Ita ergo ob *hæresin* permittit separationem, vel ob grauiora delicta, quæ æque mentis fornicationem inducunt; quid quæris? qui mœchatur in corde suo, *mentis fornicatione* pollutus est, ergo secundum AVGVSTINVM dimitti potest, quod a scopo doctrinæ CHRISTI alienum. Conf. *c. 6. 13. C. 32. qu. 5.*

quæ sophistica est.

§. XXII. Hæc similiaque patrum testimonia, atque conciliorum decreta, quorum insignis cumulus est, euincunt, atque demonstrant, *forensem* doctrinam ab *ecclesiastica* discrepasse, libertatemque diuortiorum per *leges* iudultam a pœnis iniusti diuortii ciuilibus quidem diuertentem absoluisse, sed non a *censuris ecclesiasticis*, quas episcopi etiam his, qui iure sibi per leges concesso vtebantur, infligebant. Leges huiusmodi non impugnabant aut damnabant *aperte*, sed quoad effectus ciuiles ferebant, nec se tribunalium causis immiscebant: interim ex causis aliis præter adulterium diuertentem a peccato haud immunem esse censebant, pœnitentiis censurisque expiando, quibus ex illius temporis disciplina peccata expianda esse credebantur. Grauius adhuc coerce-

Ita quod in foro ciuili impune, in foro ecclesiastico plectebatur,

bant diuertentes præter cauſam *adulterii patres Toletani anno 681.* in *concil. Toletano XII. c. 8.* relato a GRATIANO in *c. 21. C. 32. qu. 5.* tamdiu ab eccleſiaſtica communione & cœtu omnium chriſtianorum excludentes diuertentem, donec ſocietatem relictæ coniugis ſinceriter amplexus fuerit. Nec dubium eſt, quin eandem cenſuram aliæ quoque eccleſiæ contra diuertentes adhibuerint, vtut in foro ciuili ab omni iuris perſecutione eſſent tuti. Solam fornicationis cauſam exceperunt patres, in eo tantum a ſe diuerſi, quod quidam innocentem omni nuptiarum vſu, donec nocens in viuis eſſet, intercluderent, & ſic tantum in caſu adulterii ſeparationem *quoad thorum* perpetuam concederent, quorum teſtimonia collegit GRATIANVS in *c. 1. ſqq. C. 32. qu. 7.*; quidam vero marito quidem alias nuptias permitterent, non æque vxori, ex diſciplina eccleſiæ fere communi, quam ſupra iam memoraui, quorum teſtimonia compilauit IDEM *cit. l. c. 17. ſqq.* Quidam denique mitiori conſilio ducti, etiam vxores, a marito ob eius adulterium diuertentes, a nouis nuptiis non arcuerunt. Hanc in ſententiam iuit ZACHARIAS pontifex *in c. 23. C. 32. q. 7. Concubuiſti cum ſorore vxoris tuæ? Si feciſti, neutram habeas: & ſi illa, quæ vxor tua fuerit, conſcia ſceleris non fuit, ſi ſe continere non vult, nubat in Domino, cui velit.* Vnde liquet, dogma AVGVSTINI ab omnibus haud receptum, ſed variam in hac cauſa fuiſſe eccleſiæ diſciplinam.

inprimis per patres Toletanos,

quamuis quoad cauſam fornicationis varia diſciplina fuerit.

§. XXIII. Vltimam denique addo propoſitionem: *Doctrinam Auguſtini tandem principatum obtinuiſſe, indeque effectum, vt etiam quoad adulterium tantum permiſſa fuerit ſeparatio quoad thorum, ſaluo coniugii vinculo, donec nocens vixerit.* Non errauerunt, meo iudicio, qui dixerunt, *mortuo Auguſtino, vniuerſum orbem factum fuiſſe Auguſtinianum*; ita enim dogmata eius a plerisque collaudata, aſſumta, approbata, vt pedetentim in *leges eccleſiaſticas* iuerint. Idem ſeculo VIII. in *concilio Foroiulienſi*, HADRIANI & CAROLI M. temporibus, anno ſcilicet 791. habito *c. 10.* aperte AVGVSTINI ſententia omnium ſuffragia tulit. Aiunt patres: *Item placuit, vt reſoluto fornicationis cauſa iugali vinculo, non liceat viro, quamdiu adultera viuit, aliam vxorem ducere, licet ſit illa adultera; ſed nec adultera, quæ pœnas grauiſſimas vel pœnitentiæ tormentum luere debet, alium accipere virum, nec viuente nec mortuo, quem non erubuit defraudare, marito.* In ſequentibus dubium mouent, quod ex doctrina CHRISTI iuſte trahitur, & tandem in HIERONYMI doctrina acquieſcunt, quam etiam refert GRATIA-

Tandem Auguſtini dogma generatim approbatum, vt ob adulterium tantum ſeparatio quoad thorum eſſet permiſſa, per concilium Foroiulienſe.

NVS

NVS *c. 7. C. 32. qu. 7.* Grauiter præterea hæc quæſtio agitata eſt in *concilio Aquisgranenſi III. anno 862.* cum LOTHARIVS abiecta THEVTBERGA aliam ducere vellet, de qua vid. HINCMARVS *tom. I. p. 561. ſqq.* Hunc in finem varias patrum ſententias atque decreta conciliorum collegerunt, exhibita & relata ab HARDVINO *tom. V. concil. p. 544. ſeqq.* quæ magnopere cum nouis nuptiis pugnant. Vnde liquet, in hiſce quæſtionibus vtplurimum patres conciliorum hæſitaſſe, & in AVGVSTINI dogma inclinaſſe. In *lib. VI. capitul. c. 87.* apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 936.* ex cauſa *fornicationis* quidem vxorem relinquere conceditur; additur tamen: *Quodſi quisque propriam expulerit coniugem, legitimo ſibi matrimonio coniunctam, ſi CHRISTIANVS RECTE ESSE VOLVERIT, nulli alii copuletur, ſed aut ita permaneat, aut propriæ reconcilietur vxori.* Exiſtimarunt itaque, *veri chriſtiani* characterem ex eo cognoſci, ſi, eiecta & viuente adultera, maritus ab vlterioribus nuptiis abſtineret, quod patres auctoritatis maximæ id tradiderint. Euidentior eſt ſententia *c. 235. lib. VI.* apud EVNDEM *cit. l. p. 963. Placuit, vt cauſa fornicationis non ſit vxor ſecundum domini ſententiam dimittenda, ſed potius ſuſtinenda. Et quod hi, qui cauſa fornicationis dimiſſis vxoribus ſuis alias ducunt, Domini ſententia adulteri eſſe notantur*, quod etiam repetitum eſt *in add. II. capitul. c. 23. p. 1145.* Præ ceteris HINCMARVS *epiſt. 37. c. 8. tom. II. op. p. 660.* auctoritate AVGVSTINI captus hoc dogma inculcat, & præmiſſa vinculi indiſſolubilitate, pergit: *Quod magnum ſacramentum dicit Apoſtolus in Chriſto & in eccleſia. Quod ergo eſt in Chriſto & in eccleſia magnum, hoc in ſingulis quibuſque viris atque vxoribus minimum, ſed tamen coniunctionis inſeparabilis ſacramentum. Quapropter legaliter & nuptialiter copulati, excepta cauſa fornicationis, ſeparari non poſſunt, & cauſa fornicationis ſeparati aut permanere innupti, aut mutuo debent reconciliari, ſicut euangelica & apoſtolica docet auctoritas & Africana Synodus definiuit. - - Et quia vxor a marito vel maritus ab vxore, niſi cauſa fornicationis, non valet neque debet diſcedere, ex hac euangelica & apoſtolica doctrina beatus Auguſtinus in lib. I. de adulterinis coniugiis ad Pollentium dicit &c.* Poſt pauca pergit: *Cauſa autem fornicationis vir aut mulier ab inuicem diſcedentes propter SACRAMENTVM NVPTIALIS CONIVNCTIONIS, aut innupti, quousque alter eorum moriatur, manebunt, aut ſibi reconciliari ſtudebunt.* Plura alia loca in ſequentibus ex AVGVSTINO recenſet, & inde colligit: *Hinc liquido demonſtratur, quia ſicut ſemel acceptum baptiſmi*

& Aquisgranenſe III.

vt in capitularibus,

præterea ſuffragio Hincmari,

ſacramentum, quo quisque fidelis in vnitate catholicæ eccleſiæ Chriſto incorporatur, poſtea nulla interueniente cauſa amittitur: ſic & vinculum coniugale, legaliter & nuptialiter celebratum, indiſſolubiliter manet connexum, licet fornicationis cauſa vel quacunque de cauſa videatur ſeparatum.

& quidem ex cauſa ſacramenti ab Auguſtino grauiter aſſerti,

§. XXIV. Eo facilius autem Doctores eccleſiæ AVGVSTINI auctoritate capi potuerunt, quod ille inter omnes *ſacramento matrimonii* pondus ingens adſcripſerit, indeque vinculi *nexum indiſſolubilem* petierit. Hoc principio generaliter & pro *fidei articulo* aſſumto, non potuere non in dogma AVGVSTINI conſpirare omnes, qui de *diuortio* egerunt. Tandem vero *legis eccleſiaſticae vniuerſalis* vigorem accepit, poſtquam in *decretales* relatum; & Paparum edictis roboratum eſt. Quis enim ignorat, *ſacramentum* matrimonii in pontificum conſtitutionibus vbique inculcari? BONIFACIVS VIII. *in c. vn. de voto in 6.* illud ex paradiſo trahit, &, *matrimonii vinculum*, ait, *ab ipſo eccleſiæ capite, rerum omnium conditore, ipſum in Paradiſo & in ſtatu innocentiæ inſtituente, vnionem & indiſſolubilitatem accepit.* Euidentius autem rem declarat INNOCENTIVS III. *in c. 7. X. h. t. Et ſi matrimonium verum inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum: inter fideles autem verum & ratum exiſtit: quia SACRAMENTVM FIDEI, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit CONIVGII SACRAMENTVM, vt ipſum in coniugibus, illo durante, perduret.* Vnde non potuere non colligere, diuortium non aliter concedendum, quam duntaxat quoad *thorum*, ſaluo vinculo, etiam in caſu *adulterii*, adeo vt INNOCENTIVS III. in *c. 8. X. h. t.* haud erubuerit, verba Saluatoris corrumpere, & quod ipſe *excepit*, ad *regulam* trahere, dicendo: teſtimonium veritatis in euangelio hoc eſſe · *quicunque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, fornicatur.* Enimuero non veritatis ſed falſarii hoc eſt teſtimonium, cum veritas *fornicationem* diſerte excipiat, dicatque: *Quicunque dimiſerit vxorem, excepta cauſa fornicationis &c. Matth. V, 32. XIX, 9.* Nouum pondus huic doctrinæ adiectum per *concil. Tridentinum ſeſſ. XXIV. c. 7. Si quis dixerit, eccleſiam errare, cum docuit & docet, iuxta euangelicam & apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonii vinculum non poſſe diſſolui; & vtrumque vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere,*

& a pontificibus inculcati in decretalibus,

denique per concilium Tridentinum corroborati.

Digitized by Google

re; mœcharique eum, qui dimiſſa adultera aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero alii nupſerit; anathema ſit.

§. XXV. Contra proteſtantes hunc canonem conditum fuiſſe, res ipſa loquitur, quippe qui, præiudicio auctoritatis Auguſtinianæ abiecto, *diuortium totale* in caſu *adulterii* ſecundum doctrinam CHRISTI admiſerunt. Illam enim huc tendere, obſeruaui §. 7. & 8. & ſicuti admittunt Romanæ eccleſiæ doctores, *diuortium* hoc caſu conceſſum eſſe, quamuis tantum *quoad thorum*; ita neceſſe eſt, vt doceant, CHRISTVM de tali diuortio, quod fieri poteſt *ſaluo coniugii vinculo*, Hebræis prorſus incognito, & contradictionem inuoluente, locutum fuiſſe. Nemo inficias ibit, de eo *diuortio* Saluatorem interrogatum fuiſſe, quod Iudæis in more poſitum erat, i.e. quod *vinculum omne* ſoluebat, & diuertentem in ſtatum libertatis collocabat. Conueniens ergo quoque eſt, vt Saluator *de eodem diuortio* mentem ſuam prodiderit, docueritque, illi quidem regulariter locum non eſſe relinquendum, ſi excipias *fornicationis cauſam* vel *rationem*. Poteſt hoc caſu ex doctrina Saluatoris fieri diuortium, non tantum quoad *thorum*, ſed etiam quoad *vinculum*; quia hoc duntaxat iudæis notum, teſtatum, peruulgatum; illud nec vſu nec ratione cognitum erat, quod cum Saluator optime ſciuerit, nec tamen vllo indicio declarauerit, ſe *nouam inſolitam*que diuortii *ſpeciem* tradere, recta ratio poſtulat, vt aſſeramus, eum de *vero*, non *ficto* & *imaginario* diuortio, ediſſeruiſſe. Et quamuis *Marc. X, 11.* hæc exceptio omiſſa eſt, non tamen eo ipſo negata aut reiecta, ſed, vt concordet ſcriptura, aliunde ſupplenda eſt. Quæ in contrariæ ſententiæ præſidium ab AVGVSTINO adducta ſunt, ſupra iam ſatis examinata atque conculcata ſunt.

Sed proteſtantes recte contrarium docuerunt,

cum Chriſtus de vero diuortio locutus fuerit,

§. XXVI. Nihilominus tamen eam diuortii ſpeciem retinuerunt proteſtantes, quæ tantum fit quoad *thorum* & *menſam* certis in caſibus, vt duplex *diuortium* admittant, *totale*, quoad *vinculum*, & *partiale*, quoad *thorum* & *menſam*, ſingulisque ſpeciebus peculiares adſignent *cauſas*. Sed, vt verum fatear, hæ ipſæ pomum Eridos conſtituunt, mentesque eruditorum in diuerſa trahunt. Alii augent admodum *cauſarum* cenſum, ex quibus diuortium totale licite fieri poſſit, vt MILTONIVS *de diuort.* BRVCKNERVS *in deciſ. matrimon.*; alii eum reſtringunt admodum & in ſola *adulterii* cauſa ſubſiſtunt; alii denique viam mediam eligunt, & tales quoque admittunt, quæ *adulterio*, ex ratione *fractæ & violatæ fidei connubialis*, pares ſunt, quos Sal-

variant tamen quoad cauſas iuſti diuortii,

Digitized by Google

Saluator vel ideo excluſiſſe non videtur, tum quod *Matt. V, 32.* dicat, παρεκτὸς λόγϐ πορνείας h. e. *præter rationem adulterii*, vt omne turpiſſimum facinus quoque huc pertineat, in quo *rationem adulterii* deprehendere licet; tum etiam, quod recta ratio doceat, diſpoſitionem legis admittendam in omnibus cauſis, in quibus ratio legis deprehenditur. Noui quidem, non deeſſe, qui, vt demonſtrauit SELDENVS *de vxor. Ebr. lib. III. c. 23.* ſub appellatione πορνείας in genere *turpe facinus*, vel vt LXX. vertunt, quolibet ἄτοπον πρᾶγμα, vel κακίαν ſeu *turpitudinem* intelligi poſſe docent, quo poſito πορνεία generaliſſima foret cauſa; ad quam plures *ſpecialiſſimæ* eſſent referendæ, & in infinitum extendendæ. Enimuero Saluatoris noſtri doctrinam, qua connubialis vinculi *ſanctitatem* & *indiſſolubilem* nexum contra depraua-tiones iudæorum aſſerit defenditque, paulo attentiori meditatione intuentes, deprehendimus, eum plane ab horum cogitationibus alieniſſimum fuiſſe, qui *laxitati diuortiorum* admodum indulgebant, quod etiam illi faciebant, qui, duce SCHAMMAI, non niſi *turpe facinus* admittebant, vtpote cuius intellectus *vagus* & ita comparatus eſt, vt ampliſſimam præbeat diuertendi facultatem. Nemo ſine crimine viuit. Turpitudo variis occaſionibus edi poteſt, & ita, ea fundamenti loco admiſſa, nihil facilius eſt, quam nexum huius vinculi ſanctiſſimum rumpere, quod Saluator noſter tamen præcauere voluit. Vnde, ne intentioni CHRISTI aduerſemur, mentem eius explicantes, neceſſe eſt, vt in vſitatiſſimo, vulgari, populariquè ſignificatu huius vocis ſubſiſtamus, quo *fornicationem* denotat, & quidem ideo, quod per eam *fides coniugalis* violetur, frangatur, & ſoluatur. Interim tamen haud excluſiſſe credendus eſt CHRISTVS ea facinora, quibus æque, vt per *fornicationem*, fidei coniugali clades inſignis infertur, ſeu quicquid habet *rationem fornicationis*, vt obſeruat D. IO. MICHAEL LANGIVS tr. *de nupt. & diuort. diſſ. VI. §. 11. ſq.*

ob variam ſignificationem vocis πορνείας,

quæ tamen in ſenſu proprio accipienda videtur.

§. XXVII. Ante omnia ergo iuſtam diuortii cauſam conſtituit (I) *adulterium verum* per commixtionem corporum ſeminisque immiſſionem conſummatum. Quamuis enim in ſenſu theologico etiam *oculis* id committatur ob prauam cordis concupiscentiam, quod DEVS intuetur; id tamen *effectus ciuiles* habere nequit, cum cordium ſcrutator ſolus DEVS ſit, nec vlla cogitationum pœna in ſtatu ciuili locum habere queat. (II) *Adulterium præſumtum*, quorſum referunt fugam mariti cum meretrice, & quod viſus fuerit cum ea in eodem lecto, ob-

Eſt ergo iuſta diuortii cauſa 1) adulterium verum,

2) adulterium præſumtum.

obseruante B. STRYKIO *in not. ad Brunnem. ius eccl. lib. II. c. 17. §. 27. verb. adulterium præsumtiue probauerit.* vel in genere, quando ex argumentis & coniecturis grauissimis *præsumtio vrgens* de commisso adulterio nascitur, quæ ad decernendum diuortium in foris protestantium sufficit, vt illustri documento declarat B. STRYK. *in vs. mod. ad tit. de diuort. §. 53.* nec negat Dn. BERGER *in œcon. iur. p. 102.* Meo iudicio olim imperatores THEODOSIVS & VALENTINIANVS, huc respexisse videntur in *l. 8. C. de repud.* vbi ea pro more illius temporis indicia ad iustam repudii causam traxerunt, ex quibus non poterant non colligi adulterium, vti fuerunt, *extraneorum virorum conuiuia appetere: foris pernoctare: gaudere Circensibus theatralibus ludis, aut arenarum spectaculis: commune cum viris lauacrum ingredi.* Quæ omnia sine manifesta & indubitata suspicione adulterii tum temporis a mulieribus fieri non potuere, vt optime obseruat BROVWERVS *de iure connub. lib. 2. c. 31. p. 687.* Equidem per leges AVGVSTI ad omnia spectacula Romani moris admissæ mulieres, exceptis *spectaculis athletarum*, a quibus eos remouit princeps, quia nudi corpora exercebant, teste SVETONIO *in August. c. 44.*; abiectæ tamen pudicitiæ argumentum erat, si inscio & inuito marito eis intererant, vnde etiam olim iusta inde repudii causa petebatur, teste VALERIO MAXIMO *lib. VI. c. 3. §. 12.* Neque ambigendum, quin tempore THEODOSII & VALENTINIANI grauior prostitutæ pudicitiæ inde nata fuerit suspicio, quod honestiores feminæ absque comitatu vel consensu mariti iis nunquam interessent, adeoque lasciuiæ & adulterii procurandi argumentum certissimum & inconcussum esse, inscio marito talia audere. Noua non narro, sed ea, quæ apud Romanos vulgatissima erant, paucis tango. Neque enim id nunc ago, vt hos mores ex antiquitatibus plenius illustrem, cum ex his duntaxat ostenderim, olim etiam *præsumtum adulterium* sufficisse ad diuortium faciendum, nec sine ratione causas has ab imperatoribus fuisse electas.

cuius iudicia olim varia.

olim etiam præsumti adulterii suspicio sufficiebat ad diuortium.

§. XXVII. Enimuero cum *moribus Romanis* non viuamus, ex moribus hodiernis tantum inquirendum, quomodo *suspiciones* adulterii hodie comparatæ esse debeant, vt ad diuortium decernendum sufficere queant. Optime id illustrari atque ostendi posse arbitror ex *c. 12. X. de præsumt.* vbi exemplum de consanguineo mariti adfertur, quem testes viderunt *solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto iacentem, ea, vt credebant, intentione, vt eam cognosceret carnaliter, quemque*

Qualitates præsumti adulterii hodiernæ.

Digitized by Google

præterea deprehenderant *in multis locis ſecretis & latebris ad hoc commodis & horis electis.* Reſpondit pontifex, *quod ex huiusmodi violenta & certa ſuſpicione ſententia diuortii poſſit promulgari.* Equidem GONZALEZ *ad cit. c. in f.* inde minime colligendum eſſe credit, ex ſola *grauiſſima* adulterii *ſuſpicione* diuortium eſſe decretum, ſed potius quia conſtabat, *reuera* illud commiſſum fuiſſe; acceſſiſſe præterea *ſuppoſitionem partus*, *propinationemque potus venefici*, quæ per ſe ad diuortium ſufficerint, præſertim cum confeſſi fuerint rei, ſe ante nuptiarum ſolennia concubuiſſe. Enimuero 2) *ex integra decretali* liquet, *partus ſuppoſitionem* & *potus venefici propinationem* probari non potuiſſe, ſed tantum hæc crimina allegata fuiſſe per verba: *dicitur quoque &c.* Qua de cauſa & nullam inde *decidendi rationem* petit pontifex, nec vlteriorem horum cirminium indagationem imperat, aut, rebus ſic ſtantibus, neceſſariam ducit, ſed 3) vnice ſubſiſtit in *violenta & certa ſuſpicione adulterii*, oſtendiqque, illam ad probandum adulterium intuitu diuortii ſatis eſſe, quod ipſa deciſionis verba indicant. Atque inde dicitur *præſumtum*, quod ex ſolis *violentis* & *grauiſſimis coniecturis* demonſtratum fuerit. Nouum vero dubium inde format. B. de BERGER *in elect. proc. matrim. §. 30.* & *in ſupplem. p. 153.* item *in œconom. iur. c. l.*, quod facilius talis probatio per *vrgentes coniecturas* in foris catholicorum tolerari poſſit, in quibus *perpetua ſeparatio* quoad *thorum & menſam*, non *totale diuortium* decernitur, id quod etiam pontifex indigitat in *cit. c. 12.* cum in foris A. C. addictorum ob adulterium *totali diuortio* locus ſit, & ex Chriſti doctrina *actuale adulterium* deſideretur per verba *Matth. V, 32.* παρεκτὸς λόγου πορνείας h. e. *excepto negotio adulterii*, quæ verba notanter coniuncta videntur, vt conſummatio adulterii indigitata videatur. Verum enim vero quando (1) *præſumtum adulterium* adlegatur, non negatur eiusdem conſummatio, ſed de *modo probandi* tantum quæſtio inſtituitur, vtrum *conſummatio* ita præciſe probanda, vt in pœna criminali; an vero ſufficiat eam ex *coniecturis violentis*, *proximis* & *grauiſſimis* inducere? poſterius admittit pontifex, non quidem ideo, quod tantum *partiale diuortium* decernatur, (quippe quod etiam in adulterio, cuius *conſummatio* manifeſta eſt, duntaxat locum habet) ſed quod de *adulterio* tantum hic *ciuiliter* agatur. (2) Verba Saluatoris, vt ſupra dictum eſt, potius ita vertenda: *excepta ratione adulterii*, vt quicquid *actuale adulterium* vel *rationem adulterii* continet, diuortio locum concedat. Quid ergo dicen-

ex c. 12. X. de præſumt. declaratæ,

quæ etiam ſufficiunt ad diuortium totale apud proteſtantes,

vt per rationes oſtenditur.

dicendum de tali caſu, ſi, laſciuo more, nudus cum nuda, ſolus cum ſola in eodem lecto reperti & deprehenſi fuerint, annon vxor impudica eo ipſo peccat in fidem coniugalem, quod *adulterii cauſa* in thorum coniugalem receperit maſculum, licet non exacte probata fuerit *conſummatio?* hæc interim vrgentiſſime & violenter adeo præſumitur, vt de eo dubitari non liceat. Sed ponamus etiam liquere, adulterium ad *proximum actum* peruenisſe, ſed ob qualecunque impedimentum conſummari non potuiſſe, an non etiam talis *conatus proximus*, cui fere nihil defuit, *rationem adulterii* habet, quæ in *fide coniugali fracta* quærenda, non vero præciſe in *imprægnatione*, quæ etiam deficere poteſt, ſi vel maxime conſummatio in dubium haud vocatur?

§. XXIX. *Violenta* autem & *vrgentiſſima* adulterii perpetrati indicia deſiderat pontifex, adeoque *remotiora* non ſufficiunt, ad hunc effectum, vt diuortium decerni queat. Neque ita ob ſolos *amplexus* & *oſcula* ad diuortium & priuationem dotis agi poteſt, vt recte cenſent SANCHEZ. *de matrim. lib. 10. diſp. 4. n. 11. ſeq.* PETRVS BARBOSA *ad l. 2. ſolut. matrim. P. I. in pr. n. 69. ſeq.* quippe quæ nequidem *rationem adulterii externi* habent, quamuis impuris cogitationibus intuitu DEI adulterium ita ſæpe committatur, quod DEVS, cordium ſcrutator, iudicat. Multum hic arbitrio iudicis committendum, qui ex ratione loci, temporis, aliarumque maxime ſuſpectarum circumſtantiarum *de adulterio præſumto* iudicium ſuum interponere debet, vt idoneo exemplo illuſtrat B. STRYK. *in vſ. mod. Pand. tit. de diuort. §. 53.* Conf. BARBOSA *cit. l. n. 74.* Vt vero vſus huius ſententiæ eo euidentior fiat, præiudiciis illam illuſtrare non inutile erit. Primum concernit *adulterium præſumtum* a parte mariti, de quo anno 1711. Menſ. Iun. conſulti ita reſpondimus: Remotiora indicia adulterii non ſufficiunt.

Hat Caius, eines groſſen Fürſten Etats-Rath, Cammer- und Finantien-Director, ſeine einige Tochter Vrſulam an Sempronium verheurathet, dieſelbe anſehnlich ausgeſtattet, die junge Eheleute nebſt deren Kindern verſorget, und ſeinem Schwieger-Sohn ein austräglich ſalarium von dem Fürſten erhalten, gleichwol derſelbe ſein voriges debauchiren und unzüchtiges Leben nach wie vor continuiret, ſeiner Frau Geſchmuck veräuſſert, und ſeine Buhlſchaft ſo ungeſcheuet getrieben, daß es ſo wenig dem Schwieger-Vater als der Frauen

verborgen bleiben können, nächstdem auch seine Frau sehr übel tractiret, und seinem Schwieger-Vater rude begegnet. Hat aber dennoch der Schwieger-Vater durch interposition guter Freunde sich bewegen lassen, sich ein und andermahl mit Sempronio wieder auszusöhnen, auch die Vrsula, in Hoffnung guter Besserung, ihm alles vergeben, gleichwol derselbe den 20. Oct. 1709. mit einem von 13. bis 14. jährigen Kinde ein violentum adulterium zu begehen sich nicht entblödet, und ob er gleich die consummation desselben nicht gestehen will, dennoch bereits so viel gestanden, daß er das Mägdgen auf seinem Zimmer alleine gehabt, ihr unter den Rock gegriffen, und ihr mit seinem Finger näher gekommen seyn möchte, daher die Vrsula, wie er bald darauf in seinem Hause arrestiret worden, nach ihres Vaters Caji Haus sich begeben, und actionem ad dissoluendum matrimonium angestellet, auch dahero belehret seyn will:

1) Ob die vor dem, von dem Sempronio committirte adulteria wegen geschehener remission von der Vrsula anietzo pro obtinenda dissolutione matrimonii cum aliquo affectu allegiret werden können?

2) Ob nicht ein attentatum violentum adulterium, damit es so weit als hier gekommen, ein gnugsames Fundament zur Ehescheidung sey?

Wann nun gleich bey der ersten Frage eingewandt werden möchte, daß die Vrsula einmahl ihrem Mann alle Untreue vergeben und sich mit ihm ausgesöhnet, dahero deswegen nunmehr ad diuortium zu klagen weiter nicht berechtiget sey, cum ad iura remissa non detur regressus.

Dieweil aber dennoch solche remissiones von Seiten der Vrsulæ nicht absolute, sondern unter der Hoffnung einiger Besserung geschehen sind, und, da dieselbe, wie der euentus gewiesen, nicht erfolget, sondern Sempronius vielmehr in seinem leichtfertigen Leben fortgefahren, daraus von selbsten folget, daß, euentu non secuto, die remissiones pro non factis zu halten seyn, solche remissiones auch in adulteriis allemahl sub illa conditione tacita verstanden werden müssen, dahero auch die adulteri ad abiurandum adulterium bey erfolgter remission angehalten werden können,

c. pen. X. de adult.
c. 9. C. 35. qu. 6.

cum

cum alias reus adulterii in gratiam receptus, liberiorem tantum poteſtatem conſequeretur, adulterinos concubitus repetendi,

BRVNNEM. *iur. eccl. lib. 2. c. 17. §. 24.*

im übrigen, wenn gleich keine ciuratio erfolget, doch des remittentis intention allemahl dahin abzielet, daß der adulter ſich dergleichen Ehebrüche enthalten ſolle.

So halten wir davor, daß die vorhin geſchehene remiſſion der Vrſulæ nicht im Wege ſtehe, bey ietziger Klage die vorige adulteria wieder zu allegiren.

So viel die andere Frage betrifft, iſt zwar ausgemachten Rechtens, daß nach der praxi unſerer Kirchen nur ex capite deſertionis & adulterii die Eheſcheidung zugelaſſen wird, deren keines ſich doch alhier findet, anerwogen zwar das Mägdgen ausgeſaget, daß Sempronius ſie mit Gewalt auf das Bette geworfen, in ihre pudenda ſeinen Finger geſtecket, nachgehends das Werck der fleiſchlichen Unzucht mit Gewalt an ſie ausgeübet, dieſes dennoch er nicht geſtändig iſt, ſondern im Gegentheil die conſummationem adulterii beſtändig leugnet, und nichts weiter geſtehet, als daß er ihr unter den Rock gegriffen, und mit dem Finger zu nahe gekommen ſey, woraus aber noch kein adulterium zu inferiren, auch es das Anſehen gewinnet, daß ein bloſſes attentatum adulterium violentum zur Eheſcheidung nicht zulänglich ſey, weil ſolches eigentlich vor kein adulterium gehalten werden mag, ſed ad minimum realis copula carnalis requiritur.

BRVCKNER *deciſ. matrim. c. 17. n. 52.*

Weil aber dennoch die probatio conſummati adulterii nur alsdenn erfordert wird, wenn de dictanda pœna ordinaria gefraget wird, im übrigen quoad effectum diſſoluendi matrimonii auch vrgentiſſimæ coniecturæ de adulterio zulänglich ſeyn, welche ſich denn alhier völlig finden, zumal Sempronius ſchon vorhero öfters adulteria begangen, und dahero, daß er mit dem Mägdgen ſich würcklich vermiſchet haben müſſe, billig daraus zu ſchlieſſen, cum ſemel malus ſemper talis præſumatur in eodem genere delicti, er auch ſelbſten nicht in Abrede ſeyn kan, daß er das Mägdgen bey ſich allein auf der Stube gehabt, ihr unter den Rock gegriffen, und ihr mit dem Finger näher kommen ſey, ex quibus præparatoriis adulterium colligitur,

BLANC. *tom. 15. de indic. n. 65.*

imo inde violenta ſuſpicio naſcitur, ex qua poteſt diuortii ſententia promulgari,

c. 12. X. de præſumt.

cum etiam ad effectum diſſoluendi matrimonii præſumtum adulterium ſufficiat,

B. STRYK. *de diſſ. ſponſal. c. 5. §.*

auch bey ſolchem ſtarcken Verdacht des Ehebruchs hieher billig derer-jenigen Dd. Meynung zu ziehen, welche das Wort *πορνείας*, deſſen *Matth. V.* gedacht wird, nicht allein de conſummato adulterio, ſondern auch de omni impuritate alia, adulterium inferente, vel ad fractionem fidei coniugalis tendente, verſtehen,

BROWER. *de iur. connub. lib. 2. c. 31. in f. p. 686.*

dergleichen turpitudo und impuritas auch in einem attentato adulterio, maxime violento, ſich befindet, zu geſchweigen, daß das junge Mägdgen, ſo circumſtantialiter die conſummation des concubitus zu erzehlen gewuſt, welches ſonſt ſeinem Alter nach davon noch keine ſolche deutliche Nachricht geben mögen.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß die Vrſula auf die Eheſcheidung zu klagen berechtiget ſey.

Pariter in ſimil caſu vtraque facultas tam theologica quam iuridica M. Iun. 1720. ita pronunciauit:

Nunmehro aus denen Acten ſo viel zu befinden, daß geſtalten Sachen und Umſtänden nach Klägerin von ihrem Mann der Ehe halber gäntzlich zu ſcheiden, und ihr anderwärts ſich wieder zu verheyrathen nachgelaſſen ſey, es iſt auch Beklagter nunmehro ihr die illata ſchlechterdings heraus zu geben ſchuldig, und wird er mit ſeiner fol. 351. gemachten Forderung ad ſeparatum verwieſen. Und dieſes erachten wir GOttes Wort und denen Rechten gemäß zu ſeyn.

Rationes decidendi.

Die Urſachen, warum wir auf die gäntzliche Eheſcheidung zu erkennen bewogen worden, ſind dieſe: 1) erhellet aus den beygehenden inquiſitions actis, daß der Beklagte dergeſtalt de adulterio ſuſpectus geweſen, daß ihm gar anfänglich medius gradus torturæ zuerkant worden, und ob wol Beklagter durch ſeine viele angeführte detenſiones es ſo weit gebracht, daß er durch das purgatorium iuramentum von der inqui-

Inquiſition abſolviret iſt, ſo präjudiciret doch ſolches der actioni ciuili, qua ad diuortium agitur, keinesweges, vielmehr bleibet der gröſſeſte Verdacht eines commiſſi adulterii gegen ihn übrig, welcher der Theologorum & ICtorum Meinung nach ad diuortium diſcernendum genug iſt, wenigſten 2) des Beklagten ſchändliches Leben und liederlicher Umgang mit den Mädgens, wol ad πορνείαν vel λόγον πορνείας, wovon Chriſtus redet, gezogen werden mag, da zumal 3) nunmehro zwiſchen beyden Eheleuten die Sache in den Zuſtand gerathen, daß alle Hoffnung ihrer Verſöhnung verlohren. Nun iſt aber nur alsdann auf eine ſeparation quoad thorum & menſam zu erkennen, wenn Hoffnung verhanden, daß die Eheleute wieder verſöhnet und zu geſundern Gedancken gebracht werden mögen, welches hier nicht zu hoffen, und alſo die zuerkante ſeparatio quoad thorum & menſam hier in effectu eine perpetua ſeparatio ſeyn würde, die aber in der That für ein verum diuortium zu achten. Denn von Seiten der Klägerin iſt daher keine Verſöhnung zu hoffen, weil ſie ihren Mann im adulterio angetroffen, und ſonſten von ihm ſehr übel gehalten, imgleichen auch von des Beklagten Seiten nicht, weil die Klägerin das adulterium denunciiret, und verurſachet, daß Beklagter in 7 Vierteljährigen Arreſt und Inquiſition geſtanden, woraus denn die Rechte eine inimicitiam capitalem ſchlieſſen, ja 4) ein gröſſer Uebel zu befürchten wäre, wann nach einiger Zeit die Klägerin dem Beklagten wieder ehelich beyzuwohnen angehalten werden ſolte, ſo doch bey der ſeparatione quoad thorum & menſam erfolgen muß. Zwar haben die Lipſienſes dafür halten wollen, als wenn durch den Reinigungs-Eyd die indicia adulterii commiſſi elidiret worden: gleichwie aber damahls criminaliter nur verfahren, ſo mag auch dieſe angeführte Elidirung derer indiciorum nicht weiter, als ad affectum pœnæ genug ſeyn, nicht aber, daß omnis præſumtio adulterii in hoc caſu ciuili wegfalle, und daher es hier billig heiſſet, was Hieronymus ſaget: vbicunque eſt fornicationis (bene fundata) ſuſpicio, ibi vxor (vel vir) libere dimittitur,

POLVS *in ſynopſ. critic. ad c. 5. Matth.*
GROTIVS *ad c. 5. Matth. v. 32. ibique* CALOV.
BROVWER. *de iur. connub. lib. 2. c. 31. p. 686.*

wie nicht weniger die bekante Rechts-Regel *in l. vn. C. quand. ciu. actio crimin. præiudic.* hieher gehöret: Quoties & ciuilis & criminalis competit actio

actio, vtraque licet experiri, siue prius criminalis siue ciuilis actio mouentur, nec si ciuiliter fuerit actum, criminalis consumitur, & similiter e contrario, dahero wir geschehener massen erkennen müssen.

Tertium præiudicium pariter adulterium mariti præsumtum concernit, in quo casu Mens. Iul. 1719. ita respondimus:

Ist S. M. in anno 1709. an den aduocatum I. G. B. verheurathet, doch mit demselben übel versorget worden, zumal er bald nach der Hochzeit sich vergangen, bey unterschiedlichen Personen den Beyschlaf attentiret, und dergestalt sich aufgeführet, daß nicht allein die reiteratio adulterii daraus abzunehmen, sondern er auch seine Frau sehr übel tractiret, und ob er wol bald Anfangs einen reuers seiner Besserung wegen ausgestellet, dennoch solcher wenig gefruchtet, dahero endlich die Fr. B. ad diuortium geklaget, pendente lite aber gütliche Handlung gepflogen, eine interims-separation auf etliche Jahr beliebet, und wegen ihrer und der Kinder alimentation dabey eine gewisse Versehung geschehen, er aber darin abermal nicht aufrichtig verfahren, vielweniger währender separation sich dergestalt bezeiget, daß sie wieder zu ihm zu ziehen kein Belieben hat, sondern nunmehro ihre diuortien-Klage fortzusetzen gedencket, und dabey gefraget wird:

1) Ob nicht S. E. M. nunmehro gestalten Sachen nach a vinculo matrimonii zu absolviren?
2) Ob der Klägerin Beweiß bey denen factis occultis per iuratam assertionem zu admittiren sey?

Ob nun wol, so viel die erste Frage betrifft, das totale diuortium quoad vinculum matrimonii, der bekanten praxi nach, nicht anders, als ob adulterium & malitiosam desertionem statt finden kan, so gar, daß viele nicht einsten ob insidias vitæ structas solche zulassen,

CARPZ. *lib. 2. iurispr. consist. def. 217. n. 2.*
BEVST. *de matrim. p. 2. c. 9.*

Dahero zuforderst allhier darauf zu sehen, ob dergleichen iusta diuortii causa anzutreffen sey, woran es aber zu ermangeln scheinet, anerwogen zwar aus den Acten so viel zu befinden, daß er unterschiedliche mahl bey ein und andern Weibes-Personen den Beyschlaff attentiret, dennoch daß derselbige würcklich erfolget, die Zeuginnen

be-

beſtändig negiret, und dabey bekannt iſt, quod conatus & attentatum adulterium non ſufficiat, ſed præcisè requiratur conſummatio adulterii.

NICOLAI *de diuort. p. 2. c. 1. n. 53.*

im übrigen wie aus dem *fol. 3.* befindlichen reuers zu erſehen, ſeine Frau ihm ſolches Vergehen pardoniret, und dadurch, wenn Er auch gleich ein formale adulterium begangen, ihres Rechtes ſich begeben; Hiernächſt aus dem *fol. 6.* befindlichen Schreiben zwar ſo viel erhellet, daß eine gewiſſe Ehefrau ihn des würcklichen Beyſchlafs, woraus ſie ein Kind mit ihm gezeuget, beymeſſen wollen, dennoch er deſſen nicht überführet, und die Klägerinne ſelbſten deswegen ihn in dem *fol. 5.* befindlichen Schreiben exculpiret, ferner, die angegebene ſæuitien zwar zur Ehe-Scheidung von Tiſch und Bett, nicht aber zur gäntzlichen abſolution a vinculo matrimonii genugſam zu achten, wie denn auch ob malos mores mariti kein diuortium ſtatt finden kan.

Weil aber dennoch billig ein Unterſcheid gemacht werden muß, ob wegen eines adulterii criminaliter oder ciuiliter geklaget werde, da im erſten Fall zwar plena probatio adulterii conſummati erfordert wird, im andern Fall aber leuiores probationes zugelaſſen werden, adeo vt ſufficiat, ſi ex vrgentiſſimis coniecturis de adulterio conſtet,

c. 12. X. de præſumt.

NICOLAI *cit. l. n. 63.*

SANCHEZ *de matrim. lib. 10. diſp. 12. n. 40. ſqq.*

welche ſuſpiciones violentæ hier nicht ermangeln, zumahl nicht allein ſeine Aufführung und attentirte adulteria ihn ſehr verdächtig machen, daß er dergleichen Perſon ſey, zu welcher man ſich ſolcher Miſſethat wohl verſehen mag, ſo gar, daß wie man ſich zu beweiſen getrauet, er ſich nicht geſcheuet, einer gewiſſen Perſon Blutſchande anzumuthen, ſondern auch aus dem *fol. 6.* befindlichen Brief mit mehrerm erhellet, daß er mit einem Eheweibe würcklich zugehalten, und unzuläßliche conuerſation gepflogen, auch ſo gar mit ihr ein Kind erzeuget, und ob wol ſeine Frau in ihrem *fol. 5.* befindlichen Schreiben ſie deßwegen hart tractiret, intimidiret, und ihren Mann dabey exculpiret, dennoch dieſes alles aus des Mannes eigenen Feder gefloſſen, und er ſeine Frau dazu, dergleichen Schreiben abgehen zu laſſen, genöthiget, und ob ſie zwar anfänglich ihn pardoniret, dennoch dieſes alles in

der Hoffnung und sub conditione der künftigen Besserung geschehen, welche gleichwol nicht erfolget, vielmehr der Beklagte es immer ärger gemacht, so gar, daß seine Frau endlich auf die Ehe-Scheidung klagen müssen, welche zwar durch den *fol. 34.* befindlichen und gerichtlich confirmirten Vergleich suspendiret und inzwischen auf einige Jahre die Ehe-Scheidung von Tisch und Bette beliebet ist, dennoch dabey in §. *vlt.* expresse versehen, daß wenn er auf seine alte Weise wieder kommen würde, alsdenn sofort ohne weitläuftigen Proceß dem gekränckten Theil geholfen werden solte; da er denn seine conduite nicht geändert, vielmehr nicht allein abermahl etlichen Weibes-Personen den Beyschlaff angemuthet, sondern wie aus dem *fol. 32.* befindlichen attestato erhellet, er so liederlich gelebet, daß er sich an denen bubonibus curiren lassen müssen, aus welchen Umständen denn das adulterium præsumtum mehr als zu viel erhellet, welches ad diuortium decernendum gnugsam ist,

LYNCKER. *resp. 30. n. 14.*
STRYK. *in vs. modern. tit. de diuort. §. 53.*

qua de causa interpretes vocem πορνείας Matth. V. non tantum de consummato adulterio, sed etiam de omni impuritate, adulterii præsumtionem inferente, intelligunt,

BROVWER *de iur. connub. lib. 2. c. 31. p. 686.*
GROTIVS *in comm. ad cap. 5. Matth. v. 32.*
STRYK *de dissens. sponsal. sect. 5. §. 3.*

welchen nach die an seiner Frauen ausgeübte sæuitien hinzu kommen, da er sie so unanständlich und übel tractiret, daß sie zweymahl abortiret, und dabey in Lebens-Gefahr gewesen, ja er ihr so gar einsmahls so hart zugesetzet, daß er ihr die Kähle dämpfen und sie würgen wollen, dergleichen sæuitiæ qualificatæ & cum insidiis structis coniunctæ abermahl ad diuortium plenum zulänglich sind,

STRYK *in vs. modern. tit. de diuort. §. 24. & sqq.*

So erhellet hieraus allenthalben so viel, daß S. E. M. bewanter Sachen und Umständen nach nunmehro a vinculo matrimonii zu liberiren sey.

So viel die andere Frage betrift, ist zwar in Rechten eine ausgemachte Sache, quod iuramenti præstatio contra matrimonium locum non habeat,

CARPZ.

CARPZ. *lib. 3. iurisprudent. conſiſtorial. def. 44.*
BERGER *in elect. proc. matrim. §. 23. & ſeqq.*

und obwol in den *fol. 34. & ſeqq.* befindl. Vergleich in ſ. das Gegentheil beliebet worden, daß es ſchlechterdings auf die eydliche aſſertion ankommen ſolle, dennoch es ſcheinen möchte, als wenn dieſes pactum keine Verbindlichkeit haben könne, cum nequidem teſtibus in cauſa matrimonii iuramentum remitti poſſit,

HEIG. *part 2. quæſt. 16. n. 14.*

Weil aber dennoch in dem angeführeten Vergleich expreſſe verſehen, daß woferne nach ſolchem Vertrag Beklagter ſeine alte Weiſe wieder fortführen ſolte, alsdenn das factum nicht auf weitläuftigen Beweiß, ſondern auf die Eydliche aſſertion des gekränckten Theils ſchlechterdings ankommen ſolle, welcher Vergleich im Namen J. Königl. Majeſt. expreſſe confirmiret, und dabey verſehen worden, daß über ſolchen confirmirten Vergleich gehalten und dem implorirenden Theil ſchleinige iuſtiz adminiſtriret werden ſolle; alſo dieſer Punct nicht bloß auf ein pactum mere priuatum ankommt, ſondern publica auctoritate dergeſtalt beſtätiget iſt, daß es nunmehro dabey ſein Bewenden haben muß, und um deſto eher den Eyd von Seiten der Klägerin zuzulaſſen, da ihr Mann mit ſo vielen harten ſuſpicionibus grauiret iſt,

So halten wir davor, daß Klägerinne zur iurata aſſertione derer factorum occultorum zugelaſſen ſey. V. R. W.

Denique in quarto præiudicio occurrit præſumtum adulterium vxoris, in quo M. Nou. 1720. Facultas noſtra ita reſpondit:

Hat Herr P. L. G. von G. noch in ſeiner Minderjährigkeit ſich wegen Schuldenlaſt bemühet, eine reiche Heyrath zu ſuchen, und ſich endlich perſuadiren laſſen, mit einer Nahmens M. S. von V. ſich in alliance einzulaſſen, zu welchem Ende er nach W. gereiſet, und ob er wol daſelbſt am Fuß einige incommodität bekommen und nicht gehen können, dennoch inzwiſchen von der von V, öffters beſuchet worden, und er ihr ſeinen Zuſtand entdecket, ſie hergegen groſſe rodomontaden von ihren Güthern und ihn zu 30000. Fl. Hoffnung gemachet, endlich aber ihr Vater conſentiret, und die Hochzeit bald darauf in aller Geſchwindigkeit vollenzogen worden, gleichwol bey Beſchreitung des Ehe-Betts ſich geoffenbahret, daß ſie ad cohabitationem ordi-

nario modo patiendam nicht capable ſey, ſie auch ſolches ſo fort dem von G. angezeiget, und dabey einen andern Weg, a poſter ori nemlich, gewieſen, auf welche Art er auch die Beywohnung zwar damals verrichtet, doch bald einen ſolchen degout bekommen, daß er ſo gleich des andern Tages von W. nach Hauſe gereiſet, nach der zeit aber die von V. ihm gefolget, welche, da er ſie nicht annehmen wollen, in allerhand Wirths-Häuſern ſich dergeſtalt liederlich aufgeführet, daß wie inzwiſchen ſie ihn vor ein Hochlöb. Ritter-Canton Gebüra belanget, er völligeUrſachegefunden zu haben vermeynet, auf die gäntzliche Ehe Scheidung zu dringen, wie die acta mit mehrern ausweiſen, dabey denn anietzo gefraget wird:

Ob der von G. gehalten ſey, die v. V. eines würcklichen Ehebruchs zu überführen, oder ob die in actis angeführte und erwieſene Umſtände darzu nicht zulänglich zu achten?

Ob nun wol an und vor-ſich ſelbſten auſſer allen Streit iſt, daß alhier nicht criminaliter ſondern ciuiliter geklaget werde, und dahero nicht eben nöthig ſey, actuale adulterium zu erweiſen, ſed potius leuiores probationes, vnde vrgens adulterii præſumtio naſcitur, ſufficiunt,

c. 12. X. de præſumt.

NILOL. *de diuort. & repud. P. 2. c. 1. n. 63.*

iedennoch alhier kein geringer Zweifel entſtehet, ob dergleichen Umſtände in actis erwieſen, aus welchen præſumtio adulterii vrgentiſſima erwachſen möchte, angeſehen die *fol. 68. ſqq. n. 1. & 2.* beygebrachte ſummariſche Auſſagen ohnbeeydiget ſind, und überdem nur von einem liederlichen Leben der von V. atteſtiren, auch in dem *num. 3. fol. 179. ſq.* befindlichen rotulo teſtium zwar vieles von ihrer übeln conduite, von ihrem Freſſen und Sauffen und dergleichen beygebracht iſt, dennoch daraus nicht ſo fort adulterii probatio herzunehmen iſt, zugeſchweigen, daß ſie noch zur Zeit ihren Gegenbeweiß nicht geführet und alſo man noch nicht wiſſen kann, ob ſie nicht die angeführte Umſtände rechtlich ablehnen könne.

Weil aber dennoch bereits aus den acten ſo viel erhellet, daß die v. V. eine ſolche Perſon ſey, zu der man ſich dergleichen Ubelthat, als adulterium iſt, wohl verſehen mag, angeſehen ihre liederliche conduite und üppige Lebens-Art in den Wirths-Häuſern ſie bereits überal renommiret gemacht, und verurſachet, daß nach der Zeugen Auſſage man

man sie hin und wieder ausschaffen müssen, insbesondere aber sie mit allerhand liederlichen Leuten und Gesinde Compagnie gemacht, mit ihnen sich vollgesoffen,

test. sub n. 3. ad art. 12. sqq.

liederliche Lieder gesungen, und insbesondere einen Polacken, welcher ein Stall Knecht gewesen, an sich gezogen, mit demselben sich vollgetruncken, ihn caressiret, und wie sie sich berauschet, ihn genöthigt, sie zu Bette zu tragen, und als die Wirthin ihm nachgegangen, sie ihn im Bette bey ihr gefunden,

teste sub n. 3. ad art. 27. sq.

ferner allerhand unzüchtige Geberden mit ihm gemacht, und den Polacken dahin vermocht, daß er seine beyden Fäuste auf einander gesetzt, und die Länge seines männlichen Gliedes dadurch angezeiget, wogegen die von V. die Beschaffenheit des männl. Gliedes ihres Liebsten ihn bezeichnet, so gar, daß auch der Polacke sie ein garstiges Vieh tituliret, und geklaget daß er keine Ruh vor ihr haben könte,

test. sub n. 3. ad art. 33. sqq.

wie sie denn noch ferner mit iedem Kerl, der ins Wirths-Haus gekommen, sich gemein gemacht, und mit ihm zu trincken verlanget,

test. sub n. 3. ad art. 66.

auch sich so unzüchtig aufgeführet, daß das Mägdlein, so bishero bey ihr geschlaffen, nicht mehr bey ihr schlaffen wollen, ja einsmahls der Lehrjung, so bey ihr des Nachts in der Stube schlafen müssen, sich sehr beschweret, daß er sich schämete, ferner bey ihr in der Stube zu liegen, weil sie sich des Nachts so unverschämet aufführete,

test. sub n. 3. ad. art. 77. sqq.

welches solche beschwerliche Umstände sind, die grauissimam adulterii suspicionem operiren, und daher ad diuortium decernendum gnugsam und bestand seyn mögen, zumahl das Wort πορνεία nicht allein bewährter Ausleger Meynung nach de fornicatione & adulterio consummato, sondern de omni impuritate, adulterii præsumtionem inferente, zu verstehen ist, und nach dieser Meynung von denen Facultäten erkant wird, wie zu sehen bey dem

STRYKIO *in vs. mod. ad tit. de diuort. §. 53.*

wie denn auch selbsten ein solcher schändlicher Verdacht und Umgang mit liederlichen Kerls, unzüchtige Reden, Minen, und dergleichen,

hiezu nicht wenig beytragen, ſo gar, daß auch in criminali iudicio viel mit darauf reflectiret wird,

Auth. Si quis ei C. ad L. d. adult.

im übrigen bey künftigen Gegenbeweiſe, welchen die von V. zu führen vermeynet, ſich finden wird, ob ſie dieſen groſſen Verdacht rechtl. ablehnen werde, in deſſen Verbleibung das diuortium zu erkennen ſeyn wird.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß ad effectum diuortii ein adulterium præſumtum gnugſam, auch hier zur Gnüge beygebracht ſey.

3) Malitioſa deſertio

§. XXX. Ad nouam cauſam, eamque indubiam (III) progredior, quæ in *malitioſa deſertione* deprehenditur. Quamuis enim Saluator eam a regula, de diuortio non faciendo, haud exceperit; PAVLVS tamen, optimus huius doctrinæ interpres, eandem *1 Cor. VII, 15.* recte admiſit, quod æque in fidem fœderis connubialis *deſertor*, quam *adulter* peccet. Etiam ius canonicum hanc admittit cauſam, non aliter tamen, quam ſi infidelis fidelem deſerat, quo caſu in *fauorem fidei* fideli nouas concedunt nuptias per *c. 7. & §. X. h. t.*

iure canonico ad eum reſtricta caſum, ſi infidelis fidelem deſerit,

Ait enim INNOCENTIVS III. *in c. 7. cit. Si alter infidelium coniugum ad fidem catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia diuini nominis, vel vt eam pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota transibit, & in hoc caſu intelligimus, quod ait Apoſtolus: ſi infidelis diſcedit* &c. Prouocat ſubinde ad AMBROSII ſententiam: *Contumelia creatoris ſoluit ius matrimonii circa eum, qui relinquitur.* Idem vero haud admittendum cenſet, ſi coniugium inter *fideles* initum, altero ex iis in hæreſin vel infidelitatem labente, & diſcedente, quod inter *fideles* ab initio *verum & ratum matrimonium* exſtiterit, & *ita ſacramentum fidei, quod ſemel admiſſum eſt, nunquam amittatur*, quod tamen deficere dicitur in coniugio ab infidelibus contracto, & ſic adhuc ſolubili. E re eſſe duxi, vim argumenti INNOCENTIANI hic referre, vt palam fieret, Romanam eccleſiam omne indiſſolubilitatis præſidium vnice ponere in *ſacramento*, quod deficere in *infidelium connubiis*, & hac de cauſa ea duntaxat ſolui poſſe, docent. Ita vero nec CHRISTVS nec PAVLVS vnquam rationes ſuas ſubduxerunt, ſed regulam generaliter conſtituerunt, matrimonia nexu indiſſolubili & indiuiduo conſtare, nec

quod inter infideles matrimonium ſit ſolubile,

aliter

Digitized by Google

aliter illum ſolui poſſe, quam ſi in eius legem peccatum fuerit. Id vero quin etiam inter fideles fieri poſſit, quis vnquam dubitauit? Qua de cauſa & Theologi & ICti A. C. addicti merito hanc cauſam propugnant, & ex ea diuortium totale decernunt, vt GERHARD. *de coniug.* §. 624. B. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect.* 5. §. 8. e contrario deſertæ perſonæ iuxta interpretationem erroneam Romanæ eccleſiæ legem de non nubendo, quam diu deſerens viuit, haud imponunt, de quo *monſtroſi diuortii* genere nec SALVATOR nec PAVLVS vnquam cogitarunt, vt ſupra iam dictum. Illuſtrationis gratia adferam B. SPENERI *vol. II. conſil. German. p.* 602. interpretationem locorum ex *Matth. V, 32. & Rom. VII, 3.* deſumtorum. Ait: So iſt wohl zu mercken die ausdrückliche limitation unſers Heylandes, es ſey denn um Ehebruch willen. Daß alſo CHriſtus ausdrücklich hiemit weiſet, er wolle ſein Wort, daß ein ſolcher die Ehe breche, oder zu Ehebruch Urſach gebe, nicht verſtanden haben von demjenigen, welcher um Ehebruch willen ſeinen Ehegemahl verſtoſſen. Sondern daß hingegen folge, welcher denn ſein Gemahl um Hurerey willen von ſich ſcheidet und läſſet, der breche die Ehe nicht, noch ſey ſchuldig an dem Ehebruch. Wie derjenige, der da ſagt: Es mag ein Ehegemahl nicht weiter heyrathen, ſein voriges Ehegemahl ſey denn todt, eben damit ſagt: wenn dann das vorige Ehegemahl todt iſt, ſo mag er wieder heyrathen. Alſo auch hie folget richtig, weil der Ehebruch ausgenommen iſt, ſo gelte dann bey demſelben das Gegentheil desjenigen, was CHriſtus auſſer der Hurerey von andern Urſachen geſagt, daß um derſelben willen die Scheidung die Schuld des Ehebruchs nach ſich ziehe. Um ſo vielmehr, weil CHriſtus von keiner Art der Scheidung, etwa nur zu Tiſch und Bette reden konte, von dero damahls niemand nichts wuſte, ſondern ſeine Worte nothwendig müſſen verſtanden werden von einer ſolchen Scheidung, die damahl bey den Juden üblich, daß dieſelbe ſo bald das Recht, eine andere hingegen zu heyrathen, mit ſich brächte. Was von einigen Päbſtiſchen Scribenten eingewendet wird, daß gleichwol Marcus und Lucas dieſen Beyſatz, es ſey denn um Ehebruch willen, nicht haben, iſt von keiner Erheblichkeit, dann bekant, daß der Heilige Geiſt aus ſonderbahrem weiſen Rath die Feder der heiligen Scribenten alſo geführet, daß ſie einerley nicht mit gantz einerley Worten vorgetragen, und je einer aus dem andern zu erklären ſeye, welches mit vielen Exempeln ſich erweiſen läſſet. So ſind auch die

quod reprobatura proteſtantibus

ex teſtimonio Speneri.

die Worte Marci und Lucæ, wie sie bey denselben stehen, ob zwar so deutlich nicht, daß unsere intention daraus erwiesen werden könne, aber sie sind auch derselben nicht entgegen. Denn sie sind nach unserer ersten Anmerckung zu verstehen, daß sie als eine Antwort sich schicken auf der Versucher Christi Frage. Da war aber derselben Frage nicht so wohl darüber, ob einige Ursach, nemlich der Ehebruch, genug sey zur Ehescheidung, als welches bey allen Zeiten damahl bekant war, sondern ob auch um sonst einiger andern Ursach willen solche Scheidung geschehen könte, welches die Meynung der berühmten Schule Hillelis damahl wahr, und folgends von Rabbi Akiba weiter behauptet und auf die Nachkömmlinge gebracht ist. In solcher Absicht antwortet CHristus, daß weil die Scheidung um des Ehebruchs willen bey allen ohn disputirlich erkant würde, was die übrige Sachen anlanget, davon zwischen den Juden und den beyden Secten Sammæans und Hillelians Streit war, sey es göttlicher Wahrheit gemäß, wer von seinem Weibe sich scheide, daß er davor erkant werde, er breche die Ehe. Daher da Matthæus die Worte gesetzt, wie sie CHristus mit seinem Munde geredet, so haben Marcus und Lucas, der Kürtze wegen, die Worte: es sey denn um Ehebruch, ausgelassen, weil solche Ausnahm ohne das bey den Juden bekant und ohnstreitig war. Was den Ort Pauli *Rom. VII.* anlanget, ist davon zu mercken, daß solches hergenommen aus einer solchen Stelle, wo nicht ex professo die materie tractiret wird, sondern allein die Verbindung des Weibes an den Mann angezogen wird, zum Gleichniß der Herrschaft des Gesetzes über den Menschen; in welchem Gleichniß genug ist, daß Paulus davon handelt, was GOttes Wille und Rath über den Ehestand sey, nemlich daß die Herrschaft des Mannes über das Weib solle bleiben, so lange er lebet, und sie sich ihm und seiner Herrschaft deswegen nicht entziehen mag, und es gehen soll nach göttlicher Ordnung. Worinnen es heisset, daß, was GOTT zusammen gefüget, der Mensch nicht scheiden solle. Damit aber nicht ausgeschlossen wird, wenn solche göttliche Ordnung durch den Ehebruch geschwächet, daß alsdenn dasjenige statt habe, was GOtt ordentlich von dem Ehestand hat lassen verordnen, daß nemlich der unschuldige Theil von dem schuldigen durch den Ehebruch loß werde. Daher Paulus (wie unser sel. D. Chemnitius *Ex. Conc. Trid. p. m. 43.*) fein bemercket, vorher setzet, er rede mit ihnen, als die das Gesetz wissen. Daß aber nach rechtmäßi-

mäßiger Eheſcheidung wieder anderweitliche Heurath vergönnet worden, iſt aus der Schrift bekäntlich. Anders können wir Paulum nicht verſtehen, als der ihm ſonſt ſelbſt wiederſpräche. Denn ſolte Paulus dieſes Orts lehren, daß bloß dahin kein Fall wäre, wenn das Weib von des noch lebenden Mannes Herrſchaft befreyet würde, wie ſagte er denn *1 Cor. VII, 15.* es ſey der Bruder oder Schweſter nicht gefangen in ſolchen Fällen. Damit er klar zeiget, daß er an jenem Ort rede von dem, was ordentlicher Weiſe nach GOttes Ordnung in der Ehe ſeyn ſolle, nemlich daß ſie unaufgelößt bleibe, ſo lange der Ehegatte lebet: ob er wol nicht leugnet, daß menſchliche Bosheit ſolch Band zerreiſſen, und ſo zerreiſſen könne, daß der gläubige und unſchuldige Theil nicht mehr gefangen und gebunden ſeye. Wie Paulus dieſes Orts ſaget, ob er ſchon in eben ſolchen *cap. v. 39.* eben das ſaget, was er auch *Rom. VII.* geſaget hatte. Woraus aber eben zu ſchlieſſen, daß mit einiger Ausnahm die ohnbedingt da liegende Worte zu verſtehen ſeyn.

§. XXXI. Huic (IV) proxima cauſa ab *inſidiis vitæ ſtructis*, deſumta eſt, quam tamen non æque omnes probant, ſed eam tantum ad *ſeparationem quoad thorum & menſam* ſufficere arbitrantur, vt NICOLAI *de diuort. c. 5. n. 30. ſq.* BROVWER. *de iure connub. lib. 2. c. 29. n. 11.* CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 217. n. 3.* GERHARD. *in loc. theol. de coniug. §. 683.* aliique plures, adeoque reuera cum eccleſiæ Romanæ interpretibus faciunt. Non reguſtabo argumenta, quæ pro hac ſententia in medium proferri ſolent, examinata & excuſſa in *vſ. modern. Strykiano tit. de diuort. §. 10. ſqq.* & in *diſſert. de diuort. ob inſid. vitæ ſtruct.* Sed illud tantum obſeruo, inter ea principatum hoc gerere, quod nec CHRISTVS nec *Apoſtoli* huius cauſæ meminerint, nec ex ea diuortium probauerint, adeoque in dubio regulæ inſiſtendum ſit. Enimuero α) nec *malitioſæ deſertionis* CHRISTVS fecit mentionem, nihilominus tamen ea diſſolui coniugium recte cenſuit PAVLVS, quod deſertor *fidem coniugalem* ſoluat atque rumpat. β) Adhuc magis vincula eius frangit atque conculcat, qui alterius vitæ inſidias ſtruit, quia non tantum vinculum, quod natura inter omnes homines conſtituit, auſu fœdifrago impugnat, atque ſecare intendit, ſed etiam *vinculum connubiale* ſubuertit. Magis hoc ipſum per *attentatam cædem*, quam per *adulterium* læditur, quia per illam duplici vinculo clades infertur, non æque per hoc. Grauius itaque peccat in

4) Inſidiæ vitæ ſtructæ,

quæ cauſa pugnatur contra diſſentientes,

fidem coniugalem *insidiator* quam *adulter*, cum nihil magis amori coniugali aduersari eiusque essentiam destruere queat, quam si *hostili animo* sociam thori quis inuadit, eique necem intentat atque parat, licet forsan, prouidente Deo, consilio euentus non respondeat. Denique dum *separationem quoad thorum* admittunt, non animaduertunt plerique, se eo ipso ab vsu consistoriorum nostrorum diuortium facere. Aut enim intelligunt *perpetuam* aut *temporalem*. Si illam, non cogitant, eam nos repudiasse, atque vitio vertisse Romanæ ecclesiæ assectis, quod loco *diuortii veri* eam excogitauerint. CHRISTVM de ea non cogitasse, iam supra, suffragante D. SPENERO, docui, & sic merum patrum inuentum est, quorum æmuli pontifices fuerunt eamque doctrinam propagarunt. In effectu autem tollit essentiam coniugii, cum omnem cohabitationem & consuetudinem coniugalem tollat, & in perpetuum coniuges a semet inuicem alienet, eosque seiungat atque diuellat, Ita vero *proprie dictum diuortium* tali separatione perpetua inducitur, excepto eo tantum, quod innocenti nuptias, viuente nocente, interdicant, quod nec ex sacris nec ex rectæ rationis principiis confirmari atque probari potest. Hæc sunt apud nos peruulgata atque trita, vt vel NICOLAI *de diuort. c. 5. n. 1. sqq.* ad oculum docet, & assensu Theologorum & ICtorum firmat, addendo, separationem *temporalem* non *perpetuam* protestantibus esse cognitam vsitatamque. Sine dubio ergo *temporalem* intelligunt, qui *separationi* tantum, non *diuortio* locum concedunt. Illa vero ad casum, quo maritus vxori vel vice versa insidias parauit, applicari nequit. Quis enim innocenti auctor suasorque esset, vt post tractum temporis sese rursus hosti traderet, eique iugulum præberet, in quo facinus cogitatum perficere posset? Qui emendatos insidiatoris mores allegant reconciliationemque commendant, euictionem nullam innocenti præstare possunt. Semel malus semper talis præsumitur in eodem delicti genere. Imo etiam ab hoste reconciliato cauendum, & multo magis ab eius *cohabitatione quotidiana* abstinendum. Simulant homines atque dissimulant, adeoque hypocrita maritus efficta pœnitentia inducere potest vxorem, vt ad se reuertatur, quo eo faciliorem occasionem nanciscatur, semet in perpetuum ab ea, quam odit, liberandi. Ad minimum rationes sufficientes deficiunt, quibus iudicia ecclesiastica *rationabili modo*, post temporis lapsum, innocenti hanc legem imponere possunt, vt ad insidiatorem reuertatur, cum illi semper in promtu sit exceptio iustissimi

ostenditurque separationem quoad thorum & mensam hic inapplicabilem esse,

metus

metus, & quod cautio *de non offendendo* idonea excogitari non possit, quæ eam tutam atque ab omnibus periculis vitæ immunem præstet. Hæc tantum in compendio trado, plenius explicata a B. STRYKIO in *dissert. de diuort. totali ob insid. vitæ struct.* & in *vs. mod. ad tit. de diu. §. 9. sqq.* item in *tr. de dissens. sponsal. sect. V. §. 9. sqq.* Nec noua aut recens hæc est sententia, quia plures præeuntes iam obseruauit laudauitque B. STRYKIVS in *vs. mod. cit. l. §. 24.* quorum vestigia non inique sequi licet. Admodum prudenter rationes subducit KITZELIVS *in synops. matrim. c. VIII. theor. 6. lib. I. p. 250.* aitque: *Persona innocens ad redintegrandum tale matrimonium, in quo secundum verba imperatoris nostri in. l. quisquis. C. ad L. Iul. Mai. vita futurum est supplicium & mors solatium, adigi non debet; cum coniux innocens semel interemtus a nocente per cautionem ab ipso præstitam & iuris remedia resuscitari & in vitam restitui nequeat, nec propter dolum & contumaciam, immo intentatum parricidium personæ nocentis coniugi innocenti, prohibendo ipsi vlterius matrimonium, laquei conscientiæ iniiciendi sunt.* Hanc ob causam etiam in ecclesiis catholicorum decerni *perpetuam separationem* testis est PONCE *de matrim. lib. IX. c. 23. n. 9.* adeo, vt diuertenti integrum sit, religionem inuito nocente ingredi, quod a rationibus ecclesiarum nostrarum alienum est. Denique id quoque manifestum, supraque obseruatum est, etiam imperatores christianos ob hanc causam admisisse diuortia. Neque hoc inique factum fuisse, iam olim censuit cum MELANCHTHONE *de coniug.* FRIDERICVS VLRICVS CALIXTVS *in tr. de coniug. & diuortio §. 70.*, vbi hæc MELANCHTHONIS verba laudat: *Cum textus Matth. XIX. tantum faciat mentionem adulterii, valde pugnant aliqui, non posse fieri diuortia propter sæuitiam & insidias vitæ structas. Sed in codice lex Theodosii, quam existimo graui deliberatione piorum scriptam, vt tunc vsitata diuortia restringeret ad certos casus, concedit diuortium etiam in his casibus. Etsi autem aliqui reiiciant hanc legem, & contendant, eam ab euangelio dissentire: tamen hi non recte intelligunt discrimen legis & euangelii. Et cum expresse dicat Dominus, in politia Mosis diuortia permissa esse propter duritiem cordis, significat aliam esse gubernationem hominum sanabilium, qui sunt membra ecclesiæ, & volunt obtemperare euangelio: aliam politicam impiorum & contumaciam, qui frenos legum pati nolunt. Si quis est igitur talis maritus, qui sæuitiam in coniugem exercet, & admonitus a pastoribus non desinit furere & domesticæ ecclesiæ inuocationem turbare, & vxorem*

quod consensu interpretum iuris illustratur, vt Kitzelii, Melanchthonis, Calixti.

Digitized by Google

ita cruudeliter tractare, vt vita in periculo ſit, hic certe magiſtratus politici imperio coercendus eſt, qui non ſolum vitam perſonæ innocentis tueri debet, ſed etiam debet eius conſcientiæ conſulere, ne fracta dolore & indignatione tandem abiiciat inuocationem aut aliquid iniuſte faciat, vt dicitur: furor ſit læſa ſæpius pœnitentia. In eo caſu in perſona crudeli, non pertinente ad eccleſiam, magiſtratus politicus Theodoſii lege vti poſſe videtur: imperia politica vult DEVS honori eſſe bonis & terrori malis. Vult Deus tegi eos, quorum mores ſunt ſine ſcelere. Vult iis concedi pacem ad inuocationem, ad educationem, ad inſtitutionem ſobolis. Vult latrones reprimi, ſiue domi ſiue foris latrocinia exercent. Addit ſubinde CALIXTVS ſuffragium HEMMINGII in lib. *de diuortio*, eiusque verba non minus recitat, ac aliorum conſenſum adducit, in quorum cenſum etiam §. *76.* CHEMNITIVM, alias ſatis rigidum, refert.

Hemmingii, Chemnitii.

5) Præfracta debiti coniugalis denegatio,

§. XXXII. Deſertioni adiungere ſolent V) *præfractam debiti coniugalis denegationem*, quippe qua fides coniugalis eodem modo ac in *locali diſceſſu* ſoluitur, atque conculcatur. Ante omnia deſideratur (1) *matrimonium rite conſummatum:* eo deficiente, cohabitatio connubialis nec deſiderari, nec ex eius denegatione *deſertio* colligi poteſt, vti *tom. III. tit. de ſponſal. §. 54. p. 116.* idoneo illuſtratum eſt præiudicio: (2) *contumacia frangi neſcia:* qua de cauſa (α) omni *iuſta cauſa* hæc denegatio carere debet: (β) *gradatim* procedendum eſt, vt appareat de firmiſſimo propoſito contumacis, quo probato & manifeſtato, diuortium decernitur, de quo proceſſu plenius agit NICOLAI *de diuort. c. 2. n. 59. ſqq.* Effectus eius eſt, vt *innocenti* nouæ concedantur nuptiæ, non item *nocenti*, cui quandoque ob extremam contumaciam relegatio ſimilisue pœna dictari poteſt. Multum tamen arbitrio iudicis relinquendum, vt accurate perpendat, an contumax cauſa quadam excuſetur. Oblatus ante aliquot annos Facultati noſtræ fuit caſus, vbi vxor denegabat marito cohabitationnm, quod nimis potens eſſet, adeoque allegabat, ſe infantem parere, quam virum admittere malle. Facta inſpectione apparuit enormis illa & modum omnem excedens qualitas, ab vxore allegata, cum iudicio medico, quo ſuam contumaciam admodum purgabat rea non tantum, ſed præterea etiam ex capite *inhabilitatis* diſſolutionem coniugii petebat. Hoc caſu matrimonium fuit diſſolutum non tam ex *contumacia* vxoris, quæ iuſtam cauſam denegandi debitum coniugale habebat, quam ex ratione cuiusdam *inhabilitatis*, cum natura non tantum in *defectu*, ſed etiam in

nisi iuſta cauſa adſit.

ex-

Digitized by Google

exceſſu peccare queat, adeoque vxori nouæ nuptiæ permitti debuerunt. Huc quoque referri poteſt ſpecies, a STRYKIO *de diſſ. ſponſal. ſect. VI. §. 23.* tradita, ſi ſeparatio ob *friguſculum* vel alias contentiones inter coniuges ad certum tempus facta, quo elapſo, maritus reditum vxoris vrget, illa vero *absque prægnante cauſa* ad mariti thorum & conſortium reuerti recuſat, & in tantum odio erga maritum æſtuat, vt nec mandatis nec minis ad cohabitationem adigi queat. *Non enim*, optime ait STRYKIVS *cit. l. diſtat talis vxor a deſertrice, & ſi hæc malitia ipſi fuerit impunita, vnicuinis coniugum daretur anſa excitando lites & iurgia alterum eo deducere, vt quoad tempus ſeparationem impetret, quo facto recuſare eius receptionem, & ita ſe a conſortio coniugali penitus liberare poſſet.* Huc etiam pertinet, ſi vxor, facta ſeparatione temporali ad maritum ſine cauſa reuerti recuſat.

§. XXXIII. Parum a præcedente cauſa diſtat VI) *peruerſa debiti coniugalis præſtatio* huc imprimis directa, vt omnis conceptio prolis euitetur. Quid enim magis *fidei coniugali* contrariatur, quam eiusmodi *malitia*, marito intolerabilis, & finis coniugalis deſtructiua? Sicuti vero etiam hic deſideratur *firmiſſimum* frangique neſcium *propoſitum*, ita, quamdiu de eo nondum conſtat, ad diuortium feſtinari nequit, ſed hic quoque *per gradus* eundum. Et cum ex ipſis rerum argumentis proceſſus in hac cauſa obſeruandus commodius cognoſci queat, *ſequenti reſponſo, anno 1719. Menſ. Ian.* a Facultate noſtra concepto cauſam hanc exornabo. 6) Peruerſa debiti coniugalis præſtatio.

Ob wol, ſo viel die erſte Frage betrift, in der übergebenen Klage allerhand wichtige momenta angeführet, welche zu gäntzlichen Eheſcheidungen hinlänglich ſcheinen möchten, angeſehen erſtlich ſolche facta in dem libell angegeben ſind, welche nicht allein der Charitillæ äuſſerſte Hartnäckigkeit gegen ihren Mann Andraco, ſondern auch dieſes bezeugen, daß ihr Gemüth von ihm gantz entfernet ſey, indem ſie ſeiner bey vieler Gelegenheit geſpottet, ſich an denen von ihrem Vater, Schwager und Schweſter am 21. Decembr. vorigen Jahres gegen ihm unternommenen heftigen Beſchimpfungen delectiret, ſolches noch zu des Andraco fernern proſtitution der Meluſina erzehlet, und, daß dieſelbe ihn den närriſchen Andraco genannt, gedultig angehöret, dadurch alſo ihren animum implacabilem gnugſam angezeiget; hiernächſt auch ſeinem geſchehenen Verboth, in ſeiner Abweſenheit des Maiors Caſtelli Haus zu meiden, ſich widerſetzet, und in allen ihm contrair geweſen, und denn aus denen Rechten nicht allein be-

bekant, quod iuſti diuortii cauſa ſit, ſi cum viris extraneis, nolente marito, conuiuatur, aut ſi nolente viro foris domum manſerit vxor,

per *Nouell. 117. c. 8. §. 4. 5.*

ſondern auch einige Rechts-Lehrer der Meynung ſind, quod in caſu capitalis & irreconciliabilis inimicitiæ totale diuortium concedi poſſit,

BRVCKNER *in deciſionib. matrimonial. c. 18. n. 17.*

præſertim cum talis malitiola vxor parum a deſertrice diſtet,

CARPZ. *de diſſenſ. ſponſalit. ſect. 6. §. 23.*

hiernächſt auch (2) dieſes hinzu kömmt, daß die Charitilla ratione inſidiarum vitæ ſtructarum ſich ſehr verdächtig gemacht, indem ſie einen Strick mit einer Schlinge mit ſich ins Bett genommen haben ſoll, welchen die Magd, laut ihrer Ausſage, zweymahl an ihrem Ort gefunden, und ſolchen auch dem Andraco überbracht, weil ſie ſelber ungleiche Gedancken hiervon gefaſſet, ob nicht etwa ihre Frau etwas Böſes im Sinn haben möchte, welches GOtt aber verhütet, weiln Andraco immer ſpäther, als ſie eingeſchlaffen, und früher wieder aufgeſtanden, ob inſidias autem vitæ ſtructas totale diuortium decerni poſſe, late probauit

STRYK *diſſ. de diuort. ob inſid. vit. ſtruct.*

(3) auch kein geringes momentum ad totale diuortium ex præfracta debiti coniugalis denegatione entſpringen möchte, indem ſie die eheliche Beywohnnung ihrem Mann bishero nicht eher geſtattet, als bis er ſie reichlich beſchencket, oder wenn er ſie imperio maritali dazu anhalten wollen, ſie einſtmahls die Künheit gebrauchet, daß ſie die genitalia mit denen Händen ergriffen, und dieſelben dermaſſen zerquetſchet, zerknippen und zerdrücket, daß ſolche ihm davon ſehr geſchwollen, und er 4 Tage daran curiren müſſen, ja wenn ſie ihn auch zugelaſſen, er dabey dieſe Leichtfertigkeit an ihr verſpühret, daß ſie die immiſſionem ſeminis, ſo viel an ihr geweſen, verhindert, inzwiſchen doch, weil ſie einmal per concubitum irritiret geweſen, an ſtatt des legitimi vſus coniugalis præpoſteram venerem ad mariti pedem vel genua exerciret, und auch letztens, als Andraco ſich mit ihr wider verſöhnet, abermahls die immiſſionem ſeminis verhindert, quales cauſas non tantum ſunt contra ſubſtantiam matrimonii, finemque eius primarium impediunt,

argum.

Digitized by Google

argum. cap. vlt. X. de condit. appoſit.

ſed etiam in effectu denegationem debiti coniugalis & deſertionem malitioſam continent, cum paria ſint non facere & non legitime facere, ob quam cauſam etiam diuortio locum eſſe Doctores tradunt,

NICOLAI *de diuortiis part. 2. cap. 2. n. 51. ſqq.*

STRYK *cit. loc. ſect. 6. §. 20. & ſqq.*

(4) der Charitillæ extrema malitia dadurch noch vergröſſert wird, daß als ſie ſich von ihm ſchwanger geſtellet, und ihr Mann ihr nicht gleich, was ſie verlanget, verſprechen wollen, ſie ſich herausgelaſſen, daß ſie dasjenige, was ſie im Leibe trüge, wol wieder von ſich ſchaffen, und zu dem Ende Campher, Lorbeer und Saffran einnehmen wolte, qualis procuratio abortus rurſus diuortium operatur,

BRVCKNER *cit. loc. c. 16. n. 6.*

LYNCKER *deciſ. 71.*

BRVNNEM. *de iur. eccleſ. lib. 2. c. 17. §. 33.*

zugeſchweigen (5) daß ſie täglich mit jungen Officiren gegen des Mannes Verboth einen verdächtigen Umgang gepflogen, in ihres Mannes Abweſenheit mit ihnen getantzet, geſprungen, und ſich Muſicanten halten laſſen, beſonders aber mit dem jungen Elector frey und verdächtig umgegangen, qualis impudica conuerſatio adulterium præſumtum inuoluit, & diuortio locum facit.

argum. cap. 12. X. de præſumtion.

authen. ſi quis C. ad leg. Iul. de adulteriis.

Endlich auch (6) in der gantzen Klage ſolche facta angegeben ſind, welche mores intolerabiles der Charitillæ anzeigen, ob quos nonnulli etiam diuortio locum concedunt.

vid. PVFFENDORFF. *lib. 6. de iur. nat. & gent. cap. 1. §. 24. ibique allegat.* MILTONIVS.

Dennoch aber und dieweil, wenn alle dieſe cauſæ gleich in iure & facto gegründet ſeyn ſollen, ſolche überhaupt per inſecutam remiſſionem aufgehoben und ins künftige ferner ohne allen effect ſeyn würden, zumahl Andraco in ſeiner Klage ſelber bekennet, daß wie er ſeiner Frauen am 21. Decembr. eine Ohrfeige gegeben, und deswegen von ihrem Vater, Schwager und Schweſter mit vielen Beſchimpfungen ihm hart zugeſetzet, Charitilla auch ſich etwas ſeiner enthalten, bald aber wieder angefangen, ihm alle erſinnliche careſſen zu erweiſen, und ihn zu verſichern, daß ſie forthin ihm alle ſchuldige Ehre und Liebe bezeu-

gen,

gen, und dasjenige, worüber er ein Mißfallen haben könte, müßig gehen wolte, auch gebethen, daß er ihr diß passirte pardonniren möchte, darauf er zu ihr sein Hertz wieder gewendet, und sich mit ihr versöhnet, qualis reconciliatio coniugum omnes adulterii causas tollit, maxime si rursus innocens nocenti cohabitet,

NICOLAI *de diuortiis P. 2. c. 1. n. 44. & sqq.*

und ob wol Andraco angiebet, daß sie abermahl, wie sie mit einander darauf daß Ehebette beschritten, und die eiaculationem seminis verspühret, sie die positur ihres Leibes so verrücket, daß sie die Befruchtung nicht recipiret, welches sie zu keinem andern Ende also practiciret, als daß sie von ihm durchaus nicht schwanger werden, und von ihm Kinder tragen wolte, also diß in effectu pro denegatione debiti coniugalis zuhalten sey, dennoch dieses dabey zu erwägen, quod in tali casu circumspecte & gradatim procedendum sit. Ipsa enim denegatio cum proposito continuationis fieri, & præterea pertinax, incorrigibilis, constans & perdurans ad aliquot annos esse debet; quin etiam contumax ante omnia amicorum & confessionarii seueris adhortationibus ad cohabitandum inducenda; his rursus posthabitis, magistratus officium implorandum, omnibusque modis tentandum, an præceptis pœnalibus refractaria ad debitum coniugale recte persoluendum coerceri possit, & tandem post publicas & priuatas admonitiones frustra adhibitas, diuortium demum permittendum est;

NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 2. n. 60. & sqq.*

STRYK. *de dissens. sponsalit. sect. 6. §. 21.*

welcher Proceß hier noch keines weges vorgegangen, noch aus dem bisherigen Verfahren der Charitillæ erhellet, daß sie einen beständigen Vorsatz einer dergleichen unzuläßigen euitirung der Befruchtung gefasset, und gäntzlich incorrigibel sey, absonderlich da sie noch in ihrer zarten Jugend und Wildheit sich befindet, und etwa 15 Jahr erst alt ist, also Andraco, wenn er vernünftig, circumspecte, und gradatim mit ihr verfähret, noch nicht alle Hoffnung zur Besserung verlohren, und im übrigen auch selbsten die angeführten causæ nicht zulänglich zu achten, zumahl was die erste und letzte betrifft, solche von den Iure Consultis protestantibus nicht unbillig verworffen werden,

BVFFENDORFF. *cit. loc.*

da

da zum höchſten die ſeparatio quoad thorum & menſam in caſu grauiſſimarum inimicitiarum verſtattet wird,

NICOLAI *cit. loc. c. 5. n. 29.*

die andere zwar in theſi ihre Richtigkeit hat, aber die angeführten inſidiæ aus dem gefundenen Strick nicht ſo fort erzwungen werden können, Andraco auch nicht wiſſen kan, wer ſolchen Strick in die Cammer hingeleget, cum tamen probandum ſit, realiter inſidias vitæ alterius coniugis ſtructas fuiſſe,

STRYK. *in vſ. mod. tit. de diuort. §. 49.*

und ob zwar in cauſa tertia einige denegatio debiti coniugalis anzutreffen, dennoch was hiebey zu erinnern ſey, aus dem vorhergehenden erhellet, Andraco auch dabey ſehr imprudenter handelt, daß er dergleichen Ausſchweifungen ſeiner jungen Frauen, ſo er no. 8 erzehlet, kund und offenbahr zu machen, und dadurch bey der Welt ein groſſes Aergerniß, zwiſchen ſich aber und ſeiner Frauen das Ubel zu vergröſſern ſuchet, cum tamen eiusmodi impudici exceſſus potius ſint celandi, quam in opprobrium vxoris manifeſtandi, welches ein Hochlöbl. Conſiſtorium nicht anders als mißbilligen kan; hiernächſt die 4te cauſa nur in bloſſen minis beſtehet, welche die Charitilla aus Unbedachtſamkeit ihrer Jugend heraus geſtoſſen, um dadurch bey ihrem Mann dasjenige, was ſie geſuchet, zu erlangen, keines weges aber alhier eine realis procuratio abortus zu befinden, vielweniger aus der 5ten cauſa ein præſumtum adulterium herzunehmen iſt, abſonderlich da ſie meiſtentheils zu ihrer Schweſter der Maiorin Caſtelli gegangen, und aus der Zeugen Ausſage nicht zu befinden, daß der junge Elector mit ihr verdächtig umgegangen, und nicht ſo fort eine vaga & remota ſuſpicio, die aus bloſſer ialouſie entſpringet, ein præſumtum adulterium machen kan, cum ne quidem ſolus conatus & attentatum adulterium ſufficiat,

NICOLAI *de repudiis P. 2. c. 1. n. 53.*

endlich auch mehr als zu bekant iſt, daß inter proteſtantes auf die cauſas, welche in der *Nouella 117.* anzutreffen, nicht indiſtincte mehr geſehen wird, und alſo Andraco noch zur Zeit bey allen erzehlten Umſtänden kein ſolidum fundamentum agendi vor ſich habe.

So erhellet hieraus allenthalben ſo viel, daß geſtalten Sachen und Umſtänden nach die in der Klage enthaltene momenta zur gäntzlichen Ehe-Scheidung nicht zulänglich ſeyn, ſondern vielmehr

Andraco beſſer thue, wenn er durch interpoſition ihrer Bluts-Freunde und mit Zuziehung ihres Beicht-Vaters, was den punctum denegati debiti coniugalis betrifft, ihr gebührende Vorſtellung thun laſſe, und ſie dadurch zu ihrer Schuldigkeit, daß ſie, wie ſich gebühret, ihm ehelich beywohne, zu bringen trachte, und wenn ſolches nicht verfangen ſolte, alsdenn ſich bey dem Conſiſtorio darüber beſchwere, und deſſen rechtliche remedirung ſuche, und wenn alle dieſe gradus bey ihr nichts verfangen, noch ſie zur raiſon bringen können, ſo iſt alsdenn Andraco die gäntzliche Ehe-Scheidung zu ſuchen wohl befugt.

So viel die andere Frage betrifft, ob wol Andraco vermeynet, daß er über diejenigen puncta, welche er mit Zeugen nicht erweiſen kan, er ſeiner Frauen der Charitilla den Eyd deferiren könne, angeſehen, ſolche Eydes-delation nicht contra matrimonium deferiret werde, vielmehr wenn ſie ſolchen Eyd acceptiret, wie ſie zu thun ſchuldig, die cauſæ diuortii völlig wegfallen, und keines weges die Ehe zerriſſen wird, alſo alhier die iura, quæ diſponunt, contra matrimonium non poſſe deferri iuramentum, inapplicabel ſind.

Dieweil aber dennoch nach demjenigen, was bey der vorigen Frage erinnert und angeführet iſt, es alhier nicht auf die in ratione dubitandi angeführte Meynung, welche noch nicht ſo klar iſt, ſondern darauf ankommt, ob der deferirte Eyd etwas releuiren werde, welches aber angeführter maſſen nicht geſchehen kan, angeſehen die angeführten cauſæ ad diuortium nicht zureichend ſind, und es alſo hier billig heiſſet, quod iuramentum, quod non releuat, admitti non debeat,

CARPZ. *lib. 3. reſp. 45. n. 24.*

So halten wir davor, daß die Eydes-delation geſtalten Sachen nach alhier nicht ſtatt finde.

Bey der dritten Frage möchte zwar angeführet werden, daß die ſeparatio quoad thorum & menſam in denen Fällen, in welchen das diuortium totale nicht erkant werden kan, ſtatt finde, und auch bey den proteſtanten recipiret ſey, vt facilius morum emendatio & animorum reconciliatio obtineatur, & maiora mala aliaque quam plurima incommoda præcaueantur,

CARPZ. *P. 2. deciſ. 180. n. 5. ſqq.*
BROVWER. *de iur. connub. lib. 1. c. 29.*

der-

dergleichen incommoda auch bey den angeführten Umſtänden alhier zu befürchten, zumahl die ſuſpicio inſidiarum ſehr wahrſcheinlich gemachet, und der Uberfall von der Charitillæ Vater und Anverwandten nicht wenig dazu contribuiret, daß die Gemüther dieſer beyden Eheleute ſehr getrennet ſind, daher zu hoffen ſtehet, daß durch dieſe ſeparatio die Charitilla ſich beſſern, und eine andere conduite ins künftige zu führen ſich bequemen werde, cum etiam ob vxoris furias ſeparatio concedatur, ſi aliter corrigi nequeat.

NICOLAI *de repud. P. 2. c. 5. n. 27. & 28.*

Weil aber dennoch ein iudex, ehe er ad ſeparationem quoad thorum & menſam ſchreitet, vor allen Dingen Sorge tragen muß, daß die zwiſtige Eheleute ad concordiam reduciret, und wieder verſöhnet werden, qua reconciliatione interueniente non decernenda ſeparatio quoad thorum & menſam.

NICOLAI *cit. l. n. 38.*

alſo ex paritate rationis auch ein gleiches in dieſem caſu zu ſtatuiren iſt, da nach den letzten troublen, ſo am 21. Decembr. a. p. ſich zugetragen, Andraco mit ſeiner Frauen ſich völlig wieder verſöhnet, ihr alles pardoniret, ſie es ihm abgebethen, und daß ſie ihm in keinem Dinge, ſo ihm zuwieder wäre, entgegen ſeyn wolte, verſprochen, alſo dadurch alle vorhin geſchehene unrechtfertige Händel völlig abgethan ſind, und was die nach der Zeit abermahls unternommene denegatio legitimi debiti coniugalis betrift, noch zur Zeit, wie bey der erſten Frage beygebracht, ihr continuatum propoſitum dabey ermangelt, im übrigen, wenn ſie inskünftige contra datam fidem ſich noch ferner animoſe und halßſtarrig aufführen, ihrem Ehemann allen tort anthun, und ſich alſo, daß nicht leicht pro præſenti eine emendatio zu hoffen wäre, verhalten ſolte, alsdann ex hisce nouiter emergentibus cauſis die begehrte ſeparatio wohl ſtatt finden könte, cum quæ nouiter emergunt, nouo indigeant auxilio.

So mag zwar noch zur Zeit die ſeparatio quoad thorum & menſam nicht ſtatt finden, es bleibet aber dennoch Andraco inskünftige, wann Charitilla darzu neue Gelegenheit geben ſolte, ſolche zu ſuchen, unbenommen.

§. XXXIV. In ſimilem quoque cenſum (VII) hæc cauſa col-7) Procurata per malitiam ſterilitas.
locanda, *ſi malitioſe ſibi ſterilitatem procurauit, vt concipere non poſſit, vel metu puerperii medicamentis aſſidue abortum procurauit.* Vtroque mo-

do in *fidem coniugalem* peccat, finem connubii destruit, & essentiam matrimonii peruertit; primo casu quidem *absolute*, altero *secundum quid*, vt tamen spes emendationis superfit, adeoque posteriori casu per gradus procedendum, animaduertendumque, annon tanta malitia per pœnam criminalem, quæ huiusmodi mulieribus imminet, e medio tolli & sedari queat, cum, vt ait ICtus in *l. 14. §. 1. de ædil. edict. maximum & præcipuum munus feminarum sit, concipere & conceptum tueri.* Enimuero si mulier perfide vterum ita vitiauit, vt nec concipere nec parere amplius possit, nihil est, quod diuortium ad instantiam mariti retardare amplius queat, quia hoc scelus pari cum *adulterio* passu ambulat, & *vinculum coniugale* rumpit. Rariora quidem apud Germanos talia exempla, quæ etiam plerumque ita occulta sunt, vt omnis demonstratio desit. Apud Romanos tamen olim frequentiora, & quia impunita, ne quidem dissimulata videntur. Testis est OVIDIVS *eleg. de nuce* ita canens:

Nunc vterum vitiat, quæ vult formosa videri,
Raraque in hoc æuo est, quæ velit esse parens.

Malis medicamentis adhibitis hoc factum fuisse, auctor est IVVENALIS *Sat. VI. v. 594. sqq.*

Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantum artes huius, tantum medicamina prosunt,
Quæ steriles facit, atque homines in ventre necandos
conducit.

Pessimum hunc Romanorum morem etiam notat HIERONYMVS *ad Eustach. de virginit.* scribens: *Alia vero sterilitatem præbibunt, & nec dum fati homicidium faciunt.* Ante hunc vero MINVCIVS FELIX in *octau. p. 308. edit. Gronou.* pessimum hunc morem his adumbrat verbis: *Sunt quæ in ipsis visceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extingunt, & parricidium faciunt, antequam pariant.* Pariter TERTVLLIANVS *in Apol. c. 9.* hoc vitium obiicit gentilibus simulque reprobat: *Homicidii festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est, & qui est futurus: etiam fructus omnis iam in semine est.* Quod si ergo scelus hoc probari possit, quo mulier se ineptam dolo malo ad finem matrimonii obtinendum fecit, in æquali cum *adultera* reatu est, æquo abiicienda & exigenda iure. Equidem supra satis demonstraui, ex causa *sterilitatis* vxorem dimitti non posse; diuersa tamen est ratio *sterilitatis pro-*

Digitized by Google

procuratæ, qua peccatur in *fidem coniugalem*, non item per *vitium naturale*. Qua de causa non tantum *vinculum sponsalitium* solui potest, quod admittit CYPRAEVS *de iur. connub. c. XIII. §. 69. p. 707.* & repetit NICOLAI *P. I. de repud. & diuort. c. II. n. 127.* sed ipsum etiam matrimonium, vti consensu HEMMINGII, HVLSEMANNI & SCHERZERI probant BRVKNER *in decis. matrim. c. 16. n. 6.* LYNCKER. *decis. 71.*

§. XXXVI. Nodosior quæstio est, vtrum (VIII) iusta diuortii causa sit, si vxor vel maritus ita deliquerint, vt vel ad perpetuos carceres aut ergastulum condemnentur, vel in perpetuum e prouincia eiiciantur. Præsuppono autem eiusmodi crimen, quo *fides coniugalis* directo haud læsa est, vtpote si furtum, si homicidium aliudue simile commissum sit. Pontifex in *c. 2. X. h. t.* generatim definit: *Nos itaque taliter respondemus, quod mulier pro furto vel alio crimine viri sui (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari non debet.* Neque vero aliam definitionem formare potuit, cum nequidem *adulterium* in totum dirimat connubiale fœdus. Interim ob delictum mariti ne quidem *simplicem separationem* vxor petere potest, si relegatum vel eiectum maritum sequi tenetur. Olim ob varia crimina mariti vel vxoris legibus imperatorum permissa fuisse diuortia, supra obseruaui; id vero tantum docet, legislatores ex *statu rei Romanæ* quædam indulgere debuisse, quæ an etiam cum doctrina CHRISTI consp irent, hic inuestigandum: cum diuortiorum licentiam ad tramitem *scripturæ sacræ* hodie in consistoriis protestantium reducamus. Interim vbi per constitutiones prouinciales res decisa est, hodie merito eis statur, cum non desint rationes prægnantissimæ, quæ diuortio locum videntur relinquere. Talis decisio a principe Brunsuicensi & Luneburgensi piæ memoriæ ANTONIO VLRICO per rescriptum *d. 19. Mai. 1707.* facta est ad interrogationem consistorii: Ob in dem Fall, da ein Ehemann oder Eheweib nicht wegen Unkeuschheit sondern andern verübten Ubelthaten halber auf ewig relegiret worden, die separatio quoad vinculum statt habe, und dem unschuldigen Theil seiner Gelegenheit nach anderweit sich zu verheyrathen zuzulassen sey? Ipsa decisio *affirmatiua* his generalibus fundamentis nititur: Wenn wir dann in Erwegung der allerseits angeführten rationum, und so wol aus Heil. göttlicher Schrift, als auch den gemeinen und Kirchen-Rechten genommene Gründe dahin geschlossen, und aus Hoher Landes-Fürstl. Macht und Gewalt hiemit declariret haben wol-

8) Quid si vxor in perpetuum relegetur vel ergastulo includatur.

Decisio pontificis

vxor maritum relegatum sequi tenetur.

Decisio in ducatu Brunsuicensi.

wollen, daß in obigem Fall derjenigen Doctorum Meynung, ſo die affirmatiuam behaupten, nachgegangen werden ſolle, So haben wir &c. Nihil inſoliti ergo ſe conſtituiſſe credidit ſereniſſimus legislator, ſed id tantum definiuiſſe, quod nonnullis in dubium vocatur, interim a pluribus etiam propugnatur, qui *verbum Dei* pro principio decidendi hic agnoſcendum eſſe docuerunt. Paucis in vtramque poſtea rationes colligam, & quid ponderis iis inſit, inquiram.

Huc non pertinet caſus, ſi innocens nocentem ſequi debet,

§. XXXVII. Ante omnia autem (I) excludo eum caſum, vbi innocens nocentis vicem dolet, pro eo intercedit, & ſic ſua interceſſione id impetrat, vt pœna ordinaria in *relegationem perpetuam* mutetur ea lege, vt innocens nocentem ſequi debeat, quale quid in *crimine adulterii* contingit, adeo vt etiam maritus innocens & pro vxore intercedens eius infortunii comes ſociusque eſſe cogatur, & diuortium, ſemel remiſſum, petere non poſſit. CARPZ. *P. IV. C. 19. def. 10. n. 6. ſqq.* (II) Præterea eum hic remoueo caſum, vbi vxor maritum ex ſuo delicto relegatum vel bannitum ſequi tenetur, idque vel ex *lege prouinciali*, qua hoc cautum: vel ex *obſeruantia prouinciali*, quam in Saxonia obtinere teſtes ſunt CARPZOV. *P. IV. C. 47. def. 7. n. 7.* & *Pr. criminal. qu. 130. n. 44. ſqq.* RICHTER *P. I. deciſ. 9.* aliique. Ex *iure communi* enim hanc obligationem non præciſe vxoribus innocentibus imponi poſſe, oſtendunt HEIG. *P. 2. qu. 14.* & NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 2. n. 14. ſqq.* præſertim ſi ratio *rei domeſticæ* & *honeſtas vxoris* id non admittit, quam qæſtionem hic non excutiam. Enarrabo ergo caſus præcipuos, in quos quæſtio adducta cadere queat, videlicet 1) ſi vxor relegatur in perpetuum, vtpote quam maritus ſequi non tenetur: 2) ſi alteruter coniugum ad *perpetuos carceres*, *triremes*, vel *ergaſtulum* condemnatus, neque enim tam inhumana vxoribus conditio imponenda eſt, vt, ſi vel maxime maritum relegatum ſequi teneantur, etiam cum marito ſqualores carceris aut ergaſtuli ſubire obſtrictæ ſint: 3) ſi ea ſit ratio rerum domeſticarum, vt vxor a neceſſitate ſequendi maritum relegatum abſoluatur, quem caſum etiam hi excipiunt, qui alias hanc duram legem innocenti imponunt, vt regulariter a marito ex prouincia ejecto diuelli non debeat.

vel ſi ingenere vxor maritum relegatum comitari debet.

Caſus huc pertinentes genuini referuntur.

Rationes contra diuortium.

§. XXXVIII. Contra diuortium qui pugnant, vt CARPZOVIVS *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 203.* NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 1. n. 56. ſqq.* HAVEMANN. *in gamol. lib. 3. tit. 7.* GERHARD. *in loc. de coniug. §. 691.* prouocant 1) ad *iuris canonici* diſpoſitionem, quæ nequidem ſeparationem

nem regulariter admittit. 2) Allegant iuris ciuilis dogma, ſecundum quod matrimonium non tollitur per *deportationem* aut *exilium l. 20. C. de donat. inter vir. & vxor. l. 1. C. de repud.* IVSTINIANVS idem in *nou. 22. c. 15.* confirmat ſuo calculo, aiens: *Deportatio tamen, in quam migrauit, & antiqua ignis & aquæ interdictio, quam aquæ & ignis interdictionem vocant noſtræ leges, non ſoluit matrimonium.* 3) Quod vinculum coniugii ſit indiſſolubile, nec aliis ex cauſis, quam in *ſacris* determinatis probatisque, dirimi queat, inter quas tamen hæc cauſa, de qua hic agitur, haud deprehenditur. 4) Quod ſi vel maxime cauſæ eiusdem generis cum *adulterio* admittendæ ſunt, illuc tamen minime referri debeat delictum aliud, ob quod coniux ad perpetuos carceres condemnatur, adeo vt ſi contigerit, maritum ad triremes condemnari, vel vxorem perpetuo includi ergaſtulo, diremtio coniugii tamen concedi non debeat, ſi vel maxime nulla ſpes ſit liberandi coniugem, prout ait NICOLAI *cit. l. n. 6.* ſed potius innocenti mors coniugis exſpectanda ſit. Neque enim, addunt, tali crimine in *legem coniugii*, vti quidem per *adulterium*, quid committitur, ſed *fides coniugalis* etiam ſub tali noxa ſalua & intacta manet, adeoque hoc malum vt aliud quodcunque infortunium & malum, deuorandum eſt. 5) Neque maritus ex delicto ſuo abſens pro *deſertore malitioſo* habendus, quod non propria ſua voluntate & ex *animi ſui ſententia* abſit, ſed abeſſe cogatur; multo minus vero 6) vxor, quæ maritum relegatum non ſequitur, pro *deſertrice* habenda eſt, cum maritus delinquens propria ſua culpa hanc neceſſitatem ſibi attraxerit, vt ab vxore ſua ſeparatus & auulſus viuere cogatur. Vid. NICOLAI *cit. tr. P. 2. c. 2. n. 14.* Hanc in ſententiam ſereniſſimus legislator Wurtembergenſis in der neuen Ehe-Gerichts-Ordn. *c. XIII. §. 11.* iuit his verbis: Daß wenn ein Ehegatte ſich mit der höchſtverdammlichen Sodomie oder mit Blut-Schande beflecket, oder ſeinen Ehe-conſorten mit Gift-geben nach dem Leben geſtellet, und der ſchuldige Theil entginge der Todes-Strafe, um etwa mit einlauffender Umbſtände willen, weil durch dergleichen abſcheuliche Verbrechen die Ehe-Frau und vinculum immediate lædiret, und ſubſtantia matrimonii ſo wol oder mehrers als durch den Ehebruch und boshaftige Verlaſſung conuelliret wird, auf des unſchuldigen Theils inſtändiges Anſuchen befindenden Dinge nach geſprochen werden ſolle. Wo aber ein ſolch delictum von einem Ehegemächt begangen wird, ſo fidem coniugalem nicht violiret, und deſſen participation

pation euitiret werden kan, ob ſie ſchon ſchwer, und der Verbrecher aus ſeinen Uhrſachen, oder durch erlangende Gnade nicht mit der Todes- ſondern nur mit einer Geld- oder mit Leibes-Strafe, als dem Pranger, fuſtigation und Landes-Verweiſung angeſehen werden, als da ſind Raub, Mord, Diebſtahl, Todtſchlag, falſche Müntzen ꝛc. ſo ſoll keine total-ſeparation auch quoad vinculum erkennet, ſondern das unſchuldige zur Geduld verwieſen, doch wider ſeinen Willen dem relegirten, wenn es mit dem delicto ſich nicht theilhaftig gemachet, nachzuziehen, nicht angehalten werden.

Rationes pro diuortio.

§. XXXIX. Audiendi vero etiam ſunt patroni ſententiæ contrariæ, quibus calculum ſuum adiecit ſereniſſimus legislator Guelpherbytanus. Duplex omnino momentum eſt, quod in hac cauſa adferre ſolent. Primum a *deſertione malitioſa*: alterum a *violatione fidei coniugalis* ducitur. In vtroque ſupponitur, duplici modo *deſertionem* & *violationem fidei coniugalis* contrahi poſſe, vel voluntate *directa* vel *indirecta*. Illa quidem per ſpontaneam coniugis fugam, adulterium, inſidias vitæ ſtructas, præfractam debiti coniugalis denegationem, cetera, inducitur. Hac vero per omne facinus, quo maritus ſibi neceſſitatem imponit, ſubeundi vincula triremium perpetua, aut ergaſtuli vel carceris perpetui ſqualores & miſeriam. Sicuti enim homicidium non tantum voluntate *directa*, ſed *indirecta* etiam committitur, quoties ſcilicet voluntas fertur in id, ex quo *immediate* & *per ſe* homicidium ſequi poteſt, per ea, quæ docet CARPZ. *in pr. crim. qu. 1. n. 31. ſqq.* ita pari modo non tantum *deſertorem malitioſum* eſſe aiunt, qui vxorem *deſtinato* derelinquit *conſilio*, ſed qui per *malitiam* ſuam id agit, ex quo neceſſario eam relinquere cogatur. Pariter & vxori *deſertionem malitioſam* imputant, quæ tali ſeſe obſtringit facinore, ob quod *in perpetuum* ergaſtulo incluſa, a marito abeſſe cogitur, quia ſciuit, ſe tali delicto obligari ad ſubeundum eiusmodi ſupplicium. Nam qui in antecedens conſentit, conſentire etiam videtur in neceſſarium eius conſequens, & qui dat operam rei illicitæ, tenetur de omni eo, quod exinde ſequitur, quia cogitare debuit de eo, quod facile indè ſucceſſurum erat, vt ait CARPZ. *in pr crim. qu. 1. n. 29.* Simili ratione non is duntaxat in *fidem coniugalem* peccat, qui deſtinato conſilio eam diſſoluit rumpitque, ſed qui id agit ſuo delicto, vt neceſſario vinculum coniugale ex pœna ſubeunda graue deliquium pati teneatur. Per *indirectum* enim vxor, quæ ob furtum ergaſtulo per-

Deſertio malitioſa etiam eſt, ſi quis ita delinquit, vt ad carceres perpetuos condemnari debeat,

& in fidem coniugalem per indirectum peccat,

petuo

petuo includitur, se malitiose in perpetuum inhabilem reddit, vt marito cohabitare amplius nequeat. Consentiendo ergo in tale scelus, ob quod ad minimum se perpetuo ergastulo includendum esse sciuit, consensisse quoque videtur in vinculi coniugalis violationem, quæ inde nascitur, quod cum tali noxa & pœna salua *fides connubialis* stare non possit. Addunt vero etiam hoc tertium momentum quidam, quod stante sententia contraria, necessario admitti debeat *separatio* quoad thorum & mensam *perpetua*, quam tamen protestantes haud agnoscunt, nec ex sana ratione defendi posse arbitrantur. atque separationem perpetuam producit.

§. XL. Dubia, quæ §. 38. in scenam producta sunt, hoc modo dilui posse censent: 1) quod *iuris canonici* sententia in hac materia repudianda, sit, parum roboris in foris protestantium habitura, quæ in doctrina de *diuortiis* principia huius iuris deseruerunt, 2) quod idem iudicium ferendum sit de *iuris ciuilis* sententia, plus æquo laxitatem diuortiorum extendente; interim tamen etiam id, quod ex hoc iure adlatum est, huc applicari non possit, quia aliud est: vtrum *exilium ipso iure* tollat dirimatque matrimonium? quod negat *ius ciuile*, & omnino negandum est; & aliud: annon exilium, proprio delicto procuratum, iustam *diuortii* causam præbeat? quod in citatis textibus non negatur; solennis tamen *repudii* libellus marito mittendus erat, quamuis ad *causam* exilii magis respiciendum sit, quam ad ipsum exilium: 3) quod hæc causa quidem quoad *verborum corticem* in sacris non fuerit determinata, bene tamen κατὰ διάνοιαν, quoniam tam pessimum facinus a marito perpetratum, quo ad omnem cohabitationem se ineptum reddit, etiam λόγον τῆς πορνείας continere censetur: conf. diss. *de diuortio* sub Dn. MOSHEMIO, Theologo Helmstadiensi celeberrimo habita §. 13.: 4) quod per furtum simileue facinus non quidem *immediate* & *directo* peccetur in fidem coniugalem, vti quidem per *adulterium*; bene tamen *mediate*, quod se eo ipso tali pœna obstringat, qua ipsa matrimonii *substantia* tollitur, remouetur, læditurque, quæ in *cohabitatione* consistit, qua prorsus sublata, matrimonium magis *imaginarium* quam *verum* est, quam ob causam *separationem perpetuam*, saluo tamen vinculo, protestantes reprobant: 5) quod id etiam *malitiosæ desertioni* attribui queat, quod facit, vt quis necessario ob contractum crimen coniugem innocentem deserere cogatur; 6) quod vltimum argumentum admitti debeat, neque de hoc nunc quæstio sit, quia tantum innocenti hæc facultas concessa est, non Responsio ad dubia §. 38. mota.

Digitized by Google

nocenti. Atque in hanc ſententiam nuper iniſſe venerandum Theologorum Helmſtadienſium ordinem, teſtis eſt AVCTOR *diſſert. cit.* ſub Dn. MOSHEMIO habita *cit. l.* ſi nullo modo impetrari poſſit, vt infamis exilii pœna tollatur. Idem quoque propugnat Dn. LANGIVS *de nupt. & diuort. diſſ. VI. §. 16.* in caſu, *ſi alterutra mortem ciuilem ſibi attraxerit, vt ſine omni receptionis ſpe relegetur, vitamque infamem teneatur tolerare*, quod in hoc caſu quoque λόγος πορνείας non ſit obſcurus. Aliorum Theologorum conſenſum adducit BRVCKNERVS *in deciſ. matrimon. c. XVI. n. 5.* Quodſi argumenta fideliter a me relata inter ſe conferantur, facile, ni fallor, apparebit, in quam ſententiam eundum ſit.

Quid ſi maritus obgrauiſſimum ſcelus aufugerit, vtomnis ſpes reditus præcluſa ſit.

§. XLI. Pari modo etiam in dubium vocant, vtrum is, qui, cum crimen aliquod commiſiſſet, ob quod morte afficiendus eſt, metu ſupplicii atrocioris aufugit & diu abfuit, pro *deſertore malitioſo* haberi queat? Negat hoc ipſum BARDILI *diſſ. de diuort. ex cauſa deſert. §. 31.* ex hac cauſa, *quod haec abſentia non contrahatur ex odio vel tædio coniugis, nec excludat ſimpliciter amorem coniugalem & voluntatem cohabitandi, vt potius reo ignoſcendum ſit, quacunque ratione vitam ſuam ſaluare cupienti.* Non abſolute tamen hanc deciſionem capiendam, ſed totam hanc rem prudentis iudicis arbitrio committendam eſſe, *in f. cit. §.* addit; nec ſine ratione, cum iudex omnino arbitrari debeat ex circumſtantiis, *quando* ad hoc diuortium deueniri poſſit. Quid enim, ſi maritus diuturniori tempore abfuit? ſi penitus ignoratur, vbi commoretur? ſi interim de ſua ſorte coniugem non certiorauit? Quis negaret, hunc animum derelinquendi & deſerendi vxorem habere, vt pro *deſertore malitioſo* haberi queat, licet odium erga vxorem deſertioni primariam cauſam non dederit, ſed *deliſtum capitale*, quo commiſſo, ex poſtfacto ſimul animum deſerendi vxorem declarat, quod non negat HARPRECHT *conf. XVI. n. 31. ſqq.* Aut enim animum reuertendi habet, aut non. Priori caſu, ſi etiam redit, euentus cauſæ criminalis exſpectandus eſt: poſteriori vero abeſt ex *malitia*, & ſimul vxorem deſerit; animus autem inde colligi poteſt, ſi vel hoc literis declarauit, vel ita latitat, vt eius copia fieri prorſus nequeat.

Non vero iuſta repudii cauſa eſt animorum totale diſſidium.

§. XLII. His cauſis quidam addunt nouam, ex *moribus intolerabilibus*, & *animorum alienatione* vel etiam ex *inimicitiis* tractam, de qua late diſquiritur in *diſſert.* Dn. KAYSERI *de iure princ. euangel. circa diuortia §. 21. ſqq.* Huic vero ſententiæ nec rationem doctrinæ

Sal-

Digitized by Google

Saluatoris, nec praxin aſſiſtere perſuaſiſſimum habeo. Quod enim hanc concernit, palam eſt, eo in caſu in conſiſtoriis noſtris tantum decerni *ſeparationem quoad thorum & menſam* ad tempus, quia ſemper ſpes ſupereſt, animorum duritiem & alienationem tractu temporis frangi, & diſſidentes ad concordiam reduci poſſe. Quodſi enim ex hac cauſa diuortio locus foret, lubrica quæuis matrimonia fierent, hominum animis ad mutationem & variationem pronis. Nihil facilius coniugi, alias nuptias ambienti, foret, quam ſimulare odium, inimicitias, bella domeſtica, animorumque diſparitatem: hac ſimulatione abſtinebit, ſi nouerit, eam ob cauſam tantum ſuſpendi cohabitationem mutuam atque ſeparatione tali grauiſſimum ſibi attrahi incommodum. Vid BARDILI *de ſeparat. cohabitat.* §. 13. *ſqq.* Et quid de *vxore*, alterna amante, dicam? Si tædio mariti caperetur, poſſet rixas mouere, maledictionibus in maritum inuehi, diesque noctesque ipſum exagitare; vt vel mors ipſi ſolatium, vita vero ſupplicium videatur. *Separatione ad tempus* huic furioſæ obuiandum, vt tædio vitæ ſolitariæ mores meliores induat, non vero vinculum ipſum dirimendum eſt, obſeruante BARDILI *cit. l.* §. 14. Neque enim doctrina CHRISTI ſententiæ contrariæ fauet, quin potius reſiſtit, quia mores iudæorum deprauatos, & dogmata corrupta illis admodum fauentia redarguit, docetque ex ratione *morum & inimicitiarum*, ex quibus iudæi ad diuortium faciles erant, diſcidium decerni non poſſe, ſi abſit λόγος πορνείας. Neque audiendos credo, qui ex inimicitiis rixisque inter coniuges coortis, vel etiam ex animorum diſparitate *violationem fidei coniugalis* trahere ſtudent, quæ eousque, ſalua recta ratione, non trahenda, ne ad *iudaicam* diuortiorum *laxitatem* a Chriſto reprobatam reuerti videatur. Amantium iræ amoris ſæpe redintegratio. Communes næui, fluctus & imperfectiones in nullis ſocietatibus euitari poſſunt: alter alterius conditionem, donec ad mentem reuertatur, æquo animo ferre debet, aut ἀπέχειν. Vitia, donec homines, & ſic quoque rixæ & bella domeſtica, quorum moleſtiam, quamdiu licet, quilibet deuorare debet. Si perferri amplius nequit, ad *ſeparationem temporalem* recurrendum, quæ forſan efficiet, vt inſana & rixoſa vxor ad ſanam mentem tandem redeat. In hanc ſententiam iuit ill. Facultas huius loci Menſ. Ian. 1720.

ſed ſeparatio ad tempus decernitur,

cum hic deſit vera fidei coniugalis violatio.

Daß Kläger dasjenige, was ihm zu erweisen obgelegen, und er sich angemasset, nach Nothdurft erwiesen, dannenhero nunmehro derselbe von seiner Frau auf Tisch und Bette, iedoch gestalten Sachen und Umständen nach, nur vors erste auf 3 Jahr, zu scheiden, inzwischen aber ihr die bereits determinirte und zuerkante alimenta, alles Einwendens ohngehindert, zu reichen schuldig sey, es wolte denn Kläger seiner Ehefrauen ihr Eingebrachtes freywillig wieder ausantworten, so ist er alsdann mit fernerer alimentirung derselben zu verschonen, ꝛc.

Rationes decidendi.

Ob wol Kläger viele puncta in libello angeführet, und unter andern gegen seine Frau vorgestellet, daß die Beklagte und ihre Tochter ihn durch allerhand finessen zu berücken gesuchet, seine Ehefrau alle priuat-Andacht und Gottes-Furcht verspottet und verlachet, sich im übrigen bemühet, durch Verschwendung und chicaniren ihn an den Bettelstab zu bringen, seinen credit bey den Leuten geschwächet, unerhörte Verfluchungen über diese mit Klägern getroffene Ehe ausgestossen, ihn umzubringen gedrohet, und andere abominable facta angeführet, deren Beweiß durch die n. 30. befindl. Urthel dem Kläger auferleget, gleichwol darauf nicht einsten articuliret, sondern gantz unberühret gelassen worden, und was etwa in denen articulis angeführet ist, eines Theils von der Erheblichkeit nicht zu seyn scheinet, daß Kläger daraus seine intention erreichen möchte, als welches nur ein und andere Wiederwärtigkeit und tribuscula anzeiget, welche nicht allemahl im Ehestande euitiret werden können; andern Theils auch gegen die Zeugen gar vieles vorgestellet worden, angesehen die erste Zeugin eine von der Beklagtin abgeschaffte Magd ist, welche dadurch wieder ihre gewesene Frau eingenommen und verdächtig worden ist, wie nicht weniger die andere Zeugin vor des Producenten nächste und vertraulichste Nachbarin angegeben worden, welche von ihm grossen profit geniesset, endlich auch der dritte Zeuge, so wol als dessen Eltern mit der Beklagtin und deren Tochter, wie auch Ehemann in grosser Feindschaft lebet, und dahero um desto weniger seiner Aussage einiger Glaube beyzulegen ist, derselbige sich auch billig entsehen sollen, als ein naher Bluts-Freund gegen Beklagtens Tochter Zeugniß abzulegen, als wozu er denen Rechten nach nicht gezwungen werden mögen, im übrigen die angegebene facta so nicht beschaf-

fen

fen zu ſeyn ſcheinen, daß daraus ein diuortium totale oder partiale erkant werden könne, daß nicht einſt die Ehe-Scheidung von Tiſch und Bette anders als probata ſæuitia vel inſidiis vitæ ſtructis zuzulaſſen ſey, ſo doch hier nicht zu befinden, im Gegentheil Beklagtens Tochter bishero in einem ſehr kränklichen Zuſtand geweſen, und daraus ihre unvergnügte humeur erwachſen ſey, welche Kläger billig geduldig ertragen ſollen, wie denn auch allemahl Beklagtin nach vorgefallenem Streit ihre Reue bezeuget, und ſich mit Klägern wieder verſöhnet habe, endlich auch was in denen dreyen ohnbeeydigten ſub. n. 41. ſqq. befindlichen atteſtatis angeführet iſt, alhier in keine conſideration zu ziehen ſeyn möchte, weil ſolches ſine iuramento keinen Glauben meritiret.

Weil aber dennoch aus denen acten ſo viel erhellet, daß der Beklagtin Tochter bishero ſich mit Fluchen, Schelten und Schmälen gegen Klägern ungebührlich aufgeführet, und ohnerachtet ſie öfters mit ihm wieder verſöhnet, und Kläger ihr alles verziehen, auch mit groſſer Geduld ihre Beſſerung abgewartet hat, dennoch alles bey ihr wenig gefruchtet, und dahero was ſonſten die Rechte de vxore rixoſa pœnitente anführen, ihr nicht zu ſtatten kommen mag, vielmehr bekant iſt, daß propter eiusmodi rixas, clamores & maledictiones in maritum continuatas die Eheſcheidung von Tiſch und Bette allerdings zuläßig ſey.

CARPZ *in iurispr. conſiſt. l. 2. def 217. n. 1. ſqq.*

und ob wol Kläger nicht auf alle Umſtände, welche er im libell angegeben, articuliret, dennoch gnug ſeyn kan, daß er ſo viel nur im Beweiß angegeben, als zur Ehe-Scheidung von Tiſch und Bette auf eine Zeitlang genug ſeyn könne, angeſehen nicht allein das ſub. n. 42. befindliche atteſtatum iniuratum des Predigers Johann Michael Geiß, der Beklagtin Tochter boshaftige conduite und unverſchämtes Verfahren gegen ihrem Mann ſehr nachdencklich angezeiget, ſondern auch damit die beeydigten Zeugen gäntzlich übereinſtimmen, als welche deponiren, daß der Beklagtin Tochter ſich gegen ihren Ehemann unchriſtlich und gottloß aufgeführet, den gantzen Tag dem Streit ergeben geweſen, iederzeit koſtbahr leben wollen, welches der Mann nicht zugeben können, groſſe Schelt- und Läſter-Reden gegen ihn geführet, auch ihre Mutter darzu treulich geholfen,

teſt. ad artic. 1. & interr. 2. 3.

und wenn die Frau in ihrer Raſerey geweſen, ſie mannigmahl gerufen, Hund, Teufel, Mörder, Dieb, Schelm ꝛc. ſo daß eine rechte Raſerey bey ihr geweſen,

per artic. 2. & 3. interr. 1.

da hergegen der Mann eine groſſe Gelaſſenheit von ſich ſpühren laſſen, und ihr den geringſten Anlaß zu dem erſchrecklichen Fluchen und Schweren nicht gegeben,

teſt. ad interr. 2. & 3. artic. 3.

und ob wol ihr Mann ſich gegen ihr nicht karg aufgeführet, ſie dennoch verſchwenderiſch gelebet, hin und wieder aufborgen wollen ꝛc.

Quid de marito, infamia & ſtigmate, abſciſſis auribus & naſo, notato?

§. XLIII. Quid ergo de inſigni *infamia*, per maritum ex propria vitæ turpitudine contracta, dicendum, ſi abſciſſis naſo auribusque ſtigmate notatus, vt quilibet eius conſortium horreat, conuictum nauſeet, & a deformitate hac infami, immani & turpiſſima oculos auertat? Vxori *ſeparationem* quoad *thorum* & *menſam* petenti facile plerique ſuffragium ſuum dant, difficiliores ſine dubio in concedendo diuortio. Et tamen, ſi verum fateri cogor, rurſus hic adeſt caſus, vbi *ſeparatio* quoad *thorum* non aliter, quam *in perpetuum*, concedi poteſt, cum hæc enormis deformitas, proprio contracta ſcelere, nunquam aboleri queat, quam tamen proteſtantes auerſantur atque refugiunt. CARPZ. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 210. n. 3. & 216. n. 1.* BARDILI *cit. l. §. 44.* Quis enim auctor eſſet, cogeretque vxorem innocentem, vt tam deformatum, turpiſſime maculatum & mutilatum, omniumque horrori & tædio expoſitum vnquam in thorum reciperet, eique cohabitet, qui ſuo ſcelere & turpiſſima vita effecit, vt ei cohabitare innocens non poſſit? Hic ſane omnia momenta recurrunt, quæ *§. 39. ſq.* adlata ſunt, in quam ſententiam etiam iuit Facultas iuridica Erffurtenſis ſequenti reſponſo:

Iſt Hans George S. geweſener Bürger und Tuchmacher zu Gotha, bereits anno 1705. von ſeinem Weibe ohne alle Urſache weggelauffen, und hat ſie verlaſſen, ſich aber in Caſſeliſche militair-Dienſte begeben, und hernach daſelbſt auch deſertiret: es iſt aber dieſer deſerteur wieder ertappet worden, und mit Abſchneiduug beyder Ohren, wie auch an der Stirn gebrandmahlet, bezüchtiget, und cum infamia vom regiment gejaget worden. Nachdem nun dieſer verloffene S. nacher Gotha ſich wieder begeben wollen, um ſein Handwerck wieder

der zu treiben, ſo hat dieſen das Handwerck als einen infamen Menſchen aus dem Handwerck geworffen, und hat er ſich auch nicht in der Stadt, ſondern auf einem nahe gelegenen Dorffe aufgehalten, woſelbſt die Gemeine und der Pfarrer wegen ſeines beſtändigen Vollſauffens, wie noch bis dato geſchiehet, ihn nicht länger dulden können, dahero von dem Pfarrer ſolches dem Hoch-Fürſtl. Ober-Conſiſtorio daſelbſt berichtet, welches darauf dieſen infamen verloffenen S. vorbeſchieden, und hat er ſeine Bosheit nicht allein, ſonden auch obberührte Strafe geſtanden, anbey gebethen, daß ſeinem von ihm verloffenen Weibe, ihn wieder anzunehmen Vorſtellung geſchehen möchte, worauf das Weib auch vorgeladen und befraget worden: Ob ſie mit demſelben ſich wieder verſöhnen und ihn als ihren Ehemann annehmen wolle? welches aber dieſelbe propter deſertionem & infamiam ſuperuenientem, und weiln er auch beym Handwerck deßwegen vor unehrlich erkant und excludirt, mit Nein beantwortet, und hingegen um die ſeparation gebethen, auch darauf a thoro & menſa ſolche erhalten, und um 10. Jahr ſich dabey beruhiget. Allein weil das Weib ſich mit ihren Kindern, ſo ſie ſtante priori ſtatu mit S. gezeuget, bey ietzigen ſchweren Zeiten auch kümmerlich ernähren muß, ſie auch als eine junge Frau von 30. Jahren wohl wieder zu beſſerer Fortkommung mit ihren Kindern ſich wieder verheyrathen wolte: Daher gefraget wird:

> Ob nicht bey obigen Umſtänden das Weib von ſolchem verloffenen infamen Manne die völlige Ehe-Scheidung erhalten, und ſich anderweit im Namen GOttes zu verheurathen derſelben allen geiſt- und weltlichen Rechten nach vergönnet und zugelaſſen ſey?

Ob nun wol bekant iſt, das eine Ehe-Frau ein ſolches Band mit ihrem Manne contrahirt, daß ſie dadurch Glück und Unglück mit demſelben auszuſtehen habe, auch ein Weib dem Manne, welcher ſein domicilium verändert, zu folgen verbunden ſey,

l. 13. C. de dignit.

ſo gar, daß wenn gleich dieſelbe ſolchen falls wenn der Mann propter delictum banniſiret wird, ſecundum quorundam Dd. ſententiam, demſelben zu folgen nicht eben ſchuldig ſeyn möchte,

NICOLAI *tr. de repud. & diuort. P. 2. cap. 2. n. 17. cum allegatis.*

die-

dieſelbe dennoch vivente adhuc marito relegato, nach vieler Meynung unverheyrathet bleiben muß;

GERHARD. *in luc. de coniug. §. 691.*

NICOL. *d. tr. P. 2. cap. 1. n. 60.*

zumahlen ſecundum communem ſententiam in eccleſia proteſtantium receptam, nur wegen zwey Urſachen die gänzliche Ehe-Scheidung zu verſtatten, nemlich wegen Ehebruchs und boshafte Verlaſſung;

RITZEL. *in ſynopſ. matrim. c. 8. theor. 4. libr. 6.*

NICOLAI *d. tr. P. 2. cap. 1. n. 24.*

daher es das Anſehen gewinnen möchte, daß bey gegenwärtigem caſu totalis ſeparatio nicht zu hoffen, vielweniger das angeführte Weib ad alia vota zu laſſen ſey.

Dieweil aber es ſehr hart ſeyn würde, wenn ein unſchuldiger Ehe-Gatte, ſo dem ſchuldigen zu folgen nicht verbunden, auch ob rationem vtilitatis liberorum nicht kan, ob alterius delicta ſolte gezwungen werden in perpetuo cœlibatu zu verbleiben; zumahlen dergleichen infamer Zuſtand, darinnen maritus ſeiner Bosheit halber gerathen, wol initar malitioſæ deſertionis ſeyn mag, ſo wol als wenn pertinax denegatio debiti coniugalis totalem ſeparationem zu wege bringen kan, vid.

B. BRVCKNER. *de matrim. cap. 18. n. 18. cum multis allegatis.*

wie denn auch, daß das axioma de duabus ſolum cauſis diuortii totalis admittendis ſo ſtricte nicht anzunehmen ſey, vom *citat.* AVCTORE *d. tr. cap. 16. n. 2. ſqq.* erwieſen wird, auch da in præſenti caſu ſeparatio a thoro & menſa bereits faſt vor 10. Jahren von dem Hoch-Fürſtl. Ober-Conſiſtorio decretiret worden, und malitia mariti die erwehnte Frau ſo lange Zeit als deſerta leben müſſen, auch nicht thunlich iſt, dieſen *infamen* und vor der Welt zu ſchanden gemachten Mann wiederanzunehmen, wodurch ſie ſich und ihre Kinder um ihre zeitliche Wohlfahrt bringen, und von ſolchem infamen und miſerablen Stande gleichſam participiren würde; wenn aber keine Verſöhnung bey dergleichen lange Zeit von Tiſch und Bette geſchieden geweſenen Eheleuten zu hoffen, ſo dann eine totale ſeparation nicht zu denegiren ſey, von vielen bewährten Theologis und lCtis zugelaſſen wird, wie ſolches vorerwehnter

BRVCKNER *d. tr. cap. 16. n. 145. ſqq.* it. *cap. 25. n. 19. ſqq.* it. *n. 30.*

Digitized by Google

n. 30. ſqq. cum allegatis, vbi in fine illius capit. præiudic. ad n. 19. fol. 256. ſqq. iungitur.

gründlich ausgeführet, dergeſtalt alſo, was in rationibus dubitandi angeführet, anhero nicht zu appliciren.

Als iſt benanten Umſtänden nach die vorgeſtellete Frage adfirmative zu beantworten, V. R. W.

§. XLIV. Hæ ſunt cauſæ, quæ etiam ex mente Scripturæ S. admitti poſſunt, λόγον πορνείας habentes. De harum ergo *veritate & qualitate* ſeu *legalitate* conſiſtorium decernit, nec amplius integrum eſt, ſine *auctoritate iudiciali & ſententia* diuortium facere *c. 3. X. h. t. c. 13. qui filii ſunt legitim. verſ. ipſe quoque.* Romano more, verbis adhibitis ſolennibus, & ademtis clauibus, mulieres foras exigebantur, præuia teſtatione ſeptemque ciuibus Romanis puberibus adhibitis, *l. 9. h. t.* qua forma non obſeruata, matrimonium non erat diſſolutum. *l. vn. D vnde vir. & vx. l. pen. D. ad l. Iul. de adult.* Eo rite facto, demum decernebatur actione *de moribus*, cuiusnam culpa illud factum eſſet? vt paulo poſt indicabitur. Apud Hebræos quoque *libellum repudii* teſtibus adhibitis, ſed *ſine iudicio*, datum fuiſſe obſeruant SELDENVS *de vxor. Hebr. lib. II. 24.* ANTONIVS BVNAEVS *de natal. Ieſu Chriſti lib. I. c. 2. p. 191. §. 11.* H. GROTIVS *ad Matth. I, 19.* & BVXTORFFIVS *de ſponſ. & diuort. P. 3. §. 4. 5.* Nam licet aliquando *ex accidente* forum *de diuortio* ſententiam ferret, maxime ſi vxor a marito poſtularet, vt *repudii libellum* ſibi daret; ita tamen maritus eum dabat, vt ex *ſpontanea* animi ſui *ſententia* eum dediſſe videretur, vt obſeruat SELDENVS *cit. l.* Neque enim exiſtimandum eſt, tantum maritos a ſe potuiſſe vxores dimittere, ſed *vxoribus* etiam datum erat, vt maritum *iuſta cauſa* cogere potuerint, interueniente libello diuortii, eas a ſe dimittere. Non iniucundum eſſe, arbitror, hoc ex antiquitatibus illuſtrare, & cum *M. Maio 1720.* hac de cauſa conſultus prolixiori reſponſo animi mei ſententiam declarauerim, illud hic apponere e re eſſe duxi.

Diuortium decernitur auctoritate conſiſtorii,

ſecus ac iure Romano,

& Hebræo,

quo etiam vxores maritos cogere poterant, vt libellum repudii eis darent.

Queſtio I.

Ob eine Jüdin nach den Jüdiſchen traditionibus, Rechten und Gebräuchen, wieder ihren Mann aus bewegenden Urſachen, daß er ihr einen Scheide-Brief gebe, ad diuortium klagen könne?

Digitized by Google

Dieſe Frage will zwar dem äuſſerlichen Anſehen nach daher keinen Beyfall finden, daß nirgends in dem Geſetze Moſis, aus welchem die traditiones, Geſetze und Rechte der Juden herzunehmen, den Ehe-Weibern dergleichen Macht und Befugniß mitgetheilet, ſondern allein dem Mann erlaubet iſt, ſeiner Frauen, wenn ſie keine Gnade vor ihm findet, und er ihr gram wird, einen Scheide-Brieff zu geben,

5 Moſ. XXIV, 1. ſqq.

welches auch die Propheten ſelbſten hin und wieder beſtärcken, und nur dem Mann erlaubet iſt, ſeiner Frauen einen Scheide-Brieff zu geben,

Ierem. III, 8.
Malach. II, 15. 16.

niemahls aber gedencken, daß einer Frauen ein gleiches Recht zuſtehe, welches auch dahero um deſto wahrſcheinlicher, weil bekant, daß im gelobten Lande, wie im gantzen Orient, die Ehe-Weiber in groſſer Unterthänigkeit gelebet, und ihren Mann als ihr Ober-Haupt erkennen müſſen, dahero es geſchehen, daß dem Mann mehr Recht über ſeine Frau gegeben, welches ſie ſich nicht zueignen mögen. Die Rabbinen ſind deßwegen durchgehends der Meynung, daß keine Frau anderer Geſtalt von ihrem Mann geſchieden werden könne, als durch einen ſolennen Scheide-Brieff, welchen der Mann allein ihr zu geben befuget iſt, wie ſolches die bekante Worte Moſis:

Wenn ſie nicht Gnade findet vor ſeinen Augen,

andeuten, und ſolches auf den Willen des Mannes allein ankommen laſſen; worin eben der Unterſcheid zwiſchen den Juden und andern Völckern insgemein geſetzet wird. Denn es ſchreibet IOSEPHVS

lib. XV. antiquit. iudaic. c. 11.

mit dürren Worten: viro quidem licet apud nos hoc facere, mulieri vero nequidem ſeparatæ & ſeorſim viventi nubere licet, niſi poſtquam prior vir eam dimiſerit,

Conf. CLERICVS *ad Pentateuch. Deut. XXIV, 1.*
CALIXTVS *de coniug. & diuort. §. 22.*

und ob ſich zwar einige exempel finden, daß die Ehe-Weiber ſich unterſtanden von ihren Männern ſich zu ſcheiden, und das Recht der Ehe-Männer zu gebrauchen, wohin die exempel der Salome, Herodias und Bernice gezogen werden, ſo erhellet doch aus dem IOSE-

PHO

PHO, daß ſolches gegen die jüdiſchen Satzungen geſchehen, welches auch die Gelehrten nicht in Abrede ſeyn können,

BASNAGE *tom. VI. hiſtoire des juifs lib. 6. c. 23. §. 15.*
CALIXTVS *cit. l.*
SELDEN. *de vxor. Hebr. lib. 3. c. 19.*

daher denn aus ſolchen keine richtige conſequentz und Schlußgemachet werden mag.

Nun haben zwar dieſe Gründe keinen geringen Schein der Wahrheit, ſind auch guten Theils in theſi richtig, iedoch, wenn ſie auf die vorgelegte Frage appliciret werden, ſo beſchaffen, daß dabey noch vieles zu erinnern iſt. Um nun bey dieſer Frage alle confuſion zu meiden, wird nöthig ſeyn, auf folgende puncta vornehmlich zu reflectiren und zu unterſuchen: 1) die Beſchaffenheit der Ehe-Scheidung vor dem Geſetze Moſis: 2) die Art und Weiſe derſelben nach ſolchem Geſetze, und warum der Mann ſeiner Frauen einen Scheide-Brieff geben müſſen: 3) worin eigentlich Salome, Herodias und Berenice gegen das Geſetz gehandelt: 4) was die Rabbinen ſelbſten davon lehren und noch ietzo mit ihrer praxi beſtärcken: 5) was abſonderlich bey dieſer Frage zu conſideriren, wenn die Sache vor Chriſtl. Gerichte gezogen, und eine Judin aus bewegenden Urſachen darauf dringet, daß der Mann ihr einen Scheide-Brieff geben ſolle? Was nun die Beſchaffenheit der Ehe-Scheidung nach dem Sünden-Fall vor dem Geſetze Moſis betrift: ſo iſt wol offenbahr, daß durch den Sünden-Fall groſſe Unvollkommenheiten in den Ehe-Stand eingeriſſen ſind, die auch GOtt ſelbſten an den Vätern und Patriarchen geduldet. Inde enim factum eſt, vt appetitus, tum quem concupiſcentem, tum quem iraſcentem appellamus, aduerſus legem mentis cœperit belligerare & ſæpe prævaleat, vnde oriuntur mores coniugum aliquando peruerſi & intolerabiles, quin & flagitia & crimina, quæ in coniuge ab homine amante honeſtatis, cui tuendæ ſartæque & tectæ præſtandæ coniugium potiſſimum facit, ferri nequeant

CALIXTVS *de coniug. & diuort. §. 3.*

Aus dieſen Urſachen erfolget, daß nicht allein die polygamia vor Moiſis Zeiten eingeriſſen, und die Freyheit, ſeine nahe Anverwandtinne zu heyrathen faſt unumſchrenckt geweſen, ſondern auch die Ehe-Scheidung unter denen Völckern, auch den Israeliten vor dem Geſetze Moiſis

Digitized by Google

sis in Schwang gekommen, wie die gelehrten einstimmig anzeigen.

SPENCER *de Legib. Herbr. ritual. diss. 1. lib. 3. c. 2. sect. 3. p. 784. edit. Lipsi.*

SELDENVS *de iur. nat. & gent. iuxt. disciplin. Hebr. l. 5. c. 7.*

Gleichwie nun die Israeliten unter den andern Völckern nebst ihren Vorfahren gelebet, und deren Weise und Sitten vielfältig angenommen, also ist nicht zu verwundern, daß sie auch der eingerissenen Freyheit im Ehestand sich bedienet, viele Weiber genommen, und Kebs Ehen more gentium gestiftet; sondern auch, welches offtmahls die Noth erfordert, die Ehe-Trennung unter sich beliebet, zumahl der verdorbene Zustand der Menschen, welcher die Gemüther der Eheleute vielfältig gäntzlich trennen, und verursachen konte, daß die eheliche Liebe völlig ausgelöschet wurde, die diuortia im Eh: stand mehr als die andern eingerissene Freyheiten beforderte. Dieß Ehe-Trennung nun ist bey denen Völckern dergestalt placidiret worden, daß nicht allein der Mann sich von seiner Frauen, sondern auch diese von jenem sich scheiden können, und dahero hierin paria coniugum iura gewesen, welche Weise auch bey ihnen beständig fortgepflantzet ist,

ALEX. AB ALEXANDRO *lib. IV. gen. dier. c. 8.*

welches unter andern aus der That des Simsons Schwieger-Vater zu sehen, der sich der Völcker Weise noch damahls bedienet,

Iudic. XV, 2.

und deßwegen die Rabbinen selbst davor halten, daß vor Moisis Zeiten die Ehe-Trennung von beyden Seiten erlaubet gewesen, welches der berühmte SELDENVS *cit. l.* aus ihren eigenen Schriften ausgeführet. Es ist auch solches dahero wahrscheinlich und glaublich, weil die Israeliten unter den Völckern gelebet, und deren Freyheit im Ehestand, wie in andern, sich bedienet, daß dahero ein gelehrter Mann nicht uneben schreibet: Permittebatur Iudæorum ex irroborata & inueterata consuetudine morositati & immorigerationi, vt ita loquar, vt vxores leuioribus de causis dimitterent.

THOMAS PINSVS *de diuort. iud. p. 26.*

Ob aber solche Trennung vermittelst eines ordentlichen Scheide-Brieffs vor dem Gesetze geschehen, ist zwar nicht eben so gar klar, doch aus ein und anderm Merckmahl abzunehmen, wie bey dem andern punct anietzo zu erläutern ist.

Denn

Digitized by Google

Denn wenn wir die Beſchaffenheit der Ehen nach dem Moſaiſchen Geſetze anſehen, ſo iſt zwar vieles von der gar zu groſſen Freyheit, in der nahen Blut-Freundſchaft ſich zu verheyrathen, den Iſraeliten abgeſchnitten, hergegen aber die alte Gewohnheit, ſo bey ihnen aus denen Sitten der Völcker eingeriſſen, wegen der Kebs-Weiber, Vielheit der Weiber und Ehe-Scheidung nicht aufgehoben, vielmehr ſolches als eine Sache von Moiſe referiret worden, welche bey ihnen gebräuchlich und im Schwange geweſen. Denn daß ich von der polygamie und Kebs-Ehe anietzo nichts gedencke, ſo redet Moiſes von der Ehe-Scheidung als von einer bekanten gebräuchlichen Sache, noch ehe der punct der Ehe-Scheidung von ihm hauptſächlich tractiret, und deren effect eingeſchrencket worden, wie zu ſehen

3. Moſ. XXI, 14. XXII, 13. 4. Moſ. XXX, 10.

alwo der Verſtoſſenen ſchlechterdings gedacht, und dadurch angezeiget wird, daß Moiſes von denſelben, als von einer ſehr bekanten Sache, welche unter den Israeliten geduldet geweſen, rede, und hiebey keine gewiſſe Grentzen und neue Geſetze vorgeſchrieben. Ja wenn man den Haupt-Ort, wo von der Ehe-Scheidung ex profeſſo gehandelt wird, recht nach dem Grund-Text einſiehet, ſo iſt Moiſes intention nicht ſo wol geweſen, von der Art der Eheſcheidung und deren Freyheit, als vielmehr davon zu diſponiren, wie weit ein Ehe-Mann ſeine ausgeſtoſſene und geſchiedene Ehe-Frau wieder heyrathen und die vorige Ehe redintegriren könne? Die Art und Freyheit der Ehe-Scheidung wird von ihm als eine bekante, übliche und geduldete Sache præſupponiret, welche GOtt aus groſſer Langmuth nach der damaligen praxi der Zeiten geduldet, und dabey nichts neues determiniret, dieſes aber verordnet, wie ferne einer die Abgeſchiedene wieder heyrathen könne. Dieſes zu demonſtriren, ſo iſt zuförderſt nöthig, die verſion *Deut. XXIV*, v. 1. ſqq. nach dem Grund-Text recht einzurichten, welche nach der accuraten Uberſetzung und Anmerckung des Herren D. MICHAELIS, Prof. Theol. hieſelbſt, in deſſen neulich erſt edirten Hæbræiſchen Bibel, alſo rangiret nnd geſetzet werden muß, daß die erſten 3 Verſe in einer connexion zuſammen ſtehen, und der vierte Vers erſt die apodoſin und den legem machet auf folgende Weiſe:

Wenn iemand ein Weib nimmt, und ehliget sie, und sie nicht Gnade findet vor seinen Augen um etwa einer Unlust willen, und er ihr (ex more vsitato) einen Scheide-Brief schreibet, und ihr ihn in die Hand giebet, und sie aus seinem Hause lässet, wann sie denn aus seinem Hause gegangen ist, und hingehet, und wird eines andern Weib, und derselbe andere Mann ihr auch gram wird, und einen Scheide-Brief schreibet und ihr in die Hand giebet, und sie aus seinem Hausse lässet, oder so derselbe andere Mann stirbet, der sie ihm zum Weibe genommen hat: so (iam sequitur demum apodosis & lex noua) kan sie ihr erster Mann, der sie ausließ, nicht wiederum nehmen, daß sie sein Weib sey.

Zu dessen Bestärckung will ich des gemeldten Herren D. Michaelis notam marginalem hieher setzen: Si non inuenerit gratiam - - ita vt scribat ei libellum repudii &c. illa etiam exiuerit &c. postea vero eam oderit etiam alter maritus &c. Omnia hæc ad antecedens spectant; consequens vero est *v.* 4. tum non poterit prior maritus eam reducere. Moses enim totum hoc præceptum scripsit ob duritiem Israelitarum. *Marc. X, 5.* Neque illo præcepit, (vt pharisæi aiebant *Matth. XIX, 7.*) sed permisit tantum, vt docet CHRISTVS *Matth. XIX. 8.* & agnoscunt Pharisæi *Marc. X, 4.*

Nach dieser accuraten Uebersetzung und Erklährung ist meines Erachtens mehr als zu klahr, daß Moses nicht hauptsächlich intendiret, die Art der Scheidung zu determiniren, sondern setzet solches als eine geduldete und gewöhnliche Sache voraus, welches wegen der Juden Hertzens-Härtigkeit nicht konte geändert werden; und verordnet nur, daß bey denen vielen angeführten præsuppositis nicht, nach der Völcker Weise, erlaubet seyn solle, die repudiatam promiscue wieder zu heyrathen: aus welchen denn von selbsten folget, daß die Freyheit der Ehe-Scheidung, wie solche vor dem Gesetze unter denen Israeliten ex moribus gentium angenommen, und ausgeübet worden, von GOtt geduldet, und hier nichts eigentlich geändert, sondern im vorigen Zustand gelassen sey. Nachdem nun aber vor dem Gesetze die Ehe-Scheidung nicht allein in die Freyheit des Mannes gestellet, sondern auch der Frauen zugelassen gewesen, wiewol der Mann hiebey mehr Recht und auctorität gehabt; so ist wol per bonam consequentiam daraus zu schliessen, daß auch Moses in gedachtem Ort den Ehe-Weibern nicht verbothen, sich von ihren Ehe-Männern, wenn sie nicht

nicht ferner Gnade vor ſeinen Augen gefunden, oder der Mann ſonſten ſich ſehr vergangen, zu ſcheiden. Zugleich erhellet aber auch aus dieſen Worten, daß die Weiſe, einen Scheide-Brieff zu geben, bereits vor Moiſe eingeführet geweſen ſeyn müſſe, als welcher ſolche als eine gewöhnliche und übliche Sache anführet, und per indirectum permittendo nec improbando ſich gefallen läſſet, dahero auch vormahls Chriſtus nicht anders als auf dieſe Weiſe das Geſetz Moſis erkläret, daß GOtt die Gebung des Scheide-Brieffs keines weges befohlen, ſondern propter duritiem cordis & mores ex gentibus tractos ihnen zugelaſſen, wie denn dieſe Art mit dem Scheide-Brieff auch bey den meiſten Völckern iſt bekant geweſen. Gleichwie aber der Mann im Eheſtand allerdings das Haupt iſt, ſo war es billig, daß ihm die vornehmſten Handlungen zugeſchrieben wurden, ob wol die Ehe-Frau davon nicht ausgeſchloſſen war. Alſo befiehlet GOtt, daß der Mann die Abgeſchiedene nicht wieder heyrathen ſoll, nachdem ſie bereits ſich an einen andern verheyrathet gehabt, ob gleich auch ihr ſolches verbothen geweſen;

5 Moſ. XXIV, 8.

imgleichen ſind die Geſetze, wie weit die Ehe in der Blut-Freundſchaft verbothen ſeyn ſollen, allein auf den Mann gerichtet, und demſelben beſtändig die Worte: DU SOLT: beygeleget;

3 Moſ. XVIII, 7. ſqq. XX, 10. ſqq.

gleichwol wird niemand ſtatuiren, daß die Weibes-Perſonen von dieſem Geſetze eximiret und befreyet ſeyn, zumahl GOtt des Mannes allein gedencket, weil er die principal-Perſohn in dieſer Handlung iſt, und bey Verheyrathung gewöhnlicher maſſen geſaget wird, daß der Mann ſich ein Weib genommen, obgleich niemand leugnen wird, daß das Weib gleichfalls einen Mann genommen. Aus ſolcher Beſchaffenheit der Sachen war es billig, daß, gleichwie der Mann bey der Verheyrathung die vornehmſte Perſohn vorſtellete, und dieſe Handlung ihm vornehmlich zugeſchrieben wird, ihm dahero auch bey der Trennung einiges Vorrecht und Auctorität gegeben wurde. Denn wie der Mann die Frau nahm, ſo muſte er auch ſie wieder, diuortio ſecuto, von ſich laſſen, welche Redens-Arten mit einander ſehr wohl harmoniren, und war es dahero billig, daß der Mann den Scheide-Brieff ausfertigen, ſolchen der Frau geben, und ſie aus ſeinem Hauſe laſſen muſte; ob wol daraus nicht ſo fort folget, daß alles allein in

der

der Freyheit des Mannes und deſſen Befugniß geſtellet geweſen, die Frau aber von ihrem Mann die Loßgebung nicht iure perfecto fordern könne, wie dieſes berühmte Männer in folgenden Worten ſehr wohl remarquiren: cur vxor non dicatur ἀποπέμπειν τὸν ἄνδρα, ratio eſt, quod vxor nupta deducitur domum mariti, neque poteſt ἀποπέμπειν i. e. eiicere virum, ex illis ædibus, quarum ea domina non eſt: ac poteſt eum relinquere ac ab illius ædibus recedere.

SAMVEL PETITVS *comm. in leg. Att. lib. 6. p. 459.*

PFEIFFER *lib. 4. antiq. græc. c. 23.*

Uberdem erfordert auch der Wohlſtand, daß der Mann ihr einen ſochen Scheide-Brief geben muſte, damit ſie ſich dadurch gegen iederman legitimiren und bezeugen könte, daß ſie von ihrem Mann völlig los, und nunmehro in vorige Freyheit geſetzet,

CLERICVS *in comm. ad Deut XXIV, 1.*

zumahl dergleichen Zeugniß der Mann von der Frauen zu nehmen, nicht nöthig hatte, als welcher an ſeine Frau nicht allein nicht gebunden war, ſondern auch andere Neben-Weiber nehmen konte; hergegen war eine Weibes-Perſohn einmahl verheyrathet, ſo war ihr nicht anders, ſich anderweit zu verheyrathen, zugelaſſen, als wenn entweder ihr Mann verſtorben, oder ſie einen Scheide-Brief von ihrem Mann aufweiſen kunte, welches ein teſtimonium ſolenne war, daß ſie nunmehr wieder frey geworden. Bey ſolcher Beſchaffenheit der Ehe-Scheidung wäre es wieder die Ordnung und den Wohlſtand geweſen, wenn die Frau dem Mann einen Scheide-Brief geben und tanquam domina ihn von ſich laſſen wollen; daraus aber folget nicht, daß die Frau bey wichtigen Urſachen und vorkommenden ſchweren Umſtänden von dem Mann keinen Scheide-Brief begehren, und dimiſſionem ex ædibus eius ſuo iure fordern können, zumahl dergleichen groſſe Sclaverey und allerhärteſte condition den Ehe-Weibern bey den Juden nicht aufgeleget wurde, daß ſie bey einem Tyrannen, Gottloſen, Räuber und Mörder, und andern Ubelthäter, auch mit Gefahr ihres Lebens beſtändig leben ſolle, wenn es ihm aus völliger Freyheit nicht gefallen ſolte, ihr einen Scheide-Brief zu geben; wie man denn ſo gar auch von denen Dienſt-Herren ſaget, daß er ſeinen Dienern und Geſinde einen Abſchied gegeben, obgleich mehr als zu bekant, daß dieſelbe ex vrgentiſſimis cauſis denſelben auch ante tem-

pus

pus zu fordern berechtiget ſind, und dahero es nicht allein auf des Herrn bloſſe Willkühr ankommt.

Nachdem nun aus dem wahren Verſtand des Geſetzes Moſis ſo viel erhellet, daß dem Manne zwar zugeſchrieben werde, ſeiner Frauen einen Scheide-Brief zu geben, dennoch die Eheſcheidung dadurch nicht lediglich in ſeinem Willen geſtanden, vielmehr die Frau, wenn ſie keine Gnade vor ihres Mannes Augen gefunden, zu ihrer Beruhigung und legitimation denſelben begehren können, ſo iſt bey dem 3ten Punct nur kürtzlich zu unterſuchen, worin das widerrechtliche Factum der unterſchiedlichen jüdiſchen Weiber beſtanden. Von der Salome berichtet IOSEPHVS *lib. 15. c. 11.* Mittit illi (Caſtobaro marito ſuo) libellum & matrimonium diſſoluit non ſecundum leges iudaicas. Marito ſcilicet apud nos hoc licet facere; neutiquam vero vxori, quæ ſponte abierit, nubere, niſi prius a marito dimittatur. Es war allerdings ungewöhnlich und widerrechtlich, daß die Salome ihrem Mann einen Scheidebrief zuſandte, und ihn, tanquam domina, dimittirte, welches Vorrecht allein dem Mann zuſtande. Wann ſie erhebliche Urſache gefunden, ihre Loßgebung zu begehren, hätte ſie ſolchen Scheidebrief von dem Caſtobaro fordern, nicht aber als Herrin über ihren Mann ſolchen geben müſſen. Desgleichen waren die Herodias, Druſilla und Mariamne nicht zu entſchuldigen, daß ſie, aus bloſſer unordentlichen Liebe zu andern, ihre Männer, ohne Abſchied oder Scheide-Brief, ja ohne alle erhebliche Urſache, verlieſſen, und alſo mehr deſertrices als repudiatæ genannt werden könten. Endlich war die Berenice nicht minder zu weit gegangen, daß ſie ſich unterſtanden, ihrem Mann ex quodam dominatu einen Scheidebrief, den ſie begehren ſollen, zu geben, und iſt ſehr merckwürdig, was ein berühmter Frantzos dabey remarquiret, ſagend: Il eſt tres apparent, qu'elle ſe prevalut de la liberté, dont on jouiſſoit alors & dont elle avoit tant d'exemples dans ſa maiſon, de donner la lettre de diuorçe a vn homme, qui ne lui plaiſoit plus,

BASNAGE *tom. VI. hiſtoire des juifs lib. 6. c. 23. §. 15.*

wodurch er nicht undeutlich zu verſtehen giebet, daß die hochmüthige Herrſchſucht dieſer Damen die eintzige Urſache geweſen, daß ſie ſich das Recht der Männer angemaſſet, ſie pro lubitu dimittiret, und dadurch dem Geſetze keinen geringen Stoß gegeben. Gleichwie aber, wann ſie erhebliche Urſache, einen Scheide-Brief zu begehren, gehabt, und

ſolchen nach gutem Wohlſtand ſowol, als göttlichem Geſetze, von ihren Männern gefodert, und ſie zu deſſen Auslieferung angehalten, nichts gegen das Geſetze geſündiget, noch dieſes ihr Unternehmen von Iosepho reprochiret ſeyn würde, alſo iſt nunmehro wohl offenbahr, daß dieſe Exempel nicht beweiſen, daß die Weiber bey den Juden einen Scheide-Brief von ihren Männern zu begehren, nicht befugt geweſen, anerwogen nicht davon, ob die Weiber nach göttlichem Geſetze denen Männern einen Scheidebrief zu geben befugt ſind? ſondern vielmehr nur hievon gefraget wird, ob bey eräugenden richtigen Urſachen eine Ehe-Frau an ihrem Ehe-Mann iure perfecto begehren mögen, daß er ihr einen Scheidebrief geben und ſie aus ſeinem Hauſe laſſen müſſen? Dieſes letzte nun, welches der vierte Punct iſt, haben die Rabbinen und andere Lehrer niemals geleugnet, ſondern nur das erſte verworfen und improbiret, als welches den jüdiſchen Satzungen gantz zuwider war. Alſo behauptet ein gelehrter Mann aus dem R. Maimon, quod etiam vxor rebellis & peruerſa cogere maritum potuerit, vt eam dimitteret, und zwar ſolches aus den Worten des gedachten Maimon: Vxor, quæ refugit concubitum mariti, vocatur rebellis: & quærunt ab ea, quare ea adeo rebellis? ſi reſpondeat: ego eum ſperno, & non poſſum concubitum eius perpeti, cogunt eum illam dimittere pro tempore,

LIGHTFOOT *in hor. hebraic. ad epiſt. Paul. 1 Cor. 7. v. 10.*

zu deſſen Beſtärckung thut er noch ein anderes Zeugniß hinzu: R. Iochonan dicit: vxor poteſt maritum dimittere, welches ohne Zweifel nach der vorgeſchriebenen Ordnung mit Begehrung eines Scheidebriefes zu verſtehen iſt. Ja daß zu Zeiten Chriſti beyden Ehe-Leuten die Ehe-Scheidung zu bewerckſtelligen, das iſt, dem Mann, den Scheidebrief zu geben, und der Ehe-Frau, denſelben zu fordern, ſey erlaubet geweſen, weiſet deſſen Lehre, die er ſo wol von Mann als Ehe-Weib anführet: Wer ſich ſcheidet (ohne erhebliche Urſache) von ſeinem Weibe, und freyet eine andere, der bricht die Ehe an ihr: und ſo ſich ein Weib ſcheidet von ihrem Manne (ohne erhebliche Urſache) und freyet einen andern, die bricht ihre Ehe, wie dieſes Zeugniß nebſt andern hieher ziehet

SELDEN. *de vxor. Hebr. lib. 3. c. 19.*

imgleichen auch der vorberührte

LIGHTFOOT. *cit. l. p. 191.*

eben

eben dieſes aus des Pauli erſten Brief an die Cor. c. 7. v. 12. zu beſtärcken vermeinet, und die Chriſten, welche aus den Juden herſtammeten, vermahnet, daß ſie dergleichen leichtſinnige Trennungen nicht zulaſſen ſolten, welche ohne Zweifel damals im Schwange gegangen ſeyn müſſen. So hat auch dieſe Gewohnheit noch bis dieſe Stunde nicht aufgehöret, vielmehr zwingen ſo gar die Rabbinen ſelbſten öfters den Mann, daß er ſeine Frau dimittiren muß, wie davon der in denen jüdiſchen Sitten ſehr erfahrne BASNAGE *cit. l. §. 20.* alſo ſchreibet: Vn mari jaloux defend d' abord à ſa femme de voir celui, qui lui fait ombrage. Si elle continue, & que les indices ſoient euidens, les Rabbins lui ordonnent de l' abandonner, quand même il ne le voudroit pas. Es haben auch die Patres ſelbſten, welchen der Juden Gewohnheiten zu ihrer Zeit nicht unbekant ſeyn konten, hieran keinen groſſen Zweifel getragen, vielmehr alſo geſchloſſen: Vbicunque eſt fornicatio & fornicationis ſuſpicio, libere vxor dimittitur - - Nec non, quia poteſt euenire, vt iuxta eandem legem vxor quoque marito daret repudium, eadem cautela præcipitur,

HIERON. *ad cap. 19. Matth.*

und wird man, wenn man bey denen heutigen Rabbinen nachfragen ſolte, Exempel genug antreffen, daß die Weiber aus erheblichen Urſachen auch die Ehe-Scheidung fordern können, wie mir ſelbſten dergleichen Exempel bekant, da alhier eine Frau gerichtlich einen Scheide-Brief von ihrem Manne begehret, ſolchen auch durch Zuſpruch Rechtens erhalten hat. Endlich iſt der letzte Punct bey gegenwärtiger Sache, nachdem ſolche einmal gerichtlich anhängig gemachet worden, meines Erachtens das vornehmſte momentum, worauf es vornehmlich nunmehro ankommen wird. Denn es iſt der Zuſtand der Juden um ein merckliches geändert, nachdem ſie unter allerhand Nationen zerſtreuet ſind, und vieles bey der Ehe in andern Stand gerathen, als es vormals, wie ſie noch im gelobten Lande lebten, geweſen. Es kan ſeyn, daß der Mann gröſſere pouvoir über die Frauen damals gehabt, hergegen dieſelbe weniger Recht ſich anmaſſen können, weil die Vielweiberey ſolches erforderte, wovon des ietzigen Königes in Franckreich Beicht-Vater Monſ. Fleury alſo ſchreibet: Es war einem Manne ohnmöglich, ſein Hertz zugleich unter ſo viele Weiber zu theilen, daß ſie alle mit ihm friedlich

gewesen wären; vielmehr wurde er gezwungen, mit einer absoluten Autorität selbige zu regiren, wie die Morgenländer noch heutiges Tages zu thun gewohnet sind, und war folglich in der Ehe keine Gleichheit mehr, vielweniger eine Freundschaft und Gesellschaft. Noch schwerer fiel es, daß die Neben-Buhlerinnen sich unter einander hätten vertragen sollen, sondern es war stetiger Zwist, Zanck und Streit im Hause.

FLEVRY von den Sitten der Israeliten, *P. 2. c. 10. §. 9.*

Nachdem aber die Juden unter den Christen zerstreuet sind, und sie von der Vielweiberey abzustehen genöthiget worden, ist die Ehe der Juden in eine grössere Gleichheit gerathen, die absolute auctoritât des Mannes zerfallen, und einer Ehefrauen allerdings mehr Recht zugewachsen, hergegen die Freyheit den Männern bey den diuortiis ziemlich beschnitten. Dieses hat schon Monſ. BASNAGE obſeruiret, da er schreibet: les divorçes ſont devenus beaucoup moins frequens chez les juifs, depuis qu'ils ont eté diſperſés entre des Nations, qui ne permittent pas la diſſolution des mariages pour des cauſes legeres. Les loix civiles ajant beaucoup d'influence ſur ces ſortes d'engagemens, on ne peut les faire, ni les rompre, ſans s'expoſer à des procês, et à mettre les desordres dans ſa famille,

tom. VI. l' hiſtoire des juifs lib. 6. c. 23. §. 20.

daß er also zu raiſonniren groſſe Ursache gehabt, zeugen die Gesetze der Kayser, welche die Ehe der Juden den gemeinen Rechten unterworfen, nach welchen absonderlich alsdann zu erkennen ist, wenn die Ehescheidungs-Klage vor die Christl. Gerichte gezogen, und durch Urthel und Recht auszumachen ist. Zuförderst sind sie überhaupt dahin angewiesen, daß sie in den Sachen, welche nicht ihren Gottesdienst betreffen, nach den gemeinen Rechten leben sollen: Iudæi communi Romano iure viuentes in his cauſis, quæ non tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant ſolenni more iudicia, omnesque Romanis legibus conferant & excipiant actiones,

l. 8. C. de iudæis.

ins besondere aber, daß sie solches auch von dem Ehestand der Juden verstehen, verordnen die Kayser im folgenden: Nemo iudæorum morem ſuum in coniunctionibus retineat, nec iuxta legem ſuam nuptias for-

Digitized by Google

fortiatur, nec in diuerſa ſub vno tempore coniugia conueniat,

l. 7. C. eod.

wobey denn *in ſynopſ. Baſil.* dieſes hinzu gefüget wird: Iudæi ſecundum leges communes matrimonia contrahunto,

lib. I. tit. de iudæis c. 33.

vnde Dd. recte concludunt, iudæos quoad matrimonii contractum & diſtractum non ſecundum ius Moſaicum, ſed commune eſſe iudicandos

HAHN. *in diatagm. iudæor. §. 17.*

maxime ſi de matrimonio litigant coram iudice chriſtiano, qui ad ius commune adſtrictus eſt.

IO. PETR. SVRDVS *deciſ. 133. n. 8.*
TRENTACINQ. *lib. 1. var. reſol. de LL. & conſtit. reſ. 3. n. 8.*
REINKING. *de regim. ſec. & eccl. lib. 2. cl. 2. c. 3. n. 8.*
WILDVOGEL. *de iudæor. tolerant. th. II.*

Dieſes hat nun ſeinen Grund in der heutigen Ehe ſelbſten, welche unter denen Juden in eine gantz andere Geſtalt gegoſſen, und nachdem unter ihnen die monogamie eingeführet, und eben wie bey den Chriſten beobachtet werden muß, ſo iſt der natürlichen Billigkeit nunmehr gemäß, vt quod vni iuſtum eſt, alteri quoque iuſtum ſit, und die officia coniugum nunmehro ad paria reduciret werden müſſen, niſi quatenus ratio diuerſitatis manifeſta adeſt; coniuges enim in tali ſtatu regulariter ad paria iudicantur, quantum quidem ad thorum, & vbi par eſt ratio, par debet eſſe iudicium.

CALIXTVS *de coniug. & diuort. §. 18.*

Nun iſt ohnſtreitig, daß ſowol nach den gemeinen Kayſerlichen als heutigen üblichen Rechten und Gewohnheiten in Teutſchland, nicht allein der Ehemann, wenn die Frau ſich ſehr vergangen, von ihr ſich ſcheiden kan, ſondern daß auch dieſes Recht denen Ehe-Frauen, wenn Ehemänner es verdienet, zuſtehet, und Urtheil und Recht, wodurch die Ehe getrennet wird, eben die Kraft hat, als ein jüdiſcher Scheidebrief haben mag, welches denn unter den Juden gleichfalls gelten muß, wenn eine Frau gegen ihren Mann aus wichtigen Urſachen ad diuortium klaget. Wir können auch den jüdiſchen Weibern dieſes Recht um deſto weniger denegiren und abſprechen, ie mehr wir perſuadiret ſind, daß unſere Eheſcheidung, welche ad inſtantiam vxoris ex iuſta cauſa geſchiehet, dem göttlichen Geſetze gemäß ſey, und nachdem die Vielweiberey und die Freyheit Kebs-Weiber zu haben,

aufgehoben, sowol der Ehemann als die Frau ein formale adulterium, quod dissoluit matrimonium, committiren könne.

So erhellet hieraus so viel, daß eine Jüdin gegen ihren Ehemann so wol nach den jüdischen Sitten und Gewohnheiten, als nach den gemeinen im Reich üblichen Rechten, daß er ihr einen Scheide-Brief gebe, ad diuortium aus erheblichen Ursachen wohl klagen könne.

Quæstio II.

Ob ein jüdischer Ehemann, wenn die Umstände darnach beschaffen, durch Zwang-Mittel angehalten werden könne, seiner Frauen einen Scheide-Brief zu geben.

Diese Frage ist von der vorigen nicht viel unterschieden, sondern resolviret sich selbst aus den rationibus, so daselbsten angeführet sind. Denn wenn eine Jüdin aus erheblichen Ursachen gegen ihren Mann ad diuortium zu klagen befugt ist, ita vt actio sit fundata, so kan auch durch gebührende Zwang-Mittel die Ehescheidung bewerckstelliget werden. Damit aber die vorige Frage hiebey noch etwas mehr Licht bekomme, so will zum Ueberfluß hiebey diese 3 Puncte noch erläutern: 1) was nach den jüdischen Sätzen hiebey zu statuiren? 2) ob, wann die diuortien-Klage bey einem Christl. Gerichte angebracht, und das divortium erkant werden solte, darzu ein Scheide-Brief nöthig sey? 3) durch was Mittel allenfalls der Mann dazu angehalten werden könne, wenn man die Solennität wegen eines Scheidebriefs beobachten wolte? So viel die jüdischen traditiones betrifft, so beziehe ich mich anfänglich auf den Ausspruch der Rabbinen, welcher bereits bey voriger Frage ist angeführet. Denn ob zwar die Rabbinen zuforderst ad libellum repudii erfordern, vt maritus *vltro* & *ex animi sui sententia* vxorem dimittat, & libellum repudii scribat,

SELDENVS *de vxor. Hebr. lib. 3. c. 25. ab init.*

so erklären sie doch solches dergestalt, daß der Mann diesen actum hauptsächlich verrichten, und dasjenige pro actu spontaneo gehalten werden müsse, worzu ihn die Gesetze und seine Schuldigkeit verbindet, welches mit den Reguln der gesunden Vernunft genau übereintrifft. Denn wie aus denen moralibus bekant, quod non omnis actio coacta possit dici inuita, seu quæ non ex voluntate agentis promanat; so ist in statu ciuili zuforderst billig darauf zu sehen, ob derjenige, der iemand worzu zwinget, das ius cogendi gehabt habe oder nicht? da

denn

denn im erſten Fall die actio, quæ ex tali coactione geſchehen, pro ſpontanea & voluntaria allerdings zu halten. Zu ſolchem Ende haben ja die Menſchen ſich unter die bürgerliche Geſellſchaften begeben, und ſich den Geſetzen und Willen der Obrigkeit unterworfen, daß ſie durch gebührende Zwang-Mittel zu ihrer Schuldigkeit angehalten werden möchten, und wenn ſolches erfolget, und iemand durch Obrigkeitlichen Zwang zur Erfüllung der Geſetze angeſtrenget wird, ſo bleibet dennoch dergleichen actus eben ſo gültig und kräftig, als wann er ohne allen Zwang ſolchen ex animi ſui ſententia verrichtet. Dieſes appliciret SELDENVS *cit. l.* auf gegenwärtigen Fall, und raiſonniret davon gar wohl: Ita ſpontaneum ſatis habebatur repudium, quoniam ea ſpontanea ſatis cenſebantur, quorum in aſſenſum quis ita ſententia forenſi pœnisque adactus eſſet, modo ad ea etiam ex lege obligaretur. Zu deſſen Behuf er folgendes aus dem MAIMONIDE anführet, welcher behauptet, daß, wenn der Mann ungehorſam und halsſtarrig wäre, und ſeine Frau, die er aus erheblichen wichtigen Urſachen nicht behalten können, nicht von ſich laſſen wolte, er darzu, verberibus etiam adhibitis, wohl angehalten werden möchte, vsque dum palam hæc verba diuortii emitteret, placet mihi, ſeu, ego volo ipſe, wozu gedachter MAIMONIDES dieſe ration ſetzet: Ratio, quare eiusmodi libellus ex vi non vitietur, eſt, quia non cenſetur vis eſſe, niſi vbi quis cogatur vrgeaturque rem aliquam facere, ad quam ex lege minime obligatur, veluti vbi quis vapulat, vsque dum quid vendat aut donet. Es haben ohne Zweifel die Rabbinen auf dasjenige, was bey dem Propheten Malach. 2, 16. ſtehet, reflectiret, alwo geſaget wird: Si odio habes eam, dimitte, dicit Dominus. IARCHI in ſeinem Commentar. ſetzet folgendes dabey: Si quis veſtrum odio habeat vxorem, dimittat eam; welche Worte ein præceptum in ſich halten, und daher den Mann verbinden ſollen, die Frau von ſich zu laſſen, welche er tödtlich haſſet oder ſich dergeſtalt gegen ſie aufführet, daß keine Verſöhnung zu hoffen. Den gantzen Proceß hievon hat AVGVSTINVS alſo beſchrieben, woraus ebenfalls abzunehmen, daß der Mann aus bewegenden Urſachen zur Scheidung wohl gezwungen werden mögen: Vt in diſſidium animus præceps libelli conſcriptione refractus abſiſteret, & quid mali eſſet, vxorem dimittere, cogitaret, præſertim quia, vt perhibent, apud Hebræos ſcribere literas Hebræo nulli fas erat, niſi ſcribis ſolis, cum & excellentiorem profiterentur ſapientiam,

&

& ſi qui eorum eſſent æquitate ac pietate præditi, non tantum profiterentur ſapientiam, verum etiam ſectarentur. Ad hos igitur, quos oporteret eſſe prudentes legis interpretes & iuſtos diſſidii diſſuaſores, lex mittere voluit eum, quem iuſſit libellum repudii dare, ſi dimiſiſſet vxorem: non enim ei poterat ſcribi libellus, niſi ab ipſis, qui per hanc occaſionem, ex neceſſitate venientem quodammodo in manus ſuas, bono conſilio regerent, atque inter ipſum & vxorem pacifice agendo dilectionem concordiamque ſuaderent. Quodſi tantum intercederet odium, vt extingui emendarique non poſſet, tunc vtique ſcriberetur libellus, quia fruſtra non dimitteret, quam ſic odiſſet, vt ad debitam coniugii caritatem nulla prudentium perſuaſione reuocaretur. Si enim non diligitur vxor, dimittenda eſt; quia ergo dimittenda non eſt, diligenda eſt: dilectio autem monendo atque ſuadendo componi, non inuitum cogendo imponi poteſt. Hoc facere ſcribæ debebat iuſtus & ſapiens, qualem in illa profeſſione eſſe oportebat, ad quem vt veniretur, diſcordi marito libellus conſcribendus præceptus eſt, quem vir bonus prudensque non ſcriberet, niſi in animo nimis aduerſo atque peruerſo conſilium concordiæ non valeret,

AVGVSTIN. *lib. XIX. contra Fauſt. c. 26.*

Ein ſolcher Proceß muſte billig vorgenommen, und ein übelgeſinneter ruchloſer Mann erſt durch Güte zur Liebe gegen ſeine Frau bewogen, in Entſtehung der Güte aber billig gezwungen werden, ſeine Frau von ſich zu laſſen. Ob nun wol ſolche dimiſſio vxorum gewöhnlicher maſſen durch einen Scheidebrief von uhralten Zeiten geſchehen müſſen, auch ſolches heutiges Tages unter denen Juden gewöhnlich iſt, wenn ſie unter ſich vor ihren Rabbinen die Sache ausmachen; ſo iſt doch, welches bey dem andern Punct zu mercken, ſolches nicht eben nöthig, wenn die Sache zum gerichtlichen Proceß vor die Chriſtl. Obrigkeit gekommen, und die cauſa diuortii derſelben Urtheil unterworfen iſt. Daß unter den Juden vor dem durch Urthel und Recht die Eheſcheidung nicht geſchehen ſey, erhellet aus dem vorigen, und war dahero allerdings nöthig, daß die Frau, nachdem ſie von ihrem Mann geſchieden, ein öffentliches teſtimonium ihrer Freyheit auflegen, und ſich dadurch zur anderweitigen Ehe legitimiren könne. Wann aber dem Spruch Rechtens die cauſa diuortii übergeben, und durch ſolchen die Eheſcheidung ob delictum mariti erkant wird, iſt ſolcher an ſtatt eines tüchtigen Scheide-Briefes, und die

die Frau dadurch auctoritate publica in völlige Freyheit geſetzet, daß es alſo eines Zwanges zur Gebung des Scheide-Brieffes nicht bedarff, ſondern ſententia diuortii vim libelli repudii allerdings hat. Weil aber eine Chriſtliche Obrigkeit öfters vor ſicher befindet, auch dergleichen ceremonien nicht hindanzuſetzen, welche die Juden vor höchſtnöthig halten, ſo läſſet es zwar dieſelbe hauptſächlich bey der ſententia diuortii bewenden, gleichwol wenn die Frau darauf dringen ſolte, daß der Mann, von dem ſie per ſententiam geſchieden, ihr nach der jüdiſchen Weiſe einen Scheide-Brieff geben ſolte, ſo kan dieſelbe um deſto mehr und leichter ihr darin fügen, ie bekanter iſt, daß auch unſere Rechts-Lehrer ſtatuiren, quod ſi inter ipſos iudæos lis verſatur, eam iuxta ius Moſaicum decidi poſſe, niſi expreſſe contrarium introductum fuerit.

BRVNNEM. *ad. l. 8. in f. C. de iudæis.*

Das Gegentheil, daß kein Scheide-Brieff mehr gegeben werden ſoll, iſt nirgends angeordnet, im Gegentheil lehret die Erfahrung, davon mir einige Exempel an dieſem Ort bekant ſind, daß auch vor Chriſtlichen Gerichten dergleichen traditio libelli repudii angeordnet und verrichtet ſey. So ferne der Mann nun in ſolchem Fall ſich wegern ſolte, den Scheide-Brieff gewöhnlicher maſſen auszuhändigen, muß er durch gebührende Zwang-Mittel billig dazu angehalten werden, welche dem arbitrio iudicis zwar anheim gegeben, dennoch aber vornehmlich in tapfferer Geld-Buſſe und geſchärffter Gefängniß zu beſtehen pflegen.

So erhellet alſo hieraus, daß ein jüdiſcher Ehe-Mann, wenn die Umſtände darnach beſchaffen, durch gebührende Zwang-Mittel wohl angehalten werden könne, ſeiner Frauen einen Scheide-Brieff zu geben.

§. XXV. De ipſo *proceſſu* in cauſa *diuortii* non ero ſollicitus, ab aliis iam ſatis explicato, quamuis in caſu *malitioſæ deſertionis* quædam obſeruationes peculiares occurrant, ad alias cauſas non æque applicabiles, de quibus ſpeciatim agunt B. STRYK. *de diſſenſ. ſponſal. ſect. IV.* BARDILI *de diuortio ex cauſa defert.* NICOLAI *de repud. & diuort. P. I. c. 2. n. 7.* CARPZOV. *lib. III. iurispr. conſiſt. def. 56. ſqq.* BRVNNEM. *de iure eccl. lib. II. c. 17. §. 27. ſqq.* ibique STRYK. *in not.* Id tantum binis addo verbis, diuortio a conſiſtorio decreto, *innocenti* quidem nouas per ſententiam concedi nuptias, *nocenti* autem interdici. De proceſſu in cauſa diuortii remiſſiue,

Digitized by Google

nocenti cur cœlibatus imponatur?

In hoc partim a iure *canonico* diuortium fecimus, partim illud retinuimus. Supra enim iam obſeruaui, illud nequidem ob *adulterium* vinculum dirimere, ſed tantum *ſeparationem perpetuam quoad thorum & menſam* decernere, ſaluo vinculo, adeoque haud permittere, vt innocens, viuente nocente, ad *ſecunda vota* tranſire poſſit. In hoc tamen merito nos discidium a praxi Romanæ eccleſiæ feciſſe, ſupra iam obſeruaui, atque demonſtraui, quod etiam variis idoneis argumentis præſtitit euicitque CARPZOV. *in prax. crim. q. 63. n. 17. ſqq.* In effectu etiam talem ſeparationem perpetuam pro *diuortio* habere videtur *ius canonicum*, cum huic omnes alios effectus *iuſti diuortii* attribuat, eo vnico excepto, quod innocentem, viuente nocente, a coniugio nouo arceat, vt *tit. ſequente* de *pœna diſcidii* fuſius declarabo. Enimuero alterum caput ex doctrina *iuris canonici* apud nos quoque retentum, quod nocenti *perpetuus cælibatus* imponatur. Equidem poſtquam ius canonicum ex AVGVSTINI ſententia vtique hoc onus impoſuit, vt, diuortio facto, nouæ nuptiæ vtrique prohibitæ ſint, multo minus nocenti illæ permitti potuerunt. Sciendum vero eſt, α) ne quidem nocenti permitti nouas nuptias, etiam poſt mortem innocentis, vt pontifex in *c. 12. in f. X. de præſumt.* decernit: 6) etiam olim, vbi innocenti *ſecundæ nuptiæ* haud interdictæ, & ita diuortia quoad *vinculum* permiſſa erant, *nocenti* omnem ſpem noui coniugii ademtam fuiſſe. *c. 17. & 19. C. 32. qu. 7.* Ratio inde petenda erat, quod nocens maxime in caſu adulterii *perpetuam* ſubire *pœnitentiam* cogeretur, quam amplexus etiam eſt IVSTINIANVS in *nou. 134. c. 10.* conſtituens, vt diuortio facto adultera fuſtibus cæſa monaſterio *perpetuæ pœnitentiæ* cauſa includeretur. Qui autem in ſtatu *pœnitentium* conſtituti erant, deliciis nuptiarum abſtinere iubebantur. *c. 12. & 13. C. 33. qu. 2.* Enimvero iam dudum exaruerunt pœnitentiæ *tempora antiqua*, & ſic quoque *perpetua pœnitentia* cum ſuis effectibus ceſſare deberet; ad minimum proteſtantes hæc *tempora* prorſus ignorant, quorum effectus quoque amplius durare nequeunt. Interim praxis communis eſt in contrarium, vt tradit CARPZ. *lib. II. iurisprud. conſiſt. def. 191.* ſimulque tamen obſeruat, quandoque nocenti *a conſiſtorio* permitti nouas nuptias, vt tamen alibi ſedem fortunarum ſuarum transferat. Duriſſima hæc eſt conditio. Si enim *emigrandi* propoſitum cepit, conſiſtorii permiſſione quoad nouas nuptias indigere non videtur, quod *interdictum*, ne nouas ineat nuptias, ipſum non amplius liget, extra limites *territorii*

ſcilicet ob ſtatum perpetuæ pœnitentiæ.

vires

vires suas non extendens. Securius tamen est, vt illius territorii domini consensum impetret, sub quo domicilium constituit, ne vllo modo ratione initarum nuptiarum inquietari queat. Hoc facto enim, si forsan in priori domicilio adhuc bona quædam, nomina, aut actiones habet, in pœnam illa arresto detineri non possunt, quod extra territorium iam degat, & auctoritate noui domini territorii matrimonium iniuerit Ita facultatem nostram ante aliquot annos pronunciasse, memini; imo crederem, in foris protestantium semper rem ita temperandam esse, vt ab impositione *cælibatus* rigorosa sese temperent iudicia, vt variis argumentis probatum dedit B. LVDOVICI *de cælibatu pœnæ nomine imposito.*

§. XLVI. Id magis forsan constitui potest, vt nocenti sine publica proclamatione & solennitate nuptiæ permittantur, ne memoria facinoris commissi publice refricetur. Eadem lex autem *innocenti* simpliciter imponi nequit si *constitutio prouincialis* deest. Obseruaui tamen, in Saxonia electorali nonnunquam hanc clausulam sententiæ adiici, vt innocens *absque pompa* nuptias nouas celebret v. c. Derowegen Kläger der Ehe halber von ihr billig entbunden und losgezehlet wird, wie wir ihn hiemit davon entbinden und loszehlen, ihn auch, als den unschuldigen Theil in andere Wege sich hinwieder Christlich zu verehligen, und die Ehe, doch ohne Gepränge, zu vollziehen verstatten und nachlassen. Id sane non adeo iniquum est, si pompam nuptiarum antiquam, nuptiarumque comessationes desideras, quæ generatim quauis occasione magis amputandæ sunt, quam extendendæ. Interim *publica proclamatio*, & ἐξομολογίσις in ecclesia eo ipso non est prohibita, nec temperata nuptiarum celebritas innocenti ademta. In iure Marchico. *ordin. Consist. Marchica tit. 37.* publica proclamatio innocenti remissa imo denegata est: Wenn sich die unschuldige geschiedene Persohn wieder verehligen will, soll sie dem Pfarrer, darunter die Hochzeit geschehen soll, den Scheide-Brieff, welchen sie von unserm Consistorio erlanget, vier Wochen zuvor zeigen, und ihn berichten, daß sie sich darauf mit einem andern ehelich versprochen, und Willens wäre sich vertrauen zu lassen, und soll der Pfarrer sie nicht öffentlich aufbiethen, sondern sich indeß sonst mit Fleiß erkunden und erforschen, ob andere Verhinderniſſen da wären, deßhalb diese beyde Persohnen sonsten nicht müsten zusammen gegeben werden; Fünde er keine, soll die Hochzeit auf einen gelegenen Tag angesetzet, und dazu etwa zwey

Innocenti solennitas nuptiarum non neganda.

ei denegatur proclamatio,

& publica ἱερολογία.

Tiſche Freundſchaft, neben dem Prieſter geladen werden, und die Trauung im Hauſe ohne alle öffentliche hochzeitliche Gepränge geſchehen, auf daß iederman ſehe, daß dieſes nicht eine freye, ſondern eine Noth-Sache ſey, dadurch dem unſchuldigen Theil geholffen wird. Lege tali deficiente, a *regula* haud recedendum, quæ *trinam proclamationem* & *ἱερολογίαν* in eccleſia peragendam omnibus & ſingulis, etiam ad *ſecunda vota* transeuntibus, imponit, nec per diuortium a nexu coniugii ſolutos ab ea excipit.

Diuortio facto matrimonium redintegrari poteſt, auctoritate conſiſtorii, modo nullum coniugium interuenerit.

§. XLVII. Atque hoc iuris eſt, ſi diuertentes ſecundas cum aliis nuptias inire velint. Si coniuges poſt diſcidium diſſolutam repetere coniunctionem & redintegrare matrimonium volunt, id aliter fieri nequit, quam α) *auctoritate* & *conſenſu conſiſtorii*, cuius decreto nocenti cœlibatus impoſitus eſt. Si hoc deeſſet, etiam citra *conſiſtorii decretum* & auctoritatem renouare ſciſſas liceret nuptias, quod lege nulla prohibitum eſt. 6) Deſideratur quoque, vt nullum aliud coniugium interuenerit: repudiatam poſt ſecundi mariti obitum ducere non eſt integrum priori marito, vt expreſſe definitum eſt *Deuter. XXIV*, 4. *Leuiratus* notam tam mutabile conſilium ſapere videtur, maxime in populo, ad diuortia prono, quæ ita *per indirectum* reſtringebantur, quod marito in perpetuum omnis ſpes recipiendi vxorem adimeretur, cuius tamen intereſſe poterat, vt eam reciperet. Gentibus hic mos variandi admodum vſitatus erat, quo ipſo tamen fieri poterat, vt quis, in fauorem alterius, vxorem *ad tempus* a ſe exigeret, fiducia fretus, eam poſt tractum temporis reuerſuram ad priorem thalamum; ne dicam, maritum pœnitentia ductum vxorem a ſe dimiſſam & iam alteri nuptam ſollicitare potuiſſe, vt prius vinculum, rupto nouo, redintegraret, quo ipſo ad nouum diuortium pro repetendis cum priori marito nuptiis occaſio data fuiſſet in tam frequente & laxiſſimo diuortiorum vſu; in *populo inſolenti*, *feroci*, *refractario*, *contumaci*, & *cui in more erat*, *pro lubitu vxores ſuas*, *ſi qua forte ipſi diſplicuiſſet*, *aut alias exoſa & inuiſa facta eſſet*, *dimittere*, vt ait BVXTORFFIVS *de ſponſal. & diuort. p. m.* regulæ *honeſtatis* non permittebant, vt talis promiſcua repetitio prioris connubii fieri poſſet, *quod ſi enim hoc prohibitum non fuiſſet*, *tum porta aperta fuiſſet hominibus leuibus ad negotiationem exercendam cum vxoribus ſuis*, *& permutandum eas*, *& ſic repleretur terra ſcortatione*, vt ſcribit ISAAC ARAMA, obſeruante BVXTORFIO *cit. l. p. 98.* Has rationes ſi ſedula rependo mente, conſtituere

Rationes variæ huius prohibitionis

aliter

Digitized by Google

aliter non possum, quam legem hanc *forensem* iudæisque pro statu peculiari, in quo viuebant, propriam fuisse, nec facile ad statum nostrum applicandam, in quo & rarissima & difficillima sunt diuortia, vt non legerim, talem vnquam casum apud nos contigisse, & de eo quæstionem motam fuisse. In alia omnia iuisse videtur NICOLAI *cit. tr. P. II. c. 1. n. 75.* adeo vt existimet, vtrumque iuramento sese purgare debere, quod fidem coniugalem antea nemini dederint, **daß sie zu vorhero sich mit niemand ehelich versprochen**, quæ conditio tamen nequidem in sacris his, qui priores nuptias repetere volunt, præscripta est, cum sola sponsalia non inducant *matrimonium reale*, a lege MOISIS desideratum. Vsus hodiernus.

γ) Equidem de iure Romano nuptiæ diremtæ non aliter quam *consensu parentum* renouari poterant: *l. 18. D. de R. nupt.* vt minus legitima censeretur coniunctio, si absque voluntate patris ad priorem maritum regressa filia fuisset, *l. 7. C. de nupt.* quod hoc iure *patria potestas* nuptiis non solueretur. Id vero aliter sese hodie habere, supra *tom. III. tit. de sponsi. impub. §. 13. sqq. p. 1247.* tradidi, ostendique, consensum ea de causa non amplius *absolute* desiderari, nisi forsan filia ad domum patris reuersa fuerit, quod etiam hic applicandum, consentiente BROUWERO *de iur. connub. lib. II. c. 18. n. 11.* An hoc casu consensu parentum opus sit?

δ) Repetendæ quoque præterea sunt solennitates consuetæ, nec solo consensu hodie redintegrare prius matrimonium possunt coniuges separati. Hoc quidem iure Romano licuit, *l. 33. de R. nupt.* quo etiam, & quidem *nouo*, prima vice solo consensu matrimonium contrahi potuit, vt *tit. sq.* indicabo. Id vero hodie minime licet, adeo vt coniugium legitimum absque *solennibus consuetis* non censeatur, quod etiam de *reuocatione prioris matrimonii*, quod semel rite dissolutum, dicendum, vt recte obseruat BROUWER. *cit. l. n. 12.* repetitio solennitatum necessaria.

§. XLVIII. Supereſt, vt de *liberis*, qui ex matrimonio diremto supersunt, agamus. Hi iuxta *Nou. 117. c. 7.* apud *innocentem* alendi sunt sumtibus patris, adeo vt idem etiam obtineat in casu decretæ separationis quoad thorum & mensam, teste CARPZOVIO *P. III. decis. 291.* ex rationibus ab ipso *n. 21. sqq.* adductis. In *matre* tamen, si *culpa mariti* diuortium factum, desideratur hoc casu, vt ad secundas non venerit nuptias; quin etiam mater in *subsidium* ad alimenta liberis præstanda obstringitur. Idem quoque obseruandum esse in diuortio iudæorum, ostendit responsum sequens anno 1720. a me conceptum: De educatione liberorum soluto matrimonio.

Digitized by Google

Quæstio.

Wann eine Frau ob delictum mariti von ihrem Ehe-Mann geschieden wird, ob alsdann auch unter Juden dem unschuldigen Theil nicht zukomme, die währender Ehe erziehlte Kinder bey sich zu haben und zu erziehen.

Bey dieser Frage will sich keine grosse ratio dubitandi hervor thun. Denn ob wol in den Mosaischen Gesetzen davon nichts zu befinden, vielmehr das Gegentheil daraus geschlossen werden möchte, daß vormahls den Weibern bey den Juden keine grosse Gewalt und Recht zugestanden, sondern sie der Männer Bothmäßigkeit dergestalt untergeben gewesen, daß sie über die von ihnen erzeugte Kinder wenig zu disponiren gehabt, hiernächst auch in denen traditionibus der Juden davon nichts gewisses zu befinden, vielmehr zu vermuthen, daß sie dem Vater das Vorrecht iederzeit indulgiret, und der Mutter die Kinder, inuito patre, nicht gelassen haben werden.

Weil aber dennoch es allein hierauf nicht ankommt, die Frage auch nicht eigentlich von den jüdischen besondern Gewohnheiten, sondern en general gesetzet ist, so ist meines Erachtens dieselbe abermahl nach den gemeinen Rechten zu entscheiden. Denn wie schon bereits zum Grunde gesetzet worden, so müssen billig in dubio die cauſæ iudæorum ſecundum ius commune beurtheilet werden, niſi ex ratione prægnante contrarium doceri queat. Nun finde ich keine einzige erhebliche Ursache, warum man in diesem caſu ein anders unter Juden, welche die Ehe-Scheidung gerichtlich suchen, statuiren müsse, als was en general die gemeinen Rechte hierin verordnen, zumahl die Schutz-Juden des gemeinen Rechts theilhaftig sind, und dahero auch die Ehe-Weiber die priuilegia dotis zu genieſſen haben,

B. STRYK. *in vſ. mod. ad tit. de reb. aut. iud. poſſid. §. 5.*

quia etiam dicuntur ciues Romani, viuunt in imperio Romano, ergo & legibus iisdem priuilegiisque ciuium ceterorum vti debent,

BRVNNEM. *ad l. 7. C. de iudæis n. 7. 8.*

Inde etiam nec donatio inter coniuges iudæos valet, filii iudæi ſunt in poteſtate parentum ſuorum, & quæ ſunt alia iuris communis placita, quæ æque ad iudæos applicari poſſunt, quatenus nulla diuerſitatis ratio adduci poſteſt.

MARQ. de SVSANNIS *de iudæis, P. 2. c. 1.*

Wenn

Digitized by Google

Wenn nun dieſe Frage aus denen gemeinen Rechten zu decidiren iſt, ſo iſt darin klahr verordnet quod ſi maritus occaſionem ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias, liberi apud matrem nutriri debeant, expenſas patre præbente,

auth. ſi pater C. diuort. fact. apud quem liberi.

Nou. 17. c. 7.

und ob wol ante hanc conſtitutionem dieſe gantze Sache lediglich in arbitrium iudicis geſtellet war,

lib. 1. C. diuort. fact. apud quem lib.

und dahero einige behaupten wollen, daß auch noch heute zu Tage hiebey das meiſte in iudicis arbitrio beruhe, und davon lediglich dependire,

STRVV. *ex. 30. th. 45. in f.*

ſo will doch ſolche Meynung nicht leicht einen Beyfall finden, angeſehen die gantze Abſicht des Käyſers Iuſtiniani geweſen, dieſe vorhin in arbitrio iudicis geſetzte Sache einzuſchräncken, und auf einen gewiſſen Fuß zu ſetzen, aus welcher Abſicht ohne Zweifel die cit. auth. ſi pater. gleich dabey geſetzet, und als ein ius nouum derogatorium conſideriret iſt;

RICHTER *in comment. ad cit. auth.*

wenigſtens iſt dieſe neue conſtitutio Iuſtinianea billig pro regula anzunehmen, von welcher man ohne erhebliche Urſache nicht abgehen darff; wenn aber ſolche anzutreffen, ſo mag ſolches billig als eine exceptio a regula angeſehen werden, welches ſich gantz anderſt verhält, wenn die Sache lediglich in arbitrium iudicis geſtellet wird. Nun finde ich in præſenti caſu keine erhebliche kräftige Urſache, warum der iudex von dieſer regul abgehen ſolte, welche wenigſtens noch zur Zeit ex actis nicht erhellet: im Gegentheil läſſet ſich aus denenſelben klar abnehmen, daß der Beklagte ſeinen Kindern mit guten Exempeln nicht eben vorgehe, ſondern ziemlich diſſolut, unordentlich und dergeſtalt lebe, daß billig eine Obrigkeit Bedencken tragen wird, ihm die Kinder zu laſſen, welche geſtalten Sachen nach bey der Mutter beſſer als bey dem Vater verſorget werden können, ſi mores patris magiſtratui admodum ſuſpecti ſunt.

l. 1. §. 3. l. 3. §. 5. D. ad exhibend.

So bin ich der rechtlichen Meynung, daß bewandten Umſtänden nach, wenn die Ehe ob culpam mariti ſolte diſſoluiret werden,

den, auch bey den Juden die Ehe-Frau begehren könne, daß die Kinder ihr gelassen, und bey ihr erzogen werden.

Diuortii secundum quid vsus apud protestantes,

§. XLIX. De *priuatione dotis* aliorumque lucrorum dotalium, quæ ex diuortio fluit, sequente titulo agendum erit. Datur vero præterea adhuc diuortium *secundum quid*, ex AVGVSTINI sententia potissimum introductum, & *iure canonico* approbatum, quando coniuges, saluo vinculo, separantur quoad cohabitationem, quæ vulgo vocatur die Ehe-Scheidung von Tisch und Bette, quam *certo modo* etiam receperunt fora protestantium, vt docuerunt CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 207. sqq.* NICOLAI *de diuort. & repud. P. II. c. 5.* BARDILI *de separat. cohabitat.* BRVCKNER. *in decis. matrim. c. 25.* In hoc tamen diuortium fecimus a more Romanæ ecclesiæ, vt nunquam *separationem perpetuam* decernamus (nec enim hæc a *vero diuortio* distingui potest) sed tantum *ad tempus* conuersationem coniugalem suspendamus, teste SCHILTERO *in instit. iur. canon. lib. II. tit. 12. §. 10.* hunc in finem, vt coniuges tædio *vitæ solitariæ* resipiscant, mores suos corrigant, & postea quiete & pacifice cohabitent. BRVCKNER *cit. loc. n. 6.* NICOLAI *cit. l. n. 70.* Qua de causa necesse esse arbitror, vt nunquam *indefinite*, sed potius ad *certum tempus* hæc separatio decernatur, quia hoc facto, lapso tempore, facilius ad instantiam alterius adstringi possunt, vt ad *cohabitationem* reuertantur, si is, qui causam separationi præbuit, doceat, se mores suos mutasse, sancteque promittat, se in posterum tranquillam cum vxore ducturum vitam. Causæ, ob quas ad eam deueniri potest, primariæ sunt nimia mariti fœuitia, vxoris pruritus ad rixandum & conuitiandum continuus, inimicitiæ inter coniuges coortæ grauissimæ, mores alterius intolerabiles, & similes, quæ arbitrio iudicis committi debent. Vno verbo: tales causæ, quæ ad *verum diuortium* faciendum non sufficiunt, quæ tamen *ex accidente*, contra intentionem consistorii, in effectu verum diuortium operantur, cum rarissime contingat, vt semel hoc modo separati cohabitationem repetant. Si enim vel maxime, elapso tempore, *nocens* cohabitationem vrgeat, tot tamen exceptiones & subterfugia supersunt alteri, cohabitationem detrectanti, vt reditus ad eam semper difficilis & impeditus maneat. In eo tantum a *vero diuortio* differentia quæritur, 1) quod neutri permissum sit alias inire nuptias: 2) quod maritus vxori ad alimenta teneatur: 3) commodis, quibus ex coniugio gaudet, non priuetur, & sic dotem retineat,

ad tempus decernitur.

Causæ huius diuortii.

Differentia a vero diuortio variæ.

Digitized by Google

neat, imo in plurimis locis bonis ceteris vxoris fruatur: 4) ſucceſſio inter coniuges non tollatur iuxta CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 215.* & FINCKELTHAVS *obſ. 51.* Verum extra Saxoniam hoc non eſſe ſimpliciter accipiendum, & tantum ad innocentem reſtringendum, vt nocens ab omni lucro ſtatutario excludatur, oſtendit B. LVDOVICI *diſſ. de ſucceſſ. coniug. deſerentis §. 22. ſqq.* cum B. STRYKIO *de ſucceſſ. ab int. diſſ IV. c. 1, §. 11.* quod non tantum nocens hoc lucro indignus ſit, ſed hæc ſeparatio etiam ſucceſſerit in locum *diuortii* olim liciti, adeoque eius naturam ſortiri debeat, vt ait KOHL. *de ſucceſſ. coniug. P. prior. n. 38. ſq.* Quia ergo *nocens* in cauſa eſt, vt reſpectu ſui ipſius ſeparatio hæc in *verum diuortium* degenerauerit, innocente iam in ſtatu ſeparationis mortuo, merito ad *beneficia legum* prouocare nequit, quibus indignus eſt, qui in eas peccauit. Ita ergo res noſtræ compoſitæ ſunt, vt hanc *ſeparationem* admittere cogamur: ſub qua *vmbra matrimonii* durare videtur, licet plerumque eſſentia eius, h. e. *animorum vnio*, prorſus ſublata ſit. Atque ob hanc cauſam ſub hac ſeparatione tantum *apparens matrimonium* durare credimus, quod vtplurimum in effectu ad *verum diuortium* inclinat.

An ſucceſſio in eo ſaltu maneat, quoad nocentem?

§. L. Quid ergo, ſtante communi hypotheſi, dicendum, ſi pars *innocens* ad maritum, cohabitationem grauiter vrgentem, & quamcunque ſecuritatem vxori offerentem atque ſpondentem, reuerti, decretoque iudicis eccleſiaſtici parere nolit? Præſtita enim cautione de non offendendo, vxorem ad cohabitandum adigi poſſe, cenſet CARPZOV. *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 220.* Quodſi ergo adeo *contumax* ſit, vt *remedia coactiua* quæuis poſthabeat, tantoque perſequatur odio maritum, vt ad eum reuerti nolit, iuxta principia ſupra adducta nihil ſupereſt, quam vt pro *deſertrice* habeatur, & maritus ad *diuortium* plenum agere queat. Ita vero contingit, vt maritus trux & tyrannus finem, quem intendit, aſſequatur, & innocens vxor iam *nocens* fieri incipiat quod ad maritum reuerti nolit, cuius mores forſan illa inter omnes optime nouit, perſuaſiſſimumque habet, cautionem quamcunque ap ipſo oblatam lubricam, pœnitentiam ſimulatam, atque in hunc vnice finem effictam eſſe, vt vxori *crimen deſertionis* imputare queat. Quocirca caute admodum atque prudenter iudex hic procedere debet, ne per indirectum ad tam funeſtas & triſtes conſequentias cauſam præbeat.

Innocens ex poſtfacto deſerendi animum inducere poteſt, ſi ex contumacia reuerti ad maritum nolit.

Digitized by Google

TIT. XX.

DE

DONATIONIB. INTER VIRVM ET VXOREM ET DE DOTE POST DIVORTIVM RESTITVENDA.

§. I.

Primum caput huius tituli eſt effectus diuortii, ſeu priuatio dotis & lucrorum matrimonialium,

DE iuſtis cauſis *diuortii*, tum quod *vinculum* ſoluit, tum quod *thori & menſæ ſuſpenſionem* tantum inducit, actum eſt titulo præcedente, tam ex mente *iuris canonici*, quam ex *principiis proteſtantium* genuinis iure diuino ſuffultis. Effectus *totalis diuortii* ſupereſt, qui præter diſſolutionem coniugii conſiſtit in *priuatione dotis lucrorumque dotalium*. Hic quamuis *ciuilis* propie ſit, adeo vt, ſi *principaliter* in litem veniat, in *foro ſeculari* de eo cognoſcendum; ius *canonicum* tamen eum ſimul ſub examen & cenſuram vocauit, quod iudex eccleſiaſticus, decernens diuortium, *incidenter* ſimul de eo pronunciare queat. *c. 2. 3. 4. X. h. t.* Neque vero illud in principiis *iuris ciuilis* indiſtincte ſubſtitit, vtpote quæ variis mutationibus pro *diuerſitate* temporum & legislatorum moribus ſubiecta fuerunt, ſed doctrinam hanc adeo innouauit, præſertim in *c. 4. X. h. t.* vt in deciſionibus cauſarum magis *huius* quam *illius* ratio haberi ſoleat, adeoque neceſſe ſit, vt vtriusque iuris *principia* & *mutationes* variæ ante omnia ſollicite referantur, & pro ratione inſtituti excutiantur, id quod *hoc titulo* occaſione *c. 4. cit.* præſtandum eſt. Et quia, diuortio ſecuto, vt plurimum *donationes* factæ reuocari ſolent, pontifex etiam hanc doctrinam ex iure Romano in compendio reguſtauit, cuius doctrinæ *ſenſus* & *vſus h. t.* deinceps tradi debent, quatenus ratio inſtituti id permittit. Ad hæc duo capita ergo huius tituli ſyllogen reuocabo, prout tum *rubrica*, tum *textus huius tituli* iubent: cetera quæ de *dote*, *paraphernalibus* & *dotalitio* adduntur, paucis perſtricturus.

in quo ius canonicum, plura mutauit.

Hinc vtriusque iuris diuerſa principia ponderanda.

Alterum caput eſt doctrina de donatione inter virum & vxorem.

§. II.

Multum refert, an ex cauſa licita ſeu ex delicto diuortium factum?

Quando diſſoluitur matrimonium, diſtinguit *ius canonicum*, vtrum ex capite *delicti* ſeu pro *aliqua licita cauſa*, vt dicitur in *c. 1. X. h. t.* matrimonium dirimatur, an vero ex *cauſa illicita* ſeu ob *deli-*

Digitized by Google

delictum. Priori casu dos restituenda: *c. 1. 2. 3. X. h. t.* non item posteriori. *c. 4. X. h. t.* His duobus principiis absoluitur doctrina huius tituli, & eatenus cum *iure ciuili* conspirat. Vt vero constet, in quo ab eo differat, paulo altius res repetenda. Apud Romanos hos duos separatos fuisse casus, palam est, praesertim in tanta *diuortiorum* frequentia, quae ad varia noua iura, olim incognita, maxime circa *dotem* restituendam, ansam dedit. Sicuti enim haec praecipuum foeminarum patrimonium dicendum, vnde finito matrimonio viuerent, & pascerentur; ita magnopere operam dederunt, ne haec vxoribus facile interuerteretur, illisque, ad inopiam redactis, occasio praeberetur, *illicito quaestu* victum sibi comparandi. Ita recte PAVLVS in *l. 2. D. de iur. dot.* censuit, *reipublicae interesse, mulieres dotes saluas habere,* & POMPONIVS confirmat in *l. 1. D. solut. matrim.*, adeo vt pro *conseruandis dotibus* plura iura singularia constituta, *l. 18. de rebus aut. iudic. poss. l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* nec pacta hisce aduersantia admissa fuerint, *l. 5. §. 2. l. 6. de pact. dotal.* quin in ambiguis *pro dotibus* esse respondendum crediderint. *l. 70. de iur. dot. c. f. X. de sentent.*

admodum doti fauebant Romani.

§. III. Tantus semper ardor dotium conseruandarum fuit, sine quibus olim legitime nubere non posse censebantur. Nam sine dote nuptiae olim parum *honestae*, & ferme pro *concubinatu* habitae, vt PLAVTVS *trinumm. act. III. Sc. 2. vers. 64.* testis est:

Neque nuptiae sine dote legitimae,

Me germanam meam sororem in concubinatum tibi
Sic sine dote dedisse magis, quam in matrimonium.

& ita, *dotalibus instrumentis compositis*, haec, quae antea *concubina*, iusta & legitima fiebat vxor. Non facile ergo vxor *dote* mulctabatur, ne quidem indistincte *ob crimina maiora*, ob quae alias *bonorum publicatio* instabat. Ait VLPIANVS in *l. 3. de bonis damnat. Quinque legibus damnatae mulieri dos publicabatur, maiestatis, vis publicae, parricidii, veneficii, de sicariis.* Hoc quidem mariti vel patris gratia, ad quem dos quandoque reuertebatur, constitutum est, *l. 5. pr. eod.* sed etiam praeterea *vxoris causa*, quae nequidem per *deportationem* vxor esse definebat, mutua coniugum affectione salua *cit. l. 5. §. 1.* Quae cum ita sint, palam est, ne quidem ex causa *adulterii* olim dotem integram amissam fuisse, & licet vxor domo mariti ejecta *periculum dotis amittendae* incurreret, non tamen integram eam amittebat, nec praeterea facultate nubendi priuabatur, vt jactura haec dotis reipublicae non noceret.

nec facile ob crimina vxor dote mulctabatur.

Digitized by Google

Inpœnam discidii tamen priuatio dotis obtinebat,

§. IV. Interim non iniquum erat, vxorem *dotis parte* priuare, diuortio facto, si *culpa sua* diuortio causam dederat. *l. 8. de capt. & postlim. reu. l. 19. de verb. oblig.* Vocabatur hic *diuortii*, ex *culpa* vxoris vel mariti facti, effectus *pœna discidii; discidium* enim nihil aliud erat quam *diuortium*, quod per illud *discinderetur* coniugium inter dissidentes, atque vxor discedere cogeretur a marito hac formula vtente: *res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito.* BRISSON. *in comm. ad L. Iul. de adult. l. 28.* vel etiam maritus ab vxore, si ille in *culpa* esset. Notissimus est huius vocabuli significatus, vt non *dissidium* in *cit. tx.* sed *discidium* legendum sit, quod CHARONDAS in sua editione recte obseruauit. *Diuortium* ea voce denotari obseruat etiam SALMASIVS *ad Solin. tom. I. p. 43.* adeoque CICERO *orat. pro Cluent. p. 332. edit. Londin.* ait: *Sæpe fieri diuortia atque affinitatum discidia vidimus.* Imo & in genere illa insignem quandam *animorum alienationem* inuoluit, quæ in *diuortio* deprehenditur. Ita CICERO *de orat. l. 3. p. 126. in f. Hinc discidium illud extitit quasi linguæ & cordis.* IDEM *in orat. pro M. Cœlio p. 447. b. magnum rursus odium video cum crudelissimo discidio extitisse;* & *pro Q. ligar. p. 448. belli discidio distractus a fratribus &c.* Lege *Iulia* & *Papia* etiam de huius *discidii* pœna actum fuisse, ostendit variis argumentis IACOBVS GOTHOFREDVS in *quatuor fontibus p. 293.* quæ simpliciter *pœna legum* vocatur in *l. 19. de verb. oblig.*, cum conclamatum sit, appellatione *legis* vel *legum* vt plurimum intelligi *Iuliam* & *Papiam*, vt docet *l. 31. de LL.* eiusque inscriptio. Contenta huius legis & quidem *cap. XXI.* hæc fuisse tradit GOTHOFREDVS: *Soluto citra culpam vxoris matrimonio vir quicquid ex vxoris eiusue libertorum bonis ad eum peruenit, aut dolo malo eius factum erit, quo minus ad eum peruenerit, tam ipse quam heres eius, quanta pecunia erit, tantum pecuniæ vxori dato.* Clariss. HEINECCIVS *in comm.* ad *L. Pap. Popp.* paulo aliter & plenius seriem eius refert, & caput XXXIV. inde constituit *p. 96.* & *p. 323.*

fundata in lege Iulia & Papia,

Huc ante eam iam recepta,

§. V. Cetèrum iam ante leges Iulias *de maritandis ordinibus* obtinebant *pœnæ discidii*; vt disquireretur, cuius *culpa* factum esset diuortium? Si *bona gratia* & *mutuo consensu* discedebant, res salua, & pœnæ non erat locus. Si alterutrius *culpa*, aliud dicendum. Hunc in finem *accusatio de moribus* locum habebat, quæ erat *priuatum iudicium*, cum tantum de *pœna ciuili* contentio esset, & ita ab *accusatione adulterii*, ad *publicum iudicium* referenda, distinguenda, vt optime

Hunc in finem obtinebat de moribus accusatio,

ob-

obſeruat BRISSONIVS *ad L. Iul. de adult. c. 19.* In *l. 1. C. Theod. de dotib.* eadem cauſa vocatur *de moribus actio*, aſſerturque, eam neque heredi (quia ad *vindictam* tendebat) neque in heredem (quia *pœnam* perſequebatur) dandam eſſe. conf. *l. 15. §. 1. ſolut. matrim.* In hoc iudicio de *moribus* ſeu de *iniuria illata*, ſub qua etiam *adulterium* comprehendebatur, agebatur, & ita *coercitionem morum* continebat; *l. 15. §. 1. ſolut. matrim.* quæ quidem in *l. 5. pr. de pact. dotal. publica* appellatur, non alio ſenſu tamen, quam quo *publica* dicuntur, quæ ob *vtilitatem publicam* conſtituta fuere, *l. 38. D. de pact.*, quorſum etiam *pœna diſcidii* pertinebat, vtut *priuata* eſſet intuitu eius, cui applicaretur. Cognitio de hoc iudicio ad prætores ſpectabat, quibus aliarum *pœnarum ciuilium* perſecutiones ſubiectæ erant, dato tamen iudice pedaneo. Docet hoc ipſum PLINIVS *lib. XIV. c. 13.* referens, mulierem, quæ vinum bibiſſet, & a marito eiecta eſſet, dote mulctatam fuiſſe a iudice. *Cn. Domitius*, ait, *iudex pronunciauit, mulierem videri plus vini bibiſſe, quam valetudinis cauſa, viro inſciente, ac dote mulctauit*, poſt diuortium ſcilicet, vbi *de moribus* a marito actum erat. Equidem apud cenſores de *moribus* actum fuiſſe, colligendum videtur ex AVCTORE ad *Herennium lib. 2. Si nihil eorum fieri poterit, vtatur extrema defenſione, & dicat, non ſe de moribus eius apud cenſores, ſed criminibus aduerſariorum apud iudices dicere.* Huc etiam alia loca pertinent, ſedulo collecta a IACOBO RAEVARDO *lib. IV. varior. c. 13.* quæ hunc maximi nominis ICtum induxerunt, vt crederet, hoc iudicium *de moribus*, quod inter coniuges *poſt diuortium* locum habebat, coram *cenſoribus* peractum fuiſſe. Verum hunc errorem iam ſolide & perſpicue refutauit B. THOMASIVS *de iudic. & cenſura mor. c. I. §. 2. & c. II. §. 12. ſqq.* Videlicet *accuſatio de moribus* ſumebatur vel in *ſenſu generali*, vel in *ſpeciali* ſeu *forenſi*. In illo mores ciuium laſciui & intemperantes in genere denotabantur, & horum iudicium *cenſorum* erat: in hoc vero *mores* denotabant *culpam* vel *iniuriam* coniugis, ob quam *diuortium* factum erat, & cuius nomine ad *pœnam diſcidii* agebatur, quod iudicium non poterat non ad prætorem pertinere, ſicuti actiones *rei vxoriæ*, & *ex ſtipulatu* propter *dotem*, quibus dos repetebatur, cui repetitioni tamen obſtabat exceptio: *culpa vxoris factum fuiſſe diuortium.* Sicuti ergo per modum *exceptionis* coram prætore pœna *diſcidii* opponi poterat; ita etiam coram eodem de illa agendum erat, quod per *actionem* de *moribus* fiebat.

prætore cognoſcente,

poſt diuortium,

non vero cenſore iudicante.

in hoc iudicio de culpa & iniuria coniugi facta agebatur.

Digitized by Google

Si culpa vxoris diuortium factum, dote mulctabatur vxor,

§. VI. Pœna *discidii*, culpa vxoris causati, *priuatio dotis* erat, siue *adulterio* sie alio *facto illicito* contracta esset. Iam traditum, vxorem, iudice CN. DOMITIO, dote mulctatam fuisse, quod viro insciente & non valetudinis causa vinum bibisset, quippe quod *lege Romuli* vxoribus probibitum erat sub pœna mortis, teste DIONYSIO *lib 2.*

imprimis ob adulterium.

Adulteris speciatim *iactura dotis* olim imminebat, quæ causa diuortii principalis erat. HORATIVS *lib. I. sat. 2. in fin.* hoc indigitat his versiculis:

\- - - - *vel pallida lecto*
Desiliat mulier, miseram se conscia clamet:
Cruribus (alii *connubio*) *hæc metuat, doti, deprensa*, &c.

h. e. metuit doti suæ, ne adulterio deprehensa a viro dote priuetur. Alio testimonio idem illustrat VALERIVS MAXIMVS *lib. VIII. c. 2. §. 3.* adducens exemplum Caii Titinii Minturnensis, qui Fanniam vxorem impudicam de industria duxerat, vt eo crimine repudiatam *dote spoliare* posset. Consilium in effectum deduxit, sed Fannia acriter contradixit. Proinde C. Marius, *sumtus inter eos iudex*, qui *in conspectu habita quæstione subductum Titinium monuit, vt ab incepto desisteret, ac mulieri dotem redderet. Quod cum sæpius frustra fecisset, coactus ab eo sententiam pronunciare, mulierem impudicitiæ ream sestertio nummo, Titinium summa totius dotis damnauit;* (seu vt dotem restitueret) *præfatus, idcirco se hunc iudicandi modum secutum, quod liqueret sibi, Titinium patrimonio Fanniæ insidias struentem impudicæ coniugium expetiisse.* Formulam sententiæ, more Romano, ex his VALERII verbis composuit hanc AERODIVS *lib. IV. rer. iudic. tit. 17. c. 10. cum liqueat, Titinium patrimonio Fanniæ inhiantem, impudicæ coniugium expetiisse, neque erubuisse, commodum dotis pudicitiæ domus suæ præponere, videri mulierem impudicitiæ sestertio nummo, Titinium turpis quæstus & auaritiæ nomine totius dotis restitutione damnari atque iudicari oportere.* Marium postea hostem a republica iudicatum ope, quacunque potuit, adiuuit Fannia, *memor quod impudica iudicata esset, suis moribus, quod vero dotem seruasset, illius religioni acceptum ferri debere*, vt iudicat VALERIVS *cit. l.*

Non tamen dote integra.

§. VII. Ante omnia vero inquirendum, vtrum olim post diuortium ex capite *impudicitiæ* integram dotem retinere potuerit maritus zelotypia ductus? Iudicium C. Marii innuere videtur, magis *parte* dotis, quam *integra* mulierem mulctatam fuisse, quia Titinium *summa*

Digitized by Google

ma TOTIVS *dotis* (cuius partem ob mores retinere intendebat) *damnaſſe* dicitur, quod ius etiam poſt has leges Iulias ſeruatum fuit, vt mox dicendum erit. Nam quæ *dotis retentiones* poſt has leges memorantur, iam tempore CICERONIS notæ fuere, vt his legibus Iuliis non *nouum ius* conſtitutum, ſed *antiquum* repetitum videatur. Ex quinque enim cauſis *retentiones dotis* pro parte memorantur ab VLPIANO *tit. 6. inſtit. §. 9. ſeqq.*, inter quas etiam occurrunt hæ: *propter liberos ſcilicet & morum nomine.* De poſteriori cauſa iam paulo ante dictum fuit. Prioris cauſa meminit CICERO *in top. c. 4. Si viri culpa factum eſt diuortium, etſi mulier nuncium remiſit, tamen pro liberis nihil manere oportet*, ſeu maritus propter liberos nihil ex dote deducere poteſt, quod alioquin poſt vxoris diuortium fieri poterat. Pergit CICERO, & hunc adfert caſum: *Si mulier, cum fuiſſet nupta cum eo, quicum connubium non eſſet* (veluti cum peregrino) *nuncium remiſit, quoniam qui nati ſunt, patrem non ſequuntur* (quem demum ſequuntur ex iuſtis nati nuptiis) *pro liberis manere nihil oportet*, ſi vel maxime *culpa vxoris*, ſed citra commiſſum adulterium, diuortium factum. *Qui enim partem ex dote deducat maritus propter liberos, qui in poteſtate liberos non habet?* vt in notis recte ſubiungit DIONYSIVS GOTHOFREDVS *lit. f.* Vnde admodum probabile eſt, easdem retentiones *pro parte* iam ante *leges Iulias* obtinuiſſe, quæ poſtea etiam in iure noſtro memorantur.

§. VIII. Venimus iam ad *pœnam diſcidii* poſt leges Iulias *de maritandis ordinibus.* Quæ earum ſententia probabiliter fuerit, iam ſupra *§. IV. in f.* indicatum eſt. Videlicet, ſoluto per diuortium matrimonio, multum referebat ad dotis repetitionem, vtrum *bona gratia*, an alterius *culpa* matrimonium diſſolutum eſſet? Hæc quæſtio olim in *rei vxoriæ actione* locum habebat, vt etiam obſeruat QVINTILIANVS *lib. VII. inſtit. c. 4.*, quippe in qua quærebatur: *vtrius culpa diuortium factum eſſet? Bona gratia* diſſoluto matrimonio, vnusquisque ſuum ius ſeruabat imminutum, & *dos integra* reſtituenda; *l. 6. in f. de diuort.*, deficiente enim *culpa*, *pœna diſcidii* locum habere non poterat. Sin aliter diuortium factum, multum referebat, vtrum cauſam per quandam *ſimplicem culpam* vel *delictum* grauius dediſſet adulterio vxor, nec ne? Hoc caſu integra dos reddenda erat. Ait IVLIVS PAVLVS *lib. II. inſtit. de dotib.* (quod fragmentum exhibet SCHVLTING. *in iurisprud. anteiuſt. ex* BOETIO *p. 536.* & BTIS-

Ceſſabat pœna diſcidii, ſi bona gratia diuortium factum,

vel absque culpa vxoris.

BRISSON. de *solenn. populi Rom. verbis p. 445.*) *si diuortium est matrimonii, & hoc sine culpa mulieris factum est, dos integra repetetur.* Illo casu multum referebat, vtrum *facto simplici* mulieris tantum, an ob eius *mores improbos* diuortium fieret? item an *culpa* mariti duntaxat, an vero vterque in pari hæreret luto? Reuera ergo quatuor casus distinguebantur, qui etiam diuerso iure censebantur.

Maritus vero partem de dote retinebat 1) propter liberos, vxore absque causa repudium mittente marito.

§. IX. Primus est, si *facto* vxoris *solo* diuortium factum erat, h. e. si citra *culpam* mariti remiserit repudium vxor vel pater eius, & ita sine omni ratione. MARANVS *ad tit. solut. matrim. p. 408.* DOMINICVS AVLISIVS *ad cit. tit. p. 447.* Hoc casu, existentibus liberis, in horum fauorem retentio fiebat, quod VLPIANVS *tit. 6. instit.* §. *10.* hoc modo explicat: *propter liberos retentio fit, si culpa mulieris aut patris, cuius in potestate est, diuortium factum sit, tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ retinentur ex dote: non plures tamen quam tres sextæ in retentione sunt, non in petitione.* Si filia in potestate patris matrimonio contracto manebat, ipse dotem profectitiam repetebat, *l. 31. §. 1. solut. matrim. l. 71. D. de euict.*, adeoque si eius *culpa*, (h. e. quod absque ratione repudium ab eo procuratum esset) diuortium factum, per modum *exceptionis* hoc eidem opponebat maritus, ac ius deducendi aliquid ex dote *propter liberos*, seu eorum educandorum causa, exercebat, quem finem potissimum intendisse Romanos indigitat IVSTINIANVS in *l. vn. §. 5. C. d. R. V. A.* Non tamen plures quam *tres sextæ* retineri poterant, & ita ad minimum *dimidia dos* reuertebatur ad vxorem, vt iterum posset nubere commode, quæ spe matrimonii alias destituta fuisset, si retentio *integram dotem* absorpsisset Idem etiam repetit PAVLVS *cit. l. quod si culpa mulieris factum est diuortium, in singulos liberos, sexta pars dotis a marito detinetur vsque ad mediam duntaxat partem dotis.* Hac de causa vsitatum erat, in pactis dotalibus hanc conditionem, quæ ex lege per se intelligebatur, adiicere: *Si inter Lucium Titium maritum & Seiam diuortium sine culpa factum esset, dos omnis Seiæ vxoris vel Gaio Seio auo materno redderetur, restitueretur*que per *l. 45. D. solut. matrim.* Quodsi ergo vxor marito *absqu causa* repudium mittebat, palam erat, dotem non integram reddendam esse, sed retentionem ex legibus fieri posse *propter liberos.*

§. X.

Digitized by Google

§. X. Sed etiam *morum nomine*, vbi *maritus* faciebat diuortium ex *culpa* vxoris, retentio fiebat, adeoque paucis indagandum eſt, quomodo hæc ſpecies a priori diſtincta fuerit. Nam inter *mores grauiores* etiam *adulterii* reatum fuiſſe, docet VLPIANVS *tit. 6. inſtit. §. 12.* vbi vero ex capite *adulterii* ab vxore commiſſi diſcidium factum, *culpa vxoris* diremtum matrimonium fuiſſe, clare euincit ICtus in *l. 11. §. 3. ad L. Iul. de adult.* quæ loquitur de ſocero, qui nurum adulterii accuſauerat, poſtea autem maluerat ab accuſatione deſiſtere, & lucrum ex dote magis petere, id quod an permittendum eſſet, quærebatur? Reſpondit ICtus; *turpiſſimo exemplo is, qui nurum ſuam accuſare inſtituiſſet, poſtea deſiſtere maluit, contentus lucrum ex dote retinere, TANQVAM CVLPA MVLIERIS DIREMTO MATRIMONIO, quare non inique repelletur, qui commodum dotis vindictæ domus ſuæ præponere non erubuit.* Si itaque etiam *culpa vxoris*, quæ *adulterium* commiſit, diremtum dicitur matrimonium, ac ob adulterium *morum nomine* agi poteſt, & tamen etiam ob culpam vxoris *pro liberis* retentiones fiunt; diuerſi caſus videntur conſtituendi, præſertim cum etiam *lucrum dotis*, quod maritus retinet, vtroque caſu diuerſum ſit. Etenim VLPIANVS *cit. l.* diſerte ita: *morum nomine grauiorem quidem* (quorſum *adulterium* pertinet) *ſexta retinetur, leuiorum autem octava.* Videlicet *morum* nomine agebatur, ſi maritus vxori inuidæ repudium mittebat, ſicuti *propter liberos* retentio concedebatur, vxore *ſine cauſa* faciente diuortium. Illo itaque caſu mali & peſſimi mores vxoris priuatione certæ partis dotis ſoluto matrimonio coercebantur, quæ lucro *mariti* cedebat indiſtincte, ſiue matrimonium legitima prole auctum, ſiue ea deſtitutum eſſet.

II) Propter mores vxoris,

vbi itidem culpa vxoris diuortium fiebat.

§. XI. Quæ cum ita eſſent, *mores* vxoris hoc caſu ſimplicitera marito accuſabantur, quod iudicium *actionem malæ tractationis* vocat QVINTILIANVS *declam. 383.* & *lib. 7. inſtit. c. 4.* Quæ culpa vero quiue mores ſufficerent, iudicis arbitrio ſubiectum erat. *Adulterium* potiſſimum hic in cenſum veniebat, præterea vero alia vxorum facta *indecora, inhoneſta, turpia;* imo in genere, quæ *legibus Romanis* alias probroſa iudicabantur, vtut laudanda *in ſe* & expetenda. Intelligo *religionem chriſtianam*, quam gentiles primis chriſtianiſmi temporibus inter *crimina* referebant. Ait TERTVLLIANVS *c. 2. apol. in f. Chriſtianus ſi nullius criminis nomen, eſt valde ineptum, ſi nullius nominis crimen eſt.* Quodſi ergo mulier, eiuratis ſacris gentilium, CHRISTO nomen dederat, ma-

Ad quam imprimis adulterium ſpectabat,

& religio peregrina.

Digitized by Google

matrimonium *culpa vxoris* diremtum dicebatur, quod hæc iusta eiiciendi vxorem causa ex principiis profanæ Romanorum religionis esset. Pergit TERTVLLIANVS *cit l. c. 3. vxorem iam*, (post conuersionem) *publicam moribus, iam non zelotypus*, (quia pudicitiam magnopere colebat) *eiecit;* quorsum etiam collineat IDEM *lib I. ad nation. c. 4.* Hanc causam *per indirectum* reducere voluisse videtur IVLIANVS Apostata in *l. 2. C. Theod. de dotibus.* vbi constituit, vt *retentiones ex iure venientes* in posterum intemeratæ & inuiolatæ seruarentur, quæ inter Christianos per *l. 1. C. Theod. de repud.* a CONSTANTINO M. ad tollendam *diuortiorum* licentiam sublatæ videbantur. Non enim vana est coniectura GOTHOFREDI ad *cit. l. 2.* hoc eo consilio a IVLIANO reductum, quod eo maxime angeretur, quia audiuerat, vxores passim fidem Christi profiteri. *His itaque*, pergit GOTHOFREDVS, *hunc ob mores christianos dotis amittendæ metum obiicere voluit, vt ita christianam fidem eierarent.*

Vestigia iuris antiqui in pandectis, vt in l. 11. §. 3. ad L. Iul. d. adult. l. 8. de captiu. l. 11. §. f. d. adult.

§. XII. Vestigia huius iuris antiqui passim in iure nostro occurrunt, vtut non diserte *quota dotis* amittendæ exprimatur. In *l. 11. §. 3. ad L. Iul. de adult.* hæc pœna, quæ lucro mariti cedebat, *commodum & lucrum dotis* vocatur. In *l. 8. de cap. & postlim. reuers.* mulier *pœnis discidii* teneri dicitur, quæ nulla probabili causa interueniente a marito discessit, quæ potissimum in priuatione certæ partis dotis consistebant. Pertinet huc etiam species, quæ traditur in *l. 11. §. f. ad L. Iul. de adult. Ream adulterii vxorem duxi, eam damnatam mox repudiaui, quæro an causam dissidii* (vel *discidii*) *præstitisse videatur?* Inde enim quæstio de *retentione lucri dotalis* dependebat. Respondit: *Cum per legem Iuliam huiusmodi vxorem retinere prohibearis, non videri causam te discidii præstitisse palam est, quare ita ius tractabitur, quasi CVLPA MVLIERIS facto diuortio.* Quid autem hoc casu iuris fuerit, iam indicatum

I. 38. solut. matrim.

est. Euidentiora autem iuris antiqui vestigia occurrunt in *l. 38. solut. matrim.*, vbi hæc species sistitur: *Lucius Titius, cum esset filius familias, voluntate patris vxorem Meuiam duxit, & dotem pater accepit. Meuia Titio* (sine vlla iusta causa) *repudium misit: postea pater repudiati, absente filio, sponsalia cum ea de nomine filii sui fecit*, (& ita matrimonium redintegrare studuit) *Meuia deinde repudium sponsalibus misit, atque ita alii nupsit: quæro si Meuia aget cum Lucio Titio quondam marito, & a patre herede relicto de dote, & probetur CVLPA MVLIERIS matrimonium dissolutum, an possit maritus propter culpam mulieris dotem re-*

retinere? non integram, id enim iura priſca non patiebantur, ſed quotam dotis? Ratio dubitandi inde deſumebatur, quod per ſponſalia poſtea contracta culpa vxoris remiſſa videretur, ceu docet VLPIANVS *in l. 12. §. 9. ad L. Iul. de adult. aboleuit enim prioris matrimonii delicta, reducendo eam.* Deinde filius heres patris factus erat, & ſic eius factum præſtare cogebatur. *l. 14. C. de rei vind.* Reſpondit vero MARCELLVS in priori ſpecie: *Etiamſi vt heres inſtitutus a patre Titius conueniretur, tamen, ſi ſponſalibus non conſenſiſſet, CVLPAM mulieris mulctandam eſſe per priuationem PARTIS dotis;* filio enim, vt marito, iniuria facta erat ab vxore per *temerarium diuortium*, quam pater remittere non poterat. Deinde non *integra dote* mulctatam mulierem, ſed tantum *parte eius* ſæpe monui, adeoque verba ICti, paululum ambigua, ita explicanda ſunt. Nec in alium ſenſum accipio reſcriptum DIOCLETIANI & MAXIMIANI *in l. 24. C. de iur. dot.* vbi caſus de patronis formatur, qui marito libertæ ſuæ dotem dederant, nec, eam ſibi reddi ſoluto matrimonio, ſtipulatione ſibi proſpexerant. Quid igitur ſi *culpa vxoris* diuortium factum, vtrum patroni eam repetere poſſunt? Aiunt Imperatores: *hanc* (dotem) *culpa vxoris diſſoluto matrimonio penes maritum remanſiſſe, conſtitit.* Indefinite quidem *de dote* loquuntur, inde tamen minime concludendum, de *integra* dote hoc intelligendum eſſe; neque enim in quæſtione erat, vtrum integra, an pro parte dos eſſet amiſſa? ſed an dotem, quam maritus retinuerat ex *pœna diſcidii*, patroni ab eo petere poſſent? quæ non *integram* ſed tantum *partem dotis* marito adiudicabat.

l. 14. C. de iur. dot.

§. XIII. Tria præterea hic obſeruo non negligenda. Primum eſt, mulierem, cum *culpa* diuertiſſet, contra hanc diſcidii pœnam non reſtitutam fuiſſe in integrum: *eſt enim*, ait ICtus *in l. 9. §. 3. de minor. delictum non modicum*, dolo magis quam ſimplici culpa contractum, in quo minoribus non ſuccurritur. *l. 37. §. 1. d. minor.* Alterum eſt, pœnam hanc *diſcidii* ceſſaſſe, marito vxorem adulteram ex L. Iulia accuſante, vt euidentiſſime euincit *l. 11. §. 3. D. ad L. Iul. d. adult.* Quamuis enim alias, quoties *ciuilis* & *criminalis* actio concurrit, vna alteram non permittat, vt plenius traditur *in l. vn. C. Theodoſ. victum ciuil. agere & criminal. poſſe*, cauſa *de moribus* tamen expreſſe excipitur, vt, vbi *de moribus* actum fuit, amplius *criminaliter* agi haud poſſet, & vice verſa, quod iudicium *de moribus* ad vindictam, propter iniuriam thori coniugalis, eſſet comparatum.

Ceſſabat reſtitutio contra hanc diſcidii pœnam.

Pœna hæc ceſſabat, ſi maritus criminaliter vxorem accuſabat.

In criminali accuſatione vxor partem dotis amittebat in commodum fiſci.

tum. Tertium eſt, ſi de adulterio *criminaliter* contra vxorem actum, eam etiam partem dotis amiſiſſe, verum non in commodum *mariti*, quod pœna *ciuilis diſcidii* continebat, ſed *fiſci*. Hoc modo accipiendum PAVLVM *lib. II. ſentent. tit. 26. §. 14.* arbitror: aientem: *Adulterii conuictas mulieres dimidia parte dotis, & tertia parte bonorum* (reliquorum) *cum relegatione in inſulam placuit coerceri*, quæ verba non poſſunt non *publicationem* certæ partis dotis innuere; nam maritis adulteris itidem, teſte PAVLO, relegatio in inſulam dictabatur cum publicatione dimidiæ partis bonorum, ex quo etiam illud palam eſt, ex *lege Iulia* pœnam adulterii capitalem non fuiſſe. Conf. clariſſ. NOODT *in Dioclet. & Maxim. c. 15. p. 75. ſqq.*

III) Si culpa mariti diuortium factum.

§. XIV. Ad tertium caſum tranſitum facio, ſi *culpa mariti* matrimonium diremtum erat. *Pro liberis* retentionem nullam vxori competiiſſe, ſi vel maxime marito repudium miſerat, iam ſupra §. VII. ex CICERONE probatum dedi, quia vxor liberos hoc caſu non educabat, quorum educatio onus mariti manebat. *Morum* autem nomine hoc modo maritus, teſte VLPIANO *tit. 6. inſtit. §. 13.* coercebatur: *Mariti mores puniuntur, in ea quidem dote, quæ annua, bima, trima die reddi debet* (pecunia in dotem data) *ita: propter maiores mores* (adulterium vel aliud graue delictum) *præſentem dotem reddit: propter minores ſenum menſium die. In ea autem, quæ præſens reddi ſolet*, (vt ſi in fundo conſiſtat) *tantum ex fructibus iubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur, quod repræſentatio facit.* Verba poſteriora obſcura & forſan corrupta eſſe, obſeruat SCHVLTINGIVS *ad cit. tx.*; id tamen inde liquet, mores mariti in hoc *rei vxoriæ* iudicio lenius fuiſſe mulctatos. Si coniecturis locus eſt, verba hæc commode ita legi poſſunt: *quantum in illa dote quadriennii reditus, quo repræſentatur*, (ſeu præſens redditur, ſoluitur) *facit*, h. e. quantum per quadriennium ex fructibus percipi poteſt.

IV) Si culpa vtriusque diuortium factum.

§. XV. Denique ſi vtrinque coniuges leſe de *moribus* accuſarent, vtriusque culpa probata, *pœna diſcidii* penitus ceſſabat, vt teſtis eſt PAPINIANVS *in l. 39. ſol. matrim. Viro atque vxore mores inuicem accuſantibus, cauſam repudii dediſſe vtrumque pronunciatum eſt. Id ita accipi debet, vt ea lege, quam ambo contemſerunt, neuter vindicetur; paria enim delicta mutua penſatione diſſoluuntur*, & ita integra dos vxori reddenda eſt. Id etiam SCAEVOLA docet *in l. 47. D. eod.* aitque: *cum mulier viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur, cur enim im-*

Digitized by Google

improbat maritus mores, quos ipſe aut ante corrupit, aut poſtea comprobauit. Omnia circa has leges confundit & turbat PETRVS BARBOSA *in comm. ad tit. ſoluto matrim.*, cuius commenta nec referam, nec breuitatis cauſa ſub examen reuocabo. Id tantum paucis obſeruo, talem compenſationem obtinuiſſe in *iudicio de moribus ciuili:* non item in *accuſatione criminali* de adulterio. Si *publico iudicio* maritus vxorem ream faciebat, lenocinii allegatio maritum ab accuſatione non repellebat, ſed hæc ipſum onerabat, non vxorem excuſabat. *l. 1. §. 5. ad L. Iul. de adult.* Si vterque in pari reatu verſabatur, vterque damnabatur, compenſatione mutui criminis ceſſante, *l. 13. §. 5. eod.*, quod plenius illuſtrat BRISSONIVS *in comm. ad L. Iul. de adult. c. 19.*

§. XVI. Hoc iure vſi ſunt Romani vsque ad tempora CONSTANTINI M., qui ſacris Chriſtianorum imbutus leuitatem repudiorum amputare & iudicium *de moribus*, quod olim etiam ob *mediocres culpas* locum habebat, reſtringere ſtuduit. Etenim iuxta *l. 1. C. de repud.* tantum ob *tres cauſas* ſupra *tit. de diuort. §. 12. p. 329.* relatas, vxor marito & vice verſa poterat repudium mittere. De *dotis priuatione* nihil additur, niſi quod *per conſequentiam* forſan inde trahi poteſt. Quodſi enim maritus ex cauſis aliis vxorem reiiciebat, maritus *omnem dotem* ei reſtituere nec aliam ducere debebat. Ergo a contrario ſenſu, qui ex cauſis probatis eam eiiciebat, non *omnem* dotem ei reſtituebat, ſed *partem* retinebat, illam ſcilicet, quæ antiquitus probata erat. Nec contrarium euincit *l. 7. C. de repud.*, quæ eiusdem CONSTANTINI, & ſex annos poſt priorem lata, vbi *dotis amiſſio* cum *capitali pœna* coniungitur, adeoque ſub illa *publicatio* eius intelligitur, non *pœna* ciuilis *diſcidii.* Neque in contraria videtur iuiſſe SALMASIVS *cit. loc. inf.* (quod quidem GOTHOFREDVS *ad cit. l. 1.* exiſtimauit) qui recte aſſerit, ob hæc tria crimina ſola lucro mariti dotem ceſſiſſe, non autem addit, vxorem integra mulctatam fuiſſe, quam quæſtionem non fecit ſuam SALMASIVS.

Conſtantinus reſtrinxit repudiorum libertatem,

retenta pœna diſcidii.

§. XVII. Sed IVLIANVS Apoſtata ius antiquum anno 363. reduxit, & *retentiones* ex iure antiquo venientes intemeratas ſeruari voluit *in l. 2. C. Theod. de dotibus*, cuius rationem in §. XI. attuli. Hoc extincto, vix vſus huius legis in odium Chriſtianorum latæ adfuiſſe videtur, vt non excuſandus ſit compilator codicis Theodoſiani, quod hanc legem adhuc

Iulianus ius antiquum reduxit,

Digitized by Google

nec non Honorius, cum antiqua immutatione,

ei inſeruerit. Etenim HONORIVS anno 421. paulo liberalior, atque ad ius antiquum reducendum procliuior fuit *in l. 2. C. Theod. de repud.* Nam 1) retentionem dotis *propter liberos* ex iure veteri reduxit: 2) iniuſti repudii *duas cauſas* conſtituit, ſi *ſolo conſenſu*, *ſi tantum ob morum vitia* fit diuortium ſeu *mediocres culpas*. In priori ſpecie vxor ſine cauſa a marito innocente diſcedens, *dote integra* priuatur, deportaturque omni ſpe noui connubii deſtituta; maritus itidem dotem perdit, atque donationem propter nuptias, quæ lucro *innocentis vxoris*, domo mariti expulſæ, cedit. In *poſteriori* ſpecie, ob *mediocres culpas*, ſeu *morum vitia* repudio facto, mulier repudians *amittit integram dotem* & donationem propter nuptias, coniugii ſecundi expers; maritus vero repudians dotem reſtituit, donatione recepta. Denique iuſti repudii cauſa erat *graue crimen*, non tantum *adulterii*, ſed aliud quodcunque publicum, quod lege publica vindicatur. In hoc repudio vxor a criminoſo diſcedens recipit *dotem* & lucratur *donationem propter nuptias*; maritus vero ob labem vxoris, recepta donatione, *dotem* eius *integram* lucratur. Breviter: vxor amittebat *integram dotem*, ſi α) ſine vlla cauſa; β) tantum ob morum vitia repudium faciebat; γ) ſi grauiori crimine cauſam repudio dabat. Quomodo vero, his poſitis circumſtantiis, retentio *propter liberos* locum adhuc habere poterat, quæ dotem tantum dimidiam abſorbebat, ſi culpa vxoris diuortium factum? cum tamen *lege Honoriana* culpa vxoris diuortium fiat, ſi *ſine culpa* repudium faciat, & ſi *ob morum mariti* vitia, mariti quidem culpa eſt, ſed repudium iniuſtum, vel ſi ob mores vxoris, eius quidem culpa ſit, ſed itidem repudium iniuſtum. Ab hoc dubio vt *diſpoſitionem Honorianam* liberem (quod GOTHOFREDVS non tetigit) dicendum eſt, in primo caſu, ſi vxor *ſine vlla cauſa*, ſolo diſſenſu, diuertit, dotem maritus quidem lucratur, ſaluis tamen retentionibus *propter liberos*, vt, ſi maritus tres vel plures cum vxore ſuſcepit liberos, *dimidiam* retinere poſſit, liberis poſt mortem ſuam relinquendam, vt *l. 8. C. de repud.* clarius explicat. In altera ſpecie, ſi *ob mores mariti* diuertit, hæc *retentio* locum itidem habere poteſt; quamuis enim vterque in culpa eſt, illa quod inique diuertat, hic vero quod ob *mores peſſimos* cauſam diuortio dedit; vxor tamen dotem itidem perdit, quia hic magis reſpicitur ad *iniquitatem diuortii*, & cauſa legibus reprobata pro *culpa* haberi nequit; adeoque etiam hoc caſu liberis poſt mortem patris cedere debet,

& priuatione integræ dotis.

quod

Digitized by Google

quod iure veteri propter eos ex *dote* detrahebatur; reliqua ad mariti diſpoſitionem pertinent.

§. XVIII. THEODOSIVS Iunior anno 449 rurſus quædam innouauit, dum certas tantum repudii cauſas conſtituit tam ratione *mariti* quam *vxoris*. in *l. 8. C. de repud.* Quodſi præter has cauſas repudium viro miſerit *vxor*, diſſoluebatur quidem matrimonium, ſed *dotem* ſuam cum *donatione propter nuptias* amittebat: ſi ex cauſis probatis, dote recepta, donationem propter nuptias lucrabatur. Marito vero præter cauſas probatas diuertente, vxor, dote recepta, donationem propter nuptias vindicabat; ex *probatis cauſis* vero repudians, dotem retinebat & donationem propter nuptias recipiebat. Liberis denique exiſtentibus, ſi temere repudium miſſum erat, *omne quicquid ex nuptiis lucratum erat*, poſt mortem accipientis liberis ſeruandum erat, quod in locum retentionis antiquæ *propter liberos* conſtitutum, & *Honoriana lex* hoc ipſo quodammodo correcta videtur. Anno 497. reduxit ANASTASIVS diuortium *bona gratia*, ſeu communi conſenſu reductum, quo caſu ſine dubio dos ſalua mulieri manſit.

Theodoſius rurſus innouauit quædam, priuatione integræ dotis retenta.

vt & Anaſtaſius.

§. XIX. Tandem ad IVSTINIANI ætuum progredior, qui multa innouauit, legesque de hac re modo fixit, modo refixit. Nam (1) anno 528. repudium ex cauſa *ſterilitatis* quidem conceſſit in *l. 10. C. de repud.*, ſed ſine periculo dotis amittendæ, hoc vnico addito, vt marito donatio propter nuptias redderetur. (2) Eodem anno in *l. 11. C. de repud.* iudicium *de moribus* ſuſtulit. (3) Præterea conſtituit, vt ſi *matrimonium indotatum* fuit (quod lege hac *legitimum* eſſe cenſuit) & maritus eam *ſine iuſta cauſa* eiecit, vel ipſe talem culpam commiſit, ob quam vxor matrimonium iuſte diſſoluit, *quartam partem ſubſtantiæ propriæ*, non tamen vltra centum libras, mulieri perſolueret, id quod etiam in *vxore*, inique diuertente, vel iuſte expulſa, obſeruandum, vt tamen liberis exiſtentibus hoc lucrum ſeruaretur; ſi dotatæ erant, dos his caſibus peribat, vel donatio propter nuptias. (4) Anno 530. in *l. vn. C. de R. V. A.* ſpeciatim denuo ſuſtulit *retentiones antiquas ob mores & ob liberos*, ac in caſu *repudii §. 16. cit. l.* obſeruanda eſſe iuſſit, quæ tum in in legibus THEODOSII & ANASTASII *§. antec.* relatis, ſancita erant, tum quæ ſua conſtitutione edixerat, & ita diuortium *bona gratia* adhuc permiſit. (5) IDEM anno 541. in *nou. 117. c. 8.* hanc eandem materiam reaſſumſit, & de nouo cauſas iuſtas diuortii determinauit, ex quibus, ſi maritus diuortium facit, *dotem vxoris lucratur*, & quidem

Noua reformatio Inſtiniani acceſſit,

ſublato iudicio de moribus, quartæ bonorum priuationem conceſſit in caſu matrimonii indotati,

noua conſtitutio in nou. 117. c. 8.

Digitized by Google

quidem, exſtantibus liberis, tantum quoad vſumfructum, ſeruato in ea dominio liberis ex eodem matrimonio natis; his vero deficientibus, etiam ad plenam proprietatem *cit. nov. c. 8. pr. in f.* Similiter *in c. 9. cit. nov.* determinauit cauſas, ex quibus vxor iuſte, & eodem iure, quo maritus dotem, lucretur donationem propter nuptias, & *tertiam partem æſtimationis, quam antenuptialis donatio facit ſeu conſtituit.* Denique *c. 12.* addit tres caſus, quibus matrimonium diſſolvitur ſine vlla *diſcidii* pœna, h. e. 1) ſi cauſa *ſterilitatis* vel *impotentiæ* probata fuerit: 2) ſi ambo *ſanctimonialem vitam* elegerint; 3) ſi maritus eſt captiuus & vltra quinquennium abfuerit. *nou. 22. c. 7.* Præterea quoque *c. 13. cit. nov. 117.* pœna diſcidii iis imponitur, qui iniuſte repudium fecerint, ita vt vxor dotem amittat, aliisque pœnis ibidem definitis adficiatur: maritus vero dotem reddat & donationem propter nuptias cum tertia parte propriæ ſubſtantiæ, ſecundum æſtimationem donationis propter nuptias. Denique in caſu *adulterii* plane correxit ius antiquum, voluitque *cit. c. 8. §. 2.* vt, ſi vel maxime vxor *criminaliter* a marito accuſata fuerit, nihilominus tamen, repudio miſſo, priuanda eſſet dote, & tertia parte intuitu eius æſtimanda ratione dotis, quæ pœna olim ceſſabat, marito vxorem criminaliter accuſante. (6) Eodem anno IDEM aliam edidit conſtitutionem contra vxores & adulteras in *nou. 134. c. 10.*, in qua adultero pœna gladii dictatur, & vxori eius, ſi quam habet, donatio propter nuptias, vel ſi *indotatum* fuit matrimonium, quarta pars bonorum aſſignatur: adultera autem in monaſterium detrudi iubetur, ibique manere per biennium: hoc elapſo ſi maritus eam non repetit, vel intra illud tempus mortuus fuerit, marito vel eius heredibus ex dote nihil cedit, ſed exiſtentibus deſcendentibus & aſcendentibus, diuiditur eius patrimonium inter hos & monaſterium ſecundum portionem ibidem determinatam: his non exiſtentibus, omnis adulteræ ſubſtantia monaſterio cedit. Idem obſeruauit HARMENOPVLVS *in promt. iur. lib. VI. tit. 2. §. 15.* aiens: *magiſter autem dicebat, vxoris adulteræ virum nequaquam dotem lucrari.* Prætereo reliqua, quæ deſumta ſunt ex *nov. cit. 134.* additque: *atque hæc omnia tum fieri, cum detruſam in monaſterium mulierem, iam exacto biennio, noluiſſet vir reducere;* quibus verbis demonſtrat, marito hoc lucrum dotis quodammodo in pœnam auferri, quod vxorem poſt *tempus pœnitentiæ* in domum ſuam recipere nolit. Idem vero deinceps correxit LEO Imperator *in nov. 32.* & marito in-

& nou. 134. c. 10.

in qua priuatio dotis ſublata.

Leo rurſus hoc correxit,

no-

nocenti dotem assignauit, ita vt vxori adulterae nasus abscindatur, & in monasterium detrudatur, quam sententiam etiam repetit HARMENOPVLVS *cit. l. 14.*

§. XX. Ita vero IVSTINIANVS omnia reformando turbauit, vt nec sibi constitisse, sed Protheum egisse credendum sit, ex iudicio WESENBECII *ad tit. ad L. de adult. l. 19.* Torsit haec variatio insignis ingenia interpretum, & dissidentes peperit sententias, examinatas a BERLICHIO *P. 4. concl. 29. n. 4. sqq.* Ipse tandem *n. 13.* mediam elegit sententiam, censuitque, vtramque *nouellam* inter se optime conuenire. Ait, maritum indistincte, siue *criminaliter*, siue *ciuiliter* contra vxorem agat, siue vxor in monasterium detrudatur, ibique maneat, sine non, dotem duntaxat lucrari, praeter illam vero nihil amplius ex reliquis bonis eius capere. Addit, in *nou. 134. c. 10.* nihil immutatum esse, nisi in eo, quod vltra dotem, *de tertia parte*, statutum; *dotis* vero plane non fieri mentionem, a reliqua vxoris substantia magnopere separandae. Enimuero hanc interpretationem admodum dubiam & diuinatoriam esse, iam antea obseruaui. Hoc expeditum est, *in cit. nou. de priuatione dotis* prorsus non fieri mentionem, & quamuis saepe *dos* reliquae vxoris substantiae opponatur, non tamen liquet, *substantiae* vxoris *omnis* mentione facta, excludi *dotem*, praesertim cum *in cit. nou. 134. c. 10.* haec clausula subiecta fuerit, vt *per omnes causas viro pacta dotalibus illata instrumentis seruentur.* Haec indicat, tunc demum *priuationi dotis* vel alterius *substantiae* locum esse debere, si in *instrumentis dotalibus* de ea aliquid fuerit actum, id quod apud Romanos non adeo inusitatum erat. Tali conuentione deficiente, priuationi dotis vel ideo locus non erat, quod, probato adulterio, non statim diuortium secutum, sed, vxore monasterio inclusa, marito integrum fuerit, elapso biennio recipere vxorem, ita vt nullatenus *propter ea, quae medio tempore facta sunt*, nuptiae seu matrimonium laedatur, eique fiat praeiudicium, adeoque interim etiam *priuationi dotis* locus relinqui haud potuerit. Si vero, biennio elapso, vxorem recipere nolit, vel intra biennium maritus decedat, *tota substantia* vxoris vel monasterio cedit, vel inter illum & descendentes atque ascendentes diuiditur. Ex his duo obseruo: quorum primum est: idem vtroque casu statutum esse, si vel maritus biennio elapso vxorem recipere recusat, vel intra illud decedit. Iam vero, decedente intra biennium marito, heredes ad *dotis priuationem* agere non poterant, quod & iuri veteri aduersatur,

Iustiniani inconstantia notatur.

Noua Iustiniani dispositio, iuri antecedenti contraria.

nec iure nouo diuersum statutum reperitur. Quodsi ergo hoc casu *tota substantia* inter monasterium liberosque aut ascendentes diuiditur, vel his non existentibus in vniuersum monasterio cedit, nihilque mariti heredibus ex *dote* vxoris datum est, diuortio nondum facto, sed adhuc suspenso post lapsum biennii; idem quoque obtinere debuit in altero casu, vbi maritus eam post biennium repetere recusabat. Alterum est: hoc quodammodo in *odium mariti* constitutum fuisse, quod, post biennium vxorem ex monasterio repetere cessans, nihil ex *dote vxoris* lucrari debeat, nisi forsan aliud in *pactis dotalibus* actum fuerit. Conclamatum enim est, IVSTINIANVM ex nimia in sexum sequiorem indulgentia multum ex rigore iuris *antiqui*, imo *proprii* etiam, sensim remisisse, THEODORAE, mulieris imperiosissimæ, dominatu forsan ad hanc animi leuitatem adactus, cum alioquin capitalem vxor pœnam subire debuisset. Hisce ita positis, etiam nonnulli ex antiquis interpretibus in eam iuere sententiam, per hanc *nou. 134. c. 10.* pœnam *discidii* antiquam sublatam fuisse, & si hac lege vnice incedendum esset, hodie *priuationem* omnem *dotis* cessare debere.

Iuris canonici doctrina, 1) quod vxor adultera successione ex statuto priuanda sit.

§. XXI. Ex hac *iuris ciuilis* traditione & varia praxi antiqua, duo omnino in *ius canonicum* traducta sunt, quæ hodie vtplurimum fundamenti instar haberi solent. Primum est, quod vxor adultera, a marito per diuortium non separata, successione coniugali, quæ ex statuto ei obuenit, priuanda sit, quod minime ex iure nouo, *in nov. 134. c. 10.* tradito, assumtum est. vid. *c. 2. X. h. t.* ibique GONZALEZ. *n. 1.* In Gallia successio coniugum, quam communio bonorum peperit, æque olim vti in Germania obtinuit. Inde talis consuetudo pontifici proposita fuit *in c. 10. X. de consuetud.* quod si vir ducat vxorem, quæ, fide coniugii violata, commisit adulterium manifeste, nihilominus medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigere, & improbe adprehendere soleat, quæ potius priuanda esset omnibus viri bonis, quam consuetudinem pontifex, tanquam iuri contrariam, reprobat. Sine dubio *ad ius ciuile* respexit, quo adultera omni lucro dotali priuanda est. Enimuero vix idoneo argumento ostendi potest, hanc priuationem *in iure ciuili* fundatam esse. Aut enim ob adulterium maritus dimisit vxorem, aut retinuit. Priori casu vterque *successione* priuatur, quia tempore mortis non amplius sunt coniuges, adeoque de hoc casu intelligi nequit pontifex. Posteriori aut ma-

Digitized by Google

maritus *sciuit* adulterium aut *ignorauit*. Si sciuit, & tamen adulteram in thoro coniugali retinuit, videtur ei iniuriam illatam remisisse; si *ignorauit*, iterum *mors* est loco *remissionis*, vnde nec actio *de moribus* dabatur olim heredibus nec in heredes, quia vindictam spirabat, STRYK *de succeſſ. ab inteſt. diſſ. XII. c. 4. §. 2. 6. & 9.* Iecit ergo hæc consuetudo contraria noui iuris fundamenta, quia inde collegerunt, coniugem adulteram *successione* priuandam esse. Alterum est, quod licet iure canonico *totale diuortium* ne quidem ob *adulterium* locum habeat, sed tantum separatio quoad *thorum* & *mensam* decernatur, *pœnam discidii* tamen adulteræ patiantur, & dotem cum dotalitio suo amittant, vt COELESTINVS III. in *c. 4. X. h. t.* edixit, si vel diuortium factum, vel fornicationis causa vxor a marito discesserit, nec cum ipso postea reconciliata est. Etenim aut mulier repetit dotem viuente aut mortuo marito: priori casu exceptione *adulterii* repellitur, quod *pœnam priuationis* operatur; posteriori vero, vbi adultera a marito discessit nec iudicio ecclesiæ matrimonium dissolutum, & ita contra consanguineos mariti agit, maior ratio dubitandi erat, quia super *priuatione dotis*, viuente marito, haud iudicatum fuerat, sed vxor siluerat. Licet enim pœna priuationis in heredes non transeat, nec quod defuncto licuit, heredibus quoque concedendum fuerit; pontifex tamen hac ratione non obstante, *dotis* & *dotalitii* petitionem hoc quoque casu exulare debere credidit; neque enim heredes *primario* ad priuationem dotis agunt, sed maritus, qui dotem retinuit, iam suo iure vsus est, & *pœnam dicidii*, quæ adulterio imposita est, exercuit, quam exceptionem heredes eius vxori recte opponere possunt. Præter dotem vero etiam amittit *dotalitium*, secundum *cit. c. 4.*, quæ appellatio non denotat *paraphernalia*, nec *donationem propter nuptias*, sed illud lucrum, quod pactis dotalibus ex moribus Galliæ & Germaniæ viduæ in *solatium viduitatis*, vt digne se exhibere queat, constitui solet, quo itidem merito priuanda est, quamuis per abusum sæpe *donatio propter nuptias* vocari soleat. *c. 15. X. de for. comp.*

2) quod ob adulterium dotis priuatio locum habeat, nullo licet secuto diuortio,

& heredes exceptionem adulterii mulieri, dotem repetenti, opponere queant,

imo & dotalitio vxor priuetur.

§. XXII. Hæc fuerunt fata huius doctrinæ apud Romanos, quæ licet diuersas & sibi contradicentes leges produxerit, collectores iuris Romani tamen eas sine discrimine compilarunt, quas frustra in concordiam reduxeris, nisi, prout factum est, iuxta temporum interualla recenseantur; ita enim accurate demum constat, quænam leges *iuris antiquum*, quæ vero *ius nouum* idque *derogatorium* respiciant. Ita vero

Imprudentia compilatorum notatur,

in qua secundum seriem temporum

omnia disponenda, & receptio iuris Rom. conſideranda,

vero illud hiſtoriæ inſtar cenſeri debet, hoc vero ad *deciſiones* cauſarum referendum, quatenus 1) receptum eſt, & 2) moribus Germaniæ applicari poteſt. Duo hic deſidero, quorum primum concernit *iuris Romani receptionem*; neque enim ius Romanum quoad ſua principia vbique recipi potuiſſe palam eſt, quod etiam in hac doctrina factum eſt. Equidem MÖLLER *in ſemeſtr. lib. III. c. 13. n. 1.* docet, legem Iuliam de adulteriis in multis locis in deſuetudinem abiiſſe, eiusque cauſam cum MOLIN. *ad* ALEX. *conſ. 13. lib. 7.* quærit in *indicto ſacerdotibus cælibatu, turbæque illorum multiplicatione*, vt loquitur, adeoque ſacerdotes adulteriorum promotores in cauſa fuiſſe credit, ne hæc lex potuerit recipi. Verum ſicuti de *pœna criminali* id potiſſimum intelligit, quæ magnopere etiam per Germaniam variat, ita ad *priuationem dotis* ceterorumque lucrorum id applicari nequit, præſertim cum *ius canonicum* eam approbauerit. Id tamen in confeſſo eſt, etiam ius canonicum quædam innouaſſe, vt §. *21.* obſeruaui, vnde factum eſt, vt, quia *ius canonicum* in praxi principatum obtinuit, in hac doctrina adhuc noui fluctus excitati fuerint, quippe quod diuerſis a iure Romano principiis niti videtur. Alterum concernit mores Germaniæ peculiares, paſſim adhuc in viridi obſeruantia vigentes, & cum Romanorum placitis pugnantes, qui efficiunt, vt in appellatione doctrinæ iuris Romani magna præcautione opus ſit. Vnde, vt inoffenſo pede progrediar, ad duo capita dicenda ſunt reducenda, vt examinem, quid hodie circa hanc materiam in iis locis, in quibus *iure communi* viuitur, & quid obtineat in iis terris, quæ *iure antiquo Germanico*, quod matrimoniis antiquitus datum eſt, reguntur.

nec non canonici,

& iuris Germanici.

Ordo dicendorum.

Pœna priuationis dotis hodie obtinet,

§. XXIII. Ad primum membrum quod attinet, in eo conueniunt interpretes, pœnam *priuationis*, imprimis adulterio probato, hodie adhuc obtinere, præſertim cum tam in iure *ciuili* (ſi *nou. 134. c. 10.* ſepoſueris) quam *canonico* fundata ſit ex ſententia LYNCKERI *cent. 4. deciſ. 328.* BERLICH. *P. 4. concl. 29. n. 1. 2.* FONTANELLAE *de pactis nupt. tom. III. clauſ. 7. gl. 3. Part. Part. 12. n. 2.* CARPZ. *in iurisprud. conſiſt. P. 2. def. 199. n. 1. & prax. crim. P. 2. qu. 64. n. 1. ſqq.* CHRISTINAEI *in comm. ad LL. Mechlin. tit. 2. art. 31. n. 6. ſqq.* cum multis ibi relatis auctoribus, ANDRELOI *P. 5. controu. for. 336. n. 1.* MENOCH. *de arbitr. iudic. quæſt. l. 2. cent. 5. p. 571. n. 28. ſqq.* COLER. *deciſ. 176. n. 40.* RVLANDI *de commiſſ. P. 4. c. 13. p. 181. n. 55.* Verum

mox

mox animaduerti, interpretes in fundamento *priuationis* inter se non conuenire, vtrum scilicet vera eius causa primario in *adulterio*, an vero in *diuortio* quærenda? CVRTIVS Iunior *in rubr. C. de edend. n. 28.* ibique CAMILLVS PLAVTVS *n. 4.* causam eius in *diuortio* constituit; MENOCHIVS vero de *arb. iud. quæst. lib. II. cent. 5. cas. 419. n. 62.* primario in *adulterio*, quo & *diuortium* & simul *priuatio dotis* caussatur, collocat, vt *diuortium* non tam sit *causa efficiens* huius priuationis, sed magis *causa remota;* cum si maritus vxorem adulteram retinet, iniuriam per adulterium sibi illatam remisisse videatur. Neque vero hæc quæstio est inanis & otiosa, sed intuitu *heredum* mariti quædam inde conclusiones deducuntur, quas infra examinabo. Quocirca, vt paucis mentem meam circa hanc *quæstionem præiudicialem* declarem, distinguendum esse arbitror inter ius *ciuile* & *canonicum*. Quod illud concernit, supra iam euici, *priuationem dotis* fuisse pœnam *discidii culposi*, vti expresse vocatur in *l. 8. de captiu. & postlim reu.* Cum enim apud Romanos frequentissima erant *diuortia*, quæ ingentes in familiis turbas mouebant, illorum vsum nimium hac pœna restringere allaborarunt, vt diuortio facto, *de moribus* quæstio institueretur, inquireturque, cuius culpa esset factum, adeo, vt *culpa* vxoris probata, dotis priuatio sequeretur. Neque vero culpa in solo *adulterio* quæsita fuit, sed in quibuscunque aliis *pessimis moribus* vxoris, quibus marito causa ad diuortium data fuit, qui tandem sub Cæsaribus ad certas causas restricti sunt. Diuortium ergo primario in hac *priuatione* respiciebatur, quod tot turbas fluctusque in familiis excitabat, id quod *diuortium* seu *discidium* culpa vxoris caussatum erat, vt *culpa* præcedens causa quidem remota, *discidium* vero proxima esset. Sed *ius canonicum*, quod *totale diuortium* haud admittit in casu adulterii, primario hanc pœnam *adulterio* ipsi imposuit. Id aperte liquet ex decisione *c. 4. X. h. t.* vbi pontifex ita: *quod si aliqua mulier ob causam suæ fornicationis iudicio ecclesiæ aut* PROPRIA VOLVNTATE *a viro suo recedit, nec postea reconciliata est eidem, inde defuncto ipso, dotem vel dotalitium suum repetere non potest.* Equidem si *separatio* facta *iudicio ecclesiæ*, hæc instar *diuortii* est, vel ad minimum in locum eius substituta dicitur, interim tamen non est *verum diuortium*, cum marito ad alias nuptias transire non sit integrum, viuente adultera, quod cum ea matrimonium durare dicatur ob sacramentum, quod matrimonium indissolubile reddit, adeoque si hoc iure principalis causa in *diuortio*

sed de fundamento eius dissentiunt, vtrum in diuortio, an adulterio ponenda?

De iure ciuili in diuortio fundata erat pœna,

sed iure canonico fundatur in adulterio.

Digitized by Google

quærenda esset, *priuationi dotis* locus relinqui non posset. Deinde eadem priuatio quoque locum habet, si nequidem talis separatio *iudicio ecclesiæ* interuenit, sed tantum mulier ex causa *adulterii* a marito *priuata voluntate* discessit; neque enim *iure canonico* hic priuatus discessus *diuortium* constituit, id quod aliter, quam *iudicio ecclesiæ*, fieri & concipi nequit, sicut olim diuortium sine *solennitate ciuili* haud factum dicebatur. Imo nec hodie inter protestantes, qui *totale diuortium* admittunt, id aliter concipi potest, quam si per *sententiam consistorii* decretum fuit, adeoque si vxor a marito discessit, conscientia criminis commissi, quam diu maritus ad diuortium non egit, coniugium haud diremtum censetur, vt nec innocens ad alia vota conuolare queat. Et tamen etiam in hoc casu pontifex admittit priuationem dotis, cuius vera & primaria causa quærenda *in adulterio*, licet discessus vxoris, tanquam *causa sine qua non*, concurrere debeat. Denique etiam hanc conditionem addit pontifex: *si postea non est reconciliata eidem*, quæ iniuriam per adulterium illatam respicit, vtpote quæ per *reconciliationem* remissa est, qua remissione cessante, manet fundamentum priuationis dotis, *adulterium* scilicet, & *iniuria* per illud marito illata.

An heredes ergo possunt adulteræ opponere exceptionem adulterii?

§. XXIV. Quæ cum ita sint, *de iure heredum mariti*, quatenus exceptionem *adulterii commissi* vxori dotem repetenti opponere possint? concertatio non leuis inter iuris interpretes orta est, cui iterum pontifex ansam præbuit, quippe qui in casibus adductis *heredibus mariti* hanc exceptionem indulsit. Quoad *ius ciuile* supra euictum est, heredes *de moribus* vxoris nec agere nec excipere potuisse, quod hæc actio vindictam spiraret per *l. 15. §. 1. solut. matrim.* & *l. 1. C. Theod. de dotib.* & cum hæc actio per IVSTINIANVM sit sublata *l. vn. C. d. R. V. A.* nequidem inde solidum argumentum in hac quæstione trahi potest. Multo minus ex iure nouo aliquod idoneum argumentum adferri potest, quod præsidio heredibus sit, si nullo diuortio facto maritus decessit. Etenim *nou. 117. c. 8. §. 2.* in casu *adulterii* differe desiderat *diuortium*; imo *nou. 134. c. 10.* (qua *nou. 117. c. 8. §. 2.* denuo correcta est) ne quidem marito, adultera criminaliter punita, *dotis* lucrum indulget, si elapso biennio vxorem ex monasterio repetere recusat, vel priusquam recipiat mulierem, mortuus sit, quamuis hoc casu quæstio nequidem de vxore dotem repetente moueri queat, quippe quæ monasterio includitur, & patrimonium eius inter monaste-

rium,

Digitized by Google

rium, & descendentes vel ascendentes diuiditur, vel, his deficientibus, omnia bona monasterio obueniunt. Enimuero *ius canonicum* retentionem dotis *heredibus* certo modo indulget, adeoque ex hac iurium diuersitate *de hodierna praxi* ingens inter Dd. deprehenditur discidium, quam quidam ex *iure canonico*, quidam autem ex solis *iuris ciuilis* principiis determinare videntur; quidam vero omnia miscent. vid. BERLICH. *P. 4. concl. 30.* FARINAC. *in pr. crim. qu. 142. P. 2. tit. 16.* FONTANELLA *de pact. nupt. clauf. 7. gl. 3. P. 12. n. 3. seq.* CARPZ. *pr. crim. qu. 65. n. 1. sqq.* MEVIVS *ad ius Lubec. P. 2. tit. 2. art. 12. n. 414. sq.* PETR. BARBOSA *ad tit. solut. matrim. l. 2. n. 119. sqq.* CHRISTINAEVS *vol. 5. dec. 218. n. 23.* HESSER *de commun. bon. P. 2. loc. 16. n. 337. sqq.* HARPRECHT. *conf. 27. n. 37. sqq.* VALASCVS *lib. 2. consult. 169. p. 147. sqq.* Omnia, quæ ab his aliisque de hac materia traduntur, redire videntur ad tres quæstiones: 1) An heredes mariti defuncti, nulla remissione facta, exceptionem adulterii viduæ dotem repetenti opponere? 2) An de dote non soluta agere? 3) An denique etiam extranei eo iure vti possint? Atque hæ tres quæstiones reuera mouentur intuitu *c. 4. X. h. t.* & ita vnice *de iuris canonici* sententia quæritur.

§. XXV. Prima quæstio euidenter decisa est *in c. cit. 4.* quod heredibus *exceptionem adulterii* concedit, si adultera marito suo haud reconciliata fuerit. Neque refert, vtrum *iudicio ecclesiæ* separata fuerit a marito, an *propria voluntate* discesserit? nam quæ conscientia criminis a marito discessit, dotem ab heredibus repetere nequit, nulla reconciliatione secuta. Proinde 1) palam est, si maritus, comperto adulterio, tacuit, nec conquestus est: si eidem postea cohabitauit: si aliter cum eadem in gratiam rediit, iura dotis vxori intacta manent cum ceteris lucris dotalibus, per *cit. c. 4.* BERL. *P. 4. concl. 29. n. 48. seq.* nec heredes exceptionem *adulterii* repetenti dotem vxori opponere queunt. PAPONIVS *in corp. iur. Franc. lib. 22. tit. 9. p. 716. n. 8. & 718. n. 10.* PETRVS BARBOSA *ad l. 2. solut. matrim. pr. n. 120.* 2) Idem quoque arbitror, si remissio adulterii *præsumitur* & in dubio facta intelligitur, quod contingit, si maritus ignorauit adulterium vxoris, & in illa *ignorantia* mortuus fuit, quia remisisse hanc iniuriam, nec in studio vlciscendi spiritum emisisse, si delictum sciuisset, in dubio præsumitur, adeo vt etiam mors innocentis proficiat adulteræ ad mitigationem pœnæ; quamuis enim actio *de moribus* sublata fuerit, constat tamen, *priuationem dotis* ad vindictam esse referendam, quæ morte innocentis sublata est,

Quod secundum ius canonicum affirmatur,

nisi maritus iniuriam remiserit,

etiam præsumtiue,

Digitized by Google

est HARPRECHT. *cit. l. n. 42. seq.* BERLICH. *cit. l. n. 13.* Qui cum FARINACIO *cit. l. n. 115.* contrariæ sententiæ adhærent, auctoritati glossæ *ad l. 27. c. de fideic.* nituntur, quæ hodie adeo lubrica est, vt a vero neminem retrahere queat, præsertim quod in dubio ad absoluendum procliuiores esse, *l. 32. §. 4. de donat. int. vir. & vxor.* & benigniora præferre debeamus. *l. 56. de R. V. E.* E contrario 3) si de mariti intentione constat, quod iniuriam sibi illatam remittere noluerit, heredibus hæc exceptio adulterii non deneganda, si vel maxime diuortium nullum factum est. FONTANELLA *cit. l.* Id docet pontifex *in cit. c. 4.* denegatque mulieri adulteræ *repetitionem dotis*, quæ *conscientia criminis* discessit, nec eidem reconciliata est. Vel hæc posterior circumstantia sufficit, si vel maxime vxor non discessit. Quid enim, si mox maritus, comperto adulterio, ab omni eius consuetudine abstineat, & verbis factisque exulceratam mentem ostendat, nec ante mortem cum ipsa in gratiam redeat? quid si vxorem accusauit, vel iam in procinctu fuerit, vt eam accusaret, sed morte præuentus, accusationem vel actionem ad diuortium absoluere haud potuit? Quid si extraiudicialiter conquestus, aliquo tamen impedimento ab eius accusatione deterritus fuerit? Da der Mann bey seinem Leben des Weibes Ehebruch gewust, das geeifert, das Weib ausgetrieben, oder sich dessen beklagt, iedoch mit dem Tode übereilet worden, vt loquitur ELECTOR Saxon. *P. 4. Const. 21.* quæ verba *iuris canonici*, non *ciuilis* sententiam aperte referunt, vt inde manifestum sit, illius in hac materia vnice *in foris protestantium* rationem habitam fuisse. Interim legens & perlegens, quæ interpretes, & imprimis PETRVS BARBOSA, hac de doctrina tradunt, admodum doleo vicem iuris prudentiæ nostræ, in qua ima summis a plerisque miscentur, nec iura *antiquata* a *recentioribus* institutis separantur, multo minus *iuris canonici* principia, quæ principatum in praxi in hoc argumento obtinent, & tamen non exacte cum *iure ciuili* conueniunt, seorsim traduntur & excutiuntur, vnde Dd., quæ huius iuris tantum sunt, ineptissime ex *iure ciuili* explicare nituntur.

remissione cessante heredes recte hanc exceptionem opponunt.

§. XXVI. Secundam quod concernit quæstionem, præmittendum est, tunc eam demum moueri posse, quando *dos* tantum *promissa* ab vxore, nondum vero *soluta* fuit, id quod variis ex impedimentis fieri potuit. Quodsi ergo maritus adulterium sciuit, de eo conquestus est, ad *diuortium* & *dotis priuationem* agere voluit, morte tamen

Quin etiam mariti heredes dotem petere possunt ob adulter. commissum.

men nulla reconciliatione facta, præuentus est, heredes a petitione dotis plures arcent, VT FARINAC. *cit. l. n. 119.* PETRVS BARBOSA *ad l. 2. solut. matr. in pr. P. 1. n. 124. sq.* CYRIACVS *in contr. for. lib. 1. contr. 104. n. 27. sqq.* Huius sententiæ ratio fere vnice inde desumta videtur, quod in *c. 4. tit.* heredibus *exceptio adulterii* duntaxat indulta fuerit, non autem *actio* pro dote petenda, quæ tamen, meo iudicio, parum stringit. Eum enim tantum casum in *cit. tx.* adduxit pontifex, qui *vtplurimum* contingit, cum *vtplurimum* dos marito statim tradatur, & ita vxor ab heredibus mariti eam petat soluto matrimonio, quo casu per viam *exceptionis* vidua repellitur. Enimuero cum huius *exceptionis* ratio vnice in *adulterio commisso* constituatur, quod maritus vindicare, non vero iniuriam sibi illatam remittere voluit, & hac de causa ius canonicum heredibus dotem vxoris ex iure mariti, qui dotem petere potuit, attribuit, merito quoque ex eodem fundamento ius agendi ad dotem petendam illis indulgere debuit, cum eadem hoc casu ratio sit *actionis* & *exceptionis.* Facilius quidem alias datur *exceptio*, quam *actio*, si *diuersitatis* ratio quædam excogitari potest; enimuero hæc in præsenti casu deficit, cum idem fundamentum in *actione* mouenda deprehendatur, ob quod *exceptio* ex iure *canonico* data fuit. Quid enim si vxor in articulo mortis mariti commisisset adulterium, de quo maritus grauiter conquestus est? quid si, reconciliatione omni reiecta, decessisset? manifestum atque indubium est, maritum vindicandi adulterium, & ad *dotis priuationem* agendi animum habuisse, morte autem præuentum consilium suum in exitum deducere non potuisse. BESOLDVS *P. IV. conf. 179. n. 97.* BRVNNEM. *conf. XXII. n. 10.* IO. GOEDDAEVS *in conf. Marp. vol. 3. conf. 28. n. 197. sqq.* Equidem de *iure ciuili* heredes hoc casu agere non possunt, quia vindictam spirat actio dotis priuatoria, æque vt *iniuriarum*, quæ demum *lite contestata* in heredes transit; imo nec hoc iure heredibus *exceptio* in casibus adductis concedi potuit, cum post fata innocentis de *moribus vxoris* adulteræ quæstio moueri non amplius integrum erat. Non ergo ex hoc iure *ratio dubitandi* peti potest, cum iam obseruauerim, nequidem secundum *non. 134. c. 10.*, quæ *ius nouum* constituit, actionem ad dotis priuationem *marito*, multo minus *heredibus* amplius superesse; sed vnicum decidendi fundamentum ex *iure canonico* petendum.

Sine distinctione, vtrum sint heredes legitimi an extranei,

§. XXVII. Idem iudicium formandum de tertia quæstione, quæ rursus vnice occasione *c. 4. cit.* formatur, nec secundum *iuris ciuilis* tramitem moueri potest. Si constaret, heredes hoc iure ad dotem petendam agere posse, frustra de heredibus *extraneis* institueretur quæstio, quippe qui æque heredes sunt ac quidem legitimi. Quod autem quidam *heredes extraneos* ab hac *actione* & *exceptione* arceant, eius dubitandi ratio vnice tracta est *ex cit. c. 4.*, in cuius facti specie, pontifici oblata, hæc circumstantia adducta erat, quod mulieres defunctis maritis, *a consanguineis, ad quos hereditates eorum perueniunt*, dotem repetere soleant, quam pontifex in decisione ipsa repetiisse, & ad illam hanc restrinxisse videtur, BERLICH. *P. 4. concl. 30. n. 27.* FARINAC. *cit. l. n. 126.* CARPZ. *in pr. crim. qu. 65. n. 24.* adeo, vt nonnulli tantum *liberos* admittant, reliquos autem heredes ab intestato excludant. CARPZOV. *cit. l. n. 26.* Sicuti vero hæc posterior sententia omni fundamento iuris destituitur, & ad *liberos solos* nullibi restricta est, nequidem secundum ius Saxonicum, quod *P. 4 const. 21.* indefinite der Erben meminit; (vtut CARPZOV. *cit. l.* contorte verba *constitutionis Saxonicæ* in alium sensum trahat) ita nec ad solos *ab intestato* heredes hæc iuris canonici dispositio referenda, quorum tantum *incidenter* facit mentionem, nec *dispositiue* de eis quid decernit. Neque etiam solida *diuersitatis ratio* dari post. Consanguinei enim, ad quos hereditas deuoluitur, ideo hoc iure fruuntur, quod dotis lucrum *hereditati* ex *iure mariti*, quod non remisit, sed transmisit, insit, & eius augmentum factum fuerit. De *extraneo* herede idem formandum iudicium, ad quem eodem modo cum omni iure, quod defunctus acquisiuerat, hereditas deuoluitur.

nec soli heredes ab intestato

Decedente adultera, maritus propter dotem habet actionem & exceptionem,

§. XXVIII. Quodsi mulier adultera diem obiit, viuente adhuc marito, qui cum ea in gratiam redire prorsus recusauit, interim, morte eius vel alia iusta causa impeditus, ad *diuortium* agere non potuit; marito quidem contra heredes adulteræ, dotem repetentes, largiuntur *exceptionem*, sed non *actionem*, vt censuit BERLICH. *cit. l. n. 30. sqq.* Prius probant ex *l. 36. C. ad L. Iul. de adul.* vnde liquet, olim vxore, diuortio facto, mortua, *propter dotis quæstionem, vtrum lucro mariti cedere an vero heredibus mulieris restitui deberet?* licuisse adhuc probationem adulterii suscipere, & ita heredibus dotem repetentibus hanc *exceptionem* opponere. Iure *veteri* certe id non licuit, quia id aliter, quam actione *de moribus*, repudio facto, mota, fieri non potuit:

IVSTI-

Digitized by Google

IVSTINIANVS vero, hac actione sublata, quæstionem adulterii adhuc post mortem vxoris moueri posse constituit in *cit. l. 36.* quod nec per *nou. 134. c. 10.* immutauit. Etenim hæc de *adultera viuente*, monasterioque in perpetuum inclusa, disponit, cuius bona diuiduntur inter *descendentes* vel *ascendentes* & *monasterium*; marito vero, vel quod eam post biennium ex monasterio repetere noluit, vel quod intra biennium iam decessit, nihil attribuitur. Talis vero diuisio obtinere nequit, si vxor, repudio facto, nondum de adulterio accusata, mortua fuerit, quem casum IVSTINIANVS in *cit. l. 36.*, anno 532. condita, supposuit. Grauius dubium emergit ex *nou. 117. c. 8. §. 2.* vtpote lege posteriori anno 541. condita, vbi processus contra *vxorem adulteram* ita instruitur, vt 1) prius *criminaliter* de adulterio contra eam agatur: 2) probato adulterio, repudium fiat: 3) dotis lucrum hoc modo ei obueniat, reliqua vero bona 4) quandoque fisco addicantur. Hoc modo itaque repudium amplius non potuit fieri, antequam vxor *criminaliter* accusata & condemnata fuerit, quod tamen ex tramite iuris veteris supponit *l. cit. 36.* Atque hunc quoque processum *N. 134. c. 10.* non adeo immutat, sed repudium tantum differt post *biennium*, si adulteram ex monasterio repetere renuit maritus, quamuis hoc casu dotis lucro abstinere cogatur, vt §. *XX.* supra dictum. Quæ cum ita sint, palam est, ex *iure ciuili* parum præsidii pro decidenda hac quæstione superesse, & rursus recurrendum ad *cit. c. 4. X. h. t.* id quod cum *heredibus* mariti *exceptionem* contra vxorem largiatur, multo magis quoque marito eam indulgere debet contra heredes vxoris. Neque vero, quod BERLICH. *cit. l. n. 32.* intendit, ius *agendi* marito denegandum pro *dote promissa* soluenda, prout rationes §. *antecedente* adductæ euincunt. Denique sicuti id tantum procedit, si vxor vel eius heredes dotem repetunt, ita sine dubio applicatio eius deficit ad casum, quo extraneus, qui dotem dedit, soluto matrimonio, eandem sibi reddi stipulatus est, quippe cui vxor suo adulterio præiudicare non potuit, sicuti nemo ex alterius delicto plectendus est. FONTANELLA *de pact. nupt. clauf. 8. gl. 3. p. 12. n. 18.* BERLICH. *P. IV. concl. 29. n. 43. Consil. Argent. 74. vol. 1. n. 58. seqq.* BARBOSA *ad l. 2. solut. matrimon. P. I. in pr. n. 63.*

extraneo tamen, cui dos reddenda, non præiudicatur.

Digitized by Google

De vidua intra annum luctus stupro se maculante.

§. XXIX. Ad *viduam* quoque quidam pœnam *priuationis* extendunt, maxime quæ *intra annum luctus* stupro se maculauit, quam quæstionem late examinat BERLICH. *P. 4. concil. 31.* Secundum *ius ciuile* tantum amittit donationem propter nuptias per *nou. 39. c. 2.* ast *dotis priuationem* non patitur. Accedit, quod adulterium non committat, nec iniuriam marito, a quo iam liberata est, inferat, vt heredibus ius puniendi viduam concedi non debuerit. Nec dispositio *iuris canonici* ad hunc trahenda casum, quod nequidem pœnis secundarum nuptiarum fauet, sed intra *annum luctus* secundas permittit nuptias. Conf. CHRISTINAEVS in *comm. ad LL. munic. Mechlin. tit. 2. art. 13. n. 168.* BARBOSA *cit. l. n. 65. seq.* MERLIN. *de legitima lib. 4. tit. 2. qu. 6. n. 7. 8.* PAVLVS AEMIL. GALLVS *de except. succeff. ab inteft. tit. 5. exc. 10. n. 10.* VALASCVS *in conſult. lib. 2. conſ. 169. n. 20.* CARPZ. *pr. crim. qu. 65. n. 37.*

& ſponſa ſtuprata.

Pariter de *ſponſa* quærunt, vtrum etiam hæc per *ſtuprum* dote priuanda ſit? Equidem ſi *ante ſponſalia* ſtuprata eſt, vt iam grauida ea inierit, certum eſt, doris priuatione illam non eſſe plectendam, ſi vel maxime matrimonium conſummatum fuerit, quippe quod hoc caſu *nullum* eſt, non vero per repudium reſcinditur. CARPZOV, *lib. II. iurispr. conſiſt. def. 199. n. 5. ſqq.* Enimuero grauior emergit ſcrupulus, ſi ſponſalibus puris contractis ab alio ſtuprum patiatur, quod *adulterii* ſpeciem præ ſe fert, *l. u. §. 9. ad L. Iul. de adult.* præſertim ſi iam ab alio grauida matrimonium conſummat cum ſponſo, quod per repudium reſcinditur. Hac de cauſa pœnam *priuationis* etiam ad hunc caſum extendit BERLICH. *P. IV. concl. 29. n. 32.* nec ſine ratione, quoniam etiam hoc caſu inſignis, imo eadem infertur *iniuria* marito, quam patitur, ſi conſtante matrimonio vxor ſe polluit adulterio. Neque diſtinguendum eſſe arbitror, vtrum diuortium reuera factum fuerit nec ne? quid enim ſi vxor mox poſt puerperium decedit, maritus autem eidem ignoſcere penitus abnuat? Satis omnino conſtat, nullam cum vxore reconciliationem fuiſſe factam, in quo acquieſcit *ius canonicum.* Quocirca non tantum dotem, quam iam accepit, retinere, ſed non ſolutam etiam petere poteſt. Hoc tamen limitandum eſſe cenſeo, ſi ſponſus, comperto adulterio, mox ſponſam infidelem repudiat, quia ita matrimonium inde nondum fuit conſummatum, de quo caſu intelligo CARPZOVIVM *in pr. crim. qu. 64. n. 45. ſqq.*

§. XXX.

Digitized by Google

§. XXX. Fundamentum huius *priuationis* est quidem *adulterium* primario, negari tamen nequit, *desertionis malitiosæ*, qua itidem fides coniugalis frangitur, & *insidiarum vitæ structarum* similesue supra adductas causas *iusto repudio* sufficere, & consequenter, quod itidem marito *iniuria* fiat, hanc priuationem operari. NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 2. n. 68. sqq.* LYNCKER. *cent. IV. decis. 328.* Quod itaque de *adulterio* hic dicitur, de ceteris similibus quoque intelligendum, quamuis *compendii* gratia de *adulterio* duntaxat ediſſeram etiam in sequentibus. Videlicet committit adulterium vel *vxor* vel *maritus*. De illius adulterio satis hactenus. Hic vero hodie non tantum adulterium committit, si cum *ligata*, sed etiam si cum *soluta* rem habet. Priori casu *ius ciuile* marito decreuit *priuationem donationis propter nuptias*, vt supra ostensum est, cum aliis lucris nuptialibus, quod per *nou. 117. & 134.* non est correctum, quin potius corroboratum, BERLICH. *P. 4. concl. 29. n. 25.* Enimuero *ius ciuile* id non aliter admittit, quam, *facto repudio*; vt proinde merito dubitari possit, vtrum etiam hoc hodie adplicari queat ad casum, quando vxor morte mariti præuenta, vel aliter impedita ad diuortium agere non potuit secundum *iuris canonici* principia? Hoc enim in solo acquieſcit *adulterio*, & *iniuria* per illud innocenti illata, quatenus nulla facta est reconciliatio, siue diuortium interuenerit, siue non. Quid ego si maritus, adulterio manifesto, discesserit, vel in fuga decesserit, vt vxor diuortium petere fuerit impedita? Idem puto hoc casu dicendum esse, quod iura canonica constituerunt in *vxore adultera*, cum coniuges pari iure in adulterio fruantur. CARPZ. *in pr. crim. qu. 64. n. 40. sqq.* MEV. *ad ius Lubec. P. 2. tit. 2. art. 12. n. 408.* Posteriori casu, si cum *soluta* sese commiscuit, maritus quidem secundum *ius ciuile* se simplici *stupro* non *adulterio* polluebat; interim tamen etiam ob hanc causam vxori integrum erat repudium marito renunciare, *dotem*que cum *donatione* propter nuptias repetere per *nou. 117. c. 9. §. 5.* quod multo magis hodie dicendum, quia iuxta iuris *Canonici* & *carolini* principia hoc casu *verum* perpetratur *adulterium*.

Mariti adulterium vxori tribuit donationem propter nuptias,

si vel maxime vxor diuortium facere impedita fuit.

§. XXXI. Porro adulterium est duplex, vel *verum* vel *præsumtum*. Illud dicitur, quando constat de *consummato adulterio*, quod quomodo perficiatur, hic non inquiram. Hoc vero appellatur, quando ex argumentis & coniecturis grauissimis *præsumtio vrgens* de commisso adulterio inducitur, quæ, quando ad diuortium agitur, sufficere

Adulterium est vel verum vel præsumtum.

cere dicitur, *c. 12. X. de præſumt. c. 27. X. de teſtib. c. 4. C. 27. qu. 1.* licet ad effectum *pœnæ criminalis* de conſummato adulterio per immiſſionem ſeminis conſtare debeat, vt *tit. de diuort. §. 27. ſq. p. 344.* demonſtratum eſt. Quodſi ergo ad *præſumtum adulterium* locus eſt diuortio, etiam *dotis priuatio* obtinebit. Ius canonicum enim talem adulterii probationem idoneam eſſe iudicauit in materia *diuortii*, multo magis ergo etiam ad effectum amittendi dotem, quæ cauſa longe minor eſt illa. BARBOSA *cit. l. n. 75.* BERLICH. *P. IV. concl. 29. n. 52.* Aliud dicendum eſſe volunt, ſi tantum *ficte* eſt adulterium probatum, ſcilicet per *contumaciam* vxoris de adulterio accuſatæ. Quid enim, ſi vxor ſuſpecta de adulterio diſceſſit: accuſata eſt de adulterio, publice tribus vicibus citata: nunquam comparuit: tandem vt confeſſa & *conuicta* condemnata: vtrum dotem ſaluam retinet? Id quidem arbitratur PETR. BARBOSA *cit. l. n. 75. arg. l. 55. de euict.* quæ docet, euictionis nomine agere non poſſe, cui per contumaciam fundus eſt euictus. Eenimuero ratio conſequentiæ claudicat. Quod agere non poſſit propter rem euictam, qui *contumacia* ſua damnatus eſt, vel hanc habet rationem, quod *culpa ſua* victus fuerit, ergo etiam damnum ſentire debuerit. At vero inde nulla trahi conſequentia poteſt ad caſum præſentem, vbi de *vxoris regreſſu* non agitur, ſed de vxore condemnata ex capite *contumaciæ*, quæ ſententia effectum vtique habere debet contra *contumacem*, quem amitteret, ſi *priuatio dotis* eidem deeſſet. Denique ſi talis ſententia habet effectum *diuortii*, quidni etiam *priuationis* dotis? & ſi deſertrix ex capite *contumaciæ* condemnata dotem amittit, quare diuerſum eſſet conſtituendum, ſi in adulterii accuſatam tanquam confeſſam & conuictam ſententia eſt lata?

etiam hocoperatur dotispriuationem,

ſi vel maxime vxor ob contumaciam condemnata.

§. XXXII. Amittit vero vxor adultera (I) *dotem*, ſicuti maritus *donationem propter nuptias*, dote reſtituta, quod iuri codicis quoque conforme eſt. Olim quoque (II) præter dotem quantitas *tertiæ partis dotis* ex reliquis bonis præſtanda erat innocenti marito per *nou. 117. c. 8. §. 2.* quod tamen per *nou. 134. c. 10.* correctum eſſe, vltro & recte fatetur BERLICH. *P. 4. concl. 29. n. 11.* qua de cauſa quoque eius non fit amplius mentio in *c. 4. X. h. t.* (III) Amittit quoque *dotalitium*, prout aperte tradit *cit. c. 4.* qua appellatione quid denotetur, iam §. 21. dictum. Idem ſine dubio extendendum ad alia commoda ex *pa-*

Amittit adultera dotem, non tertiam partem ex reliquaſubſtantia,

bene tamen dotalitium,

dis

Digitized by Google

ſtis dotalibus debita. (IV) Nulla dote conſtituta olim *quarta parte* patrimonii mulctabatur adultera, *l. 11. §. 1. C. de repud.* id quod per *nou. 134. c. 10.* ſublatum eſt, prout ex ſupra dictis manifeſtum redditur. Quia vero *ius canonicum* priuationem *dotis* reduxit reſtitutiue, ſine dubio eius intentio fuiſſe videtur, vt etiam id reſtitueret, quod in defectu dotis ius codicis marito attribuit. Vel hæc ſola ratio oſtendit, *paraphernalia* vxori ſua relinquenda eſſe. Etenim in defectu dotis non aliunde *quarta pars* debetur, quam ex *paraphernalibus*, qua appellatione præter dotem reliqua vxorum ſubſtantia venit. Quantis vero animorum contentionibus circa hanc materiam diſſentiant interpretes, docent SANCHEZ. *de matrim. L. 10. diſp. 8. n. 10,* BERLICH. *P. 4. concl. 29. n. 18. ſq.* LAVTERBACH. *ad L. Iul. de adult. §. 26.* PETRVS BARBOSA *cit. l. n. 54. ſq.* BARTHIVS *de diſſenſ. in praxi cent. 1. diſſ. 41.* Ex *iure ciuili* ſane nulla ſolida ratio pro *affirmatiua* depromi poteſt, ſiue ius antiquum ſiue recentiſſimum inſpexeris. Nam per *nou. 134. c. 10.* bona omnia quidem amittit, ſed ea diuiduntur inter deſcendentes vel aſcendentes vxoris & monaſterium; his vero deficientibus monaſterio obueniunt, vnde palam eſt, ea lucro mariti non cedere, quod vnice in quæſtione eſt. Ante hanc nouellam bona adulteræ, quæ *deducta dote* ſupererant, fiſco cedebant, vt rurſus paraphernalia marito haud obuenerint, nec paria cum dote iura habuerint. Qui marito *paraphernalia* aſſignarunt bona, (1) quorundam interpretum & canoniſtarum ſententiam ſuam fecerunt, exiſtimantium, in *c. 4. X. h. t.* ſub appellatione *dotalitii* denotari *paraphernalia*, quem errorem iam reieci ſupra *§. 21.* Conf. BESOLD. *conſ. 110. n. 178.* (2) Miſcuerunt plerique iuris *ciuilis* inſtituta cum *iure Germanico* antiquo, quod *communionem bonorum* inter coniuges conſtituit, & ex hac quandam diuerſitatem etiam circa hanc doctrinam introduxit, quod quodammodo iam animaduertit BERLICH. *P. IV. concl. 29. n. 18. ſq.* vt infra oſtendam. (3) Nonnulli etiam huc prolapſi ſunt, vt, quia obſeruarunt, hodie non amplius adulteræ ſubſtantiam *fiſco* vel etiam *monaſterio* deferri, illa marito addicenda crediderint, ſine ſolido tamen fundamento, cum potius, iure *fiſci* vel *monaſteriorum* quieſcente, heredibus legitimis illa obuenire debeant. Denique (V) amittit omnia legata, donata, aliaque a marito vxori relicta, hoc, nulla reconciliatione interueniente, mortuo. Etenim α) hæc vxor etiam amittit, ſi intra annum luctus ad ſecunda tranſit vota, *l. 1. C. de ſecund. nupt.*

an quandoque quartam partem bonorum?

non paraphernalia,

bene vero legata & dona-

multo

multo magis ergo, si per adulterium in fidem coniugalem peccauit, quæ iniuria longe grauior est. CARPZOV. *in pr. crim. qu. 64. n. 34. & qu. 65. n. 69.* β) Inimicitiæ capitales inducunt per se præsumtam testatoris voluntatem adimendi legata & fideicommissa, quæ iure ciuili sufficit; *l. 3. in f. de adim. vel transf. leg l. 9. de his quæ vt indign.* tales vero inimicitias capitales ex adulterio commisso ortas & natas fuisse, palam est, præsertim cum hic supponi debeat, maritum, omni abiecta reconciliatione, decessisse. Conf. B. de LYNCKER. *resp. 150. n. 15.* CYRIACVS *lib. 1. contr. for. 134. n. 3.* HEESER. *de comm. bonor. P. 2. loc. 16. n. 323. sq.*

Lucra hæc obueniunt marito a tempore commissi adulterii,

§. XXXIII. Quemadmodum vero *adulterium commissum* est fundamentum huius priuationis secundum ius canonicum, quo vtimur, non vero præcise *diuortium;* ita inde sequitur, vt lucra hæc innocenti cedant non demum a tempore facti *diuortii*, prout statuit MYNSINGER *resp. 43. n. 52.* & confirmat BESOLD. *conf. 110. n. 176.* sed a tempore *commissi criminis*, cum etiam, nullo facto diuortio, pœna *priuationis* locum inueniat, adeoque fructus ex fundo, donationis propter nuptias ergo vxori constituto, ab hoc tempore ob *adulterium mariti* debentur. Equidem *sententia iudicis* desideratur, quæ priuationem horum lucrorum decernat; SANCHEZ. *de sacram. matrim. lib. 10. disp. 8. n. 13.* BERLICH. *P. IV. concl. 31. n. 29.* hæc tamen non tam *priuatoria* quam *declaratoria* est, designans, vxorem vel maritum hæc lucra perdidisse secundum iurium tramitem.

per sententiam declaratoriam iudicis,

etiam ecclesiastici.

§. XXXIV. Competens iudex in hac causa tum iudex *secularis* est, tum *ecclesiasticus.* Ille quidem primario, si *principaliter* separato processu de *priuatione dotis* agitur, vel vxori adulteræ, dotem coram iudice seculari petenti, exceptio *adulterii* opponitur, quod nullum habet dubium, cum hæc causa sua natura *ciuilis* sit. Iudex *ecclesiasticus* vero *ex accidente* tunc iudex competens est, si *incidenter*, actore ad *diuortium* agente, hæc quæstio simul ventilata fuit, de qua *accessorie* tum recte simul pronunciat per *c. 3. X. h. t.* cum *iudex incompetens* etiam de illis quæstionibus *incidenter* cognoscere queat, quæ in causa principali, in qua competens est, incidunt, *l. 1. C. de ord. iudic.* quo iure etiam protestantes vtuntur. B. de LYNCKER. *resp. 30. n. 28* Atque hæc ad priuationem dotis actio ciuilis *quinquennio*, quod *criminali* præscriptum est, non finitur, sed perpetua est,

Digitized by Google

eſt, NICOLAI *de diuort. P. 2. c. 17. n. 62.* LYNCKER. *reſp. 150. n. 15. ſeq.* BRVCKNER. *in dec. matrim. P. 2. c. 17. n. 52.* quod quidem duntaxat de *exceptione adulterii* intelligunt, vt PETRVS BARBOSA *ad l. 2. ſol. matrim. P. I. pr. n. 133.* CHRISTINAEVS *vol. 5. deciſ. 218. n. 12. ſq.* ſed ſine ſolido fundamento, cum hæc ad *priuationem dotis* actio mere *ciuilis* ſit, nec in *iure canonico* ad quinquennium cum *criminali* reſtricta.

§. XXXV. Ceſſat tamen & quieſcit hæc actio vt & exceptio (I) ob *remiſſionem* coniugis innocentis, vel *expreſſam* vel *tacitam.* Hæc potiſſimum colligitur ex *cohabitatione coniugali*, poſtquam marito adulterium innotuit, CHRISTIN. *vol. 5. deciſ. 218. n. 9.* quia vix euidentior remiſſio concipi & excogitari poteſt. IO. a SANDE *lib. 2. tit. 6. def. 2.* Quid ergo ſi absque cohabitatione eam in domum ſuam recepit vel in ea apud ſe retinuit, ſciens vxorem eſſe adulteram? Et iam inde *remiſſionem* colligendam eſſe cenſuit MENOCH. *vol. IX. conſ. 850. n. 19. ſq.* PAVLVS AEMILIVS GALLVS *de except. ſucceſſ. ab int. tit. 4. exc. 9. n. 28. ſq.* quod omnis iniuria *diſſimulatione* aboleatur, & ita etiam per adulterium marito illata. CARPZOV. *lib. 2. iurispr. conſiſt. def. 197. n. 12.* Hoc tamen non ſimpliciter admittit B. de LYNCKER. *reſp. 93. n. 51.* in caſu, vbi maritus ab omni *cohabitatione* abſtinet; quod remiſſio eo fieri debeat modo, quod vt *coniuncta* & *ſocia thori* agnoſcatur, vt nequidem *expreſſa* aliter admitti queat, quam ſi vna declaret maritus, quod eam *in thorum* recipere, eique *cohabitare* velit. Neque argumentum admittit a *diſſimulatione* alterius *iniuriæ ſimplicis*, quod hæc facilius induci poſſit, quippe in qua tanta læſio ac quidem in adulterio, vbi fœdatus & corruptus eſt thorus coniugalis, & incertitudo partus procurata, non deprehenditur. Videlicet quamdiu maritus ab omni *cohabitatione coniugali* abſtinet, nondum ſatis conſtat de *intentione* eius, licet interim vxorem ſecum domi retineat, vel permittat, vt ad domum reuertatur, præſertim cum hic *remiſſio ſpecialis* & quidem talis deſideretur, qua *coniugii continuatio* indicatur, quæ tamdiu deeſt, quamdiu eam, vt *vxorem* ſuam, haud agnoſcit. Conf. IOSEPH. VRCEOLVS *de transact. qu. 56. n. 15.* Vnde facile liquet, qualis *reconciliatio* intelligatur, quam pontifex in *c. 4. X. b. t.* poſcit, ſcilicet qua vxori remittit iniuriam per adulterium illatam, eique cohabitare in poſterum promittit. Hac facta ſaluum ius circa dotem vxori manet, ſiue ante ſiue poſt ſententiam re-

Ceſſat hæc priuatio 1) ob remiſſionem,

cum intentione cohabitandi factam.

Digitized by Google

reconciliatio fuerit facta. SANCHEZ *de matrim. Lib. X. disp. 8. n. 21.* Fit vero hæc, quatenus *expressa* est, vel per *pactum remissorium* simplex, vel per *transactionem*, dato aliquo vel retento vel remisso. Nec hanc per *l. 18. C. de transact.* esse improbatam, palam est, cum non de *crimine*, sed de *ciuili causa* ineatur. IOSEPH. VRCEOLVS *cit. l. n. 54.*

a) Si æque maritus adulter est.

§. XXXVI. Cessat præterea (II) ob exceptionem *compensationis*, si maritus in pari luto hæreat, quæ tam ante quam post litem contestatam opponi potest, BESOLD. *vol. 2. cons. 55. n. 12. sqq.* CHRISTINAEVS *vol. 5. decis. 218. n. 38. sqq.* quod *iuri ciuili* conforme esse supra obseruaui. Quod si maritus post *sententiam latam* & *diuortium factum* delicto carnis sese maculet, vxor dotem a marito repetere nequit, cum separatione facta ei nullam amplius *iniuriam* inferat, nec *fidem coniugalem*, cuius vinculum solutum est, violet, CHRISTINAEVS *cit. l. n. 59. sqq.* (III) Deficit quoque *priuatio dotis* per *accusationem criminalem* contra vxorem intentatam, quod etiam hodie obtinere censet B. de LYNCKER *resp. 30. n. 29.* Enimuero 1) expeditum est, id ad *inquisitionem* ex officio a iudice motam trahi non posse, qua licet finita, marito tamen integrum est, ad diuortium adhuc agere. 2) Præterea §. *XIX.* demonstraui, iam IVSTINIANVM hoc correxisse in *nou. 117. c. 8. §. 2.*, atque voluisse, vt, licet *criminalis* contra vxorem mota fuerit *accusatio*, adhuc tamen *diuortio* & *priuationi dotis* locus esse possit. Nec 3) *ius canonicum* contrarium statuit, quin potius 4) hinc inde constitutionibus prouincialibus post *accusationem* adhuc permissa est *actio ciuilis* ad diuortium. Quid ergo, si maritus, pendente accusatione, decesserit, vtrum heredes vxori, dotem repetenti, recte hanc *exceptionem* obiiciunt? id affirmandum esse arbitror per *c. 4. X. h. t.* (IV) Ob factum mariti, quo *consensum* suum adulterio accomodauit. BERLICH. *P. 4. concl. 29. n. 47.* (V) Ob *iustam* vxoris *defensionem*, veluti, si ignorans, si per vim adulterata fuerit. (VI) Ob priuatam mariti vindictam, si adulteram in adulterio occidit, *l. 10. §. 1. solut. matrim.* quod marito non erat licitum. Vnde infert DVARRENVS *ad cit. l.* vbi vetus consuetudo vxorem adulteram interficere *licite* contra rationem iuris ciuilis permittit, vt in Italia & Germania, ibi dotem adhuc cedere lucro mariti. Equidem hodie in Germania cædem hanc licite fieri posse, nullus dixerit Germanus, adeoque hoc suppositum inane est. Neque enim facile, quod Roma-

3) Si maritus criminaliter agit, quod hodie non attenditur.

4) Si consensit in adulterium.

5) Si vxor bona in fide est.

6) Si maritus vxorem occidit.

ni

Digitized by Google

ni improbarunt, hodie licitum esse asseri potest, & quamuis MEVIVS *ad ius Lubec. P. 2. tit. 2. art. 12. n. 434.* itidem censeat, maritum lege permittente occidere vxorem potuisse, id tamen minime probat, quin contrarium euincit *l. 38. §. 8. D. ad L. Iul. de adult.* Mores & leges Italiæ forsan hodie facilius admittunt hanc *priuatam vindictam*, quippus positis, maritus lucro doris non est priuandus. *l. 4. C. ad. L. Iul. de adult.* ANDREOL. *contr. for. 336. n. 13.*

§. XXXVII. Progredior ad ea fora, in quibus *iurium Germaniæ antiquorum* vigor adhuc sancte colitur. Insignis enim quoad matrimonia diuersitas deprehenditur inter ius *Romanum* & antiquum *Germanicum*. Secundum illud per coniugium nulla inducitur communio bonorum, sed qulibet in rebus suis retinet proprietatem. *l. 1. C. de crim. expil. hered. l. 1. D. rer. amot.* Etenim 1) maritus in rebus in dotem datis quoddam acquirit dominium, *§. 1. I. quib. alien. lic. vel non l. 75. d. iur. dot.* & rei vindicationem habet; *l. 9. C. d. R. V.* ast 2) ceterorum bonorum proprietatem retinet vxor, vt nequidem maritus *vsumfructum* eorum sibi vindicare queat, nisi ex vxoris concessione *expressa vel tacita*, *l. 8. l. 11. C. de pact. conu. tem. sup. dot.* quæ omnia cum *communione bonorum* pugnant, nec ob diuortiorum facilitatem ea admitti potuit. HEESER *de commun. bonor. P. 2. loc. 7. n. 9. sqq.* Ast Germani coniuges omnimodam ab antiquis temporibus per matrimonium iniere communionem: huius vestigia passim adhuc supersunt, quamvis iuris Ramani receptio insigniem ei intulerit cladem, vt in quibusdam locis illa quidem illibata relicta; in quibusdam admodum restricta & cum placitis Romanorum *commixta* vel potius inde corrupta; denique in aliis plane abolita fuerit, retentis tantum quibusdam ex *antiqua communione* effectibus. Confusio hæc vnice iuris interpretibus debetur, qui *iuris patrii* principia vel ignorarunt, vel neglexerunt, soli iuris Romani scientiæ & applicationi incumbentes, & mores antiquos patriæ ex hoc interpretari conantes, quorum tamen diuersissima fuit ratio. Solida in Marchia *communionis bonorum* adhuc supersunt vestigia, quæ antequam *iuris Romani* vlla esset veneratio, pura nec illius *iuris extranei* admixione turbata erat. Miserrimam postea & laceratam accepit faciem, postquam iuris Romani consultorum interpretatione corrupta & deprauata est, vt vel KOHLII tr. *de succeff. coniug.* docet. Inde male cohærens traditio orta: inter coniuges non esse *communionem bonorum*, quamdiu viuunt; eam tamen vel *reuiuisce-*

Ius Germanicum a Romano inplurimis diuersum est.

Quod Communionem bonorum inter coniuges introduxit.

Vnde confusio vtriusque iuris in multis locis orta.

Digitized by Google

re vel *resurgere* vno coniugum decedente, quo nihil ab omni iuris ratione alienius concipi potest. Inde doctrina de *vsufructu statutario materno* natales suos accepit, quam HARPRECHTVS peculiari tractatu illustrat, qui non tam *vsusfructus*, quam effectus *communionis antiquæ bonorum* inter coniuges est, quippe quæ ius percipiendi commoda ex bonis communibus præbet, contra scita Romanorum inter coniuges constituta. Denique *statutariæ successiones coniugum* in genere inde originem traxere, quæ vbique fere supersunt, nec tam *successiones* sunt, quia ex communibus coniugum bonis vtplurimum fiunt, quam *diuisiones rerum communium*, quarum communionem tamen rursus inter coniuges agnoscere nolunt.

Amittit adultera portionem statutariam,

§. XXXVIII. Sicuti vero infra §. 76. *sqq.* plenius *iuris antiqui Germanici* monumenta, *communionem* hanc demonstrantia, indicabo; ita in iis locis, vbi adhuc vel *simpliciter* vel *secundum quid* obtinet, vxor ob *adulterium commissum* amittit *portionem statutariam.* in hanc sententiam iuerunt statuta Hamburgensia *P. 3. tit. 3. art. 11.* **Ein Weib, so ihrem Mann bey seinem Leben untreu geworden, und solcher Unthat gnugsam überzeuget, hat nach Absterben des Mannes aus den Güthern mehr nichts zu fordern, denn was etwa derselbe ihr aus gutem Willen gegeben und verordnet. Da sie aber gäntzlich vorbey gegangen, sollen ihr gleichwohl ziemliche *alimenta* gereichet werden.** Verba huius statuti generaliter indicant, vxorem adulteram priuandam esse *successione statutaria*, alias ex *bonis communibus* debita. Qua de causa, cum alias, nullis extantibus liberis, dimidia bonorum omnium potiri potuisset, per adulterium hoc lucro priuatur, exceptis *alimentis*, vel iis, quæ maritus in testamento ex libera voluntate assignauit.

quod iure canonico firmatum,

Iuri *canonico* hoc quoque esse conforme & in obseruantiam eo magis deductum, palam est. Etenim in *c. 10. X. de consuet.* pontifici quæstio fuit proposita de consuetudine quadam in Gallia Rupellis obtinente, *quod si vir ducat vxorem, quæ fide coniugii violata committat adulterium, nihilominus medietatem omnium bonorum, quæ fuerit vir adeptus, impudenter exigat & improbe apprehendat, quæ potius priuanda esset omnibus viri bonis.* Liquet ex his verbis, communionem bonorum *secundum quid* inter coniuges Rupellis obtinuisse, vt scilicet ex *acquæstu coniugali* altera dimidia marito, altera vxori obueniret. Conueniens hæc consuetudo fuit antiquis Legibus, quandoquidem in

LL.

LL. Ripuar. tit. 37. c. 2. ita cautum fuit: *Si per ſeriem ſcripturarum ei nihil contulerit* (vxor), *ſi virum ſuperuixit, quinquaginta ſolidos in dotem recipiat, & tertiam partem de omni re, quam ſimul conlaborauerint, ſibi ſtudeat euindicare* &c. In *capitular. lib. IV. c. 9.* apud BALVZ. *tom. I. p. 776.* itidem Gallorum conſuetudo corroboratur his verbis: *Volumus, vt vxores defunctorum poſt obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam ſimul in beneficio conlaborauerunt, accipiant. Et de his rebus, quae is, qui illud beneficium habuit, aliunde adduxit vel comparauit, vel ei ab amicis ſuis conlatum eſt, has volumus tam ad orphanos defunctorum, quam ad vxores eorum pertinere.* Secundum huius capituli verba praeter tertiam ex *acquaeſtu coniugali*, etiam de aliis bonis mariti partem capit. Quaerebatur ergo, quid iuris, an conſuetudo talis probanda, vigore cuius etiam adulterae illam partem ſibi vindicant? Negat hoc pontifex reſpondetque, neminem teneri ad conſuetudinem hanc obſeruandam, & conſequenter conſtituit, vxorem eo lucro priuandam eſſe, quod alias ex *communibus bonis* ipſi praeſtandum eſſet. Eandem conſuetudinem, quam improbat pontifex, olim in Germania obtinuiſſe, probabile videtur ex *iure Sax. prou. lib. I. art. 5.* **Ein Weib mag mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken, ihr Recht verleuſt ſie aber damit nicht, noch ihr Erbe.** Enimuero ſicuti in *antecedentibus articulis* de ſucceſſione filiarum in geradam, & reliqua bona hereditaria actum fuit, ita non de *adulteris*, ſed de *feminis ſolutis* ibi agitur, obſeruante etiam CARPZOVIO *in pr. crim. P. 2. qu. 64. n. 17.* quae licet *ſtupro* ſeſe maculauerint, ius ſuccedendi tamen non amittunt. In adulteras ſe ueriores antiqui Germani fuere. *Pauciſſima*, ait TACITVS *de morib. German. in tam numeroſa gente adulteria, quorum paena praeſens & maritis permiſſa. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit, publicatae enim pudicitiae nulla venia.* Quae *nudata* expellebatur domo mariti, nihil ex rebus eius vel acquaeſtu coniugali petere poterat, vnde admodum probabile redditur, vxores adulteras nihil ex *rebus communibus* ſibi vindicare potuiſſe, quod multo magis in foris corroboratum eſt, ex quo *ius canonicum* contrariam conſuetudinem damnauit. Hac de cauſa interpretes generaliter vno ore tradunt, adulteram etiam *lucro ſtatutario* priuandam eſſe. CARPZ. *cit. l. n. 32.* BERLICH. *P. IV. concl. 29. n. 22.* COLERVS *P. I. deciſ. 176.* SANDE *lib. 2. tit. 5. def. 7.* HEESER *de commun.*

denique generaliter ſecundum ius antiquum Germanicum.

mum. bonor. P. II. loc. 16. n. 321. & 355. MEV. *ad ius Lub. P. 2. tit. 2. art. 12. n. 408.*

Idem quoque de marito adultero dicendum.

§. XXXIX. Quid ergo de *marito adultero* dicendum eſt, an hic quoque *portione ſua* ex ſtatuto debita priuandus eſt? Equidem conſtat, 1) antiquitus idem ius vxorem in maritum exercere non potuiſſe, quod hic in illam conceſſum; nam licet maritus *nudatam* domo expellere poſſet, non tamen idem *vxori* conceſſum erat in maritum adulterum. 2) Ius *canonicum* quoque in *c. 10. de conſuet.* tantum de *adultera* loquitur, eamque *ſucceſſione ſtatutaria* priuandam eſſe decernit, de *adultero* autem nihil additur, forſan quod maior caſtitas in feminis quam maſculis deſideretur. 3) Agitur hic de *priuatione* iuris magni momenti, quæ odioſa cenſetur, in qua non facile de vno caſu ad alium facienda & permittenda eſt extenſio. HARTM. PISTORIS *obſ. 214. n. 4.* His vero non obſtantibus, ſententiam contrariam præferendam eſſe arbitror, vt vxor hodie eodem iure erga *maritum adulterum* vti poſſit, quod huic in *adulteram* datum eſt, cum quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debeat. Etenim (1) iam fuſius ſupra demonſtratum eſt, ſecundum *ius commune* vtrinque pœnam *priuationis* locum habuiſſe, quæ ex hoc primum ad *ius canonicum*, & ab hoc ad iura patriæ tracta eſt. (2) Etiam *ius canonicum* tantum de *vxore adultera* loquitur in *c. 4. X. h. t.* nihilominus tamen etiam eundem textum ad *maritum adulterum* extendendum, & de eo accipiendum eſſe, ſupra euictum eſt. (3) Fundamentum quoque vtrobique idem, *adulterium* ſcilicet, vnde *pœna priuationis* naſcitur, adeoque vxor & maritus paribus iuribus vti debent, vt recte cenſet BESOLD. *vol. III. conſ. 110. n. 174.* & latius probat GOEDDEVS *in conſ. Marpurg. vol. III. conſ. 28. n. 184.* Conf. *vol. I. conſ. Argentor. 74. n. 51. ſq.* (4) In hac *priuationis pœna* proprie non fit extenſio de caſu ad caſum, ſed ex *communi iure*, cum quo conſpirat, trahitur explicatio, adeoque quamuis (5) tantum ſtatutum de ſola *vxore* loquatur, non tamen loqui videtur *excluſiue*, quia *ius commune* reuera tantum repetit, nihil vero noui iuris inducit. Conf. CARPZOV. *pr. crim. qu. 64. n. 40. ſeq.*

Diuortium vero nonpræciſe deſideratur.

§. XL. Maior ratio dubitandi eſt, vtrum etiam (II) *diuortium actuale* ad hunc effectum deſideretur, vt *ſucceſſione ſtatutaria* nocens priuandus ſit? Supra §. *38.* obſeruaui, Hamburgenſe ſtatutum non deſiderare *diuortium*, quin potius, vt verba indicant, ſupponere, diuor-

Digitized by Google

diuortium non esse factum. Primo enim supponit, maritum esse *in matrimonio* mortuum, quoniam de eo disquiritur, vtrum vxor adultera post mortem mariti ex bonis communibus quid petere possit? Denique id tantum vxori assignatur, **was etwa der Mann ihr aus gutem willen gegeben und verordnet**, id quod de testamento accipiendum est; vix autem probabile est, maritum post repudium vxori aliquid relicturum esse in testamento, adeoque de eo casu verba statuti accipi non possunt. Denique si maritus ei nihil in testamento assignauerit, duntaxat alimenta illi debentur. Quis autem diceret, *alimenta* deberi vxori post diuortium, postquam matrimonium penitus solutum est. Hoc vero rursus duplici modo intelligi potest, tum de casu, quo cum vxore maritus reconciliatus est, tum etiam, quo ab omni *cohabitatione* abstinuit, quamuis interim domo vxorem haud expulerit, semper tamen exulceratam præ se ferens mentem, apud quam reposita mansit iniuria illata. Posteriori casu sine dubio vxor, marito mortuo, successione statutaria priuatur, nihilque ex bonis comunibus capit. Hoc rationes supra adductæ euincunt, quæ etiam heredibus largiuntur *exceptionem adulterii commissi*, quin etiam idem ex *cit. c. 10. de consuet.* constat.

§. XLI. Noua ratio dubitandi est in causa *reconciliationis* factæ, & per *cohabitationem* confirmatæ, vtrum etiam tunc lucro hoc statutario priuari queat? Equidem 1) pontifex in *cit. c. 10.* indistincte denegat *vxori adulteræ* medietatem bonorum seu acquæstus coniugalis, nec de *reconciliatione negata* aliquid adiungit; & quamuis, 2) in *c. 4. X. h. t.* eius mentionem faciat, id tamen duntaxat restringendum esse videtur ad casum, quo *dote* sua priuanda est coniux, dum in *c. 10. cit.* agitur de *lucro* ex bonis mariti, seu eius *acquæstu* acquirendo, quo se indignam reddidit adultera. Enimuero ratio iuris non patitur, vt in hanc sententiam transitum faciam. Qui adulteræ ignouit, qui iniuriam, sibi per adulterium illatam, remisit, eique vt vxori suæ rursus cohabitauit, non potest in posterum vllam in eam vindictam exercere, adeoque nec penitus eam a *successione* excludere, aut tantum aliquid loco alimentorum assignare. Incompatibilia sunt, gratiam facere delicti commissi, & tamen adhuc pœnam, delicto impositam, exercere velle. Qua de causa cum iure communi semper exceptio factæ *reconciliationis* priuationi dotis & dotalitii opponatur, eamque excludat, per *c. 4. X. h. t.* ius Germanicum quoque ex hoc iure expli-

Nulla tamen facta reconciliatione.

Digitized by Google

plicandum & ita accipiendum, vt, quantum fieri poteſt, cum eo conſpiret. Reconciliatione enim facta vxor & *dotem* retinet, quæ ad patrimonium eius ſpectat, & *dotalitium* petit, quod lucrum ex bonis mariti continet. Quidni idem dicendum foret in caſu, quo ex communibus bonis quid lucratur? His enim inſunt & bona vxoris propria, & quicquid per maritum acquiſitum eſt, adeoque loco *illatorum* & *dotalitii* certam partem ex bonis communibus capit. Neque arbitror, pontificem in *c. 10. X. de conſuet.* hanc exceptionem excludere voluiſſe, cum conſuetudo improba, barbara, aut irrationabilis dici non poſſit, qua poſt *reconciliationem* intercedentem vxor medietatem acquæſtus coniugalis capit; ſed ea demum reprobanda & damnanda, qua vxor, nulla reconciliatione facta, eam petit, quia ſic demum eam *impudenter* exigit vel *improbe* apprehendit, id quod expreſſe in *cit. c. 10.* adiicitur. Proinde hic commode omnia applicari poſſunt, quæ de *iure beredum* in opponenda exceptione *adulterii* dicta fuerunt.

Effectus huius priuationis.

§. XLII. Amittit vero adultera, vt dictum eſt, portionem ex *communibus bonis* debitam. Proinde (I) quamuis alias, mortuo marito, bonis communibus cum liberis incumbat, indeque omnia commoda percipiat, præſtitis liberis alimentis ad educationem neceſſariis, his commodis tamen priuatur, qui nullum ius amplius in *bonis communibus* retinet, exceptis forſan alimentis, quæ *ex æquitate* ei aſſignanda. vid. HARPRECT *cit. l. p. 173. §. 3.* (II) Portione ſua, ipſi debita ex bonis communibus, priuatur, & ita etiam bonis propriis, quæ in domum mariti intulit, ſpoliatur, quippe quæ per matrimonium communia facta fuere. Inde vero, prout ſupra iam obſeruaui, a quibusdam interpretibus quæſtio de *paraphernalium amiſſione* mota fuit, cum viderint, ſecundum mores plurimorum locorum vxorem adulteram priuari quibuscunque bonis propriis, quæ tamen, ſtante bonorum communione, nec *dotalia* nec *paraphernalia*, ſed *communia* ſunt, adeoque hæc quæſtio ex mixtura diuerſi iuris, & ita ſine iudicio, enata eſt. Ipſe quidem CARPZOV. *in pr. crim. qu. 64. n. 19.* recte conſtituit, ſecundum *ius ciuile* paraphernalia vxori integra & illibata manere; mox tamen *n. 28.* addit: *Quicquid tamen ſit de iure ciuili, in foro Saxonico, maritum vna cum vxoris adulteræ dote; bona etiam eiusdem paraphernalia lucrari, intrepide affirmo*, quod eorum vſumfructum maritus habeat. Iam alii animaduerterunt, in Saxonia *communionem bonorum* vigere *iure Saxonico prouinciali*, retentam, ſed ab interpretibus, ſolis iuris

ris Romani scitis fere imbutis, ita corruptam esse, vt principia peregrina, & a *communione* abhorrentia, ad eam traduxerint, & ita male cohærentem iurisprudentiam in praxi efformauerint. Vbi enim sunt *paraphernalia*, quando adest *communio* vel eius effectus? vsusfructus, quem vocant, est insignis & præcipuus illius effectus, nec tam *vsusfructus*, quam *ius percipiendi* commoda ex bonis communibus. Hac stante ergo hypothesi non potuit non vxor priuari hisce bonis, id quod *communioni antiquæ* attribuendum est.

§. XLIII. Hæc fusius explicanda fuere, vt doctrinam *iuris communis* a tot scopulis & difficultatibus immunem præstarem, quæ tamen non tantum ad *adulterium* restringenda, sed prout §. *30.* innui, ad alias *causas* quoque trahenda, quæ *delictum* sapiunt, atque *totale diuortium* operantur, quæ *titulo anteced.* tradidi. Diuersa est ratio, quando pro *aliqua causa licita*, vel vbi contrahentes in pari sunt reatu, matrimonium dirimitur, quo casu integra dos est vxori restituenda. *c. l. h. t.* Huc pertinet α) si matrimonium ex *capite impotentiæ* vel *morte* dirimitur: β) si matrimonium ob impedimentum latitans *bona fide* contractum, quod postea, comperto errore, dissolutum, de quo *tit. XVII. §. 34. sqq.* actum *c. §. X. h. t.* γ) Si in *gradu prohibito* temere & *scienter* contraxerunt coniuges, adeo vt *clausula priuatoria* pactis dotalibus adiecta hoc casu nihil operetur, veluti si pactis dotalibus adiectum, vt *si maritus vxorem aliqua occasione relinqueret*, bona a marito in *dotem* vel *dotalitium* tradita, *in ius eius cederent; nam*, ait pontifex in *cit. c. §. h. t. bona hæc non tam ob turpem quam ob nullam causam sunt data, vtpote cum inter eos matrimonium non existat* vel existere possit, *& ideo nec dos nec donatio propter nuptias.* Idem sine dubio quoque asserendum, si in *gradu prohibito* ab *ignorantibus* contractum est coniugium, quatenus *absolute* dissoluendum, de quo supra *tit. XIV. §. 44. sqq.* fundamenta tradidi. Etenim condicitur, soluto matrimonio, *pro dote* datum, quod *causa nulla* subfuerit. *l. 3. C. solut. matrim. l. 1. C. de condict. ob turp. caus.* Priuilegia tamen dotis, h. e. prælationem cum *hypotheca tacita*, vxori putatiuæ non competere censuit HERTIVS *de matrim. putat. §. 37.* quod tantum hæc *vero* tributa sint *matrimonio*, nec extensionem admittant. Et tamen euidenter hæc sententia reiicitur in *l. 22. in f. solut. matrim. si mulier in conditione viri errauerit, PVTAVERITque esse liberum, cum seruus esset, concedi oportet quasi priuilegium, in bonis viri, mulieri.*

Si citra delictum dissoluitur matrimonium, cessat pœna priuationis,

quod specialiter ostenditur,

nec priuilegia dotis hoc casu cessant.

Digitized by Google

Idem firmatur suo modo in *l. 17. §. 1. de reb. aut. iudic. possid.* & quamuis negari nequeat, hos similesque textus loqui duntaxat de *priuilegio personali;* constat tamen, iure digestorum etiam vxoribus *veris* tantum hoc priuilegium tributum fuisse, non vero *hypothecam priuilegiatam tacitam*, iure *Codicis* demum indultam per *l. 12. C. qui pot. in pign. hab.* quæ causæ *dotis* generatim data & sic etiam *putatiuæ*, cum iure digestorum etiam quæuis iura & priuilegia, tunc recepta & vsitata, ei assignata fuerint.

De fauore dotis,

§. XLIV. Sicuti vero causa dotis censetur *fauorabilis*, ita eo magis *viduarum* dotes protegere, ad *officium ecclesiæ* retulerunt pontifices, quod essent personæ miserabiles, *c. 6. X. h. t.* imo etiam *incidenter* de dotis restitutione vel solutione pronunciarunt. *c. 7. X. h. t.*

1) quod sine cautione marito tradenda,

Nam 1) vxor a marito ejecta, quod dotem sine *cautione idonea* marito soluere nollet, respondit pontifex in *c. 7. X. h. t.* dotis solutionem non esse negandam marito ad inopiam vergenti, *cum satis ei modicum dotis possit credi, cui creditum est corpus vxoris*, quod & *iure Cod.* prouisum *tit. ne fidei. dot. dentur.* Quia tamen metus *amittendæ dotis* iustam præbet exceptionem, temperamento hoc vsus est pontifex, vt vel sub ea, quam potest præstare, cautione, marito dos soluatur, vel *saltim alicui mercatori illa committatur, vt de parte honesti lucri vir onera possit matrimonii sustentare.* Admodum solliciti sunt interpretes, qua ratione ab *vsuraria labe* hoc consilium, posteriori loco suppeditatum, purgare velint, cum constet, iure canonico *vsuras* simpliciter prohibitas damnatasque esse. Facile tamen liquet, pontifex duntaxat nomen *vsurarum* odio habuisse, non rem ipsam, quia varias excogitarunt vias, vsuras palliandi, eisque appellationem vel eius *quod interest*, vel *honesti lucri*, vel *annuorum redituum*, vel *compensationis expensarum*, vt in montibus pietatis, tribuisse, vt *tit. de vsur.* docendum erit.

nisi ad inopiam vergat maritus.

2) quod præterea vxori dotalitium constituatur.

§. XLV. Præterea quoque cum 2) constet, moribus Germaniæ aliorumque populorum receptum fuisse, vt maritus in *solatium viduitatis dotem* vel *dotalitium* vxori constitueret, quæ quamuis magnopere a *donatione propter nuptias* distingui debeat, ius canonicum tamen ansam dedit, vt hæc duo confunderentur, quod etiam praxin magnopere turbauit. Casus eiusmodi oblatus fuit pontifici in *c. 6 X. h. t.* vbi maritus quidam vxori tertiam partem fundi feudalis vel

vsu-

Digitized by Google

vſufructuarii *in dotem conceſſerat*, vt eo defuncto, dum viueret, ea parte frueretur? Liquet ex fine huius *dotis*, in *ſolatium viduitatis* eam fuiſſe conſtitutam, & ſic *dotalitium*, non *donationem propter nuptias*, vxori aſſignatum fuiſſe. Ratio dubitandi erat, quod fundus vel eſſet *vſufructuarius*, & mariti ius morte exſpiraſſet, vel, ſi *feudalis* fuerat, in præiudicium agnatorum maritus de eo diſponere non potuerit, vnde etiam ſuam deciſionem format pontifex, ſimul tamen hoc monitum ex *imperitia iuris Scotici*, a Romano diuerſi, addit: *Illud te nolumus ignorare, quod vxor dare dicitur dotem: vir autem vxori donationem facere propter nuptias, ſecundum legitimas ſanctiones* h. e. ius Romanum. Tacite ergo redarguit Archidiaconum Scotiæ, quod dixerit, maritum tertiam partem fundi *in dotem vxori conceſſiſſe*, in quo ipſe pontifex admodum errauit, & turpiſſimam confuſionem *dotalitii* atque *donationis propter nuptias* introduxit. Decantatus eſt locus TACITI *de mor. German. c. 18. dotem non vxor marito, ſed vxori maritus offert.* Superſunt etiam diplomata, quibus *dotalitium* vocatur *dos* a marito vxori aſſignata, exhibita ab ill. Dn. de LVDEWIG *de dote mariti.* & B. GVNDLING *de coemt. vxor. c. 2.* Quid quod *dos* eccleſiæ data etiam *dotalitium* quandoque vocata fuerit, vt apud D'ACHERIVM *tom. III. ſpicil. eccl. p. 389. edit. nouiſſ.* Denique cum more curiæ Romanæ appellationibus iuris Romani quandoque vſi fuerint fabricatores pactorum dotalium, non adeo mirandum, *donationis propter nuptias* prædicatum *dotalitio* nonnunquam tributum fuiſſe, vt in charta apud D'ACHERIVM *tom. III. ſpicil. p. 558. nou. edit.* vbi hæc formula occurrit: *Dono & concedo tibi in DONATIONE PROPTER NVPTIAS totum caſtrum de Murell, cum hominibus & feminis & cum tota iurisdictione ſua & poteſtatiuo & ſuis omnibus pertinentiis & adiacentiis, & quæ pertinere poſſunt vel debent, ita ſcilicet, quod ſi mihi ſuperuixeris, habeas & teneas illud caſtrum in tota vita tua, & omnes fructus & reditus inde exeuntes tuos proprios facias & percipias ad omnes voluntates tuas plenarie faciendas.* Palam eſt, his verbis deſignari *dotalitium*, viduæ in *ſolatium viduitatis* conceſſum, vt digne ſeſe exhibere poſſit. RICHARDVS Normannorum dux anno 1026. in charta apud D'ACHERIVM *cit. l. p. 390.* itidem *dotalitium* conſtituit, ſed hac formula: *concedo ergo tibi IVRE DOTALI &c.* & paulo poſt: *hæc omnia tibi habenda ſub nomine & lege DOTIS, ſubnixa adſtipulatione de rebus meis transfundo*, additque ſe eius *ceſſionis dotalitio* manu propria ſubſcripſiſſe. In *LL. Normann. lib. II. c. 47. §. 2.* ab ill. Dn. de LVDWIG. *tom. VII.*

quæ dos dicta fuit in ſolatium viduitatis vxori conſtituta,

imperite vero cum donatione propter nuptias confuſa,

vt ex diplomatibus oſtenditur.

reliq. editis, disponitur, inquirendum esse, *vtrum feudum in dotem habuerit vxor ratione viri sui, & vtrum requirens*, seu reuocans feudum, *propinquior heres sit illius, de cuius possessione dotalitium factum fuerit?* Hæc verba rursus ostendunt, etiam legibus Normannicis *dotis* & *dotalitii* promiscuas fuisse appellationes, quod etiam charta RICHARDI docet. Pariter *tom. IV. reliq.* ill. Dn. de LVDEWIG *p. 97.* occurrit *charta de anno 1267.* vbi occurrit venditio cum voluntate & consensu vxoris, *cui*, vt dicitur, *prædictam sortis meæ diu ante in DOTE assignaueram.* In charta *de anno 1327.* apud EVNDEM *tom. VI. reliq. p. 39. dotalitii vel donationis propter nuptias* promiscua deprehenditur appellatio. Euidentius vero eiusdem conceptus exprimitur *cit. l. p. 477. seq.* vbi *dotalitium* constituitur *iuxta omnem ritum & consuetudinem dotalitiorum in terra nostra conferendorum ad tempora vitæ suæ quiete & pacifice possidendam*, quo ipso indigitatur, dotalitiorum iura non ex iure Romano, sed ex *consuetudine* repetenda esse.

Differentia eius a donatione propter nuptias varia,

§. XLVI. Expilare hic nolò loculos aliorum, qui de *dotalitio* scripsere, vt HENELIVS, IO. GEORG. SCHERTZER aliique: paucis tantum χαρτήρια dotalitio propria indicabo, quæ differentiam *donationis propter nuptias*, Romanis vsitatæ, ostendunt, quam huc trahere solent, quatenus pactum *de lucrando* adiunctum habent. *l. 9. C. de pact. conuent.* Vi-

1) ratione finis,

delicet (I) differunt ratione finis. *Dotalitium* ex moribus Germaniæ antiquis hunc in finem vxori constituitur, vt post mortem mariti habeat, vnde se alere & digne pro conditione mariti exhibere possit. *Donationis propter nuptias* diuersus erat finis, hunc scilicet in finem a marito constituendæ, vt *securitatem* plenam ratione *dotis* vxor haberet, &, marito forte ad incitas redacto, illi incumbere posset, qua de causa *rei vindicatio* contra quemcunque possessorem eidem concessa fuit. *l. f. §. sancimus. C. de donat. propter nupt. Nov. 61. c. 1.* CARPZOV. *P. 2. C. 42. def. 1. n. 2.* STRYK. *in vs. mod. tit. de iur. dot. §. 14.*

2) Dote vxori reddita euanescit donatio, non dotalitium.

Vnde (II) dote vxori post mortem mariti restituta cessat *donatio* prædicta atque euanescit; non item *dotalitium*, quod demum se exserit post mortem mariti, & tunc demum *solatium viduitatis* esse incipit.

3) Illa demum ex pacto lucratur vxor, hoc semper.

Neque (III) illa vxoris lucro cum dote cedit, nisi *pacto* aliter prouisum fuerit speciali, *l. 9. cit.* quo casu *ex accidente* contingit, vt simul cum *dote* debeatur, quo cessante; non debetur. *Dotalitii* diuersa natura est, quod debetur *per se* & secundum suam *naturam propriam* post mortem mariti, licet

cet *pactum de lucrando ſpeciale* deficiat, cum ſufficiat, dotalitium in pactis dotalibus *in finem prædictum* conſtitutum fuiſſe, qui demum poſt mortem ſeſe exſerit. Et ſicuti (IV) illa propter *pactum ſpeciale merum lucrum* continet, indeque *donationis* appellationem accepit, ita æqualitatem cum *dote* deſiderat, ne in *donationem inter coniuges prohibitam* degeneret; *Nou. 97. c. 1. auth. æqualitas C. de pact. conu.* quod rurſus ad *dotalitium quoduis* applicari nequit, cui limites certi ſimpliciter haud ſunt præſcripti, nec *lucrum* ſimpliciter continet, ſed ex *legibus matrimonii* ſecundum iura antiqua patriæ debetur. Denique (V) quamuis donatio propter nuptias ſine *dote* concipi non poſſit, cuius in ſecuritatem conſtituitur; dotalitium tamen debetur etiam ſine *dote*, intuitu cuius nec debetur nec conſtituitur; quid quod tunc imprimis vxor eo indigeat, ſi *indotata eſt*. In compendio has differentias obſeruat SCHILTER. *ex. 36. §. 86.* &, *moribus*, ait, *noſtris primarium in contrahendo matrimonio ex parte mulieris eſt, vt ipſi certum quid ex bonis mariti deputetur, vnde ſe poſt mortem eius exhibere poſſit; id DOTEM vocant veteres, & morgengabam, ditalitium; recentiores ad æmulationem iuris Romani DONATIONEM PROPTER NVPTIAS. Nomen tolerari facile poſſet, ſed natura plane diuerſa eſt.* Conf. ill. Dn. de LVDOLFF. *de iure femin. illuſtr. ſect. II. m. 2. §. 5. in not. n. 26.*

4) Illa æqualitatem deſiderat, non hoc.

5) Illa ſine dote eſſe nequit, bene tamen dotalitium.

§. XLVII. *Dotalitii* neceſſitas eo maior apud veteres Germanos fuit, quo minores feminarum antiquarum erant opes, vt nullam adferrent marito dotem. Ergo neceſſe erat, vt a marito acciperent, vnde alimoniam & victum ſumerent, & ſtatum atque dignitatem ſuam condigne ſuſtentarent poſt mortem mariti, obſeruante B. GVNDLINGIO *de Henrico Aucup. p. 41.* Pedetentim ex *moribus Romanis dotes* receptæ ſunt, ſed tenues, vt ſuſtentationi in ſtatu viduitatis haud ſufficerent, quod adhuc hodie exempla plerarumque filiarum nobilium oſtendunt. Spe futuri *dotalitii* non neceſſarium crediderunt nobiles, filiabus pinguiſſimam dotem, more Romano, conſtituere. Auctor | vitæ ducis MAGNI TORQVATI apud LEIBNIT. *tom. III. ſcript. Brunſuic. p. 219.* etiam inter principes dotes pingues inuſitatas fuiſſe his docet verbis: Agneten gaff er dem Hertoge von Saſſen, mit einem gar groten Bruthſchatte an Gelde, ſo tho der Tidt unter den Fürſten nicht gebrücklich. Imo poſtquam magis, recepto iure Romano, in vſum tractæ ſunt dotes, non tamen reſpectum *dotalitia* ad *dotem* habuerunt, nec in eorum *com-*

Dotalitii neceſſitas apud Germanos,

nullo dotis habito reſpectu.

Digitized by Google

penſationem vel *remunerationem* indiſtincte datæ, vt quidam vulgo tradunt. En diploma ALBERTI I. imperatoris apud LEIBNITIVM *tom. I. cod. diplom. p. 40. Damus & concedimus prædictæ ſorori (regis Galliæ) dotalitium ſeu donationem propter nuptias comitatum Alſatiæ & terram de Fribourc Lauſanenſis diœceſis cum omnibus pertinentiis ſuis, quorum comitatus & terræ, qui præfato duci perpetuo & hereditario remanebunt, nobilium homagia & fidelitates ac vniuerſitatem & incolarum villarum inſignium iuramenta præſtari faciemus ſtatim poſt contractum matrimonium procuratori dictæ Blanchæ ſorori dicti regis, pro ea ſolenniter ſtipulanti, quod eidem ſorori, SI PRAEFATO DVCI FORSITAN SVPERVIVAT, tanquam fideles vaſalli & ſubditi dominæ ſuæ, QVOAD VIXERIT, obedient & intendent.* De dote nihil determinatur, ſed generalis tantum hæc ſubiicitur clauſula: *Summa vero dotis dandæ prædicto duci, in voluntate & arbitrio dicti regis Franciæ reſidebit.* Vnde palam eſt, dotalitium hoc, quod abuſiue *donationis propter nuptias* nomine deſignatum eſt, nullum habuiſſe reſpectum ad *dotem*, ſed eam regis Franciæ arbitrio relictam fuiſſe, id quod finis *dotalitii* declarat.

Dotalitium aliud eſt allodiale, aliud feudale,

§. XLVIII. Et tamen his non obſtantibus vulgo docent, dotalitia in *compenſationem* & *remunerationem dotis* conſtitui. Hunc finem MEVIVS *P. IX. dec. 52. n. 2.* donationi propter nuptias aſſignat; eundem etiam *P. I. dec. 173. n. 1.* dotalitio attribuit, quod inſignem diuerſorum iurium confuſionem arguit. Vt vero fontem huius erroris eo rectius aperiamus, ſciendum eſt, *dotalitium* viduæ conſtitui vel in *allodio* vel in *feudalibus* ex moribus Germaniæ peculiaribus. Illud magis liberum fuit, maritoque ſimul ab omni æuo integrum, etiam in *proprietate rerum* vel in certa *quantitate* pecuniæ illud conſtituere, vt infinita diplomata paſſim docent, (vid. B. GVNDLING. *de coemt. vxor. c. II. §. 19.*) oſtenduntque, hoc non habita ratione *dotis* pro lubitu & ex *affectione* peculiari erga ſponſam atque *dignitate ſponſi* determinatum fuiſſe, vt etiam *indotatæ* eius compotes fierent, nec in *compenſationem* aut *remunerationem dotis* daretur. Paululum immutata fuit ratio *dotalitii feudalis*, poſtquam in Germania obtinuit, vt etiam ex feudis ſuo modo *dotalitia* dari poſſent, id quod *feudorum oblatorum* ratio propuxit, vnde feudorum nobilium origo in Germania repetenda. Ex feudis *datis* dotalia viduæ haud debentur, quod vel *c. 6. h. t.* docet, vtpote quæ reſtrictiorem habent conditionem. Duo omnino

illud liberum eſt, non habito reſpectu dotis,

hoc reſtrictum ex natura feudorum,

d by Google

no sunt, quæ ex qualitate feudali *dotalitio* accesserunt. Primum est, quod tantum in certo *reditu* vel *vsufructu*, eoque restricto constitui possit, cum diminutio feudi quoad *proprietatem* vasallo non sit integra; interim priscum suum finem adhuc retinet, qui in *sustentatione viduæ* consistit, licet modus illud determinandi ex bonorum singulari qualitate deriuari debeat. Alterum est, quod *causa impulsiua*, quare ex *feudo* vxori constituatur & debeatur, ex *versione dotis* in vtilitatem feudi deriuanda sit, quæ si cessat, adhuc quidem ex legibus coniugii deberet vidua *dotalitium*, sed non ex *feudo*. Probata vero *illatione*, vnde vtplurimum *versio* in vtilitatem feudi colligi solet, ideo ex feudo debetur, quia inde feudo quid accessit; *finis* tamen eius *proprius* & *genuinus* nihilominus est *sustentatio viduæ*. Hoc dotalitium *feudale* ergo regulariter *dotem* præsupponit, nec absque *dote* concipi potest, quia ideo ex feudo præstatur, quod dos in vtilitatem feudi versa credatur. Interim tamen ex his duobus non vnice *dotalitii* generalis natura & essentia repetenda. *QVOD* dotalitium ex *feudo* ad onus successorum feudalium spectet, id inde est, quia dos in feudum versa; finis autem, *propter quem* illud viduæ debetur, non est *remuneratio* vel *compensatio dotis*, sed *sustentatio viduæ*, quæ duæ causæ, *impulsiua* & *finalis*, haud debent confundi. Nihilominus tamen, hac obseruatione neglecta, plures in omnia alia iuerunt, omneque *dotalitium* ex eo, quod in feudis constituitur, vnice æstimarunt, indeque induxerunt, dotalitia constitui in *compensationem* & *remunerationem dotis*, & quidem in certo rerum vsufructu, quod tamen tum omni dotalitio non competit, tum finem *dotalitii feudalis* non constituit, sed tantum ostendit, sustentationem viduæ ex feudo deberi, ideo, quod melior feudi conditio ex *dote* facta, & ita æquum sit, vt vice mutua vidua ex *feudo* alatur & sustentetur, quod hoc onus alendi viduam marito incumbat, eiusque bona adficiat. Conf. B. Dn. de LYNCKER *resp. 172. n. 4.* B. GVNDLING. *cit. l. c. II. §. 21.*

1) quod tantum in certo reditu constituatur,

2) quod ob dotem, in vtilitatem feudi versam, ex feudo debeatur,

& sic dotem semper præsupponit,

non tamen finis est dotis compensatio.

§. XLIX. Equidem hoc *dotalitium feudale* proximius accedit ad donationem propter nuptias cum pacto *de lucrando*, quod 1) semper *dotem* præsupponat, & 2) *remuneratio dotis* dicatur. Verum rursus tamen ab illo adhuc in eo differt, α) quod non intendat *securitatem dotis*, sed regulariter potius dotem absorbeat; cum *donatio propter nuptias* cum pacto *de lucrando* id operetur, vt vidua vtrumque & *dotem* & *donationem* repetere queat: β) quod nullam *æqualitatem* cum dote desideret, sed

Etiam dotalitium feudale differt a donatione propter nuptias.

Digitized by Google

ſed *moribus Germaniæ* vel in duplicatis vel quadruplicatis vſuris determinetur, vt plenius explicat MENCKENIVS *de quantit. dotalit.* quod a rationibus donationis propter nuptias abhorret: γ) quod in certo *reditu* vel *vſufructu* conſtitui debeat; quod rurſus donationis huius ratio, cui pactum de *lucrando* acceſſit, non permittit, quæ ipſam *proprietatem* rei in *donationem* aſſignatæ intendit: δ) quod donationis huius lucrum non debeatur absque *ſpeciali pacto*; dotalitii vero diuerſa ſit conditio, quod, probata dotis *illatione*, ex feudo tanquam *onus feudale*, ſeu *debitum feudo* inhærens debetur, licet non promiſſum ſit, ſi vxor dotem ex feudo repetere nolit; v. CARPZOV. *de oner. feud. decad. IV. poſ. 3.* id quod plerisque in feudis Germaniæ receptum. KOPPEN. *P. I. deciſ. qu. 29. n. 40.* ITTER. *de feudis imperii c. XVIII. §. 1.*

In pactis dotalibus non ad appellationem ſed ad rem ipſam reſpiciendum.

§. L. Cauendum ergo, ne incommoda appellatione *donationis propter nuptias*, quæ ipſum pontificem in *c. 6. X. h. t.* in deuia deduxit, decipiamur, ſi forſan hæc in *pactis dotalibus* occurrat, quin potius ipſius rei rationem habeamus, vt ſi viduæ ad *ſuſtentationem* ſuam quid relictum eſſe liqueat, magis id *dotalitium* eſſe dicamus, quam *donationem propter nuptias*. Par ratio eſt denominationis Germanicæ das Gegen-Vermächtniß, quæ non præciſe *donationem propter nuptias* in ſenſu iuris Romani deſignat, ſed tantum oſtendit, maritum vice mutua vxori ſuæ, quæ forſan dotem intulit, quid aſſignaſſe; ſed in quem finem? non præciſe in dotis ſecuritatem, verum in *alimenta* & *ſuſtentationem viduæ*, vnde eſt *dotalitium*.

De donationibus inter coniuges,

§. LI. Supereſt denique, vt de vltimo huius tituli articulo, & ſic de *donationibus inter virum & vxorem* ediſſeram, quarum doctrinam *ius canonicum* in *c. f. X. h. t.* vnice ex iure Romano repetit, & ſic eius rationes paulo altius euoluendæ, & explicandæ ſunt. Videlicet vulgatiſſimum eſt, donationes inter *virum* & *vxorem* apud Romanos prohibitas fuiſſe. Atque hæc prohibitio non demum per SEVERVM & ANTONIVM A. V. C. 959. FVLVIO AEMILIANO & NVMMIO ALBINO Coſſ. facta eſt, quin potius antiquitus iam cum ipſa reipublicæ Romanæ ſtructura inualuit, adeoque prælaudati imperatores duntaxat ſenatui auctores fuere, *vt aliquid laxaret ex iuris antiqui rigore*, ceu ait VLPIANVS *in l. 32. pr. de donat. int. vir. & vx.* & illas donationes in ſtatu ſuo relinqueret, quæ *morte donatoris*

quæ a primordio conditæ vrbis prohibitæ.

eſſent

essent confirmatæ, hoc ante donatarium decedente, nec eam reuocante *cit. l. §. 2.*

§. LII. Ad antiquiora ergo tempora ascendendum, vt *statum harum donationum* inde eruamus. Recte vero obseruat SCIPIO GENTILIS *cit. tr. l. 1. c. 3.* nullam *legem populi Romani* vel *regiam* extitisse, qua *donationes inter virum & vxorem* interdictæ fuerint. Id ipsum quoque indigitat VLPIANVS *in l. 1. de donat. inter vir. & vxor. MORIBVS apud nos receptum est, ne inter virum & vxorem donationes valerent*, cum constet, *moribus receptum* id dici a ICtis vtplurimum, quod *nulla lege scripta* sancitum, sed, vel per *interpretationem ICtorum forensem* ex *natura rei*, a legibus peculialiter formata, vel alias *tacito vsu* introductum fuit. Substitutio pupillaris *moribus introducta* dicitur in *l. 2. pr. de vulg. & pupill. substit.* quia magis *iuri scripto*, quod testamenta nomine alterius fieri non permittit, repugnat, & callidis ICtorum inuentionibus, *vsu* firmatis *forensi*, attribuenda est, vt solide demonstrat FRANCISCVS DVARENVS *ad cit. tit. More maiorum* ita comparatum esse, ait VLPIANVS in *l. 5. D. de iurisd.* vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure habet, cum in *magistratu* regulariter personæ industria sit electa, quæ *operam* alterius *vicariam* non admittit, in *magistratibus maioribus* tamen necessario admittendam, ex statu Reipublicæ & maiorum magistratuum eminentia singulari, licet *scripta lex* deficeret. Inde *more maiorum* transferri iurisdictionem in alium ait ICtus in *l. 1. §. 1. de offic. eius cui mand. est iurisd.*

Lex scripta tamen defuit,

ex solis moribus antiquis tracta prohibuit,

§. LII. Eundem in sensum accipio verba imperatoris ANTONINI in *l. 3. pr. de donat. int. vir. & vx. Maiores nostri inter virum & vxorem donationes prohibuerunt*, non quod *lege scripta* vnquam de hac re cautum, sed quod ex *moribus maiorum*, peculiarem connubiorum indolem & rationem habentium, fuerit tractum, vt donationes hæ subsistere non possent. Neque enim in *duodecim tabulis* hac de re aliquid cautum deprehenditur; multo minus, quod in *lege Solonis* de *donationibus mortis causa* cauetur, huc pertinet, vt GENTILIS apte obseruat. *Ad leges & instituta populi Romani*, quæ ante leges XII. tabul. fuerunt, hoc referendum esse IDEM censet, quod post earum promulgationem multa permanserint ex ANTIQVIS MORIBVS, quæ in XII. tabulas haud relata sunt, quo intuitu *ius vetus* dici videtur in *l. 32. §. 10. de donat. inter vir. & vxor.* Ita vero vel ex *lege regia* hoc deriuandum,

qui maioribus ab imperatoribus attribuuntur,

Digitized by Google

quam tamen defeciſſe ipſe GENTILIS indicat: vel *iuri non ſcripto*, ex peculiari *ratione* & *ſtatu* matrimoniorum antiquorum tracto, hoc tribuendum erit, in quam ſententiam procliuior ſum. Cum enim ſtatus connubiorum antiquus per *XII. tabulas* immutatus non fuerit, ſed continuatus magis, quemadmodum *ſtatus patriæ poteſtatis*; conſequens fuit, nec iura inde deducta aboleri potuiſſe. Neceſſe itaque erit, paucis *ſtatum connubiorum antiquum* euoluere, & inde interdictas inter coniuges donationes deducere. Neque enim rationes, quæ in *l. 1. 2. & 3. pr. de donat. int. vir. & vx.* occurrunt, *primæuam* atque *ſpecialem originem interdictarum donationum* demonſtrant, ſed magis ad ſtatum illius temporis, quibus VLPIANVS & SEVERVS cum ANTONINO vixerunt, referendæ, quo antiqua connubiorum indoles admodum mutata fuerat.

& quidem ex ſtatu connubiorum antiquo.

§. LIV. Tribus videlicet *modis* matrimonia apud Romanos contracta fuiſſe, notiſſimum eſt, quamuis ratio horum *trium modorum* quibusdam adhuc ſcopulis obnoxia ſit. SERVIVS in *l. 1. Georg. Virgil.* quatenus a deformatatione purgatus eſt, hos ita deſcribit: *Tribus modis apud veteres nuptiæ fiebant. VSV, ſi verbi gratia mulier anno vno cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet: FARRE, cum per pontificem maximum & dialem flaminem per fruges & molam ſalſam coniungebantur: vnde CONFARREATIO appellatur, ex quibus patrimi & matrimi naſcebantur: COEMTIONE vero atque in manus conuentione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, vt ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis iuſtum alteri faceret.* Ritus *confarreationis* mediante quodam *ſacrificio* peragebatur, a NVMA forſan, ſacrorum conditore, ſpecialim determinatus, adeoque antiquior ipſis XII. tabulis, quibus ſacra Romanorum non ſunt mutata, & ita *confarreationis* ſolennia quoque in ſuo ſtatu relicta ſunt. Ipſa ſacra harum nuptiarum paulo plenius explicant PETRVS PITHOEVS *in comm. ad tit. 16. collat. Moſaic. & Rom. leg.* & IACOBVS GVTHERIVS de *vet. iure pontificio l. IV. c. 6. p. 399.* quæ hic intacta relinquo. Paucis duntaxat obſeruo, I) ritum hunc non ſolis *patriciis* proprium, nec cæteros ciues ab eo excluſos fuiſſe, quod SERVII verba adducta, quæ *indefinite* loquuntur, etiam indicant, & optime obſeruatum eſt in GVNDLINGIAN. *tom. XXXVII. obſ. 1. §. 14.* Hoc ideo addo, vt inde liqueat, *vſum* eius *ordinarium* olim fuiſſe, quod Romani admodum ſuperſtitioni eſſent dediti, nec tam arduum negotium ſine *ſacrorum interuentu* auſpica-

Tres modi Romanis antiquitus vſitati ineundi connubis:

Vſu,

farre,

coemtione,

1) confarreationis ritus

omnibus ciuibus communis.

ri

ri fas ducerent. II) Farre vxorem in *manum mariti* conueniſſe, h. e. in potestatem eiusdem, vt *filiæ* loco eſſet, quod indicat VLPIANVS in *fragm. inſt. tit. 9. Farre conuenitur in manum certis verbis & teſtibus ſolennibus & ſolenni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* quo vxor in manum mariti conueniebat,

§. LV. Hoc modo vero fœmina, quæ vel *emancipatione* vel aliter ſui iam iuris facta erat, *capite minuebatur*, quod *alieni iuris* fieret, & *ſe capite minuere* diceretur, teſte CICERONE *in top.* Ait rurſus VLPIANVS *tit. XI. §. 13. minima capitis deminutio eſt, per quam & libertate & ciuitate ſalua, ſtatus duntaxat hominis mutatur: quod fit adoptione & in MANVM CONVENTIONE.* Qua de cauſa vxor quoque rumpebat teſtamentum antea conditum, in quo præterita erat, quia marito ſuo *agnaſcebatur* inſtar filiæ, vt IDEM *tit. 23. §. 3.* teſtatur. Etenim inter *ſuos heredes* vxor quoque reputabatur, quæ *in manu* erat, vt & *nurus, quæ in manu erat filii, quem in poteſtate habemus*, EODEM *teſte tit. XII. §. 14.* adeoque vel inſtituenda, vel exhæredanda erat. Denique ſicuti filiifamilias, ob perſonarum identitatem, *ſacrorum priuatorum* participes erant; ita pariter vxor per hanc *in manum conuentionem*, interueniente *confarreatione*, eorundem ſacrorum *domeſticorum* communicationem accipiebat. Inde adhuc ortum traxit *definitio nuptiarum* a MODESTINO quidem *in l. 1. D. de rit. nupt.* tradita, ſed ex *antiquis iuris regulis* ab eo reguſtata, quod indicat ipſa inſcriptio, docens eam depromtam fuiſſe ex *lib. I. regularum*, quo *regulas iuris vetuſti* ſine dubio congeſſit. Ait *nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, DIVINI ET HVMANI IVRIS COMMVNICATIO.* Adhuc GORDIANVS *anno 243. in l. 4. C. de crim. expil. hered.* formula antiqua vſus aſſeruit, *vxorem ſociam rei humanæ atque diuinæ domus ſuſcipi.* Quid quod PAVLVS *in l. 1. rer. amot.* indicet, *ſocietatem vitæ eam quodammodo dominum facere*, quo loquendi vſu etiam ICti, *de filiisfamilias* loquentes, vti amant. & capite minuebatur, cuius effectus varii.

§. LVI. *Coemtio*, priori ritu pedetentim ſuperaddita, idem præterea præſtabat, adeo vt SERVIVS *conuentionem in manum* & *coemtionem* potiſſimum coniungat, quod ad inſtar *mancipii* coemta eſſe videretur, adeoque *in manu mancipioque matrimonii cauſa* eſſet, vt ait GELLIVS *lib. IV. c. 3.* Mancipium enim *dominium quiritarium* etiam denotabat per *nexum* acquiſitum. BOETHIVS *in top. Cicer.* ritum huius *coemtio-* 2) Coemtionis ratio,

tionis hoc modo depingit: *matresfamilias dicebantur, quæ ducebantur per coemtionem, quæ vero vſu, minime* (de quo poſt). *Coemtio fiebat, cum ſeſe in coemendo inuicem interrogabant: Vir, an ſibi materfamilias eſſe vellet? vbi illa reſpondebat, velle. Item mulier: an vir ſibi paterfamilias eſſe vellet? ille reſpondebat, velle.* Sicuti autem vxor hoc modo *alieni iuris* fiebat, & *ſeruitutem liberalem* quodammodo ſeruiebat; ita quoque marito ſuo acquirebat, vt liberi & ſerui. Ait VLPIANVS *tit. XIX. §. 18. acquiritur autem nobis etiam per eas perſonas, quas in poteſtate* (vt liberos) *manu* (vt vxorem) *mancipioue* (vt ſeruum) *habemus.* Etenim hic erat primarius *patriæ* & *dominicæ poteſtatis* effectus, vt qui in poteſtate aliena eſſent, nihil ſibi *proprii* haberent, *peculio* duntaxat gaudentes, & quicquid acquirebant, hoc ei acquirerent, in cuius *poteſtate, manu, mancipioue* eſſent. Idem olim obſeruauit CICERO *in top. cum mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiunt dotis nomine.* Inde vero ſimul inſignem lucem accipiunt ea, quæ vulgo iuris periti de *operis vxorum*, & *quatenus per eas marito acquiratur*, congerere & obſeruare ſolent, plenius tradita a B. STRYKIO *de operis vxorum.* Neque enim a verosimili alienum eſt, plures concluſiones ex *ſtatu matrimoniorum antiquo* retentas, & in genere cuiuis connubio poſtea tributas fuiſſe per compilatores, quæ iure vetuſto matrimoniis, quibus in manum viro conueniebat vxor, propria erant. Denique AVCTOR *collat. leg. Moſaic. & Rom.* ex *lib. III. inſt. Caii* ſtatum vxoris huius hoc modo definit: *Vxor quoque, quæ in manu eius eſt, ei ſua heres eſt, quia filiæ loco eſt, item nurus, quæ in filii manu eſt; nam & hæc neptis loco eſt. Sed ita demum erit ſua hæres, ſi filius, cuius in manu erit, dum pater moritur, in poteſtate eius non ſit.*

qua itidem in poteſtatem mariti deueniebat, eique acquirebat.

Matrimonii per vſum ratio.

§. LVII. Grauior diſpectio eſt, quis *ſtatus*, quæ *conditio* fuerit matrimonii *vſu* contracti? Id euidens eſt ex verbis SERVII, tale matrimonium *ſine legibus* ratione *originis* initum fuiſſe, *ſi mulier vno anno, haud interrupto vſu, fuiſſet cum viro*, nulla *confarreatione*, nulla *coemtione* interueniente. *Vſum* hoc loco in ſenſu *iuridico* æque, vt in *vſucapione* & in doctrina *interdictorum* de *ſeruitutibus*, accipiendum eſſe, duo euincunt: α) quod *anni vſus* præciſe deſideratus fuerit, æque vt in *vſucapione* rei mobilis, qua per *vſum anni* acquirebatur dominium, ſi dominus verus *rem mobilem* interim non vindicabat: β) quod *poſſeſſio* hæc ſeu *vſus* non debuerit eſſe interruptus, quod rurſus *vſucapioni* accedit. *Interruptio* hæc *quieti vſus* vocata fuit *vſurpatio*, vt ex *tit. de vſurp.*

Digitized by Google

vſurp. & vſucap. conſtat, quæ itidem in *annuo vſu* mulieris, quæ *matrimonii cauſa* apud virum fuit, occurrere, & modum hunc connubii deſtruere poterat. Vnde GOTHOFREDVS *in quatuor fontib.* hanc *tabula VI. legum primordialium* attribuit legem: *mulieris, quæ annum matrimonii ergo apud virum remanſit, ni trinoctium ab eo vſurpandi ergo abſit, vſus eſto.* Declarat hanc ſententiam GELLIVS *lib. III. c. 2.* referens, *Quintum Mucium ICtum dicere ſolitum, lege non eſſe vſurpatam mulierem, quæ Kalendis Ianuariis apud virum cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, & ante diem quartum Kalendas Ianuarias ſequentis vſurpatum eſſet, quia integrum trinoctium non impleuerat.* Addit hanc rationem: *non enim poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe a viro vſurpandi cauſa ex XII. tabulis deberet, quoniam tertiæ noctis poſteriores ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Kalendis.* Quodſi ergo vxor, quæ ſine legibus *confarreationis* & *coemtionis* matrimonii cauſa cum marito fuerat, mariti mores haud probaret, facile *vſum annuum* interrumpere poterat, per *abſentiam integro trinoctio continuatam*, quo ipſo illi nullum ius in vxorem ex illo *annuo vſu*, vſurpatione ſubſecuta, acquiſitum erat. Forſan pedetentim hic modus magis placuit his, qui inire nuptias deſiderarunt, inprimis vero vxoribus, ne *confarreatione* vel *coemtione* nimium conſtringerentur, & diſcedendi facultatem amitterent, vt recte obſeruatum eſt in GVNDLING. *cit. l.* §. *26.* Ante omnia explorandi erant mores mariti, vtrum ita eſſent comparati, vt eius in *manum* vxor venire, & ſe ſuaque bona ei committere poſſet cum *capitis diminutione*, vnde non leue præiudicium ei naſcebatur.

per trinoctium non vſurpatum.

§. LXVIII. *Status* harum vxorum, quæ *vſu* acquirebantur, alius erat *intra annum*: alius *poſt annum* ſine vlla *vſurpatione* transactum. Intra annum ſtatum priſtinum haud mutabant, nec in manum mariti tranſibant, quod demum *poſt annum* fiebat, ſi *vſurpatione legitima* abſtinuerant. De hac duplici differentia intelligo CICERONEM *in Topic. vxorem duæ formæ: vna matrumfamilias earum, quæ in manum conuenerunt: altera earum, quæ tantummodo vxores habentur.* Illæ, quod in *familiam* mariti tranſiuerint, *matresfamilias* dictæ fuerunt notanter, ſicuti *filiafamilias* illa ipſa eſt, quæ adhuc in ſacris paternis eſt poſita; hæ vero *matronæ* appellatæ, quæ in matrimonium cum viro conuenerant, *nuda conuentione*, nulla *confarreatione*, *coemtione* vel *vſu* accedente. Neceſſe quippe erat, vt antea *matrimonii cauſa* coirent, & cohabitarent,

Status talium vxorum intra annum,

ſi maritō per *vſum annuum* plus iuris accedere debebat. Interim ergo inter ſe de matrimonio ſecundum iuris gentium ſimplicitatem meram conuenire ſolebant, vt alter alterius mores perſcrutari, & vxor conſtituere poſſet, an ipſi conſultum foret, vt in manum mariti poſt annum

quæ vocabantur matronæ,

tranſiret? GELLIVS *lib. XVIII. c. 6.* hoc ſuggerit diſcrimen, &, *matrona*, ait, *dicta eſt proprie, quæ in matrimonium cum viro conueniſſet, quoad in eo matrimonio maneret* (h. e. quamdiu nondum in manum mariti conueniret, ſtatumque eius connubii mutaret, & a marito per integrum trinoctium diſcederet) *etiam liberi nondum nati forent;* (quod non ſemper primo anno nondum finito liberi naſcerentur) *dicta eſt ita a matris nomine non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendi,*

non materfamilias,

vnde ipſum quoque matrimonium dicitur; mater autem familias appellata eſt ea ſola, quæ in mariti manu, mancipioue, aut in eius, in cuius maritus manu mancipioue eſſet, quoniam non in matrimonium tantum ſed in familiam quoque mariti & in ſui hæredis locum veniſſet.

poſtannum ſine vſurpatione finitum fiebat materfamilias,

§. LIX. Vſu annuo continuo, ſine *trinoctii integri vſurpatione*, tranſacto, vxor in manu, mancipioue mariti eſſe incipiebat, æque vt alia res mobilis *vſucapione* acquiſita. Quod *mancipatio* & *in iure ceſſio* præſtabat, idem etiam poterat efficere *annua poſſeſſio;* qua de cauſa VLPIANVS *tit. 1. §. 16.* ait, eum ex iure Quiritum emtorem ſerui non eſſe, *quamdiu neque mancipatus, neque in iure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit.* Videlicet *coemtionis* ritus matrimoniis adhibitus ſic perficiebatur, vt *libra atque æs adhiberetur, & mulier atque vir inter ſe quaſi emtionem facerent*, qua coemtione facta, *mulier in potcſtatem viri cedebat, atque ita ſuſtinebat conditionem liberæ ſeruitutis*, vt ait SERVIVS *in lib. IV. Aeneid.* Inde per *interpretationem foren-*

vſucapione quadam

ſem collegerunt ICti, idem quoque effici & præſtari poſſe in matrimonio per *annuum vſum* non interruptum, quod *mancipationis ritus* in coemtione more Romano præſtabat. Itaque eodem modo poſt *vſum annuum* in manu mancipioue mariti vxor erat, ac ſi *coemta* eſſet, quod optime obſeruauit PETRVS PITHOEVS *in comm. ad collat. leg. Moſaic. & Roman. tit. 16.* Præterea hoc confirmat CICERO *Orat. pro L. Flacco* aiens: *In manum conuenerat. Nunc audio. Sed quæro, vtrum vſu an coemtione?* Ergo inde liquet, etiam *vſu* in manum vxores conueniſſe. Addit vero, *vſu non potuit, nihil enim de tutela legitima potuit ſine omnium tutorum auctoritate diminui.* Videlicet iure antiquo mulieres erant

vel

Digitized by Google

vel in *potestate patris*, vel hac deficiente in *tutela legitima*, etiamsi iam puberes essent, teste VLPIANO *tit. XI. §. 8.* Si in hac, non aliter in manum mariti transire poterat vxor, quam consensu omnium tutorum, quod de tutela dissoluenda, & sic de negotio singulorum ageretur. *l. f. C. de autor. præst.* Fœminæ enim conueniendo in manum capite minuebantur, minima autem capitis deminutione *legitimæ tutelæ* finiebantur, teste VLPIANO *tit. XI. §. 9.* Vnde conueniens erat, vt, si in matrimonium cum marito conuenerat mulier simpliciter, non aliter *vsus annuus* marito *ius perfectum* cum præiudicio tutorum attribuere posset, quam *tutorum omnium consensu* accedente, vt in manu viri esset, quod per *vsum annuum continuumque* sibi quidem & suæ libertati, non vero iuri tutorum præiudicare valeret mulier, sicuti pactum inter alios initum aliis non præiudicat. Quemadmodum enim pater intra annum filiam reuocare poterat, ita etiam tutores legitimi, nisi in matrimonium consenserant; alioquin *vsus* censebatur *illegitimus* & *sine effectu:* hoc consensu accedente, *annuus vsus* non interruptus plus iuris marito tribuebat, quam antea per *simplicem consensum* impetrare non poterat.

§. LX. Interrupto vsu per *trinoctium continuum* statum suum non mutabat mulier: matrimonii tantum statum speratum mutabat. Hoc ex *solo consensu* perdurabat, adeoque parum distabat a *concubinatu*, obseruantibus PITHOEO & GVTHERIO *cit. ll.* quod *sine legibus* esset ducta vxor, & sic non *legitime*, quod illustrat PETR. PERRENONIVS *lib. I. animadu. c. 9.* (in *thes. iur. Roman. tom. I.*) Magis tamen præsumendum erat *matrimonium* quam *concubinatus*, si mulier illa in consuetudine viri erat, quæ per legem duci poterat, quod MODESTINVS in *l. 24. de R. N.* his indigitat verbis: *in liberæ mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptiæ intelligendæ sunt: si non corpore quæstum fecit;* cum meretrice enim legitimæ contrahi non poterant nuptiæ. Quæ cum ita sint, non adeo mirandum est, 1) eas vxores, quæ *solo consensu* sine lege ductæ erant, vocatas fuisse *iniustas.* Testis est VLPIANVS in *l. 13. §. 1. ad legem Iuliam de adult.* asserens, virum accusare posse, *siue iusta fuerit vxor, siue iniusta; hæc lex enim,* pergit, *ad omnia matrimonia pertinet*, tam quæ lege contracta, quam quæ *solo consensu* subsistebant. Alio sensu etiam *iniusta* vxor vocatur, cum qua nuptiæ esse nequeunt, quamuis vxoris animo habeatur, quam a priori distinguit VLPIANVS *cit. l. §. 3. & 4.* qualis coitus effectu iuris de-

interrumpebatur vsus per trinoctium.

Inde solo consensu vxor erat.

deſtitutus erat per §. *pen. inſt. de nuptiis*, quod ſecus erat in *vxore iniuſta* in primo ſignificatu, vt optime PERRENONIVS *cit. l. in fin.* obſeruat. Alio ſenſu rurſus tale matrimonium, quod ſolo *conſenſu* initum erat ſine legibus, *iuſtum* appellatum fuit, quod effectibus iuris in totum non eſſet deſtitutum, licet vxor in manum & familiam mariti non tranſiiſſet. Notum eſt, prætorem dare bonorum poſſeſſionem vxori ex edicto *vnde vir & vxor*, quod accipi non poterat de vxore *legibus* ducta, quæ poſtquam in *manum* viri venerat, iure ciuili vt *ſilia familias* ſuccedebat, nec auxilio prætorio indigebat. Ea vero vxor, quæ *ſolo conſenſu* ducta erat, iure ſuccedendi deſtituta erat, quam proinde, deficientibus omnibus agnatis & cognatis, prætor vocabat. Et tamen VLPIANVS in *l. 1. vnde vir & vxor* ait: *iuſtum eſſe matrimonium oportet: cæterum ſi iniuſtum fuerit matrimonium, nequaquam bonorum poſſeſſio peti poterit*, quod minus recte PERRENONIVS *cit. l.* ad illud matrimonium traxit, quod *ſolo conſenſu* contractum erat; nam hoc, licet alio ſenſu *iniuſtum* dictum fuerit, auxilium prætoris vnice deſiderabat.

Inde duplex matrimonium inualuit,

§. LXI. Inde quoque 2) palam eſt, duplex matrimonii genus Romanis approbatum fuiſſe, vnum, quod *ſolo conſenſu maritali* & honore nullo ritu confarreationis & coemtionis; alterum, quod adhibitis ſolennitatibus & ex legibus factum erat, obſeruante etiam PERRENONIO *cit. l. c. 6.* Equidem GAIVS *l. 1. tit. 4. inſt.* vtriusque generis meminiſſe videtur aiens: *legitimæ ſunt nuptiæ, ſi Romanus Romanam nuptiis interuenientibus* (ſeu nuptialibus ſacris, vel conſuetis aliis modis receptis) *vel conſenſu ducat vxorem.* Sed adhuc valde dubium eſt, vtrum verba: *vel conſenſu*, interpolata haud fuerint, poſtquam SELDENVS *lib. 2. de vxor. Hebr. c. 20. p. 155.* fide codicis ſui antiquiſſimi demonſtrauit, hæc verba expungenda eſſe: ſalim eas nuptias GAIVS vix poterat appellare *legitimas*, easque cum illis coniungere, quæ ex LEGIBVS contractæ erant. Euidentius argumentum vtriusque matrimonii generis tradit SCAEVOLA in *l. 66. de donat. int. vir. & vx.* vbi disquirit: vtrum donatio a femina ipſa nuptiarum die facta ſubſiſtat? Duas ibidem ſpecies connubii tradit: prima eſt, quæ *conſenſu* inita intelligitur, quo facto non valet donatio, licet nondum deducta nec tabulæ conſignatæ: altera ſpecies eſt, ſi virgo ex *legibus* ducenda erat, ſolenni ritu; cui vir *die nuptiarum, prius quam ad eum tranſiret, & priusquam aqua & igni acciperetur* per ſolenne ſacri-

quod declaratur ex l. 66. de donat. int. vir. & vxor.

Digitized by Google

crificium, (de quo ritu agit PLVTARCHVS in *quæſt. Roman. ab init. tom. II. p. m. 363.*) decem aureos dono obtulit, quæ donatio valebat, quod adhuc *ante nuptias* facta eſſet. Referebat ergo olim, quid actum eſſet inter deſponſatos, vtrum conuentum, vt nuptiæ *iure ciuili* ſolenniter inirentur; an vero vt *ſolo conſenſu* iure gentium? Hoc caſu matrimonium contractum intelligebatur, ſimulac de eo conſtabat, vel *palam* vel *tacite*, quod egregie illuſtrat NOODT. ad *tit. de rit. nupt. p. 486.* illo vero tunc demum, ſi, quæ *lex ciuilis* deſiderabat, acceſſiſſent, h. e. *confarreatio, coemtio, vſus.* Hoc caſu fiebat *materfamilias*, & tranſibat in familiam mariti; non illo, *honore* tamen & *dignitate* a concubina diſtincta, quæ alias in quibusdam talem vxorem, conſenſu ſolo ductam, imitabatur, quod exponit, illuſtratque MERILLIVS *lib. III. obſ. 16.* Non improbabile eſt, *vxores* eiusmodi vel ideo dictas fuiſſe *gratuitas* apud GRVTER. in *inſcript. p. 800. n. 21.*, quod coemta non eſſet, nec aqua & igni accepta; ea vero appellatione non intellectas *concubinas*, quod MERILLIVS *lib. III. obſ. 15.* exiſtimauit.

§. LXII. Quemadmodum vero Romani veteres ſub *republica libera* ſuperſtitioſe admodum inhærebant *legibus ſcriptis*, nec quicquam *legitimum* aut *probatum* cenſebant, niſi quod earum auctoritate factum fuerat; ita admodum probabile eſt, antiquitus tres illos iuris ciuilis modos; quos ex SERVIO ſupra retuli, ſollicite obſeruatos, nec ſine illis nuptias fuiſſe contractas, adeoque *ſolo* & *ſimplici conſenſu* feminam non aliter *loco vxoris* habitam fuiſſe, quam *intra annum*, ſi per *vſum*, ſine legibus, ab initio coiiſſent. Hæc tamen coniunctio, anno transacto, mox degenerasſe videtur in *legitimum matrimonium*, quo vxor in manum & poteſtatem mariti translata eſt, id quod *regulariter* factum fuiſſe probabile eſt, quod talis vxor *vſuraria*, vti vocatur, h. e. *vſura* vel *vſu* acquiſita, æquiparanda eſſet illi, quæ *conuentione* vel *confarreatione* eſſet ducta. His, quamdiu moribus viuebatur, donationes inter virum & vxorem fieri non poterant, quemadum irritæ erant inter patrem & filiam familias. *l. 25. C. de donat. int. vir. & vx. l. 1. §. 1. pro donato. l. 2. in. f. pro hered.* PAVLVS *lib. V. ſentent. tit. II. §. 3.* Nec enim quis ſibimet ipſi donare poteſt, quod tamen in effectu fieri intelligebatur, ſi pater filio familias vel vxori donabat, quod omnia patri vel marito acquirerentur. Nec filius donare poterat patri ex peculio, quod iam patris erat, *l. 9. in f. de donat.* pariter nec vxor marito, quod, teſte CICERONE, maritus omnia vxoris bona iure *dotis*

Olim tres illi modi magis in vſu erant.

Inde donationes ex hoc ſtatu locum habere non poterant,

acquisiuerat. Hæc ratio quidem cessabat in ea, quæ *vxoris loco* antiquitus intra annum, antequam *vsus* accedebat, habebatur, vel quæ *vsurpata* erat per absentiam *trinoctii*; attamen alia ratio impediebat has donationes. Aut enim *intra* aut *post annum* fiebant. Si *intra annum*, intuitu matrimonii per *vsum speratum* confirmandi fiebant, & sic sub *modo*, quo non subsecuto, forsan quod vxor discederet intra annum a marito, vel maritus moreretur, ex irritæ erant; eo vero secuto, adhuc irritæ in effectu fiebant, quod per anni *vsum* vxor in *manum mariti* veniret, & quæuis vxoris bona, & sic etiam antea donata, mariti fierent. Post *annum* si fiebat donatio, aut vsus erat interruptus, aut non. Hoc casu non valebat donatio, quod vxor iam *in manu mariti* & *materfamiliæ* facta fuisset; illo vero, si post *trinoctii integri* absentiam manebat in domo patris vel tutorum, nec ad maritum reuertebatur, matrimonium cessabat & donatio itidem irrita erat, quod *modus speratus* non esset secutus. Quodsi reuertebatur ad maritum, & cum eo vlterius consuetudinem continuabat, eodem modo donationes ea intentione eumque in finem fieri intelligebantur, vt vinculo adstrictiori pedetentim *secundum leges* etiam adhuc fieret vxor, quæ *iure gentium* tantum talis adhuc erat, adeoque in *matrimonio iniusto* viuere dicebatur. Hoc cessante fine, in irritum reuocanda erat donatio, cum interim tantum *vxoris loco* habita fuerit; eo vero secuto, vel ideo *in effectu* pro non facta habebatur, quod ab hoc tempore omnia marito, in cuius manus venerat, essent acquisita, omni proprietate matrisamilias ademta. Ita rationes antiquitus, meo iudicio, subducebant ICti, antequam libertas, *solo consensu*, & sic *iure gentium*, contrahendi matrimonium nimium extenderetur, ac vtplurimum, imo per modum *regulæ, matrimonia legitima*, tribus prædictis modis, contraherentur, vnde etiam solent *regulæ iuris* confici. His positis principiis, nulla opus erat *scripta lege*, sed *per consequentiam necessariam* ex statu peculiari matrimoniorum fluebat ius, quod *moribus* seu per *fori interpretationem* postea *receptum* dici cœpit, ne inter coniuges donationes valerent, adeo vt ne quidem *morte donantis* conualescerent, quod demum, auctoribus SEVERO & ANTONINO, correctum est *in l. 32. §. 2. de donat. int. vir. & vxor.* Eædem scilicet rationes illo casu obtinebant, quæ antea adductæ sunt. Si enim *in manum* mariti vxor peruenerat, mortuo eo, vt *filia* succedebat, & sic donatio antea facta in irritum ceciderat, æque vt in liberos olim a patre collata. *l. 2. §. 2. pro he-*

ne quidem, si per vsum contrahebatur matrimonium.

herede l. 4. pro donat. Si non peruenerat, intuitu tamen & ſub ſpe *matrimonii legitimi* & *iuſti ſubſecuturi* facta fuiſſe credebatur, & ſic heredi integrum erat, id repetere, quod ſub hoc *modo* donatum fuiſſe, intelligebatur.

§. LXIII. Hic ſtatus matrimoniorum duraſſe videtur per quingentos annos, ex quo etiam ratio petenda, quod omnis *diuortiorum* vſus vsque ad annum V. C. 523. incognitus fuerit. Hoc anno demum, POMPONIO MATHONE & PAPYRIO MASONE Coſſ. primum diuortium Romæ SP. CORVILIVS RVGA feciſſe legitur, teſtibus GELLIO *lib. II lib. XVII. c. 21. & lib. IV. c. 3.* DIONYSIO HALICARNASSEO *lib. II.* Magna vsque ad hæc tempora matrimoniorum erat religio, ac inſigne matrimoniorum robur, quod regulariter in manum conueniſſet vxor, quod etiam obſeruatum eſt in GVNDLINGIAN. *cit. l. §. 32.* adeoque diuortiorum vſus cum his conſiſtere non poterat. Hac clade nuptiis ſemel iniecta, earum vinculum nutare, quin & mores vxorum in peius ruere, & *manum* ſeu *poteſtatem maritalem* declinare, atque quouis modo præcauere incœperunt. Etenim PLAVTVS, qui teſte GELLIO *lib. 17. c. 21.* paulo poſt *bellum Punicum* in ſcena floruit, atque circa V. C. annum 570. deceſſiſſe videtur, in *milite glorioſ. act. III. Sc. 1. verſ. 92.* adeo corruptos mulierum mores iam fuiſſe ait, vt plures tædium ducendarum vxorum caperent, vel ad minimum paſſim eas domum eiicerent. Hoc difficilius fieri poterat, ſi in *manum* vxor marito conueniſſet, quæ ratio matrimoniorum eo tempore adhuc *ordinaria* erat: facilius, ſi *ſine legibus* in coniugium, *iure gentium* contrahendum, conſentirent, quæ forma inuſitatior atque rarior; verum poſt hæc tempora frequentior eſſe cœpit, imo ſub imperatoribus rarior antiquorum modorum praxis fuit. Hæc noua matrimoniorum forma laxitatem eorum admodum promouit, diuortiorumque libertatem adeo extendit, vt & mulieres contra morem priſcum a maritis diuerterent. Tempore PLAVTI hæc ingens metamorphoſis non inuaſerat matrimonia: corrupti vxorum mores deterrebant quidem maritos ab ineundis connubiis? vbi vero eadem inibant, more antiquo ea *ordinarie* contrahebant, vt vxor *in manum* conueniret. Hæc ratio impediebat eo tempore adhuc vxores, ne diuertere a maritis poſſent, quod innuit PLAVTVS *in mercat. act. IV. ſc. 6. v. 1. ſqq.* indigitatque, in genere vxoribus adhuc eo tempore ius diuertendi a maritis denegatum fuiſſe, certo indicio, vtplurimum adhuc vxorem marito in manum conueniſſe.

Inde diuortiorum vſus deerat.

Diuortia ſecuta ex matrimoniis conſenſu initis,

Digitized by Google

Aſt poſtquam noua illa matrimoniorum forma frequentior eſſe cœpit, vt paulo rarius vxores in manum conuenirent, etiam licentia diuertendi vxoribus communicata, ita vt pedetentim tres illi modi antiqui plane conſenuerint, vel ad minimum rarius in vſum deducti fuerint.

In matrimoniis, ſolo conſenſu initis, regula antiqua de donationibus fuit retenta ex nouis cauſis, imprimis ex libertate diuertendi,

§ LXIV. Hac vero mutatione in *ſtatu connubiorum* introducta, donationum inter coniuges ſtatus quoque mutari debuiſſet, quod iuris vetuſti ratio iam deficere videretur. Enimuero forenſis interpretatio, quæ *ius ciuile* dicta, ſæpe tales *regulas generales* generauit, moribusque confirmauit, a quibus, mutato licet rerum ſtatu, non facile recedi poterat. Accedebat vero in his matrimoniis, nouo more formatis approbatisque, noua ratio, quæ donationes nec in iis admittebat, quod matrimonia talia admodum lubrica, fragilia, & diſſidiis magnopere ſubiecta eſſent, vt ſæpe ad annum vix durarent, ſingulis annis noua fœdera connubialia appeterent vxores, laſciuiæ & luxuriæ admodum indulgentes, teſte SENECA *lib. III. de benefic. c. 16.* Hoc rerum ſtatu conſultius viſum fuit, ius, moribus circa *donationes inter virum & vxorem* iam receptum, potius conſeruare, & quouis modo in *vſu forenſi* defendere, quam illud impugnare. Etiam eius vſum fuiſſe in matrimoniis, *vſu* contractis, ſupra obſeruaui: ex his originem traxerant nuptiæ, *nudo conſenſu* contractæ, remiſſa conuentione in manum, adeoque praxin iuris antiqui facile etiam ad has extendere poterant. Verendum enim erat, ne alter alterum nimiis donationibus, blanditiis coniugalibus extortis, ſpoliaret, poſtea vero diuerteret; quo facto rei familiaris iacturam grauiſſimam paſſus fuiſſet donans, ſi illi reuocationem eius, quod donatum erat conſtante marito, integram non ſeruaſſent. Præterea ſi *nouum diuerſumque ius* circa donationes, ex conditione *horum coniugiorum*, receptum fuiſſet, verendum erat, ne ad *diuortia* magis aditus ampliaretur, quem præcludendum eſſe omnibus modis contendebant ſapientiores.

& moribus vxorum peſſimis.

Appetebant vxores imprimis diuitias mariti, vt haberent, vnde luxuriam ſuam alere, adulterosque paſcere poſſent. Iam tempore PLAVTI mulieres, licet adhuc in *manu* viri eſſent, ſollicitabant quotidie eos ad dandum. Hæc erat vox earum quotidiana:

- - da mihi, vir, Calendis, meam quod matrem iuuerit:
Da, qui faciat: da, qui condiat: da, quod dem quinquatribus,
Præcantatrici, conjectrici, hariolæ, atque aruſpicæ:
Flagitium eſt, ſi nihil mittetur, quo ſupercilio ſpicit!

Tum

ed by Google

Tum piatricem clementer non poteſt, quin munerem:
Iam pridem, quia nihil abſtulerit, ſuccenſet geraria.
Tum obſtetrix expoſtulauit mecum, parum miſſum ſibi.
Quid? nutrici non miſſurus quicquam, quæ vernas alit?

vid. PLAVT. *in milit. glorioſ. act. III. ſc. 1. v. 97. ſqq.* Hæc ſi audebant mulieres, in *manu* viri exiſtentes; quid non verendum erat ab his, quæ *ſui iuris* manſerunt, nec tamen *antiquis de moribus* fuerunt? *quæ omnium rerum libertatem imo licentiam deſiderarunt?* vt POTITVS CATO pronunciat apud LIVIVM *lib. 34.* Salſe paſſim perſtrinxit mores mulierum IVVENALIS, & inprimis *ſat. VI. lib. 2. v. 35.* aperte indicat, eas etiam exegiſſe *munuſcula* a viris pro concubitu. Et quis neſcit, quam impotentiſſimus mulierum ardor fuerit in *ornamenta muliebria*, in quorum comparationem ſæpe viri omne ſuum exhauriebant patrimonium. Teſtis eſt SENECA *lib. VII. de benefic. Non ſatis muliebris inſania viros ſubiecerat, niſi bina aut terna patrimonia in auribus ſingulis pependiſſent.* Idem teſtatur titulus D. *de auro argento mundo ornamentis veſte vel veſtimentis vel ſtatuis legatis.* Prolixum catalogum *de ornamentis bis* ſecundum ſeriem alphabeticam exhibet ſiſtitque TIRAQVELLVS *de LL. connub. in L. 3. gl. 1. P. 3. n. 27.* cui iungendus eſt PLAVTVS *in pœnul. act. I. ſc. 2. v. 1. ſqq.* vbi imprimis taxat mulieres ſui temporis, *quod nulla eis ornandi ſatis ſatietas ſit.* Libertate ergo diuertendi a maritis vxoribus data, faciles ad diſcidium erant, ſi a donis ſeſe temperabant mariti, quæ anhelabant in varios vſus, eosque plerumque prohibitos. Hoc metu concutiebant viros ad donandum: donis autem maritalibus inſtructæ quæuis audebant, & maritum tandem bonis exſpoliabant quibuscunque. His peſſimis moribus obuiam eundum erat per leges antiquas ſcilicet, 1) *ne inter virum & vxorem donationes valerent:* 2) *ne dotem repetere poſſet, quæ ſine cauſa probata diſcederet.* Aut ergo dona in vxorem congerere recuſabat vir, aut non. Priori caſu diuortium ex hac cauſa non amplius metuendum facile erat, quod iuſta deeſſet cauſa, & ſic ei *dotis diſpendium* immineret. Poſteriori caſu, viro ſe ad mores vxoris ſitientis accommodante, rurſus diuortii periculum ceſſabat, quod alioquin ſciret, a ſe quæuis dona per maritum repetitum iri. Sæpe nouum apperebant thorum mulieres laſciuæ, & ſic ad diuortium faciles fuiſſent, niſi metu hoc a conſilio peſſimo auocatæ fuiſſent. Nouerant Romani, donationes inter coniuges haud ceſſaturas eſſe: no-

verant, viros mulieribus auaris & quæuis appetentibus facile ſuccumbere; ſimul tamen nouerant auaritiam muliebrem, & quod nulla re magis a propoſito diuertendi deterreri poſſent, quam metu repetendarum rerum ſibi a viro donatarum, quas ægre dimittebant. Ipſæmet rarius donant, ſed munera ab aliis lubentes accipiunt. Hæc ratio effecit, vt Romani per SCtum Velleianum mulieribus *interceſſionem pro aliis*, non *donationem* interdicerent, quod ad hanc non eſſent procliues, vti quidem ad illam. *l. 4. §. 1. D. ad SC. Vellej.*

Mores maritales idem ius poſtulabant.

§. LXV. Sed etiam vxoribus conſulendum prouidendumque erat, ne effuſius in maritum donationibus ad incitas tandem redigerentur. Quamuis enim mulieres a donis in alios congerendis facile ſeſe temperabant, vt modo dixi; quoad *maritum* tamen plures rationes concurrere poterant, quibus inductæ tandem donarent, quod alioquin haud neceſſum fuerit, eis donationes haſce interdicere. Si vxor bonis abundabat, iis inhiabat non raro maritus, qui eorum gratia illam vnice duxerat. Blanditiis ſimulatis tandem eam expugnabat, vt donaret, & potiorem diuitiarum partem in eum transfunderet. Obtento fine, cauſam ad *diuortium* quærebat vir iniquus, vt nouis nuptiis nouas quoque acceſſiones ad patrimonium faceret, prior vero vxor ſpoliata rebus ſuis egere & quæſtum corpore facere coacta fuiſſet, ſi donationes inter *virum* & *vxorem* robur habuiſſent. Ne ergo donatio vxori fraudi eſſet, refrenanda atque coercenda fuit illo maxime tempore, quo vxores donare poterant. Quæ in *manu viri* erat, nihil donare poterat: quæ *ſui* manebat *iuris*, opum arbitrium retinebat. Fac iam, donationes inter virum & vxorem robur habuiſſe, vxori quid aliud imminebat, quam periculum diuortii vel egeſtatis? Si hæc marito auaro non donabat, diuortium ipſi minabatur: ſi donabat, præter *diuortium* adhuc *egeſtatis* periculum incurrebat. Vtrique malo occurrebatur per *ius antiquum*, moribus retentum, quod quidem ob aliam diuerſamque cauſam receptum erat, eius tamen vſus, introducta *diuortiorum* libertate, deſinere non poterat, vt tamen de eius rigore aliquid laxandum eſſet, quod auctoritate SEVERI & ANTONINI effectum eſt. Aequum videlicet videbatur, donationibus *morte confirmatis* robur addere, quod, exſtincto donatore, palam fieret, donationem fraudi connubio non fuiſſe.

§. LXVI.

Digitized by Google

§. LXVI. Quod egro *moribus vetuſtis* receptum erat ius circa *donationes inter virum & vxorem*, atque *interpretatione forenſi* roboratum, id *moribus* quoque ſub imperatoribus conſeruatum, ſtatu connubiorum licet admodum mutato. Hic ipſe effecit, vt de *rationibus* huius interdicti admodum ceſpitarent ſapientiores, ius antiquum circa has donationes magis ex *præſenti rerum conditione* quam *antiquo more* æſtimantes. Hunc ſi præ oculis habuiſſent, nullos de ratione *iuris antiqui* fluctus mouiſſent. Quoniam vero hic ipſe cum forma matrimoniorum recentiore, eaque frequentiore, non ſatis congruebat, admodum fluctuabant, vnde præſens *antiqui iuris* vſus defendi poſſet? Teſtis eſt PLVTARCHVS, qui circa ſeculi II. primordia iam floruit, & huius litis mentionem facit *in quæſt. Roman. tom. II. p. 265.* Quærit enim; *cur donationes inter maritum & vxorem prohibitæ ſunt?* Varias ſuppeditat rationes, quæ ſine dubio a iuris peritis eo tempore, non ſine fluctuatione, adferri ſolebant. *An*, ait, *quemadmodum Solon donationes mortis cauſa factas valere voluit, iis tantum reſciſſis, quæ neceſſitate extortæ, aut muliere perſuadente factæ eſſent: nimirum quod neceſſitas vim animo faceret, voluptas autem eidem imponeret; an*, *inquam*, *eodem modo Romanis ſuſpectæ erant coniugum donationes?* Quidam ergo arbitrabantur, donationes inter virum & vxorem a *concuſſione* vix immunes eſſe, quæ facile, *diuortiorum* libertate conceſſa, emergere poſſet, adeoque donatio *ſuſpicione concuſſionis* laborare videbatur. *Aut potius*, pergit, *quod ſignum beneuolentiæ tutiſſimum putarent eſſe donum* (*dant enim alieni & non amantes*) *ideo iſtud demerendi genus e coniugio ſuſtulerunt, vt absque mercede gratias, ac propter ſe, non alias cauſas, coniuges inuicem amarent?* Hæc ratio connubiis quibuscunque videbatur communis, ſed parum ſtringens, quod experientia doceret, inter eos, qui animorum coniunctione conglutinati eſſent, liberalitatem imprimis vſum habere. Vnde nec in hac ratione ſubſiſtit, ſed nouam in ſcenam producit: *an quia capiendis maxime corrumpuntur mulieres, vt alienos admittant viros, grauitatem iis conciliare cenſuerunt, quod ſuos nihil dantes diligerent?* Quia vero hæc duntaxat maritos a donando auocaſſet, vxores vero non ſtrinxiſſet, tandem etiam hanc nouam addit, quæ magis *ſtatum antiquum connubiorum* ſiſtit: *An hæc eſt verior ratio, quod viri & vxoris omnia debeant eſſe communia?* Hanc cæteris prætuliſſe videtur, quod indicant verba: *an hæc eſt VERIOR RATIO?* Equidem ſi ſtatum Romanorum connubiorum

Varia antiquorum iudicia circa rationes prohibitionis huius

a Plutarcho adducta,

primario ab eo collocata in bonorum communione,

biorum ſpectas, *vera communio* ceſſaſſe videtur, quod non ignorauit PLVTARCHVS. Interim priſco more, quo in *manu viri* erat, quodammodo domina rerum mariti videbatur æque vt *filia*, & ita quædam *vmbra communionis* inter coniuges eſſe, videbatur. Ad hanc alludere videtur PLVTARCHVS innuitque, ita matrimonia merito comparata eſſe debere, vt communio quædam ad imitationem iuris antiqui adeſſe videatur, quod exinde *prima donationis prohibitio* principaliter atque primordialiter ſit repetenda.

ab Hottomanno agnita,

§. LXVII. Agnouit roborauitque veritatem huius doctrinæ ex *priſco more* repetitæ, a PLVTARCHO etiam aſſertæ, HOTTOMANNVS *in diſput. iur. ciuil. de donat. omnium generе c. 5. §. 18.* (*tom. 1. oper. p. 608.*) atque hoc modo mentem ſuam prodit: *Nulla probabilior quam illa Plutarchi* ratio eſt, *vt coniuges omnia inter ſe communia ducerent: quemadmodum lex Romuli iubebat: γυναῖκα κοινωνὸν ἁπάντων εἶναι χρημάτωντε καὶ ἱερῶν: quemadmodum Dionyſius lib. 3. teſtatur: inde illud Ciceronis in Topicis: cum mulier viro in manum conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri fiant dotis nomine. Indeque inſtitutum fuit, vt ſi quid mulier e viri bonis ſubripuiſſet, in eam ſoluto matrimonio rerum amotarum formula, non autem furti actio, daretur.* Hoc exemplum denuo monſtrat, mutato licet plerorumque matrimoniorum ſtatu, plura retenta fuiſſe ex priſcis matrimoniorum formis, partim iuris antiqui veneratione, partim etiam ob retentum & conſeruatum quendam priſcorum matrimoniorum vſum. Non tamen potuit adduci SCIPIO GENTILIS, ICtus eruditionis haud vulgaris *lib. I. de donat. int. vir. & vx. c. 6.* vt in hanc iret ſententiam, quod exiſtimauerit, PLVTARCHVM veram & proprie dictam *communionem* omnium rerum connubiis adſignaſſe; in quo tamen meo iudicio fallit. Reſpexit ad veterem eorum ſtatum, quod mulier in manu viri erat, & ſic bona omnia vxoris ad eum tranſibant; e contrario vxor in communem bonorum vſum adſciſcebatur, & *quodammodo condomina* bonorum mariti erat, quo mortuo, magis *continuare* quam *acquirere* dominium bonorum, in quæ æque vt filia ſuccedebat *ipſo iure*, cenſebatur. *§. 3. I. de hered. quæ ab inteſt. defer.* Addit, non concedendum eſſe, nihil proprii mulieres, poſtquam nupſiſſent, habuiſſe vel retinere potuiſſe ex bonis: M. Catonem cum aliisque de ſeruis aliisque rebus, quæ doti non eſſent, neque ad virum tranſirent, ſcripſiſſe, easque *receptitias* appellaſſe, quod eas ſibi nominatim recepiſſent: licet vxor in manum

reprobata a Scipione Gentili,

cuius rationes recenſentur,

Digitized by Google

num viri conueniſſet, non tamen mariti & vxoris bona ita confuſa & commixta fuiſſe, vt nulla fuerit inter illa iuris diſtinctio: id inde apparere, quod antiquiſſimis etiam temporibus maritus certis caſibus dotem lucrari potuerit, veluti propter *adulterium vxoris*, & repudiata vxor vel quæ diuertiſſet, dotem ſuam a marito recuperauerit: filiamfamil. nuptam in poteſtatem mariti non tranſiiſſe, ſed in poteſtate patria remanſiſſe, neque bona ſua ita in maritum transferre potuiſſe, vt iuri parentum præiudicaret: denique ANTONINVM veteresque ICtos longe alias rationes attuliſſe, merito reſpuendas, ſi aliam cauſam eamque veram vel ſolam habuiſſent, &c. Eandem ſententiam ex SCIPIONE (ſuppreſſo quamuis eius nomine) reguſtauit, & rationes potiores eius ſuas fecit DOMINICVS AVLISIVS *in comm. ad tit de donat c. 4. p. 457.* quin plerique eius veſtigia premere ſolent.

§. LXVIII. Non deſunt tamen, quæ SCIPIONIS dubia remouere & declinare queunt. Ante omnia enim repetenda ſunt momenta ſupra adducta, quæ olim, etiam ante XII. tabulas *donationum* vſum inter coniuges non admittebant. Hæc *moribus* vulgo tribuuntur, quod *lex prohibitiua ſcripta* deficeret, ipſa autem donationum inefficacia ex *matrimoniorum priſcorum ſtatu* profluxiſſet, atque a ICtis per *forenſem interpretationem* tracta & deriuata fuiſſet. Atque id ipſum eſt, quod ait ICtus in *l. 1. D. de donat. int. vir. & vx. Moribus apud nos receptum* (& poſtea etiam retentum) *eſt, ne inter virum & vxorem donationes valerent.* Contra hæc momenta nihil faciunt SCIPIONIS argumenta, quæ ad *poſteriora tempora* quadrant, quo iam dudum idem *moribus* receptum, & quia *vſu forenſi* firmatum erat, haud paſſi ſunt ICti, ius antiquum infirmari per nouos vxorum mores, nouamque matrimoniorum formam, qua *ſolo conſenſu*, ſine *coemtione* & *confarreatione*, nec habita *vſus* ratione, hinc inde contrahi cœperunt, quæ, *diuortiorum* praxi inualeſcente, demum in morem frequentiorem deducta fuiſſe videntur. Atque ad huiusmodi matrimonia SCIPIONIS rationes quadrant. Quæ ex M. CATONE in medium adfert (ex GELLII *lib. XVII. c. 6.* ſine dubio hauſta) de his matrimoniis omnino intelligenda ſunt. Suaſit hic *legem Voconiam* teſte EODEM *lib. VII. c. 13.* quæ lata eſt a Q. VOCONIO SAXA, anno V. C. DCCXCIV. quo *libertas diuortiorum* per tria ſecula fere iam obtinuere, & duæ matrimoniorum formæ iam cognitæ erant, atque vſitatæ. Adeoque non mirandum eſt, de *receptitiis*, quæ ex ſuis bo-

& ſub examen reuocantur,

oſtenditur. que, ea pertinere ad matrimonia ſolo conſenſu initæ,

inquibus receptitiorum vſus

Digitized by Google

nis retinebat, nec ad virum transmittebat vxor, locutum fuisse CATONEM, cum in matrimoniis, *solo & simplici consensu* initis, quæuis mulier sibi *recipere* poterat, adeoque vt *magnam sibi pecuniam reciperet, quam marito sæpe mutuo dabat;* vt ait CATO, id quod a moribus priscis alienum esse censeo.

Item repetitio dotis eiusque priuatio obtinebat.

§. LXIX. Pari ratione, quæ de *receptione dotis* & eius *priuatione*, diuortio facto, addit, rursus ad tempora prisca non pertinent, sed ad ea demum, ipso fatente SCIPIONE, quibus post quingentos annos Romæ diuortia matrimoniorum antiquam integritatem infecerunt, quod *tit. de diuort.* euictum est. Neque etiam hoc liquet, diuortiis *promiscuis* locum fuisse in ea muliere, quæ in *manum viri* conueniisset, vel, si ex probabili causa ea postea in tali vxore admissa sunt, necesse fuit, per *cautiones* mulieri prospicere, teste GELLIO *lib. IV. c. 3.* atque id in diuortiis recipere, quod in emancipationibus arrogatorum impuberum iuris erat, scilicet, vt maritus sine causa vxorem domo eiiciens, illata redderet, vel maritus ea retineret, si ob *mores vxoris* discidium factum fuerat; sicuti arrogator, impubere emancipato, bona, quæ ad eum detulerat, restituere cogebatur. Ad ea tempora etiam spectat, quod matrimoniis contractis sæpe mulieres in *potestate patris* permanserint, quod illis proprium erat connubiis, quæ ex post facto *solo consensu* inita fuere, adeoque rursus inde nullum præsidium suæ sententiæ circumponere potuit aut debuit.

ICti Romani nouarationes attulerunt, matrimonia sui temporis conformes,

§. LXX. Denique etiam hoc SCIPIO addit dubium, quod longe diuersas ab his, quas tradidi, rationes expressérint ICti, & ipse imperator ANTONINVS, ex *more maiorum* prohibitione harum donationum repetentes, quæ *spuriæ* dicendæ forent, si præter eas alia *verior* atque *solidior* adfuisset ex prisco Romanorum æuo. Supra vero iam obseruaui, aliam fuisse rationem huius iuris primitus *introducendi & recipiendi;* aliam vero illud, mutato etiam matrimoniorum statu, *retinendi & conseruandi.* De his magis solliciti fuere ICti & imperatores, quæ tamen *plene & perspicue* intelligi nequeunt, quam primordiali ratione prohibitionis euoluta. Atque hæ, posteriores etiam, a *maioribus* deducuntur, in *l. 1. l. 3. pr. & l. 31. §. 7. de donat. int. vir. & vx.* non adeo incommode & inepte, quod quæ ante duo vel tria secula constanter in vsu permanserunt, vtut matrimoniorum status innouatus esset, *maiorum* moribus & *traditionibus* recte adscribi

cur a maioribus deductæ?

que-

Digitized by Google

queant. Hæ vero rationes, quæ a ICtis adferuntur, commode coniungi poſſunt, quod ad vnum eundemque ſcopum tendant, & altera alteram explicet, quorſum pertinet VLPIANI ratio *in l. 1. cit. tit.* tradita, & ex LABEONE repetita a POMPONIO *in l. 13. §. 7. eod. ne mutuo amore inuicem ſpoliarentur donationibus non temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate* abutentes. Hæc ratio tangit nouum illum matrimoniorum ſtatum, qui admodum *ſolubilis* erat, atque *fragilis*, vxores tamen manui mariti non ſubiiciebat. Facile hoc rerum ſtatu alter alterum bonis ſpoliare potuiſſet, ſi donationes, ad quas coniuges ex intimo animorum adfectu procliues ſunt, plenum robur accepiſſent, quibus factis, diuortium interuenire & donantem in egeſtatem deducere poterat, quod præcauendum erat, vt ſupra iam dixi; quin etiam, ſi ei, qui cuperet, non daretur, itidem diuortium imminebat, vt HOTTOMANNVS *cit. l.* addit. Hoc tamen impediebatur, quia facile præuidebant Romani, donationes inter coniuges haud deſituras eſſe, quarum reuocandarum metus retinebat eum, cui donatum erat, ne diuortio anſam daret. Hæc diuortiorum facilitas ingens circa *educationem liberorum* quoque producebat impedimentum, quod hoc modo e medio ſæpe tollebatur, vt PAVLVS *in l. 2. cit. tit.* adiungit: *nec eſſet eis ſtudium liberos potius educandi*, quorum educatio rectiſſime demum ſeſe habet, ſi indiuidua animorum coniunctio perſeuerat inter parentes. Expreſſius hanc rationem SEXTVS CAECILIVS *in l. 2. cit. tit.* declarat, intentionemque antiquorum Romanorum hanc fuiſſe dicit: *quia ſæpe futurum eſſet, vt diſcuterentur matrimonia, ſi non daret is, qui poſſet, atque ea ratione euenturum, vt venalia eſſent matrimonia;* quid enim, ſi vxor ab auaro marito per iurgium ſimulatum recederet, quam maritus tamen egregie diligebat? non aliter reuertebatur, quam ſi bonorum, quibus inhiabat, compos facta eſſet, quo ipſo *concordium venale* fiebat. *l. 27. de pact. dotal.* Id rurſus indicat ANTONINVS *in l. 3. pr. de donat. int. vir. & vx.* his verbis: *Majores noſtri inter virum & vxorem donationes prohibuerant, amorem honeſtum ſolis animis æſtimantes, famæ etiam coniunctorum conſulentes, ne concordia pretio conciliari videretur, neue melior in paupertatem incideret, deterior ditior fieret.* Admodum propudioſum videbatur, concordiam *donationibus* alere, quæ ſola *animorum vnione* corroboranda erat. Si concordia coniugum ſolo pretio conciliabatur, eueniebat, vt qui ceſſabat dare, cum poſſet, alterum facile ad diſcidium adduceret: ſi facilis

oſtenditur, ICtorum rationes coniungi poſſe,

& ad facilitatem diuortiorum reſpexiſſe.

ditior ad donandum erat, hic, cuius *melior* antea conditio ob copiam fortunarum erat, in paupertatem incidere, & cuius antea *deterior* conditio ob *defectum bonorum* erat, ditior fieri poterat, quod admodum luctuosum postea donanti accidisset, si, diuortio secuto, reuocatio donationum integra non fuisset; hæc vero vbi donanti reseruata est, rursus diuortia magnopere impediuit.

Laxatum aliquid fuit ex antiqui iuris rigore,

§. LXXI. His ita sese habentibus, necessario aliquid laxandum fuit ex *antiqui iuris* rigore. Olim donationes quæuis, ob statum matrimoniorum antiquum, inter coniuges plane exulabant, nec vllo modo subsistere poterant. Tam *absoluta* autem *prohibitio* cum noua matrimoniorum forma commode subsistere non poterat, adeoque pedetentim quædam *interpretatione forensi & oratione* ANTONINI ex antiquo rigore laxata sunt, paucis indicanda. Videlicet regula *antiqui iuris ciuilis*, etiam ante XII. tabulas vsitata, manst: *interdicta est inter virum & vxorem donatio, vt IPSO IVRE nihil valeat nullius(que momenti sit. l. 2. §. 10. de donat. int. vir. & vxor.* Quod *ipso iure* nullum erat, etiam secundum *ius ciuile antiquissimum* inefficax erat, quod in antecedentibus fusius explicatum est. Restricta autem est prohibitio *vsu forensi*, nouis connubiorum formis applicato, α) ad eas donationes, quæ donantis patrimonium minuunt, donatarii augent: alterum si deest, valebat negotium ex sententia orationis ANTONINI *l. 5. §. 8. l. 32. §. 9. eod.* Vnde mutuæ donationes, æqualitate constantes, subsistebant. Antiquis matrimoniis nulla conueniebat donatio, quomodocunque facta fuisset. β) Ad eas, quæ ex *donantis patrimonio* fiunt. Vxore atque marito heredibus institutis, poterat repudiatio ab alterutro fieri in fauorem alterius, donandi etiam animo; *l. 5. §. 13. eod.* secus ac iure veteri, vbi maritus totam hereditatem lucrabatur, siue vxor heres fieret, siue repudiaret. γ) Ad eas, quæ *exta ordinem* fiebant: non quæ *ex more* fieri solebant, vt *die* natali vel alio tempore; quo solennia munera mittere moris erat. *l. 31. §. 8. eod.* δ) Ad donationes *inter viuos:* m. c. donationes inter coniuges *receptæ* erant; vt dicitur *in l. 9. & 10. eod.* Olim enim vel ideo a parte *vxoris* non valebant, quod nihil haberet, vnde marito donare m. c. posset. ε) Ad donationes *ante mortem* non reuocatas. Morte confirmatæ valere cœperunt ex ANTONINI oratione, vt expresse indicat *l. 32. pr. §. 1. & 2. eod.* simulque innuit, iure anteriori nec *morte* confirmari potuisse, prout supra iam obseruaui. Ratio enim *iuris veteris* quoque locum habe-

vt valeret, ex quibus donans non fit pauperior, donatarius locupletior.

Quæ non fiebant ex patrimonio coniugum,

quæ more consueto fiebant.

quæ m. c. fiebant.

Morte confirmatæ.

Digitized by Google

habebat in ea donatione, quæ morte non reuocata, quod etiam iuris erat inter patrem & filium familias. Rationes autem in nouis connubiorum formis adduci solitæ hic exulabant, ergo æquum fuit, rigori iuris aliquid detrahere. Et tantum *de statu donationum* inter *virum & vxorem* antiquo.

§. LXXI. Progredior ad *hodiernum* earum *statum*, quem *ius Romanum* vnice non determinat, vtpote quo *in subsidium* vtimur, quatenus ad fori nostri rationes & *matrimonia præsentia* quadrat. Adeo enim ius Romanum regulariter in Germania est *subsidiarium*, vt α) ei *ius canonicum* indistincte, β) *ius Germanicum* vero *antiquum* in locis quam plurimis sit præferendum, præcipue in *matrimoniis*, quæ, prout sæpissime innui, etiam apud protestantes *iure canonico* & *patrio antiquo* reguntur, diuersamque in plurimis indolem a *connubiis Romanorum* habent. Neque enim conferri possunt cum illis, quæ quinque fere seculis ab V. C. apud Romanos obtinuere: neque cum illis, quæ *solo consensu*, rite licet declarato, inita, sed *fragilia* admodum, *fluxa*, & fere *precaria* fuere, vt quovis momento *bona gratia* dissolui, vel altero etiam inuito rescindi potuerint. Hi deperditi mores peculiares desiderabant leges, vt munimenta quædam necessaria, quibus vinculum connubiale muniendum erat, ne quouis impetu rumperetur, quorsum leges *donationibus coniugalibus* datæ pertinebant. Aliis prorsus moribus hodie viuunt coniuges in Germania, quibus matrimonium debet esse *sanctum*, *indissolubile*, *perpetuum*, omnis vitæ consortium, omniumque calamitatum indiuiduum solamen. Atque cum *ius canonicum* hanc vitam, hos mores in coniugibus postulet, videamus, an diuersum ius circa *donationes inter virum & vxorem* introduxerit.

Status harum donationum hodiernus

ex statu matrimoniorum diuerso.

quæ nobis sunt sancta & indissolubilia.

§. LXXIII. Hoc iure vero nihil noui esse introductum, quilibet obseruabit, qui vel GREGORII IX. sententiam *in c. 8. X. h. t.* intuebitur, quæ iuris Romani compendium succinctum exhibet. Ait pontifex: *donatio, quæ, constante matrimonio, inter coniuges dicitur esse facta, ex quo alter locupletior, & pauperior alter efficitur, firmitatem non habet, nisi donatio obitu confirmatur: quæ tamen penitus euanescit, si reuocetur ab eo tacite vel expresse, vel, qui donatum accepit, prius naturæ debitum persoluat.* Neque adeo mirandum est, pontificem in scitis iuris Latii substitisse. Hæc Romæ & in curia Romana perpetuum vigorem quendam conseruarunt, seculo XII. magis corroboratum, au-

Ius canonicum conspirat cum iure ciuili,

cuius ratio traditur,

Digitized by Google

dum, & per totam Italiam diſperſum, vt tempore GREGORII IX. vires ante fractas recuperauerit. Seculi illius tenebræ, quibus *iuris Romani* rationes inuolutæ erant, non permiſerunt, vt pontifex ſub examen reuocaret, vtrum connubiis, *iure canonico* nouiter efformatis, & a laxitate iuris antiqui purgatis, hæc de *donationibus interdictis* ſcita conuenirent, nec ne? ſed lex antiqua, in vſum Latii potiſſimum antiquitus ſcripta, ſine iudicio repetita & propagata eſt.

per iuramentum tamen irreuocabiles fecit donationes,

§. LXXIV. Aliquid noui tamen *ins canonicum* donationibus hiſce addidiſſe, vnde robur irreuocabile acquirere queant, omnes fere vno ore fatentur, vt mirandum ſit, GREGORIVM IX. eius in *cit. tx.* immemorem fuiſſe. *Iuramentum* intelligo, quo firmatæ plenum robur obtinent, & quidem *arg. c. 28. X. de iurei.* Cautum enim eſt ab INNOCENTIO III. qui ante GREGORIVM IX. ſedem Romanam tenuit, ne poſſent reuocari alienationes rerum dotalium a marito factæ, proprio vxoris ſacramento firmatæ, *cum in alterius præiudicium non redundet, nec obſeruatum vergat in diſpendium ſalutis æternæ.* Talis alienatio de iure Romano non eſt *ipſo iure* nulla, licet non *abſolute* prohibita fuerit, *cum volente* vxore ſubſiſtat in perpetuum. Donatio itidem *ipſo iure* nulla eſt, volente tamen vxore valet; neque enim eam reuocare cogitur. Sicuti ergo *alienatio* iureiurando vallata robur validiſſimum acquirit, ita etiam donatio *religione iurisiurandi* munita efficax redditur, omnisque reuocandi ratio excluditur, vt pluribus euincit SERAPHIN. de SERAPHINIS *de priuil. iuram. priuil. 71. n. 3. ſqq.* Plures eam nec iuramento conualidari cenſuerunt, quos laudat BENCKENDORFF *ad cit. tr. n. 1.* quorum doctrina, ad *iuris ciuilis* regulas compoſita, admitti debet; *l. 5. C. de LL.* de *iure canonico* autem affirmari nequit, vt modo declaratum eſt. Id tantum in

quo iure hodie vtimur.

quæſtione eſt, quo iure hodie vtamur, & vtrum hoc illi præualeat in Germania? quod affirmant, quotquot iurisprudentiam Germaniæ illuſtrant, vt plenius oſtendi *tom. I. tit. de iurei.* Si ergo vel maxime iuris Romani de hiſce donationibus principia ad fora Germaniæ tracta ſunt, (quod de quibusdam prouinciis negari nequit) palam tamen atque manifeſtum eſt, de nouo multum de eius obſeruantia relaxatum fuiſſe. Quia enim *iuramentum* donationum reuocationem impedit, ſemper in poteſtate donantis eſt, ita ſocio thori donare, ne vnquam irrita reddi queat liberalitas. Regulariter enim qui donat, de reuocatione ſui beneficii non cogitat, quin potius *perpetuum* & *irreuocabile*

Digitized by Google

bile ius eo tempore, quo donat, in alterum transferre intendit. Facillime ergo induci potest, vt iuramento eam firmet, ad quod eo pronior erit, quo propensior eius voluntas erga donatarium in ipsa donatione apparet.

Impedit quoque hodie renouationem diuortiorum exclusio,

§. LXXV. Accedit vero ex *iuris canonici* principiis alia ratio, quæ vtplurimum huius doctrinæ executionem & applicationem impedit. Sicuti enim *diuortiorum facilitas* vel *frequentissimus vsus* faciebat, ne, mutato licet connubiorum statu, iuris vetustissimi dogma circa donationes inter virum & vxorem aboleri posset; ita postquam, ex causis admodum grauissimis, *in iure canonico* abolita, imo vsus diuortiorum etiam inter protestantes adeo restrictus sit, vt ex pauciſſimis causis locum habere queat; quamdiu concordia inter coniuges viget, quæque regulariter in perpetuum subsistere debet, de reuocandis donationibus non cogitant coniuges, & ita, abstrahendo ab aliis etiam causis, nunc ne quidem tangendis, contingit, vt casus rarissime emergant, quibus de his reuocandis donationibus agitur. Equidem allegant, mortuo donatario ante donantem, adhuc hodie huic facultatem reuocandi superesse, quod tamen itidem rarissime euenit, quia vix vlla prouincia deprehenditur, quæ *de successione coniugum*, qua reuocatio vtplurimum impeditur, aliquid non disponat, vt mihi nunquam casus de reuocandis his donationibus oblatus fuerit, quantum quidem memoria assequi possum.

& iuris Germanici propria ratio,

§. LXXVI. Neque enim tantum ex his causis, sed etiam ex *iuris Germanici* propriis principiis, quæ prorsus aboleri non potuerunt, effectum est, vt huius doctrinæ cultura vtplurimum effectu carere debeat, quod nunc specialius docendum est. Ante omnia quædam principia, *iuri Germanico antiquo* propria, quibus res coniugum regebantur, præmittenda sunt, vt inde recte iudicare liceat, quatenus inter coniuges donationes fieri potuerint? Primum est, fuisse ex *ipsa lege* inter coniuges Germanorum quandam *bonorum communionem*, quæ altas radices egit, vt ne quidem per iuris Romani receptionem eradicari prorsus potuerit, sed eius vestigia passim adhuc superstint. Multo legum antiquarum & hodiernarum apparatu hoc probatum dedit, atque illustrauit ill. Dn. de LVDEWIG. *diss. de success. coniug. diss. 2. lit. ll. it. diss de dote & donat. propt. nupt. diss. 7. in not.* vt fere mihi hac in re otium fecerit. E re tamen erit, leges primarias Germaniæ hic repetere atque illustrare. In *iure Saxon. Prouinc. l. 1. art. 31.*

qualis est (1) communio bonorum,

hæc

hæc generalis regula præmittitur: Mann und Weib haben nicht gezweyet Guth zu ihrem Leibe. Hoc iure ergo possident bona *pro indiuiso*, in communione, quamdiu viuunt, quod innuunt verba: zu ihrem Leibe; mortuo quippe alterutro, communio per *diuisionem* tollitur, quod vel *statutariæ coniugum successiones*, vti vocantur, adhuc innuunt, quæ cum antiquitus ex communi patrimonio magis iure *diuisionis* facta fuit, ita adhuc hodie, si verba statuti ambiguitate laborant, ex *bonis vtriusque coniugis* instituenda est. Quandoque tamen continuatur, si videlicet ex eo matrimonio liberi adsunt, cum quibus in *communione* superstes, repudiatis secundis nuptiis, perseuerat, vt plenius euincit B. HARPRECHT *de vsufruct. statutar. materno.* Addit vero Saxo: Kein Weib mag auch ihres Guths nichts vergeben, ohne ihres Mannes Willen, daß er es durch Recht leiden darff, quod per alienationem bonorum vxor præiudicaret marito, iure *communionis* patrimonio vxoris vtenti, reditusque inde percipienti, quod ius ICti vocare solent *vsumfructum maritalem*, termino ex *iure Latio* petito, minus tamen commodo, quod plus sit percipere commoda ex bonis iure *communionis*, quam *seruitutis*, in sensu iuris Romani intellectæ. Denuo vero addit Saxo: Wenn ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie in sein Gewehr, und alles ihr Guth zu rechter Vormundschafft.

ex quamaritus vxoris bona pleno iure possidet,

Est ergo vxoris *tutor legitimus*, & omnia eius bona simul cum ea possidet, & quidem cum pleno *effectu*, quia vox Gewehr indigitat *possessionem cum pleno iure*, omnia commoda *ordinaria* & *extraordinaria* inde percipiendi, sicuti emtori eiusmodi possessio est præstanda, id quod ni fiat, venditor eo nomine *euictionem* præstare tenetur, quod vocant die Gewehr leisten.

quod illustratur ex iure Sueuico,

In *speculo Sueuico c. 50.* iuxta *edit.* SCHANNATTI *p. 196.* & *c. 271.* iuxta *edit.* Dn. BERGER *p. 56.* idem ius traditum est: Mann und Weib mögen nit haben kein gezwaites Guth. Similiter: ein Weib mag ihrs Guths nit geben hin an ihres Mannes Urlaub und an seinen Willn. Additur in *codice Bergeriano:* noch ein Manu an (vel ohn) seines Weibs Willen, quod & *vxoris* propter *communionem* interest,

& diuersitas a Romano iure ostenditur,

ne bona diminuantur. Equidem olim etiam *iure Romano* quædam *communio* inter coniuges vsitata fuit, vt ante declaratum est; verum ab hac, quæ inter Germanos obtinuit, longe diuersa. Iure Romano enim vxor erat in *manu mariti*, & vxoris bona ad maritum deuoluebantur, vt magis iure *proprietatis* ea possideret, solo *vsu communi* relicto vxori, cum spe succedendi, vt plenius supra traditum est. Ast *iure Germanico* vera magis *communio* inter coniuges locum habuit, ex natura

socie-

ſocietatis indiuiduæ & arctiſſimæ, quæ in connubio deprehenditur, quod Germani magis *ſimplicitatem iuris Gentium* ſecuti videantur, cum Romani ſuam communionem vel quaſi ex alio *ſubtiliori & rigidiori fundamento* traxerint. Atque hæc *communio* adhuc hodie retenta & propagata eſt ex legibus recentioribus Francorum, Thuringorum, Weſtphalorum, Saxonum, Marchicorum, aliorumque, vt plenius demonſtrat docetque ill. Dn. de LVDEWIG *cit. l.* Imo magis aucta eſt hæc communio, poſtquam diſtinctio inter bona *hereditaria* & *acquiſita* in pleriſque locis eſt abolita, & ſublata tum per *iuris Romani* receptionem, quod hanc differentiam ignorauit: tum per *pontificis bullam*, qua in fauorem piarum cauſarum imprimis huius iuris diſtinctionem damnauit & abolendam eſſe cenſuit.

cuius vſus adhuc hodie ſupereſt.

§. LXXVII. Infinita hanc communionem bonorum confirmant cooroborantque *monumenta antiqua.* Loquuntur diplomata & chartæ, donationes eccleſiis non aliter quam *communi conſenſu* & communi nomine factas fuiſſe, adeo, vt ſi *principaliter* maritus donauerit, ſimul tamen *vxoris* ſuæ mentionem fecerit, vt cum ea donaſſe videretur, licet princip[illegible]er diſpoſuerit. In *tradit. fuldenſ.* a SCHANNATTO editis *n. ſII.* occurrit charta de anno 757. hac formula: *Ego Rotharius & coniux mea, ſana mente ſanoque conſilio - - donamus* &c. Mox ſolus Rhotarius loquitur: *ſi quis vero, quod futurum eſſe non credo, ſi ego ipſe aut aliquis de heredibus meis vel proberedibus* &c. Sub *N. XX.* formula de anno 765. hæc occurit: *Nos bini Hobbertus & coniux mea Rhuada portionem noſtram tradimus* &c. & paulo poſt: *quantum nobis genitores noſtri dimiſerunt, & nos ipſi conlaborati habemus*, quæ verba argumenta *communionis* & *acquæſtus coniugalis* inferunt. Alia charta de anno 765. ſub. *N. XXV.* it. *XXXIII.* ſiſtitur ibi: *quicquid ad nos noſcitur peruenisſe. N. XXXVII.* ibi: *totum laborem noſtrum. N. XL.* ibi: *poſt noſtrum amborum diſceſſum donamus* &c. quo ipſo communio in vita denotatur. Pariter *N. XLI.* ibi: *poſt obitum noſtrum hæc omnia tradimus. N. XLII.* ibi: *poſt noſtrorum & filiorum noſtrorum diſceſſum.* item *N. LXIV. LXXXV.* Speciatim vero *N. LXXXVI.* charta occurrit de anno 788. ſub hac formula: *Ego Walaramus & coniux mea Waltrat - - hoc eſt quod donamus: in pago Wormacinſe in villa quæ dicitur Trushamersheim, quicquid Waltrat ibi videtur habere* &c. quibus verbis maritus ſimul donat, quod vxoris ante matrimonium fuerat, de qua ſola vxor, marito inuito, nihil donare

Communio hæc ex antiquis chartis illuſtratur, quæ oſtendunt, maritum eccleſiis non aliter quam cum conſenſu vxoris donaſſe.

nare poterat. Sub *N. L. LXXXVIII.* similis donatio *communi nomine* occurrit sub hac formula: *quicquid proprietatis habemus ex iure parentum & alio quocunque modo acquisitum*, it *N. XCII. XCIII. XCV. XCVII.* ibi: *quicquid proprietatis habemus. N. XCVIII. & C.* ibi: *quod mihi Altfriede, pater meus Altburinus ex iure proprietatis suæ in hereditatem reliquerat, & omne quod postea ibidem exquisitum & elaboratum habemus.* Porro *N. CI.* ibi: *quicquid simul elaboratum habemus:* hodie die Errungenschaft. *N. CXXII.* ibi: *quicquid nobis ex parentali iure hereditauerunt parentes nostri.* Conf. *N. CXXX. CLVIII.* Notanter vero *N. CLIV.* vxor sola donat, hac tamen conditione: *vt per vestram præstantiam illud maritus meus Odilmar & filius meus Gerwin habeant ad vitam illorum. N. CLXI.* ibi: *quicquid proprietatis habemus.* Conf. *N. CLXV. CLXXVII. CLXXXII. CXCVIII. CCIX. CCX. CCXII. CCXLI. CCXLII. CCLXXII. CCCIII. CCCXV.* Sed & *N. CCCLXV.* maritus principaliter quidem, nominata tamen simul vxore, donat sub hac formula: *Quicquid ibidem de alode parentum & qualibet ex causa ad me noscitur peruenisse.* Speciatim vero *N. CCCLXXVI.* de anno 824. occurrit formula: *communibus manibus tradimus*, quæ etiam repetitur *N. CCCLXXIX. CCCCVIII. CCCCL.* Præterea sub *N. CCCCLII. de anno 842.* occurrit formula: *Ego Gunthram cum coniuge mea Otbrada trado de rebus meis mihi diuinitus collatis - - quicquid moderno tempore iuste & legaliter proprietatis habeo, - - de iure meo in ius & dominationem S. Bonifacii trado;* qua formula aperte innuitur, maritum de bonis suis sine consensu vxoris nihil donare potuisse. Confer. præterea *N. CCCCLXII. CCCCLXV. CCCCLXXV. CCCCLXXVIII. CCCCXCIV. CCCCXCVI. &c.* Singularis sub *N. DCIV.* occurrit charta *de anno 1239.* vbi donat Geslarus de Hoselstain sub hac formula: *communicato consensu coniugatæ meæ Mechtildis.* Item *N. DCLVI.* ibi: *coniunctæ manu tradimus*, quæ formula etiam repetitur *N. DCLVII.* Similes formulæ etiam occurrunt apud MEICHELBECKIVM *in histor. Frising. tom. I. P. 2.* vbi *n. 29.* donat Onolfus cum coniuge sua *manu communi. N. 31.* ibi: *cum consensu coniugis meæ. N. 38.* ibi: *Ego ipse simulque cum illa tradidimus. N. 56. & 57.* ibi: *Ego Regiinhoh pariter manu communi filii mei Hertolti nec non & coniuge mea - - rem propriam & Alodem nostram - - tradimus.* Item *N. 64. 89. 95. 153.* ibi: *trado cum consensu maritii mei, nomine Anno, propriam hereditatem meam - - quod ego de propria mea hereditate cambiaui atque acquisiui. N. 175.* ibi: *hæc trado*

præ-

præſente marito meo. Conf. N. 178. 179. Sub N. 188. occurrit donatio Altmanni, *qui tradidit, quicquid in ſuam partem ei euenit hereditatis, quando cum filiis ſuis partiuit;* qualis formula etiam N. 202. occurrit. Mortua enim vxore maritus cum liberis communia bona poſſidet, donec, ſecundum leges diuiſione facta, a communione receſſerit. Conf. porro N. 189. 196. 198. 210. 265. ibi: *communibus manibus tradiderunt.* N. 428. 440. 454. ibi: *quicquid propriæ hereditatis aut acquiſitorum præſenti tempore habere viſi fuimus.* Porro N. 461. ibi: *tradiderunt communibus manibus.* N. 484. 635. 651. 675. ibi: *cum conſenſu & conniuentia vxoris meæ.* N. 676. ibi: *præſente coniuge ſua tradidit.*

§ LXXVIII. Alterum *principium iuris Canonici* concernit differentiam bonorum & quidem *immobilium*, in quibus Germani primarium ſuum conſtituerunt patrimonium, vtpote in quæ affectio hominum ſingularis cadere ſolet. B. THOMAS. *in ſelect. feud. §. 6. p. 13. ſeqq.* Diuiſerunt vero immobilia in *acquiſita* & *hereditaria.* Illa dixere, quæ præſente poſſeſſore nouiter titulo *ſingulari* acquiſita erant; quæ autem per viam *ſucceſſionis* ſeu titulo *vniuerſali* obuenerant alicui, *hereditaria* dicta ſunt. Vtriusque patrimonii, antiquitus diſtincti, paſſim fit mentio in antiquis monumentis. MARCVLFVS enim *lib. II. c. 7.* diſcrimen hoc accurate obſeruat, aiens: *Dono tibi omni corpore facultatis meæ vbicunque, vndecunque tam de HEREDITATE parentum, quam de COMPARATO vel quod PARITER LABORAVIMVS.* Conf. IDEM *lib. I. c. 33.* & *in appendice Formul.* apud BALVZ. *c. 46. p. 461.* item *c. 47. 49. 52.* &c. Apud ill. Dn. de LVDEWIG. *in MSCt. reliq. tom. II. p. 365.* occurrit formula: *poſſeſſionis noſtræ tam hereditariæ quam acquiſitæ.* Apud MEICHELBECK. *in hiſtor. Friſing. tom. I. p. 2. N. 140.* adeſt formula *tam de proprio quam de acquiſito.* & *n. 194.* ibi: *propriam hereditatem atque emticam.* it. *N. 169.* ibi: *propriæ hereditatis vel acquiſitionis quicquid habere videtur.* In *tradit. Fuldenſ.* a SCHANNATO editis *n. 36.* ſequens eſt formula: *quem genitor meus & genitrix mea mihi moriens dereliquerunt, & ego ipſe comparaui, aut de quolibet tractu, aut de comparato mihi prouenit.* Item *n. 63.* ibi: *de allodio parentum meorum vel de quolibet prædio ad me adtractu.* *N. 88.* ibi: *quicquid proprietatis habemus ex iure parentum & alio quocunque modo acquiſitum.* *N. 140.* ibi: *tam de paterno, quam de materno & aliunde exquiſito.* Item *n. 145.* vbi expreſſior formula adeſt: *quicquid mihi pater meus & mater & fratres hereditauerunt, & proprio elaboratu acquiſiui.* Ratio diuerſa horum bonorum hæc fuit,

(2) Diſtinctio inter bona hereditaria & acquiſita, quæ ex antiquis documentis illuſtratur.

fuit, quod *acquiſita* ſub libera dominorum diſpoſitione eſſent; non item *hereditaria*, quæ ſine legitimorum heredum conſenſu alienari non potuerunt, excepto *vrgentis neceſſitatis* caſu, vt tamen his *ius retractus* ſalvum eſſet. *In Iure Saxon. prouinc. lib. I. art. 34.* expreſſe diſponitur: **Ohne des Richters Urlaub mag ein Mann ſein eigen wohl vergeben mit der Erben Gunſt.** It. *in art. 52.* **Ohne der Erben Laub und ohne Gerichte mag kein Menſch ſein eigen Guth noch ſeine Leute vergeben.** Equidem in genere Saxo hoc ius aſſignat **dem eigen Guth**, quod in *ſenſu vulgari* de vtroque accipi poteſt patrimonio. Verum recte obſeruauit ill. Dn. de LVDEWIG *diſſ. de donat. c. VI. §. 5.* vocem **eigen** in ſenſu iuridico accipiendam, vt deſignet *allodium*, quod Saxo male expreſſit per appellationem **des eigen**, loco cuius potius nomen **des Erb-Guths** ſubſtituere debuiſſet, quod veteres *allodium* dixere? Quid? quod ex adductis formulis liqueat, *hereditaria* primario olim propria & *acquiſitis* oppoſita fuiſſe. Hac de cauſa in antiquis monumentis, vbi de *alienatione bonorum hereditariorum* agitur, paſſim clauſula: *cum conſenſu heredum meorum*, adiecta deprehenditur, vt *in tradit. Fuldenſ. N. 168. Ego Bleonſuind talem portionem, quæ mihi a parentibus meis in pago Iagesgerue in villa Mechitamul in proprietatem HEREDITARIO IVRE contingit, conſentientibus fratribus ac ſororibus meis, nulloque parentum meorum & affinium contradicente &c.* In *MSCt. reliq.* Dn. DE LVDEWIG *tom. II. p. 273.* diploma *de an. 1271.* habet hanc formulam: *cum conſenſu & conniuentia heredum meorum.* Et *p. 254.* in diplom. de anno 1307. ibi; *conſenſu omnium meorum heredum conſanguineorum & nepotum.* Pariter *in diplom. p. 364. conſenſu legitimorum heredum noſtrorum, & p. 365. aſſenſu filiorum meorum*, nec non *p. 462. in diplom.* de a. 1317. quo quidam donauerat proprietatem, *quæ ad ſe ex obitu propinquorum iure hereditario fuerat deuoluta*, & quidem ſub hac clauſula: *de conſenſu prædictorum heredum meorum.* Similis tenoris formulæ occurrunt *tom. I. reliq. p. 24. 35. 48. 52. 53. 109. 117. 185. &c.* In *annal. Friſingenſ.* MEICHELBECKII *tom. I. p. 2. n. 55.* adeſt hæc formula: *aſſiſtente clero vel plebe nec non & generibus meis atque cognatis conſentientibus.* Item *n. 162. cum conſenſu fratrum ſuorum.* Obſeruaui tamen, ſæpiſſime donata eſſe eccleſiis *hereditaria bona* non adiecta prædicta clauſula, quales donationes deprehendi *in tradit. Fuldenſibus* ſub *n. 47. 48. 61. 63. 79. 80. 83. 88. 110. 111. 117. 118. 119. 122. 143. 182. 244. 289.* &c. in quibus chartis ſatis euidenter *bona hereditaria* memorantur, nulla tamen facta men-

Inde in alienatione hereditariorum conſenſus heredum ſit mentio.

mentione *conſenſus & conniuentiæ heredum*, adeo vt probabile ſit, eum adhibitum non fuiſſe. Vt ergo hi ab euictione horum bonorum deterrerentur, variæ *execrationum* clauſulæ adiectæ ſunt, aliaque mala heredibus propoſita, quorum metu plerique ius ſuum derelinquere coacti ſunt.

§. LXXIX. Quæ cum ita ſint, in propatulo eſt, bona inter coniuges pro diuerſa eorum indole fuiſſe communia, *acquiſita* quidem *pleno iure; hereditaria* vero duntaxat quoad *commoda* & *emolumenta* conſtante matrimonio. Neque enim meo iudicio fas fuit vxori aut marito per nuptias ſubtrahere heredibus legitimis bona *hereditaria*, adeo vt nequidem vxori integrum eſſet, ea marito *ſine conſenſu heredum* donare, vt dicitur *lib. I. iur prouinc. Sax. art. 31.* Darum mag kein Weib ihrem Mann eine Gabe geben an ihren eigen, (de bonis hereditariis) oder an ihrer fahrenden Haabe, (quam *geradam* vocant, in quam proximæ cognatæ ius habent) daß ſie es ihren rechten Erben nicht entfremde nach ihrem Tode. Quale ius vero maritus in hæc bona conſequatur, addit ſtatim Saxo: Denn der Mann mag an ſeines Weibes Guth kein ander Gewehr gewinnen, denn als er zu dem erſten mit ihr empfing in Vormundſchaft. Accepit videlicet *poſſeſſionem bonorum* horum cum iure percipiendi reditus ex legibus *communionis*, quatenus eam natura bonorum paſſa eſt. Maritus pariter de iure veteri *dotalitium* vxori in bonis *hereditariis* non aliter aſſignare poterat, quam cum *conſenſu heredum*, vt prouiſum eſt in *Spec. Sueuico c. 68.* iuxta edit. SCHANNATTI. Es gibt ein Mann ſein eigen ſeinem Weipp woll zu Leibgedinge mit der Erben Urlaub. Specialis exceptio erat in *morgengaba* iuxta *c. 67.* quæ ex his bonis poterat dari, ane ſeiner Erben Uhrlaub. Idem ius quoque refert Saxo *lib. I. iur. prouinc. c. 21.* Man mag Frauen woll eigen geben zu ihren Leib mit der Erben Laub. Vnde rurſus liquet, id ex qualitate horum bonorum peculiari tractum fuiſſe.

Inde communionis diuerſitas demonſtratur.

Hereditaria nequidem marito donabat vxor ſine conſenſu heredum.

§. LXXX. Tertium iuris Germanici principium conſtituitur *in acquæſtu coniugali*, cuius in formulis §. 33. adductis facta eſt mentio, v. c. *quod pariter laborauimus*, item *de collaboratu noſtro*, vel *quicquid ſimul laboratum habemus*, quæ formula §. 32. adducta eſt. Atque hæc bona *communi labore acquiſita* potiſſimum & principaliter inter coniuges erant communia, quod coniuges apud Germanos ab antiquo laborum

(3) Acquæſtus coniugalis prorſus inter coniuges communis,

Digitized by Google

rum communium ſocii fuerint. Teſtis eſt TACITVS *de moribus Germ. c. 18. Ne ſe mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum caſus putet, ipſis incipientis matrimonii auſpiciis admonetur, venire ſe LABORVM periculorumque SOCIAM, idem in pace, idem in prælio paſſuram auſuramque. Hoc iuncti boues, hoc data arma denunciant.* Diverſis plane moribus viuebant vxores Romanæ, in quarum oppoſitione ſine dubio TACITVS hoc adduxit, qua de cauſa non mirandum, eos diuerſo etiam iure vſos fuiſſe. Videlicet ſicuti durante coniugio id, quod *communi opera* acquiſitum, commune eſt ſecundum principia iuris Germanici, ita neceſſe fuit, vt, ſoluto matrimonio, quoque ſuperſtes partem *de acquæſtu coniugali* ferret, non iure *ſucceſſionis*, ſed *ſocietatis*, atque *communionis*. Inde vero manifeſtum redditur, (1) hanc *acquæſtuum* communionem non ex *conuentione quadam*, vt cenſet LAVTERBACHIVS *de ſociet. bonor. coniug. c. II. §. 1.* ſed potius *ex ſtatu ipſo coniugii*, ſecundum *mores Germanorum* conſiderati, fluxiſſe, eique intime adhæſiſſe, adeoque *ſtatuta*, quæ adhuc idem diſponunt, vt ſpeciatim ſtatutum Hamburgenſe *P. 4. tit. 5. §.* und dann, cum pluribus aliis vicinis, adhuc veſtigia *iuris priſci Germanici* aperte docere, nec temere ex *iure Romano*, ſed ex *propriis fontibus* explicanda eſſe. (2) Illud quoque certum eſt, non demum ante aliquot ſecula, vt ait IDEM *cit. l. c. II. §. 7.* ſed ab omni æuo, quo Germanorum notitia inualuit, hanc *communionem* obtinuiſſe, & *ſtatutis* demum repetitam eſſe. (3) Regulariter huc referri debent, quæ *conſtante matrimonio* acquiſita ſunt, modo vtrique conueniant: ſeudum conſtante matrimonio acquiſitum a marito vel ideo quoad *ſubſtantiam* non ſit commune, quod ſolo marito eiusque heredibus maſculis datum ſit; cetera ordinarie communia ſunt, quod pluribus LAVTERBACH *c. IV. cit. l.* explicat. Conf. B. de LYNCKER. *de acquæſt. coniugali.* ABRAHAMVS à WESEL *de connubiali bonorum ſocietate.* B. HARPRECHT. *de vſufructu ſtatut. materno*, in quo imprimis infinita *communionis priſtinæ* veſtigia occurrunt, quæ non ſtatutis nouioribus debentur, ſed *ſtatui matrimoniorum* peculiari, quo Germani a Romanis magnopere erant diſtincti.

Communionis inter Germanos coniuges ratio

§. LXXXI. Erant itaque, vt hæc tria capita contraham, apud Germanos olim omnia bona *communia* durante coniugio, *hereditariis* duntaxat exceptis, quæ quidem *in communi* habebantur *vſu*, citra præiudicium tamen proximorum conſanguineorum, quibus ius ſuc-

ce-

cedendi in illa eripi non potuit. Huc collineat ICtus Belga IO. CATSIVS *p. 2. emblem. 22.* aiens: *maiorum noſtrorum æuo cum adhuc exſtarent veteres veſtigia recti, vna erat ac ſimplex fere matrimonii ineundi ratio, vt iuxta cum nuptiis omnium bonorum ſocietas inter coniuges videretur contracta.* Idem quoque obſeruat WESELIVS *de connubiali bonor. ſociet. tr. 1. n. 17.* docetque ex hoc fonte communi adhuc hodie in Belgio ſupereſſe *bonorum communionem* multisque aliis in locis. Quæ cum ita ſint, facile iudicari poteſt, an & quatenus inter coniuges donationes fieri potuerint? Etenim 1) expeditum eſt ex antea dictis, donationes *rerum hereditariarum* fieri non potuiſſe, non quidem ex rationibus *iuris Romani* ſed ex propriis cauſis, quod perſpicuo traditur in *iure prouinc. Sueuic. c. 88.* ex edit. SCHANNATTI vel *c. 272. p. 57. iuxta edit. Bergerianam.* Ein Weib mag ihrem Mann kein Erbe geben, das ſie dennoch nicht geerbet hat, und das ſie noch wartet zu erben; alſo mag auch der Mann ſeinem Weibe noch niemand dem andern kein Erbe geben, das er dennoch nicht geerbet hat. Verba hæc duntaxat videntur excludere *bona hereditaria futura*, quorum ſucceſſionem ſperat coniux; ſed non alia ratio huius diſpoſitionis eſt, quam quod *hereditaria* ſiue *præſentia* ſiue *futura* ab omni donatione exemta ſint, nec legitimis heredibus interuerti queant, adeoque etiam ad *præſentia hereditaria* hæc verba applicari poſſunt, quod ex *iure Saxon. prou. lib. 1. art. 31.* iam antea explicaui atque illuſtraui. (2) Pari ratione vxori integrum non fuit, de *bonis geradicis* aliquid marito donare, quæ iure antiquo ad *proximas agnatas* deuoluta ſunt. Vtrumque conjungit Saxo *cit. l.* Darum mag kein Weib ihrem Mann eine Gab geben an ihren eigen (de bonis hereditariis) oder an ihrer fahrenden Haab, (quæ mobilia olim poſſedit mulier, *geradica* erant) daß ſie es ihren rechten Erben nicht entfremde nach ihrem Tode. Ruiſus hæc prohibitio debetur *iuri Germanico*, quod vel inde liquet, quia tantum hæ donationes ſunt prohibitæ, nulliusque valoris, inuitis legitimis heredibus. Ergo conſentientibus iis permiſſum eſt vxori, & res *hereditarias & vtenſiles* marito donare, quod a contrario ſenſu colligitur. Neque enim iure Germanico donatio *abſolute* prohibita fuit inter coniuges ex ratione *matrimonii*, vti penes Romanos moris erat, ſed ex *qualitate bonorum*, quæ in præiudicium eorum, quibus ex *lege Germanica* debebantur, non in alium quemcunque, & ſic nec in maritum, nec ab hoc in vxorem, transferri poterant. (3) Quæ

rerum hereditariarum donatio non habebat locum inter coniuges,

nec vxor geradam donare poterat,

niſi conſenſerint legitimi heredes.

acquiſita donari potuere,

Quæ ante matrimonium titulo ſingularirer ab alterutro, vel etiam cónſtante coniugio *communi labore* vel *opera* accquiſita erant, communicabantur inter coniuges, & *pro indiuiſo* communia erant, vt alter ſine alterius conſenſu eadem per donationem minuere non potuerit. Volente & conſentiente altero valida erat harum rerum donatio in quemcunque, quod ex variis diplomatum formulis iam ſupra illuſtraui, quia in tali donatione duntaxat *præiudicium coniugis* aderat, cui integrum

modo ſanus eſſet dans,

fuit, iuri ſuo renunciare. Neceſſe tamen erat, α) vt donator ſanus eſſet corpore & animo, vt periculum bonæ valetudinis facere poſſet, quod pluribus illuſtrat ill. Dn. de LVDEWIG de *donat. diſſ. III. c. 6.*

& auctoritas iudicisaccederet.

β) vt in immobilium donatione *auctoritas iudicis* accederet per *iur. prouinc. Saxon. lib. I. art. 8. 52.* Equidem his euidenter contradicere videtur Saxo *lib. I. art. 52.* his verbis: **Wer in Kranckheit auch ſein Haab und Guth vergiebet oder verſetzet zu der Zeit, als er es nicht thun mag, das Weib und das Jmgeſind ſoll niemand darum beſchuldigen, ſintemahl ſie des Mannes Gab doch nicht wiederſprechen möchten, ſie wären recht oder unrecht.** Sed res ſalua eſt; id tantum quæritur, an regreſſus ſit contra vxorem vel familiam mariti iniuſte donantis ideo, quod donationem non impediuerint, ſi forſan res a donatario recuperari non poſſit? Hoc negat Saxo, adeoque loquitur de donatione *de facto* a marito facta, quam vxor *ſua contradictione* impedire non potuit; non quod marito ius fuerit, etiam *inuita vxore* donandi, ſed quod ſi illam impedire non potuit, conueniri ab his, quorum intereſt, non poſſit. Quæ *inter viuos* maritus alienat, ea non ſunt periculo vxoris, ſed de iis tantum tenetur, quæ *poſt mortem* ſuperſunt, vt ſtatim additur: **das Weib antwortet für kein Guth des Mannes, dann für das, das zu der Zeit ihres Mannes Todt unter ihr erſtorben iſt.**

Valide coniux donat coniugi de acquiſitis,

§. LXXXII. Sicuti ergo de his *acquiſitis* aliquid donare potuit aliis, præſuppoſitis præſupponendis, ita nulla ratio iuris obſtat, quo minus de iis etiam coniux coniugi valide donare potuerit. Equidem SCHILTERVS *ex. 36. §. 101.* contra hanc ſententiam adducit textum *iur. Sax. prou. l. I. art. 31.* qui tamen de *auitis* & *geradicis bonis* tantum agit, in quibus ius eſt cognatis quæſitum, & quorum conſenſus in alienationem deſideratur, quod tamen non poteſt trahi ad *acquiſita*. Id diſerte Saxo *cit. l. art. 52.* de *mobilibus* prædicat: **Alle fahrende Haab gibt der Mann woll ohne Laub der Erben in allen Städten und an allen**

allen Orten. Idem dicendum de *acquiſitis immobilibus*, in quibus conſanguineis nullum ius quæſitum. Si ergo aliis donare hæc potuit, cur non etiam vxori? Sane *ſtatus connubialis*, vti apud Romanos his donationibus non obſtabat, nec ratio aderat, cur ex *metu diuortii* donari haud potuerit; neque *communio* impediebat donationem, cum etiam res *pro indiuiſo* communi ſocio donari queat, maxime liberis non extantibus. In eo caſu frequens apud Germanos coniuges erant *donationes reciprocæ* vniuerſorum bonorum, de quibus diſponere poterant, vt docent FORMVLAE MARCVLFI *lib. I. c. 12.* apud BALVZ. *tom. II. capitul. p. 381. ſeq.* vbi additur hæc ratio: *pro eo, quod filiorum procreationem inter ſe minime habere videntur.* Videlicet quia teſtamentorum vſus deficiebat, mutuæ donationes de omnibus bonis fiebant, quibus reuera *ſucceſſio pactitia* inducebatur. Similes formulæ occurrunt *lib. 2. c. 7. 8.* imo etiam de rebus particularibus ex SIRMONDI collectione apud EVNDEM. *cit. l. p. 477. ſeq.* quæ tamen iam aliquid ex principiis iuris Romani ex imperitia concipientis ſapiunt. maxime non extantibus liberis.

§. LXXXIII. Conuenire ergo *ius Germanicum* cum *Romano* videtur, ſi *externum colorem* tantum intuemur. Reuera autem magnopere differt, vt hactenus indigitatum fuit. Quocirca paucis adhuc inquirendum, quo iure hodie vtamur in prouinciis Germaniæ, *Romano* an *veteri patrio*? Illi grauiſſimum pondus conciliauit ius *canonicum*, quod exacte *iuris Romani* ſententiam reguſtauit, prout §. *LXXIII.* obſeruaui, vnico tantum modo ſuperaddito, quo donationes hæ corroborari queunt. Quis autem neſcit, quam altas *ius pontificium* radices egerit in foris Germaniæ, imprimis in *materiis matrimonialibus*, adeo vt cladem inſignem *iuri patrio* non tantum intulerit, ſed etiam ipſum *ius Romanum* ſimul in praxin deduxerit, adeo vt in quibus iuris articulis vtrumque ius conſpirat, concordatque, magnam in foris noſtris habere ſoleat auctoritatem. Non ergo mirandum, quod SCIPIO GENTILIS *lib. I. de donat. int. vir. & vxor. c. I. circa finem* aſſeruerit, donationes has interdictas *palam iure CIVILI & PONTIFICIO, totiusque*, (addens) *vt exiſtimo, Europæ conſuetudine*; quod dogma etiam ſuum fecit LAMBERTVS GORIS *tr. I. aduerſ. c. VIII. n. 6.* & ex praxi Belgica illuſtrauit VOETIVS *ad tit. donat. int. vir. & vx. §. 18.* Quo iure hodie vtamur? Rationes pro Romani vſu. Conſenſus ICtorum.

Rationes potiores pro Germanico

§. LXXXIV. Verum enim vero nec *Romana* nec *canonica* scita id efficere potuerunt, vt *iuris Germanici* principia in totum abolerentur. Hoc inter coniuges, *qua tales*, seu ex *eorum statu* non prohibuit donationes, vti quidem *ius Romanum*, sed impedimenta, quæ his donationibus posuit, magis ex *qualitate bonorum* deriuauit, vt antea obseruaui.

exemplo morgengabæ.

Proinde 1) nec *morgengabas*, in iure Germanico fundatas, euertere potuit ius Romanum; quæ nihil nisi donatio mariti in vxorem post *primum concubitum* sunt. Audiamus Saxonem *lib. I. art. 20.* Nun vernemt, was ein jeglich Mann von Ritters Ahrt mög seinem Weib zur Morgengab geben, des Morgens als er mit ihr zu Tische gehet, vor Essens ohne der Erben Laub. Si hoc donum secundum regulas iuris Romani esset æstimandum, inualidum censendum foret, cum ne quidem ipsa nuptiarum die, matrimonio contracto, donatio valide fieri posset, vti supra *ex l. 66. de donat. inter vir. & vxor.* obseruaui. Pariter in *speculo c. 67. ex edit.* SCHANNATTI iuris antea relati *de morgengabæ* sententia repetitur, cuius iura specialius non euoluam, ab aliis iam satis euoluta. Id tantum inde concludo, *matutinale* hoc *donum*, quod hodie adhuc superest, optimum præbere argumentum, donationes inter coniuges nec hodie absolute esse prohibitas, idque ex sententia *iuris Germanici*. Neque audiendum esse censeo, qui donum hoc hodie deberi ex *præcedente pacto*, ante nuptias iniri solito, obiecerit; neque enim tale pactum *absolute* necessarium est; sed maioris tantum securitatis gratia de hoc dono sponsa cum sponso pacisci solet. Sed quid si id non fecerit: si maritus vxori nouellæ, altero die nuptiarum, matrimonio per consensionem thalami iam consummato, sponte tale donum obtulerit, beneuolentiæ coniugalis testandæ gratia? an id reuocare postea posset coortis forte inimicitiis? De *iure Romano* id sine dubio ei integrum foret: non *de iure hodierno*, vt irrisione dignus foret cum SICHARDO, qui iuris peregrini doctrinam hic applicaret. Audiamus ipsius SICHARDI *ad rubr. C. de donat. ante nupt. n. 12.* confessionem satis ingenuam, sed imperitiam simul? *Quamuis hodie illa donatio habeatur pro valde valida, propter errorem iuris; tamen ego puto, non tenere propter rationem, quæ traditur communiter in tit. de donat. inter virum & vxorem. Certum enim est, quod illa donatio fit iam constante matrimonio post copulam. Ita si solueretur morte vxoris vel diuortio, crederem esse inualidam: ita consului, sed fui irrisus.* Merito suo derisus fuit SICHARDVS, quia in ipsa Ger-

Digitized by Google

Germania iura docens demonſtrauit, ſe iurium patriorum prorſus imperitum, & imperitia iuris peregrini tantum tinctum fuiſſe, quod Romani quoque in ICtis improbarunt, *turpe eſſe*, aſſerentes, *cauſas oranti* & multo magis profeſſori, *ius, in quo verſaretur, ignorare. l. 2. §. 43. D. de orig. iur.*

§. LXXXV. Caue vero (2) exiſtimes, hoc vnicum forſan *iuris Germanici* veſtigium ex ruinis *patriorum morum* ſupereſſe, in ceteris vero *ius Romanum* vnice attendendum. Nam quamuis negare nequeam, ius Romanum, obſtetricante *iure canonico*, paſſim ius antiquum patrium conculcaſſe; eius tamen vſum plurimæ prouinciæ adhuc conſeruarunt, vti demonſtratum eſt *in vſu modern.* STRYKIANO *ad tit. de donat. inter vir. & vxor. §. 3 ſeqq.* & ab ill. Dn. de LVDEWIG *de differ. iur. in SCto Vellei. p. 61. ſeqq.* Iure *Boruſſico* & *Lubecenſi* coniuges, nullis extantibus liberis, ſimimet inuicem donare poſſe, *in vſu modern. cit. l.* euictum eſt, quod iuri veteri, vt *formulæ* MARCVLFI docent, debetur, non Romano; quamuis enim hoc quoque *reciprocæ donationes* validæ iudicentur, id tamen non aliter intelligendum, quam quatenus *æquales* ſunt, *l. 7. §. 2. de donat. int. vir. & vxor.* quod tamen *iure veteri Germanico* ex plena donandi libertate non deſideratur. Quod vero, liberis exſtantibus, talis donatio permiſſa haud fuerit, id *liberorum* gratia factum, ne iis bona debita interuerterentur, quia magis *iure Germanico* debentur liberis, quam *iure Romano.* Iuxta *ius Hamburg. P. III. tit. I. art. 4. de bonis acquiſitis* vxor donare poteſt marito *ſecundum quid:* Die Erben mögen ihr auch nicht wegern, zeitliche Gaben, doch nicht über den dritten Theil, ihrem Mann zu thun von ſolchen wollgewonnenen Güthern; wolte ſie aber ihr gantzes Antheil ihrem Mann die Zeit ſeines Lebens zu gebrauchen geben, ſoll er gnugſahme Verſicherung thun, ſolche Güther nach ſeinem Tode den rechten Erben unverringert wieder zuſtellen zu laſſen. Noui, quæ hic obiicere ſoleant amatores iuris peregrini: hæc & plura alia eſſe *iura particularia*, quæ quælibet ciuitas ſibi pro lubitu conſtituere poteſt: inde non euerti & eneruari *iuris Romani* vſum: *ius Germanicum* iam dudum ſepultum eſſe, fruſtraneosque eſſe eorum conatus, qui iura antiquata reſuſcitare amant: in his non viuendum nec operam iis impendendam: regulæ potius ſtandum, quam *ius Romanum* tradit, inculcat, præſcribit, & quæ ſunt alia obiurgationum vulgarium momenta.

Superſunt præterea plura iuris priſci veſtigia, in plurimis Germaniæ prouinciis, non iure quodam nouo demum introducto.

Digitized by Google

His vero & similibus obiectionibus non moueor, persuasissimum habens, horum iurium, a moribus Romanis recedentium, *fontem* esse *vniuersalem*, pedetentim tantum in quibusdam immutatum, & ex *iure antiquo Germanico* deriuandum, quo ipso ostenditur, falsum esse, ius hoc in totum extinctum esse, imo falsum, hoc ius esse recentius aliquod quarundam ciuitatum inuentum, pro lubitu contra *ius Romanum* introductum. Vnde enim adhuc hodie communio vniuersalis in tot prouinciis superest? vnde *aequestuum coniugalium* communis acquisitio deriuanda est, nisi ex antiquo iure, quod vel ex TACITI temporibus repeti potest?

Vsus Saxoniæ

§. LXXXVI. Adhuc hodie quoque in *Saxonia* permissæ sunt donationes inter coniuges, si a parte vxoris, assistente curatore, quem ad hunc actum sibi constitui fecit, donatio facta, auctore quoque iudice. CARPZOV. *P. 2. C. 13. def. 26.* Eodem iure & hereditaria bona sine *heredum* consensu donari non possunt, quod iure nouo restrictum est ad *liberorum consensum* per *const. elect. 12. part. II.* Vnde iusta dubitandi causa nascitur; vtrum maritus vxori donare possit *hereditaria* sine liberorum consensu? Iure veteri sane id non licuit per *art. 31. lib. 1. iur. Saxon. prouinc.* quamuis pedetentim ab hoc in quibusdam recesserit ius recentius. Præterea vero iure *Austriaco*, *Tirolensi*, *Boico*, *Marchico*, *Franconico*, *Francofurtensi* aliisque valent donationes huiusmodi, maxime deficientibus liberis, vt distincte ostendit ill. Dn. de LVDEWIG *cit. l.* quod aliis locorum statutis quoque firmatum dedit HENRICVS GISEBERT. *in pericul. statutor. art. 37. n. 181.* Quod vero, *extantibus liberis*, donationes sint interdictæ, id non est ex *iure Romano*, sed rursus ex ratione propria domestica, vnice fauorem liberorum respiciente, quibus spem succedendi plurimi Germaniæ populi imminuere noluerunt, vt ostendunt *formulæ Marculfianæ* antiquissimæ. His addo *iuris Norici* dispositionem, quæ *P. II. reformat. tit. 25. leg. 7.* hoc modo donationes permittit: So ein Ehegenoß dem andern in seinem Leben in Zeit bescheidentlich aus freyer Willkühr schenckete, und unbezwungen würcklich übergebe und einantwortet, alßdann ist dieselbige Gab oder Schenckung kräftig. Excipiuntur tantum donationes *immodicæ*; quæ vero tales sint, iudicis arbitrio æstimandum est: Welche Gab oder Schenckung für beschaiden oder unbeschaiden zu halten, soll nach Vermügen des Hingebers zu Erkäntnis des Gerichts stehen. In casu *secundarum nuptiarum* restricta est do-

& aliorum locorum

Digitized by Google

donatio per *leg. 8.* vt in ſecundum coniugem plus per donationem conferri nequeat, denn als viel einem Kinde aus erſter Ehe oder den Enckelin, die an ſtatt ihrer Väter und Mütter für eine Perſon zu rechnen, werden mag. De *iure prouinciali Würtembergico* idem dicendum eſſe arbitror, poſtquam animaduerti, illud quoad *acquæſtum coniugalem* cum vicinis locorum iuribus conſpirare, & ſe ad mores antiquos Germaniæ conformare, imprimis quoad coniuges. Optime *de ſtatu connubiorum hodierno* ediſſerit, iudicatque B. Dn. de LYNCKER, *diſſ. de acquæſt. coniug. §. 12. in f.* &, *Hodie*, ait, *propter communia lucra ſunt prorſus aliter vxores in domo mariti conſtitutæ, ex conſuetudine patria, ex ordinationibus & ſtatutis: non propter ſolam prolem, ſiue generationem liberorum, ſed mutuum quoque auxilium in acquiſitione coniugali. Romani ſolum reſtituebant dotem, ad onera ſuſtinendi matrimonii conceſſum; Germani præter dotem ex matrimonio quæſtum vxori tribuunt, propter communia onera & commoda.* Imo in hoc quoque ſeſe conformat *ius prouinciale Würtembergenſe* ad *antiqui iuris* rationes, quod ſuperſtes coniux, abiectis ſecundis nuptiis, cum liberis ex coniugio ſuſceptis *bonis communibus* fruatur, vt plenius oſtendit B. HARPRECHT *in tr. de vſufruct. ſtatut. materno p. 17.* quod ius non aliunde quam ex *communione*, in quam mortuo coniuge cum liberis incidit, repetendum. Donationem vero tunc demum validam eſſe arbitror, ſi matrimonium eſt improle, prout vicini quoque iura diſponunt: quod ſi enim, donatione facta, liberi demum naſcantur, donatio quæuis, etiam in extraneum, irritatur, ſi vel maxime iuri reuocandi eam fuerit renunciatum, quod hæc renunciatio in præiudicium liberorum vergat; quibus illa fraudi eſſe nequit. vid. BESOLD. *in diſſ. ad p. 2. iuris prouinc. Wurtemberg. n. 131.* Vel hoc ipſum oſtendit, id non petendum eſſe ex *l. 8. C. de reuoc. donat.* vtpote cui renunciatio derogat, ſed ex limpidiſſimo *iuris Germanici* fonte, quod talem renunciationem, in præiudicium *liberorum* tendentem, non admittit.

De iure Würtembergenſi ſpeciatim hoc oſtenditur.

Digitized by Google

TIT. XXI.

DE

SECVNDIS NVPTIIS.

§. I.

Secundarum nuptiarum iura per totum ius canonicum sese diffundunt.

Tandem amplissimam hanc doctrinam de *matrimonio*, quæ totum *lib. IV.* occupauit, claudunt *iura secundarum nuptiarum*, quæ paucis quidem *hoc titulo* illustrantur textibus, sed latissimam habent ambitum, vt per plures iuris canonici doctrinas conclusiones suas diffundant. Exploratum enim est, patres *secundas nuptias* adeo odio habuisse, vt iis durissimas leges scripserint, & earum vsum per omnia secula traduxerint, licet pontifices recentiores, rigore prisco relicto, *secundis nuptiis* magis fauisse videantur. Equidem quæ fuerit patrum, pontificum, atque conciliorum *de secundis nuptiis* sententia, industria eximia demonstrauit docuitque Dn. ALBERTVS CHRISTIANVS RICHTER, potentissimo Regi Borussi. iam a conciliis aulicis, in dissertatione, me præside, anno 1723. habita, *de secundis nupt. præcipue illustr. personarum*, vt otium hac in re mihi feciisse videatur, tum quod *cap. I.* magnum iurium ecclesiasticorum adparatum ad hanc materiam attulerit: tum quod etiam *cap. II.* plures conclusiones, ex *odio secundarum nuptiarum* natas, in medium produxerit. Nihilominus tamen instituti mei ratio non permittit, vt plane σύμβολος discedam, quamuis id commodi ex dicta *dissertatione* nactus sim, vt plura inde repetere, & in rem meam vertere possim, quod eo minus mihi vertendum vitio erit, quo magis doctissimus Auctor & consilio meo & bibliotheca in elaboratione sua quoque vsus est, vt laboris, quem in enucleando hoc themate posuit, fructum etiam mihi vindicare queam.

Odia secundarum nuptiarum apud gentes.

§. II. Gentium diuersissima scita circa *secundas nuptias* non tangam, quæ quidem quandoque iis etiam dicam scribunt, & iniquissimo prosequuntur iudicio; ast non iisdem principiis ducuntur, quibus patres eas damnandas esse censuere. Sicuti enim gentiles quandoque se-

Digitized by Google

ſecundis nuptiis obicem poſuerunt ex *rationibus politicis*, tum quod ingentia parerent incommoda, tum etiam quod liberis prioris coniugii vtplurimum eſſent infeſtæ, mutarentque adeo ſecundo nubentium affectum ergo liberos, vt parum abeſſet, quin & bona & vitam liberorum prioris coniugii poſteriori addicerent; ita chriſtianis *propriæ* erant *rationes*, non quidem adeo fundatæ, a gentium tamen philoſophia alieniſſimæ. *Continentiæ* ſtudium non parum incrementi huic opinioni attulit, quod adeo eleuabant nonnunquam patres, vt *vitam angelicam & vere chriſtianam* in ea ſitam eſſe crederent, ex quo *monachiſmus* non tantum ducit natales, ſed etiam magnopere creuit. Quid quod, cum clericis præ ceteris praxin *veri chriſtianiſmi* incumbere conſtituerent, his *fugam nuptiarum* primum commendarunt, mox *lege eccleſiaſtica* iniunxerunt, vt gloria *continentiæ* eminerent. Præterea quidam adeo *miſogami* fuerunt, vt nouam inducerent hæreſin, nuptias prorſus damnantes, quibus tamen orthodoxi in conciliis recte contradixerunt. Interim negari nequit, nimiam *continentiæ* laudem gloriamque, qua quidam triſtioris ingenii homines ducebantur, hæc opinionum monſtra peperiſſe, & effeciſſe, vt licet μισογάμους euitandos eſſe crederent patres, ipſimet tamen ex eodem principio *ſecundis nuptiis* dicam ſcriberent, & magnum *incontinentiæ* argumentum inde peterent.

etiam apud chriſtianos ex diuerſis principiis,

imprimis ex continentiæ ſtudio,

§. III. Iam *tom. III. tit. de regular. §. 5. ſqq.* oſtendi, quam inſigni ardore plures vtriusque ſexus etiam ſeculo II. ἄσκησιν ſectarentur, quam in *continentia* inprimis collocabant, h. e. in *fuga nuptiarum* & *abſtinentia* a certis ciborum generibus. Eodem tempore inſauſtæ voces contra *ſecundas nuptias* auditæ. Mentem & ſententiam communem chriſtianorum his expreſſit verbis ATHENAGORAS *in legat. pro chriſt. p. m. 37. vel vt natus eſt vnusquisque noſtrum manet; vel in vnicis nuptiis: SECVNDAE quippe SPECIOSVM ſunt ADVLTERIVM.* Mira eſt philoſophia CLEMENTIS ALEXANDRINI *lib. III. ſtrom.* ita ediſſerentis: *Quemadmodum auaritia & plura habendi cupiditas dicitur fornicatio, vt quæ aduerſetur ſufficientiæ, & vti idololatria eſt ex vno in multos Dei attributio: ita FORNICATIO eſt ab vno matrimonio ad alterum prolapſio.* Ratio huius odii erat, quod chriſtianis *continentiæ* ſtudium deberet eſſe propoſitum, quod THEOPHILVS Antiochenus *lib. III. ad Autolyc.* docet: *Apud chriſtianos temperantia adeſt.*

& vita aſcetica,

vt docent teſtimonia ſæculi II.

Digitized by Google

eſt, continentia exercetur, monogamia ſeruatur, cuſtoditur caſtitas. Præ ceteris TERTVLLIANVS, inclementiori ingenio præditus, hanc doctrinam promouit, & fugam ſecundarum nuptiarum quauis occaſione inculcauit, *quod multum fidei detrahant, multumque ſanctitati obſtrepant*, vt ait *lib. I. vxor. c. 7.*, quid? quod *ſtuprum & adulterium* quoddam in iis latere in *libr. de exhort. ad caſtit. c. 9.* imo *lib. 1. ad. vxor. c. 1. dedecus voluptuoſum* iis adhærere cenſuerit, vt alia prædicata odioſa, iis per iniuriam a TERTVLLIANO attributa, non tangam, a quibus ſine dubio abſtinuiſſet, ſi caſtra MONTANI ſecutus non fuiſſet, qui imprimis maledico dente *ſecundas nuptias* carpit. Vid. AVGVSTIN. *de hæreſ. c. 26.* Pariter communem chriſtianorum ſententiam MINVCIVS FELIX *in octau. c. 31. p. 327. edit. Gronou.* his prodit verbis: *Nos pudorem non facie ſed mente præſtamus: vnius matrimonii vinculo libenter inhæremus: cupiditatem procreandi aut vnam ſcimus aut nullam.*

abſolute tamen nonerant veritæ,

§. IV. Interim tamen *ſecundæ nuptiæ* non *abſolute* erant prohibitæ, quamuis a plerisque *reprobatæ* vt *parum honeſtæ.* Ait enim ORIGEN. *homil. XVII. in Luc.. Nunc vero & ſecundæ & tertiæ & quartæ nuptiæ, vt de pluribus taceam, reperiuntur, & non ignoramus, quod tale coniugium nos eiiciat de regno DEI.* Permittendas videlicet & *tolerandas* eſſe ſecundas nuptias docuerunt, non *iuſtificandas* aut *approbandas.* Audiamus CHRYSOSTOMVM *homil. 32.* ita philoſophantem: *Apoſtoli præceperunt ſecundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam ſecundam quidem accipere ſecundum præceptum Apoſtoli eſt: ſecundum autem veritatis rationem, vere FORNICATIO eſt; ſed cum PERMITTENTE Deo publice & LICENTER committitur, ſit HONESTA FORNICATIO.* EPIPHANIVS *hæreſ. 40.* idem confirmat, &, *eccleſia*, ait, *virginitati congaudet. Vnas nuptias honorat; ſed ſi quis per DEBILITATEM opus habuerit poſt propriæ vxoris obitum, ſecundas nuptias contrahere, hunc veritatis regula non interdicit.*

ſed per tolerantiam permiſſæ,

necommunionemſecundo nubentibus negabantabſolute.

Hac de cauſa acriter reſiſtebant, *ſecundas nuptias* adeo damnantibus, vt communionem cum ſecundo nubentibus abrumperent, quorum in numero erant *Nouatiani*, rigidioris diſciplinæ aſſeclæ. Contra hos *Patres Nicæni* hoc decretum ediderunt *c. 1. vt ſi qui velint venire ad eccleſiam catholicam ex Nouatianis, ordinentur, & ſic maneant in clero; ante omnia autem hanc habeant ab eis confeſſionem,*

Digitized by Google

nem, quam per ſcripturam exigi oportet, vt fateantur, ſe cum omni conſenſu eccleſiæ catholicæ ſtatuta obſeruaturos, i. e. communicaturos ſe & his forte, qui ſecundas nuptias experti ſunt. Ad tempus tamen quandoque iis negata fuit communio, vt §. *VII.* declarabo.

§. V. Quidam ſecundo nubentibus adhuc veniam dandam eſſe cenſuerunt, ſed inclementiores fuerunt erga *tertias* aut *quartas* nuptias appetentes, quas indignas eſſe dixit BASILIVS *cit. canon. 4. quæ mariti & vxoris nomina donent.* Hæc rigida quorundam ſententia occaſionem dedit, vt BASILIVS MACEDO quartas nuptias prorſus nullas eſſe iudicaret. *Manifeſtum omnibus eſto*, ait, *in iure Græco-Rom. p. 87. futurum, vt ſi quis auſus fuerit ad quartas nuptias, non nuptias, accedere, non ſolum pro nullis habeantur hæ nuptiæ, nec liberi ex iis procreati pro legitimis agnoſcantur; verum etiam vt ipſe pœnis pollutorum ſcortationis ſordibus ſubiiciatur, eiusmodi videlicet perſonis a ſe inuicem ſeparatis.* Verum hunc rigorem non diu tulit eccleſia græca, ſed ab eo *anno 1277. in concil. CPolitano in f.* receſſit apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 758.* aiens: *ſoluta vero lege matrimonii per mortem alterius coniugum, ſecundas & tertias & deinde nuptias legitime factas, ſucceſſiue licitas eſſe, dicit eccleſia, ſi impedimentum canonicum & cauſa alia non obſtat.* Idem fatetur INNOCENTIVS IV. *in epiſt. ad Ottonem Cardin. Tuſculanum* apud EVNDEM *cit. l. p. 365.* aiens: *Quia ſecundum Apoſtolum mulier mortuo viro ab ipſius lege eſt ſoluta, vt nubendi, cui vult, in Domino liberam habeat facultatem; ſecundas ac tertias & vlteriores etiam nuptias græci non reprehendant nec contemnant, ſed potius illas approbent inter perſonas, quæ alias matrimonio ad inuicem iungi poſſunt.* His verbis redarguit græcos epiſcopos, paulo inclementiores erga *tertias* vel *quartas* nuptias, quos tandem *concilium Conſtantinopolitanum* ſeculo XIII. celebratum in verbis adductis, ad mitiora adduxit conſilia. Verum, non obſtante hac concilii declaratione, Græci rurſus prolapſi videntur in ſeueriorem ſententiam, & ab occidentis epiſcopis in hoc articulo denuo diſſenſerunt. Cum ergo de *conſenſu orientalis & occidentalis eccleſiæ* reſtaurando in *concilio Florentino ſub* EVGENIO IV. ſollicita eſſet curia Romana, de hoc capite ita cautum eſt: *Cum ſecundum Apoſtolum mortuo viro mulier ſit ab eius lege ſoluta, nubendi, cui vult, habeat facultatem in Domino, nec diſtinguat mortuo ſecundo vel tertio: declaramus, non ſolum ſecundas aut*

Tertias & quartas nonnulli Græci prorſus damnabant.

quod rurſus ſeculo XIII. correctum,

& demum concilio Florentino confirmatum,

Digitized by Google

aut tertias, aut quartas, aut vlteriores, ſi aliquod impedimentum canonicum non obeſt, licite contrabi poſſe; commendatius eſſe dicimus, ſi vlterius coniugio abſtinentes in caſtitate permanſerint.

Clericorum præſentia & benedictio ſecundis nuptiis denegata,

§. VI. Hoc *ſecundarum nuptiarum* odium priscum ad varias conſtitutiones eccleſiaſticas anſam dedit, quæ etiam, depoſito hoc odio, in eccleſia Romana permanſerunt. Nam (α) denegata his nuptiis eſt *benedictio*, cautumque, ne ſacerdotes iis intereſſent, quoniam hoc *matrimonium eorum conſilio haud factum* dicebatur. Sic enim concilium *Neo-cæſarienſe c. 2.* vetat, presbyterum ſecundarum conuiuio intereſſe, ne videatur eas *ipſo facto* approbare, quas clerici ex doctrina illius ævi damnandas eſſe crediderunt. Supra *tom. III. ad tit. de clandeſt. deſponſ. §. XI. ſeq.* ex TERTVLLIANO obſeruaui, nuptias *presbyterorum conſilio* factas, & apud eccleſiam manifeſtatas pio adiecto voto fuiſſe. Hunc morem intellexiſſe videntur patres Neo-Cæſarienſes, prohibentes α) ne *ex conſilio ſacerdotum* fierent: β) ne *prævio benedictionis voto* apud eccleſiam manifeſtarentur: γ) imo ne *epulis nuptialibus* quidem intereſſent, quod calamitoſum nupturientibus videbatur, quia hæ nupiæ dedecori chriſtianis hoc ipſo cenſebantur, imo ex iudicio CHRYSOSTOMI *in homil. 32.* potius *fornicatio* dicendæ. vid. *c. 9. C. 31. q. 1.* Si ergo ſpecies *fornicationis* eſt ſecundum connubium, indignum credebatur, quod *benedictionis votum* acciperet, & cuius conciliationi *presbyteri* intereſſent. Equidem *copula ſacerdotalis*, prout hodie in nuptiis contrahendis adhibetur, eo tempore ignota fuit; ſponſalibus tamen adhiberi ſolebant presbyteri ex *lege eccleſiaſtica*, & vbi publice in eccleſia manifeſtabantur, (quod hodie fit per *proclamata tria* ſeu *bamna eccleſiaſtica*, vti vocantur) *benedictionis* votum nuptiis inſtantibus dicebatur. Ceterum vbi ἱερολογία in *oriente* & *occidente* nuptiis contrahendis præſcripta eſt, etiam hanc *concilium Salmanticenſe* anno 1335. can. 11. ſecundis nuptiis denegandam cenſuit apud HARDVIN. *tom. VII. p. 1972.* his verbis: *Inter cætera, quæ officio prælatorum incumbunt, hoc præcipue deſideratur & quæritur, vt ſubditorum, maxime eccleſiarum rectorum ignorantia, quæ mater cunctorum errorum eſſe dignoſcitur, eorum vigilantia propellatur. Sane quia certo didicimus, quod plerique ſimplices clerici & rectores, quandoque per iuris ignorantiam ſecundas nuptias benedi-*

& ipſa ἱερολογία

Digitized by Google

uedicant; non attendentes, quod SACRAMENTVM HVIVSMODI ITERARI NON LICET, & ſic de facili corruunt in errorem; proinde ſtatuimus, quod prælati in ſuis diœceſibus in virtute ſanctæ obedientiæ capitula de ſecundis nuptiis minime benedicendis, quæ incipiunt: capitularium, & capitulum autem: *ſuper hoc ſanctis a patribus edita, faciant publicari.* Crediderunt ergo patres huius concilii, benedictionem ſacerdotalem eſſe *ſacramentum*, nec *reiterari* poſſe, forſan quod *characterem* imprimeret *indelebilem*, quod tamen interpretes recentiores minime admittunt, vt docet TELLEZ *ad c. 1. h. t. n. 9.* Eandem prohibitionem repetunt INNOCENTIVS IV. *in epiſt. ad Otton. Cardin. Tuſculan.* apud HARDVIN. *cit. l. p. 366.* & ALEXANDER III. *in c. 1. X. h. t.* ſub pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio. non iteranda,

§. VII. Nouum ergo delictum eccleſiaſticum cenſebatur, ſecundas inire nuptias. Quid mirum ergo, ſi (2) ſecundo nubentes *cenſuris eccleſiaſticis* quidam rigidioris diſciplinæ magiſtri ſubiicerent? En decretum *concilii Laodicenſis* apud HARDVIN. *tom. I. p. 782. c. 1. De his, qui ſecundum regulam eccleſiaſticam libere ac legitime ſecundis nuptiis iuncti ſunt, nec occulte nuptiarum copulam fecerunt; oportet, vt, paruo tempore tranſacto, vacent orationibus & ieiuniis, quibus etiam iuxta indulgentiam communionem reddi decreuimus.* Docent hæc verba, ſecundo nubentibus ad tempus *communionem* denegatam fuiſſe, quod illis accidebat, qui in ſtatu *pœnitentiæ publicæ* erant, & ſic quandam *excommunicationem temporalem* ſubire cogebantur. Pariter *concilium Neo-Cæſarienſe c. 3.* apud GRATIANVM *in c. 8. C. 31. qu. 1.* nuptias repetentibus pœnitentiam iniungit his verbis: *De his, qui frequenter vxores ducunt, & de his, quæ ſæpius nubunt, tempus quidem pœnitentiæ his manifeſtum conſtitutum eſt; ſed conuerſatio & fides eorum tempus abbreuiat.* Gravior cenſura infligebatur illis, quæ *continentiam* in viduitate vouerant, & poſtea, ea abiecta, ad nuptias rurſus ſeſe contulerant, quas *concilium Carthaginenſe IV. anno 389. c. 104.* apud HARDVINVM *tom. I. p. 985.* & GRATIANVM *in c. 1. C. 27. q. 1.* hoc modo plectendas cenſet: *Sicuti bonum eſt caſtitatis præmium, ita & maiori obſeruantia & præceptione cuſtodiendum eſt. Vt ſi quæ viduæ, quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & immatura ætate a viro relictæ, ſe deuouerint Domino; & veſte laicali abiecta, ſub teſtimonio epiſcopi & eccleſiæ religioſo habitu apparuerint, poſtea vero ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundum Apo-* cenſuris ſubiecti ſecundo nubentes, maxime ſi votum in viduitate fecerant.

Digitized by Google

ſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, quæ etiam nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulteræ coniuges reatu ſunt viris ſuis obnoxiæ; quanto magis viduæ, quæ religioſitatem mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, ſi deuotionem, quam DEO ſponte, non coacte obtulerunt, libidinoſa corruperint voluptate atque ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ etſi violentia irruente ab aliquo præceptæ fuerint, ac poſtea delectatione carnis atque libidinis permanere in coniugio raptori & violento viro conſenſerint; damnationi ſuperius comprehenſæ tenebuntur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus: cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Interim ſecundas contra *votum* factas nuptias non diremerunt, quod poſt aliquot ſecula demum decretum eſt.

Hæc ſeuerior diſciplina paulo poſt damnata,

§. VIII. *Particularem* tamen, quibusdam tantum eccleſiis propriam, hanc fuiſſe *diſciplinam* crediderim, quæ etiam non diu durauit, poſtquam ſupra iam oſtendi, a pluribus hanc duriſſimam legem damnatam, & mitiora conſilia pro ſecundis nuptiis allata fuiſſe. Accedere noluere patres *Nicæni* Nouatianis, pro ſummo ſcelere *nuptias ſecundas* habentibus, vt communicare nollent cum ſecundo nubentibus. Vnde decreuerunt, vt Nouatiani, ad eccleſiam catholicam reuerti deſiderantes, reciperentur quidem, ſed hac lege, vt promitterent, ſe etiam illis communicaturos, *qui ſecundas nuptias experti erant*, prout iam §. IV. *in f.* obſeruaui. Plus adhuc fauit ſecundis nuptiis AVGVSTINVS *de ciuitat. DEI lib. XVI. c. 34.* aitque: *Quid ſibi velit, quod Abraham poſt mortem Saræ Ceturam duxit vxorem? Prouiſum hoc facto eſt contra hæreticos futuros, ſecundarum nuptiarum aduerſarios, vt in ipſo patre multarum gentium demonſtraretur, non eſſe peccatum, poſt obitum coniugis iterum coniugari.* Si ergo non eſt peccatum, *vota ſecunda* ſuſcipere: ſi hæreſis eſt, illicitas cenſere ſecundas nuptias, peccatum vtique etiam fuit & hæreticum, ſecundo nubentes cenſuris ſubiicere eccleſiaſticis, quod tamen fecerunt patres *Laodiceni* & *Neo-Cæſarienſes*, quorum ſcita nihilominus *codici canonum vniuerſæ eccleſiæ* inſerta ſunt, edito a PITHOEO, IVSTELLO atque VOELLIO. Eandem ſententiam quoque amplexus eſt HERARDVS, Turonenſis Archi-epiſcopus, *c. 3.* ſe-

Digitized by Google

ſecundas laicorum nuptias approbans & pro legitimis habens apud HARDVINVM *tom. V. concil. p. 457.* & quid multa? ipſum ius canoni cum ex pontificum decretis collectum ſecundas nuptias *legitimas, pias, honeſtas*que credidit, adeo vt etiam vxori easdem citra *pœnam infamiæ* infra annum luctus concedat ex hac ratione, *quod ſecundum Apoſtolum, mulier mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, & nubendi, cui vult, tantum in Domino, liberam habeat facultatem* per *c. 4. & 5. X. h. t.* Hoc vero poſito durum admodum atque iniquum, *benedictionem* nuptiis his denegare, quæ olim vel ideo denegata fuit, quod patres eas damnarent, & pœnitentiis ſecundo nubentes ſubiicerent. Hoc vero correcto & abolito, par quoque erat, effectus, qui ex patrum priſcorum doctrina aſpera profluxerunt, abolere, quod recte proteſtantes obſeruarunt.

& ſecundæ nuptiæ rurſus legitimatæ ſunt,

vnde nec benedictio iis deneganda foret.

§. IX. Hiſce tamen non obſtantibus (3) noua, & quidem hæc concluſio inde deducta eſt, quod ſecundo nubentibus aditus ad *vitam clericalem* præcluſus fuerit. Hæc ſicuti deducta fuit ex doctrina patrum antiqua & iniqua *de fuga ſecundarum nuptiarum;* ita mirandum eſt, adeo ſeculis ſequentibus tenaciter eis inhæſiſſe pontifices patresque, vt, licet *ſecundas nuptias* legitime & ſine vlla labe peccati aut dedecoris contrahi exiſtimauerint, a *clericatu* tamen eos in perpetuum arcuerint, vt *tom. I. de digam. non ordin.* oſtenſum, euictumque eſt, eandem ſententiam *in iure canonico* ſtricte adhuc retentam fuiſſe. Forſan hæc parum cum principiis nouis iuris eccleſiaſtici cohærens lex ideo retenta eſt, vt eo vberior *diſpenſationum* eſſet copia, vnde curiæ Romanæ auctoritas pariter ac theſaurus immenſa cepit incrementa. Quia vero *ad cit. tit. tom. I.* duntaxat ſummatim, quæ huc ſpectant, tradidi, e re erit, paulo plenius ſtatuta patrum conciliorumque hic enarrare.

Secundo nubentes a clero remoti,

quod cum iure nouo non adeo congruit.

§. X. Quemadmodum ſupra §. 3. obſeruaui, TERTVLLIANVM in ſecundas nuptias plus iuſto iniquiorem fuiſſe; ita *lib. I. ad vxor. c. 7* ab Apoſtolorum inſtituto hanc praxin deriuat, aiens: *Quantum fidei detrahant, quantum obſtrepant ſanctitati ſecundæ nuptiæ, diſciplina eccleſiæ & præſcriptio Apoſtoli declarat, cum digamos non ſinit præſidere.* Voluit PAVLVS *1 Tim. III.* epiſcopum debere eſſe *vnius vxoris virum*, quod poſtea oſores ſecundarum nuptiarum traxerunt ad *digamos*, qui

Sententia Tertulliani de hac concluſione,

quam male traxit ex doctrina scripturæ.

mortua prima vxore aliam duxerunt. Obseruarunt iam eruditi, PAVLVM *de bigamia simultanea* potius accipiendum esse, quod eo tempore ecclesiæ fere primario essent collectæ ex *iudais*, bigamiam colentibus, adeoque non dubium est, euenisse casus, vt *iudæi bigami* ad ecclesias accederent, quorum vinculum dissoluere noluerunt Christiani primæui, Zelo iudaico quid indulgentes, vtut de cetero *bigamiam simultaneam* inter suos non tolerarent; interim prudenter admodum monuit PAVLVS, eos ad ecclesiarum præfecturam haud admittendos esse. IDEM *c. 7. in exhort. ad castit.* idem inculcat: *Apud nos plenius atque strictius præscribitur, vnius matrimonii esse debere, quos adlegi liceat in ordinem sacerdotalem.* Quin etiam hoc argumento pro dehortandis laicis a secundis nuptiis vtitur, quod contingere possit, vt *consessus ordinis ecclesiastici* deesset, quo casu permissum esse quidem singulis censet, & *offerre* & *tingere*, & *munere sacerdotali fungi*, non aliter tamen, quam si vnius vxoris maritus fuerit. *Igitur*, ait, *cit. l., si habes ius sacerdotis in temetipso, vbi necesse est, habere ius sacerdotis. Digamus tinguis? Digamus offers? Quanto magis laico digamo capitale est agere pro sacerdote, cum ipsi sacerdoti digamo facto auferatur agere sacerdotem.* Post pauca concludit: *Ergo pugnare debemus ante laicum iussum a secundo matrimonio, dum presbyter esse non alius potest, quam laicus semel fuerit maritus.* Hanc sententiam SEPTIMIVS passim vt *communem* & satis vbique *exploratam* refert, quam etiam concilia confirmarunt, non alio ex fonte; quam quod secundis nuptiis *dedecus perpetuum*, & quod *maculam indelebilem* inurat, inesse, & ita *scandalum* omnibus præbere, temere existimauerint. Puros autem atque immaculatos duntaxat ad ministerium verbi diuini recipiendos esse quis dubitauerit? Quocirca *in concilio Carthaginensi IV. c. 69.* ita cautum est: *Ordinandi potestate priuetur episcopus, si sciens ordinauerit eum clericum, qui viduam aut repudiatam vxorem habuerit aut secundam*, quod eiusdem dedecoris particeps videatur factus, qui consensit in nuptias *viduæ* vel *repudiatæ*. Si credendum est GRATIANO *in c. 1. D. 33.* etiam in *canon. Apostol. c. 17.* hæc lex ecclesiis vniuersaliter præscripta est: *Si quis post acceptum baptisma secundis nuptiis fuerit copulatus aut concubinam habuerit, non potest fieri episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus eorum, qui ministerio sacro deseruiunt. Ante baptismum*

Sententia concilii Carthag. IV.

Canonum Apostolicorum,

quod

quod factum erat, iuxta regulam ecclesiasticam æstimari non poterat, cui nondum conuersus haud subiectus erat, & sic in eam peccasse dici non poterat, quod INNOCENTIVS I. animaduertit in *c. 6. D. 33.* Quia vero hos canones ad æuum apostolicum non pertingere persuasissimum habemus, linquamus hanc spuriam collectionem, & ORIGENIS sententiam *in homil. 7. in Luc.* videamus, quæ continuationem huius doctrinæ docet: *Ab ecclesiasticis dignitatibus*, ait, *non solum fornicatio, sed & nuptiæ repellunt; neque enim episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec vidua possunt esse digami.* Origenis,

§. XI. AMBROSIVS *lib. III. ep. 25.* prouocat ad Apostolum, Ambrosii,
aitque: *Apostolus LEGEM posuit dicens: Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, tenetur ad legem sacerdotii suscipiendi; qui autem iterauit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogatiua exuetur.* Scenam paulisper mutat episcopus Mediolanensis, & ab ipsis videtur recedere, qui homines per secundas nuptias *coinquinari* & *dedecus* contrahere existimarunt, qua ratione tamen, qui primis temporibus vixerunt, magis inducti videntur ad repellendos digamos a sacris officiis, quam *præcepto* quodam *Apostolico*; vel si hoc adesse *1 Tim. III.* crediderunt, id rursus in labe *secundis nuptiis* inhærente fundatum esse iudicarunt. Ita error errores produxit quam plurimos. Post pauca nouas addit, & quidem has rationes: *Quomodo enim potest consolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruandam marito fidem, quam ipse priori coniugio non reseruauerat? Aut quid interesset inter populum & sacerdotem, si iisdem adstringerentur legibus? Debet præponderare vita sacerdotis sicut præponderat gratia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire.* Omnia huc redeunt, quod α) purior de- Chrysostomi,
beat esse vita *sacerdotum*, quam *laicorum*, quibus *permissum* est, se coinquinare secundis nuptiis; *quod enim permittimus, nolentes præcipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus*, vt CHRYSOSTOMVS *in c. 9. C. 31. q. 1.* in hac doctrina rationes subducit: β) quod aliter viduas non possit dehortari a secundis nuptiis, quod tamen episcopi sui muneris esse crediderunt, ex nimio *continentiæ* studio. Si ergo a sacerdotio repellebantur digami, licet a secunda vxore per mortem soluti essent; multo magis repellendi erant, qui, dum erant sacerdotes, nuptias repetebant, quam-

vis

Digitized by Google

vis alias vxorati clerici seculo IV. non absolute repellerentur a cleri-
Syricii- catu. Id docet SYRICIVS *epist. I. ad Himerium c. 11. Quisquis sane cle-ricus aut viduam aut certe secundam coniugem duxerit, omni ecclesiasti-cæ dignitatis priuilegio mox nudetur, laica sibi tantum communione con-cessa.* Primam si ducebat, iure sacerdotali haud spoliabatur, sed tan-tum, si *secundam* vel *viduam.* Adeo vero ab omni clericatu arceba-tur in posterum, vt statum *laicorum* rursus indueret, quod eo tempo-re, quo *character indelebilis* ex *ordinatione* proueniens adhuc ignora-batur, fieri poterat.

Nouum chry-sostomi testi-monium, §. XII. Hanc eandem cantilenam etiam ingeminant pleri-que alii ecclesiæ Doctores. CHRYSOSTOMVS *homil. 2. in epist. ad Tit.* rursus ad PAVLVM prouocat, &, *castigat*, ait, *hoc ipso etiam impudicos, dum non permittit, eos post secundas nuptias ad ecclesiæ regi-men dignitatemque pastoris assumi.* Id vero PAVLO in mentem non venisse, persuasum habeo, qui secundas nuptias non damnat, sed di-sertis verbis permittit, quod VRBANVS III. in *c. 4. h. t.* & INNO-
item Hiero-nymi, CENTIVS III. in *c. 5. X. h. t.* agnoscunt. HIERONYMVS *in epist. ad Acheruchiam* nouo argumento vtitur: *considera, quod vidua non eli-gatur, nisi vnius viri vxor: & nos putamus, sacerdotum hoc tantum esse priuilegium, vt non admittatur ad altare, nisi qui vnam habuerit vxo-rem.* Respicit ad PAVLVM *epist. 1. ad Tim. V, 9.* vbi de *diaconissis* egit, ad quod munus duntaxat viduæ, quæ in vno matrimonio vixe-rant, eligendæ erant; sed ab illa non valere consequentiam ad *clerum*, vel inde liquet, quod plures alias qualitates in ea desideret PAV-LVS, quæ in reliquo clero non requiruntur, vtpote quod supra *se-xagesimum annum*, non vero iuuenculæ eligendæ sint, quibus po-tius nuptias suadet *vers. 14.* Addit vero IDEM *cit. l. Non solum au-tem ab officio sacerdotii digamus excluditur, sed & ab eleemosyna eccle-*
Augustini, *siæ, dum indignus putatur stipe*, quorsum etiam IDEM *lib. I. contra Iouianum* collineat, relatus in *c. 10. C. 31. qu. 1.* AVGVSTINVS *lib. de bono coniugali c. 18.* ad *sacramentum* prouocat etiam in hac doctrina, &, *sacramentum*, ait, *temporis nostri sic adunum virum & vnam vxo-rem redactum est, vt dispensatorem ecclesiæ non liceat ordinare, nisi vni-*
Gregorii, *us vxoris virum.* Quæ fuerit sententia GREGORII M. liquet ex *c. 2.*
Leonis I. *D. 33.* quæ non discrepat a dogmate ecclesiæ communi. LEO M. *in. epist. ad. vniu. episc. per campan. &c. constit.* argumentum etiam petit a sa-

Digitized by Google

a sacerdotio veteris testamenti, & cum eo tempore contra morem antiquum quidam in clerum cooptati essent, ita decernit: *Constat, ad sacerdotium peruenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerunt numerosa coniugia, & ad omnem licentiam vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus, fuisse permissos contra illam beati Apostoli vocem, qua talibus reclamat dicens: VNIVS VXORIS VIRVM. Et contra illud antiquæ legis præceptum, quo dicitur, & cauetur: sacerdos virginem vxorem accipiet, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicunque tales admissi sunt, ab ecclesiasticis officiis & a sacerdotali nomine Apostolicæ sedis auctoritate iubemus arceri.* Aliorum pontificum decreta huius tenoris traduntur *tit. X. de digam. non ordin.*

§. XIII. Altiores cepit radices hæc sententia, postquam conciliis per omnia secula repetita & corroborata est, ex quibus pauca adducam. In *concil. Toletan. I. anno 400. celebrato*, apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 990. c. 4.* ita cauetur: *Subdiaconus defuncta vxore, si aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios vel inter lectores.* Clementiores adhuc Toletani SYRICIO fuerunt, qui eos ad *laicorum communionem* detrusit, vt *§. 11. in f.* notaui. *In concilio Arelatensi III. c. 3. de anno 524.* apud EVNDEM *tom. II. p. 1070.* ita edixere patres: *Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare.* In secus facientes constituta est pœna *suspensionis* a missarum celebratione per integrum annum. Idem porro confirmant decreta *concilii Andegauens. de anno 455. c. 11.* apud EVNDEM *cit. l. p. 778.* & *Romani c. 2. sub* HILARIO *de anno 465.* apud EVNDEM *cit. l. p. 800.* EPAONENSIS *c. 2. de anno 517.* apud EVNDEM *cit. l. p. 1048. Gerundensis de anno 517. c. 8. ibid. p. 1044. Aurelian. III. c. 6. de anno 538. ibid. p. 1423. Aurel. IV. c. 10. de anno 541. ibid. p. 1438.* Præ ceteris vero patres in *concilio Trullano c. 3. anno 706.* celebrato apud HARDVIN. *tom. III. p. 1662.* admodum rigorose censuere: *Omnes simul decernimus, eos qui ex clero duobus quidem matrimoniis implicati fuere - - & non ab eis respipiscere voluerunt, depositioni canonicæ subiacere; eis autem, qui tali quidem bigamiæ probro ac dedecori implicati fuere, ante*

Confirmatio huius doctrinæ per concilium Toletanum, Arelatense III. aliaque, imprimis Trullanum,

noſtrum decretum autem id, quod vtile eſt, cognouerunt, & malum a ſe abſciderunt, & hanc adulterinam & aliam congreſſionem procul abegerunt; vel eos etiam, quorum vxores in ſecundis nuptiis iam mortuæ ſunt; vel ipſi etiam ad conuerſionem reſpexerunt, & continentiam didicerunt, & priorum ſuarum iniquitatum obliti ſunt, ſiue ſint presbyteri, ſiue diaconi; eos ab omni quidem ſacerdotali miniſterio ſiue exercitio iam debere ceſſare, præfinito aliquo tempore punitos; honorem autem in cathedra & ſtatione participari prima ſede contentos; & cum fletu a Domino poſtulantes, vt eis condonetur peccatum ignorantiæ. Neque enim conuenit, vt is alteri benedicat, qui debet propria curare vulnera.

Benedictio in ſecundis nuptiis non repetenda, ex noua hypotheſi,

§. XIV. Quemadmodum vero iam obſeruatum, pedetentim *ſecundis nuptiis* magis fauiſſe patres, concilia, pontifices & odium eorum fere depoſuiſſe; ita quod ex veteri diſciplina adhuc retentum, veluti quod iis non ſit benedicendum, vt *c. 1. & 3. X. h. t.* decernitur, paulo poſt flexum eſt ad aliam hypotheſin, quod *benedictio* hæc inſtar *ordinationis* videatur, & ſic repeti non debeat. Iam *§. VI.* ſupra obſeruaui, patres *concilii Salmanticenſis* in hac ſententia fuiſſe, &, ni me omnia fallunt, ita quoque rationes ſubduxit denuo VRBANVS III. *in c. 3. X. h. t. Vir autem & mulier ad digamiam non debet a presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti ſint, eorum benedictio ITERARI non debet*, quod forſan hæc benedictio *characterem indelebilem* impreſſerit. Niſi in hanc iuerit ſententiam pontifex, ratio eius haud connectit, quam ex *antiquo iure* iam abolito tamen repetere noluit, adeoque nouam excogitaſſe videtur. Cum ergo plane non cohæreant, quæ contra ſecundas conſtituta ſunt nuptias, vitio verti non potuit proteſtantibus, quod ea repudiauerint. Non denegamus ſecundo nubentibus *ſacerdotalem benedictionem*, quibus æque fauſta apprecamur ac iis, qui primas ineunt nuptias, perſuaſi, hanc ceremoniam eſſe indifferentem, & ſub illa *publice* declarari *conſenſum coniugalem*, qui æque in *ſecundis ac primis* nuptiis declarandus eſt. Obſeruat etiam ESPENIVS *P. II. iur. eccl. tit. 15. c. 8. §. 18.* in pluribus ritualibus hoc tantum reſtringi in eccleſia Romana ad ſecundas nuptias

quam reſpuunt proteſtantes.

ex

ex parte *vxoris*, hæcque simul benedicta fuerit; quid? quod in Germania aliisque in regnis passim indistincte secundis benedicatur nuptiis. Simul vero inde liquet, si *sacramentum* coniugio inest, illud non quærendum esse *in benedictione sacerdotali*, quam etiam pontifices fundamenti loco non collocant in sacramento. Hoc enim æque *secundis nuptiis* inesse credunt ac quidem *primis*, adeoque eo magis mirandum, quod huic actui *benedictionem* olim denegauerint. Sed nec arcendos a ministerio verbi diuini censemus *digamos*, ad quod etiam vxoratos admittimus, cum nondum euictum sit, PAVLVM de secundo nubentibus locutum fuisse, vti theologi nostri passim docent, adeoque vsum huius tituli nullum fere agnoscimus. Conf. CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. P. III. loc. 2. sect. 8. p. m. 728. seqq.*

§. XV. Præterea vero (4) etiam ex hac doctrina fluxisse vulgo existimant omnia illa, quæ *in odium secundarum nuptiarum* in legibus ciuilibus constituta sunt. Hunc in finem varias secundarum nuptiarum pœnas referunt, quarum e numero est IOANNES a GERRONIBVS, qui numerum *putatiuarum pœnarum* admodum auxit, vt rubrica docet *de septuaginta sex pœnis secundarum nuptiarum.* Enimuero α) palam est, id quod *pœnam* dicunt, omne complecti ius, quod *in odium secundarum nuptiarum* legibus constitutum est. β) Obseruaui iam §. 1. nuptiis secundis fauorem denegatum esse ex *causis politicis*, adeoque leges has non præcise deriuandas esse ex patrum dogmatibus. γ) Atque hoc eo certius atque exploratius esse iudico, quod omnia ea, quæ ad secundarum nuptiarum odium referuntur, vel secundis nuptiis *in genere* non conueniant, sed ad eas duntaxat pertineant, quæ intra *annum luctus* ineuntur: aut iis etiam propria sunt, quæ post annum luctus quidem contrahuntur, sed liberis ex priori matrimonio existentibus: quæ vel ex natura matrimonii per se fluunt. Sic naturale est, quod, mutato statu viduitatis, vxor iura prioris mariti perdat, & in domum, sacra, potestatem, forum, & dignitatem secundi mariti transeat, quod etiam gentilibus obseruatum fuit, *l. 22. §. 1. ad municip.* nec *pœnam* vllam continet, adeoque paucis tantum reliqua persequar, quæ magis *odium secundarum nuptiarum* tangere videntur.

Aliæ pœnæ vel odia secundarum nuptiarum fluxerunt ex rationibus ciuilibus.

Digitized by Google

Fauore liberorum primi thori quædam singularia constituta.

§. XVI. Videlicet *in fauorem liberorum prioris thori* cautum est 1) vt mater amittat eorum tutelam: *auth. mater & auia C. quand. mul. tut. offic. fungi possit.* 2) amittat coniux *proprietatem* lucrorum a priori coniuge eis relictorum, quæ liberis prioris connubii accrescit: *l. 6. §. 3. l. 8. §. 1. C. de secund. nupt. nou. 98. c. 1.* 3) non possit superstes in alterum coniugem plus conferre, quam vni ex liberis, cui minimum dedit, obuenerit: *l. cit. 6.* 4) amittat vsumfructum sibi a prædefuncto coniuge relictum, qui liberis prioris matrimonii obuenit: *l. vn. C. si sec. nupt.* 5) mater non possit reuocare liberis primi matrimonii donata ob ingratitudinem. *l. 7. C. de reuoc. donat. auth. quod mater C. eod. Nou. 22. c. 35. &c.* Hi effectus secundarum nuptiarum autem sine dubio cessant, si desunt *liberi prioris coniugii*, in quorum gratiam hæc vnice constituta sunt, non vero *in odium secundarum nuptiarum* in genere, ex principiis iuris canonici.

Pœnæ secundarum nuptiarum intra annum luctus ex iure ciuili,

§. XVII. Seueriores leges fuerunt erga eas vxores, quæ intra *annum luctus* ad secundas nuptias properarunt. Tales *immaturas festinatasque nuptias* gentiles damnarunt sub pœna *infamiæ, l. 1. D. de his qui not. infam.* quod indecoræ essent. Ex *turbatione sanguinis* etiam trahitur ratio *in l. 11. eod.* quæ tamen non est adæquata, quod alioquin post *diuortium* idem spatium mulieribus dimissis præfigi debuisset. Conf. *l. 2. C. de sec. nupt. l. 4. C. pr. ad SCt. Tertull. Nov. 22. c. 22.* Grauior pœna huic addita est *in l. 1. C. de secund. nupt.* α) quod intra annum luctus nubens neque ascendentibus neque descendentibus, imo nec agnatis aut cognatis vltra tertium succedere queat gradum: β) quod nihil possit capere ex testamento & mortis causa donationibus quorumcunque: γ) quod ea etiam amittat, *quæ prior maritus ei suprema voluntate reliquerit* &c. De vsu harum pœnarum non omnium eadem est sententia. Pœnam *infamiæ* non tantum sustulit atque aboleuit ius canonicum *in c. 4. & 5. X. h. t.* sed etiam ex mente PAVLI Apostoli, secundas nuptias viduæ *quocunque tempore* libere esse permissas censuit, voluitque, vt *impune* sine restitutione temporis illas inire posset. Quamuis vero pontifex in hac causa PAVLI doctrinam immature atque inepte adducat laudetque, quippe qui haud docet, viduam viro exstincto, nubere posse, *quando* velit; sed potius, *cui* velit; id tamen ad minimum decisio eius designat indigitatque, secundas nuptias tempore *luctus* initas *nullis pœnis*

quas ius canonicum sustulit.

iure

iure ciuili proditis esse plectendas. Qui tantum pœnam *infamiæ* per pontificem sublatam docent, vt LELIVS MANCINVS *in disquisit. Genial. cent. 2. c. 140.* IVLIVS CAPONVS *in discept. for. tom. III. discept. 195. n. 19.* & IO. PAPTISTA MVCCI *in var. quæst. forens. dilucid. qu. 19. n. 27.* verba textus tantum crepant, solius *infamiæ* vnice mentionem facientia, mentem autem præsulis Romani prætereunt, quæ tamen ex *ratione* adducta perspicua est. Vrgent vero pœnas antiquas canonicas secundis nuptiis in genere dictas, quas admodum ieiune pro rationibus decidendi adferunt, postquam hæ duntaxat *historiam iuris antiqui* referunt, non vero, quid *hodierno tempore* in ipsis rerum argumentis obtineat, euincunt. Infiniti textus obseruantiæ & disciplinæ antiquæ testes, collecti sunt a GRATIANO, vsum *historicum*, non *forensem* habentes, qua de causa argumentum decisioni nullum præstant, quando *de vsu forensi* quæritur. Romana disciplina plurima innouauit, veteraque eiecit atque repudiauit, id quod euidentissime *in c. 4. & 5. X. h. t.* etiam factum est.

§. XVIII. Indubium ergo est, ius canonicum *anni luctus* tempora pœnasque sustulisse. Cum vero ita omnis ratio *decori* atque *honestatis* peruertitur, quæ in nuptiis inprimis sancte seruanda est, *annum luctus* protestantes in suis territoriis non tantum restituerunt, sed eandem legem etiam maritis imposuerunt. In *ordin. matrim. elect. Saxon. de anno 1624. punct. 5.* diserte sententia iuris canonici reprobatur: Wann dann solches der Ehrbarkeit und natürlichen Pflicht zuwider; so wollen wir, daß hinführo eine Witwe ein gantzes Jahr ihre Trauer-Zeit halten, und vor Ausgang desselben sich wieder zu verehlichen oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben solle. De marito viduo *ibidem* cautum: So wollen wir, daß hinführo ein Witwer zum wenigsten ein halbes Jahr die Trauer-Zeit halte, und vor Ausgang desselben sich wieder zu verehlichen oder Hochzeit anzustellen nicht Macht haben soll. Conf. CARPZOV. *lib. II. iurispr. consist. def. 159. sqq.* Reliquæ Saxonicæ ordinationes eandem legem receperunt, & ad earum exemplar aliis prouinciis idem placuit. In *ordin. eccl. Magdeb. c. X. §. 9.* viduæ secundæ nuptiæ non permittuntur vor Ausgang dreyer Viertheil Jahre; marito vero nach Ablauff eines halben Jahrs. In *Guelpherbytana nouiss. c. XXII. 7.* tempus *in elect. Saxon. ordin.* determi-

Retinuerunt tamen annum luctus protestantes, & auxerunt.

natum repetitum eſt, vt de aliorum locorum ordinationibus nihil addam.

non alias iuris ciuilis pœnas. Neque tamen deprehendi, pœnas iuris ciuilis cum *anno luctus* ſimul reperitas fuiſſe, quin praxis communis proteſtantium eccleſiorum euincit, nuptiis intra annum luctus, nulla venia impetrata, contractis, pœnam *pecuniariam* vel *carceris* coniugibus dictari, quæ loco *infamiæ* iure ciuili conſtitutæ ceſſit, quod non diffitetur STRYK. *in vſ. mod. ad tit. de his qui not. inf. §. 9.* Quodſi præterea a ſtatutis locorum, quibus pœnæ reliquæ vel *in totum* vel *pro parte* recipi atque corroborari potuerunt, abſtraham, vſum *pœnarum ciuilium* nullum deprehendi, quod in Germania in *matrimonialibus* ius canonicum vbique prævaluit, & quamuis contra illud *annus luctus noua lege* reſtitutus ſit, pœnæ tamen eiusdem, *iure canonico* abolitæ, non ſimul reſtitutæ ſunt, vt fatetur COTHMANN. *conſ. 51. tom. II. n. 337.* MEV. *in iure Lubec. P. II. tit. 2. art. 12. n. 426.* GVDELIN. *de iur. noniſſ. lib. 1. c. 12.* Atque in hanc ſententiam iuit ICtorum ordo huius loci *anno 1723. Menſ. Mart.*

Hat W. K. kurtz vor ſeinem Tode ein Teſtament gemachet, und ſeine hinterlaſſene Witwe zum Erben eingeſetzet, welche aber intra annum luctus an I. H. B. ſich verheyrathet, dieſes auch verurſachet, daß die nächſten Bluts-Freunde die Abtretung der Erbſchaft von ihr begehret, auf ſolche auch von den Chur-Mäntziſchen Weltl. Stadt-Gerichten erkannt, doch nachgehends ſolches Urtheil reformiret, und die reformatoria abermal confirmiret worden, worwider die Klägere reſtitutionem in integrum interponiret, und dabey belehret ſeyn wollen:

1) Ob das am 18. Mart. 1717. eröffnete Urtheil ledig ich reformiret, und die retormatoria confirmiret werden können?

2) Ob, wenn gleich ſecundum ius canonicum, die pœna infamiæ bey den Perſohnen, die intra annum luctus heyrathen, ceſſiret, auch die pœnæ ciuiles hinwegfallen, oder nicht vielmehr ihren vigeur behalten?

3) Und alſo die Electoralia iudicia Mogunt. aulicum & reuiſorium nicht geſchehener maſſen erkennen mögen?

Ob

Ob nun wol bey dieſen Fragen angeführet iſt, daß W. K. Witwe intra annum luctus zur andern Ehe geſchritten, und ſich dadurch ihres Mannes Erbſchaft unwürdig und verluſtig gemachet, auch ſolche denen nächſten Erben nach denen gemeinen Rechten zugefallen,

l. 1. & 2. C. de ſec. nupt.

Dieſe pœna auch in ſtatut. & inſtruct. miniſteriali de anno 1580. §. 8. beſtätiget zu ſeyn ſcheinet, ja die Sache als eine cauſa eccleſiaſtica conſideriret werden möchte, welche nach der Evangel. Kirchen-Ordnung zu decidiren, zumal ſelbſt S. Churfl. Gn. davon die Verſicherung gegeben, und der Erörterung der Ehe und Gewiſſens-Sachen, nebſt denen übrigen iuris eccleſiaſtici capitibus intuitu euangelicorum dem Rath und miniſterio überlaſſen, dieſe alſo allein in dieſer Streit-Sache ſprechen, hingegen das Chur-Mayntziſche Hoff- und reuiſorium iudicium, wohin dieſelbe gezogen, als iudex incompetens hierin anzuſehen, und ampliſſimi ſenatus gerechtſame mit darunter per indirectum gekräncket worden.

Weil aber dennoch eines Theils in der imploratione pro reſtitutione facienda n. 18. ſqq. Kläger nicht in Abrede ſeyn können, daß des verſtorbenen K. Witwe mit conſens des Senioris miniſterii und Syndici ſich verheyrathet, und alſo nicht de facto, ſondern aliqua interveniente diſpenſatione ad ſecunda vota intra annum luctus geſchritten, und wenn gleich dieſe diſpenſatio nicht debito modo geſchehen, dennoch ihr, weil ſie dabey in bona fide geweſen, ſolches zum Nachtheil nicht gereichen könte, andern Theils die pœna ſecundarum nuptiarum iuris ciuilis, (ohnerachtet STEPHANI *ad nou. p. 235.* das Gegentheil behauptet) niemahls angenommen, indem in cauſis matrimonialibus in den meiſten caſibus, abſonderlich aber in pœnis ſecundarum nuptiarum bishero beſtändig nach dem iure canonico geſprochen worden, wie unter andern behauptet, und mit bewährter Lehrer Zeugniſſen beſtärcket

BRVNNEM. *ad l. 2. C. de ſec. nupt. n. 14. ſqq.*

Wir auch nicht befinden, daß ſolche pœna ſecundarum nuptiarum in dem *ſtatut. & inſtruct. miniſt. §. 8.* beſtätiget worden, anerwogen zwar ſolche verbis relatiuis angeführet, dennoch in ipſa parte diſpoſitiua davon nichts erwehnet wird, und ob zwar die Worte:

Kraft oben angezogener Käyſerl. Rechten,

ſich

ſich auf das ius commune beziehen, dennoch der gantze context zeiget, daß ſolche bloß das tempus luctus betreffen, und nur den Predigern verbothen wird, jemanden intra annum luctus zu proclamiren und zu copuliren, dieſemnach, daß in dubio aulico & reuiſorio ein Eingriff in des Raths iurisdictionem eccleſiaſticam geſchehen ſey, nicht zu befinden, abſonderlich da die cauſa pœnarum ciuilium pro eccleſiaſtica nicht zu achten, und die priuatio hereditatis eine cauſa mere ciuilis iſt, alſo die dabey gemachte dubia von ſelbſten wegfallen.

So iſt in iudicio aulico & reuiſorio wohl geſprochen, und dabey kein Eingriff in des Senatus iurisdictionem eccleſiaſticam geſchehen.

FINIS

LIBRI QVARTI

IVS

IVS ECCLESIASTICVM PROTESTANTIVM *VSVM HODIERNVM* IVRIS CANONICI

IVXTA SERIEM

LIBRI QVINTI DECRETALIVM

DEMONSTRANS.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER QVINTVS DECRETALIVM

TIT. I.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVISITIONIBVS ET DENVNCIATIONIBVS.

§. I.

AD *libri vltimi* decretalium, circa *criminalia* occupati, ſyrmata explicanda atque penetralia denudanda tandem progredior, eo grauiori examine digna, quod infinitis myſteriis inuoluta, arcanisque conſiliis infecta ſint. Si vllus, certe hic mihi terrorem metumque ambiguum incuſſit labor, in quo facile a vero tramite aberrat, qui veritatem diſſimulatione tegit; odio autem communi eadem facilitate ſe exponit, qui doctrinarum *huius libri* inuolucra detegit; denique mole obſeruationum obruitur, qui vel ſingularia tantum lambere ſtudet. Enimuero nefas eſſe credidi, prouinciam ſemel ſuſceptam derelinquere; quin potius etiam in hac grauiſſimi momenti materia eum tenebo curſum, vt, ſepoſitis *metu* & *affectu*, veritati ſoli ſtudeam, & ſelectiora capita tradam. Imprimis vero illa ſeligam, quæ in fora criminalia ex *iure canonico* tranſierunt, ſimulque *vſum* Germaniæ fere *vniuerſalem*, non ſolis Proteſtantibus proprium, in- Moleſtia huius libri caute ſubeunda.

Digitized by Google

de illuſtrabo, cum conclamatum ſit? ipſam *ordinationem criminalem* CAROLI V. primario ex hoc iure ſua depromſiſſe principia, quamuis *iura Cæſarea* ſimul vbique crepet.

Varii modi crimen in iudicium deducendi,

§. II. Docet inſcriptio huius tituli primi, iure decretalium *tres* eſſe modos *criminaliter* procedendi contra facinoroſos, (I) via *accuſationis:* (II) *inquiſitionis:* (III) *denunciationis*, quas tres vias INNOCENTIVS III. in *c. 24. X. h. t. in f.* & *c. 31. de ſimon.* quoque refert approbatque. IDEM tamen in *c. 16. X. h. t.* etiam (IV) *exceptionis* viam addit, quæ nec negligenda eſt, quia quamuis non directo & ſemper *criminaliter* procedat excipiens de crimine, per *indirectum* tamen fieri poteſt, vt etiam hoc modo cauſa in *accuſationis* ſpeciem degeneret, vt nec hic modus prætereundus ſit. Præterea quamuis olim *denunciatio* ab *inquiſitione* & *accuſatione* adhuc diſtincta fuerit, vt ſuo loco indicabo; pedetentim tamen ex iuris antiqui neglectu creditum fuit, eam peculiarem viam procedendi criminaliter haud eſſe, ſed potius viam ad *inquiſitionem* ſternere atque pandere aditum, adeo vt fundamentum eius æque vt *clamor publicus* dicenda ſit. Hanc ob rem in *conſtit. Carolina art. 6.* inquiſitioni tunc demum locus eſſe dicitur, ſi quis diffamatus ſit durch gemeinen Leumuth oder andere glaubwürdige Anzeigung.

quæ diſtinxit Innocentius III.

Interim tamen INNOCENTIVS III. in *c. 31. X. de Simon,* has tres vias ita diſtinguendas eſſe cenſuit, *vt accuſationem legitimam inſcriptio præcedere debeat, denunciationem charitatiua correctio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio.* Hac de cauſa neceſſe erit, de ſingulis viis ſeparatim ediſſerere, & quodnam olim discrimen inter duos poſteriores modos conſtitutum fuerit, inquirere.

Olim in foris eccleſiaſticis accuſatorius proceſſus vſitatus,

§. III. Sicuti *accuſatorius* proceſſus eſt longe antiquiſſimus, & Iudæis, Græcis, Romanis, aliisque populis tantum cognitus, vt plenius docet B. THOMASIVS *de orig. proceſſ. inquiſ. §. 27. ſeqq.* ita quoque in *foris eccleſiaſticis* olim tantum vſitatus fuiſſe videtur, vt ſcilicet regulariter ſine *accuſatore* non procederetur. Docent hoc ipſum plenius tot textus ex praxi ſeculorum antiquorum a GRATIANO *Cauſ. II. III. IV. V. & VI.* collecti, qui varias obſeruationes circa accuſationes continent, plurimasque ex *iure ciuili* petierunt, *inquiſitorii* autem *proceſſus* mentionem non faciunt. Præterea vero diſerte inculcant duo: (I) ſine *accuſatore* neminem condemnandum eſſe: (II) excipienda tamen eſſe *notoria publica* & *manifeſta*, quæ accuſatore haud indigerent, quæ exceptio regulam magnopere confirmat, arguitque,

nec ſine accuſatore procedebatur,

nisi in notoriis,

ex-

Digitized by Google

extra hunc casum regulariter *accusatorem* desideratum fuisse. Vtrumque dogma ecclesiæ exornandum est testimoniis antiquis. Prius comprobarunt Toletani in *concilio VI. de anno 638. c. 11.* apud HARDVIN. *tom. III. p. 603.* GRATIANVM in *c. 9. C. 3. q. 3. Quisquis a quolibet criminatur, non antea accusatus supplicio dedicetur, quam accusator præsentetur, atque legum & canonum sententia exquiratur.* PSEVDOISIDORVS quoque quædam hanc in rem habet, quæ ad minimum doctrinam seculi VIII. eiusque vsum docent. In *c. 4. C. 2. qu. 1.* (quem ex eius collectione hausit GRATIANVS) ELEVTHERIVM ita cavisse fingit: *Nihil absque legitimo atque idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus, Iudam furem esse sciebat; sed quia non est accusatus, ideo non est electus.* In *c. 5. C. 3. q. 9.* hæc MARCELLO tribuitur sententia: *Non oportet quenquam iudicari vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.* In *c. sq.* DAMASVS ita inducitur: *Habetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitum, NON FORE CANONICVM, quenquam sacerdotum iudicare vel damnare, antequam accusatores canonice examinatos præsentes habeat.* Pariter in *c. 8. ibid. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat* &c. Secundum hæc principia iudicabat OPTATVS MILEVITANVS *lib. VII. in f.* de MACARIO, ad compescendos Donatistas missò, cui tamen crimini dabatur, quod quosdam trucidauisset, & ea de causa abstinendus esset. Respondet vero. *Quod si fuit accusatore silente, a nobis non licuit abstineri. Scriptum est enim, ante cognitam causam neminem esse damnandum. Dicite, quis eum accusauit & auditus non est? Dicite, Macarium confessum esse culpam & nostram siluisse sententiam. Sumus enim qualescunque iudices in ecclesia, quod & ipsi non negatis, quod nos iudices esse veros debere fuisse contenditis. Non enim possumus facere, quod non fecit DEVS, qui in iudicio suo personas separare dignatus est, nec eundem voluit esse ACCVSATOREM & IVDICEM.* Post pauca denuo hæc subiungit: *& vos vultis, vt abstineremus, quem non vidimus aliquid mali facientem, & qui nullum habuit accusatorem: Video hoc loco, quid inuidia vestra submurmuret. Dicitis enim, non nos latuisse, quod factum est. Fatemur nos audisse; sed peccatum erat, damnare eum, quem nemo est ausus arguere.* Hæc fuit praxis antiquæ ecclesiæ, vt ob crimina commissa nemini communionem denegarent, nisi *legitime accusato conuictoque*, adeoque deficiente *accusatore* tolerarent

quod testimoniis antiquis illustratur,

& exemplo Optati Milevitani

sui ipsius accusator alio non indigebat.

peccatores, ne idem *iudex* & *accusator* esse videretur, quod *inquisitionis* indoles peculiaris demum admisit. Ceterum merito excipiendus erat *sui ipsius accusator*, sponte delictum confessus, qui iuste poterat damnari sine accusatore. *Nos in quenquam*, ait AVGVSTINVS in *c. 1. C. 2. q. 1. sententiam ferre non possumus, nisi aut convictum* (per accusatorem) *aut sponte confessum*, sine accusatore.

Alia huius disciplinæ antiquæ testimonia idem docent,

§. IV. Varia alia rudera antiquæ sinceriorisque disciplinæ in *Decreto* GRATIANI supersunt, quæ sedulo colligam. In *c. 7. C. 2. q. 1.* GREGORIVS M. designat methodum, processum contra delinquentes examinandi, quam etiam suorum canonum collectioni inseruit ABO *abbas. c. 44.* apud MABILLONIVM *in analect. p. 146. nouiss. edit. in fol.* Ait: *diligenter quærendum est primo, si iudicium ordinabiliter est habitum i. e. si alii accusatores atque alii testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda &c. Sed & de personis accusantium & testificantium subtiliter quærendum est, cuius conditionis, cuiusue opinionis: aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum episcopum inimicitias habuissent* &c. Processus *accusatorii*, tunc tantum visitati, fundamenta principiaque tradi, plusquam manifestum est. Expressius methodum antiquam depingit AVGVSTINVS in *c. 18. C. 2. q. 1.* simulque edocet, neminem *accusatorem* simul & *iudicem* esse posse. *Nos vero a communione prohibere quenquam non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum. Quis enim sibi vtrumque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit & ACCVSATOR & IVDEX.* Illustrat in *sqq. formam iudicii* ex sacris additque: *Quibus verbis satis ostendit, non temere aut quomodolibet, sed per IVDICIVM auferendos esse malos ab ecclesiæ communione, vt si per IVDICIVM auferri non possint, tolerentur potius. -- Quia & ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exempla proposita, velut in messe, vt palea sufferatur, vsque ad vltimum ventilabrum: vel intra illa retia, vbi pisces boni cum malis vsque ad segregationem, quæ futura est in littore, i. e. in fine seculi.* Subiungit in sequentibus, neminem iudicandum esse ex solis *suspicionibus* sine *accusatore*, &, *noluit*, ait, *hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege DEI secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum atque convictum.* Denique solam *nominationem* vel *denunciationem* non sufficere iudicat, sed *ordinem iudiciarium* desiderat, quem in *accusatione* vnice ponit. Pari ratione quo-

ostenduntque, neminem simul iudicem & accusatorem esse posse,

nec nominationem sufficere,

que

que rationes ſubducit AVCTOR *quæſt. ex vtroque teſtamento qu. 102. circa fin. tomo IV. oper. Auguſt.* inſertus *p. m. 790*, *Et adhuc eſt aliquid, quod deprehendit Nouatianus. Cur*, inquit, *corpus Domini tradunt eis, quos nouerunt peccatores?* Reſpondet auctor ad hanc obiectionem: *quaſi poſſint ipſi ACCVSATORES eſſe, qui ſunt IVDICES. Si autem accuſati fuerint & manifeſtati, poterunt abiici. Nam quis iudex accuſantis ſumat perſonam? Nam ſi ipſe Dominus Iudam paſſus eſt, quem ſciebat furem eſſe, & ea, quæ mittebantur, exportare, nec eum, qui accuſatus non eſt, abiecit: hoc exemplo vti oportet, vt eum abiicere non liceat, qui publice detectus non fuerit.* Ceterum qui ſemet ipſum ſponte accuſabat atque condemnabat, in hunc citra alium accuſatorem *pœnitentiæ* ſententia ferebatur, prout expedire videbatur eccleſiæ. Longe vero abhorrebant *vtplurimum* ab iis iudiciis, in quibus *accuſator* ſimul *iudex* imo & *teſtis* eſſe attentabat. Contrarium dagma FABIANO attribuit PSEVDO-ISIDORVS in *c. 1. C. 4. q. 4. Nullus vnquam præſumat accuſator ſimul eſſe & iudex & teſtis: quoniam in omni iudicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, i. e. iudices electos, accuſatores electos, defenſores congruos atque teſtes legitimos.* Eandem doctrinam quoque tribuit DAMASO in *c. 2. ibid. Accuſatores vero & iudices non iidem ſint, ſed per ſe accuſatores, per ſe iudices, per ſe teſtes, per ſe accuſati vnusquisque in ſuo ordinabiliter ordine.* Neque enim dubitandum eſt, hanc ſententiam adhuc paparum & patrum ſeculo IX. fuiſſe, h. e. tempore, quo imprimis PSEVDO-ISIDORI collectio innotuit, tantopere a NICOLAO I. defenſa, qui eandem praxin doctrinamque adhuc fouit, vt MORINVS *de adminiſtr. Sacram. pœnit. lib. II. c. 14. §. 4.* indicat docetque. Idem confirmat coæuus NICOLAO HINCMARVS in opuſc. *de presbyteris criminoſis tom. II. p. 783. ſqq.* & ſuccincte iura in accuſationibus presbyterorum obſeruanda exhibet. Denique tam vniuerſalis hæc praxis fuit, vt in *capitularibus* quoque iura eccleſiaſtica id inculcantia repetita fuerint, vt liquet ex *lib. 5. cap. 398.* & *lib. 6. capitul. 381.* apud BALVZ. *tom. I. capitul. p. 908. & 995.* item ex ISAACI Epiſcopi Lingon. *canonibus tit. XI. c. 8.* apud EVND. *cit. I. p. 1277.* atque ex infinitis aliis locis, quæ de *accuſationibus* plena ſunt. Ex his multisque aliis argumentis concludo, regulariter in *foris eccleſiaſticis*, ad quæ quæuis delicta, *laicorum* etiam, intuitu *excommunicationis* atque *pœnitentiæ*, trahebantur, proceſſum tantum *accuſatorium*, ex *ciuilibus legibus* repetitum, obtinuiſſe, nec ſine *accuſatore* regularite

quæ diſciplina adhuc ſeculo IX. obſeruata,

in capitularibus etiam repetita.

riter quem in quæſtionem tractum, niſi *ſponte* & conſcientia territus ſeſe prodidiſſet.

Notoria tamen delicta ſine accuſatore vindicabant,

§. V. Pergo ad alterum huius meditationis membrum, quod *exceptionem* a *regula* tradit. Notoria, publica, manifeſta *accuſatore* non habere opus docebant, ſed ſine eo etiam vindicari poſſe, quod nec a ſcitis ciuilibus abludit. *l. 13. pr. de offic. præſid.* Prouocabant ad exemplum PAVLI *1. Cor. V.* quod inter alios facit AVCTOR *quæſt. teſtamenti, tomo IV.* operum AVGVSTINI inſertus *qu. 102. circa f. p. m. 792. Hinc eſt*, ait, *vnde Apoſtolus plebem Corinthiorum arguit, propterea, quod illum, qui PVBLICE vxorem patris habebat, non corriperent, aut euitarent, vt ſe emendaret, dicens: neſcitis, quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit, Cum enim non eſſet dux aliquis aut præpoſitus eccleſiæ, plebis erat, corripere eum, quem videbant tam turpiter & obſcœne inter eos conuerſari. Ac per hoc quaſi conſentientes eos crimini eius Apoſtolus arguit. Nec enim in hac re ACCVSATORE opus, aut teſtibus. PVBLICE enim nouercam ſuam loco vxoris habebat.* Hoc modo iuſtificabant proceſſum in *notoriis*, cenſebantque ad effectum *pœnitentiæ* vel *abſtentionis* ſufficere, ſi *publice* crimen eſſet ita manifeſtum cognitumque, vt nulla tergiuerſatione celari poſſet. Cum enim quædam veſtigia in *foris criminalibus ſecularibus* obſeruabant, non aliter etiam in *foro eccleſiaſtico* agendum eſſe rebantur, in quo de *pœnitentia* infligenda, de *excommunicatione* dictanda, atque de *remouendis clericis* inordinate verſantibus tractabatur, quæ omnia pro *bono eccleſiæ* & ad tollendum omne ſcandalum etiam ſine *accuſatore* decerni poterant; non aliter tamen, quam in *notoriis*, *publiceque notis* & ſic per modum *exceptionis* pœnæ prædictæ *ſine accuſatore* dictabantur. Hoc modo non tantum contra duos epiſcopos proceſſit NICOLAVS in *c. 21. C. 2. q. 1.* ſed imprimis GRATIANVS antiquam eccleſiæ diſciplinam in *Cauſa II. q. 1.* recenſuit, eamque quæſtionem propoſuit: *an in MANIFESTIS iudiciarius ordo ſit requirendus?* Intelligit vero per *iudiciarium ordinem* ipſam *accuſationem*, a legitimo *accuſatore* motam: præmittit textus in *c. 1. ſqq.* vsque *ad c. 15.* quibus regula antea explicata illuſtratur, ſine *accuſatore* regulariter neminem etiam in foro *eccleſiaſtico* condemnandum eſſe: mox in *c. 15. ſq.* addit *exceptionem*, niſi *crimen notorium* eſſet, quam ex patrum dogmate & conſenſu pontificum illuſtrat atque probat. Ceterum *publica* & *manifeſta* ea tantum delicta vocabant, quæ omnibus in eccleſia alicuius loci cognita erant, & ita *ſcandalum publicum* operaban-

quod imprimis Gratianus illuſtrat C. 2. qu. 1.

modo publice & omnibus crimina eſſent cognita,

bantur. Hæc cum per *eiectionem* tum per *pœnitentiam* expianda erant ſine *accuſatore*. Non ſufficiebat vero, ſi tantum notum crimen erat *iudici eccleſiaſtico*, non item *eccleſiæ*, ſeu *cœtui fidelium*, & ita *ſcandalo publico* carebat. Hoc caſu non procedebat iudex eccleſiaſticus contra delinquentem, ne ſimul *accuſator* & *iudex* eſſe videretur, quod recta ratio non permittebat, prout illuſtrat AVGVSTINVS in *c. 18. C. 2. q. 1.* Imo epiſcopus eum, quem delinquentem nouerat, non prodebat, nec a liminibus eccleſiæ arcebat; interim emendare ſtudebat. *Nouit*, ait AVGVSTINVS in *c. 19. C. 2. q. 1.*, *neſcio quem homicidam epiſcopus, & alius illum nemo nouit. Ego nolo publice illum corripere, & tu quæris inſcribere? Prorſus nec prodo nec negligo: corripio in ſecreto: pono ante oculos eius DEI iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pœnitentiam. Hac charitate præditi eſſe debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quod quaſi non corripiamus: aut putant nos ſcire, quod neſcimus, aut putant nos tacere, quod ſcimus. Sed forte, quod ſcis & ego ſcio: ſed non coram te corripio, quia CVRARE volo, non ACCVSARE.* Accuſatus enim & conuictus eiiciendus erat, donec *legitimam pœnitentiam* egiſſet. Addit nouum exemplum: *Sunt homines adulteri in domibus ſuis: in ſecreto peccant: aliquando nobis PRODVNTVR ab vxoribus ſuis plerumque zelantibus: aliquando maritorum ſalutem quærentibus. Non prodimus palam, ſed in ſecreto arguimus. Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia oſtendentes homini, in tali peccato conſtituto, ſauciamque gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum.* Ita ſapienter & chriſtiano more agebant epiſcopi, ſcientes SANCTAM RVSTICITATEM (qua *imprudentiam* HIERONYMVS in *c. 56. c. II. q. 7.* deſignat,) plus nocere *rei chriſtianæ* quam prodeſſe. Diſtincte per varios caſus hanc antiquam diſciplinam illuſtrat, teſtimoniisque variis exornat MORINVS *de admin. ſacram. pœnit. lib. II. c. 15.* quæ docent, admodum ſobrie contra delinquentes egiſſe epiſcopos, nec vnquam admiſſum fuiſſe, vt eſſent *iudices* & ſimul tamen *teſtes* & *accuſatores*, prout declarat *c. 3. C. 6. q. 2.* quod tamen poſtea non abſurdum aut ἄτοπον eſſe cenſuit INNOCENTIVS III. in proceſſu *inquiſitorio*.

non vero ſoli iudici.

Imo ne quidem epiſcopus crimen ſciens accuſabat.

§. VI. In eorum claſſem, qui *manifeſtorum criminum* rei arguebantur, etiam referebant ſui ipſius accuſatorem, quem itidem ſine *accuſatore extraneo* condemnabant, iuxta doctrinam AVGVSTINI in *c. 18 C. 2. q. 1.* vt tamen mitius cum eo agerent. Laudat PAVLINVS in

Ad manifeſta referebant etiam ſponte confeſſa.

vita Ambroſii magiſtrum ſuum, quod lapſus confitentes ſuos paterno more ſanare curauerit: *bonum relinquens exemplum poſteris ſacerdotibus, vt interceſſores apud DEVM magis ſint, quam ACCVSATORES apud homines. Nam & ſecundum Apoſtolum circa huiusmodi hominem confirmanda charitas eſt, quia ipſe ſui accuſator eſt, nec exſpectat accuſatorem, ſed præuenit, vt confitendo ſuum alleuet ipſe delictum, nec habeat, quod aduerſarius criminetur.* Adhuc ſeculi XII. auſpiciis IVO Carnutenſis *in epiſt. 97.* vitandam illorum communionem dixit, *quorum facinora aut ita nota ſunt, vt probatione non egeant, aut quæ confeſſione euidenti manifeſta ſunt, aut iudiciario ordine publicata, aut ſufficientibus teſtimoniis comprobata*, qua ſententias patrum pontificumque deciſiones, ſibi in ſpeciem contradicentes, conciliare voluit. Et vt paucis omnia colligam, vsque ad GRATIANI tempora, nemo ſine *accuſatore* condemnandus erat, niſi crimen vel *publice notum*, vel *ſpontanea confeſſione* proditum fuerat.

Hæc diſciplina, hactenus tradita, adhuc tempore Gratiani in vſu fuit.

§. VII. Neque vero quoad ipſum *proceſſum* duntaxat conſtans atque inconcuſſa diſciplina eccleſiaſtica per *duodecim ſecula* ſtetit: in hoc quoque priſcam retinuit ſeueritatem, quod vigorem ſuum in quæuis delicta *clericorum* & *laicorum* exercuerit, non quidem in hunc finem, vt *criminaliter* animaduerteret in peccatores, (quod negotium *ſeculari reipublicæ* datum eſſe, allegabant patres) ſed vt eos ad *pœnitentias* in *ſalutem animæ*, iuxta hypotheſin vniuerſaliter aſſumtam, per *ejectionem* vel *ſeparationem* ab eccleſia alliceret traheretque, & ita poſt diuturnos labores pœnitentiales cum eccleſia reconciliaret. Hic erat *fori eccleſiaſtici* ſcopus, hic finis; vtut, poſtquam eccleſia adoleuit, hæc diſciplina, in corruptionem tracta, materies multorum malorum fuerit, vt ad *tit. de pœnit. & remiſſ.* indicandum erit. Id enim nunc non ago, vt *pœnitentiarum* harum infectam faciem repreſentem, & quid in ipſo *fine* deſiderari debeat, diligenter examinem: ipſum *proceſſum* tantum, huic diſciplinæ inſeruientem, in ſcenam produco, qui tamen ex fori eccleſiaſtici ſcopo proprio & peculiari illuſtrandus eſt. Neque vero huic cauſæ peritiorem aduocatum dare poſſum, quam IOANNEM MORINVM, qui in tr. ſæpe laudato *lib. I. c. 10. §. 1.* totius doctrinæ veterum chriſtianorum compendium exhibet & variis antiquitatum monumentis exornat. Poſtquam enim præmiſerat, *epiſcopos conſtanter iurisdictionem ſuam in omnia crimina, etiam leuiſſima, occulta & publica, SACRAMENTALI RATIONE*, vt loqui-

Quæuis delicta in cenſuram eccleſiaſticam veniebant

in hunc finem, vt peccatores ad pœnitentiam reuocarent.

quod ex Morino illuſtratur.

Digitized by

quitur, *exercuisse*, hæc addit: *Non enim anxie distinguebant, an in confessione secreta, an extra confessionem eiusmodi peccata cognoscerent, vt iis pœnitentiam & reconciliationem canonicam concederent; siue, vt nunc loquimur, absolutionem sacramentalem. Vnicus ille erat episcoporum & presbyterorum finis in peccatis quibusque iudicandis, siue in DEVM, siue in fratrem commissa forent. Nec erat alius, qui excommunicationem, alius, qui peccata solueret, ad quem soluta excommunicatione peccator esset remittendus: nec erat aliud tribunal, in quo excommunicandus vel excommunicatus iudicabatur; aliud, in quo pœnitens excommunicatione soluta; sed vnus idem homo, episcopus scilicet vel presbyter, vnius eiusdemque tribunalis præses id præstabat; vel si antiquissima tempora respicias, id præstabat episcopus presbyteris assessoribus cinctus, non modo in causa criminum publicorum, sed etiam occultorum, quæ sponte reus publice confitebatur, propriæ conscientiæ aculeo compunctus vel prudentis confessoris consilio stimulatus, vel denique occulto illo crimine alicuius testimonio & industria reuelato & comprobato.* Hæc erat ratio *iudiciorum ecclesiasticorum* in delictis per duodecim secula, adeoque differentia delictorum non habebatur; quin imo si contra *clericos* delinquentes procedendum erat, id rursus *pœnitentiæ* & *reconciliationis* causa fiebat, quamuis hoc modo *per necessariam consequentiam* officio priuandi erunt, sine spe spartam amissam recuperandi, de quo argumento conferri rursus potest MORINVS *cit. l. lib. IV. c. 14. & 15.*

§. VIII. Duo tamen adhuc obseruo, quæ a *regula* hactenus tradita paulisper declinant & in deuia ruunt. Primum est, quod in *conciliis*, (in quibus etiam *iudicia* quædam *maiora*, maxime *de clericis*, exercuerunt patres, obseruantibus PETRO de MARCA *de conc. sac. & imper. lib. 7. c. 1. sqq.* DAVIDIO *de iudic. eccl. antiq.* DVPINIO *de disciplin. eccl. diss. 2.*) vtplurimum iudices fuerint, qui antea erant condemnandorum *accusatores*, *hostes*, *inimici*, *aduersarii*, qua methodo etiam *pontifex* sæpius vsus est extra comitia sacra. Alterum est, quod *in causis fidei* & *orthodoxiæ* non desiderati præcise *accusatores*, sed semina *processus inquisitorii* iam hinc inde sparsa fuerint, id quod tamen *extraordinarium* fuerat, ad *exceptionem* referendum, idque in *fauorem fidei*, ob quem ab omnibus *regulis* recedendum, vt IOANNES a ROYAS *in singularibus in fauorem fidei* pleniſſime docet & ad *tit. de hæret.* tradendum erit. Primum caput quod attinet, AVCTOR, HILDEBRANDO COŒUUS, quem VENERICVM VERCELLENSEM esse quidam credidere, in tr. *de vnit. eccles.* con-

In conciliis regula: quod nemo possit esse accusator & iudex, vtplurimum nego-gleda, imo & a pontifice, exemplo Greg. VII.

conſeru. editus a SIMONE SCHARDIO *de iurisdict. imper.*, HILDEBRANDO hoc *p. 21.* obiecit, eique hoc crimini dedit, quod *regem*, HENRICVM IV. *quem honorificari Apoſtolus præcipit, ipſe de peſſimo crimine ACCVSAVERIT, quod non probauit. Ipſe etiam*, pergit, *huius accuſationis TESTIS extitit, quia alios TESTES non adhibuit: ipſe etiam IVDEX extitit, quia regem ſe excommunicaſſe perhibuit.* Id quod quidem contra canones eſſe, plenius oſtendit prælaudatus auctor; ab hoc tempore tamen in curia Romana in morem abiit poſt turpiſſimum hocce facinus, quod GREGORIVS VII. ediderat, conculcatis legibus humanis diuinisque, quique, vt IDEM *p. 45.* ait, *vixit ad interitum pariter eccleſiæ & reipublicæ.* Epiſcopi non raro eadem methodo vtuntur, & quia quotidie fere lites ſunt inter *ſacerdotium* & *imperium*, h. e. inter *regnum eccleſiaſticum* & *ſeculare*, pontifex quidem & *actor* & *iudex* eſt, & in *propria cauſa* ius dicit, excommunicando eos, qui contendere quam cedere malunt, quem morem etiam imitantur epiſcopi, vt paſſim PAVLVS SARPIVS *in tract. de iure imperant. contra excommunicat. & interdicta* carpit notatque.

De conciliis id probat Clericus.

§. IX. *Conciliorum* morem eundem antiquitus fuiſſe obſeruat CLERICVS *in biblioth. vniuerſ. tom. X. p. 468.* & poſtquam oſtenderat, ATHANASIVM inique in concilio Tyrio *anno 335.* ab hoſtibus ſuis damnatum fuiſſe, hæc addit: *Sic epiſcopus Alexandrinus ab inimicis, qui iudices eius fuerunt, damnatus eſt: quemadmodum Arius anathemate percuſſus fuerat, ab Athanaſii deceſſore Alexandro, aliisque epiſcopis, qui antequam concilium euocaretur, ei palam aduerſati fuerant. Idem factitatum in omnibus epiſcoporum cœtibus, qui ab illo æuo ſunt coacti; nam ſingulari iure præ laicis gaudent eccleſiaſtici, quo ſimul aduerſarii & legitimi iudices eſſe poſſunt.* Hæc verba cum atro carbone notaſſet CAVEVS, patrocinium huius cauſæ IDEM ſuſcepit *in epiſt. critic. p. 156. ſeq.* & *ago*, ait, *de ſola forma iudicii, & quæro, annon Alexander iudex de Ario ſederit, cum eius aduerſarius fuiſſet? Sedit ſine dubio, imo iure ſediſſe cenſetur, & ſic ſemper fecerunt deinceps in ſynodis epiſcopi. Quamuis acerrime contendiſſent cum iis, qui erroris arguebantur, quamuis eos ad ſynodos detuliſſent; annon ſemper moris fuit, vt iudices ſederent, æque ac ſi, quid ſibi placeret, ne nutu quidem antea ſignificaſſent? Quis nunc ergo negarit, in iure eccleſiaſtico iudices & aduerſarios eſſe poſſe?* Veritatem facti probant ea, quæ tradunt EPIPHANIVS *hæreſi 48. al. 68.* SOCRATES *lib. 1. c. 9. in epiſt. Synodali*, etiam recitata ab HARDVINO *tom. I.*

Scriptores eccleſiaſtici.

con-

Digitized by Google

concil. p. 439. vbi patres laudant ALEXANDRVM vt *omnium actorum auctorem & participem*, qui tamen Ario egregie aduerſus erat. De impio & plusquam barbaro *proceſſu Tyrienſis Synodi* loquuntur acta apud HARDVIN. *tom. I. concil. p. 542. ſeqq.* Sardicenſis ſynodi anno 347. habitæ fata idem loquuntur. PAVLVS & ATHANASIVS, inique deiecti, concilium nouum conuocari poſtulant ab imperatoribus, *tum vt eorum negotium, tum fidei cauſa generalis ſynodi ſententia terminaretur*, vt ait SOCRATES *lib. 2. c. 20.* Vtriusque orbis Romani imperatores in hunc finem Sardicenſe indixerunt concilium, orientis atque occidentis epiſcopos ad illud euocantes. Actores erant PAVLVS & ATHANASIVS, qui reſtitutionem ſuam deſiderabant, adeoque a conſeſſu abſtinere debuiſſent, id quod etiam deſiderabant *orientales.* Quia vero *occidentales* pati noluerunt, vt PAVLVS & ATHANASIVS, quorum cauſa potiſſimum agebatur, *a conſeſſu excluderentur, orientales illico diſceſſerunt*, vt rurſus ait SOCRATES *cit. l.* Fateor, ATHANASIVM & PAVLVM inique fuiſſe depoſitos; aſt fas iis non erat, in cauſa ſua occupandi ſimul ſubſellia iudicum, cum vel *actoris* vel *rei* vicem ſuſtinerent, & cauſa in eo eſſet, vt *de accuſatoribus* ATHANASII, qui in *Tyrienſi ſynodo* eum reum poſtulauerant, ſententia ferenda eſſet, cui iudicio ATHANASIVS ipſemet intereſſe non debebat. Quam inique ſede ſua pulſus fuerit GREGORIVS Nanzianzenus a *ſynodo Conſtantinopolitana*, ſuggeſtionibus imprimis ipſius aduerſarii TIMOTHEI, epiſcopi Alexandrini, plusquam notum eſt, & quia prolixa experientia obſeruauerat iniquiſſimum in his comitiis procedendi ordinem, tædium eum conciliorum adeo cepit, vt *epiſt. 55. ad Procopium tom. I. p. 814.* ita ſcribat: *Ego, ſi vera ſcribere oportet, hoc animo ſum, vt omnem epiſcoporum conuentum fugiam: quoniam NVLLIVS concilii finem lætum & fauſtum vidi, nec quod depulſionem malorum potius quam acceſſionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones & DOMINANDI CVPIDITATES (ac ne me quæſo grauem & moleſtum exiſtimes hæc ſcribentem) ne vllis quidem verbis explicari queunt: citiusque aliquis in improbitatem arceſſetur, dum aliis iudicem ſe præbet, quam vt aliorum improbitatem comprimat.* IDEM *in epiſt. 72. p. 829.* de epiſcoporum turbulentis ingeniis ita: *Rurſus epiſcopi coeunt, ac metuendum RVRSVS eſt, ne nunc quoque pudore ſuffundamur, ſi hæc ſynodus parum lætum finem habuerit, quemadmodum & prius. In carmin. X. tom. II. p. 81.* concinne ait:

Fata concilii Sardicenſis.

Gregorii Nazianzeni exemplum & teſtimonium.

Non ego cum gruibus, non anſeribusque ſedebo
In ſynodis, quæ ſe morte furente petunt.
Hic rixæ, hic ſera pugnæ, priusque abſconditæ probræ,
Quæ ferale odium parte ab vtraque parit.

Idem obſeruat Bælius.

§. X. Neque vero credendum, GREGORIVM hæc tædio, quod a concilio eiectus ſit, ſcripſiſſe: hiſtoriæ conciliorum quorumcunque veritatem rei demonſtrant. Non inepte BAELIVS *ſub artic. Marillac. lit. t. p. 1931.* de his congregationibus epiſcoporum ita iudicat: *Ce ſont toutes aſſemblées de mauvais augure: elles ſont une temoignage, que les maux publics ſont grans, & que l' on commence a deſeſpérer de la guériſon. On fait alors comme dans les maladies à peu-pres desésperées: on aſſemble quantité de medecins; on les fait venir de loin; il s' accordent rarement; ils en faut venir à la pluralité des ſuffrages; ils font ſi biens, que le malade peut dire: la multitude de Medecins m' a fait mourir. Les belles harangues ne manquent pas dans ces aſſemblées: mais les cabales & les intrigues y manquent encore moins; & la concluſion ſuit presque toujours, non pas la juſtice & la verité, mais la brigue la plus forte.* Quanta aſtutia in concilio Seleuciæ habito actum fuerit, docet Sozomenus *lib. IV. c. 16. in f. & c. 22.* Concilii Epheſini anno 431. habiti, acta docent, CYRILLVM infenſiſſimum NESTORII hoſtem, præſidatum in conſeſſu patrum geſſiſſe, & iudicem eius primarium fuiſſe, cum ab eius nutu ceteri dependerent. SOCRATE *lib. VII. c. 34.* teſte IOANNES *Antiochenus* CYRILLVM *totius tumultus auctorem, & temerario ac præcipiti impetu ad depoſitionem Neſtorii prorupiſſe*, affirmauit. Noluit enim exſpectare orientis & occidentis epiſcopos reliquos, quorum aduentus adhuc inſtabat, vtpote qui cauſæ ſuæ & conſiliis violentis minime fauere videbantur. vid. DVPIN. *bibl. des aut. eccl. tom. III. P. 2. p. 293.* Autor in *hiſtoria paparum* gallico idiomate ſcripta & a. 1732. edita *tom. I. p. 207.* Ipſi Cæſares CYRILLO in epiſt. apud HARDVIN. *tom. I. p. 1342.* obiiciunt, quod *tumultum & diuiſionem eccleſiis intulerit.* Addunt: *omnino vero ſcito, te commouiſſe, non vt oportebat:* & tamen hic ipſe præſes *in concilio Epheſino* fuit, & rurſus omnia in eo turbulenter egit. Veritatem huius proceſſus arguunt mores CYRILLI, qui teſte SOCRATE *lib. 7. c. 7. maiori cum poteſtate quam Theophilus*, cui ſucceſſor in ſede Alexandrina datus erat, *ad epiſcopatum acceſſit. Ex eo enim tempore*, pergit, *epiſcopi Alexandrini ſacerdotalem gradum atque ordinem ſupergreſſi, principatum quendam obtinere, & cuncta PRO IMPERIO agere cæperunt.* Nec dubium eſt, quin im-

Aliorum conciliorum acta idem probant, vt Epheſini.

Digitized by Google

imperatores in literis, ad CYRILLVM ante concilium datis, ipſum tacite carpant atque perſtringant, *quod imperare ſorte quam in medium conſulere maluerit.* Vid. RICHERIVS *in hiſtor. concil. general. tom. I. p. 262.* Hoc modo ipſum egiſſe in concilio prædicto eruditi paſſim fatentur, quæ in compendio recenſuit DVPINIVS *cit. l. p. 320. ſeqq.* Quamuis enim *p. 322.* varias ſubiiciat reſponſiones, quibus quidam excuſare nituntur proceſſum hunc plusquam tumultuarium, inter quos principatum gerit LVDOVICVS DOVOIN leſuita *dans l'hiſtoire du Neſtorianisme;* ita tamen comparatæ ſunt, vt non euincant, infenſiſſimum *hoſtem* atque *accuſatorem* NESTORII haud fuiſſe iudicem, nec pro imperio & per impetum omnia egiſſe. Non defendo NESTORIVM, quamuis cauſa eius defendi facile poſſit: proceſſum duntaxat incuſo: morem deprauatum eccleſiæ arguo, quo facultas iudicandi & quidem cum *imperio* ſingulari de cauſis accuſatorum data eſt ipſis accuſatoribus & hoſtibus eorum, qui in ius vocati ſunt. Id vero reprobat recta ratio: id ius diuinum humanumque damnat; ſed ius eccleſiaſticum in cauſis fidei, in quibus omnia *irregularia* legitima cenſenda, probat ſanumque iudicat. Quamuis enim regula ſit, accuſatorem nec *iudicem* nec *teſtem* eſſe poſſe: neminem *inimicum* ſuum accuſare poſſe; exceptio tamen vtplurimum facta eſt in *cauſa fidei*, cum de *crimine hæreſeos* inimicus inimicum accuſare, imo accuſator quoque teſtimonium contra hæreticum dicere queat, quod *zelus fidei* hæc irrationabilia facta ab omni ſuſpicione purget, vt IOANNES a ROYAS *cit. tr. ſing. 7. & 10.* ex doctrina communi *Romanæ eccleſiæ* tradit. Neque enim proceſſus conciliorum vllo defendi poſſet modo, ſi his principiis quis bellum indicere vellet. Omne ſcilicet iuſtum, pium, bonum, quicquid *pro fide* fit; licet carnalibus hominibus, qui tantum ducem rationem ſequuntur, impia, iniqua & irrationabilia videantur, qui merito ex hypotheſi *inquiſitionis Hiſpanicæ* rationem ſub obedientiam *fidei Hiſpanicæ* captiuam ducere debebant.

§. XI. Per alia concilia ire & proceſſum eorum examinare, haud iuuat, quamuis in his quoque veſtigia huius irrationabilis proceſſus obuia ſint. De nouiſſimis tantum quædam addam, inter quæ coitiones *Tridentinorum* a parte *Catholicorum*, & *Dordracenſium* patrum a parte *Reformatorum* illuſtres fuerunt. Tridentini concilii nævos atque vitia ex merito redarguit RICHERIVS *in hiſtor. concil. general. lib. IV. p. 170. ſqq.* vbi generaliter præmittit, quod *nihil quicquam*

Recentius exemplum eſt in concilio Tridentino,

Digitized by Google

quam olli dicere, proponere aut ſuadere licitum fuit, quod propoſitioni factæ a Legatis Papæ (hoſtis proteſtantium infenſiſſimi) *non vsque quaque conſenſerit atque concordauerit.* Addit 171. *neceſſum fuiſſe patribus Tridentinis, vbi ſuam de rebus propoſitis ſententiam dixiſſent, mittere Romam, vt obtinerent afflatum Spiritus S. ad infallibiliter decernendum:* idem *p. 172. rumorem inualuiſſe, Spiritum S. Roma a patribus Tridentinis euocari atque Tridentum mitti.* Porro *p. 173. pontifices ſedulam operam dediſſe, vt in Tridentino concilio epiſcopi Italiæ triplo ferme aliarum prouinciarum epiſcopos ſuperarent, ac proinde omnia ex animi ſui arbitrio & curiæ Romanæ ſtylo ac placitis, quibus innutriti erant, decerneretur: Italiæ epiſcopos aſſuetos dominationi curiæ Romanæ, totos a nutu pontificis tanquam abſoluti Monarchæ pependiſſe.* Denique, vt cetera omittam, *p. 245.* teſtatur, *hunc Tridentinæ reformationis fuiſſe exitum & ſcopum, vt nihil ad veritatem ſed in quandam ſpeciem & pompam externam, atque ad priuatum curiæ Romanæ ſplendorem & commodum cuncta referrentur.* Vitio ergo proteſtantibus verti non potuit, quod *iudicem* hunc rebus ſuis inimiciſſimum publicumque LVTHERI *accuſatorem*, qui mentem Tridentinorum vbique ad rationem ſtatus ſui flectebat, prorſus recuſarent, & placita huius Synodi reiicerent reprobarentque, cuius cauſas anno 1546. publicis ſcriptis publicarunt proteſtantes, in compendio relatas a SECKENDORFFIO *in hiſtor. Lutheran. lib. III. §. 130.*

& Dordracenſis.

§. XII. *Dordracenſis* ſynodus haud procul abfuit a methodo in conciliis plerisque recepta, ad dogmata *Arminianorum* examinanda inſtituta. Notatu dignum eſt, BOGERMANNVM præſidem horum comitiorum fuiſſe, hoſtem Arminianorum infenſiſſimum, & eorum perſecutorem acerrimum. Non diſſimulauit hoc ipſum GERARDVS BRAND. *in hiſtor. reform. Belg.* ex cuius compendio gallice edito *tom. II. p. 9.* hæc referre placet: *Elle* (electionem BOGERMANNI & aſſeclarum intelligit) *déplut extremement aux remontrans, qui regardoint ces cinq perſonnes comme leurs ennemis déclarez, et ſur-tous BOGERMAN, d' autant plus, qu' il aſſûroit, que ſ' on deuoit faire mourir les heretiques, & qu' il avoit traduit en Flamand, comme nous ſ' avons dit ailleurs, le livre de Beze, ou ce reformateur ſoutient cette doctrine deteſtable. Nous croions devoir remarquer ici, qu' il eſt ſurprenant, que le Sinode ait choiſi pour moderateur un homme, qui pouſſoit ſ' intolerance iusqu' à dire, qu' il faloit condamner les heretiques à la mort.*

Re-

Digitized by Google

Remonſtrantes, iniquitatem rei animaduertentes, vbique ingeminarunt, ſe ab inimicis in ius trahi: cauſam ſuam ab iis ipſis examinari atque iudicandam eſſe, qui illam iam damnauerant: id vnice agi, non vt in veritatem inquiratur, ſed vt theſes a BOGERMANNO (cuius mores depingit CASPAR BARLAEVS in tr. cuius titulus: BOGERMANNVS ἐλεγχόμενος) & plerisque ſynodi membris impugnatæ condemnarentur &c. Id negari nequit, eos, qui in hoc concilio *iudicis* prouinciam ſuſceperant, alteram ſimul contendentium partem conſtituiſſe, vt ad HALESII *hiſtor. concil. Dordraceni p. 233.* oſtendit Theologus doctiſſimus MOSHEMIVS. Ipſe HALESIVS *cit. l. p. 386.* de Belgis, qui interfuerunt concilio, hæc narrat: *Belgæ, niſi me omnia fallunt, tanto flagrant Remonſtrantium odio, nec minori fortaſſis, id quod metuo, in homines quam in ſententias eorum, vt nihil prope dubitem, quin moderationem noſtram moleſte laturi ſint.* Idem fatetur BRANDT. *cit. l. p. 75.* narratque, Theologos Belgas præiudicio inexpugnabili adeo contra Remonſtrantes captos fuiſſe, vt vererentur, ne *moderatio* extraneorum Theologorum iis prodeſſet, quod tamen variis rationibus præcauerunt. In *epiſt. eccleſ. & polit.* ARMINII, VORSTII coniunctim anno 1660. editis *p. 512. ſqq.* plura referuntur notatu digna, quæ in hac ſynodo geſta ſunt. EPISCOPIVS præ ceteris redarguit BOGERMANNVM aſſeclasque eius, quod *iudicis* vicem ſubire non vererentur, atque inter alia in pleno conuentu *ibid. p. 520.* ita præſidem allocutus eſt: *R. D. Præſes, ſi vos eſſetis noſtro loco, & nos veſtro, anne vos ſubiiceretis noſtro iudicio? Reſpondit Præſes, patienter nobis hoc eſſet ferendum. Regeſſit Epiſcopius: Aliud eſt agnoſcere iudicem: aliud patienter ferre. Nos etiam feremus iudicem hunc, ſed ab animo noſtro impetrare non poſſumus, vt vos iudices legitimos agnoſcamus ſententiæ noſtræ, cum ſitis pars aduerſa, & diuerſas plane & ſeparatas a nobis habeatis eccleſias. Quod ad magiſtratus auctoritatem attinet, nos illam libenter agnoſcimus; at vt nobis iudices ponantur, qui ſunt aduerſarii, illud pugnare cum æquitate naturali.* Alia ſeſſione, prout *p. 521.* refertur, EPISCOPIVS ſcriptum aliquod prælegendum curauit in ſynodo, cuius initium ita ſeſe habebat: *Prudenter monet doctiſſimus Paræus, ſe nemini eſſe auctorem, vt in tali ſynodo compareat, in qua iidem ſunt PARS ADVERSA & IVDICES* &c. In *fine ſcripti* ſolennem edidit proteſtationem contra ſynodum, qua declarabat nomine *Remonſtrantium* coram toto orbe chriſtiano, ſe illam ſynodum quoad maximam ſui partem non habere pro *legitimo iudice*, cum eſſent *pars aduerſa* &c. Plura non addo, qui hæc non ſcribo,

Digitized by Google

vt ſynodo ipſi dicam ſcribam, aut eius geſtis præiudicem, ſed vt oſtendam, morem hunc quaſi inueteratum eſſe, vt inter iudices vtplurimum prædominentur, qui pars aduerſa fuerunt.

in cauſis fidei quædam ſemina proceſſus inquiſitorii olim ſparſa,

§. XIII. Feſtino ad alterum ſingulare, quod §. *VIII.* tetigi, ſeminaque cuiusdam *inquiſitorii proceſſus* in cauſis *fidei* concernit. Generaliter autem præmitto, non omnem *inquiſitionem* eſſe *proceſſum inquiſitorium*, in quo ſine *accuſatore* proceditur. Illa etiam, *accuſatione* ferente, eſt neceſſaria, officiumque iudicis inſtruit, ne absque diligenti *cauſæ cognitione* h. e. inquiſitione procedat. Atque id ipſum monet Pseudo-EVARISTVS in *c. 20. C. 2. q. 1.* quamuis poſtea INNOCENTIVS III. pro legitimando *proceſſu inquiſitorio* ad eundem prouocauerit. Scopus huius textus adulterini vnice huc tendit, vt admoneantur iudices, ne absque *ſufficiente probatione* & ſedula veritatis indagatione iudicent aut damnent aliquem, prout verba vltima declarant. Eas autem partes eſſe iudicis in omni iudicio, ſiue *ciuili*, ſiue *criminali*, & hanc *inquiſitionem* præcipuam officii eius partem eſſe, quis vnquam in dubium vocauit? Interim hæc non excludit *accuſatorem* aut *actorem*, vtpote cuius eſt, tum *deferre* crimina, tum *probare*.

quamuis etiam inquiſitio in proceſſu accuſatorio adhibenda.

In cauſis fidei non deſideratus accuſator vel ex capite notorii, vel ex ratione conciliorum,

Sed in cauſa *hæreſeos* ſeu *fidei*, quæ *publica* videbatur, non adeo ſollicite *accuſatorem* deſiderari, probabiliter ex duobus collegerunt: α) quod *hæreticæ doctrinæ* publice traditæ vel editæ *notorium crimen* continerent, in quo ſine *accuſatore* procedi deberet: quod *cauſæ fidei* tanquam *maiores & arduæ* conciliis reſeruatæ eſſent; in his vero ex praxi communi non alii vtplurimum *iudices* dari ſolerent, quam *accuſatores*, & qui *aduerſam partem* conſtituerent, prout in antecedentibus, declaratum eſt. Hæreſi autem ſemel per *decretum concilii* declarata, incumbebat *epiſcopis*, purgare prouinciam orbemque chriſtianum ab his, qui illa ipſa infecti erant. Quocirca ſi epiſcopi, ſi delegati papales in diœceſibus prouinciisque *conciliorum* exemplum ſequebantur, nihil inſoliti audebant, ſed vſum communem *maiorum iudiciorum ſynodalium* continuabant. Illuſtraui hoc ipſum paucis ad *Schilterum illuſtr. lib. I. tit. 19. p. 203.* & BONIFACII feruore grauiſſimo contra hæreticos demuo *tom. I. iur. eccl. p. 88.* declaraui. Sicuti vero hoc valde *irregulare* erat, ita extra eum caſum in criminibus vindicandis *accuſatore* opus erat, adeo vt etiam in *viſitationibus epiſcopalibus* eadem rerum facies fuerit, vtut forma earum antiqua proxime ad *inquiſitorium* quendam *proceſſum* inclinare videatur, de qua *tom. III. p. 584. ſqq.* actum.

quod tamen irregulare erat.

Teſtes

Digitized by Google

Teſtes ſynodales, de quibus *cit. l. p. 603.* dictum, loco *accuſatorum* fuiſſe videntur, vtpote conſtituti electique in hunc finem, vt in quæuis delicta commiſſa inquirerent, & epiſcopo *in actu viſitationis* indicarent, quibus ob iuramentum fides habebatur, cuius formula traditur *in c. 7. C. 35. q. 6.* Id tamen iam a regula deuiabat, quod hi *accuſatores publici* ſimul *teſtes* eſſent, & ex eorum depoſitione, quod *iurati* eſſent, rei pro conuictis haberentur.

§. XIV. Ad *regulam* vero reuertor. Videlicet non quiuis, ſed *idoneus* & *legitimus* accuſator, quem & *ius ciuile* poſtulabat, ad criminum perſecutionem admittebatur, *c. 4. C. 2. q. 1.* quem in finem iuxta *c. 7. ibid. de perſonis* accuſantium ſubtiliter quærendum erat, *cuius conditionis eſſent, cuiusue opinionis? qua fide, qua intentione, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quoue merito? Si pro Deo, aut pro vana gloria aut inimicitia vel odio, aut cupiditate iſta præſumſerint nec ne?* vt dicitur *in c. 17. C. 2. q. 7.* & *c. ſeq.* item *c. 6. C. 3. q. 5.* confirmatur. Hæc diſcuſſio *exiſtimationis* tunc imprimis deſiderabatur, ſi *maiores*, ſi *epiſcopus*, ſi *clerici* in ius vocandi, *c. 49. c. 52. C. 2. q. 7.* vtpote quorum accuſatio non temere ſuſcipienda. *c. 17. X. h. t.* Generatim RHABANVS in *libello pœnit.* relatus a CANISIO *tom. II. P. 2. p. 300. edit. Basnag.* id euincit ex doctrina Apoſtoli aiens: *Accuſationem autem aduerſus ſacri ordinis viros facile non recipiendam, ſed prius cauſam diligenter examinandam, & poſtea iudicium inferendum Apoſtolus docet, ſcribens ad Timotheum: Accuſationem, inquit, aduerſus presbyterum non recipies, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.* Præterea vero legum ciuilium normam adeo curæ cordique habebant, vt *nullæ accuſationes a iudicibus audiendæ eſſent eccleſiaſticis, quæ legibus ſeculi prohibebantur, c. 5. & 7. C. 3. q. 5.* quarum ſeriem ex pandectis nectit recenſetque GRATIANVS *in c. 14. C. 2. q. 1.* Addit *concil. Tolet. VI. in c. 9. C. 3. q. 9.* ante omnia *præſentandum* eſſe accuſatorem atque *LEGVM & CANONVM ſententiam exquirendam*, vtrum iuxta eos habilis ad accuſandum fuerit. Pleraque, quæ adducta ex GRATIANI *Decreto*, deſumta ſunt ex ſpuria collectione ISIDORI, quæ tamen vſum ſeculi VIII. ad minimum docet, vt liquet ex HARDVIN. *Collect. tom. I. p. 74. 92. 112. 124. 126. 129. 144. 145. 208. 210. 224. 235.* Conf. BALVZ. *tom. I. capitul. p. 907. ſeq. 994. 1047. 1060. 1066. 1159. 1195. ſeq.*

Accuſator idoneus deſiderabatur,

imprimis in clericorum accuſatione.

Digitized by Google

Laici inhabiles in clericorum accusatione,

§. XV. Non substitit ius canonicum in hac *regula generali*; speciatim plures designauit, quos munere accusatorum fungi noluit. In compendio indicabo inhabiles, qui vel *absolute* tales sunt vel *secundum quid*. In posteriori classe collocandi (1) *laici*, qui *clericos* accusare prohibentur; non alios quoscunque, quod Pseudo-ISIDORI collectioni imprimis debetur, vt docet textus apud HARDVIN. *tom. I, concil. 45. 117. 127.* & GRATIANVM *in c. 1 - - 6. C. 2. qu. 7.* Neque enim conciliorum decreta eos ab accusando arcuerunt, vt docet *concil. Epaonense de anno 517. c. 24.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. p. 1050. laicis contra cuiuslibet gradus clericum, si quid criminale parant obiicere, dummodo vera fugerant, proponendi permittimus potestatem.* In *capitularibus* ex antiquo iure ecclesiastico idem traditum est, veluti: *laici episcopos aut clericos non accusent, nisi prius eorum discutiatur existimationis opinio* apud BALVZ. *tom. I. capit. p. 224. 708. 1042. in f.* Id tantum præcauebatur, *ne laico quemlibet clericum in seculari iudicio liceret accusare, cum priuatorum christianorum causas magis Apostolus ad ecclesias deferri atque ibidem terminari præcipiat.* BALVZ. *ibid. p. 1056. in f.* Doctrinam Pseudo-ISIDORI ALEXANDER III. *in c. 14. X. de testibus* propugnauit, aiens: *Laicos in accusationem contra clericum in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura SACRORVM CANONVM manifestius edocet:* quo ipso ad *commenta* ISIDORI sine dubio respexit, & eandem doctrinam repetiit *in c. 10. X. h. t.* Rationes coloresque huius prohibitionis varii sunt: (1) quod odio prosequantur clericos ex sententia BONIFACII VIII. *in c. 3. de immun. eccl. in 6.* aientis: *Clericis laicos infestos oppido tradit antiquitas*, quæ ratio vix vmbram *bonæ fidei* habet. Ni laici vsque ad superstitionem deuoti erga clericos fuissent, in tam abiectissimum statum non incidissent; sed Pseudo - ISIDORI somnia *in c. 5. 14. C. 2. q. 7.* præualuerunt a BONIFACIO VIII. repetita *in cit. c. 3.* (2) quod pugnet hæc accusatio cum denunciatione & obedientia clericis debita, *c. 15. C. 2. q. 7.* instar *patrum* filiali obsequio colendis, ne Chami facinore alias inquinentur: *c. 12. C. 2. q. 7.* (3) quod *viles* ab accusatione in genere & maxime clericorum remouendi *c. 18. in f. C. 2. q. 7.* quales sunt laici quicunque, intuitu clericorum etiam minimorum. Etenim clerici cum cœlo, laici cum terra comparandi sunt, vt est apud CANISIVM *in lect. antiq. tom. IV. p. 636. edit. Basnag.* vt talis differentia sit inter eos statuenda, qualis est inter cœlum & terram, inter carnales & spirituales: (4) quod laici

non ex conciliorum decreto,

Sed Pseudo-Isidori & pontificum recentiorum, ob vanas rationes,

in-

Digitized by Google

inſtar *ſubditorum* ſint, clerici autem munere *patrum & dominorum* fungantur. Iam autem ex ſententia GRATIANI poſt *c. 41. C. 2. q. 7.* ſubditi cum *aſino* BALAAMI; clerici autem BALAAMO aſino inſidente æquiparandi, *quo exemplo*, vt ait GRATIANVS, non probatur, clericos ſeu prælatos a ſubditis accuſari poſſe; *ſed ſubditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint.* En audaciam clericorum plusquam barbaram! qua tamen tam inſignem ſanctitatem & venerationem quibuscunque clericis conciliarunt, vt immenſa hominum copia maluerit clericis accenſeri, quam in viliſſimorum laicorum ſtatu perdurare. Imo hæc & ſimilia priuilegia vnice in hunc finem excogitata, vt clerici numero æquarent laicos, & quoslibet ad clericatum amplectendum incitarent, vtpote quo velamine & præſidio tuti erant facinoroſi a laicorum accuſationibus.

§. XVI. *Clericos* (II) remouent iura canonica ab accuſatione laicorum, *c. 6. C. 2. q. 7.* non vero eodem iure, vt *laici*, ſed quod *irregulares* fierent, ad *vindictam ſanguinis* agendo. Vnde de *homicidio* accuſare nequeunt, niſi ad hunc effectum, vt petant, *emendam* ſibi fieri; quæ eſt compoſitio delicti priuata; *c. 2. d. hom. in 6.* adeoque proteſtari expreſſe debent, *quod ad vindictam ſeu pœnam ſanguinis non intendant*, quod conſilium ſuggerit pontifex. Vnde liquet, clericos magna ſub præcautione admittendos, & quidem tunc potiſſimum, ſi ſuam vel ſuorum iniuriam vindicent. Accedit, quod ſecundum ius canonicum accuſatores adhuc in crimen inſcribere, ſeque ad pœnam talionis obſtringere teneantur, *c. 14. 16. 17. X. h. t. c. 3. & 4. C. 2. q. 8.* id quod clericis haud indulgendum fuit, ne alioquin ſe foro ſeculari obſtringerent, coram quo accuſationes ſuſcipiunt. Vice verſa clerici laicos accuſare prohibentur.

§. XVII. Porro (III) inimicos quoque inhabiles ad accuſandum conſtituerunt. Iure ciuili non æque excluſos fuiſſe vulgo referunt cum CARPZOVIO *in prax. crim. qu. 104. n. 30.* quod *in l. 4. & 8. D. accuſ.* horum ſpeciatim non fiat mentio. Interim tamen *ſuſpecti de calumnia* repelluntur *in l. 10. D. eod.* nec *inimici* teſtimonium dicunt iuxta *l. 3. de teſtib.* ergo probabile eſt, ius ciuile quoque ab accuſatione inimicorum denunciatorum ad minimum adhorruiſſe. Ius canonicum paſſim verbis diſertis eos vt inhabiles notat, α) cum in accuſando nihil furor (inimicis familiaris) ſed ratio agere debeat, *c. 3. X. h. t.* Inimici porro remouentur.

Digitized by Google

X. h. t. & β) teſtes inimici quoque repellantur, *c. 21. v. tertiæ h. t.* denique γ) conueniens viſum fuerit, hos in genere repellere, cum ob hunc prætextum *laicos* ab accuſatione *clericorum* remouerit ius canonicum.

ſaluo iudicis arbitrio,

c. 3. 4. C. 3. q. 5. c. 7. 13. X. h. t. Sicuti vero iudicis eſt in repellendo teſte, cui *inimicitia* obiecta, gradum inimicitiæ æſtimare; ita pariter eædem partes iudicis ſunt in accuſatione eorum recipienda. Conf. CANIS. *tom. II. P. 2. lect. antiq. p. 277. in f. edit. Basnag.* FERMOSIN. *ad c. 5. X. de teſtib. qu. 1. n. 34.*

Criminibus inquinati,

§. XVIII. Criminibus inquinati (IV) quoque repelluntur, *c. 22. C. 2. q. 7.* & quorum vita eſt acculabilis, *c. 18. C. 2. q. 7.* niſi forſan accuſatus eorum *communi familiaritate* vſus fuerit, *c. 5. X. h. t.* quod de *iure ciuili* ad eos duntaxat pertinet, qui ex delicto proprio *infames* ſunt, *l. 8. D. h. t.* adeoque, vt de delicto condemnati fuerint, neceſſe eſt, quippe quos demum infamia notat. *l. 5. de pub'. iudic.* Ius canonicum ſicuti permiſit, vt teſti exceptio *criminis*, de quo nondum condemnatus eſt, obiici poſſit; ita pariter ſuo modo ad accuſationem hoc traxit voluitque, vt in accuſatore epiſcoporum quoque ratio *vitæ actæ* & *conuerſationis* haberetur ex Pſeudo-ISIDORI commentis relatis *in c. 17. & 18. C. 2. q. 7.* quo ipſo accuſatoribus variæ moleſtiæ creatæ, & accuſationes in ambiguum diſcrimen tractæ. In *concil. Carthag. II. de anno 390.* apud HARDVIN. *tom. I. concil. p. 952. c. 6.* hoc tantum ad *accuſationes epiſcoporum* reſtrictum, prout etiam factum eſt *in concil. Francof. de anno 794. c. 36.* apud eundem *tom. IV. p. 908.* & *in capitul. lib. V. c. 187. lib. 6. c. 364.* apud BALVZ. *tom. I. capit. p. 859. & 985.* vtpote in quorum accuſatione *maior præcautio* deſideratur, & ita quoque regula generalis inde non conſtruenda. Laici ergo laicos accuſare non prohibentur, vt exceptio *criminis*, de quo non ſunt conuicti, eos non repellat, quamuis alias *de iure canonico* mali, & non boni, aut integræ conuerſationis in oppoſitione *clericorum* (qui tantum *boni*, *pii*, integrorumque morum iudicandi) præſumantur iuxta philoſophiam Pſeudo-EVSEBII *in c. 5. C. 2. q. 7.*

infames.

§. XIX. Imprimis ergo (V) repelluntur *infames*, quos etiam *ius ciuile* excludit. *l. 8. h. t.* Horum maior eſt numerus *in foro eccleſiaſtico*, quam antiquitus in *Romano*, cum etiam quosdam vt *macula* notatos his annumerauerit. In *compendio canonum* HADRIANI apud CANISIVM *tom. II. antiq. lect. P. I. p. 277. c. 201.* refertur *canon. 96. cod. canon. Afric. eccl. Vt nullus ſeruus, vel libertus, vel infamis, vel hæ-*

re-

Digitized by Google

reticus, vel paganus, vel iudaeus, vel illi, quos publice leges non admittunt, ad accuſationem admittantur, quibus tamen omnibus in propriis cauſis licentia accuſandi non negatur. Plenior eſt recenſio huius canonis in *collect. ant. canon. pœnit.* apud Dr ACHERIVM *tom. I. ſpicil. eccl. p. 532. nou. edit.* vbi repelluntur *omnes infamiæ maculis aſperſi i.e. hiſtriones ac turpitudinibus ſubiectæ perſonæ.* Præterea huc referuntur *Apoſtatæ, inceſti, macula laborantes, qui conſenſum in inceſtuoſam coniunctionem dederunt, raptores, conſpiratores, anathematizati. c. 1. ſeqq. C. 3. q. 4.* Imo quod mirandum, etiam infamis eſt *laicus*, qui epiſcopum accuſauit, aut ei inſidias ſtruxit, adeoque illegitimus accuſator. *c. 8. 9. ibid.* Conf. CARPZ. *qu. 104. pr. crim. n. 36. ſqq.*

§. XX. Singulares imprimis qualitates deſiderantur in eo, qui epiſcopum accuſare intendit, ex doctrina Pſeudo - ANACLETI ad vſum ſeculi VIII. adhuc adaptata *in c. 15. C. 2. q. 7.* Non alii enim admittendi, quam *idonei & probatiſſimi viri, qui & ſuſpicionibus & ſceleribus carent.* Sunt enim hi *a Deo iudicandi, non ab humanis aut prauæ vitæ hominibus lacerandi, ſed potius ab omnibus fidelibus portandi.* His applicant, quod Deus per prophetam ait: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Sunt enim & dicuntur *columnæ ſanctæ Dei eccleſiæ*, quorum *iniuria ad Chriſtum pertinet, cuius legatione funguntur.* Hoc ſcuto tuti epiſcopi quæuis audere ac impune perpetrare potuerunt, nec dubium eſt, quin collector huius collectionis ſpuriæ, ſub nomine ISIDORI publicatæ, epiſcopus fuerit, quia epiſcopali auctoritati totus addictus fuit. Quam inſignem vero cladem his doctrinis intulerit rei eccleſiaſticæ, notiſſimum eſt. Per nimiam licentiam inſoleſcit animus hominum, vt nihil penſi & moderati habeat. Felicior eccleſia, quo humilior, vitaque epiſcoporum integrior, quo procul ab his principiis poſita erat. Res ipſa loquitur, id potiſſimum, poſtquam eccleſia adoleuit, actum fuiſſe, vt epiſcopi reddendis rationibus non eſſent obnoxii, ſoli iudicio Dei ſubiecti, quod rurſus Pſeudo - ANACLETVS in *c. 7. C. 6. q. 1.* indicat, &, *ſi omnia*, ait, *in hoc ſeculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent.* Neque tamen hæc principia demum cum ISIDORO nata; iam dudum altius ire cœperat epiſcoporum ſanctitas ab omnium impetitione intacta atque immunis, quæ materies omnium malorum fuit. Audiamus HIERONYMVM in *cap. VIII. eccleſiaſt. Poſſumus hoc teſtimonium accipere aduerſus epiſcopos, qui acceperunt in eccleſia poteſtatem, & ſcandalizant eos magis, quos do-*

In epiſcoporum accuſatione ſingularis deſiderata habilitas,

cum inſigni detrimento eccleſiæ,

quod ex Hieronymo illuſtratur,

Digitized by Google

docere & ad meliora debuerant incitare. Hi frequenter post mortem laudantur in ecclesia, & beati in his, quæ non probabiliter fecerunt, publice siue a successoribus siue a populis prædicantur. Et hoc itaque vanum est, quia non, vt egerunt, sic audiunt, nec statim corripiuntur in peccato suo. Nemo quippe accusare audet maiorem. Propterea quasi sancti & beati, & in præceptis Domini ambulantes augent peccata peccatis. Difficilis est accusatio in episcopum. Si enim peccauerit, non creditur. Et si conuictus fuerit, non punitur. Obseruemus inde, in quantam iam profecerit *sanctitatis* opinio, vt episcopis, seditionibus vitiisque ecclesiam exagitantibus, præsidio esset. *Nemo quippe*, ait GREGORIVS *lib. I. de cura pastoral. c. 2. amplius in ecclesia nocet, quam qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.* Prouocat adhuc suo æuo INNOCENTIVS III. in *c. 13. X. h. t.* ad vsum hunc antiquum ecclesiæ, &, *ideo sancti patres*, ait, *prouide statuerunt, vt accusatio prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium, nisi diligens adhibeatur cautela, per quam non solum falsæ sed etiam malignæ criminationis ianua præcludatur.* Tantæ molis ab antiquo fuit, episcopum criminis insimulare, quæ difficultas imprimis inde incrementa cepit, quod, vbi accusatori intuitu personæ nihil obiici potest, adhuc tamen de excessibus aliquoties præmoneri & *charitatiue* compelli debeat, vt ab iis desistat, quo facto tandem accusatio permissa est *c. 16. C. 2. q. 7. c. 2. & 20. X. h. t.* Ecquis vero non animaduertit, his præmonitionibus præmittendis plura noua obstacula accusatoribus posita fuisse, vt satius plerisque visum fuerit, ab accusando desistere, quam se tot scopulis committere, præsertim cum opinio *sanctitatis* intuitu episcoporum in tantum prætualuerit, vt CASSIODOR. *lib. I. var. ep. 9.* scripserit: *manifesta crimina in episcopo vix accipiunt fidem.*

item Gregorio.

§. XXI. Duo præterea adhuc accusatoribus imposita sunt, tum vt accusationi *præsentes* sint, eamque *per se* exequantur: tum vt se obstringant *vinculo talionis*, si crimen haud probauerint. Vtrumque cohæret, ac posterius ex priori suo modo fluit: vtrumque etiam *iure ciuili* cautum, & ad fora ecclesiastica tractum est. Etenim de *vinculo talionis* diserte VLPIANVS in *l. 7. pr. D. h. t. Si cui crimen obiiciatur, præcedere debet in crimen subscriptio, quæ res ad id inuenta est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem non futu-*

Accusator præsens esse debebat & inscribere,

quod ex iure ciuili tractum.

futuram. Erat itaque inſcriptio in crimen, interprete HENRICO BRENCMANNO V. C. *de L. Remmiæ exitu c. 9.* nihil aliud, quam *ſolennis delatio nominis accuſati, qua quis ſe ad talionis pœnam h. e. ſupplicii ſimilitudinem adſtringit, niſi delata legitimo teſtimonio comprobauerit.* Vinculum hoc admodum graue erat; ſi enim accuſatio ad *pœnam pecuniariam* tendebat, in ſimilem quantitatem vades dandi erant; *l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* qui vero alterum in discrimen *capitis* vocabat, *cuſtodiæ ſimilitudinem* (*habita tamen dignitatis æſtimatione*) *pati* debebat per *l. f. C. de accuſat.* atque hoc modo carceri committebatur, vt recte obſeruat BRENCMANN. *cit. l.* Ius canonicum quoque idem in vſus *fori eccleſiaſtici* traxit, tum *antiquum*, cuius veſtigia occurrunt in *c. 1. ſeqq. C. 2. q. 3. c. 3. 4. C. 2. q. 8.* tum *recentius*, quod indicant pontifices in *c. 14. 17. & 24. X. h. t.* Hunc præterea hoc vinculum producebat effectum, vt *præſens* accuſationem peragere cogeretur; nec *procurator* in criminalibus admitti poſſet, quem nexus hic inſcriptionis reſpuebat, quod itidem ex *iure ciuili* ad tribunalia ſacra tractum. *c. 5. C. 2. q. 8. c. 21. C. 3. q. 9. c. 1. ſqq. C. 5. q. 3. c. 15. & 16. in f. X. h. t.* Sed nec *accuſatis* indultum eſt, *vicaria* alterius *ope* ſe defendere, quod cum pleniori explicatione indigeat, ex vtroque iure illuſtrandum erit.

Inſcriptionis ratio.

Inde procurator plane repellebatur.

§. XXII. Quia, vt dixi, ius canonicum dogma *de excludendis procuratoribus* in criminalibus ex *iure ciuili* hauſit, huius vera ſententia ante omnia præmittenda, & in tuto collocanda eſt, cum exinde *iuris canonici placita* dependeant. Neque enim hæc difficultatibus caret, ſed variis legum deciſionibus in dubium vocata eſt. Quidam enim textus procuratores in his cauſis admittere videntur: quidam in alia omnia euntes, eos in genere ab his præſepibus arcent. Poſterius aperte indicat PAPINIANVS in *l. pen. §. 1. de publ. iudic.* &, *ad crimen*, ait, *iudicii publici perſequendum fruſtra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum; ſed excuſationes abſentium ex SCto iudicibus allegantur, & ſi iuſtam rationem habeant, ſententia differtur.* Diſtinguit in verbis adductis ICtus inter *merita cauſæ*, & inter *puncta* eiusdem *incidentia*; illa procuratorem reſpuunt, tum a parte *accuſatoris*, qui crimen iudicii publici perſequitur, tum a parte *rei*, qui ſe defendit. Ad *quæſtiones incidentes* referri debent *excuſationes abſentium*, quæ per procuratorem iudicibus allegari poſſunt, vt præcaueatur, ne poſt annum fiſcus bona abſentium occupet, quod olim contra contumaces cautum erat, vid. *tit. de requirend. vel abſent. damn.* In

Ius ciuile cum reiecisſe probatur.

Digitized by Google

eandem ſententiam VLPIANVS tranſiit in *l. 1. pr. an per alium cauſæ appell. reddi poſſ.* Præmittit primo loco reſcriptum diuorum Fratrum *ſi tibi, qui appellauit, mandauit, vt eum de appellatione, quam Pollia ad eum fecit, defenderes, & res pecuniaria eſt, nihil probibet, nomine eius te reſpondere: ſi autem non ſit pecuniaria cauſa, ſed capitalis, per procuratorem agi non licet.* Cum vero hoc reſcriptum tantum in *cauſis capitalibus* procuratores excludat, quos tamen forum criminale olim *generatim* reiecit, ICtus ſtatim hanc declarationem ſubiicit, &, *ſed & ſi*, inquit, *ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſolet pœna vsque ad relegationem, non oportet per alium cauſas agi; ſed ipſum adeſſe auditorio debere ſciendum eſt.* Denique cum reſcriptum tantum de *reo* loqui videatur, nouam addit, & quidem hanc declarationem: *idque erit probandum, & in ipſo accuſatore, ſi appellauerit, vel ſi aduerſus eum ſit appellatum.* Similiter IVLIVS PAVLVS *in libr. V. ſententiarum tit. 5. §. 9.* generatim ait: *In cauſa capitali abſens nemo damnatur: neque abſens per alium accuſare, aut accuſari poteſt.* Ne vero quis exiſtimet, hoc ius cauſis *capitalibus* tantum datum fuiſſe, IDEM *lib. V. tit. 16. §. 11.* generalius hanc regulam conſtituit: *neque accuſator per alium accuſare, neque reus per alium defendi poteſt, niſi ingratum libertum patronus accuſet, aut rei abſentia defendatur.* Speciatim hanc doctrinam PAPINIANVS applicat ad crimen adulterii in *l. 11. §. 2. ad L. Iul. de adulter.* aiens: *ea, quæ inter reas adulterii recepta eſſet, abſens defendi non poteſt.* Eiusdem ſententiæ fuit GORDIANVS in *l. 15. C. ad L. Iul. de adult.* his verbis: *ſi quondam vxor tua, antequam crimine adulterii accuſaretur, prouinciam exceſſit, neque abſens accuſari poteſt, neque in eam prouinciam, in qua ſtipendium facis, transmitti iure depoſcitur.* De *regula* hoc modo aperte conſtat, quæ eo magis firmata videtur, quod quædam *exceptiones* ſimul ad eam adductæ ſint.

Dubia ex aliis textibus mouentur.

§. XXIII. Huic vero contradicere aperte videtur Imperator ALEXANDER SEVERVS in *l. 3. C. de accuſat.* edicens: *Reos capitalium criminum abſentes etiam per* PROCVRATOREM *defendi, leges publicorum iudiciorum permittunt.* Sed etiam, quod mirandum eſt, VLPIANVS in *l. 33. §. 2. de procurat.* quaſi ſui immemor, ita de *abſentibus* diſſerit: *publice vtile eſt, abſentes a quibuscunque defendi; nam & in capitalibus iudiciis defenſio datur. Vbicunque itaque abſens quis damnari poteſt, ibi quemuis verba pro eo facientem, & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt.* Vtriusque legis ſententia huc redire videtur

Digitized by Google

datur, ad minimum abſentes reos in *cauſis capitalibus* per *procuratores* defendi poſſe, id quod tamen antea VLPIANVS ipſemet negauerat. Hac de cauſa Imperator ALEXANDER in *l. 13. C. ad L. Iul. de adulter.* ſpeciatim circa adulteram aſſeruit, explorati iuris eſſe, illam, *ſi poſtea-quam crimen contra eam inchoatum eſt, prouinciam exceſſerit, etiam abſentem inter reos recipi poſſe.* Hoc ſi verum eſt, etiam cum hoc effectu accipiendum eſt, vt *per procuratorem* ſeſe defendat, ne alioquin inaudita condemnetur, quod contra publicam vtilitatem eſt. Hoc ipſum admodum iudicibus commendat GVAZZINVS *l. c. n. 54.* & illos, qui ſententiæ priori paulo ſtrictius inhærent, acriter increpat, eosque *terribiles, idiotas, executores terribiles iuſtitiæ, peruerſores iuſtitiæ, & humani ſanguinis inimicos* appellat, quod expediat reipublicæ, abſentes a quibuscunque defendi, & ſi non admittatur defenſor vel procurator, proceſſus annullandus ſit.

§. XXIV. Hisce tamen ſcopulis, poſtea ſpeciatim excutiendis, non obſtantibus, palam certumque eſt, regulam hoc modo formandam eſſe: *Cauſas criminales per procuratores ſtricte dictos neque a parte accuſatoris, neque a parte accuſati peragi & expediri poſſe.* Hanc regulam non tantum firmant *LL. §. antec.* adductæ, ſed imprimis etiam eandem corroborat *l. vlt. C. de iniuriis*, in qua ſingulariter & per modum *exceptionis* illuſtribus viris vel eorum vxoribus liberisque, ſiue criminaliter iniuriarum agere, ſiue contra motam criminalem accuſationem ſeſe tueri intendunt, per *procuratores* cauſam ſuam vel defenſionem peragere permittitur, hac ſubiecta clauſula: *ita tamen, vt NVLLVS ALIVS idem ſibi audeat vindicare, vel a noſtro nomine poſtulare, ſed in ceteris mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, in poſterum ſeruetur intactus.* Aperte in hoc textu non tantum *exceptio* conſtituta eſt, ſed præterea cautum, ne *VLLVS ALIVS* ſibi hoc *priuilegium* arrogare audeat, quo ipſo *regula* in contrarium ſimul confirmata, & quidem ex *iure antiquo*, quod hactenus obtinuerat. Simul quoque inde apparet, quid ſentiendum & habendum ſit de plurimis aliis exceptionibus, quas FARINACIVS aliique hic conglomerant, quas tamen IMPERATOR ZENO *in cit. l. vlt.* excludere voluiſſe videtur, conſtituendo, vt *NVLLVS ALIVS* ſibi hoc priuilegium aſſerere audeat. Quocirca ſi quid ſubodorare poſſum, auguror, exceptiones congeſtas vel ad regulam non pertinere, vel vrplurimum ſpurias eſſe ſecundum iuris Romani diſpoſitionem.

Regula iuris Romani firmatur, his non obſtantibus.

Cuiusrationes ab aliis prolatæ recenſentur, & examinantur

§. XXV. Hoc vt euidentius fiat, ante omnia *rationes* huius regulæ eruendæ, & ex principiis fori criminalis Romani excutiendæ ſunt. Hic vero rurſus plurimis aqua hæret, poſtquam peculiares iuris antiqui rationes neglexerunt, & *colores* magis quam *rationes ſolidas* in medium protulerunt, quæ non potuerunt non anſam interpretibus præbere, plures effingendi *exceptiones*, quas ius Romanum ignorat. E-

a parte accuſatorum.

quidem a parte *accuſatoris* a CARPZOV. *qu.* 105. *n.* 4. hæc traditur ratio, quod quilibet accuſator inſcribere in crimen, ſeque ad pœnam *talionis* obligare debeat, *l. 7. de accuſat. l. vlt. C. eod.* adeo vt ſi forte ab accuſando deſiſtat, vel alias in probatione deficiat, accuſator ipſemet condemnari poſſit in pœnam *SCti Turpilliani* vel *talionis*. Negari quidem nequit, ex hoc principio procuratores accuſare non poſſe; ſed *ratio connexionis* non ſatis demonſtratur, nec oſtenditur, quid impediuerit accuſatorem, quo minus ipſemet *vinculum inſcriptionis* ſubire, & nihilominus per *procuratorem* cauſam criminalem peragere potuerit? Nam IMPER. ZENO *in l. vlt. C. de iniur.* in actione criminaliter mota a viris illuſtribus hoc temperamentum admiſit, conſtituitque, vt non tantum ipſi, qui ſuper iniuria queruntur, *inſcribere* teneantur, ſed etiam ſententia contra eum, qui procuratorem dedit, poſtea ferri debeat; quod temperamentum ita comparatum eſt, vt *generaliter* & *vbique* ad quascunque cauſas criminales applicari poſſe videatur.

ex parte reorum.

§. XXVI. Pariter rationes, quæ pro excludendis procuratoribus ex parte eorum, qui *accuſantur*, adferri ſolent, non ſatis euidentes aut concludentes eſſe videntur. Ratio principalis hæc datur, quod in caput ſolius rei accuſati, ſi damnatur, ſententia a iudice executioni mandanda ſit, adeoque ne iudicium eludatur, ſententia quoque in reum incarceratum ferri debeat. *l. 2. C. de cuſtod. reor. l. 2. C. de exhibend. reis.* Quid vero obſtaret, quo minus hoc fieret, ſi vel maxime *procurator* interueniret? neque enim procurator videtur diſcrimen capitis ſubire, vtpote, qui non *ſuo* ſed *alieno nomine* agere cenſetur; vnde rurſus liquet, alias adhuc requirendas eſſe rationes iuris Romani, ex quibus adducta ratio concludentior reddi queat. Plures alias adhuc affert rationes CARPZOV. *l. c. n. 43. ſeqq.* veluti, quod in criminibus procurator ſatisdare aut idonee cauere non poſſit: quod multum intereſſit iudicis in cauſa criminali agnoſcenda, a reo ipſo indicia & teſtimonia explicari, vt quaſi ſub publico teſtimonio commemo-

Digitized by Google

moratio criminis admiſſi fiat, ac delinquentis perſona melius arguatur ex ipſo *vultu* & *variatione* eius vel *mutatione coloris*, aut *trepidatione* aliisque ſignis & indiciis: quod rei plurimum interſit, ſummo ſtudio cauſam tractari, id quod magis *per ſe*, quam *per procuratorem* præſtare poteſt; quod hæc ſanctio iuris ciuilis id imprimis etiam operetur, vt homines deterreantur a delictis, animaduertentes, ſemet ipſos ſe aliter defendere non poſſe, quam ſi ad carceres migrent, omni aliena ope deſtituti: denique quod, procuratoribus reorum admiſſis, cauſæ criminales multis ambagibus & circuitionibus implicentur, litesque ex lite moueantur. Omnes hæ adductæ rationes ita comparatæ ſunt, vt vix *ſecundariæ* & *ſuaſoriæ* dici mereantur. Si enim accuſatus *præſens* & in carcere eſt, cautio ſuperflua eſſe videtur, quia ipſemet pro cautione eſt; ſi vero *abſens*, plerique ex ſupra adductis legibus inferunt, defenſorem etiam ſine *ſatisdatione* admittendum eſſe, vt infra expediendum erit. Neque credendum eſt, facilius hoc modo accuſatum delicti commiſſi conuinci poſſe; cum enim accuſationes in *ſcriptis* vel etiam per aduocatos, cauſam orantes, peragantur, æque per procuratorem ſatis informatum cauſa inſtrui, & veritas erui poteſt. Qua de cauſa ratio hæc magis ad *inquiſitorium* proceſſum quadrare videtur, qui Romanis incognitus fuit, adeoque dici poſſet, accuſatum ad ſingula criminis capita *in ſcriptis* potuiſſe reſpondere, cum etiam *accuſatori* iniunctum fuerit, vt libellum accuſationis *in ſcriptis* proferret, *l. 3. C. de accuſat.* Neque porro, quod reo magis conſultum eſt, eum adſtringit, vt præciſe in perſona compareat, ne ope procuratorum vicaria vtatur. Vtplurimum magis expedit, hanc cauſam per *procuratorem* agere, quam in propria perſona comparere. Vlterius falſum eſt, hoc medio homines a delictis deterreri, quos magis *grauitas pœnæ*, quam *modus procedendi*, a propoſito delinquendi auocare debet. Et quis crederet, hunc *procedendi modum* in cauſis criminalibus in hunc finem eſſe introductum, cum vnice *pœnarum* conſtitutio huc vergat? Denique ridiculum omnino eſt atque valde ieiunum, admiſſis procuratoribus metuendos eſſe ancipites circuitus; id quod ſi verum foret, prorſus eliminandi & abolendi procuratores, & nequidem in *cauſis ciuilibus* admittendi eſſent, quorum opera vicaria tamen nec olim forum Romanum carere potuit, nec hodie carere poſſumus.

Digitized by Google

Vera monstratur ratio.

§. XXVII. Aliunde ergo & paulo altius fundamentum huius iuris constituti petendum esse existimo. Videlicet conclamatum est, iure ciuili antiquo neminem *alieno nomine* lege agere potuisse, *l. 123. de R. I.* quod etiam repetit Imperator *in pr. I. de iis, per quos agere poss.* Is vero *lege agere* dicebatur, qui ius qualecunque solenniter per certas solennesque formulas in iudicium deducebat. *l. 2. §. 1. de O. I.* Sicuti ergo in causis *ciuilibus*; ita multo minus in *criminalibus*, quæ æque *solennes* atque *legitimæ* erant, procurator admittebatur, quod *legis actiones actusque legitimi* in propria persona sine interueniente procuratore peragi deberent. Quia vero admodum incommodum & rationibus domesticis non raro aduersum erat, per *procuratorem* in iudiciis comparere non posse; a ICtis pedetentim inuenta fuit ratio, qua, salua iuris antiqui obseruantia, *per indirectum* procurator admitti posset, hoc videlicet modo, vt *dominium litis* in eum transferretur. Hoc facto, procurator non amplius *alterius nomine*, sed magis *suo* in posterum causam agebat, habebaturque, ac si cum ipso *principali*, qui *dominus litis* dicebatur, actum esset. Huc collineat ICtus in *l. 11. pr. de doli mali & met. except.* inquiens: *Si post litem contestatam dolo quid fecerit, an exceptio eo nomine in iudicium obiicienda sit, dubitari potest: quia litis contestatione RES PROCVRATORIS FIT, eamque SVO iam quodammodo NOMINE exequitur.* Inde fluxit famosa & decantata in iure doctrina, procuratorem lite contestata effici *litis dominum*, *l. 22. & 23. C. de procurat.* eumque non amplius esse *administratorem litis alienæ*, sed *propriæ excutorem*, quamuis ipse principalis proprie & ex rei veritate *litis dominus* dici debeat. *l. 24. C. de procurat. l. 30. & 31. D. eod. l. 14. si quis caut. in iudic. sistendi caus. &c.* Ita vero procuratores olim prorsus *alienam* induebant *personam*, propriamque abiiciebant, cum secundum veritatem rei nil proprii in lite haberent, sed alienum administrarent negotium, atque de eo domino causæ seu principali rationes reddere tenerentur. Huius principii, quod vnice *iurisprudentiæ Romanæ* proprium & peculiare erat, memor est CICERO *orat. pro Rosc. Com. circa. fin. &*, *quid interest*, ait, *qui per se litigat; & qui cognitorem dat? Qui per se litem contestatur, sibi soli petit. Alteri nemo potest: nisi qui cognitor est factus. Itane vero? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum? SVO NOMINE petit, quod abstulit, SIBI, non tibi, exegit.* Erant autem *cognitores*, qui *præsentis ligitatoris causam peragebant & tuebantur vt SVAM*, a quibus *procu-*

Digitized by Google

procuratores olim distinguebantur, *qui absentis vices sustinebant*, vt plenius traditum est *tom. 1. iur. eccles. tit. de procurat. §. 29.* Quæ cum ita essent, olim absolute sententia in procuratorem ferenda erat, quippe qui *dominus litis* censebatur, adeo vt illa vitio nullitatis laboraret, si in *principalem verum* concepta fuisset *l. 1. C. de sentent. & interloc.* Quid? quod iudicati actio eodem fundamento in *procuratorem*, non ipsum *dominum verum*, daretur, qua de causa, vt hoc periculo procurator liberaretur, ipse principalis eius fideiussor fiebat, & cautionem *iudicatum solui* eius nomine præstabat, vt, hoc medio adhibito, in verum principalem executio fieri posset. *§. 4. I. de satisdat.*

§. XXVIII. Ita vero palam atque in propatulo est, hanc rationem Romanis vnice propriam, sæpius obstitisse, quo minus procuratores in quibuscunque negotiis admitti potuerint. Equidem in *extraiudicialibus causis*, nullam solennitatem desiderantibus, sine vlla difficultate procuratores admittebantur, atque in his vt *administratores rei alienæ*, non vt *domini* procedebant, quia nulla iuris ratio, vt *dominium causæ* in hos transferri deberet, postulabat, vt *tot. tit. D. mandat.* demonstrat. Actus legitimi, quorum numerus insignis erat, eos respuebant, in propria persona peragendi. Pariter *causæ iudiciales* non absolute admittebant procuratores, sed illæ demum, quarum *dominium* in eos transferri potuit, quales erant causæ *priuati arbitrii*, non quæ *publicum ius* concernebant. Quo circa non alia de causa actiones *populares* per *procuratorem* agi prohibebantur, iuxta *l. 5. de popular. act.* quam quod in bonis non esse dicerentur, *l. 7. §. 1. eod. l. 12. de V. S.* sed potius *publicum commodum* respicerent. Nec aliud de *causis criminalibus* dicendum erat, quæ non *priuati*, sed *publici iuris* censebantur, quatenus criminaliter de illis agebatur, vnde & iudicia, eorum nomine comparata, dicebantur *publica. tot. tit. D. de publ. iud.* Quoniam ergo hæ causæ in *priuato* singulorum non erant *dominio* atque *arbitrio*, etiam procuratorem non admittebant, in quem *dominium causæ* transferendum erat. Accedebat, quod dominus litis propter *dominium* in se translatum *periculo iudicati* sese submitteret, atque in eum vt *dominum causæ* sententia ferenda, & sic quoque, maxime si principalis deficiebat, *executio* in eum facienda esset. Enimuero id in *causis criminalibus* per rerum naturam fieri non poterat, in quibus alias procurator, si admissus fuisset, periculum capitis subire coactus fuisset, tam a parte *accusatoris*, quam a parte *accusati*. Illum enim

Dicta applicantur ad causas extraiudiciales,

iudiciales;

criminales.

Digitized by Google

enim ſtringebat *vinculum inſcriptionis?* huic vero imminebat *pœna*, cuius periculum nemo in ſe ſuſcipere poteſt, quod tamen ſuſcipere debuiſſet procurator ſecundum iuris Romani principia peculiaria, ſi per eum cauſa criminalis peracta fuiſſet. Hiſce præmiſſis, facilius intelligi & diiudicari poſſunt rationes a CARPZOVIO, FARINACIO aliisque adductæ, quarum pleræque, prout antea oſtenſum eſt, inſufficientes ſunt, adeoque Romanos ſine dubio non deterruiſſent ab admiſſione procuratorum, ſi modo hi *adminiſtratores cauſæ alienæ*, vt in *extraindicialibus*, permanſiſſent.

Nec eſt differentia

§. XXIX. Hæc adducta ratio, quæ *vnica & æquata* ſecundum *ius Romanum* ſufficit, ſimul oſtendit (α) non eſſe conſtituendum discrimen, vtrum crimina ſint *capitalia* an *non capitalia?* quod tamen CVIACIVS *L. XX. obſ. 20.* hoc ſenſu conſtituit, vt recepti inter reos iudicio publico *non-capituli* per procuratores defendi nequeant: facilius in cauſis *capitalibus;* cum tamen tam in his quam in illis ratio adducta locum inueniat, id quod etiam obſeruauit VLPIANVS *l. 1. an per al. cauſ. appell. reddi poſſ.* vbi ſolas *pecuniarias cauſas*, de quibus infra agendum eſt, excipit, adeo vt ſi vel *relegatio* delinquenti immineat, nequidem procurator admiſſus fuerit, vtpote qui loco delinquentis relegationis periculum ſubire haud poterat. Conf. ANTON. MATTHAEI *de criminibus ad L. 48. tit. 13. c. 4. n. 4.* Vlterius (6) non eſt faciendum diſcrimen inter *abſentes* & *præſentes*, quod quidem nonnulli ex *l. 33. de procurat.* & *l. 33. C. de accuſat.* effingunt, cum tamen in vtroque caſu eadem ſit ratio, & longe difficilius videatur, pro *abſente* quam *præſente* procuratorem admittere, quod neceſſario procurator *abſentis* periculum *pœnæ imminentis* ſubire cogatur, quæ in *præſentem* facilius executioni dari potuiſſet. Multo minus (γ) probanda eſt differentia inter delinquentem *carceratum* & *non-incarceratum*, quam affert FARINACIVS *in pr. crimin. qu. 99. n. 134. & 147.* vt pro *carcerato* quidem procurator admitti debeat, non vero pro eo, qui extra carceres conſtitutus eſt, ex hac infirma ratione, quod quando delinquens carceri mancipatus eſt, quælibet *executio* contra eum fieri poſſet. Quid enim ſi ante executionem effugiſſet, aut mortuus fuiſſet? ſine dubio in procuratorem vt *dominum litis* executio ſententiæ, quæ in ipſum ferri debuerat, fieri debuiſſet, quod rationes iuris haud admittebant.

α) inter crimina capitalia vel non capitalia

6) inter abſentes & præſentes,

γ) inter incarceratos & non incarceratos,

§. XXX.

§. XXX. Sic etiam (δ) nihil refert, vtrum perſonæ *coniunctæ* an *extraneæ* vices procuratoris ſubire velint. Quis enim crederet, coniunctas perſonas periculum capitis pro alio ſubire poſſe, non autem extraneas? FARINAC. *cit. l. n. 7.* Equidem Prætor alias etiam coniunctas perſonas admittit ſine *mandato*, quod vtplurimum eorum interſit, ne abſens condemnetur, etiam in cauſis ciuilibus. Hoc vero modo non fiunt procuratores, vt VLPIANVS obſeruat *l. 3. §. 3. iudicat. ſolu.* inquiens: *Quod eis* (coniunctis perſonis) *agere permittitur edicto prætoris, non facit eos procuratores.* Scilicet tunc demum fiunt procuratores, *ſi eis mandatum fuerat*, vt ICtus *cit. l.* addit: mandato deſtituti magis *ob intereſſe proprium* interueniebant, quatenus eorum intererat, abſentem vxorem, fratrem, patrem, filium non condemnari. Quod cum admiſſum ſit in cauſis *ciuilibus*, multo magis admitti debuit in *criminalibus*, non vt coniunctæ perſonæ tanquam *procuratores* comparerent, & diſcrimen, quod abſenti imminebat, ſubirent; ſed vt pro ſuo *proprio intereſſe* defenſionem *cauſæ criminalis* ſuſciperent, quod magnopere ſua intereſſet, ne vxor, filius, pater condemnaretur. Colligo hoc ipſum ex *l. 2. C. de accuſat.* vbi Imperator ALEXANDER domino permittit ſeruum defendere, & *pro eo competentes allegationes offerre*, ita tamen vt *poſt probationem criminis non ipſe dominus, ſed ſeruus, pro ſuo delicto condemnationem ſuſtineat;* intererat enim domini, ne ſeruus innocens ad ſupplicium raperetur, vnde non poterat non damnum ſentire patrimoniale. Non ergo dominus vt *procurator* ſerui interueniebat, ſed propter *ius proprium*, quod in hac cauſa criminali allegare poterat. Qua de cauſa ICtus in *l. 11. de publ. iud.* notanter ait: *ſeruus etiam per procuratorem domini, æque ac per dominum, defendi poteſt;* quod enim dominus ſeruum defendit, id facit intuitu ſui *patrimonii*, cuius cauſam magis agit, quam *criminis*, quamuis illius rationem habere aliter nequeat, quam ſi crimen a ſeruo remouere tentet. Atque inde eſt, quod etiam *procurator domini* ad hanc defenſionem admittatur, quod hoc ipſo procurator *patrimonium domini* defendat, non vero ea intentione cauſas criminales ſerui ſuſcipiat, vt *directo* eius vices ſuſcipere velit. Hoc confirmat MODESTINVS in *l. 18. de apellat. Lucius Titius pro ſeruo ſuo, qui ad beſtias datus eſt, prouocationem interpoſuit, quæro, an huiusmodi appellationis cauſas per procuratorem reddere poſſit? Modeſtinus reſpondit, poſſe*, quia dominus ſeruum defendens, *rem ſuam* defendit,

δ) in coniunctos & extraneos,

niſi coniunctæ perſonæ obintereſſe proprium, non iure procuratoris agant.

Sicuti domini intereſt, neſeruus condemnetur.

dit, non vero *procurator ſerui in cauſa criminali* conſtituitur, & ſic impediri nequit, quo minus per *procuratorem* rem ſuam tueatur.

E contrario accuſator tantum ſuo nomine accuſat,

§. XXXI. Hæc obſeruatio ſimul iter oſtendit, quo eundum ſit, in explicandis textibus, qui procuratorum vicariam operam in defenſione reorum admittere videntur. Id primo conclamatum eſt, eos non *de accuſatore* diſponere, ſed tantum de *accuſato;* neque enim *abſoluta* accuſandi *neceſſitas* regulariter aderat, ſi exceperis caſum *SCti Silaniani*, quo heres ſub pœna priuandæ hereditatis iuſſus eſt accuſare eum, qui defuncto teſtatori manus violentas iniecerat. Interim tamen non liquet, heredem hoc caſu per *procuratorem* accuſare potuiſſe, quod iuris ratio antea tacta non permittebat, ſimulque *l. vlt. C. de iniur. nullos alios* ab hac regula eximebat, quam ſolos illuſtres, actione iniuriarum criminaliter mota. Multo minus itaque alii, quibus non eadem accuſandi neceſſitas impoſita erat, procuratori vices ſuas ob *vinculum inſcriptionis* demandare poterant, adeo vt tutores vel curatores, quos tamen *officii ratio* quodammodo ad accuſandum inuitabat atque cogebat, *proprio nomine* accuſationes mouere, & in crimen inſcribere neceſſe habuerint. Confirmat hanc ſententiam per reſcriptum IMP. ANTONINVS in *l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſ.* affertque caſum, quo *tutores cautiones quasdam Secundini ſuſpectas vt falſas habebant*, atque ex *lege Corn. de falſis* agere conſtituerant, quod imperator approbat, his verbis: *proprio nomine (cum non liceat alieno) non prohibentur in crimine falſi ſubſcribere.*

si vel maxime accuſatio neceſſitatis eſſet,

vel tutor vellet accuſare,

ex ſententia l. 2. C. de his, qui accuſ. non poſſunt,

Quod ſi tutores *nomine pupilli* in crimen ſubſcripſiſſent, *alieno*, non *ſuo* nomine ad inſtar *procuratorum* de hoc crimine vindicando egiſſent, quod tamen ratio iuris non permittebat, & ANTONINVS expreſſe declarat in verbis: *cum non liceat ALIENO.* Quocirca aſſenſum haud meretur CVIACIVS *in notis ad* IVLII PAVLI *ſentent. lib. V. tit. 12. §. 4.* exiſtimando, mendum in verbis: *proprio nomine*, occurrere, adque loco eorum legendum: *pupilli nomine*, quam violentam correctionem nec ratio iuris communis, nec quæ in ipſo textu adducta eſt, admittit; prout etiam obſeruat SCIPIO GENTILIS *ad apol. Apuleii p. 16. n. 32.* & IACOB. GOTHOFREDVS *ad l. 2. C. Theod. de calumniat.* oſtendens, *Græcum interpretem*, imo etiam ipſum THALELAEVM, lectioni vulgatæ fauere. Ideo enim tutores *proprio nomine* ſubſcribere debere ait, *quod ALIENO non liceret.* Ne vero tutores periculum, quod ex hac *ſubſcriptione* iis imminere videbatur, obiicere poſſent, ſubiungit ANTONINVS

in qua nihil mutandum,

Digitized Google

NINVS, quod non facile illud ipſis metuendum ſit, quia ex *neceſſitate officii* quodammodo ad accuſationem tracti fuerunt, niſi *euidens eorum calumnia iudicanti apparuerit.* Hæc verba non ſatis cohærent cum prioribus, ſi CVIACII correctio recipienda foret, quia tunc fruſtra exceptionem *periculi imminentis* obieciſſent. Interiñ non abſolute neceſſitatem accuſandi *proprio nomine* illis iniungit, ſed notanter ait, *eos non prohiberi* accuſationem mouere *proprio nomine;* etenim ipſe pupillus vel minorennis cum *auctoritate* tutorum & *conſenſu* curatorum accuſare poterat, quo facto ipſe pupillus vel minor periculum *inſcriptionis* ſubibat, tutor vero *adſcribebat*, ſe ei adſiſtere, quod SCIPIO GENTILIS *cit. l. p. 14. n. 27.* EX APVLEIO illuſtrat. Salua tamen minori erat reſtitutio in integrum, intuitu eius detrimenti, quod ex accuſatione falſi teſtamenti, ſi ſuccumbebat, ei imminebat. Docet hoc PAVLVS *lib. V. ſentent. tit. 12. §. 4.* &, *ætatis eius*, inquit, *qui accuſat teſtamentum, ſi non obtineat, ſuccurri ſolet in id, quod ita amiſit, maxime ſi tutoris aut curatoris conſilio actio inſtituta ſit.* Notum enim eſt, quod qui fruſtra teſtamentum ex capite *falſi* accuſauerint, omne emolumentum, quod ex teſtamento ſperare potuerant, amiſerint, illudque fiſco addictum fuerit. Merito tamen excipiendus erat caſus, ſi aperte apparebat ex circumſtantiis, curatorem tantummodo *calumniæ cauſa* ſubornaſſe minorem, vt ipſe *proprio nomine* accuſaret, & cum *conſilio* eius in crimen inſcriberet; de quo ſi probabiliter conſtabat, iudex cogere poterat curatorem, vt *proprio nomine* ſubſcriberet, quod ex APVLEIO eleganter illuſtrant SCIPIO GENTILIS *cit. l. p. 16. ſeq.* IAC. GOTHOFREDVS *c. l.* Denique quamuis tutor, accuſando & *proprio nomine* in crimen inſcribendo, magis *pupilli* quam *ſuo nomine in effectu* agere videretur, *directo* tamen pupilli nomine non accuſabat, quod indigitat *l. 2. C. de his, quib. vt indignis*, vbi IMPERATORES, ſi in cauſa non obtinuerit tutor, eum periculo calumniæ & obligationi ad damnum pupillo reſarciendum ſubiectum eſſe, declarant, adiecta ratione dubitandi; *quamuis pupilli nomine agere videaris.* Hoc prætextu vtebatur tutor, vnde tamen minime inferri poteſt, reuera tutorem *pupilli nomine* ad accuſandum admiſſum fuiſſe, quia illum colorem differre reprobant imperatores. Eundem in ſenſum accipienda eſt *l. 22. de his, quæ vt indignis*, vbi itidem agitur de tutore, qui *pupilli nomine* accuſationem mouerat. Inde tamen minime inferre licet, tutorem *proprio nomine* in crimen inſcribere non debuiſſe, id

poteſt etiam pupillus accuſare cum auctoritate tutoris,

niſi tutor per calumniam ſubſtituerit pupillum.

Digitized by Google

quod desiderat diserte *l. 2. C. de his, qui accus. non poss.* Videlicet inspecto *effectu* accusationis & *intentione* tutoris, magis *pupilli*, quam *suo nomine* accusare videbatur; considerata autem *inscriptione*, suo nomine iuxta rationem iuris agebat, quamuis hoc ipso periculum calumniæ non facile subibat, quod rursus TRYPHONINVS in *c. l. 22*, obseruat, ex hac ratione: *quia officii necessitas & tutoris fides excusata esse debet.* Paulo post addit: *cum non suæ personæ iure, sed pupilli, accusauerit, propriam pœnam mereri non debet*, quæ verba sanum non admitterent sensum, si ratio dubitandi inde desumta non fuisset, quod *proprio nomine* in crimen inscripsisset; neque enim reo absoluto is, qui accusauerat, vt *calumniator* puniebatur, nisi iudex simul pronunciasset, eum calumniatorem fuisse. *l. 3. C. de calumniat.*

Licet pro accusato procurator interuenire non possit, quilibet tamen suo iure admittitur,

§. XXXII. Progredior ergo ad *accusatos*, quorum nomine, si *absentes* sunt, nonnulli *procuratores* admiserunt, quod *l. 3. C. de accusat.* expresse asserat, reos capitalium criminum absentes etiam *per procuratorem* defendi posse. Huc etiam collineare videtur VLPIANVS in *l. 33. §. 2. D. de procurat.* cuius verba supra iam recitata sunt, quæ ostendunt, *vbicunque absens damnari potest, ibi quemuis pro eo verba facientem audiendum esse*, imprimis si crimen *capitale* adsit, quamuis *non-capitalia* eo ipso haud excluſa fuerint, vt recte obseruat ANTON. MATTHAEI *de criminibus ad lib. 48. tit. 13. c. 4. n. 4.* & simul VLPIANVS indigitat per rationem adiectam: *nam ET in capitalibus iudiciis defensio datur*, vbi particula ET indicat, non tantum *in non-capitalibus*, sed etiam in *capitalibus*, quemlibet pro *absente* verba facere posse, quod etiam in his defensio non desit. Videlicet ipse VLPIANVS suppeditat sufficienter clauem, qua hæc difficultas solui queat. Ait: *publice vtile est, absentes a quibuscunque defendi*, quibus verbis ostendit, causam defensionis *publicam*, omnibusque *communem* esse, quod singuli potius admittendi, quam inauditus condemnandus sit. Quando ergo pro *absente* extranei verba faciunt, eiusque innocentiam ostendere studeant, non agunt *procuratorio nomine*, sed causam quasi *publicam* & *communem* defendunt, nullo tamen sibi periculo imminente. Quod si *procuratorio nomine* ad defendendum admissi fuissent, condemnationis periculum in eos redundasset, a quo immunes erant, qui causam *innocentiæ* absentis, vt *publicam*, vt omnibus *communem*, exequebantur, quia non *alieno nomine*, sed quasi *publico*, accusationi interueniebant. Hanc meditationem optime illustrat *l. 19. D. de*

quodcausa defensionis sit publica,

vtquilibet suo, non alieno nomine defendere censeatur,

Digitized by Google

de pœnis, vbi ICtus ita: *ſi non defendantur ſerui a dominis, non vtique ſtatim ad ſupplicium deducuntur, ſed permittetur eis defendi, vel ab alio: & qui cognoſcit, debebit de innocentia eorum quærere.* Sicuti itaque dominus, ſeruum defendendo, *procuratorio nomine* haud interueniebat, ſed magis *ſuo*, citra vllum condemnationis periculum; ita pariter ſi alius quilibet ſeruum defendebat, non eius procurator exiſtebat, ſed tanquam *membrum populi* cauſam innocentiæ, vt *publicam*, pertractabat.

Qua de cauſa etiam reluctantem defendere licebat.

§. XXXIII. Hoc vel inde liquet, quia etiam, *reluctante accuſato*, ciuilibet integrum erat, *defenſionem* eius & *innocentiæ oſtenſionem* ſuſcipere, quem in finem prouoco ad *l. 6. D. de appellat.* cuius verba hic apponi merentur: *Non tantum ei, qui ad ſupplicium ducitur, prouocare permittitur: verum alii quoque nomine eius, non tantum ſi ille mandauerit, verum quisquis alius prouocare voluerit: neque diſtinguitur, vtrum neceſſarius eius ſit, nec ne: credo enim HVMANITATIS ratione omnem prouocantem audiri debere: ergo & ſi ipſe acquieſcit ſententiæ, nec quærimus, cuius interſit. Quid ergo, ſi reſiſtat, qui damnatus eſt, aduerſus prouocationem? nec velit admitti eius appellationem, perire feſtinans? Adhuc putem differendum ſupplicium.* Verba hæc admodum plana ſunt, demonſtrantia, etiam *inuitum* & *reclamantem* a quocunque defendi poſſe; quis vero aſſereret, dari etiam procuratorem *reclamantis* & *inuiti?* pro quo nequidem *negotiorum geſtor* interuenit. Etenim negotium *ignorantis*, non *inuiti*, geritur. *l. 24. C. de negot. eſt.* Quo circa qui defendit reum, cui ſupplicium imminet, quique eius *innocentiam* oſtendere paratus eſt, non *procuratoris* vices ſuſtinet, nec tam *cauſam eius*, quam *publicam*, agit, cum ſingulorum interſit, ne innocens ad mortem rapiatur. Ne vero quem offendant verba adductæ legis: *nomine eius*, item: *ſi ille mandauerit*, ſciendum eſt, priora quidem *effectum rei* arguere, quod talis defenſio ſimul *reo* profit, non vero, quod iure *procuratoris* eius nomine defenſionem ſuſcipiat; quin etiam poſteriora non de *mandato procuratorio iudiciali* accipi debent, quo procurator fit *dominus litis*, ſed de quibuscunque *precibus*, quibus *officium humanitatis* quodlibet ab aliquo extorquetur. Senſus ergo ſimplex *cit. l.* huc redit, quemlibet pro eo, qui ad ſupplicium ducitur, appellare, & eum a crimine obiecto purgare poſſe, ſiue conſenſerit, ſiue diſſenſerit, quod non vt *proprie dictus procurator* hoc faciat, ſed magis vt quilibet de populo, qui, quod *publicum commodum* tangit, *ſuo iu-*

Digitized by Google

ob intereſſe commune.

re in iudicio exequitur. Nec his aduerſantur verba *cit. l.* hæc: *nec quærimus, cuius interſit*, quæ indigitant, *ſpeciale intereſſe*, quod alicui tantum proprium eſt, & primario alias *intereſſe* dici ſolet, hic non deſiderari, quin potius ſufficere *humanitatis rationem*, in qua *intereſſe commune* latitat.

Licet in l. 3. C. de accuſ. procuratoris mentio fiat,

§. XXXIV. Grauius forſan dubium erui poſſet ex *l. 3. C. de accuſat.* in qua expreſſe dicitur, *reos capitalium criminum abſentes etiam PER PROCVRATOREM defendi poſſe.* Inde planum eſſe videtur, defenſionem per *procuratorem verum* in criminalibus ſuſcipere licere. Sicuti vero ambigua pro *ſubſtrata materia* accipienda ſunt; ita ipſa materia criminalis, de qua hic agitur, indicat, *procuratores* ſtricte dictos, qui *litis domini* ſunt, hic intelligi non poſſe. Eſt videlicet appellatio *PROCVRATORVM* admodum generalis, vt CICERO indicat *pro Cæcina*, aiens: *procuratorem non eum tantum, qui LEGITIME procurator dicitur, omnium rerum eius, qui abſit, quaſi pene quidam dominus, hoc eſt, alieni iuris vicarius, ſed quemlibet, qui aliquid noſtri negotii gerat, clientem videlicet, colonum, aut libertum, aut qui illam vim deiectionemque rogatus aut nomine noſtro fecerit.* Si ergo qui *rogatus* aliquid facit, aut *alterius cauſa* quid ſuſcipit, recte *procurator* dicitur, non inepte etiam aſſeri poteſt, abſentem *per procuratorem* defendi poſſe, quatenus vel ad *rogationem* eius hoc facit, vel ſine *rogatione*, ſimul tamen in *vtilitatem* eius, quamuis defenſor intuitu *boni publici* magis, quam *procuratoris iudicialis proprie dicti* nomine, hoc facere credatur; neque enim *veros procuratores* cauſam reorum agere potuiſſe, ſupra iam ex ratione iuris Romani probatum dedi. Ceterum non adeo inſolens eſt, etiam in iure noſtro eum, qui *ſine mandato* in alterius vtilitatem quid

eum appellatio procuratoris ſit ambigua.

agit, *procuratorem* vocari, per *l. 34. §. 6. l. 12. §. vlt. l. 58. de ſolut. l. 17. pr. de in rem verſ. l. 51. §. 1. de ædilit. edict. l. 8. §. 6. de liberat. legat.* Breuiter: *per procuratorem defendi* reus dicitur, qui non ſemet ipſum a crimine imputato purgat, ſed cuius gratia alius *defenſionem* ſuſcipit, & quidem *boni publici* cauſa, quo ipſo magis *publico nomine*, quam *accuſati*, interuenire dicitur, licet hæc *defenſio* ſimul *abſenti* proſit; adeoque nullum ei ex condemnatione imminet periculum, æque ac domino, vel cuicunque alii, qui *ſeruum* defendit, quod tamen procuratori metuendum erat.

§. XXXV.

Digitized by Google

§. XXXV. A quo tempore vero quilibet *abſentis* vel ad *ſupplicium condemnati* defenſionem ſuſcipere potuerit, *boni publici cauſa*, ante omnia quoque inquirendum eſt. Equidem ad mortem vel aliud ſupplicii genus iam condemnatus in ea conditione conſtitutus erat, vt cauſam criminalem immediate per ſe peragere, adeo iuxta *l. 6. de appellat. prouocationis* inſtantia cuicunque patebat, id quod facilius recipi poterat. Difficilior diſpectio eſt de illis, qui ſub initium mouendæ accuſationis aufugerant. Generaliter MARCIANVS *in l. 1. de requir. vel abſent. damn.* ait: *Diui Seueri & Antonini M. reſcriptum eſt, ne quis abſens puniatur, & hoc iure vtimur, ne abſentes damnentur; neque enim inaudita cauſa quemquam condemnari æquitatis ratio patitur.* Quod ſi ergo abſens condemnari nequit, fruſtranea eſt opera eius, qui abſentem a crimine imputato vult purgare. Addit vero ICtus: *ſed abſens requirendus adnotatus eſt, vt copiam ſui præſtet. Adnotaſſe* Præſidem requirendum reum BRISSONIVS *de verb. ſignif. ad voc. adnotare* cenſuit, cum in acta referebat eum, cuius abſentis nomen declaratum erat, requirendum, vt adeſſet, & ſui copiam faceret. Quorſum collineare videtur MARCIANVS *c. l. §. 2.* aiens: *Præſides autem prouinciarum circa requirendos adnotatos hoc debent facere, vt eos, quos ADNOTAVERINT, edictis adeſſe iubeant, vt poſſit innoteſcere eis, qui ADNOTATI ſunt.* Erat enim vocabulum *adnotationis* admodum generale &, quod aliquo indicio ſignificabatur aut declarabatur, denotabat, vt plenius docet IOANNES ROBERTVS *lib. III. ſententt. iur. c. 8.* Speciatim vero *adnotati* in criminibus abſentes dicebantur, quorum bona obſignata erant, vt liquet ex *tit. de requir. & abſ. damn.* Moris enim erat, vt bona abſentium & fugitiuorum adnotarentur & obſignarentur, tum ne ex bonis ipſorum fuga inſtrui poſſet: tum etiam, vt, ſi *intra annum* non reuertebantur, ſcirent, bona ipſorum caduca fieri, & in fiſcum deferri. Vnde annus exinde computandus erat, ex quo ea *ADNOTATIO* vel edicto, vel literis ad magiſtratus factis, publice innotuerat. *l. 4. pr. cit. tit.* Proinde ſpecialiter *adnotati* dicebantur, quorum bona *adnotata* & *obſignata* propter fugam erant, id quod per edicta illis manifeſtandum erat, ne alias ignorantes bonorum ſuorum iacturam paterentur. Ita planus eſt ſenſus *l. 6. C. de accuſat.* in qua ad ius vetus GORDIANVS prouocat in hæc verba: *Abſentem capitali crimine accuſari non poſſe, ſed requirendum tantummodo adnotari ſolere, ſi deſit, vetus ius eſt. Et ideo cum abſentem te & IGNORANTEM, cui nunquam vllum crimen*

Præſentis & condemnati defenſio peragenda poſt condemnationem.

Abſentes ante motam accuſationem non poterant condemnari, & ſic non defendi,

adnotatus tamen requirebatur,

Adnotati quinam?

Digitized by Google

men denunciatum esset, per iniuriam a præside prouinciæ in metallum damnatum esse dicas: quo magis in præsenti te agente (vt asseueras) iam nunc fides veri possit illuminari, præfectum prætorio adire cura: qui quidquid nouo more & contra formam constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iustitia reformabit. Ecquid vero, *requirendum tantummodo adnotari solere*, aliud est, quam bona eius obsignari & adnotari solere? neque sufficiebat *adnotatio*, sed per edicta legitime hoc ei indicandum, vel requirendus erat, quorsum collineant verba *cit. l.: cum absentem te & ignorantem, cui nunquam vllum crimen denunciatum esset.* &c.

Neque defensio ab aliis fiebat, si tantum in reos receptus erat. Receptio in reos quomodo facta?

§. XXXVI. Præterea quoque absens, si vel maxime iam *in reos receptus* erat, defendi non poterat, vt PAPINIANVS *in l. II. §. 2. ad L. Iul. de adult.* docet. Potuisse vero etiam adulteras absentes inter reos recipi, ostendit *l. 13. C. eod.* Videlicet accusator rei nomen *deferebat*, & postulabat, *vt eius nomen reciperetur*, iudex vero *recipiebat* hoc modo, vt nomen eius, qui *reis* annumerandus erat, in tabulam, quæ publice in ærario suspensa erat, referret, vt indicat CICERO *pro Cluentio c. 31. Hærebant in tabulis publicis reus & accusator.* Atque hoc erat *referre in reos*, vel *nomen* eius *recipere*, quod rursus indigitat CICERO *in Verrem IV. c. 38. Palam de sella ac tribunali pronunciat, si quis absentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, sese eius nomen recepturum: & simul, vt ad causam accederet, nomenque deferret, Agathinum nouum affinem atque hospitem cœpit hortari.* Hac facta in reos relatione, prætor iubebat edicebatque, vt reus certo die adesset, vt autor est ASCONIVS PEDIANVS *in Corneliana: detulit nomen Publius, subscripsit Caius: & cum Lucius Cassius Prætor decimo die, vt mos est, adesse iussisset accusatores*, &c.

Postquam relatus in reos certo die respondere cogebatur.

Die adueniente, cum in ius ventum esset, reus *respondere* ad crimina obiecta cogebatur, quo ipso litem contestabatur, vt rursus PEDIANVS *in diuinat.* his verbis demonstrat: *Quid est reum fieri, nisi apud prætorem legibus interrogari? Cum enim in ius ventum esset, dicebat accusator apud prætorem reo: Aio te Siculos spoliasse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur, vt victa; si negasset, petebatur a magistratu dies inquirendorum eius criminum.* Quod si hoc facto abesse cœpisset; absens *per quemcunque* demum defendi potuisse videtur, vt recte docet VOETIVS *ad tit. de procurat. §. 14.* Nam ICtus in *l. II. §. 2. ad L. Iul. de adult.* expresse ait: *ea, quæ inter reas adulterii recepta esset, absens defendi non potest*, quod sola *ratione inter*

Post L. C. demum quilibet absentem defendere poterat.

reas

Digitized by Google

reas lis haud conteſtata, poſt *litem conteſtatam* vero cauſa criminis *principaliter* agenda eſſet, quorſum etiam collineant *l. 13. §. 15. C. eod.* Olim talis *defenſio* per *oratores* fiebat, orationibus ad populum habitis, vt vel monumenta CICERONIS oſtendunt, qui tamen *procuratores* neutiquam fiebant. Equidem hoc non admittit GRANNANIETTO *in commentar. ad cap. 14. X. de iudiciis n. 10.* cenſetque, nequidem *poſt litem conteſtatam* ream adulterii *abſentem* per alium defendi potuiſſe, quod demum mulier *inter reas* adulterii recepta eſſet, ſi *perſonaliter* comparuiſſet, & litem conteſtata fuiſſet, adeoque rationem decidendi inde petendam iudicat, quod eo tempore adulterium inter *crimina capitalia* haud relatum fuerit. Sicuti vero poſterius admodum dubium eſt, quin potius ex *fragmentis* DIONIS a VALESIO editis *p. 755.* conſtat, ANTONINVM CARACALLAM pœnam capitalem *præter ius ac morem* adulteris dictaſſe, (qui ante eum morte non plectebantur) & quia PAPINIANVS, autor *l. 11. §. 2. ad. L. Iul. de adult.* eo tempore vixit, aſſeri vix poteſt, eum rationem decidendi inde petiuiſſe; ita ſi vel maxime verum fuiſſet, crimen adulterii eo tempore non fuiſſe *capitale*, minime inde colligi poſſet, *abſentem* propterea defendi non potuiſſe, cum ſæpe iam monitum fuerit, etiam in *non-capitalibus* abſentibus per alios defenſionem integram fuiſſe. Neque enim ex eo, quod quis inter reos receptus, lis conteſtata dici poterat, cum antea obſeruauerim, *abſentes* etiam *inter eos recipi* potuiſſe, cum quibus tamen nulla *litis conteſtatio* concipi poteſt. Eo ergo tempore demum per alium licite defenſio ſuſcipiebatur, quo cauſa criminis *principaliter* pertractanda erat, id quod demum poſt *litem conteſtatam* contingebat.

§. XXXVII. Verum nequidem ſufficiebat, litis conteſtationem a *præſente* factam fuiſſe: *QVALITAS CRIMINIS* admiſſi præterea attendenda erat, iuxta VLPIANVM *in l. 33. §. 2. de procurat.* vt tale crimen admiſſum ſit, *in quo abſens damnari poteſt.* Regulariter enim *abſentes* damnari non poterant, vt ſupra iam obſeruatum eſt, rurſus VLPIANVS in *l. 5. D. de pœnis* fatetur, inquiens: *abſentem in criminibus damnari non debere, Diuus* TRAIANVS *Iulio Frontoni reſcripſit, ſed nec de ſuſpicionibus debere aliquem damnari, Diuus* TRAIANVS *Aſſiduo Seuero reſcripſit; ſatius enim eſſe, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare.* Oſtendit præterea in ſequentibus, quomodo aduerſus contumaces procedi debeat, ait-

Præterea defenſio a quocunque tantum in illis fiebat delictis, in quibus abſens condemnari poterat. Regulariter enim abſens damnari non poterat.

Digitized by Google

aitque, vsque ad *relegationem* procedi potuiſſe, *verum ſi quid grauius irrogandum fuiſſet, puta in metallo, vel capitis pœnam non eſſe abſentibus irrogandam.* Quid vero eſt, quod idem VLPIANVS in *l. 33. §. 2. de procurat.* etiam in criminibus *capitalibus* abſentes per alios defendi poſſe admittat, cum tamen in *cit. l. 5.* aſſerat, in illis eos damnari non potuiſſe? Quid porro eſt, quod ALEXANDER SEVERVS in *l. 3. C. de accuſat.* reos *capitalium criminum* abſentes per alios defendi poſſe aſſerat? Equidem CVIACIVS *in notis ad* PAVLI *ſent. L. V. tit. 16. §. 15.* verba *l. 33. cit.* corrigenda & pro *innocentiam excuſantem* legendum eſſe *abſentiam excuſantem* exiſtimauit, vt non *cauſa principalis* per alium peragatur, ſed tantum abſens a *contumacia* purgetur, ne bona, anno præterlapſo, in fiſcum caderent. Sicuti vero iam ſupra obſeruaui, *humanitatis ratione* cauſam principalem per alium, vt *commune*m, peragi potuiſſe, ita nihil in textu immutandum eſſe, tandem ipſe agnouit CVIACIVS *Lib. XX. c. 20.* præſertim cum BASILICA *L. 8. tit. 2. p. 416. iuxta edit.* FABROTTI eandem lectionem ſeruent. Alia ergo incedendum eſt via, admittendumque, quædam delicta *capitalia* fuiſſe, in quibus etiam *abſens* damnari potuit, ad minimum ad hunc effectum, vt bona abſentis fiſco addicerentur, quippe quod pœnæ capitalis conſequens ordinarium erat. Huc referendum crimen *de ſicariis* lege Cornelia vindicatum, qua etiam ſimul cautum eſt, ne ſpadones fierent, alioquin illi, qui hoc crimine arguebantur, huius legis pœna tenebantur, eorumque bona fiſco vindicabantur, *l. 4. §. 2. ad L. Corn. de Sicariis*, quia huius legis pœna vel *deportatio* vel *vltimum ſupplicium* erat. *l. 3. §. 5. eod.* De abſentibus vero ita diſponitur in *cit. l. 4. §. 2. qui hoc crimine tenentur, ſi non adfuerint, de abſentibus quoque, tanquam lege Cornelia teneantur, pronunciandum eſſe.* Nec dubitandum eſt, in crimine *perduellionis* etiam *abſentem* damnari potuiſſe, cum & acculatio contra iam defunctum moueri potuerit, adeo vt niſi ab heredibus hoc crimine purgatus fuerit, hereditas fiſco vindicaretur. *l. 11. pr. ad L. Iul. Maieſt.* Præterea in *apparitores abſentes* propter admiſſam perfidiam animaduertendum eſſe, docent Imperatores in *l. 21. C. de pœn. Ne diu apparitorum praua admodum venalisque perfidia impune in publica commoda deſæuiat, cenſemus etiam in abſentes eos pro competenti vltione debere conſurgi.* Apparitorum ſcilicet prauam admodum venalemque perfidiam hoc *ſpeciale ius* extorſiſſe, recte indicat GOTHOFREDVS *ad l. 14. C. Theod. de pœn.* quod *abſentes ſibi iuris*

dubia remouentur.

in quibusdam delictis capitalibus abſens damnari poterat, vt in crimine ſicariorum,

perduellionis

perfidia apparitorum.

Digitized by Google

ris communis auctoritate & abſentia quæſita blandirentur, defugere ſe poſſe ſperantes pœnas commeritas. Olim ſub republica libera ſeuerio- Olim abſentes
res vigebant leges, admittentes, etiam *abſentem* damnari poſſe, adeo indiſtincte
vt ſolenne eſſet, abſentiam pro *iuſto* reputare *exilio*, quo ipſo bonorum damnari poterant.
ſuorum iacturam faciebant; vt plenius obſeruat ANNAEVS ROBERTVS *L. 1. rerum iudic. c. 10.* Notanter CICERO *pro Cæcina c. 34.* ait: *Exilium non ſupplicium eſt, ſed perfugium portusque ſupplicii; nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt, h. e. ſedem ac locum mutant: itaque nulla in lege noſtra reperietur, vt apud certas ciuitates, maleficium vllum exſilio eſſe multatum; ſed cum homines vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ ſunt legibus conſtituta, confugiunt, quaſi ad aram, in exilium. Quid ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem quam vitam amitterent: quia nolunt; non adimitur iis ciuitas, ſed ab iis relinquitur atque deponitur.* Reo in exſilium profecto, cauſa nihilominus peragebatur, & ſententia ferebatur; ipſe tamen reus, quod ad corpus attinet, aut ad præſentem ignominiam, ſibi per exſilium cauerat. PITISCVS *in lexic. antiq. Rom. voce exſilium.* Mitigata tamen poſtea eſt hæc ſeueritas, cautumque, *abſentem* regulariter damnari non poſſe, prout antea dictum, exceptis quibusdam delictis, iam antea enarratis. Proinde multum referebat, vtrum quis pro *abſente*, an *præſente*, patrocinium ſuum innocentiæ offerret? hoc caſu, quia *præſens* ſemper damnari poterat, quilibet admittebatur in cuiuscunque delicti genere, qui eum a ſupplicio imminente liberare ſtudebat; *l. 6. de appellat.* illo vero caſu defenſio extranei non aliter recipiebatur, quam ſi *abſens* condemnari poſſet.

§. XXXVIII. De *non-capitalibus* idem aſſerendum eſſe, nul- Quandoque
lam habet dubitationem, vtpote in quibus facilius abſens condemna- in non-capitalibus abſens
ri, & pœna executioni dari poteſt. Quid enim ſi *relegatio* abſenti damnabatur,
immineat? ait VLPIANVS *in l. 5. pr. de pœnis, vsque ad relegatio-* veluti ſi relenem *procedi poſſe*, neque tamen in tali cauſa *procuratorem* admitten- gatio abſenti
dum eſſe, idem VLPIANVS teſtatur in in *l. 1. an per alium cauſ. appell.* imminebat.
reddi poſſ inquiens: *Sed & ſi ea cauſa ſit, ex qua ſequi ſolet pœna VSQVE AD RELEGATIONEM, non oportet per alium* (procuratorem ſcilicet) *cauſas agi, ſed ipſum adeſſe auditorio debere, ſciendum eſt.* De *præſente* primario hæc verba intelligenda eſſe, imo relegationem includi, non vero excludi, totus contextus indicat, quia *pecuniariam cauſam*, in ſequentibus duntaxat excipit. Quid ergo dicendum, ſi

Digitized by Google

& sic a quocunque non tamen tanquam a procuratore defendebatur.

reus eius delicti, quod *relegatione* plectendum, absens fuerit? Equidem *procuratorem* eius nomine comparere non posse, modo dictum est; quia tamen absens damnari potest, iuxta *l. 5. de poen.* quilibet, non tamen vt *procurator*, audiendus est, qui eius innocentiam ostendere desiderat, iuxta *l. 33. §. 2. de procurat.* ex qua defensione nullum ipsi imminet periculum, nec discrimen executionis subit, quia non vt *procurator* interuenit, sed, quod sæpe dictum, *causam publicam* & *communem* agit, quod publice interfit, innocentes a quibuscunque defendi. Hisce perspectis facile apparet, quam ieiune ANDR. FACHIN. *lib. I. controu. c. 26.* versatus fuerit, qui, hac distinctione non obseruata, sese ex difficultatibus motis extricare non potuit, quia temere existimauit, *defensorem extraneum* non alio iure quam *procuratorio* interuenire posse, quod tamen sæpe reiectum est.

(1) In causis pecuniariis procurator interuenire poterat.

§. XXXIX. Præterea quoque (1) in absentes pœnas *pecuniarias* vel *eas*, *quæ existimationem contingant*, statui posse, VLPIANVS *in l. 5. de poen.* asserit. Atque in his demum causis IDEM. *in l. 1. an per al. caus. app. procuratores* admittit, his verbis: *plane si pecuniaria causa est, ex qua ignominia sequitur, potest & per procuratorem hoc agi;* quorsum etiam collineat *l. 6. §. 2. de bis qui not. inf.* Nam quia *causæ pecuniariæ* ita erant comparatæ, vt in procuratorem condemnatum æque, vt in *ciuilibus* causis, executio fieri posset, parum referebat, vtrum reus ipse compareret, an vero procurator *dominium litis* occuparet. Qua de causa etiam *præsentes rei* nequidem auditorio adesse debebant: per *procuratores* etiam litem contestari poterant, & hac ipsa litis contestatione *dominium litis* in eos transferebatur. *l. 4. in fin. de apell. l. 11. pr. de except. doli mali. 22. & 23. C. de procurat.* Hæc ratio quoque postulauit, vt in aliis criminibus, quæ *procuratorem* non admittebant, ad minimum reus ipse respondere cogeretur: hoc facto, postea quilibet pro *absente* audiendus erat, *innocentiam* eius ostensurus; qua defensione suscepta, non *dominium* huius causæ occupabat, (quod nec poterat, nec ipsemet intendebat,) sed eam vt *communem* suscipiebat, & sic non *iure procuratoris* agebat. Illustrat hanc meditationem *l. 3. C. vbi senator. vel. clariss.* vbi fit mentio *criminis publici, priuatiue, cui tamen non per procuratorem respondere liceat.* Ergo inde colligendum, dari etiam crimen publicum, cui per *procuratorem* respondere licet, seu litem contestari, si *pœna* tantum *pecuniaria*

Digitized by Google

ria coërcendum eſt. Equidem in defectu *pœnæ pecuniariæ* pœna *relegationis* ſimilisue dictari poteſt, iuxta vulgatum illud: *qui non habet in ære, luat in corpore, l. 7. §. 7. de iurisd.* quam ob rationem multos in contrariam iuiſſe ſententiam, teſtis eſt FARINAC. *qu. 99. n. 78.* Enimvero ſi procurator admittitur, periculum litis de iure ciuili in eum transfertur, hic vero non aliter quam ſub *cautione* admitti poteſt, adeoque haud metuendum, vt *in ſubſidium* corpore luere debeat reus. Aliud forſan aſſerendum, quando nondum liquet, vtrum *pœna pecuniaria*, an vero *grauiori*, delictum expiandum ſit, quod circumſtantiæ forſan adhuc admodum abſconditæ ac inuolutæ ſint; vel etiam ſi pœna relegationis vel grauior delicto impoſita, quamuis hæc *pecuniaria pœna* redimi queat. Sicuti enim *poſterius* ad *ius ciuile* non abſolute pertinet, ita *priori caſu* in dubio procurator excludendus fuit, quippe in quem dominium cauſæ rebus ſic ſtantibus transferri non potuit, quia ſufficit, quod reo pœna *relegationis* grauiore, in pecuniariam mutari neſcia, infligi queat.

Licet in defectu pecuniæ in corpore plecti queat,

non vero, ſi incertum eſt, an pœna pecuniaria locum habitura ſit.

§. XL. Præterea (II) quoque excipitur caſus, ſi patronus libertum vt *ingratum* accuſare velit, quo caſu libertus per *procuratorem* reſpondere non prohibetur, iuxta *l. 35. §. 1. de procur. & l. 4. de obſequ. parent. & patron. præſt.* quod etiam confirmat PAVLVS *L. V. ſentent. tit. 16. §. 11.* Ratio ſine dubio hæc erat, quod in effectu de *cauſa ſtatus* ageretur, quæ hoc reſpectu *ciuilis* erat, & *litis æſtimationem*, ſi aufugerit libertus, admittebat, quam etiam procurator præſtare poterat. Qnamuis vero in pœnam *ingratitudinis* libertus in ſeruitutem reuocaretur, quæ *mortem ciuilem* inferebat; ſuo modo tamen hæc cauſa *mixta* erat, vt magis eo nomine *ciuiliter*, quam *criminaliter* actum fuiſſe videretur, quod lis hæc *pecunia* æſtimari poſſet. Addit (III) PAVLVS *cit. l.* etiam hanc limitationem, ſi *rei abſentia defendatur*, quod intelligendum, ſi ab initio accuſationis mouendæ aufugerit, &, bonis eius adnotatis atque obſignatis, *edictaliter* citatus ſit, quæ defenſio huc vnice pertinebat, non vt *innocentia* abſentis oſtenderetur; ſed vt *contumacia* eius purgaretur, ne poſt annum bona fiſco in pœnam contumaciæ addicerentur. *l. 13. §. 1. de publ. iud.* Hoc caſu itaque procurator *cauſam principalem*, ſeu merita cauſæ non agebat, ſed tantum *punctum incidentem* pertractabat, id quod etiam ad alias *cauſas incidentes* extendi poteſt, vtpote ſi procurator duntaxat de liberando incarcerato interuenit. conf. FARINAC. *qu. 99.*

(2) Si patronus contra libertum vt ingratum agit.

(3) Si tantum abſentia rei defenditur.

Digitized by Google

(4) Si inter illustres criminaliter in causis iniuriarum agitur.

99. n. 171. (IV) Speciatim exceptæ erant personæ illustres, quando in causis *iniuriarum* criminaliter agebant, vel contra eos agebatur, *l. vlt. C. de iniuriis. §. 10. I. de iniur.* adeoque etiam litis contestatio per *procuratores* fieri poterat, vt tamen accusatores in crimen inscriberent, rei vero condemnati periculum pœnæ tantum subirent, quod indicium præbet, nequidem procuratores hoc casu *cautionem* præstare debuisse. Neque vero hoc ad alia crimina extendendum est, cum *ius singulare* in *l. vlt.* contineatur, quod non producendum est ad consequentias. His

(5) Si contra clericos agitur.

(V) adiunctos suo modo fuisse clericos, liquet ex MARCIANI constitutione, relata in *l. 25. C. de episcop.* ex cuius principio liquet, agi ibidem de *clericis* siue *ciuilibus* siue *criminalibus negotiis* in *foris secularibus* innectantur; additur vero in *§. 1.* quo vel ipsi vel *procuratores* eorum comparere possint, quod *dignitati clerici* datum; sed quod mirandum, *iure canonico* haud agnitum est, quippe quo generatim cautum, in *foro ecclesiastico accusatores* & *accusatos* præsentes esse debe-

(6) Si castrensiani & ministeriani conueniebantur.

re. (VI) Olim quoque excepti erant *Castrensiani* & *Ministeriani*, qui sacro ministerio deputati erant, & sacri palatii ministeria obibant. vid. GOTHOFREDVS *in Cod. Theod. tit. de Castrensianis.* His datum hoc est priuilegium, vt *siue in causis ciuilibus appetantur, siue in criminalibus accusentur*, per *se ipsos*, vel per *procuratorem* datum in iudicio respondere possent, *iuxta l. vlt. pr. C. de castrens. & minister.* His addi

(7) Si vniuersitates accusentur.

debent (VII) *vniuersitates*, qua tales, de crimine aliquo accusatæ, quæ etiam per *syndicum* in causis *criminalibus* admittebantur, ex *statu* peculiari, quem præ se ferebant, cum regulariter vniuersitates per se comparere non possent, si per viam ordinarii processus, quorsum etiam *accusatorius* referendus, agebatur. Et sic etiam *numeri militum, in corpore* considerati & accusati, per *syndicum* comparebant, *l. 18. §. 2. C. de re milit.* vbi additur hæc ratio: *prout consuetudo deposcit, legibusque cautum est.*

Procuratores etiam litem contestabantur, non qui ex communi officio defendebant.

§. XLI. Multum vero intererat, vtrum per *procuratorem* accusare, vel se defendere liceret, an vero pro absente *ex officio communi* verba quis faceret, eumque a crimine imputato purgare niteretur? Posterius enim tantum post *litem contestatam*, vel in instantia *appellationis*, permittebatur: prius etiam statim ab *initio motæ accusationis*, adeo vt per *procuratorem* accusatus etiam respondere & litem contestari potuerit. Porro prius tantum locum habebat contra *præsentem* indistincte, contra *absentem* vero in delictis grauiori-

Digitized by Google

uioribus, in quibus damnari poterat, posterius vero tantum in criminibus pecuniariis, aliisque exceptis casibus, iam antea relatis. Primaria denique differentia in eo collocanda est; quod qui *ex officio communi* absentem defendit, ad cautionem haud obstrictus sit, quia non vt *procurator* se causæ offert, imo nequidem *iudicato*, pœnam criminalem tangenti, se submittere potest, sed potius *iure suo*, vt quilibet ex populo, defensionem suscipit. Singulorum vtique interest, ne *innocentia* opprimatur, adeoque si vel maxime in defensione extraneus succumbit: eam vnice iacturam sentit, quod frustra operam suam, quam ex *humanitate* suscepit, pro defendendo reo impenderit. Ast qui vt *procurator* ab initio causam criminalem suscipit, reumque defendit, *peculiari* & *striqui ex officio communi defendit, non cauet, quod facere debet procurator.*

ctiori in sensu *defensor* dicitur, de quo vetus regula iuris est: *quod nemo alienæ rei idoneus defensor sine satisdatione iudicatum solui intelligatur. §. 5. I. de satisdat.* Vnde is, qui alterius defensionem hoc sensu suscipit, etsi locupletissimus, imo consularis, non videtur defendere, nisi satisdare fuerit paratus, quia *defendere hoc loco est, eandem vicem quam reus subire*, & sic defensor in id condemnatur, in quod principalis, si præsens foret iiti, condemnandus fuisset. *l. 51. §. 1. l. 52. & 53. de procurat.* Illustrat id ipsum *l. 35. §. 3. eod.* vbi VLPIANVS ita: *defendere autem est, id facere, quod dominus in litem faceret, & cauere idonee: nec debebit durior conditio procuratoris fieri, quam est domini, præterquam in satisdando. conf. l. vn. C. de satisd.* Equidem si criminaliter ad *pœnam pecuniariam* agitur, vel etiam si de *statu personæ*, vbi lis pecunia æstimari potest, cautio merito præstanda est, cum, si vel maxime pro reuocatione in seruitutem pronuncietur, causa *litis æstimationem* recipiat, quam procurator præstare potest. Merito tamen dubito, vtrum hoc etiam ad ceteros casus exceptos applicari queat? Certe de illustribus personis in *l. vlt. C. de iniur.* diserte cautum est, pœnam tantum in ipsos, non in eorum *procuratores*, executioni dandam, quod similiter quoque de *clericis*, *castrensianis* & *vniuersitatibus* dicendum, si pœna grauior pecuniaria immineret, vtpote cuius nomine nequidem cautio præstari poterat. In his ergo priuilegiatis casibus procurator quidem admissus est, sed citra *cautionem*, quippe quæ tantum *iudicati* nomine exigebatur, adeoque in *l. 25. §. 1. C. de episcopis & clericis* cautio quædam ipsis clericis, siue *per se*, siue per *procuratores*, comparuerint, imposita est.

§. XLII.

Digitized by Google

Compendium totius doctrinæ, hactenus expositæ.

§. XLII. Ita in hac materia, admodum turbata, cohæret structura *iuris Romani*, quam in *compendio* vel ideo referre lubet, vt vno intuitu eius connexio haberi & doctrina huius tituli inde illustrari queat. Videlicet regulariter iuxta §. 25. non admittebatur procurator in *causis criminalibus*, tum a parte *accusatoris*, quod ipse in crimen subscribere teneretur; tum a parte *rei*, quod pœna alias procuratori distincta fuisset, si *litis dominus* factus fuisset; id quod iuxta §. 27. & 28. secundum principia iuris Romani a *iure canonico* assumta necessum erat. Eadem ratio ostendebat, non esse iuxta §. 29. differentiam constituendam inter crimina *capitalia* & *non-capitalia*: inter *absentes* & *præsentes*: inter *carceratos* & *non-carceratos*, imo nec inter *coniunctos* & *extraneos* iuxta §. 30. *Accusatorem* quod concernit, ille prorsus per procuratorem iuxta §. 25. accusare non poterat, adeo vt *tutor*, ex officio tutelæ agens, *proprio nomine* inscribere teneretur, & sic nihil mutandum sit in *l. 2. C. de his qui accus. non poss.* Pariter nec pro *reis* regulariter interuenire poterant procuratores; quamuis quandoque alii ad defensionem accusati admitterentur, vel ob *interesse proprium*, veluti si dominus seruum defendat iuxta §. 30. vel ob *interesse commune* & *publicum*, quo intuitu iuxta §. 32. quilibet pro absente, vel qui præsens ad mortem iam damnatus est, verba facere potest, non *iure procuratoris*, quia alias cautionem præstare debuisset, sed ex ratione *communis officii*, quod singulis incumbebat. Vnde & defensio obtrudi poterat iuxta §. 33. inuito & perire festinanti, & quamuis in *l. 3. C. de accusat.* defensio *per procuratorem* admissa sit, ostensum tamen §. 34. *procuratorum* appellationem esse ambiguam, nec ibi procuratores stricte dictos intelligi posse. Ceterum defensio hæc demum poterat fieri (α) post *litem contestatam*, non si tantum inter *reos recepti*, per §. 36. nec etiam si *adnotati*, qui requirendi erant per §. 35. (β) non in omnibus delictis hæc defensio necessaria, sed in illis tantummodo, *in quibus absens damnari poterat*, quod olim quidem in quibuslibet criminibus fieri poterat; non *iure nouiori* & *humaniori*, quod sub imperatoribus conditum est; per §. 37. quin & in *non-capitalibus*, si relegatio imminebat, quilibet defendere poterat, iuxta §. 38. quod interim tamen per *procuratores* non agebatur. Excepta tamen quædam erant crimina, in quibus verus *procurator* statim ab initio interuenire, litemque nomine rei contestari poterat *per* §. 39. & 40. & quidem vel ex *causa communi*, quod dominium litis in

hunc

hunc transferri posset, vt in *pœnis pecuniariis*, vel ex *causis propriis*, in quibusdam casibus §. *40.* adductis. Denique addi debuit discrimen inter *defensionem*, quæ ex *communi pietatis officio* suscipitur, & quæ per *procuratorem*, qua talem, peragitur; quod hic cautionem iudicatum solui præstare, & periculum condemnationis subire debeat, non item ille, per §. *41.*

§. XLIII. Transitum nunc facio ad *IVRIS CANONICI* antiqui & huius tituli dispositionem, quæ cum iuris Romani placitis in plerisque conspirat. Regustauit enim, quamuis sine solida ratione, principium iuris ciuilis, procuratorem fieri *litis dominum* per litis contestationem, vt expresse dicitur in *c. 1. & 6. de procurat. in 6. c. 13. & 14. X. eod. c. 33. de rescript.* Præterea quoque in altero principio, quod accusator *in crimen inscribere* debeat, patres atque pontifices ius Romanum secuti sunt. Generaliter asserit HARDVINVS in *c. 3. C. 2. qu. 3. qui non probauerit, quod obiicit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.* EVTYCHIANVS vero in *c. 3. C. 3. qu. 8.* expressius dogma iuris Romani repetit: *quisquis ille est, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem patiatur, nec impunitam fore sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.* Ex vtroque principio collegit STEPHANVS Papa in *c. 5. C. 2. qu. 8. nullum absentem aut accusari posse aut accusare.* Idem firmat DAMASVS Papa in *c. 8. C. 3. qu. 9. qui accusare alium elegerit, præsens per se, & non per alium accuset; inscriptione videlicet præmissa.* IDEM in *c. 2. C. 4. q. 4.* hoc rursus repetit, & ad seculi leges simul prouocat. Eadem sententia propagata est *iure nouo Decretalium*, vt docet INNOCENTIVS III. in *c. 5. X. de procurat.* vbi agit de causa, si vir accusat vxorem de crimine adulterii coram iudice seculari; *tunc* enim, ait, *inscriptionis vinculum debet arripere, seque ad pœnam talionis adstringere: non per procuratorem, sed per se ipsum præsentem oportet præsentialiter accusare.* Quod si coram *iudice ecclesiastico* de adulterio mulier accusatur, *ad diuortium* agitur, & sic magis *ciuiliter.* Vnde colligit Pontifex *c. l. sustineri posse, si necessitas id postulauerit, vt per procuratorem accuset, quoniam huiusmodi accusatio, etsi de crimine fiat, non tamen est criminalis, sed quasi mixta inter ciuilem & criminalem, quanquam in præsentia principalium personarum securius procedatur.* Id quod nostrum fecit, etiam in foris ecclesiasticis hoc principium

Ius canonicum cum iure ciuili in principiis conuenit, adeoque etiam accusator inscribere debet.

stricte

Quod declaratur.

ſtricte retentum fuiſſe. Euidentius hoc docet INNOCENTIVS III. in *c. 16. X. h. t.* vbi præmittit, tribus modis crimen opponi poſſe, *denunciando, excipiendo & accuſando. Quando crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt inſcriptio neceſſaria*, cuius rationem infra declarabo. *Sed cum in modum accuſationis, oportet inſcribi; quoniam ad depoſitionem inſtituitur accuſatio, ſed ad correctionem* (ſine proceſſu ordinario) *eſt denunciatio facienda.* Denique *cum excipiendo fuerit crimen obiectum*, diſtinguit pontifex, quam ob cauſam exceptio criminis fiat. Si obiicitur crimen, *vt ab accuſatione vel teſtificatione aliquis repellatur, non eſt inſcribi neceſſe*, quia hoc modo non ad pœnam, verum *ciuiliter* agitur. *Sed cum opponitur, vt quis a promotione officii vel beneficii excludatur*, diſtinguit rurſus pontifex, vtrum *ante* an *poſt confirmationem* obiiciatur. Priori caſu non cogitur quisquam inſcribere, *quia crimen hoc modo probatum impedit promouendum, ſed non deiicit iam promotum*, hoc eſt, non operatur, vt is, cui crimen obiectum eſt, proprie loquendo *puniatur*, adeoque pœna talionis locum habere nequit. Poſteriori caſu, *cum ſcilicet ordinandus fuerit aliquis, aut conſecrandus, quia etiam ab obtinendo repellit, & deiicit ab obtento*, & ita reuera pœnam ſubit, *ad extraordinariam pœnam, ſecundum arbitrium iudicis diſcreti, circa vinculum inſcriptionis eſt excipiens adſtringendus, ſi defecerit in probando*, quia etiam iam is, cui crimen obiectum, eo probato, perdidiſſet, quod ei per electionem & confirmationem fuerat acquiſitum.

Vnde nec procurator a parte accuſatoris admittitur.

§. XLIV. Ex his fundamentis, a iure ciuili mutatis, non poterant non eædem concluſiones naſci, quæ antea ex *iure Romano* allatæ ſunt, quamuis paulo plenius illæ executiendæ fuerint, poſtquam vias criminaliter procedendi ius canonicum dilatauerit. Videlicet a parte actoris (α) quando de crimine *ciuiliter* agitur, procurator admitti poteſt, ceu §. *antec.* ex *c. 5. X. de procurat.* oſtendimus. (β) Si per viam *inquiſitionis* agitur, deficit *accuſator*, & ſic fruſtra de *procuratore* eius quæritur; quin etiam ſi vel maxime crimen denunciatum ſit, denunciator non impeditur, per *procuratorem* crimen deferre, quia non accuſat, nec in crimen inſcribit per *c. 16. de accuſat.* (γ) Quando per viam *exceptionis* crimen obiicitur, itidem vinculum inſcriptionis ceſſare, antea dictum eſt, vnde in *cit. c. 16. in fin.* pontifex infert: *licet agatur de crimine, non eſt tamen huiusmodi quæſtio criminalis, vnde per procuratorem poteſt rite tractari.* Ideo autem hæc quæſtio *crimina-*

minalis esse negatur, quod *primario* & *principaliter* ad pœnam non tendat exceptio. Denique (δ) si per viam *accusationis* proceditur, procurator ob *vinculum inscriptionis* admitti nequit, cum nequidem accusator post inscriptionem ab accusando desistere potuerit, sed tantum ante inscriptionem citra pœnam. Pariter nec reus per *procuratorem* se defendere potest in causis criminalibus, si vel maxime absens sit, quia & iure canonico cautum est, absentem non esse condemnandum, *c. 1. 2. 3. C. 3. qu. 9. quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat*, vt dicitur in *c. 4. eod.* Vnde rursus PSEVDO-FELIX *c. 11. eod. absente aduersario non audiatur accusator, nec sententia, absente alia parte, a iudice dicta vllam obtineat firmitatem*, quorsum etiam collineant *c. 12. & 13. eod.* quæ omnia cum scitis iuris Romani conueniunt. Prouocat quoque NICOLAVS Papa *c. 12. eod.* hac in re ad scripturam sacram, &, *necesse est*, ait, *secundum sacrarum scripturarum documenta, ac secundum iustitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse.* Nec scena mutata est in *iure decretalium*, quod prodit INNOCENTIVS III. *in c. 15. h. t.* atque, procuratores reorum in causa criminali haud recipiendos esse, asserit, exceptione tamen subiecta, quam etiam ius ciuile admittit, si procuratores illos a *contumacia* aliquatenus excusare velint. nec a Parte rei

§. XLV. Tandem progredior ad *VSVM* huius iuris *HODIERNVM*, ostensurus, an & quatenus hodie procuratores admitti queant, cum a parte *accusatoris*, tum a parte *rei*. Equidem quod *ACCVSATOREM* concernit, rarius hodie hæc quæstio mouetur, quoniam vtplurimum per viam *inquisitionis ex officio* proceditur, & quamuis in nonnullis locis aduocato fisci committi soleat, vt *accusatoris* vicem sustineat: inspecta tamen rei veritate processus magis *inquisitorius*, quam *accusatorius* est, cum etiam hic *ex officio*, speciali inquisitione decreta, constituitur. Interim tamen adhuc permissum est, hodie de crimine aliquem accusare, adeo vt *constitutio criminalis Carolina* circa *accusatorium* processum quoque admodum occupata sit. Non tamen *vinculum inscriptionis* recepit, sed loco eius accusatori *cautionem de iniuria & expensis* imposuit in *art. 12.*, adeo vt tamdiu carceri mancipandus sit, donec *idonea cautio* præstita fuerit. Inde hodie facilius a parte accusatoris *procurator* recipi potuit, cum ratio, ob quam ius ciuile eum excluserit, hodie prorsus cesset, vt *tom. I. tit. de procurat.* plenius exposui, & hoc intuitu CAROLVS V. *in cit. art. 12.* diserte ait: Vsus iuris hodierni.

Hodie accusator non inscribit in crimen, sed cauet,

& ideo per procuratorem accusat,

Digitized by Google

So bald der Angeklagte zur Gefängniß angenommen iſt, ſoll der Ankläger oder Gewalthaber mit ſeinem Leib verwahret werden, biß er mit Bürgen, Caution, Beſtand und Sicherung gethan hat. Ex his verbis liquet, primario quidem *accuſatorem* ad hanc cautionem præſtandam adſtringi, vti etiam *art. 13. & 14.* oſtendunt, qua præſtita procuratori eius nullum imminet periculum, ſi vel maxime reus abſolutus fuerit: interim tamen accuſatore in præſtanda cautione deficiente, etiam procurator eius, ſi deſiſtere nolit, ſed præciſe admitti deſideret, per *carceres* ad hanc cautionem adigi poteſt, prout verba antea adducta indigitant, non quod *dominus litis* fiat, ſed quod ſine *cautione* propter *iniuriam* & *expenſas*, quæ *pecuniariæ* æſtimari queunt, accuſatio nullatenus recipienda ſit, adeoque vel *accuſator*, vel eo deficiente, ipſe *procurator* ad eam præſtandam adigi poſſit. Equidem B. STRVKIVS *in V. M. ad tit. de procurat. §. 4.* rationem hodiernæ praxeos inde non petendam eſſe exiſtimat, quod *vinculum inſcriptionis* exulet, ſed adhuc obſtare rationem primariam & genuinam, quod perſecutio delictorum publica non ſit in arbitrio accuſatoris, priuatæ autem actionis tantum procurator detur. Vt hanc rationem dubitandi remoueat, id potiſſimum conſiderandum eſſe ait, *quod hodie ſit laxior poteſtas dandi procuratorem.* Id certe non nego, ſed tamen rurſus deſidero fundamentum huius *laxioris poteſtatis*, quo non manifeſtato vel indicato, ipſa aſſertio adhuc valde lubrica & dubia manet. Videlicet ideo *laxior* hodie *poteſtas* eſt dandi procuratorem, quod hodie in procuratores non transferendum ſi *dominium litis.* Hoc *iure Romano* & *canonico* neceſſarium erat, atque operabatur, vt in illis cauſis tantum procurator admitti poſſet, quarum *dominium* in alterum transferre liceret. Id vero tantum integrum erat in *cauſis priuatis*, non *publicis*, ſeu *criminalibus*, quæ ratio tamen hodie ceſſat, quia hodie procuratores non *domini litis* ſunt, ſed *nudi adminiſtratores cauſæ alienæ*, vt plenius euictum eſt *tom. I. tit. de procurat. §. 36. & ſeqq.* Equidem B. STRVKIVS *c. l. §. 38.* adſtruit, etiam adhuc hodie procuratores fieri *dominos litis*, quod eo magis mirandum eſt, cum *in §. 40.* conceſſerat, hodie *laxiorem poteſtatem* dandi procuratores eſſe; poſita enim priori theſi, admitti nequit poſterior, quia ſi procurator adhuc *dominus litis* conſtituitur, per rerum naturam fieri nequit, vt accuſator eum conſtituat, cum cauſæ criminalis dominium, quod nec accuſator habet, in eum transferre non poſſit.

Quod contra dubia firmatur,

quia non fit dominus litis.

§. XLVI.

§. XLVI. Equidem prælaudatus ICtus *c. l. §. 5.* excipit casum, si accusatori in casum *succumbentiæ* immineat *corporalis pœna*; tunc enim non esse locum procuratori censet, quod eluforium redderetur iudicium, si, substituto procuratore, discederet accusator. *Tali casu enim*, ait, *omnino petere poterit accusatus, præsertim grauioribus indiciis nondum grauatus, vt carceri mancipetur accusator, ne fuga sibi consulat, & hac ratione occasionem vindicandi iniuriam auferat accusato.* Nec diffiteor, consilium hoc, quod in verbis allatis prodidit, omnino probandum, & *articulo 12. const. crim. Carol.* conueniens esse, quia nequidem *cautio* in tali speciali casu locum habere potest, quæ reuera iudicatum futurum concernit, adeoque accusator hoc casu *simpliciter* carceribus mancipandus est. Quid enim, si de *atrociori crimine* accusatur persona in dignitate constituta, cuius existimationi, per *calumniam* læsæ, cautio pecuniaria ratione *iniuriæ*, criminaliter expiandæ, non sufficit, sed vbi accusatori in casu calumniæ *animaduersio corporalis* imminet? quale exemplum B. STRYKIVS affert. Licet vero concedam, hoc casu accusatorem carceri mancipandum esse, & omni *cautionis* præsidio destitui; non tamen inde necessario sequitur, vt, postquam carceri mancipatus est, accusationem per *procuratorem* expedire non possit. Neque enim carcer impedit, quo minus procurator a parte incarcerati audiri queat, vtpote qui tantum pro *cautione* est; imo si dicendum, quod res est, detentio in carcere facit, vt accusator non adeo commode accusationem perágere possit, adeo tunc eo magis ipsi integrum esse debeat, opera procuratoris vicaria vti. Qualecunque ergo delictum in iudicium deducatur, accusator per *procuratorem* comparere potest, modo vel *cautionem* idoneam dederit, vel *carceri* mancipatus sit accusator.

Si grauior imminet pœna accusatori ob calumniam, incarcerandus est.

sine cautione.

vt tamen itidem admittendus sit procurator.

§. XLVII. REVM quod concernit, expeditum quidem est, vtplurimum etiam hodie ad *ius ciuile* & *canonicum* prouocari, regulamque constitui, *in causis criminalibus rei absentis procuratorem ad merita causæ tractanda non admitti*, testibus CARPZOVIO *in prax. crim. q. 105. n. 40. seqq.* STRVVIO *exerc. VII. th. 33.* CLASENIO *ad art. 12. const. crim.* B. STRYKIO *in V. M. tit. de procurat. §. 8. & seqq.* Equidem si rationes *iuris ciuilis* intueor, illæ a foris nostris alienissimæ sunt. Obseruaui enim, ideo nequidem in crimine, quod *relegatione* plectendum, procuratorem admitti, quod *vicem rei* subire, vel *dominium* huius causæ in eum trasferri non possit; erat

A parte rei ius ciuile solet pro regula constitui.

Contra quam dubia mouentur.

Digitized by Goog

Begehren ein Fürsprecher aus dem Gericht erlaubet werden, dieselben sollen bey ihren Eiden, die Gerechtigkeit und Wahrheit, auch die Ordnung dieser unser Satzung fördern, und durch keinerley Gefährlichkeit, mit Wissen und Willen, verhindern oder verkehren. Paulo post additur: Doch soll in der Kläger oder Antworter Willen stehen, ihren Redner aus den Schöffen oder sonst zu nehmen, oder ihnen selbst zu reden. Welcher aber ein Redner ausserhalb den geschwornen Gerichts-Schöffen nimmt, derselbe Redner soll zuvor dem Richter schweren, sich mit solchen seinen Reden zu halten, wie oben in diesem Articul der Fürsprechen halb, so aus den Schöffen genommen werden, gesetzet ist. Vnde liquet, in his similibusque locis non agi de *procuratoribus* absentium, vti censet STEPHANI *ad art. 88.* sed de *causarum patronis*, qui *præsentibus partibus* causas orabant. Quia ergo olim *viua voce* se defendere tenebantur, *præsentes* comparere debebant, quod etiam inde liquet, quod *cautio de se sistendo* illis imposita fuerit, quibus carcer remissus erat. In iure *prouinciali Sueuico art. 162. iuxta edit.* IO. FRID. SCHANNATTI *P. I. collect. document.* mos antiquus his refertur verbis: Wer Pürgel wird ains Manns vor Gericht in fur zepringen, und mag er sein nit gehaben, als er in fur Gericht bringen soll, er soll dyselb puß leiden, die jener soll gelitten haben, ob dy Schuld auf in erzeugt wird, und ist sie nit auf in erzeut, so puzzet auch nit, und ist der Mann tod, den man überzeugen soll, so soll man nit mer zeugen über in Lajuten, wann als da er lebt. Es soll niemand Pürgel werden um den Todschlag, wirt er aber Pürgel, man todt in als jenen, das ist also gesprochen, was der Mann tod, do er Pürgel ward, den man da lobet fur zepringen, und mag er in nicht furpringen, er stirbet für in. Quod si se non sistebat reus, poterat *iusta impedimenta* fideiussor allegare, & probare, quo a nexu se liberaret, iuxta *art. 7. L. 2. iur. Sax. Prov.* Wer aber Bürgen setzt fürzukommen, benimmt es ihm die ehehafte Noth, daß er nicht vorkommen kan, die ehehaffte Noth sollen seine Bürgen beweisen, oder benennen, oder darum schweren auf den Heiligen. Quod si olim *procuratorem* dare licuisset, vel is, qui vocatur der Fürsprecher, procurator fuisset, illi quoque *nomine absentis* comparere, & vices eius supplere integrum fuisset; ideo autem dandus erat fideiussor, vt in *propria persona* se sisteret. Vnde in *gloss. ad art. 65. Lib. I. Iur. Sax. prou.* notanter dicitur: Hie mercke, daß

Vnde cautionem de se sistendo præstare debebant, qui ex carcere dimittebantur.

daß diß seltsam ist, daß die Bürgschafft leichter ist in Sachen, da die Klage auf leibes-Straffe gehet, als da sie nur auf Geld gehet. Datis fideiussoribus liberatur reus ex carcere, excepto casu, si in facinore deprehensus esset iuxta *art. 66. lib. I. iur. Sax. prov.* Wen man in handhaffter That fähet, als er gefangen wird, soll man ihn nicht zum Bürgen geben, sondern man soll ihn für Gericht bringen, und selbst siebend soll ihn der Kläger der That überzeugen. Si non cauerat fideiussoribus, absens citandus erat trina vice, iuxta *art. 67. lib. I.* cuius effectus hic erat: Wer nicht vorkommt zum dritten Ding, in peinlichen Klagen, den ächtigt man, quod rursus de comparitione in *propria persona* intelligendum. Atque hæc praxis etiam in *curiis Regni* obseruata fuit, in quibus etiam Principes accusati in *propria persona* comparere tenebantur, vt docet ARNOLDVS LVBECENSIS *lib. II. chronic. Slauici cap. 16. & 24.* OTTO FRISINGENSIS *lib. II. c. 2.* GVNTHERVS *in Ligurino lib. I. vers. 765 seqq.* adeo vt etiam Abbatissæ accusatæ in *propria persona* comparere coactæ, &, si non comparuissent, condemnatæ fuerint, vid. *chronicon montis Sereni ad ann. 1224.*

In iudiciis Westphalicis procuratores admissi.

§. XLIX. Paulo aliter sese res habuit in *iudiciis Westphalicis*, in quibus *procuratores* admissos fuisse, obseruat B. THOMASIVS *diss. de veræ origine, natura, progressu & interitu iudiciorum Westphal.* §. *43.* quippe in quibus pleraque in *scriptis* peracta sunt. Docet id *formula procuratoria* apud DATTIVM *lib. IV. de pace imp. publ. c. 5. n. 3.* qua procurator suam personam legitimabat: ea perlecta, petebat procurator, sententia interlocutoria declarari, vtrum valida esset, VT IDEM *cit. l. n. 4.* docet. Ante aliquot annos B. SIMON. FRID. HAHNIVS V. C. *tom. II. collect. monument. vet. p. 598. sqq.* edidit die alte Westphälische Gerichtsordnung, vbi *p. 609.* traditur, quomodo contra trina vice citatum procedi debeat, his verbis: Der Frey Grave erkundigt, ob er do sy oder yemands, der jn verantwurtn wolle zu seinen höchstn Eren. Ergo qui erat comparere iussus, poterat per *procuratorem* comparere. Modus *procuratoria* conficiendi traditur *p. 624.* his verbis: So einr fur ein Stul geladn wirt, und mag nit komen, und setzt ein prucuratory, der soll dem Gewalt uff geben mit einem Brieff, daran sin Insiegele und zweyer ander Schopffn, oder mocht das nit sein, so mag er zween ander Bidermann bitten, ir Insiegele mit jm daran zu hencken, und er soll

Qnomodo procuratoria olim confecta & in iudiciis exhibita.

ſoll im den Gewalt vffgeben mit Hant und Munt, und ſchweren, daß er im Gewalt gebe zu Gewinne und zu Verluſt, und gebe im des ſine Briefe. Darnach ſoll im der Richter auch ein Brieff geben, das das vor im geſchehen ſey, mit ſeinem Siegel verſiegelt, und darzu zweyer andern Biderman Inſiegle. Darnach wenn er damit für Gericht geet, ſo ſoll er habn ein grün Krantz, darinnen ſoll ſtecken ein Kunigspfennig, und ſoll habn ein Hentſchuch an der Hand, und bey dem Krantz den Gewalts-Brieff, und wann der Frey-Grave berufft, der die Sachen antrifft oder yemant, der von ſeinen wegen do ſy, ſo ſoll er furtreten und ſprechen, er ſey komen, als ein procurator von Recht kommen ſoll. So zeucht im der Frey-Grave den Hentſchuch abe, und nymt den Kunigspfennig zu einem Zeugniß, und darnach liſſt man den Waltbriff, darnach ſpricht er, er ſey komen zu verantwurten, als ferne er Recht habe, und nymmt ein Furſprecher.

§. L. Ex modo allatis rationes ita ſubduco: in foris Germaniæ criminalibus, in quibus *viua voce* ſeſe tenebatur reus defendere, *aduocatos* quidem admiſſos fuiſſe, pro reo *præſente* verba facientes, formulasque conſuetas recitantes, non *procuratores* abſentium vice comparentes; in quibus autem iudiciis, vt in *Weſtphalicis*, permiſſum fuit, *in ſcriptis* cauſæ merita proponere, etiam procurator, legitimo mandato inſtructus, pro abſente admiſſus, ita vt reo citato libera electio relicta, vtrum in *propria perſona*, an per *procurhtorem*, comparere maluerit? Ratio diuerſitatis erat, quod, vbi *viua voce* reus ſeſe defendere debebat, nemini commode abſentis vices ſupplere integrum eſſet, quippe qui non tam plene de omnibus circumſtantiis inſtrui poterat, vt ſufficienter illis, quæ reo obiiciebantur, ſatisfacere & reſpondere potuerit. Quocirca eius *præſentia* opus erat, vt vel immediate crimina obiecta diluere, vel aduocatum ſuum præſens de iis, quæ ex inopinato forſan obiecta erant, & de quibus antea alium ſatis inſtruere non licebat, inſtruere valeret. Atque hac de cauſa, qui ſe a carcerum ſqualore liberare intendebat, cautionem *de ſe ſiſtendo in propria perſona* præſtare cogebatur. E contrario vbi *in ſcriptis* cauſæ merita propoſita ſunt, facilius *procuratores* admitti potuerunt, vtpote quos quauis occaſione ſufficienter inſtruere reo datum erat, prout in *cauſis ciuilibus* hodie fieri ſolet. Neque *rationes iuris Romani*, quæ procuratores a defenſionibus reorum arcebant, olim *in*

Ergo, ſi viua voce procedebatur, procuratori non erat locus,

bene tamen ſi in ſcriptis

cuiusmoris ratio diuerſitatis traditur.

his iudiciis reo obſtabant, quo minus opera *procuratorum* vicaria vterentur, quippe quæ Germanis ignoratæ fuerunt, Romanis duntaxat, ex principio admodum ſubtili ſupra recitato, propriæ. Verum poſtquam ius *Romanum* ac *canonicum* etiam fora criminalia occuparunt, quæ hac in re diuerſa prorſus ſcita habent, atque, neglecto patrio more, ad hæc iura prouocatum fuit, inde factum eſt, vt ius dandi *procuratorem in criminalibus* fere vnice ex his duobus fontibus deſumtum fuerit, adeo vt B. STRYKIVS *in V. M. tit. de procurat. §. 11.* aſſerere non dubitet, *in procuratore rei in criminalibus vix quicquam vſualiter obtinere, quam iure noſtro cautum eſt.*

Confuſio ex recepto iure Romano & Germanico orta.

§. LI. Videlicet proceditur hodie vel per viam *inquiſitionis* vel *accuſationis.* Priori caſu, reus aut *abſens* aut *præſens* eſt. Si abſens eſt, citatus *ſaluum conductum* petere, & ante omnia cautionem præſtare debet *de ſe ſiſtendo, quotiescunque opus fuerit.* CARPZOV. *Pr. Crim. qu. 112. n. 57.* Qua de cauſa certa ſumma determinatur, vsque ad quam cauere debeat, quod etiam *iure Sax. Prou. L. 2. art. 4.* cautum eſt: Zeuhet ſich ein Mann aus der Acht, und ſetzet Bürgen vorzukommen vor Gericht, kommt er denn nicht vor, das geſetzte Bürgen-Geld hat der Richter gewonnen, und nicht der Kläger. In eo ſcilicet proceſſus *inquiſitorius* cum more antiquo Germanorum conuenit, quod potiora eius momenta *viua voce* peragantur; namque reus (α) hoc modo ſummariter examinatur: (β) viua voce ad articulos inquiſitionales reſpondet: (γ) confrontationem cum teſtibus, vel criminis ſociis, ſimili modo ſubit: (δ) nouis indiciis emergentibus denuo examinatur: (ε) ſententia ipſi publicatur; atque ita ſatis conuenienter eius *præſentia* deſideratur; ne dicam de *tortura*, vel alio eruendi veritatem medio, quod neceſſario *præſentiam* perſonæ poſtulat. Qua de cauſa, mota inquiſitione, abſens haud audietur, ſi per *defenſorem* vel *procuratorem* ſe defendere intendit, ſed ita pronunciatur: Daß der angegebene defenſor nicht ferner zuläßlich, ſondern es iſt inquiſit auf anderweit fürgehende Ladung in eigener Perſon bey Straffe Ungehorſams zu erſcheinen, und auf die inquiſitions-articul ſich einzulaſſen, und zu antworten ſchuldig. Quod ſi euentualiter *ſaluum conductum* petiit, addi ſolet: Dazu ihm denn das gebetene frey ſichere Geleit zu recht und für unrechter Gewalt, bis ſo lange etwas peinliches wider ihn erkant, gegen Beſtellung eines Vorſtandes

(1) Videndum quid hodie in inquiſitionibus iuris ſit abſente reo. Tunc ſaluus conductus ei conceditur ſub cautione de ſe ſiſtendo.

quia pleraque viua voce peraguntur.

auf

Google

auf 500. Thl. hoch, billig gegeben und ertheilet wird. Conf. CARPZ. *cit. l. n. 88.*

§. LII. Ceterum, quamuis *proceſſus inquiſitorius* ex *iuris canonici* doctrina in primariis capitibus *præſentiam perſonæ* deſideret; multa tamen ex iure Romano in hunc ipſum transſumta ſunt, veluti (1) quod procurator etiam admitti poſſit, ſi in *pœnam pecuniariam* tantum condemnari queat reus; quin etiam in caſu, vbi relegatio tantum imminet, procuratorem hodie admittunt, quod hæc moribus noſtris in *pœnam pecuniariam* mutari, atque vtroque caſu cautio *iudicati nomine* præſtari queat, ſibique imputare debeat, qui procuratori cauſam committit, ſi forſan ab eo non ſatis defenſus eſt. Conf. FARINACIVS *Qu. 99. n. 82. ſeqq.* STRYKIVS in *V. M. ad tit. de procur. §. n.* Recte quoque (2) monet STRYKIVS *c. l.* multum referre, vtrum cauſa agatur coram *principe*, an *iudice inferiore?* Ille enim, cum pœnas quascunque corporales ex iure aggratiandi in *pecuniarias* conuertere poſſit, reum, præſtita cautione, dimittere, & *procuratorem* admittere poteſt; quod etiam ſine dubio dicendum, ſi coram delegatis principis, cuius mandato ſpeciali procurator admiſſus eſt, agitur. Præterea (3) non dubium, quin procurator pro expediendo *puncto incidente*, veluti pro ſaluo conductu impetrando; &c. interuenire queat, id quod rationi proceſſus inquiſitorii non aduerſatur. vid. CARPZOV. *cit. l. qu. 105. n. 64. & 69.* (4) Pari ratione, quamuis *proceſſus inquiſitorius* haud admittat *appellationem*, ſed vlteriorem tantum defenſionem; recurſus tamen ad ſuprema tribunalia ex capite *nullitatis* adhuc ſupereſt, teſte MEVIO *P. I. dec. 154. n. 52.* hoc effectu, vt non primario de meritis cauſæ, ſed de defectibus corrigendis cognoſcatur. IDEM *P. II. deciſ. 322. n. 4.* Cum vero non tantum in ſummis imperii tribunalibus, ſed etiam in Wismarienſi, aliisque non aliter quam interuentu procuratorum, & quidem *in ſcriptis*, omnia proponi & deduci poſſint, conſequens eſt, etiam in cauſis *nullitatum* deducendis, quas iudex inferior inquirens commiſiſſe arguitur, *procuratores* omnino imo ex *neceſſitate* præſcripta, admittendos eſſe. Denique (5) defenſores tales etiam in *proceſſu inquiſitorio* ex neceſſitate admittuntur, qui, finito cauſæ examine receptisque probationibus, ex actis nouiterque adductis argumentis innocentiam rei demonſtrant. Hi vero magis *aduocatorum* quam *procuratorum* munere funguntur, adeoque proprie huc non pertinent.

Admittitur tamen procurator (1) in pœnis pecuniariis,

(2) ſi coram principe agitur, ex eius voluntate.

(3) In punctis incidentibus.

(4) Pro nullitatibus in ſummis tribunalibus deducendis.

(5) Defenſores quoque non arcentur.

Si abſens plane non comparet, quilibet pro eo defenſionem pro auertenda offerre poteſt.

§. LIIII. Quid ergo dicendum, ſi reus *fugitiuus*, nec *ſaltum conductum* petit, nec edictaliter citatus comparet, annon tunc ad minimum quilibet pro eo verba faciens, & innocentiam eius demonſtrans, admittendus eſt ex ſententia iuris Romani? Equidem id non aliter facile concipi poteſt, quam de defenſione *pro auertenda inquiſitione*, quia nondum ad articulos inquiſitionales reſpondit reus, adeoque ſi extraneus innocentiam fugitiui oſtendere intendit, id agit duntaxat, vt inquiſitionem ab eo auertat. Atque hanc a *quocunque* fieri poſſe, æquiſſimum iudico, cum ita per modum *exceptionis peremtoriæ* ante ſpecialem inquiſitionem oſtendatur, hanc locum non habere. Sed qui ſe nomine fugitiui vt *procurator* offert ad omnia illa peragenda, quæ præſenti reo incumbebant, is merito repellitur, & inquiſitio tamdiu ſiſtitur, donec apprehenſus fuerit, vt optime etiam prouiſum eſt in *ordin. crim. potentiſſ. Reg. Boruſſ. c. 7. §. 7.* vbi ita: Wann aller angewandten Mühe und Fleiſſes ungeachtet, der entwichene Thäter dennoch nicht zu erforſchen wäre, ſollen die zurück gebrachte Steckbriefe nebſt den ergangenen edictal-citationen in originali den actis beygefüget, in der Sache ſelbſt aber, biß daran die göttliche Rache denſelben zur Hafft bringet, oder er um freyes Geleite ſich gebührend melden möchte, ſtill geſtanden, inzwiſchen aber bey Unſerm Criminal-Gerichte, oder einer Unſerer Juriſten-Facultäten oder Schöppen-Stühle, weitern Verhaltens halber, angefraget werden. In Saxonia ex veteri more Germanorum *proceſſu banni* contra fugitiuum proceditur, de quo agit CARPZ. *in pr. crim. qu. 140.* Quid vero, ſi tale delictum commiſſum fuerit, in quo etiam *abſens* iure ſingulari condemnari poteſt, vt in crimine læſæ maieſtatis, vel vbi pœnæ executio *in effigie* lege prouinciali præſcripta eſt, vti in nonnullis *duellicis edictis* factum? Hoc caſu *ordin. crim. cit. §. 7.* mandatarium admittit his verbis: Hievon aber iſt ausgenommen das Laſter beleidigter Majeſtät, in welchem, denen gemeinen Rechten nach, auch wieder die Abweſende verfahren, und wann der Thäter auf ergangene Edictal-Citation entweder ſelbſt oder durch einen *Mandatarium*, nicht erſcheinet, zu dem Beweiß in contumaciam geſchritten, und ſo dann in der Sachen ferner, dieſer Ordnug nach, gehandelt werden ſoll. Secundum ius commune id non aliter recipi poſſet, quam *lite iam conteſtata*, ſeu reſponſione ad articulos facta, quod etiam quemlibet deinceps audiendum decernit, qui nequidem munere *procura-*

Nonvero procurator pro eo auditur, ſed prorſus ſuspenditur inquiſitio.

Niſi tale delictum commiſſum, ex quo abſens condemnari poteſt.

curatoris fungi intendit. Interim quia hodie procuratores periculum iudicati non ſubeunt, prout ſæpe dictum eſt, facilius, vt olim in his cauſis, in quibus *abſens* damnari poteſt, ex capite *contumaciæ*, procurator admittendus eſſet, quia ſatius eſt, quomodocunque abſentem audire, quam inauditum condemnare, ex qua ratione dicta *ordinat. crimin. Boruſ.* mandatarios admiſit. Durum ſine admodum eſt, in his cauſis arduis reum contumacem pro *confeſſo* & *conuicto* declarare, eumque per ſententiam dignum iudicare, qui vltimo ſupplicio, vbi deprehenſus fuerit, afficiatur; quamuis extra Saxoniam in nonnullis foris, reiectis plane procuratoribus, hoc modo procedi ſoleat. vid. STRVVIVS *in iurispr. priu. lib. 4. tit. vlt. §. pen.*

§. LIV. Quod ſi reus *præſens* & carceri mancipatus eſt, vel etiam ſub cautione *de iudicio ſiſti* ab eo dimiſſus, itidem quoad peragenda primaria inquiſitionis capita ſupra relata, in perſona comparere tenetur; non tamen impeditur, vel *ad defenſionem pro auertenda*, vel ad alia *puncta incidentia*, quæ paſſim hodie in *proceſſu inquiſitorio* occurrunt, procuratorem in iudicium mittere, quippe quæ ita comparata ſunt, vt opera alterius vicaria expediri queant; quid quod in plurimis locis incarcerati mox ſibi *defenſores* adſciſcant, qui illis aſſiſtant in omnibus, quæ præcautionis gratia peti aut fieri debent, nec præſentiam rei deſiderant, quamuis hi rurſus magis officium *aduocati*, quam *procuratoris* ſubeant. Interim conſultius eſſe non nego, ſi etiam mandato ſpeciali inſtruantur, quia remoto inquiſito plura in ſcriptis petere ſolent, & proponere, quæ non niſi interueniente *mandato* peti, & poſtea a reis in dubium vocari poſſunt, vnde non poteſt non proceſſus admodum turbari. Quid iuris in reo præſente.

§. LV. Supereſt, vt de *proceſſu accuſatorio* quædam adiungam, de quo ſpeciatim CARPZOV. *pr. crim. qu. 104.* agit, & mox *q. ſeq.* de *procuratorum poteſtate* tractare incipit, quod primario tum ius *ciuile* tum *canonicum* hic applicari poſſe crediderint, vtpote in quibus proceſſus *accuſatorius* omne fere punctum. Equidem in *Carolina conſtitutione criminali* prolixe quoque proceſſus *accuſatorius* deſcriptus, & quoad maximam patrem ex iure Germanico antiquo hauſtus eſt; interim de *poteſtate procuratoris* a parte *rei* nihil traditur, ſed *incidenter* ſaltim in *art. 12.* procuratoris *accuſatoris* mentio iniicitur. Sane quia in plerisque locis *proceſſus accuſatorius* peragi *in ſcriptis*, atque in illo eodem fere modo, vt in cauſis *ciuilibus*, procedi ſolet, quid impediret De poteſtate procuratorum in proceſſu accuſatorio.

Digitized by Google

hodie, quo minus procurator, qui iura rei *in ſcriptis* tuetur, admitti poſſet? Neque enim hodie *periculum condemnationis* imminet procuratoribus, quod olim iis, vt *dominis cauſæ*, obſtabat. Sufficit ſola *ſecuritatis* præſtatio pro futuro iudicato; quam omnino reus præſtare debet, vel *corpore* ſuo, ſi carceribus mancipatus eſt, vel *idonea cautione*, quatenus hæc pro *futuro iudicato* admitti poteſt. Si quædam *viua voce* in proceſſu accuſatorio, iuxta ſpecialem diſpoſitionem *proceſſus criminalis*, peragenda ſunt, quorſum *examen accuſati* & *confrontatio*, imo & *quæſtiones* pertinent, in his ſolis procurator repellitur. Nam etiam in *proceſſu ciuili*, in quibus *procuratores* interuenire poſſunt licite, contingere poteſt, vt quandoque principales in *propria perſona*, ad certos actus peragendos, comparere teneantur, veluti ad iuramenta delata præſtanda, vel ſi alias id iudici æquum bonumque viſum fuerit, vt in *matrimonialibus*, in quibus in primo termino vtplurimum in *propria perſona* comparere iubentur litigantes, vtut in iis *procuratores* interuenire queant. BRVNNEMANN. *lib. III. iur. eccl. c. 3. §. 1.* Si *procuratore* admiſſo, reus, effracto carcere, aufugerit, lisque conteſtata fuerit, etiam ſecundum principia iuris Romani non eſt repellendus, qui pro eo verba facere intendit, quamuis *hoc iure* ſub qualitate *procuratoris* non amplius admittatur, quæ obſeruatio tamen hodie vix vtilitatem habebit, ſi cauſa ita ſit comparata, vt abſens etiam damnari queat. Sic olim adulterium *relegatione* punitum fuiſſe, demonſtrat ANTON. MATTHAEI *de crimin. ad lib. 48. tit. 3. c. 2.* adeoque quamuis procurator, prout ſupra dictum eſt, in hac accuſatione admitti non poſſet, lite tamen conteſtata, quilibet pro adultera verba faciens admittendus erat, quod abſens damnari poſſet. Multo minus ergo hodie in cauſis relegationum alius excludendus, ſiue *defenſorio* ſiue *procuratorio* nomine, mandato producto, interuenire velit, quia procuratoribus nullum amplius imminet periculum, ſi reus ipſe ante fugam ſuam *cautionem* per alium præſtitiſſet, quem in nexu reliquit.

Subditi tantum accuſari poſſunt.

§. LVI. Præterea vero ius canonicum in hoc ſequitur *iuris ciuilis* placita, quod hi tantum accuſari queant, qui *ſubditorum* numero cenſentur: qui nullum habet iudicem, neminique ſubiectus eſt, accuſari nequit. Hoc tamen quoad *forum eccleſiaſticum* limitandum cenſent curiæ Romanæ ſodales, aſſerentes, ab eo immunem eſſe neminem: etiam imperatores, reges, ſummosque principes qualescunque eidem ſubiectos, adeoque eosdem coram pontifice accuſari

quorum e numero quoad

poſſe

Digitized by Google

posse ob delicta commissa. Ita censuit PANORMITANVS *ad c. nouit. 13. de iudic. n. 11.* aiens: *sicuti anima corpori dominatur, sic papa imperatori.* Pariter FELINVS *ibid. n. 4. coram papa directe potest conueniri non habens superiorem.* IDEM *de eccles. potest. q. 46.* principia curiæ Romanæ hoc modo applicat: *papa nunciat festum coronationis suæ regibus omnibus tanquam vasallis, suæque iudiciariæ potestati subiectis, quos potest instituere & destituere, etiam Regem Francorum.* Ipse pontifex sibi talem potestatem attribuit in *c. cit. 13. X. de iudic.* aitque: *peccati ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus & debemus.* Neque aliter cum *regibus*, aliter cum *aliis* esse agendum inde colligit, quod in lege diuina scriptum sit: *ita magnum iudicabis vt paruum, nec erit apud te acceptio personarum.* Addit: *quia potestas nostra non est ex homine sed ex DEO, nullus, qui sit sanæ mentis, ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocunque mortali peccato corripere quemlibet christianum, & si correctionem contemserit, per districtionem ecclesiasticam exercere.* BONIFACII VIII. insana decretalis in *c. vnam sanctam. extrau. commun. de maior. & obed.* plura alia huius furfuris argumenta suppeditat, christiano pastore indignissima, & quamuis CLEMENS V. in *c. 2. extrau. comm. de priuileg.* quoad *regem Galliæ* eandem mitigasse videatur, reuera tamen decepit Gallos, constituendo, per illam decretalem regem, regnum, & regnicolas amplius ecclesiæ Romanæ non esse subiectos, quam antea existebant. At vero iam dudum INNOCENTIVS III. in *c. cit. 13.* omnes principes imo & regem Franciæ sibi pedoque suo in *causa peccati* subiectos esse pronunciauit per *decisiuam sententiam*, & ita se legitimum eorum iudicem intuitu *criminum*, de quibus accusantur, constituit. Neque hanc definitionem respuere Galli possunt, cum iuxta *c. 2. D. 19. sic omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint.*

ecclesiam etiam reges principesque sunt,

qui omnes pontifici dicuntur subiecti,

ex sententia iuris canonici.

§. LVII. Hac de causa imperatores Romanos ad *tribunal papale* euocatos, regesque, vt quoslibet alios subditos, super imputatis criminibus in ius vocatos antiquitates memorant. ALEXANDER II. HENRICO IV. Romæ diem dicebat, vt testis est CONRADVS VRSPERGENSIS in *Chron. p. 221. Anno Domini 1073. Colonienſis episcopus & Hermannus Babenbergenſis Romam missi sunt - - - qui legatione perafta reuersi literas Alexandri Apostolici detulerunt, regem vocantes ad satisfaciendum pro Simoniaca hæresi aliisque nonnullis emendatione dignis, quæ*

Exempla imperatorum coram papa accusatorum.

Digitized by Google

Gregorio VII. imprimis præeuntes.

quæ de ipso Romæ fuerant audita. GREGORIVS VII. successor eiusdem hunc morem strenue imitatus Cæsarem Romam citauit. Audiamus LAMBERTVM SCHAFFNABVRG. *ad ann. 1076. Hildebrandi papæ legati denunciabant regi, vt secundæ hebdomadæ in quadragesima ad synodum Romæ occurreret, de criminibus, quæ obiicerent, causam dicturus: alioquin sciret, se absque omni procrastinatione eodem die de corpore sanctæ ecclesiæ Apostolico anathemate abscindendum esse.* Mox furor sedis Romanæ eo processit, vt regem excommunicatum regno priuaret, & subditos a iuramento subiectionis, per solennem bullam in *Bullar. magno tom. I. p. 52.* relatam, absolueret; quò inaudito facinore imperatorum, regum, principumque suprema potestas prorsus conculcata est, vt merito communibus armis tam enormissimæ audaciæ sese opponere debuissent. Nondum enim eo processerat temeritas curiæ Romanæ, vt de imperatoribus iudicium sibi arrogarent pontifices. *Imperatoribus subiberant, ad eorum nutum omnia fiebant; ab iis creabantur: de iis iudicare vel quicquam decernere non audebat papa Romanus*, vt ait ONVPHRIVS PANVINIVS. Primus itaque fuit GREGORIVS VII, qui in hunc erumperet furorem, vt ostendit NATALIS ALEXANDER *tom. VI. histor. eccles. p. 690. sqq.* simulque *p. 695. sqq.* argumenta, quibus GREGORIVS VII. vius est, diluit; quamuis modo dictum sit, ALEXANDRVM. II. iam eidem regi diem Romæ dixisse, vtut sine effectu. Magis adhuc nocuit HENRICVS IV. imperiali autoritati, quod papæ supplex fieret, vt *absolutionis* gratiam ab eo impetraret. Hoc modo audacior factus, aliquoties in eundem idem fulmen vibrauit, eoque mortuo successores eodem incesserunt tramite.

& proceribus Germaniæ curiam Romanam sollicitantibus.

§. LVIII. Insigne vero pontificis autoritati addit robur, quod ipsimet principes Germaniæ (nefas dictu!) GREGORIO VII. autores essent, vt in conuentu regni causam regis cognosceret, simulque se accusatores imperatoris fore, pollicerentur. LAMBERTVS SCHAFFNABVRG. *ad ann. 1076.* apud PISTORIVM. *tom. I. rer. Germ. p. 416 edit. Struu.* id pluribus recenset, aiens: *Sueui & Saxones legatos ad regem miserunt, qui ei dicerent - - se legibus cum eo agere velle, & cum crimina, quæ ei obiiciantur, omnibus constent luce clariora, se tamen rem integram Romani pontificis cognitioni reseruare, acturos se cum eo, vt -- celeberrimo conuentu habito principum totius regni discussis vtrarumque partium allegationibus ipse suo iudicio vel addicat vel absoluat ACCV-SAIVM.*

Digitized by Google

SAIVM. Ad *ann. 1077.* IDEM *cit. l. p. 419.* refert, HENRICVM per comitiſſam MATHILDAM apud papam egiſſe, *vt excommunicatione abſolueretur, nec principibus Teutonicis, qui ad ACCVSANDVM EVM ſtimulo inuidiæ magis quam iuſtitiæ exarſiſſent, temere fides haberetur.* Ita principes Germaniæ Cæſarem accuſauerant; pontifici faſces imperii ſubmiſerant: eius ſententiam, quam omnes ſaniores horrent, probauerant: vno verbo, imperio Romano Germanico immedicabile vulnus inflixerant, quo diutiſſime ægrotauit, atque ipſum HENRICVM ad eas incitas redegerant, vt papæ ſupplex fieri cogeretur. Papa legatione hac audita, ait, *incongruum valde eſſe, & ab eccleſiaſticis legibus omnino alienum, vt abſentibus accuſatoribus cauſa accuſati ventilaretur. Quin imo ſi innocentiæ ſuæ confideret -- ſtatuto die in Auguſtam, quo ceteri principes conuenire ſtatuiſſent, fiducialiter occurreret; ſe illic diſcuſſis vtrarumque partium allegationibus, nec odio nec gratia ab iure ad iniuriam deuoluendum, ſed iuxta leges eccleſiaſticas quam rectiſſimam poſſit, de ſingulis ſententiam laturum eſſe.* Non aliter cum imperatore quam cum aliis agendum cenſuit papa: prouocauit hunc in finem ad leges eccleſiaſticas, quæ vtriusque & *accuſatoris* & *accuſati* præſentiam deſiderabant: illos exſpectandos, nec absque iis cauſam eius dirimi poſſe credidit. Id vnice egit, vt coram tribunali ſuo ſupremo principes imperii imperatorem accuſarent ſolenni ritu; hic vero vt reus & accuſatus ad capita *accuſationis* præſens reſponderet, atque ita *conſpectu totius imperii* imo *orbis* conſtaret, pontificem eſſe *ſupremum imperatoris iudicem*, ſententiamque de eo & ſupremo imperii iure dicere poſſe. Ita vero, qui pro iuribus imperii tuendis laborare debuerunt, ea nefandiſſimo auſu prodiderunt, & curiæ Romanæ arbitrio atque iudicio ſubmiſerunt.

§. LIX. Quidam pedetentim caſus determinare voluerunt, in quibus accuſari & excommunicari poſſet imperator, tresque allegarunt, 1) *hæreſin:* 2) *vxoris eiectionem:* 3) *diminutionem imperii.* Hinc de cauſa ſcriptores quidam OTTONI IV. excommunicato iniuriam factam cenſuerunt, quod nulla ex his in eum redundauerat culpa, vt AVTOR *diſputat. carmin. de Ottonis IV. deſtitutione* apud LEIBNIT. *tom II. rerum Brunſuic. p. 530.* cecinit,

Pedetentim cauſas certas determinarunt, ob quas imperator accuſari poſſit.

Non niſi tres cauſæ debent anathematis eſſe
Induperatori: coniux dimiſſa: minutus
Imperialis honos: hæreſis. Dimiſſio ſponſæ.

Digitized by Google

Non accuſat eum. Non imperialis honoris
Sectio. Non hæreſis crimen. Non ergo ligari
Nexu debuerat anathematis.

ſed ſine fundamento.

Sicuti vero hæc opinio mere cerebrina & inane quorundam inuentum fuit; ita pontifices auxerunt potius *criminum* cumulum nouaque excogitaruut, vt quauis occaſione contra imperatores a ſe vel a ſubornatis accuſatos iniquum poſſent ferre iudicium, vaſallosque imperii ac ſubditos in eos armare, de quo fuſius *tom. V. tit de ſentent. excommunic. §. XL. ſqq.* agendum.

Ex officio quoque contra eos proceſſit papa,

§. LX. Contra FRIDERICVM II. *ex officio* anno 1245. proceſſit INNOCENTIVS IV. tum quod ex principiis INNOCENTII III. *inquiſitorius* iam inualuerat *proceſſus*, tum quod *ſine accuſatore* ex capite *notorii* ob efficta crimina ſententiam ſe contra eum ferre poſſe impie ſtatuerit. In *epiſt. ad regem Franciæ lib. I.* apud PETRVM de VINEIS *ep. 3.* de iniquitate *proceſſus papalis* in concilio Lugdunenſi hæc refert: *Nam licet ad eum* (papam) *de iure & more maiorum conſecratio noſtra pertineat: non magis ad eum DEPOSITIO ſeu REMOTIO pertinet, quam ad quoslibet regnorum prælatos, qui reges ſuos, prout aſſolent, conſecrant & inungunt. Veleſto, ſine præiudicio noſtro, quod habeat huiusmodi poteſtatem: eſtne illud de plenitudine poteſtatis ipſius, quod, NVLLO prorſus ORDINE IVRIS SERVATO, animaduertere poſſit in quoslibet, quos aſſerit SVAE IVRISDICTIONI ſubiectos? Proceſſit enim nuper contra nos, vt dicitur, non per ACCVSATIONIS ORDINEM: cum nec accuſator comparuiſſet idoneus, nec INSCRIPTIO præceſſiſſet: nec per DENVNCIATIONEM, legitimo denunciatore ceſſante; nec per INQVISITIONIS modum, quem CLAMOSA INSINVATIO non præceſſit: cum etiam nullorum inquiſitorum nobis facta fuerit copia, ſi qui forte fuerint, cum nonnulli fuerint publice per huiusmodi iudicem ad inquiſitionem adducti. Aſſerit enim omnia fore NOTORIA, quæ nos eſſe notoria manifeſte negamus, & quæ notoria per legitimum teſtium numerum non probantur. Sic enim quilibet iudex poſſet per ſe, ſolummodo aſſerendo notorium, SPRETO IVRIS ORDINE, quemlibet condemnare - - - Sed eſto ſine præiudicio noſtro, quod legitime fuerint ſubſiſtentibus teſtibus actor & iudex: ſed defuit tertius, REVS, qui vel præſens vel contumaciter abſens ſecundum iuſtitiam debuit condemnari.* In ſequentibus aliquot in *cautione* defectus allegat, & a ſe *contumaciæ* reatum declinat, *more forenſi*, vt nullitatem proceſſus

ex capite notorii,

oſten-

Digitized by Google

oſtenderet, quam non *argumentis*, ſed *armis* contra hunc *iniqui iudicii vſurpatorem* vindicare debuiſſet. Hæc & plura alia regi Galliæ ob oculos ponit, & quantum ipſius interſit, ne tale quid in ſe ſtatuatur, oſtendit. *A nobis incipitur*, ſcribit, *ſed noueritis, quod ſimietur in vobis, quia noſtra potentia primitus conculcata, reſiſtentiam aliquam non expectat.* Interim tamen nec ipſe nec alii reges tales iniurias curiæ Romanæ declinare potuerunt, quod papæ iudicium in ſe ſemel infauſtis ſideribus agnouiſſent. Ita enim ipſe FRIDERICVS II. *lib. I. ep. 21.* apud PETRVM de VINEIS *p. 159.* ſcribit: *Itaque non miretur vniuerſalis eccleſia, nec reges aut principes & populi chriſtiani, ſi nos talem ſententiam iudicis non veremur, non in contemtum papalis officii vel apoſtolicæ dignitatis, cui omnes ortbodoxæ fidei profeſſores & NOS SPECIALITER PRAE CETERIS fatemur SVBESSE, ſi perſonæ præuaricationem arguimus, quæ ſe ſolio tanti regiminis monſtrauit indignam.* Tam infauſta principia, a curia Romana per totum orbem ſparſa, non potuere non triſtiſſimos producere effectus, & omnium principum atque rerum publicarum ſalutem labefactare. Neque enim melior aliorum regum cauſa fuit, quam imperatoris. Etiam reges Galliæ *accuſationes* papales, & huius curiæ fulmina ſenſerunt. Obſeruat tamen BENIGNVS MILLETOLVS in *tr. de delicto comm. & caſu priuilegiato p. m. 19. nunquam veniſſe ſolitos papas ad iſtas imaginarias deſtitutiones regum, niſi cum ipſos animaduerterent premi ab inimico peregrino potente, aut inteſtino bello laborare, quo prætextu ſperant iſtiusmodi priuationes effectum aliquem ſortituras, quas alioquin tanquam nullas & abuſiuas non vſurparent ſtatu tranquillo, quibucunque tandem perſona principis defectibus laboraret.*

quamuis imperator ipſemet iudicem papam per imprudentiam agnouerit.

§. LXI. Sed ecce, eadem arma, quibus imperatores regesque ſupremos petiit pontifex, tandem in ſe quoque conuerſa ſenſit, atque animaduertit. Qui ſupremum neminique obnoxium caput eccleſiæ eſſe geſtiit: qui nullum iudicem ſupremum agnoſcere voluit: qui nullis ſe *accuſationibus* expoſitum credidit, ſi vel maxime multa millia hominum ad gehennam duceret, vt nemo dicere poſſet: *papa, quid facis?* ille, tandem accuſationbus impetitus & ſolio papali priuatus eſt, prout factum in concilio *Piſano* & *Conſtantienſi*. Varia eo tempore edita ſunt ſcripta *de poteſtate concilii generalis in papam*, atque imprimis Cancellarii Pariſ. IO. GERSONIS autoritate atque doctrina tandem effectum, vt plerique in hanc ruerent ſententiam, papam ob enormiſſima facinora coram *iudicio*

Papam quoque accuſari poſſe in conciliis monſtratur,

teſtimonio doctorum eccleſiæ.

ecclesiæ vniuersali & accusari & deponi posse. Inter alia edidit. tr. *de auferibilitate papæ ab eccles. tomo I. oper. p. 154. sqq.* insertum, vbi *consider. 12.* postquam præmiserat, toti ecclesiæ claues datas fuisse, hanc conclusionem subiicit: *Ex hoc tamen non habetur, quod ecclesia tota vel concilium absente papa præsertim suo demerito non possit autoritatiuam iurisdictionem exercere, sicut lex quædam diuina & indeuiabilis ad reducendum ipsum, vel corrigendum vel compescendum. Ne noceat ipse nedum ecclesiæ, sed sibimet tanquam freneticus, vel vt pessima malarum passionum ebrietate seductus, sicut enim tradit Arist. 5. polit. quod ad communitatem totam spectat principis vel correctio, vel totalis destitutio, si inemendabilis perseueret,* id quod pluribus *in seqq.* declarat. Proxime ante concilium Constantiense IDEM *de reform. eccles. in concilio vniuers.* compilauit scriptum ex MSto editum, ab HARDTIO *tom. I. concil. Constant. P. 5.* vbi *c. 5.* hanc thesin format: *Tali concilio ipse papa in omnibus tenetur obedire. Tale concilium potest potestatem papæ limitare. Quia tali concilio, cum repræsentet ecclesiam vniuersalem, claues ligandi & soluendi sunt concessæ.* (Ita arma, quibus papa vbique vtitur, contra ipsum retorquentur; absurdum enim foret, id denegari *toti ecclesiæ*, quod *pontifex* sibi asserit.) *Tale concilium iura papalia potest tollere. A tali concilio nullus potest appellare. Tale concilium potest papam eligere, priuare & deponere &c.*

vi Gersonis.

Præterea decretis concilii Pisani,

§. LXII. Scripta hæc sunt *tempore schismatis*, quo ab initio sub *duobus*, tandem sub *tribus papis* laborabat ecclesia, BENEDICTVS XIII. antea PETRVS DE LVNA, & GREGORIVS XII. antea ANGELVS DE CARARIO dictus, de papatu contendebant, nec aliud medium quietem pacemque ecclesiæ reducendi supererat, quam vt vterque ad resignandum cogeretur. Habitum hunc in finem *concilium Pisanum*, in cuius *sess. I.* quidam, ex patribus deputati, se transtulerunt ad valuas ecclesiæ, *& alta voce proclamauerunt: an Petrus de Luna & Angelus de Carario, qui Benedictus & Gregorius dicebantur, de papatu contendentes, essent hic præsentes, aut aliquis pro ipsis? Quibus non repertis nec aliquo pro ipsis, ad ecclesiam redierunt, & in pleno concilio relationem fecerunt. Qua relatione sic facta, sacrum concilium certos ordinauit & constituit promotores seu procuratores, nomine ecclesiæ vniuersalis, ad agendum, petendum & faciendum omnia necessaria commoda & opportuna pro schismatis exstirpatione, contra prædictos dominos contendentes, imo verius colludentes de papatu.* Tandem postquam legitime accusati & trina vice citati fuerunt,

sess. 3.

Digitized by Google

ſeſſ. 3. contumaces declarati: *ſeſſ. V.* per *procuratorem eccleſiæ vniuerſalis* certi articuli contra ambos contendentes propoſiti: *ſeſſ. VII.* commiſſarii pro examinandis teſtibus ſuper propoſitis per procuratorem concilii nominati: tandem *ſeſſ. XIV.* per ſententiam depoſiti fuerunt, electo *ſeſſ. XIX.* nouo pontifice, nouoque malo orbi obtruſo. Hocipſo enim calamitas publica magis aucta quam diminuta eſt, tribus iam Tyrannis eccleſiam orbemque infeſtantibus. Internum hoc *bellum eccleſiaſticum* nouum peperit concilium, *Conſtantienſe* ſcilicet, ad quod *citati*, de papatu contendentes, & *accuſati* de variis criminibus, tandem ſolemniter depoſiti fuerunt. Equidem IOANNES XXIII. præſens concilio fuit, ſed quia pure reſignare noluit, *d. 20. Mart. 1415.* fugam iam diu meditatam arripuit, prout acta apud HARDTIVM *tom. IV. concil. Conſtant. p. 63. ſqq.* plene docent. Cum adhortationibus fruſtra factis reuerti ad concilium nollet, *de criminibus hæreſeos, ſchiſmatis, Simoniæ, mala adminiſtratione, notoria dilapidatione bonorum & iurium Romanæ eccleſiæ & aliarum eccleſiarum accuſatur, atque criminibus grauibus nedum infamatus, ſed illis notorie in ſcandalum vniuerſalis eccleſiæ irretitus, ac in ſuis actibus & operibus, vita & moribus notorie DEI eccleſiam ſcandalizantibus incorrigibilis*, publico edicto citatus fuit, cuius formula refertur *ibid. pag. 143.* Repetita eſt citatio *d. 13. May.* & quamuis IOANNES XXIII. per *procuratores* comparere, & ſe purgare deſideraret, promotores concilii tamen, HENRICVS DE PICY & IO. DE SCRIBANIS cauſam *criminalem* eſſe aſſeruerunt, in qua nullus admitti poſſet procurator, vt *ibid. p. 170.* Poſt ad vlteriora pro rumore & ſtylo progreſſio facta, & relatione commiſſariorum ex depoſitione teſtium facta, IOANNES ab *adminiſtratione papatus* ſuſpenſus, per ſolennem ſententiam *p. 183.* relatam. Articuli ſeptuaginta, quibus facinora, de quibus accuſatus erat, includuntur, traduntur *p. 196. ſqq.* ex quibus *p. 230.* LVI. ſelecti fuerunt, & *p. 237.* publice prælecti, & tandem in *ſeſſ. XII. d. 29. Maj.* ſententia *depoſitionis*, *p. 281.* relata, in eum lata, hac adiecta clauſula, vt *ſub cuſtodia libera* SIGISMVNDI Cæſaris detineretur. De GREGORIO XII. nihil attinet dicere, quod ille ſolennite r prouinciam hanc eminentiſſimam depoſuerit. Quia vero tertius competitor BENEDICTVS XIII. ſeu PETRVS de LVNA nullis perſuaſionibus ad *cedendum* induci potuit, eodem modo accuſatus, citatus, & ſolenni ritu per ſententiam concilii depoſitus eſt, qui proceſſus refertur *cit. l. p. 1086.* Series facinorum articulis incluſorum, *p. 1231.* &

& Conſtantienſis.

accuſato Ioanne XXIII.

ſecundum regulas proceſſus accuſatorii

pari modo Benedictus accuſatus, & depoſitus.

Digitized by Google

ipſa ſententia condemnatoria *p. 1374. ſqq.* aliaque huc pertinentia acta exhibentur. Tam *eminentiſſimum*, *abſolutum*, atque *vniuerſale* cenſetur *iudicium eccleſiæ* in *conciliis œcumenicis*, vt coram eodem omnes, etiam ipſi ſummi pontifices, accuſari, condemnari, pœnis ſubiici, & dignitate ſua priuari queant, quod *ſeſſ. IV. & V. concil. Conſtant.* per ſolennia decreta cautum, & a NATALI ALEXANDRO *tom. VIII. hiſtor. eccl. p. 368. ſqq.* variis argumentis corroboratum eſt, vnde non potuit non cenſuram curiæ Romanæ incurrere, quam perſtringit *p. 437.* In *concilio Baſileenſi anno 1432. ſeſſ. II.* apud HARDVIN. *tom. VIII. p. 1121.* eadem ſententia propagata, quoad hæc, quæ pertinent ad *fidem* & *exſtirpationem ſchiſmatis*, & virtute huius decreti EVGENIVS IV. in ius vocatus, *d. 16. Iul. anni 1433.* citatus per formulam ab HARDVINO *cit. l. p. 1152.* relatam, *ſeſſ. XXIIX.* contumax declaratus, *ſeſſ. XXXI.* per formulam, quæ *p. 1250.* recenſetur, ſuſpenſus, & *ſeſſ. XXXIV.* per ſententiam *p. 1263.* relatam depoſitus, eique *ſeſſ. XL.* FELIX V. ſurrogatus per decretum *p. 1282.* enarratum, qui tamen rurſus ſponte magiſtratum hunc excelſum depoſuit. Inde vero facile colligi poteſt, ob quam cauſam hæc concilia ſudes in oculis eccleſiæ Romanæ ſemper fuerint, quæ *immenſæ maieſtati* eius immedicabile vulnus intulerunt, quamuis Gallis nihil prius nihil potius ſemper fuerit, quam auctoritatem eorum omnibus propugnare modis, ceu BASILEENSIS auctoritatem rurſus acriter defendit NATALIS ALEXANDER *cit. l. p. 506. ſqq.* & vtriusque comitii proceſſum variis teſtimoniis tuetur LAVNOIVS *P. I. epiſt. 10. p. 58. ſqq.*

Idem firmatum in concilio Baſileenſi.

§. LXIII. Hoc modo *accuſationes* magnopere adhuc promotæ, cum nemo, qualiscunque etiam dignitatis eſſet, eidem ex principiis *legum eccleſiaſticarum* ſeſe ſubducere poſſet. Præterea quoque plures nouæ *criminum eccleſiaſticorum* excogitatæ & fabricatæ *ſpecies*, vt non leuis labor in iis recenſendis & eruendis impendendus ſit. Olim *crimina* quæuis *mortalia* grauiora ſub ſuam traxerunt cenſuram epiſcopi, *cenſuræ* infligendæ atque *pœnitentiæ* ſubeundæ cauſa, vt ſupra §. *VII.* iam ex MORINO declaratum eſt. Vsque ad tempora GRATIANI, quibus *decretum* collegit, nulla adeo inſignis mutatio facta, multo minus contentiones inter forum *criminale*, *ſeculare*, & *eccleſiaſticum* auditæ, quamdiu *pœnitentiis ſolis* expiata ſunt crimina, nec *cenſuris eccleſiaſticis* grauiſſimi *effectus ciuiles* ſuperadditi. Seculo XII. *tribunalia eccleſiaſtica*, aucto *ſtatu* eccleſiæ *politico*, magis accommodari & componi cœperunt ad formulas ciui-

Argumentum accuſationum & criminum eccleſiaſticorum.

Noua mutatio poſt ſeculum XII.

Digitized by Google

ciuiles, inde penitior criminum indagatio atque accuratior forenſi modo excogitata, nouaque *criminaliter* procedendi ratio *accuſationi* ſuperaddita; denique presbyteris quibuscunque hoc negotium datum eſt, vt confeſſionibus ſecretis audiendis præeſſent, & leuiora delicta, etiam nota, caſtigarent, maiora autem & exſtantiora, quæ altioris indaginis, *iudicio eccleſiaſtico* reſeruarent plectenda. Ab hoc tempore ex dogmate ſcholaſticorum *duplicis fori* paſſim mentio iniicitur, *externi*, quod per magiſtratum eccleſiaſticum *forenſi* & reuera *criminali more* ad grauiorem *pœnam eccleſiaſticam*, in *proprie dictam* ſeu *criminalem* iam transmutatam, exercetur; & *interni*, quod per *confeſſiones* expeditur, *ſimplices*que ſine omni proceſſu *pœnitentias* decernit, quæ a *pœnis fori externi criminalibus*, non-capitalibus licet, hodie magnopere differunt; ſicut *pœnitentiæ* ceteræque *cenſuræ* hodiernæ in hoc foro decretæ *pœnarum ciuilium* naturam prorſus aſſumſerunt. Breuiter: delicta vel ad *forum externum eccleſiaſticum*, vel ſacerdotum *pœnitentiale forum* confeſſionibus audiendis deſtinatum trahuntur. Hoc quæuis *peccata mortalia*, niſi *reſeruata* fuerint vel *pontifici* vel *epiſcopis*, ad ſuam cenſuram reuocat, ſed ſine forenſi ſtrepitu. Illud reuera mere *criminale*, & in proprie dictis *pœnis criminalibus* decernendis occupatum eſt, imo etiam hodiernam *praxin criminalem* in ſecularibus tribunalibus adeo efformauit, vt principia *proceſſus criminalis* hodie fere vnice & primario inde petita fuerint. Fucum faciunt, qui *criminaliter* tantum procedi in *ſecularibus tribunalibus* aſſerunt; *eccleſiaſtica iudicia* habent etiam ſuas *pœnas* plus quam *criminales*, licet a *pœnis ſanguinis* abſtineant: hæ non vnice conſtituunt *forum criminale*: relegatio, exilium, degradatio, remotio, ſuſpenſio, mulcta, carcer perpetuus, cetera, æque *pœnæ criminales* ſunt, & *proceſſu criminali* interueniente applicantur: nec has reſpuit *forum eccleſiaſticum*, ſeuerius in puniendo quam ſeculare, licet prætextum *ſpiritualitatis* his pœnis affingat, ad *tit. de pœn.* denudandum.

& duplex forum, tam internum quam externum,

in externo propriæ dictæ pœnæ decernuntur,

§. LXIV. Hac metamorphoſi introducta, graue admodum atque iniquum videbatur, ob crimina bis pœnam exigere, tum in foro *eccleſiaſtico*, tum *ſeculari*. Interim tamen ex antiquo epiſcoporum more fora eccleſiaſtica, nouiter ſeculo XII. erecta, contra quæuis crimina procedebant, quæ etiam adhuc *præſenti titulo* pertractantur. Laici id ſibi permoleſtum ac luctuoſiſſimum accidere aſſerebant, ſi ob idem crimen ad *vtrumque forum* raperentur, & duplici ſeueritate plecterentur.

Id contentionesinter forum ſeculare & eccleſiaſticum.

Iudi-

Iudices seculares, iniquitatem huius noui moris agnoscentes contradicebant, & fora criminalia hoc modo a clericis irritari atque annihilari *pœnasque ciuiles* impediri, clamabant, quod in foro ecclesiastico castigati, iustissime conquererentur, se denuo, diuerso licet genere pœnæ, ad supplicium rapi. Hæ querelæ tandem anfim dederunt, vt distinctio quædam criminum introduceretur, quibusdam duntaxat ad *forum ecclesiasticum* tractis, quibusdam vero *foro seculari* reseruatis; nonnullis etiam quasi in communione vtriusque fori relictis. Malo id verbis ANTONII MATTHAEI *de crim. in proleg. c. IV. §. 6.* quam meis explicare. Ait: *Crimen est vel ecclesiasticum vel seculare vel commune. Ecclesiasticum, cuius cognitio ad ecclesiam pertinet, etiamsi admissum sit a laico, veluti hæresis & simonia. Seculare, de quo, si a laico committatur, cognoscit iudex tantum secularis, velut homicidium, parricidium, furtum, & similia. Commune, de quo a laico commisso vterque iudex cognoscit tam secularis quam ecclesiasticus, vt adulterium, concubinatus, Sodomia, sacrilegium, sortilegium, crimen vsurarum. Magno profecto legum principumque ludibrio, dum aut crimina, quæ non poterant sine manifesta calumnia sibi solis vindicare, callido commento MIXTA dixerunt, aut, constitutionibus diuinis humanisque conculcatis, clericos iurisdictioni magistratuum subduxerunt.* Hoc familiæ herciscundæ iudicium, quod ecclesiastici seculariesque iudices inter se instituerunt, argumentum euidens est, fora ecclesiastica reuera *criminalia* iure nouo facta, pœnasque ecclesiasticas omnino *criminales* esse, quod vel *degradatio* ostendit, quæ in *c. 24. X. h. t.* satis notanter *capitis deminutio* appellata est, vt de aliis pœnis nihil addam. Neque aliter fieri potuit, postquam ecclesia formam *reipublicæ peculiaris* induit, atque ita ad *schemata politica* penitus componi debuit, quæ sine pœnis præmiisque, quibus abundat ecclesia, inefficacia sunt.

Inde tandem diuisio inter crimina facta.

§. LXV. Præterea in hac *republica ecclesiastica*, infinitis legibus exornata, plurima noua crimina enata sunt, quæ in *seculari republica* incognita fuerunt, vel non punita. In hac, quæ contra regulas *honestatis* vel *decori* committuntur, in crimen haud vocantur, quod tantum ea, quæ rempublicam eiusque salutem & tranquillitatem lædunt, coerceat, cognitumque habeat, pœnis non posse voluntatem eiusque inordinatos affectus emendari, nec congruum, aut saluti reipublicæ conueniens esse, vt internis animi motibus, vnde *vitia moralia* proficiscuntur, *leges pœnales* scribantur, quibus eradicari nequeunt.

Vnde tot noua crimina ecclesiastica orta?

Res.

Digitized by Google

Respublica eccleſiaſtica longe diuerſa habet principia. Hæc exercet etiam imperium in *conſcientiam*, atque *interna* per *leges coactiuas* emendare, virtutesque chriſtianas & quæ religionis ſunt, per *pœnas* inculcare intendit, quo ipſo factum, vt prolixa ſeries *delictorum criminumque eccleſiaſticorum* orta fuerit, quam ignorat ſanior iuriſprudentia, meliorque philoſophia. E contrario, quia perpetuum quaſi bellum eſt inter *imperium* & *ſacerdotium*, plura ſunt crimina grauiſſima in foro ſeculari, quæ *virtutis* ſpeciem induunt in *republica eccleſiaſtica*, quod eius rationes id pro licito aſſumſerint, quod ipſius ſalutem promouet corroberatque. vera autem occultata fuerint.

§. LXVI. Neque vero ſubſiſtendum in *criminibus eccleſiaſticis*, quæ hoc libro traduntur: longe maior cumulus ſupereſt, ex *legibus eccleſiaſticis* non tantum in *decreto* & *decretalibus*, ſed etiam in *Bullario magno* occurrentibus, hauriendus. Quod ne fruſtra & per calumniam dixiſſe atque aſſeruiſſe videar, catalogum criminum potiorum *eccleſiaſticorum* vel *mixtorum* iuxta *ſeriem alphabeticam* dabo, probationesque ex *legibus eccleſiaſticis* ſubiiciam, omiſſis illis, quæ tantum *fori ſecularis* ſunt. Catalogus plenior nouorum criminum eccleſiaſticorum.

Catalogus delictorum eccleſiaſticorum vel mixtorum.

I. *Adulterium*, quod ſacramenti profanationem violationemque in ſe continere creditur, adeoque *ſacrilegium nuptiarum* vocatur, de quo *tit. XVI.* A.

II. *Amicitia cum Saracenis.* Hæc crimini data fuit FRIDERICO II. ab INNOCENTIO IV. in *bulla*, qua excommunicatus & depoſitus fuit. *tom. I. bullar. p. 113.*

III. *Anabaptiſmus*, crimen, quod reiterantes baptismum committunt, *tit. IX.* explicandum.

IV. *Annatarum* denegatio, qua fiſcus curiæ Romanæ inſigne capit detrimentum, crimen eo enormius, quod *in animarum non ſoluentium, quæ debent, periculum & cameræ apoſtolicæ ac chriſtianæ reipubl. non leue præiudicium* vergat, ex mente INNOCENTII VII. cuius decretalis refertur in *c. 1. de annat. in 7.* & *tom. I. Bullar.*

Digitized by Google

Bullar. magni p. 447. Pœna eſt ex communicatio & beneficiorum omnium priuatio. SIXTI V. nouam conſtitutionem contra huius criminis reos refert *tomus II. Bullar. M. p. 537.*

V. *Appellatio ab executione literarum papalium ad curiam ſecularem.* Hoc crimen inter *atrociora* refertur, notatum in bulla, *in cœna Domini* publicari ſolita, porrigiturque tum ad *eccleſiaſticos*, tum ad *ſeculares*, *prætexentes appellationem a grauamine vel futura executione literarum apoſtolicarum &c. ad curias ſeculares & laicam poteſtatem*, vt plenius habetur in Bulla PAVLI V. (*tom. III. bullar. p. 244.*) & VRBANI VIII. (*tom. IV. p. 114.*) aliorumque: quod ſine dubio conſtitutum eſt contra Gallos appellantes *ab abuſu*, vt vocant, ad Parlamenta regni. Putatiuo huic crimini impoſita eſt grauiſſima excommunicatio a ſolo papa remiſſibilis.

VI. *Appellatio a pontifice ad futurum concilium.* Qui ea vtuntur, ex PII II. bulla *in bullar. tom. I. p. 386.* ipſo facto *ſententiam execrationis* incurrunt, a ſolo pontifice remiſſibilis; vniuerſitates vero & collegia *interdicto* ſubiacent, omnesque in genere *eas cenſuras incurrunt, quas rei maieſtatis & hæreticæ prauitatis fautores incurrere dignoſcuntur.* Hoc inter alia crimini datum fuit MARTINO LVTHERO in bulla LEONIS X. §. 7. in *bullar. tom. I. p. 616.* Hoc crimen GREGORIVS XIII. in *bulla cœnæ Domini tom. II. bullar. p. 462.* cum ſucceſſoribus quoque recenſet, vt enormitas eius inde apparere debeat. Verum hac larua non terrentur Galli.

VII. *Apoſtaſia.* Habet hoc crimen plures ſpecies *tit. IX.* tradendas, quæ omnes huc ſpectant. Primaria eſt eorum, qui a chriſtiana fide prorſus deſciuerunt, contra quos plures bullæ ſunt prodítæ, vt GREGORII X. *tom. I. bullar. p. 179.* NICOLAI IV. *ibit. p. 184.* GREGORII XI. *ibid. p. 284.* Contra *regulares Apoſtatas* eſt bulla VRBANI VIII. *tom. IV. bullar. p. 63.*

VIII. *Armorum ſuppeditatio, Sacracenis aliisque infidelibus facta*, quibus chriſtianos impugnent. Prohibitum hoc eſt in bulla cœnæ Domini ſub *grauiſſima excommunicatione* IVLII II. *tom. I. bull. p. 517.* aliorumque pontificum *ibid. p. 715. tom. II. p. 462. III. p. 249. IV. p. 114. V. p. 219.*

IX. *Aſyli eccleſiaſtici violatio*, quæ grauiſſimi *ſacrilegii* ſpeciem continet,

Digitized by Google

net, explicatam *tom. III. iur. eccleſ. p. 1030. ſeqq.* Illuſtrat hoc crimen eccleſiaſticum famoſa bulla GREGORII XIV. *tom. II. bull. p. 707.*

X. *Aſtrologia iudiciaria.* Hæc inter crimina relata eſt cum aliis diuinationum ſpeciebus a SIXTO V. *tom. II. bull. p. 515.* & VRBANO VIII. *tom. IV. p. 173.*

XI. *Atheismus.* Grauius hoc crimen *hæreſi & apoſtaſia* iudicatur, pœna ignis plectendum.

XII. *Auocatio cauſarum* ab auditoribus & commiſſariis papalibus facta, ſiue per reges, principes, eorumque officiales, ſiue per iudices etiam eccleſiaſticos. Hæc inter crimina in bulla *cœnæ Domini* notata §. *14.* relata eſt a PAVLO III. *p. 715.* aliisque *tom. II. p. 463.* &c.

XIII. *Baptismi diuturnior dilatio*, de qua *tom. III. iur. eccleſ. p. 824.* actum.

XIV. *Baptismi reiteratio quæſtus cauſa*, quæ *ſtellionatus* ſpeciem continet, vt ad *tit. 9.* dicendum. *Anabaptismus* magis ſectæ ſpecies eſt.

XV. *Bigamia.* Grauius ipſo adulterio ſcelus iudicatur ex *profanatione ſacramenti*, de qua infra ad *tit. de adult.* Plures præterea in clericis recenſentur *bigamiæ* ſpecies, de quibus agitur ad *tit. de digam. non ordin.*

XVI. *Blaſphemia* in Deum, B. Mariam virginem & ſanctos commiſſa, de qua disponit IVLIVS III. in *bull. tom. I. bullar. p. 803.* De *blaſphemia* iudaica IDEM *p. 804.* agit. Legibus ciuilibus etiam hoc crimen vindicatur.

XVII. *Bonorum eccleſiaſticorum illicita alienatio*, ſub pœna excommunicationis prohibita a PAVLO II. *tom. I. bull. p. 400.*

XVIII. *Bonorum eccleſiaſticorum vltra triennium locatio*, a PAVLO II. *cit. l.* ſub eadem pœna interdicta

XIX. *Bonorum eccleſiaſticorum vſurpatio*, ampliſſime extenſa & grauiſſime prohibita in bulla *cœnæ Domini* PAVLI III. *tom. I. bullar. p. 715.* aliorumque pontificum *tom. II. p. 463. tom. III. 250.* &c.

XX. *Bonorum ad cameram Apoſtolicam pertinentium poſt deceſſum pontificum occupatio*, eorumque detentio, receptio atque ſuppreſſio, grauiter prohibita a PIO IV. *tom. II. bullar. p. 5.*

XXI. *Bonorum naufragorum occupatio*, prohibita a IVLIO II. *tom. V. bull.*

Digitized by Google

bull. p. 509. PIO V. *tom. II. p. 181.* imo etiam in bulla cœnæ Domini VRBANI VIII. *tom. IV. bullar. p. 113.*

XXII. *Brachii ſecularis denegatio.* Hæc eo grauius crimen conſtituit, quando hæreticæ prauitatis inquiſitores illud fruſtra implorant, (vid. ALEXANDRI IV. bullam *tom. I. bullar. p. 144.*) & quando executionem contra hæreticos denegant magiſtratus, qui ipſo facto excommunicationem incurrunt, honoréque, quem poſſident, ſpoliantur, *c. 9. X. de hæret.* Conf. INNOCENTII VIII. *bulla in bullar. tom. I. p. 453.*

C. XXIII. *Canonicarum horarum neglecta recitatio* ab his, qui beneficia eccleſiaſtica poſſident, in quam per omiſſionem beneficii animaduertitur a PIO V. *tom. II. bullar. p. 344.*

XXIV. *Cardinalium offenſio*, grauiter coercenda iuxta *c. 5. de pœn. in 6* Propagatum hoc crimen ad eos quoque eſt, qui illud ſciunt & non reuelant, a PIO V. *tom. II. bullar. p. 293.* caſtigatum etiam in *bulla cœnæ Domini §. 11.* a GREGORIO XIII. *tom. II. bullar. p. 463.*

XXV. *Cenſuum cameræ papali debitorum denegata ſolutio.* Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendi, implorato etiam brachio ſeculari ex conſtitutione INNOCENTII VIII. *tom. I. bullar. p. 462.* ALEXANDRI VI. *ibid. p. 469.* & GREGORII XIII. *tom. II. bull. p. 440.*

XXVI. *Clauium contemtus*, qui *ſuſpicionem de hæreſi* operatur, grauiſſime coercendus iuxta *c. 38. concil. Colon. de anno 1266.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 575.* Conf. *concil. Compend.* de anno *1304. c. 4. ibid. p. 1276.* Committitur autem hoc crimen ab iis, qui excommunicationem parui faciunt, quod obiicit FRIDERICO II. INNOCENTIVS IV. in bulla excommunicationis *tom. I. bullar. p. 113.*

XXVII. *Collectarum aliorumque onerum bonis eccleſiaſticis eorumque reditibus facta impoſitio.* Hoc ad crimina grauiora relatum in bulla cœnæ Domini GREGORII XIII. *tom. II. bull. p. 463.* PAVLI V. *§. 18. tom. III. bull. p. 250.* VRBANI VIII. *tom. IV. bull. p. 115.* &c.

XXVIII. *Concubinatus.* De hoc vitio actum *tom. II. iur. eccleſ. p. 166. ſqq.* Variis conciliis illud damnatum, denuo Tridentino prohibitum, cuius pœnas confirmat denuo PIVS V. *tom. II. bull. p. 180.*

XXIX.

Digitized by Google

XXIX. *Confidentia*, de qua agit FLAMINIVS PARISIVS. Damnat eandem PIVS IV. *tom. II. bullar. p. 119.* vt ſpeciem Simoniæ, quamuis FLEVRIVS in *inſtit. iur. eccleſ. P. 3. c. 11. §. 8.* aſſerat, hanc ingenioſiſſimam fraudem exeunte ſeculo XVI. Francis commendatiſſimam fuiſſe. Repetiit eandem prohibitionem PIVS V. *anno 1569. ibid. tom. IV. p. 282.* fraudesque ſub hac occultari ſolitas recenſet.

XXX. *Contumacia aduerſus epiſcopum*, vtpote qui *magiſtratum eccleſiaſticum* gerit, & ita grauiſſime puniendus, qui aduerſus eum contumax, ſicuti olim pœnam capitis luebat, qui *ſacerdoti* ſeſe opponebat. vid. tit. *de maior. & obed.*

XXXI. *Cultus diuini contemtus.* Hunc INNOCENTIVS IV. FRIDERICO II. in bulla excommunicationis *tom. I. bull. p. 112.* in crimen imputat, ſuſpicionemque hæreſeos operatur. Sed in quo hic conſiſtat, ſæpe ambiguum. De iure canon. huc pertinent, qui non communicant in feſto Paſchatos *c. 12. X. de penit. & remiſſ.* quod tamen declaratur in bulla EVGENII IV. *anno 1440. tom. I. bull. p. 359.*

XXXII. *Decimarum a laicis poſſeſſio.* Hanc etiam concilia plura ſub pœna excommunicationis damnarunt, vt ad *tit. de decim.* dictum. D.

XXXIII. *Diſputatio & prædicatio de immaculata conceptione B. Mariæ virginis*, ſub cenſuris eccleſiaſticis interdicta in *c. 2. extrau. commun. de reliqu. & vener. SS.* Conf. *tom. III. bullar. p. 348. & 355.*

XXXIV. *Diuinationes*, ideo ad *crimina eccleſiaſtica* relatæ, quod ſine *occulta pactione cum dæmone* fieri non poſſint, quædam etiam *pactionem expreſſam* habeant, vt cenſuit SIXTVS V. *tom. II. bull. p. 516.*

XXXV. *Eccleſiæ* h. e. *clerici maioris offenſio*, quam INNOCENTIVS IV. FRIDERICO II. in bulla excommunicationis *tom. I. bull. p. 112.* ceu grauiſſimum crimen obiicit. E.

XXXVI. *Eccleſiæ libertatis præiudicium.* Hoc crimen committunt, *qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones* &c. *publicant, per quæ libertas eccleſiaſtica tollitur ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur aut alias quouis modo reſtringitur.* Refertur hoc quoque in

Digitized by Google

bulla cœnæ Domini PAVLI III. §. 12. *tom. I. bull. p. 715.* Huc etiam referri *leges amortizationis*, vulgatiſſimum eſt.

XXXVII. *Eccleſiarum*, aliorum piorum locorum *neglecta exſtructio.* Hoc inter crimina, FRIDERICO II. imperatori obiecta, retulit INNOCENTIVS IV. *tom. I. bull. p. 113.*

XXXVIII. *Exceſſus Prælatorum*, qui variis modis contra *officium*, *priuilegia*, *decorum* ſeu *honeſtatem externam* committi poſſunt, vt *tit. 31.* infra declarabitur.

XXXIX. *Executio literarum papalium quouis modo impedita.* Speciatim hæc per excommunicationem caſtigata eſt anno 1418. per *bullam* MARTINI V. *tom. I. bullar. p. 315.* tandem quoque inter crimina relata, quæ coërcentur & notantur per *bullas cœnæ Domini.* Vid. *tom. I. bull. p. 517. §. 10. 599. 699. 715. tom. II. bull. p. 463. tom. III. p. 259. tom. IV. p. 114.*

F. XL. *Falſificatio literarum apoſtolicarum.* Hæc itidem inter crimina in *bulla cœnæ Domini* notata refertur. Vid. *tom. I. bull. p. 516. §. 4. tom. II. p. 462. tom. III. p. 249. tom. IV. p. 283. tom. V. 219.*

H. XLI. *Hæreſis.* Hæc, ceu peſtis diriſſima, non tantum notatur in bulla cœnæ Domini primo loco, ſed plenius infra *tit. de hæreſ.* explicabitur.

XLII. *Hæreticorum fauor & defenſio.* Crimen hoc ſpeciatim notat ALEXANDER IV. *tom. I. bullar. p. 142. §. 12.* & IOANNES XXII. *tom. I. bull. p. 228.*

I. XLIII. *Ieiuniorum violatio.* Hæc absque impetrata diſpenſatione delictum ſapit, vt *tom. III. de obſeruat. ieiun. §. 42. ſqq.* dixi.

XLIV. *Immunitatis eccleſiaſticæ violatio.* Latius hæc patet quam *aſyli violatio*, de qua dictum ad *tit. de immunit. eccleſ.*

XLV. *Impreſſio librorum absque cenſura & approbatione.* Sub grauiori pœna hæc prohibita a LEONE X. *tom. I. bullar. p. 561.* & aliis. vid. *tom. IV. bull. p. 102.* Plenius de hac criminis ſpecie ad *tit. de hæreſi* agendum.

XLVI. *Inceſtus* tam *naturalis* quam *ſpiritualis*, qui ex gradibus iure canonico prohibitis naſcitur. Vid. ſupra *tit. de conſanguin. & affinit.*

XLVII. *Indulgentiarum ad quæſtum publicatio.* Hæc in concilio Tridentino etiam coercita, & a PIO V. *anno 1570.* notata *tom. II. bull. p. 302.* ſed ante reformationem inter delicta eam haud relatam fuiſſe, palam eſt.

XLVIII.

Digitized by Google

XLVIII. *Inobedientia.* Hæc in omnibus regibus & principibus notatur, ſi erga *ſedem papalem* eam exercent. Speciatim hoc crimen putatiuum HENRICO IV. ceu *ſcelus idololatriæ* obiectum a GREGORIO VII. *tom. I. bullar. p. 54.* Inde ſolennis legatio regum principumque ad aulam Romanam pro *obedientia* exhibenda.

XLIX. *Inquiſitio hereticæ prauitatis temere impedita.* Hæc variis bullis papalibus caſtigata eſt. vid. *tom. I. bull. p. 142. 149. 791.* &c.

L. *Inquiſitionis officii offenſio* quoad ſtatum, res & perſonas. vid. *tom. II. bull. p. 278. & tom. IV. p. 114.*

LI. *Inſordeſcentia.* Hoc crimen contrahitur ab eo, qui *integro anno* in excommunicatione permanſit, nec, vt abſolueretur, ſollicitus fuit. Etenim de *hæreſi* ſuſpectus redditur, *c. 7. de hæret. in 6. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. c. 3. in f.* & ex *conſtitutione* FRIDERICI I. in *auth. item C. de epiſc. & cleric.* ipſo iure imperiali banno ſubiicitur, *a quo nullatenus extrahi debet, niſi prius ab eccleſia beneficio abſolutionis obtento.* Quocirca HENRICVS IV. excommunicatus nihil prius nihilque potius habuit, quam vt *ante annum* in integrum reſtitueretur. Sueui enim & Saxones legatos ad eum miſerunt, qui, teſte LAMBERTO SCHAFFNABVRG. *ad ann. 1076.* apud PISTORIVM *tom. I. rer. Germ. p. 416. edit. nouiſſ.* inter alia hæc quoque ei nunciarent: *Quod ſi ante diem anniuerſarium excommunicationis ſuæ, ſuo præſertim vitio, excommunicatione non abſoluatur, absque retractatione in perpetuum cauſa ceciderit, nec legibus deinceps regnum repetere poſſit, quod legibus vltra adminiſtrare, annuam paſſus excommunicationem, non poſſit* &c. Poſt pauca pergit LAMBERTVS: *Rex etiam certo ſciens, omnem ſuam in eo verti ſalutem, ſi ante anniuerſarium diem abſolueretur -- optimum factum ſibi iudicauit -- vt in Gallias profiſcenti Romano pontifici intra Italiam occurreret.* &c. Mox conſilium cœptum perfecit, atque ad papam properauit; qui, cum præſentibus accuſatoribus, cauſam eius ſe iudicaturum affirmaret, reſponderunt legati eius: *regem illius nusquam terrarum ſubterfugere iudicium, quem ſciat æquitatis & innocentiæ incorruptiſſimum vindicem & aduocatum fore, ſed e vicino iam vrgere diem anniuerſarium, quo excommunicatus fuiſſet, & principes regni hac exſpectatione ſuſpenſos attentosque anxie rei euentum præſtolari, vt ſi ante hanc diem*

diem excommunicatione non absoluatur, deinceps iuxta Palatinas leges indignus regio honore habeatur, nec vltra pro asserenda innocentia sua, audientiam mereatur. Tam grauiter is plectitur, qui in excommunicatione insorduit.

LII. *Interdicti violatio*, quam committunt, qui tempore *interdicti* sacra prohibita faciunt, cuius pœna est *depositio* & *irregularitas. c. 1. de postulat. prælat. c. 18. in f. de sentent. excomm. in 6.* Est etiam *violatio interdicti magistratus ecclesiastici*, de cuius pœna supra *p. 257. sqq.* actum est.

LIII. *Intrusio.* Hæc perpetratur per *illegitimam beneficii acquisitionem c. 3. de excess. prælat. c. 18. de præb. in 6. c. 3. X. de instit.* Quodsi intrusus aliquod ius ad præbendam habuerit, eius priuatione punitur per *cit. textus.* vid. FRANCES *de intrusione*, LOTHERIVS *lib. I. P. I. q. 13. n. 7.* Huc etiam pertinent, qui ecclesiis se ingerunt, literis Apostolicis non expeditis *tom. I. bullar. p. 480.*

LIV. *Inuestitura per annulum & baculum.* Hæc olim crimini data fuit imperatoribus, ceu *tom. I. p. 318.* & *tom. III. p. 702. & 723.* & passim alibi obseruatum, atque sub pœna *excommunicationis* prohibita. *c. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. C. 16. q. 7.* Conf. MEIBOMIVS *de iure inuestit. episcopal. imperator. Rom. a pontificibus per vim ademta. tom. III. rer. German.*

LV. *Iudaismus.* Quinam hoc crimine teneantur, & *inquisitioni hæreticæ prauitatis* subiiciantur, dicendum infra ad *tit. VI.*

LVI. *Iuramentorum illicitorum exactio.* Talia dicuntur, quibus quis se adstringit ad illicita, impossibilia, libertatique ecclesiasticæ contraria. *c. 1. de iurei. in. 6.* Tam iurantes, quam iuramentum tale exigentes excommunicantur per *bullam* GREGORII XIII. *de anno 1584. tom. II. bullar. p. 478.*

LVII. *Iurisdictionis criminalis in clericos vsurpatio.* Inter crimina, in *bulla cœnæ Domini* notata, hæc §. 19. a GREGORIO XIII. *tom. II. bullar. p. 464.* & aliis pontificibus *tom. III. p. 250. tom. IV. p. 115.* refertur.

LVIII. *Iurisdictio ecclesiastica impedita*, tum immediate tum mediate, quod crimen itidem in *bulla cœnæ Domini* §. 16. notatur. *tom. II. bullar. p. 463. tom. III. p. 25. & tom. IV. p. 115.*

LIX.

Digitized by Google

LIX. *Iurisdictionis secularis in personas ecclesiasticas vsurpatio.* Hæc idem *cit. locis* in *bulla cœnæ Domini §. 15.* ad crimina enormia refertur, quod toti ordini ecclesiastico iniuria inferatur, & sic etiam ipsi DEO, qui in clericis ex sententia iuris canonici honorari dicitur.

LX. *Læsæ maiestatis crimen.* Hoc etiam committere dicuntur imperatores contra papam variis modis, imprimis olim tunc, si iuramenti papæ præstiti immemores facti dicebantur. Hoc ipso promiserunt, se honores, iura, & possessiones Romanæ ecclesiæ pro posse suo seruaturos, bona fide protecturos, seque, quæcunque ad manus suas deuenerint, sine difficultate restituturos. ERIDERICO II. eo ipso, quod hoc iuramentum fregerit, hoc crimen imputauit INNOCENTIVS IV. in bulla excommunicationis, *tom. I. Bull. p. 112.* Neque hoc mirandum, si cogitemus, ipsos imperatores, vt *filios*, Romanæ maiestati, quæ in papa residet, subiectos dici. L.

LXI. *Librorum prohibitorum lectio.* Hæc sub pœna excommunicationis interdicta illis, qui veniam eo nomine non impetrarunt. vid. *tom. I. bullar. p. 138.* Huc retulit LEO X. scripta LVTHERI *tom. I. bullar. p. 616.* adeo vt PIVS IV. anno 1564. reuocauerit omnes & quascunque concessiones impetratas legendi libros eius & Lutheranorum, *tom. II. bull. p. 107. & 111.* Hoc vlterius SIXTVS V. extendit ad *libros magicos tom. II. p. 515.* CLEMENS VIII. vero ad scripta CAROLI MOLINAEI, adeo vt in posterum nemini fas esse debeat, ea legendi, nisi *immediate* veniam a pontifice impetrauerit. *tom. III. bullar. p. 134.* Præterea quoque hoc crimen in *bulla cœnæ Domini* notatur *§. 1.* vid. *tom. III. p. 249. 439. tom. IV. p. 176.*

LXII. *Lenocinium.* vid. *c. vn. de. lenon. in 7.* vbi grauissima animaduersione notatur.

LXIII. *Litigantium in curia Romana offensio*, occasione scilicet & intuitu causæ, de qua litigatur, quod etiam ad procuratores aduocatosque eorum extenditur in *bulla cœnæ Domini §. 9. tom. I. bullar. p. 517. tom. III. p. 249. tom. IV. p. 114.*

LXIV. *Magia.* Contra huius criminis reos eodem proceditur modo, quo contra *hæreticos* iuxta bullam IOANNIS XXII. *tom. I. bullar. p. 228.* de quo ad *tit. de sortileg.* M.

Digitized by Google

LXV. *Miniſtratio illicita clericorum depoſitorum vel excommunicatorum*, de quo delicto infra *titulus XXVII.* diſponit.

LXVI. *Miſſalis Romani in vernaculam verſio.* En nouam & ſingularem criminis ſpeciem, ſub pœna *excommunicationis latæ ſententiæ*, prohibiti ab ALEXANDRO VII. *tom. V. bullar. p. 333.* occaſione verſionis in Gallico idiomate ſuſceptæ.

LXVII. *Miſſarum auditio neglecta.* Ad minimum ſingulis diebus Dominicis & feſtis quilibet miſſas audire debet, & quidem in propria parochia, *c. 2. de paroch.* ſub cenſuris eccleſiaſticis. Qui tamen in eccleſiis *fratrum mendicantium* eas dicto tempore audierunt, ſatisfecerunt *præcepto eccleſiæ* ex *bulla* LEONIS X. *tom. I. bull. p. 597* ſecus facientes, *infamia canonica* etiam notantur, quæ teſtibus obiici ſolet.

LXVIII *Miſſarum in vna die repetita celebratio.* Semel tantum in vna die ſacerdotes eas celebrare debent, *c. 53. de. conſecr. D. 1.* adeo vt Romæ presbyter ad mortem damnatus fuerit *d. 18. Iul. 1711.* conuictus, quod vna die plures celebrauerit miſſas, vt obſeruaui *in not. ad Coruin. tit. de miſſa §. 8. lit. p.*

LXIX. *Miſſarum celebratio ab his, qui non ſunt presbyteri.* Cum enim in miſſa ſacrificium DEO offerri credatur, illam duntaxat *ſacerdos ordinatus* celebrare poteſt. In ſecus facientes grauiſſime animaduertitur, vt *ad tit. 28.* dicendum. Conf. *bullar. tom. I. p. 386. tom. III. p. 125. tom. IV. p. 137.* ECCARD. *in corp. hiſtor. med. æni tom. II. p. 1142.*

LXX. *Miſſiones religioſorum ordinum temere impeditæ.* VRBANVS VIII. anno 1633. *tom. IV. bullar. 189.* huic delicto pœnas impoſuit.

N. LXXI. *Nececeſſariorum vitæ ad curiam Rom. impedita delatio vel adductio.* inter crimina in bulla cœnæ Domini notata hoc relatum in *bullar. tom. I. p. 517. 715. tom. II. p. 462. tom. III. p. 249. tom. IV. p. 114. tom. V. p. 219.*

LXXII. *Negligentia in conferendis beneficiis*, quæ ſub pœna *deuolutionis* prohibita, vt ad *tit. de ſupplend. neglig. prælat. tom. I.* dictum.

LXXIII. *Negotiationes illicitæ clericorum.* De his dictum *tom. III. ad tit. ne clerici vel monachi ſecular. negot. ſe immiſceant. p. 1064.*

LXXIV, *Nunciorum papalium receptio denegata.* Iniurius eſt in ſedem Romanam, qui nuncios eius non recipit, adeoque excommunicationis & interdicti fulmine percutiendus. vid. *tom. I. tit. de offic.*

Digitized by Google

offic. legat. conf. *c. 4. X. de iurei c. 1. extrau. commun. de conſuet.* conf. *tom. III. iur. eccleſ. p. 630.*

LXXV. *Papatum ambientes.* PAVLVS IV. etiam cenſuris pœnisque ecclesiaſticis *tom. I. bull. p. 825.* anno 1558. ſubiecit, ſed forſan ſine effectu. Simili pœna tenentur, conſultantes de electione futuri pontificis, eo adhuc viuente & inconſulto, quod tamen Romæ vſitatiſſimum eſt, vt docet AVTOR *dans de tableau de la cour de Rome.* P.

LXXVI. *Patrimonii Petri & bonorum ad ſedem papalem pertinentium inuaſio & occupatio*, grauiſſime coercenda, etiam *in bulla cœnæ Domini* notata. Vid. *bullar. tom. I. p. 716. tom. II. p. 264. tom. III. p. 250. tom. IV. p. 115.*

LXXVII. *Peregrinantium Romam deuotionis cauſa offenſio.* Hoc crimen itidem notatum eſt in bulla cœnæ Domini. Vid. *bullar. tom. I. p. 517. 715. tom. II. p. 463. tom. III. p. 249. tom. IV. p. 114. tom. V. p. 119.*

LXXXVIII. *Percuſſio* a clericis immoderate facta, de qua infra ad tit. *de cler. percuſſore.*

LXXIX. *Periurium*, quod crimen mixti fori cenſetur, vid. *bullar. tom. I. p. 112.*

LXXX. *Pictura illicita*, imprimis eorum cum *radiis* ſeu *gloria*, qui non ſunt canoniſati, ſub grauibus cenſuris prohibita anno 1625. ab VRBANO VIII. in *bullar. tom. IV. p. 83. 196. & p. 229.*

LXXXI. *Priuilegiorum papalium violatio.* Sicuti cumulus eorum eſt infinitus, ita etiam hæc prohibitio eſt immenſa variisque cenſuris ſubiecta. Vid. *bullar. tom. I. p. 410. 413. 419. 434.* Peccant etiam, qui excedunt in priuilegio, de quo infra tit. *de priuileg.*

LXXXII. *Profanatio rerum ſacrarum*, quæ variis modis fieri poteſt, & ſic etiam diuerſimode coercetur, vt *ad tit. de conſecrat. eccleſ.* dictum.

LXXXIII. *Promotio inordinata ad ſacros ordines*, quod vel *furtiue* vel per *ſaltum* vel aliter contra ordinem iuris facta, de qua *tit. 29. & 30.* agendum. Conf. *bullar. tom. I. p. 389. tom. III. p. 53.*

LXXXIV. *Prouocatio mulierum confitentium in actu confeſſionis ad actus inhoneſtos*, quod merito grauiſſime coercendum, ex decreto etiam pontificum in *bullar. tom. II. p. 44. tom. III. p. 432.*

8. LXXXV. *Regaliarum ius.* Hoc olim imperatores exercuerunt, imo etiam prælati. Improbauit hoc pontifex *in clem. vn. de exceſſ. prælat.* & *c. 9. de offic. ordin. in 6.* & ad inſtar *ſacrilegii* adeo prohibuit, vt imperatores quoque eius vſum omiſerint, non item reges Galliæ. Conf. EVGENIVS LOMBARDVS in *regali ſacerd. pontifici Rom. aſſerto §. 1. ſqq.*

LXXXVI. *Relapſorum crimen.* Hoc nullam veniam meretur, & inter enormiſſima refertur, vt ad *tit. de hæreſ.* docendum.

LXXXVII. *Reſidentia ab epiſcopis prælatisque neglecta.* Non reſidentes varias incurrunt pœnas determinatas a PIO IV. anno 1560. *tom. II. bullar. p. 19.* & a PIO V. *p. 261. ibid.*

LXXXVIII. *Reſignatio illicita*, ſi vel fit in manus laici vel citra autoritatem ſuperioris, de qua actum *tom. I. iur. eccleſ. tit. de renunciat.*

LXXXIX. *Reuelatio eorum, quæ presbyteris in confeſſionibus manifeſtata ſunt*, ob fractionem vinculi huius ſanctiſſimi, de quo delicto infra *ad tit. de pœnit. & remiſſ.*

9. XC. *Sacramentorum abuſus*, ſeu *vſus ad peſſima facinora*, quod ſcelus ad inquiſitionem hæreticæ prauitatis anno 1552. ab HADRIANO VI. tractum eſt. Vid. *bullar. tom. I. p. 628.*

XCI. *Sacrilegium.* Huius ſunt infinitæ ſpecies, de quibus ad *tit. 17.* agendum. Agitur etiam de eo in *bulla cœnæ Domini §. 17.* vid. *bullar. tom. I. p. 716.*

XCII. *Saracenismus.* De quo *tit. VI.* infra agendi locus erit.

XCIII. *Schiſma.* De hoc infra *tit. VIII.*

XCIV. *Scripturarum denegata reſtitutio*, quæ ad cameram papalem pertinent. vid. *bullar. tom. II. p. 265. & 578.*

XCV. *Simonia*, *tit. 3.* infra explicanda. Inter alios quoque SIXTVS V. anno 1589. eam grauiter damnauit. *tom. II. bullar. p. 657.*

XCVI. *Sortilegium.* De hoc infra *tit. XXI.* agendi locus erit.

XCVII. *Spolii crimen.* Intelligo hic antiquum ius, imperatoribus aſſertum, a pontifice tamen damnatum, de quo *tom. I. iur. eccleſ. tit. de elect. §. 68.* & *tom. II. tit. de ſucceſſ. ab int. §. 5. ſqq.* actum. Pontifex autem hoc ius dicitur exercere ſine crimine.

XCVIII. *Sponſiones ſuper vita, morte & electione futuri pontificis inſtitutæ*, quæ a GREGORIO XIV. anno 1591. ſeueriſſime prohibitæ. Vid. *Bullar. tom. II. p. 702.*

XCIX.

Digitized by Google

XCIX. *Suſpicio de hæreſi.* Etiam hanc crimen conſtituere docet excommunicatio FRIDERICI II. inter alias etiam hac de cauſa ab INNOCENTIO IV. facta. vid. *Bullar. tom. I. p. 112.* cuius fundamenta *tit. de hæreſi §. XXIII. ſqq.* tradenda.

C. *Translatio ſine autoritate ſuperioris facta*, de qua *tom. I. iur. eccleſ. tit. de translat. epiſc.* actum. T.

CI. *Turbatio ſacrorum*, de qua *tom. III. tit. de immun. eccleſ. §. 15. p. 1027. ſqq.* actum.

CII. *Venatio clericorum*, de qua infra *tit. 24.*

CIII. *Violatio clericorum realis*, ſeueriſſimæ excommunicationi ſubiecta.

CIV. *Vſurariа prauitas*, de qua *ad tit. de vſur.* Quamuis hæc graue dicatur conſtituere crimen, inquiſitores tamen hæreticæ prauitatis illud ad ſuam cenſuram reuocare nequeunt, per bullam ALEXANDRI IV. *in bullar. tom. I. p. 141. ſq.* V.

§. LXVII. Retuli tantum ſpecies, quas in præſenti deprehendere licuit in *bullario*, *decretalibus*, aliisque ſcriptis. Ne quidem *conciliorum* collectionem & epiſtolas INNOCENTII III. aliorumque paparum conſului, vnde forſan adhuc numerus augeri potuiſſet, ſi e re mea id viſum fuiſſet. Omiſi vero *delicta mere ſecularia*, vt loquuntur, vt furtum, rapinam, raptum, homicidium, ſtuprum, Sodomiam, incendium, iniuriam ſimiliaque, de quibus etiam in hoc libro agitur; ſed vel ex doctrina antiqua, iuxta quam omnia laicorum crimina pœnitentiæ gratia ad epiſcoporum cenſuram trahebantur: vel intuitu *clericorum* hæc crimina committentium, qui in foro eccleſiaſtico duntaxat eo nomine pœnas luunt, niſi forſan degradati fuerint. Sicuti vero plures nouas delictorum ſpecies ius canonicum fabricauit, ita, prout §. 65. iam obſeruaui, plura crimina in *republica eccleſiaſtica* inſuper habet, vel pro talibus haud agnoſcit, quod aliæ ſint rationes *reipubl. ſecularis*, aliæ *eccleſiaſticæ*, inter quas ſæpe colliſio naſcitur, ita vt quod in hac illicitum & deteſtandum, in illa pro tali haud reputetur, quod rationes eius particulares id non ferant. Potiores tantum ſpecies relatæ. omiſſis criminibus ſecularibus.

§. LXVIII. Agite, compilemus etiam catalogum quendam *criminum*, in curia Romana ad minimum non agnitorum, quæ in duas generatim abeunt claſſes. Quædam, inſpecta ſcriptura S. & recta ratione, merito quidem vt *illicita* reprobantur, ſed *voluntate* eorum, quorum de Crimina non agnita in curia Romana.

Digitized by Google

iure agitur, in *ius externum* abierunt, quoad eos, qui in illa conſenſum ſuum dederunt, non intuitu eorum, qui iis reclamant. Huc refero *imperium pontifieis & epiſcoporum ſacrum*, Scripturæ S. & rectæ rationi aduerſum, ſed a principibus regibusque, qui in vnione eccleſiæ Romanæ ſunt, agnitum, variisque documenris publicis aſſertum; a principibus vero, qui communioni eccleſiæ Romanæ nuncium miſerunt, reprobatum, damnatum, & inter *illicita* reiectum, exceptis iis, quæ pactis publi-
& alia plura cis intuitu proteſtantium adhuc admiſſa fuere. Quædam ita comparata ſunt, vt etiam ſaniores eccleſiæ Romanæ doctores ea horreant, damnent, & ad claſſem ſcelerum referant, quorſum exemtionem clericorum a ſubiectione ciuili, depoſitiones regum, parricidia principum, quos papa odit, promota, rebelliones ſubditorum procuratas, imperium pontificis affectatum in temporalia, vt loquuntur, arbitrium affectatum in controuerſiis gentium, crudelitatem plusquam tyrannicam, cetera, referas. Hæc omnia dum *delictis* attribuo, hac appellatione nihil aliud intelligo, quam *facta ſpontanea per leges diuinas & humanas probibita, quibus ſalus reipublicæ*, quæ ſingulis ex Dei voluntate ſanctiſſima eſſe debebat, *grauiſſime læditur atque conculcatur, & propterea vindictæ iuſtæ ſubiacent.*
ex ratione po- Addidi autem *ſ. antec.* talia a curia Romana pro *delictis* non agnoſci, quo
litica, ipſo innuo, talia ab illis non probari vt *delicta*; (quod abſit) verum vt *iuſta* & *licita* aſſeri, per *errorem* tamen *grauiſſimum*, quem facile deponere poſſent & deberent, ſi veritati locum dare vellent, tot ſcriptis declaratam. Interim intuitu *reipublicæ* non deſinunt eſſe *delicta*, quæ his ipſis in ſummum deducitur diſcrimen, quemadmodum CASTELLI & RAVELLIACI *parricidia*, illius quidem *attentatum*, huius vero *perfectum*, non deſierunt *criminis* rationem habere, licet vterque forſan ex MARIANAE
& prætextu aſſeclarumque principiis crediderit, ſe acceptiſſimam Deo offerre victi-
pietatis. mam in HENRICI IV. internecione, quem curiæ Romanæ ſuſpectum ducebant. Rebelliones a pontificibus contra cæſares regesque excitatæ nihilominus fuere *rebelliones execrandæ*, vtut illi per ſummum nefas conſtituerint, ſe *diuino nutu* & *aſſenſu* talia auſos fuiſſe, quæ tamen prudentioribus abominationi fuere, vt mirandum ſit, in tanto flagitiorum cumulo, quo curia Romana obruta fuit, reges principesque adhuc in *obedientia* & *deuotione* erga eam ſubſtitiſſe, nec iugum hoc dudum excuſſiſſe. Memorabo autem duntaxat paucis illa *facta illicita*, quæ curia Romana merito inter *facinora* referre debuiſſet; non autem ea talia eſſe, pluribus argu-

Digitized by Google

argumentis demonſtrabo, quod ab aliis iam factum, mei inſtituti autem non eſſe ſcio.

§. LXIX. Ad hæc *delicta non agnita* ergo referri, me iudice, debent ſequentia: Catalogus delictorum non agnitorum plenior.

(1) *Papatus*, qui non tantum in exorbitante illo & eminentiſſimo imperio *pontificis*, (quo vnice eundem definiuit Dñ. CYPRIANI in dem Uhrſprung und Wachsthum des Pabſtthums) ſed etiam ceterorum *principum eccleſiaſticorum* vſurpata poteſtate contra CHRISTI decretum conſiſtit. Illius *iniquitatem & iniuriam* denudarunt PHILIPPVS MORNAEVS in *myſterio iniquitatis*, & HEIDEGGER. in *hiſtor. papatus* aliique; horum vero vſurpationes damnarunt non minus omnes, qui eccleſiam rempublicam ſeparatam non eſſe cenſuere, eique imperium omne abiudicauerunt. Ita enim prorſus arbitror, *imperium*, quod ſoli reipublicæ ex *ordinatione diuina* datum eſt, contra eam *eccleſiæ* tributum, eſſe verum *papatum*, ſiue illud ſoli *pontifici* ſiue coniunctim etiam *epiſcopis* adſcripſeris. CHRISTI præcepta ab omni *imperio externo* abhorrere, imo illud prorſus interdixiſſe diſcipulis ad *tit. de maior. & obed.* ſummatim oſtendi. *Papatu* vero pedetentim introducto, legitima ſupremaque principum poteſtas admodum diminuta atque conculcata: ſubiectionis *vinculum*, quod ex *lege DEI* ſubditis quibuscunque ſanctiſſimum eſſe debebat, laxatum ſolutumque: *eccleſia* (quæ cum *in republica* ſit, etiam *ſub ea* eſſe debebat) in *reipublicæ independentis* formam translata: *miniſtri eccleſiæ* ſtatum *doctorum* exuerunt, *principes* atque *imperantes* facti, atque vt binis dicam verbis: omnia contra præcepta Saluatoris & contra ſanæ rationis principia prorſus in aliam formam transmutata ſunt, *vi clam* vel *precario*. Atque ea de cauſa *myſterium iniquitatis* recte hanc metamorphoſin dixeris, quod hæc ex *præiudicio auctoritatis ſacræ* plerisque abſcondita, & veritas aliquot ſeculis iam oppreſſa fuerit, quam tamen in puriori eccleſia epiſcopi adhuc agnouerunt. Si ergo in *ſtatu cimili* grauiſſime delinquit, qui iura imperii ſumma inuolat, minuit, ſibique arrogat, cum tamen in *ſtatu ſubiectionis* ſit; non potuit non *papatus*, antequam approbatione regum principumue in *ius externum* abiit, *criminis* nota laborare.

(II) *Imperium in conſcientias.* Sicuti papatus *imperium externum* in *eccleſiaſtica* eorum, quorum non erat regere, deſignat, & iurium ſummorum reip. violationem inuoluit; ita acceſſit ei nouum facinus, quo ius 2) imperium in conſcientias.

Dei

Dei ipſius, reſeruatum illud ſupremum in mentem & conſcientias hominum, inuaditur, ad *imperium humanum* trahitur, & ex affectata quadam *vicaria poteſtate Vice-Deus* in terris erigitur. Huius eſſe dicitur, vota iuramentaque, quæ ligant conſcientias, ſoluere; conceptus mentis in *rebus fidei* formare, ſub pœna ignis obſeruandos: ratiocinationi leges præſcribere: religionem ipſam, quæ *libera* eſſe debebat, per *vim & imperium* inculcare: *armata manu* prædicare euangelium, cetera.

3) imperium in regna & principatus.

(III) *Affectatum imperium in ipſa regna, principatus, respublicas,* ſeu vt loquuntur, in *ciuilia & temporalia.* Priores duas ſpecies iam quidem *quiete* poſſident inter ſuos epiſcopi cum ſupremo capite; hanc vero *primario* impie ſibi arrogauit curia Romana, & per plures emiſſarios pedo heri ſui omnes respublicas, regna, & principatus ſubiicere ſæpius tentauit, ſed ſub perpetua principum contradictione. Nulla capitalior peſtis gentibus chriſtianis imminere, earumque integritati inſidiari potuit, quam hæc de *duplici gladio* doctrina conculcata atque deſtructa a BARCLAIO, MOLINAEO, imo etiam ab vniuerſo clero Gallicano *anno 1682.* & *edicto regio* ſuppreſſa, vt *tom. V. tit. de ſentent. excommun. §. 45. ſqq.* etiam obſeruaui. Ediderunt eccleſiæ Gallicanæ deputati in conuentu Pariſiis celebrato quatuor propoſitiones, quarum prima hæc erat: *Beato Petro eiusque ſucceſſoribus Chriſti vicariis, ipſi eccleſiæ rerum ſpiritualium & ad æternam ſalutem pertinentium, non autem ciuilium ac temporalium a DEO traditam poteſtatem, dicente Domino: Regnum meum non eſt de hoc mundo; & iterum: reddite ergo Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt DEI, DEO; ac proinde ſtare apoſtolicum illud; omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit; non eſt enim poteſtas, niſi a DEO; quæ autem ſunt, a DEO ordinata ſunt.* Offendiſſe hanc theſin, *decreto regio* roboratam, grauiſſime curiam Romanam, nemo adeo mirabitur, qui omnem modum excedentem pruritum eius, toti orbi imperandi, cognitum habet. Patrocinium eius contra has quatuor propoſitiones ſuſcepit EVGENIVS LOMBARDVS *in Regali ſacerdotio Romano Pontifici aſſerto, anno 1684.* edito ipſumque edictum regium cum *quatuor propoſitionibus p. 85.* exhibuit; aſt, quod admodum ieiunum atque ridiculum, probationes primarias ex *decretalibus* pontificum petit, quæ, vt ita loquar, ipſum *corpus delicti* conſtituunt, & in quibus pontifex fuit *iudex* & *teſtis* in propria cauſa. Quod ſi imperatores per aliquot *decreta* olim ſibi imperium in *vniuerſum* aſſeruiſſent *orbem*, & huius ſententiæ patronus

Digitized by Google

nus ex his decretis cauſam imperatoris agere vellet, irriſioni ſine dubio ſemet exponeret. Pariter facinoris huius nuditatem magis aperuit, quam occultauit, prouocando *p. 119. ſqq.* ad *c. 13. de iudic. c. 34. de elect. clem. vn. de iurei. c. 2. de ſentent. & re iud. c. vn. extrau. Io. XXII. ne ſede vac. c. 1. extrau. comm. de maior. & obed. c. 2. ibid. de priuil. c. 2. de ſuppl. neglig. prael. in 6. c. 13. X. qui filii ſint legit.* Hi textus *ſophiſmata pernicioſiſſima* magis quam *ſanam doctrinam* habent, quibus regna & principatus admodum oppugnantur, quamuis per hypocriſin quandam mitigata in *cit. c. 13. c. & 2. cit. de priuil.* Imprimis vero inſigne pondus ſuæ ſententiæ accedere cenſuit *p. 199. ſqq.* ex variis *concilii Conſtantienſis* decretis, quorum mentem penitius examinauit NATALIS ALEXANDER *tom. VIII. diſſ. hiſtor. eccl. p. 439. diſſ. 5.* qua agit *de mente concilii Conſtant. circa poteſtatem eccleſiæ in temporalia regum.* Huic iungendus AVTOR *de l'autorité du pape tom. IV. c. I.* quo ex praxi plurium ſeculorum hoc ſcelus conculcat, *cap. II.* vero ſimul *temeritatem pontificum* ex antiquitatibus examinat. Si dicendum, quod res eſt, vrbis eminentia, & maieſtas, illa totius orbis ſub imperatoribus dominatrix, ambitionem Præſulum Romanorum infauſto ſidere inflauit, vt eundem dominatum vniuerſalem, quem olim Cæſares, ſitientes caperent, crederentque, meliori iure *eccleſiæ*, h. e. ſibi verſus CLAVDIANI notatu dignos in *Stilic. lib. III. verſ. 150. ſqq.* adſcribendos atque appropriandos eſſe:

Hoc eſt, in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus COMMVNI NOMINE fecit
MATRIS, non DOMINAE ritu: ciuemque vocauit,
Quem domuit, NEXVQVE PIO longinqua reuinxit.

In *diſſertatione præliminari* principia curiæ Romanæ, his verſibus vt vaticinio quodam expreſſa, & Romano imperio olim attributa, explicui, ſimulque euici 1) eccleſiam Romanam *gremium* & *vbera* ſua omnibus gentibus præbere: 2) *communi nomine* filiorum vel Romano-catholicorum humanum genus feciſſe: *matris* tamen ſub appellatione, non *dominæ:* 4) quos *ſub fide* domuit, ciues eccleſiæ ſubditosque vocaſſe: 5) *pio nexu* religioſi imperii longinqua reuinxiſſe. Forſan ergo meliori modo hoc vaticinium impleuit pontifex, quam olim imperatores Romani. Notum enim eſt, illi quoque a paraſitis curiæ Romanæ applicatum fuiſſe illud diuini verbi oraculum: *& adorabunt eum omnes gentes, omnes gentes ſeruient ei*, vt §. 7. *diſſert. prælim. p. 9.* obſeruaui.

Non dubium ergo, quin meliori iure ad se referri posse credat, quod olim PRVDENTIVS *lib. IV. cont. Symmach. v. 601.* de imperio Romano & beliorum rabie cecinit:

Hinc frenaturus rabiem DEVS, vndique gentes
Inclinare caput docuit SVB LEGIBVS ISDEM,
ROMANOSque omnes fieri, quos Rhenus & Iler,
Quos Tagus aurifluus, quos magnus inundat Hiberus,
Corniger Hesperidum, quos interlabitur, & quos
Ganges alit, tepidique lauant septem ostia Nili,
IVS fecit COMMVNE pares, & NOMINE EODEM
Nexuit, & Dominos FRATERNA IN VINCLA redegit.

4) Depositio regum & principum.

(IV) *Depositio regum principumque.* Fluxit hoc scelus nefandum ex doctrina pernicioſa sub *n. III.* modo adducta, quo se pontifices perfide aliquoties macularunt erga imperatores, quorum subditi fuerunt, cuius specimen, quod INNOCENTIVS IV. aduersus FRIDERICVM II. edidit, in opprobrium perpetuum aulæ Romanæ relatum est in *c. 2. de sent. & re iud. in 6.* Clerus Gallicanus *propoſit. I.* supra laudata, vt sanctitati regum contra hostiles hos impetus munimentum perpetuum circumponeret, censuit, *regentes & principes nulli ecclesiæ potestati DEI ordinatione subiici, neque auctoritate clauium ecclesiæ directe vel indirecte deponi, aut illorum subditos eximia fide atque obedientia, ac præstito fidelitatis sacramento solui posse, eamque sententiam publicæ tranquillitati necessariam, nec minus ecclesiæ quam imperio vtilem, vt verbo DEI, patrum traditioni & sanctorum exemplis consonam omnino retinendam.* Sceleris huius primus autor fuit GREGORIVS VII. cuius impietatem acute demonstrat NATALIS ALEXANDER *tom. VI. diss. histor. eccl. p. 690. sqq.* simulque prætextus, quibus illud incrustari solet, resoluit. Pariter præ cæteris causam regum principumque aduersus hæc facinora egregie egit PAVLVS SARPIVS in tr. lingua Italica scripto, in Gallicam etiam translato, sub tit. *les droits des souverains défendus contre les excommunications et les interdits des papes*, vbi *tom. I. c. 5. & 9.* hæc pestis conculcatur. Etiam, qui sunt ex familia societatis Iesu in Gallia, detestantur (vix tamen ex animi sententia) dogma impium curiæ Romanæ, prout ostendit AVTOR *de l'autorité du Pape tom. IV. p. 95.* sed *p. 98.* hæc iudicioſe addit: *voila comme les Iésuites pensent, lors qu'ils sont en France. Il est vrai qu'aussitôt qu'ils sont ailleurs, ils changent de sentiment.* Illustrat hoc ipsum Iesuitarum propria confessione, occasione

Digitized by Google

casione condemnatis ANCTORELLI scripti coram Parlamento edita; obiectum enim eis fuit: *mais votre general a approuvé ce livre: êtes vous de differente croiance?* Responderunt: *Messieurs, lui, qui est a Rome, ne peut faire autrement, que ce que la cour de Rome.* Instabant rursus membra Parlamenti; *mais & si vous eties à Rome, que feriez vous?* regesserunt promptissime: *nous ferions comme ceux, qui y sont.* Inde quidam ex magistratu hoc illustri non inepte ita censuit: *Credo, patres Iesuitae duas conscientias sub sua habere potestate, alteram pro Roma, alteram vero pro Parisiis.* Conf. MELCHIOR LEIDECKER *de histor. Ianseniſmi lib. 1. c. 11. p. 37.* GRAMMOND. *lib. 15. histor. Gall.* Equidem THOMAS BARLOVIVS Lincolniensis episcopus, Anglicano sermone edidit libellum, in Gallicum anno 1681. translatum, atque editum sub tit. *traité historique sur le sujet de l' excommunication et de la deposition des Rois*, qua ostendere intendit, hunc esse *articulum fidei ecclesiae Romanae, quod Papa possit deponere principes, & regna eorum in alios transferre.* Si dixisset, hunc esse *articulum fidei curiae Romanae*, non erraussset; ast vbi pro *ecclesiae Romanae articulo fidei* in vniuersum hoc dogma vindicat, non adeo *bona fide* egit, sed forsan eos, qui huic fidei addicti sunt, odio publico in Anglia exponere voluit. Si quis vrgeat, *ecclesiae Romanae articulos fidei vbique esse eosdem*, id absolute admittere non possum; nam vt modo vidimus, Iesuitae Parisiis degentes viuunt *fide Gallicana*, Romae *Romana.* Sine dubio ergo *fide Romana* vixit, qui scripsit *disputationem apologeticam, in qua clare, perspicue & euidenter ex Scripturis, SS. patribus, & conciliis & XIII. efficacissimis rationibus demonstratur, penes pontificem esse potestatem, principes abdicandi, istam veritatem non solum esse conclusionem theologicam, quae errori opponitur, sed de fide etiam expresse definitam, ita vt contraria opinio absque manifesta haeresi sustentari non possit.* Vid PLACCII *theat. anon. p. 152.*

(V) *Parricidia regum principumque*, quos *tyrannos, impios*, vel *haereticos* clerus iudicat. Hoc scelestissimum dogma de *iure occidendi reges haereticos*, & quos clerus *tyrannos* dicit, nunquam damnauit Romana curia, nunquam improbauit ab eo potissimum tempore, quo MARIANAE libellus *de rege & regis institutione*, arresto Parlamenti Parisiensis d. 8. Iun. 1610. ad rogum condemnatus, ex orco in lucem protractus est. Imo per indirectum approbauit, dum impune, sine *censura*, Iesuitis aliisque hanc sententiam disseminare & defendere permittit, quam saniores horrent. Vnde *parallele de la doctrine des payens avec celle des Iesuites c. XI.* quod agit *du meurtre des Rois.* Vulgarissimi

s) Parricidia regum non improbata a curia Romana

mi ſunt indices *librorum prohibitorum* Romæ compilati. Hæc monſtra tamen in illis non notantur, nec lectio eorum prohibetur, nec ipſum dogma peſtilentiſſimum damnatur, manifeſto indicio, *per indirectum* illud approbari. Tacuit curia Romana, quando ſeditioſi hi libri, vt MARIANAE, ROSSAEI, IOANNIS PARVI, IOANNIS FALCKENBERGII aliorumque publice impugnati ſunt, imo condemnationem eorum quauis arte eluſit, vt vel *acta Conſtantienſis concilii* edocent, in quo PARVI & FALCKENBERGII libellorum condemnatio fruſtra poſtulata fuit. Nec poſtea Ieſuitis dicam ſcripſit curia Romana, quamuis eos vt huius doctrinæ propugnatores accuſet melior eccleſiæ Romanæ portio. Vid BEDAEI *Ius Regum contra Cardinalem Bellarminum & alios Ieſuitas anno 1612.* coniunctim cum *oratione ad curiam Parlamenti ſuper Henrici magni parricidiali nece* habita publicatum.

6) Promotæ rebelliones ſubditorum.

(VI) *Excitatio ſubditorum ad rebellionem contra legitimum principem.* Scelus hoc ſæpe perpetrauit papa; ſed optimo iure id eo ipſo ſe feciſſe autumat, quod ſubditos ab homagio & vinculo ſubiectionis, quo ad perpetuum obſequium obſtringuntur, ſe liberare poſſe cenſuerit, atque id ſæpius auſus fuerit. Armare ſubditos in regem: iis defectionem a legitimo principe imperare: rebellionem ſub *conſcientiæ* ratione populo inculcare: perduellionem ſub *virtutis* & *pietatis* larua celebrare, non eſt opus diſcipuli & vicarii, ſed hoſtis CHRISTI.

7) Dispoſitio libera de regnis infidelium.

(VII). *Dispoſitio libera de regnis & terris infidelium.* De hac *iniquiſſima temeritate* dixi in *diſſert. prælimin.* qua rurſus tot gentium latrocinia commiſſa, quorum cauſa in hoc quærenda principio. Notiſſimum eſt, virtute donationis papalis Hiſpanos occupaſſe Indorum terras, eosque ſua defendentes eradicaſſe, populisque his enunciaſſe, non ſe amplius dominos harum terrarum eſſe, poſtquam pontifex de iis aliter diſpoſuerit, quo ineptius nihil fingi potuit.

8) Prædicatio crucis ſanguinaria.

(VIII) *Prædicatio crucis ſanguinaria.* Hæc nihil aliud fuit, quam *tuba belli perpetua*, non tantum contra eos, qui terram S. inhabitarunt, ſed aduerſus quoscunque, cum quibus inimicitiam contraxerat pontifex, excitata ſub prætextu, quod *eccleſiæ*, *DEO* & *religioni* periculum immineret. Ita qui ad pacem omnes adducere & adhortari debuit, tot *ciuilium bellorum* autor fuit, atque nil niſi ſanguinem atque ignem ſpirauit ſub titulo commentitio futilique *bellorum domini.* Longa eſt iniuria infinitaque calamitas, orbi chriſtiano ſub hoc colore inflicta, ipſos reges principesque cruce ſignatos, eorum regna, principatus, terra

tas vna eademque ruina inuoluens. Nequidem *bona fide* cum iis, quos in lanienam miserat, egit, sed quandoque impediuit, ne in angustiis constitutis succurreretur. Hoc regi Francorum anno 1250. accidisse memorat MATTHAEVS *Parisiensis in histor. Angl. ad cit. ann. p. 694.* aiens: *Ipse Papa cruce signatos, ne in succursum regis aduenirent, PECVNIA CORRVPTVS impediuit, & absoluit a voto suæ peregrinationis, quos paulo ante per suos, quos mittit, Prædicatores & Minores, cruce signauit. Præterea cruce signatos Comites R. & aliis vendit magnatibus, sicut olim Iudæi consueuerunt oues & columbas in templo vendere, quos Deum legimus in euangelio in ira punitos eiecisse.* Calamitates per has expeditiones tot populis illatas in compendio refert FLEVRIVS *in histor. eccl. tom. XVIII.* ibique *in discurs. prælim.* additque: *On prechoit la croisade contre les princes excommuniez et rebelles à l' eglise, comme l' empereur Frideric II. et son fils Mainfroi. Et parce que les papes traitoient d' ennemis de l' eglise tous ceux, avec lesquels ils avoint quelque difference, même pour des interêts temporels: ils publioient aussi contre eux la croisade, qui etoit leur dernier resource contre les puissances, qui leur resistoint.* Singulis quippe sub specie religionis inculcatum est, quod olim LEO IV. anno 849 scripserat in *c. 46. C. 23. q. 5. quisquis in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cœlestia minime negabuntur.*

(IX) *Exemtio totalis clericorum a subiectione ciuili.* Hanc *omni iuri naturali, diuino veteri ac nouo, gentium, ciuili, canonico, conciliis, veteris ecclesiæ statutis, omnium fere Europæ populorum decretis, praxi ecclesiæ sub imperatoribus Romanis, Græcis, Germanis & regibus Italiæ Christianis, legibus imperii comitialibus, summorum inter Pontificios virorum sententiæ, paci & bono publico generis humani, & sanæ denique rationi directo contrariam esse*, distincte ostendit demonstrauitque B. a COCEI *de fundata in territor. potestate tit. 3.* vt huius attentati turpitudo, quæ insigne scelus alit, vlteriori illustratione non indigeat. 9) Exemtio cleri a subiectione ciuili.

(X) *Beneficiorum ecclesiasticorum publica nundinatio.* Hæc per aliquot secula tam impune Romæ exercita fuit, vt non defuerint, qui per summum scelus docerent, a papa nullam committi posse *Simoniam*, quod *omnium beneficiorum dominium* teneat, adeoque de iis tanquam de rebus suis disponat, contra quos impostores calamum strinxit IO. LAVNOIVS *de vener. eccles. Rom. traditione circa Simoniam.* Impostoras in nundinatione hac beneficiorum, a BONIFACIO IX. commissas refert FLEVRIVS *tom. XX. histor. eccles. p. 449. 456. 457.* &c. vt alia non addam, 10) Beneficiorum nundinatio,

Digitized by Google

11) Superſtitiones promotæ.

12) Perſecutiones.

13) inquiſitiones barbaræ.

14) Impoſturæ.

15) Concuſſiones piæ.

dam. Addere his poſſem (XI) *ſuperſtitiones monaſticas* a pontificibus promotas, de quibus vid. ERASMVS *lib. XII. epiſt. 10.* (XII) *crudelitatem* enormiſſimam, *perſecutiones* & *hæreticationes* plusquam *Tyrannicas*, præſertim in Belgio exercitas, de quibus vid. BRAND. *in hiſtor. Reform. Belg. tom. I. p. 4. ſeqq. 25.* &c. (XIII) *inquiſitionem barbaram Hiſpanicam* a pontificibus erectam, ab omni humanitate alienam, de qua vid. LIMBORCH *in hiſtor. inquiſ.* (XIV) *impoſturas ſacras* (XV) *concuſſiones pias* & artes excogitatas ad emungendos ſimpliciores ſimiliaque; ſed hæc notiora ſunt, quam vt hic explicari debeant, ita tamen comparata, vt in claſſem *criminum verorum* merito referri debuiſſent, ſi id e re Romanæ curiæ fuiſſet.

Iure canonico omnia delicta ſunt publica, nulla priuata.

§. LXX. Nimium fere excreuit meditatio mea de *criminibus* tum nouiter in eccleſia effictis, tum neglectis & non agnitis, merito tamen agnoſcendis, quam tamen præterire nolui, ne aliquid intactum reliquiſſe videar. Circa hæc præterea obſeruatio communis interpretum eſt, quod *ius canonicum ſuſtulerit diſtinctionem ciuilem inter priuata delicta & publica, & omnia voluerit eſſe publica*, docente CORVINO *in aphor. iur. canon. lib. IV. tit. 1. n. 3.* Idem cum aliis tradunt FARINACIVS *lib. I. pr. crim. tit. 3. q. 18. n. 16.* atque FERMOSINVS *ad h. tit. qu. 1. n. 23.* idque autoritate *gloſſæ in c. 17. C. 6. q. 1. verbo: fures.* quæ ex adducto textu id, ſed inepte, inferre voluit. Admitto tamen hanc doctrinam, 1) quod, prout ſupra iam obſeruatum eſt, episcopi olim omnia *peccata*, *delicta* & *crimina* ad ſuam cenſuram, *pœnitentiæ imponendæ* gratia, traxerint, a quo fine abhorrebat iuris Romani communis diuiſio: 2) quod INNOCENTIVS III. prout mox dicendum erit, in tantum dilatauerit *inquiſitionem*, vt rurſus ad quæuis delicta tracta, & ſimul ad fora *ſecularia* deducta fuerit. Rudera quidem iuris Romani adhuc ſuperſunt in *iniuriarum* actione, imo in *furtis* quoque retenta in *art. 157.* & *158.* Enimuero ſicuti in *furtis* fere omnis vſus forenſis deeſt; ita *æſtimatoria iniuriarum*, que vnice ſupereſt, regulam prædictam non deſtruit, quæ ab eis, quæ regulariter fiunt, deſumenda. Ad minimum inde conſtat, qui factum fuerit, vt tot *actiones pœnales* iuris Romani, quibus ad *pœnam ciuilem* agitur, recipi haud potuerint. Obſtitit videlicet *ius canonicum*, vnde praxis forenſis tam in *ciuilibus* quam *criminalibus* efformata eſt, vt iuris Romani diuerſitas delictorum recipi haud potuerit, quod iudicia eo cum maiori auiditate amplexa ſunt, quod

quæ doctrina in foris criminalibus etiam recepta.

Digitized by Google

quod compendiis mulctarum, quæ *iure Germanico* iurisdictioni cohærent, prodesset, atque *fructus iurisdictionis* augeret.

§. LXXII. *Forum* quod concernit, *episcopi* quidem iudicabant de criminibus quorumcunque quoad infligendam *censuram* & *pœnitentiam*, quandoque etiam de *regum* & *imperatorum* facinoribus, sed rarius forsan, quod sublimitas eorum effectum omnem iudicio huic subtraheret, nisi sponte se *pœnitentiæ* subiicere vellent, quorsum AMBROSII in THEODOSIVM iudicium spectat, adeoque GREGORIVM VII. suo tempore more prorsus nouo egisse scriptores illius æui passim fatentur. Episcopi delinquentes in *synodis prouincialibus* in ius vocabantur, & probato crimine, deponebantur, qua praxi ecclesiæ vsæ sunt diuturno tempore, non obstantibus *synodi Sardicensis* statutis, prout plenius euincunt PETRVS de MARCA *de C. S. & imper. lib. VII. c. 1. sqq.* DV PIN. *de discipl. eccles. diss. 2.* aliique. Nata hæc est disciplina ex *statu* primitiuæ ecclesiæ sub persecutionibus, in quo res suas sibi habere iubebantur christiani, a republica prorsus derelicti & oppressi, adeoque omni publico destituti iudice *iudicia* inter se *conuentionalia* instituere coacti sunt, quæ vel in *singulis ecclesiis* ratione causarum priuatarum ecclesiasticarum, vel in *synodis prouincialibus* exercebantur intuitu causarum *publicarum* seu *communium*, quorsum etiam referebant *crimina episcoporum*, ob quæ eiiciendi & consequenter ab officio remouendi erant. Alio iudice destituebantur: omnes inter se æquales erant episcopi: alter in alterum nullam habebat iurisdictionem, quæ tamen per modum *conuentionis* in synodis prouinciæ illius, vbi delictum erat commissum, exercebatur, vt præter P. DE MARCA *cit. l. c. 1.* ostendi *in diss. iur. eccles. antiq. ad Plinium & Tertull. diss. 3. §. 70. sqq.* Pedetentim ex ISIDORI *decretalibus spuriis* has episcoporum causas ad se traxit pontifex, quod essent *arduæ* & *maiores*, maiorem iudicem, i. e. pontificem, desiderantes, vt P. DE MARCA *cit. l. c. 20. sqq.* obseruat. Noui, eruditos in Romana ecclesia de *foro* & *iudice episcoporum* contentiones fluctusque mouisse, quibusdam in fauorem curiæ Romanæ scribentibus, nonnullis causam synodorum prouincialium agentibus, cui dissidio me non immittam, cui satis est, paucis tantum retulisse primarios vtriusque causæ patronos. Curiæ Romanæ partes susceperunt DAVIDIVS *de iudiciis episcop. canonicis*, & CHRITIANVS LVPVS, in omnibus curiæ Romanæ addictissimus, *de appellationibus*. Autoritatem Synodorum antiquam propugnarunt PETRVS DE MARCA *cit. l.*

Iudices competentes olim erant episcopi,

& quoad episcopos synodi prouinciales,

quorum crimina tandem pontifex ad suum forum traxit ex Isidori spuriis epistolis.

BOI-

BOILEAV *de antiq. & maioribus epiſcoporum cauſis*, IO. GERBASIVS *de cauſis maioribus*, DV PIN. *de diſcipl. eccleſ. diſſ. 2.* in qua potiſſimum LVPI argumenta examinat, & ſynodorum antiquarum iura tuetur. Horum veſtigia quædam etiam collegit GRATIANVS in *c. 1. 2. 3. ſqq. C. 3. q. 6. c. 1. ſq. C. 3. q. 8. c. 1. ſqq. C. 5. q. 5.* Inferiores *clerici* coram ſuo epiſcopo accuſati in *crimine eccleſiaſtico*, in *ciuili* vero coram iudice *ciuili* per *au.h. clericus. C. de epiſc. & cler.* Sed quia id moleſtum videbatur epiſcopis, clericos ſub ſua tantum iurisdictione conſtitutos credentibus, FRIDERICVS I. *in auth. ſtatuimus. C. eod.* generatim in *quæſtione criminali* eos iudicio epiſcopali ſubiecit, quod auide ius canonicum recepit. *c. 4. 8. X. de iudic. c. 1. & 13. X. de for.* de quo *tom. I. iur. eccl.* actum. Conf. CORVINVS *in aphor. iur. can. lib. I. tit. 29. n. 5. & 6.*

Clericos Fridericus I. in criminibus tantum ſubiecit epiſcopis.

Forma accuſationis antiqua.

§. LXXIII. *Formam* præterea deſiderarunt patres in accuſationibus, ſeu *vt iudicium ordinabiliter ſit habitum*, vt dicitur in *c. 7. C. 2. q. 1.* h. e. vt *cit. l.* diſponitur, ſi eo præſente, qui accuſatus eſt, ſub iureiurando contra eum teſtimonium dictum: ſi in ſcriptis actum: ſi ipſe licentiam reſpondendi & defendendi ſe habuerit: ſi partibus præſentibus ſententia recitata. Hæc præcipue deſiderat GREGORIVS M. *lib. 2. ep. 52.* etiam relatus in *coll. canon.* ABONIS *Abb. c. 44.* a MABILLON. edita in *veter. anal. p. 146. nouiſſ. edit.* Ante omnia *in ſcriptis* peragenda cuncta, quod etiam ius Romanum deſiderabat in *l. 3. de accuſ.* vnde pleraque deſumta ſunt. *c. 9. C. 2. qu. 1. c. 1. C. 2. q. 8.* Præterea vero *præſens* in ſcriptis accuſare debebat: accuſatio *abſentis* in ſcriptis non recipienda, ſicuti nec *abſens* eodem modo accuſari poterat. *c. 5. C. 2. q. 8. C. 3. qu. 9.* In *concil. Arelat. de anno 314. c. 13. tom. I. concil.* HARDVIN. *p. 265.* idem inculcatum fuiſſe videtur, cautumque, vt omnia ex *actis publicis* doceantur. Adeo vero iuris Romani placita aſſumta ſunt, vt HADRIANI I. *capitula* apud HARDVIN. *tom. 3. pag. 2065.* quæ *de accuſationibus* agunt, ad hæc principia accommodata ſint. In *c. 5.* ita cauetur: *Abſente aduerſario non audiatur; nec ſententia abſente parte alia a iudice dicta vllam obtinebit firmitatem. Neque abſens per alium accſare aut accuſari poteſt.* Porro in *c. 7. Quisque ille eſt, qui crimen intendit, in iudicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inſcriptionis arripiat, cuſtodiæ ſimilitudinem, habita tamen dignitatis æſtimatione, patiatur, nec ſibi nouerit fore licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vin-*

dictam

Digitized by Google

dictam poſcat ſimilitudo ſupplicii, quæ verba deſumta ſunt ex *l. 3. C. qui accuſ. non poſſ.* prout ſupra *§. 21.* dictum.

§. LXXIV. Si reus crimen negat, accuſator id probare debet legitime, nec cauſa *negationis* ab eo exigi poteſt, vt in *actis concil. Chalced.* habetur apud HARDVIN. *tom. II. concil. p. 523.* & rectæ rationi conforme eſt. Conuincendus autem reus per *innocentes & canonice examinatos* teſtes, *c. 25. C. 2. q. 1.* quod demum *iuſtum & verum iudicium* vocatur in *c. 13. ibid.* eodem ſenſu, quo impotentia ad coniugium per tale iudicium eruendum eſſe dicitur, ceu ſupra *p. 239.* dictum eſt. Nam etiam *cenſura eccleſiaſtica*, imprimis vero, ſi quis ita deliquerat, vt ab *omni eccleſiæ commercio & communione precum* relegandus eſſet, res magni præiudicii erat, vel TERTVLLIANO iudice *in apol. c. 39.* adeoque patres arbitrabantur, *non temere aut quomodolibet, ſed per iudicium auferendos eſſe malos ab eccleſiæ communione;* alioquin potius tolerandos, ex ſententia AVGVSTINI in *c. 18. C. 2. qu. 1.* Proinde nec fides habenda accuſatori, ſi vel maxime *ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis* erat, *c. 50. C. 2. q. 7.* quod nemo ſimul *accuſator* & *teſtis* eſſe poterat, quin potius probatio luce meridiana clarior deſiderabatur. Etiam ius ciuile cum hac doctrina conſpirat, quod iuxta *l. f. C. de probat.* deſiderat accuſationem *munitam idoneis teſtibus, vel inſtructam apertiſſimis documentis vel indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expeditam*, quæ verba etiam reguſtauit GRATIANVS in *c. 2. C. 2. q. 8.*

Modus probandi crimina

ſoli accuſatori non credebatur,

§. LXXV. Inde vero liquet, iuxta *ius vtrumque* tres eſſe modos crimina probandi 1) per *teſtes*, 2) *tabulas* & 3) *indubitata argumenta.* Primus modus, *teſtibus* perficiendus, indubius eſt, & citra controuerſiam ab omnibus recipitur. Sint tamen teſtes α) *habiles*, de quo ad *tit. de teſtibus* dictum. Vid. interim *l. ſqq. C. 3. q. 5. c. 1. ſqq. C. 4. q. 2. & 3.* & *art. 63. ſqq. conſt. crim. Carol.* β) ad minimum *duo* vel *tres. c. 1. C. 2. q. 4.* Enormis & exorbitans numerus eſt, quem in *condemnatione cleri* deſiderarunt Papa SYLVESTER & LEO IV. in *c. 2. 3. C. 2 q. 4.* vt presbyter non niſi 44, diaconus 27, ſubdiaconus & reliqui clerici minores ſeptem, epiſcopus vero 72. teſtibus, vel *duodecim epiſcopis* conuincendus ſit, *quæ abſurditas tam aperta eſt, tam in oculos omnium incurrit, vt eam tegere color nullus poſſit*, vt ait ANTON. MATTHAEI *de crimin. ad lib. 48. tit. 15. c. 3. n. 7.* Quæ ratio quoque forſan mouit *gloſſam ad cit. c. 2.* vt audacter pronunciaret, quod ſi etiam papa per duos teſtes delicti

Probanda crimina 1) per teſtes

magnum numerum deſiderant in clerici condemnatione,

liĉti alicuius conuinci valeret, ille æque ac diabolus damnandus esset. Non ero multus in recensendis prætextibus, ab interpretibus afferri solitis, qui vbique nuditatem suam produnt. Interim vix probabile est, tam aperte ἀπόκρυφα constitui potuisse, eo tempore, quo Pontifices ea auctoritate nondum pollebant, vt libere & pro lubitu eiusmodi prodigia & monstra edere potuerint. Quin potius sic habendum: α) textum ex synodo Romana, cui SYLVESTER præfuisse dicitur, desumtum in *c. 2. cit.* esse subleſtæ fidei, ipsumque concilium *apocryphum*, vt nec diffitetur HARDVINVS. *tom. I. concil. p. 288. in not. margin.* β) non de *testibus*, veritatis dicendæ causa adhibendis, sed potius de *legitimo iudicio*, quo clerici condemnandi sunt, eum intelligi posse. In *c. 3. dicti concil. apocryphi* dicitur diserte, *præsulem summum non damnari, nisi IN LXXII. presbyterum autem nisi IN XLIV. TESTIMONIIS*; denique clerici minores non nisi *IN SEPTEM TESTIMONIIS* h. e. *in præsentia septem iudicum*, sicuti episcopi iudicari & condemnari non poterant, nisi in *præsentia* LXXII. vel in tot hominum *conspectu*, qui sententiam ferant, qui hoc casu *testes* abusiue dicuntur, quod non de *crimine commisso*, sed de *condemnatione* eius testimonium ferre deberent. GRATIANI lectio in *cit. c. 2.* huc quoque redit: *præsul non damnabitur, nisi CVM LXXII. TESTIBVS* h. e. *ex sententia LXXII iudicum*, vt LEO IV. pseudo-SYLVESTRVM intellexisse videtur, aiens: *Aut certe probata sententia per LXXII testes idoneos.* Palam est, de *sententia*, de *condemnatione legitima*, non de ipsa *probatione criminum* hæc verba accipienda esse, quæ nec abludunt ab antiqua ecclesiæ disciplina. Constat ex *l. 20. C. Theod. quor. appell. non recip.* CHRONOPIVM episcopatu anno 369. deiectum a *iudicio LXX episcoporum* prouocasse ad præfectum vrbi; in qua lege sine dubio numerus rotundus est subſtitutus loco *LXXII.* Alia exempla suppeditat IACOBVS GOTHOFREDVS *ad cit. l. circa fin.* & ad *synodum Romanam* prouocat. Quin etiam illud constat, quoniam non semper synodi congregari poterant, in arbitrio eius, qui prouocabat, fuisse, causam suam *XII. episcoporum iudicio* submittere, obseruante P. DE MARCA *cit. l. c. 16. §. 3.* quorum rursus LEO IV. mentionem iniicit, & ex antiqua ecclesiæ disciplina dicto modo explicandus est. De *vero* & *proprie dicto testimonio* hos textus accepisse videtur IO. DARTIS *in comm. ad Decret. Gratiani cit. l. p. 192.* prouocans ad concilium Sinuessanum, quod anno 303. habitum censent. Id vero suppositicium esse, ex consensu plerorumque erudi-

contrarium vero ostenditur,

& verus sensus textuum iuris canonici eruitur,

qui de numero iudicum loquuntur,

secundum antiquam ecclesiæ praxin.

Digitized by Google

eruditorum refert HARDVINVS *tom. I. concil. p. 217.* quod etiam ipſa ſeries rerum, ab abſurditate haud aliena, docet. Palam itaque eſt, in criminibus probandis in genere *duos* vel *tres* ſufficere teſtes, quos etiam duntaxat deſiderat *ſanctio Carolina art. 67.* So eine Miſſethat zum wenigſten mit zweyen oder dreyen glaubhaften Zeugen, die von einem wahren Wiſſen ſeyn, bewieſen wird, darauf ſoll nach Geſtalt der Verhandelung mit peinlichen Rechten vollnfahren und geurtheilet werden. Conf. *1 Tim. V, 19.*

§. LXXVI. Alter modus probandi crimina per *inſtrumenta* magis in contentionem trahi ſolet ab interpretibus, vid. FARINAC. *pr. crim. qu. 84.* IVLIVS CLARVS *§. fin. qu. 54.* cum tamen documenta æqualem vim probandi cum teſtibus habeant, *l. 15. C. de fid. inſtrum.* & *l. f. C. de probat.* inſtrumenta euidentiſſima in criminibus probandis admittat. Quæ in contrarium adferri ſolent, parum roboris habent, vt optime oſtendit ANTON. MATTHAEI *de crimin. ad lib. 48. tit. 15. c. 5.* Videlicet ſicut crimina non per quascunque teſtium depoſitiones plene probantur, ſed tunc demum, ſi & *habiles* ſunt, & concludentem *ſcientiæ* rationem allegare queunt; ita quoque non quælibet tabulæ probant crimina, niſi vim probandi habeant, (h. e. niſi a ſcribente recognitæ fuerint *priuatæ* tabulæ, vel publica autoritate polleant) & crimen ipſum *directo* ex iis inferri poſſit. Quædam enim ipſis in *tabulis* continentur & committuntur, vt crimen *proditionis, reuelationis arcanorum, falſi, famoſi libelli, blasphemiæ, hæreſeos, ambitus, repetundarum, corruptionis, concuſſionis, ſtellionatus, vſurariæ prauitatis, periurii, præuaricationis, ſciêntiæ criminis* ab alio commiſſi, ſed non reuelati: quædam extra *ſcripturam* commiſſa per *literas proprias* produntur. Prioris generis quæ ſunt, *directo* ex *tabulis recognitis* probari poſſe palam eſt, cum tabulæ ipſum *corpus delicti* contineant; non item poſterioris generis, in quibus tabulæ *confeſſionem extraiudicialem* criminis continent, vt ſi ex literis de adulteriis, ſtupro, raptu, homicidio &c. commiſſis conſtet. Quod ſi enim ipſum *delictum* a reo poſtea nihilominus negatum fuerit, epiſtolæ ab eo ſcriptæ & contra eum productæ nil niſi *extraiudicialem confeſſionem* continent, quæ plene delictum non probant, adeo, vt iuxta *ius Carolinum* tortura hoc caſu dictanda ſit per *art. 32.* Conf. LAVTERBACH *de epiſt: th. 25.* it. *ad tit. de priuat. delict. th. 25.* BRVNNEM. *ad l. f. C. de probat. n. 3.* IVL. PACIVS *ad cit. l. f. C. de probat. n. 7.* TABOR. *racem. crimin. 1. th. 37.* Optime ait CLAV-

2) Per inſtrumenta,

ſi crimina directo in tabulis continentur,

non quæ tantum per tabulas produntur,

quod illuſtratur ex l. 16. de pœn.

CLAVDIVS SATVRNINVS in *l. 16. pr. d. pœn.* puniri aut *facta:* aut *dicta:* aut *scripta*: (vt falsi & famosi libelli) aut consilia (vt *coniurationes* & *latronum conscientia*) aut *persuasiones ad scelus grauissimum perpetrandum.* Prima & secunda species ad posteriorem classem pertinent, quæ plene ex epistolis vel scriptura non probantur: tertia & quarta ad primam classem referenda, qua actum fuit de criminibus in literis ipsis commissis. Quidni ergo ex literis plene & euidenter probari possent? Ita *falsi* crimen per scripturam probari posse, docet *c. f. de iurei. in 6. c. 5. de crim. falsi.* Nec de *vsuraria prauitate* aliud iudicium ferendum censuit CLEMENS V. in *clem. vn. de vsur.* Defensio hæreticorum *scriptis* fieri potest, quæ *delictum* continet ex sententia *c. u. X. de hæretic.* Calumnia ex *chirographo* potest probari, quod ob accusandum datum est accusatori *l. 15. pr. ad SC. Turpill.* Conf. PETRVS GILCKENIVS *ad cit. l. f. C. de prob. n. 5.*

8) Per indubitata indicia,

LXXVII. Tertius modus probandi crimina per *indubitata indicia*, cuius tum in *l. f. C. de probat.* tum in decreto GRATIANI *cit. l.* mentio iniicitur, grauioribus adhuc dubiis inuolutus est. Sciendum autem est, *indicia* esse argumenta, quæ quidem *directo* non euincunt delictum, sed admodum *suspectum* reddunt indiciis grauatum de commisso crimine. Si quis a testibus de crimine, quod in eorum oculos incurrit, conuincitur, *directo* crimen probatum dicendum est. Ast sola *indicia* non *directo* autorem criminis demonstrant, sed *suspicione* aliqua onerant.

quod primo exemplis illustratur,

Idoneis quibusdam exemplis obseruationem hanc illustrat PETRVS GILCKENIVS *ad. cit. l. f. n. 8.* quæ legi merentur. Inter hæc etiam sequens a CICERONE *lib. I. de diuinat.* allatum celebre est: *cum duo quidam Arcades familiares iter vna facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse: ad hospitem alterum. Quivt cænati quiescerent, connubia nocte visum esse in somniis ei, qui erat in hospitio, vt alterum orare, vt subueniret, quod sibi a caupone interitus pararetur, eum primo perterritum somnio surrexisse: deinde cum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse: tum ei dormienti eundem illum visum esse rogare, vt quoniam sibi viuo non subuenisset, mortem suam ne inultam esse pateretur: se interfectum in plaustrum a caupone esse coniectum, & supra stercus esse iniectum: petere vt mane ad portam adesset, priusquam plaustrum ex oppido exiret, hoc vero somnio eum commotum, mane bubulco præsto ad portam fuisse: quæsisse ex eo, quid esset in plaustro: illum perterritum fugisse, mortuum erutum esse: cauponem, re patefacta, pœnam dedisse,*

Digitized by Google

dediſſe. Plura in hac ſpecie concurrebant indicia: α) cadaueris cruenti inuentio: β) ſuſpectiſſima eiusdem occultatio ſub fimo: γ) delatio eiusdem extra ciuitatem occulta: δ) cauponis trepidatio, pallor, fuga: ε) ſodalis ſomnia. Grauiſſima hæc erant argumenta, quæ cauponem ſuſpicione ſceleris perpetrati onerabant. Quid ergo, ſi nihilominus ſe interemiſſe occiſum negauerit, an pro *conuicto* ex adductis argumentis haberi poteſt? Secundum ius ciuile *in theſi* quæſtionem ante propoſitam affirmari poſſe cenſent nonnulli, modo *violentiſſima indicia* fuerint, tum quod in *l. 34. & auth. ſi quis ei. C. ad L. Iul. de adulter.* ex argumentis grauiſſimis adulterium euinci poſſe aſſeratur: tum quod *l. cit. f. C. de probat.* id diſerte euincat, quod pluribus aliis rationum momentis probatum dedit ANTON. MATTHAEI *de crimin. ad. lib. 48. tit. 15. c. 6.* definiendo, indiciis grauiſſimis conuictum reum *pœna ordinaria* plecti poſſe, quam in ſententiam eam iuit GILCKENIVS *cit. l. n. 17. ſqq.* Alii negant quæſtionem ſimpliciter, prouocantes ad *l. 5. D. de pœn.* vbi dicitur: *ex ſuſpicionibus nemo damnandus eſt*, quod porro illuſtrat *l. 3. §. 1. ad SCt. Sylan.* Medii cum aliis incedit via DIODORVS TVLDENVS *in comment. ad C. tit. de probat. n. 22.* exiſtimando argumentis grauioribus conuictum vel oneratum condemnari quidem poſſe, ſed non ad *ordinariam* verum ad *extraordinariam* ſubeundam, quod non plene conuictus ſit delinquens, & in dubio ſeruiori ſententia mitior præferenda ſit.

deinde legibus.

Negantium fundamenta.

§. LXXVIII. Pondera rationum, a prælaudatis interpretibus iuris allatarum, qui æquo trutinauerit iudicio, facile animaduertet, ANTONII MATTHAEI argumentis maius robur ineſſe, præſertim cum ſolide demonſtauerit, rationibus diſſentientium, imprimis TVLDENI (quem tamen non nominat, falſe tamen perſtringit) nullam vim probandi concludentem ineſſe. Oratores præcipue in eo arcem cauſæ omnis, quam propugnandam *in foro* ſuſceperunt, conſtituerunt, vt, quem teſtibus & documentis conuinci non poſſe ſciebant, eundem argumentis pluribus coaceruatis conuincerent, adeoque imprimis ſolliciti eſſent, in ordinandis recte *locis argumentorum*, vnde tanquam ex ſua *ſede ordinaria* varia argumenta depromi & coniungi poterant, (QVINTIL. *lib. V. inſtit. orat. c. 10*) quæ ſi vel maxime ſingula ſuo pondere parum mouent, *multum tamen, cum ſunt coaceruata, proficiunt*, vt ait CICERO *in Top.* Aperte IDEM *lib. 2. de orat. Si & ferro interfectus eſt ille, & tu inimicus eius cum gladio cruento comprehenſus es, in illo ipſo loco, & nemo præter te ibi viſus*

Affirmatiua defenditur.

eſt, & cauſa nemini & tu ſemper audax: quid eſt, quod de facinore dubitare poſſimus? En cumulum circumſtantiarum argumentorumque, quorum vis adhuc magis augetur, ſi ea non fatetur, ſed de iis *conuincitur; ſi enim negat, hic cauſæ cardinem ponit, in quo ſi victus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Non enim videtur in negando mentiturus fuiſſe, niſi deſperaſſet, id poſſe defendi, ſi conſideretur*, vt QVINTILIANI verbis vtar *lib. 5. inſtit. orat. c. 12.* Ipſi Cæſares, tum in *iure*, tum in *arte oratoria* inſtructi, probationi per *argumenta* vim inſignem tribuerunt, quod vel HADRIANI reſcriptum in *l. 3. §. 2. de teſtib.* docet: *quæ ARGVMENTA, ad quem modum probandæ cuique rei SVFFICIANT, nullo certo modo ſatis definiri poteſt: ſicut non ſemper ita ſæpe ſine publicis monumentis cuiusque rei veritas deprehenditur.* Totam denique rem committit prudentis iudicis arbitrio, aiens: *ex ſententia animi tui te æſtimare oportet, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris.* Enimuero in re tanti præiudicii iudici hoc inuidioſum & reo pernicioſum eſſe cenſet TVLDENVS *cit. l.* adeoque hoc arbitrium ad fidem teſtibus habendam coarctat, contra mentem ICti, qui de *integra probatione* & de quauis cauſa probanda loquitur. Rurſus HADRIANVS, ſpeciatim de criminibus edifſerens, in *l. 1. §. 4. de quæſt. argumentis cauſam examinandam*, non vero in ſerui vnius quæſtione fidem rei conſtituendam cenſet. Idem in *l. 5. §. 6. de re milit.* vim *argumentorum* in probationibus laudat, atque, quantum eis tribui debeat, oſtendit. Denique in *l. 2. quorum appell. non recip.* imperatores conſtituunt, ne de ſcelere *argumentis convictus, teſtibus ſuperatus, voce etiam propria vitium ſcelusque confeſſus* audiatur appellans. In *ſeqq.* tres rurſus modos probandi oſtendit, *teſtibus productis, inſtrumentis prolatis, aliis argumentis præſtitis.*

Fori hodierni contraria doctrina tamen prævaluit.

§. LXXXIX. Enim vero in hac quæſtione maioris partis conſenſus atque doctrina contraria ita prævaluit, vt *ſanctione Carolina* fuerit roborata. Nam in *art. 22.* diſertis diſpoſitum verbis: Es iſt auch zumercken, daß niemand auf einigerley Anzeigung, Argwohn, Wahnzeichen oder Verdacht endlich zur peinlichen Straffe ſoll verurtheilet werden, ſondern allein peinlich mag man drauf fragen, ſo die Anzeigung gnugſam iſt. Hoc modo ſolis *argumentis* nemo conuinci poteſt, ſed confeſſio delinquentis, tormentis expreſſa, eis accedere debet. Hoc rurſus CAROLVS V. in *art. 22.* hac declarat ſententia: Soll iemand endlich zur peinlichen Straffe verurtheilet werden, das muß aus eigenem Beken-

Digitized by Google

Bekennen oder Beweiſung beſchehen, und nicht auf Vermuthung und Anzeigung, quod etiam *art. 69.* roboratum eſt. Hac ſententia rurſus id egit, vt probationi per cumulum *argumentorum* vim plenam quoad effectum *condemnationis* ſubtraheret, & hoc modo mentem *iuris canonici* accipiendam eſſe cenſeret. In *c. 1. C. 2. q. 1.* dicitur: *Nos in quenquam ſententiam ferre non poſſumus, niſi aut conuictum aut ſponte confeſſum.* In *c. 5. eod.* aut *confeſſus* aut *conuictus* reus deſideratur, in quem aliquid ſtatui debeat. In quem *c. 10. ibid.* irrationabiliter dicitur eiectus, qui neque *conuictus* neque *confeſſus* erat. Quæ cum ita ſint, *iudex* quidem *inferior* ab hoc tramite præſcripto in Germania recedere nequit; facilius *princeps*, qui legibus non tenetur, adeoque ſæpe expedit, cauſam ad eum potius referre, quam torturæ incertæ & lubricæ cauſam committere. Ita *Menſ. Nou. 1725.* Facultas noſtra furi, qui ſacrilegiis furtisque quam plurimis ſe nobilitauerat, torturam quidem dictauit, ſed ſimul decreuit, cauſam cum omnibus circumſtantiis referendam eſſe principi, eiusque deciſioni reliquendum, annon ex tot *grauiſſimis argumentis*, in actis occurrentibus, ipſum pro conuicto habendum, ſtatimque condemnandum eſſe conſtituere vellet? En verba clauſulæ, rationibus decidendi ſubiectæ: So haben wir zwar bey ſochen Umſtänden, da er nicht de ipſo ſacrilegio commiſſo, ſondern nur dieſes allein durch Zeugen überführet iſt, daß er den ſilbernen Todten-Kopff und Crucifix verkaufft (id quod itidem ſtrenue negauerat) nach den vorgeſchriebenen Reguln des peinlichen proceſſus nicht definitiue auf die Straffe, ſondern einzig und allein auf die Marter erkennen können. Gleichwie aber bereits einige bewehrte Rechts-Lehrer angemercket haben, quod aliquando ex indiciis indubitatis, quæ ſimul ad factum concurrunt, circumſtantiis ſuadentibus inquiſitus pœna ordinaria potius affici quam torturæ ſubiici poſſit & debeat.

Princeps tamen hodie extra ordinem vim plenam probandi argumentis tribuere poteſt.

ANTON MATTHAEI *de crimin. ad lib. 48. tit. 15. c. 6.*
10. A SANDE *lib. 5. tit. 9. deciſ. 15.*
TRENTACINQ. *lib. 2. var. reſol. tit. de dolo reſ. 2. n. 7.*
SARMIENTVS *lib. 1. ſelect. interpr. c. 1.*

Dergleichen indubitata indicia bey dem, am 1. und 2. Chriſt-Feyer-Tage geſchehenen Kirchen-Raube und andern Diebſtälen, ſo ferne Schätzer und Ebert ihre Auſſage mit dem Tode beſtärcken ſolten, ſich finden, ſo haben wir zwar in decidendo dieſer Meynung, welche ſonſten

sten den Gemeinen Käyserlichen Rechten nicht zuwider ist, nicht beypflichten können, angesehen nach der peinl. Halsger. Ordn. *art. 22. 67. 69.* ad dictandam pœnam ordinariam nöthig ist, daß wenn der Inquisit nicht bekennen will, er wenigstens des delicti commissi völlig überzeuget seyn müsse, dergestalt, daß ex solis indiciis vrgentissimis niemand condemniret werden solle; nichts desto weniger aber nicht umbhin können, dieses in sententia anbey zu fügen, daß bey denen vorhin angeführten extraordinairen und gantz besondern Umständen zuforderst Sr. Kön. Maj. allergnädigste Willens-Meynung darüber zu erwarten sey, als welche bey dem processu criminali freyere Hände haben, und den Inquisiten, wenn alle vorhin ergangene Umstände zusammen gefasset werden, wol pro conuicto halten, und mit der ordinaria pœna belegen können, nachdem nicht wenig zu befürchten, daß weil er pertinacissimus und gantz unverschämt in negando gewesen, er auch durch den grössesten Grad der Marter zu einer vollkommnen und richtigen oder beständigen Bekäntniß schwerlich gebracht werden dürfte; ja wenn auch solches geschehen solte, dennoch seine gantze Aufführung darthut, daß er den criminal-process aus der Erfahrung ad vnguem verstehet, und also bey seiner Bekäntniß schwerlich verbleiben, ja es endlich so weit bringen werde, daß er imposita pœna extraordinaria mit dem Leben davon komme. &c.

Accusatis recriminandi potestas est ademta,

§. LXXX. Effectus *notæ accusationis* varius est. Etenim (I) accusatis *recriminandi* potestas est ademta, *quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes*, iuxta effatum STEPHANI in *c. 1. C. 3. q. 11.* Desumta haec est sententia ex legibus imperatorum, traditis in *tit. C. de his qui accus. non poss. Neganda est*, aiunt imperatores in *l. 19. C. eod. accusatis licentia criminandi in pari vel minori crimine, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint*, quæ verba etiam refert GRATIANVS *c. 2. cit. l.* *Grauiora* crimina obiicere licet iuxta *l. 1. C. eod.* & *c. 4. C. 3. q. 11.* quæ omnia desumta sunt ex scitis ciuilibus, & a Pseudo-ISIDORO papis tributa, vt etiam obseruat MORINVS *de sacram. pœnit. lib. II. c. 14. §. 1.* eaque iuxta antiquam ecclesiæ disciplinam explicat neruose pariter atque erudite.

nisi de graulore crimine,

interim promoueri nequit.

(II) Qui sceleris alicuius insimulatus est, interim non potest promoueri ad dignitates ecclesiasticas, *c. 4. X. h. t.* non quod accusatus ex accusatione *infamiam facti* contrahat, id quod cum aliis fingit FERMOSINVS *de criminib. ad cit. c. 4.* sed quod turpius eiiciatur quam non admittatur hospes; imo sufficiat,

quod

quod non ſit *irreprehenſibilis*, quamdiu ſuſpicionem criminis imputati a ſe non remouerit. Inde quoque fluit (III) quod *pendente accuſa-tione* interim ab officio ſuſpendendus ſit, *c. 2. X. de purg. canon.* ſcandali euitandi gratia, vt infra *tit. de pœn.* plenius tradendum erit. STRYK. *de ſuſpenſ. ab offic. c. 3. n. 20. ſqq.* — ſed ab officio ſuſpenditur.

§. LXXXI. Pedem promoueo ad *PROCESSVM INQVISITORIVM*, iuri Romano incognitum, & ab INNOCENTIO III. nouiter fabricatum atque pro norma vniuerſali *ſecundum quid* introductum, vt fere hodie vſus *accuſationum* rarior, *inquiſitionum* vero vſitatior per totam Germaniam factus fuerit. Tempore GRATIANI veſtigia eius defeciſſe, plenius ſupra obſeruaui, ſi exceperis caſum *notorii delicti* vel cauſam *fidei læſæ*, quod antiqua eccleſiæ diſciplina ad *leges Romanas* accommodata & compoſita fuerit. His vero *proceſſum accuſatorium* tantum cognitum fuiſſe, leges vbique loquuntur, quod etiam variis argumentis demonſtrat atque exornat B. THOMAS. *de origine proceſſ. inquiſ. §. 35. ſqq.* Aperte CICERO pro ROSC. AMERINO *c. 20. Quare facile omnes patimur, eſſe quamplurimos accuſatores, quod innocens ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt, nocens, NISI ACCVSATVS FVERIT, condemnari non poteſt.* Cum autem in proceſſu *inquiſitorio* deficiat *accuſator*, palam eſt, eum a rationibus *iuris Romani* abhorruiſſe, nec leges, quæ a Patronis eius adferuntur, eum euincere, vt rurſus ſolide docet B. THOMAS. *cit. l. §. 38. ſqq.* Satis notanter ait VLPIANVS in *l. 6. §. 2. de muner. & honor. Si quis accuſatorem non habeat, non debet honoribus prohiberi: quemadmodum non debet is, cuius accuſator deſiiterit; ita enim imperator noſter cum diuo patre ſuo reſcripſit.* Inceſtum non puniri ait ICtus in *l. 38. §. 7. ad L. Iul. de adult. ſi nemo reum poſtulauit*, quemadmodum adulteria impunita erant, quibus deerat accuſator. Reduxit tamen hoc caſu antiquum Romanorum morem TIBERIVS, teſte SVETONIO *in eius vita c. 35. n. 1. matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui maiorum more de communi ſententia coercerent, auctor fuit.* Neroni hoc crimini datum fuit, quod *non crimine, non accuſatore exiſtente, quia ſpeciem iudicii induere non poterat, ad vim dominationis conuerſus fuerit*, vt ait TACITVS *lib. XV. annal. c. 69.* — Alter proceſſus criminalis eſt inquiſitorius, tempore Gratiani incognitus, & a iure Romano alienus.

§. LXXXII. Extra ordinem tamen *inquiſitiones* quoque vſum, quamuis rariorem, apud Romanos habuiſſe, in quibus iudex *ex officio ſine accuſatore* procederet, cenſet ANTON. MATTHAEI *de crimin.* — Annon extra ordinem a Romanis adhibitus?

Digitized by Google

ad lib. 48. tit. 20. c. 1. n. 1. ſqq. a qua ſententia quoque non alienus eſt FR. BALDVINVS *in comment. ad edict. vet. princip. de chriſtianis* & quidem *ad epiſt. Traiani*, qui PLINIO de rebus chriſtianorum interroganti reſpondet. Nam ad verba: *conquirendi non ſunt*, hæc commentatur: *Ceterum poſteaquam ordo vetus iudiciorum publicorum mutatus fuit, non ſemper eſt exſpectatus accuſator legitimus: & vero ea fuit Chriſtianorum primum conditio in orbe Romano, vt pauci dignarentur ad eos accuſandos deſcendere: quidam etiam non audirent, præſertim cum audirent, Tiberium comminatum eſſe periculum accuſatoribus eorum, vt ſupra dixi. Quid igitur? Cœperunt magiſtratus ipſi & præſides ultro in eos inquirere. Nam & tandem ſic a magiſtratibus fuerunt mandatæ delictorum, præſertim grauiorum, & criminum quæſtiones, vt & accuſatores & iudices prope eſſe viderentur.* Id vero *proceſſum inquiſitorium* arguere, in quo iudex accuſatoris partes ſuſcipit, nemo eſt, qui neſcit. Quod cum admodum paradoxum, & a *fori Romani* principiis alienum videatur, præluudatus ICtus his in ſequentibus confirmat argumentis. Ait MARTIANVS *IC. mandatis, inquit, cauetur, vt præſides ſacrilegos, latrones, plagiarios CONQVIRANT, & prout quisque deliquerit, in eum animaduertant. Item* VLPIANVS *congruit (inquit) bono & graui præſidi, curare, vt pacata atque quieta prouincia ſit: & debet malos homines CONQVIRERE.*

iuxta ſententiam Balduini.

§. LXXXIII. Vt nouum hoc dogma produceret, inductus videtur ex epiſtola PLINII SECVNDI *ad Traianum* (lib. X. ep. 97.) Præmittit, *ſe cognitionibus de chriſtianis interfuiſſe nunquam, ideoneſcire, quid & quatenus aut puniri ſoleat aut quæri.* Cauſæ propie *cognoſci* dicebantur, quæ *pro tribunali* finiendæ erant, *vtrisque partibus coram conſtitutis*, vt ait *l. f. C. de LL.* & ita ſpeciatim *tribunal principis* vocabatur *cognitio*, obſeruante IAC. GVTHERIO *de offic. dom. Aug. lib. I. c. 20.* Inde vero credibile eſt, has *cognitiones* ſine *accuſatore* quodam, more Romano exerceri non potuiſſe, cum in criminalibus potiſſimum *cognitiones* deſiderarentur, vt ſpeciatim de *cognitionibus Chriſtianorum* oſtendit GVTHERIVS *cit. l. c. 22.* Atque has ſpeciatim *quæſtiones* vocabant, quorſum ipſemet PLINIVS SECVNDVS in verbis adductis collineat. Qui enim capitalibus rebus præerant, *quæſtores* dicebantur, *l. 2. §. 23. de or. iur.* item *iudices quæſtionis*, *l. 8. D. de publ. iudic.* & ſic *quæſtionem decernere*, SVETONIO *in Cæſ. c. 6. in f.* eſt, ordinare, vt procedatur contra delinquentes, ſicuti *quæſtionem exercere*

Ratio dubitandi ex Plinii Secundi epiſtola de rebus chriſtianorum,

quæ tamen cognitionem deſiderat pro tribunali,

& quæſtiones.

Digitized by Google

cere, rurſus apud EVNDEM *ibid. c. 11. in f.* denotat, iudicio criminali præeſſe, (conf. *l. 6. de iniur.*) quod tamen *accuſatorem* ſemper deſiderabat. Nihil ergo præſidii in adductis PLINII verbis pro ſe habet BALDVINVS, quæ potius ei reclamant, quorſum etiam ea, quæ paulo poſt ſequuntur, refero: *Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani DEFEREBANTVR, hunc ſum ſecutus modum.* &c. *Deferre reos* dicebantur accuſatores, vt docet formula *libelli accuſatorii* a PAVLO in *l. 3. pr. de accuſ.* ibi: *Lucius Titius profeſſus eſt, ſe Meuiam lege Iulia de adulteriis ream DEFERRE.* Quid? quod accuſatores dicti fuerint *delatores l. 15. pr. §. 1. ſqq. de iur. fiſci.* Enimuero quandoque *accuſatores* luiſſe aut ſeſe abſcondere voluiſſe. indicant ſequentia PLINII: *Poſitus eſt libellus ſine auctore* (accuſatore) *multorum nomina continens, qui negarent, ſe eſſe Chriſtianos, aut fuiſſe, cum præeunte me Deos appellarent.* &c. Hæc vero inquirendi vſum ſine *accuſatore* euincere videntur, quod nominatos in libello PLINIVS vocauerit, eosque de *religione* interrogauerit, & cum *calumniam* AVTORIS incerti deprehendiſſet, *dimittendos* putauerit, vt paulo poſt addit. Atqui vero hæc procedendi ratio excuſari non potuiſſet, ſi *ſine accuſatore* in crimina inquirere non licuiſſet. Et reuera excuſari non potuit, quod TRAIANVS in reſcripto ad PLINIVM SECVNDVM (*lib. X. ep. 98.* inter epiſt. PLINII) in fine indicat: *Sine autore vero propoſitio libelli, nullo crimine locum habere debent: nam & peſſimi exempli, nec noſtri ſeculi eſt.* Videamus ergo, an adhuc alia argumenta *proceſſus inquiſitorii* in PLINIO SECVNDO appareant. Pergit: *Alii ab INDICE nominati ſe eſſe Chriſtianos dixerunt, & mox negauerunt* &c. Nominatorum ab *indice* etiam meminit SVETONIVS *in Iul. Cæſ. c. 17. n. 1.* it. *in Tiber. c. 73. n. 1.* vbi recte obſeruat SAMVEL PITISCVS in *not.* nominatos reuera eſſe *delatos* atque *accuſatos*, ſicuti *iudex* parum diſtabat ab *accuſatore*. *INDICASSE* enim, ait ICtus in *l. 197. de V ſignif.* eſt *detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conuiciſſe.* Id tantum diſcrimen notabatur, quod *index*, facinoris conſcius & conſors eſſet, quique, ſcio, propoſita impunitate, reliquos criminis ſocios indicaret. In *coniuratione Catilinæ* apud SALVSTIVM *c. 48.* Tarquinius, conſcius facinoris, *ſe dixit INDICATVRVM de coniuratione, ſi fides publica data eſſet*, ſcilicet de impunitate. *Indicem falſum* eſſe, CRASSO obnoxii clamitabant, quibus & Senatus fauebat, frequens decernens: *Tranquinii INDICIVM falſum videri.* Revera ergo *iudices* crimina *deferebant*, vt qui crimen

in quibus accuſator neceſſarius.

vel delator.

Vnde nec proceedi poterat contra nominatos in libello ab incerto autore,

bene tamen contra nominatos ab indice,

facinoris conſcius,

SVETON. deferebat,

SVETON. *in Neron. c. 39. n. 6.* loquitur, & ita *accusabant*, quo sensu etiam accipiendus PLINIVS SECVNDVS in verbis adductis. Erant enim desertores inter Christianos, qui profitebantur se Christianos fuisse, sed desiisse & spe impunitatis se *nominaturos* in pari putatiuo reatu existentes, quod per *accusationem* præstandum erat.

An singulare quid constituerit Traianus de Christianis?

§. LXXXIV. Neque diuersum liquere ex rescripto TRAIANI, ad consultationem PLINII SECVNDI dato, arbitror. Iam in §. *præced.* obseruaui, noluisse TRAIANVM, vt libellis *sine autore* propositis, criminalitet contra Christianos procederetur, vtpote quod ab vsu iuris Romani alienum, & *pessimi exempli* erat. Præmitti præterea: *conquirendi non sunt: si deferantur & arguantur, puniendi sunt.* Singulare quid TRAIANVM in Christianis ordinasse, BALDVINVS opinatur, quod, ex sententia ipsius, eo tempore nouus procedendi modus per *inquisitionem* iam receptus esset. *Nunc Traianus videtur Christianos eximere, quia neque sacrilegi, neque fures, neque latrones sint, vt perturbent prouincias, committant aliquid dignum publica & extraordinaria inquisitione. Non liberat eos criminali & legitima accusatione: sed si accusator desit, patitur eos impune latere: neque ad eos vexandos pertinere vult mandata de flagitiosis hominibus conquirendis.* Mandata de *conquirendis facinorosis* iam supra verbis BALDVINI adlata sunt, pro quorum intellectu sciendum est, *accusationes priuatas* propter vinculum *inscriptionis* periculi plenas fuisse, & ita paulatim consenuisse; bonum autem publicum desiderasse, vt malis hominibus prouinciæ, quibus auctum erat imperium Romanum, purgarentur: hinc constituendos fuisse, qui *muneris necessitate* delinquentes *conquirerent*, & ad magistratum, sine *periculo inscriptionis*, deferrent, *l. 7. C. de accusat.* Tales erant Irenarchæ, Nunciatores, Curiosi & Stationarii, qui tamen more Romano hos, quos *conquisiuerant*, accusare tenebantur. MARCIANVS in *l. 6. de custod. & exhib. reor.* solis horum epistolis non esse credendum ait, sed iuberi oportebat venire Irenarchen, & *quod scripserit, exequi*, scilicet per *accusationem* & *probationem.* Per hos itaque Præsides prouinciarum homines reipubliæ noxios, vt latrones, sacrilegos, furcs similesque *conquirebant*, *l. 3. & 13. pr. de offic. præs.* quorum numero etiam *Christianos* ex odio religionis habebant, quod prohibendum censuit TRAIANVS. Admisit in his *accusationem priuatam* & *voluntariam*, mediante *inscriptione* exercendam: *publicam*, sine *inscriptione*, per *conquisitores* faciendam prohibuit, quod ex relatione PLINII anim-

vt scilicet per inquisitionem non procederetur?

Quod negatur,

quia conquirere facinorosos non est inquirere.

Etiamquiconquirebant reos, accusabant, sed sine inscriptione,

Digitized by Google

animaduertisset, eos per calumniam inter noxios relatos fuisse. Inde vero obseruo: (1) non recte inde BALDVINVM processum collegisse *inquisitorium*, cum etiam, qui *conquirebantur*, accusandi & arguendi essent; alioquin si per *calumniam* quosdam detulerant *Irenarchae*, praesides hoc vindicabant *in exemplum* poena arbitraria. *l. 6. in f. de custod.* (2) In *accusatione* quaestiones seu *inquisitiones*, vti *cit. l. 6.* vocantur, fuisse necessarias, quod *iudex quaestionis* in *veritatem* criminis inquirere deberet; verum inde minus recte arguitur *processus* aliquis *inquisitorius:* (3) TERTVLLIANVM in *Apol. c. 2.* (quod etiam BALDVINVS obseruat) TRAIANVM vel non intellexisse, vel intelligere noluisse. Ita enim de TRAIANI *rescripto* iudicat; *Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere. O sententiam necessitate confusam, negant inquirendos, vt innocentes: & mandat puniendos vt nocentes, parcit & saeuit, dissimulat & animaduertit. Quid temet ipsum censura circumuenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & absoluis?* Enim vero impium quidem erat, christianam fidem in noxam vocare; ast quia gentiles in alia omnia ibant: quia PLINIVS SECVNDVS *prauam & immodicam superstitionem* Christianis imputabat, censuit TRAIANVS, eam coercendam: in *modo* tamen differentiam constituebat. Nolebat, eos exemplo latronum & furum conquirendos esse, quod haec *conquisitio* ad grauiora scelera duntaxat pertineret: *accusationem priuatam*, quae tamen ratior iam facta erat, liberam relinquit, quo ipso contradictionem nullam committit, cum non quaeuis flagitia ita essent comparata, vt *necessaria* indigerent *accusatione.* Agnouit id ipsemet TERTVLLIANVS: *Latronibus*, ait, *vestigandis per vniuersas prouincias militaris statio sortitur. In reos maiestatis & publicos omnis homo miles est: ad socios ad consocios inquisitio extenditur*, pro grauitate criminum. Pergit: *solum Christianum inquiri non licet; offerri licet, quasi aliud esset actura inquisitio, quam oblationem.* Secundum principia Romana, quod aliquid delicti in christiana fide latere crederetur, haec praecautio non inepta aut ieiuna erat. Retulerat PLINIVS, infinitos homines *omnis aetatis, omnis ordinis, vtriusque sexus etiam*, vocatos esse in periculum & vocari. Non aliam ob causam, quam quod *publici conquisitores* eos deferrent, vel deferendos censerent. Verum ab hac necessitate eos absoluit TRAIANVS: *priuatam* non inderdixit *accusationem*, quae longe difficilior & sic parcior erat. Paulo post re-

Ex his Baldinus refellitur, processum inquisitorium procudere studens.

Tertullianus quoque notatur.

ostenditurque christianos priuata accusatione postulari potuisse,

non publica.

Digitized by Google

cruduit *conquiſitio* Chriſtianorum, quæ truculentiſſimas illas produxit perſecutiones. (4) Illud quoque palam eſt, eum ſine *accuſatore* puniri potuiſſe, qui ſemet ipſum deferebat, quod *indicium profiteri* dicere ſolebant. Hac ratione plures Chriſtianos ad ſupplicium raptos fuiſſe conſtat, quod *martyrii* gloria ſemet Chriſtianos coram tribunali profiterentur. *Confeſſus* enim ſemet ipſum condemnabat, nec accuſatione indigebat. Conf. HENRICVS BRENCMAN. *de L. Remm. exitu c. 22.* Alia non tango dubia, quæ inani contu mota ſunt a CARPZOVIO *in pr. crimin. qu. 103. n. 29. ſqq.* quæ ex hactenus dictis facile eneruari vel recte explicari poſſunt.

Qui ſe ipſum deferebat, ſine accuſatore puniri poterat.

Sic etiam nec in foro eccleſiaſtico in occulta inquirebatur,

§. LXXXV. Atque hæc, quæ dicta ſunt, maiori luce radiant, ſi, quæ de *diſciplina eccleſiaſtica* antiqua adlata, & ex moribus Romanis tracta ſunt, quilibet ſecum reputat, ſecundum quam cenſuris pœnitentiisque haud plectebantur, niſi α) per *accuſationem* probata: β) *confeſſione* manifeſtata: γ) *notoria*, vt ſupra dictum eſt. Deficiente accuſatore, in *occulta* haud inquirebatur, in quæ demum aß INNOCENTII III. temporibus inquiri cœpit, nouo prorſus proceſſu, quem paucis delineabo. Videlicet eſt *ordo iudiciarius*, *iure canonico retentiori fabricatus*, *ſecundum quem iudex criminalis*, *ex officio*, *ſine vllo accuſatore*, *vel ad nudam denunciationem*, *vel ad clamores publicos inquirit*, *tum in ipſum occultum delictum eiusque circumſtantias*, *tum in eius autorem*, *probationes legitimas vnde quaque conquirit*, *teſtes cogit*, *examinat*, *& tandem in defectu plenæ probationis*, *contra negantem*, *extraordinariis mediis eruendi veritatem occultam vtitur.* A proceſſu *accuſatorio* in multis differt: 1) conſtat inquiſitorius tantum ex *iudice* & *reo*: 2) fundamentum eius petitur primario ex *denunciatione* & *clamore publico*: 3) omnis *inſcriptio* & *cautio* hic ceſſat: 4) iudex totam ſcenam parat, cauſamque exſequitur ex officio: 5) ipſemet loco *libelli* articulos format: 6) ipſemet probationes procurat, teſtes citat, iuramento a nemine imploratus obſtringit, examinat, rotulum conficit, publicatque: 7) inſtructam cauſam aperit reo, vt ſe *κατὰδύναμιν* defendat, tandemque 8) fert ſententiam, regulariter appellationi non ſubiectam, ſed *noua defenſione* impugnandam &c. Neque tantum hic procedendi vſus ab *accuſationibus voluntariis*, ſed etiam *neceſſariis*, ex neceſſitate officii mouendis, differt, cum etiam in his *ordo naturalis* obſeruatus, nec vbique hæ adhibitæ fuerint, ſed duntaxat in *enormiſſimis criminibus*, a quibus rempublicam purgari, ſalutis publicæ ratio poſtulabat, adeo vt fere dicere poſſes, *extraordi-*

quod demum Innocentius III inſtituit. Definitur inquiſitio.

Differentiæ eius a proceſſu accuſatorio tam voluntario,

quam neceſſario.

Digitized by Google

ordinarias fuiſſe accuſationes *neceſſarias*, in quibus conquirebantur facinoroſi. Enimuero *inquiſitorius* proceſſus α) nouum proceſſus ordinem induit, β) *ordinarius* hodie eſt, & γ) ad delicta eiusque generis *maiora* & *minora* eruenda aptatus atque accommodatus, ita δ) comparatus eſt, vt, qui accuſare vellet, ſtultiſſime ageret, cui vel indicaſſe delinquentem ſuffi it &c. Interim inficias ire non poſſum, propius ad inquiſitorium proceſſum accedere *accuſationes neceſſarias* ſub imperatoribus introductas, quæ ſuo modo etiam multum a iudicis poteſtate dependiſſe videntur.

§. LXXXVI. Ex quo tempore INNOCENTIVS III. ad ſedem papalem admotus fuit, quod in fine ſeculi XII. factum eſt, fora *eccleſiaſtica* magis magisque ſub hoc duce & ICto audaciſſimo, vt eum appellat MATTHAEVS Pariſienſis, ad ſolenniorem ordinem, ambiguum tamen & prolixiſſimum, compoſita & adaptata ſunt. Non ergo adeo mirandum eſt, ſi etiam modum procedendi contra *delicta* auxerit, & quod in *rebus fidei ſpeciali iure* iam obtinebat, in *legem generalem* mutauerit. Neque enim ante INNOCENTIVM III. decretales reperiuntur, quæ hunc proceſſum inſtruunt, ſed ab INNOCENTIO III. promulgatæ demum eum defendunt, ſtabiliunt, propugnant. *c. vn. X. vt eccleſ. benef. ſine dimin. conf. c. 14. 16. 17. 24. X. de accuſat. c. 31 de ſimon.* Miror, ALTESERRAM in *comment. ad Innocent. Decretales* id non obſeruaſſe, ſed gratis & ſine hæſitatione ſuppoſuiſſe, eius vſum iam antiquiſſimum fuiſſe, cuius contrarium optime oſtendit B. THOMAS. *de orig. proc. inquiſ. §. 47. ſqq.* Rem inſolitam nouamque INNOCENTIVM introduxiſſe vel argumenta oſtendunt, quibus vſus eſt ad proceſſum hunc contra diſſentientes & obloquentes propugnandum. Etenim 1) *vſum* eius *recentiorem* ipſemet agnoſcit in *c. 16. X h t.* vbi tres modos tantum recenſet, quibus crimen valet oppugnari: *denunciando, excipiendo, accuſando.* Sed paulo poſt eodem anno in *c. 17. X. h. t.* quartum modum addidit, eumque adhuc a *denunciatione* ſeparandum cenſuit. 2) In *c. 17. X. h. t.* (ſi *integram decretalem* inſpexeris) variis argumentis hunc proceſſum defendit, quod non neceſſe fuiſſet, ſi praxis eius vſitata & antiqua fuiſſet. 3) Quia *irregularis*, variis dubitationibus obnoxius fuit, in quibus reſoluendis admodum ſudauit. *c. 21. X. h. t.* 4) Ne ſic quidem omnes obloquutiones contra rei nouitatem ceſſiſſe videntur, adeoque id magnopere egit, vt in *concilio generali anno 1216.* confirmaretur, in quo ad verbum

Innocentius audax in iuribus innouandis,

& autor proceſſus inquiſitorii,

quod contra Alteſerram defenditur.

Rationes noui iuris ab Innocentio traditæ,

concilio generali roboratæ,

Digitized by Google

non ſtatim tamen vbique agnita.

bum omnia, quæ relata ſunt argumenta in *c. 17. X. h. t.*, repetiit. 5) Hoc tamen non obſtante, praxis eius non vbique agnita eſt, quod docet *c. vn. vt eccleſ. benef. ſine dimin. confer.* in quo anno 1224. ab Archiepiſcopo Mediolanenſi obiectum fuerat INNOCENTIO III. quod contra *ordinem iudicii* in cauſa contra ſe proceſſerit, *cum tamen nullus debeat ſine accuſatione damnari, nec aliquid circa negotium illud ſit actum in forma iudicii* &c. Inde denuo proceſſum ſuum nouum contra hos nouos fluctus, legitimare, & oſtendere debuit, ſe *ex officio* procedere potuiſſe absque *vllo accuſatore*, quem *diſciplina antiqua*, ad quam prouocabat Archiepiſcopus Mediolanenſis, deſiderabat.

Cenſura circa argumentum primum ex Luc. XVI.

§. LXXXVII. Argumenta, quæ pro legitimando hoc proceſſu adfert, deſumta ſunt partim ex *ſacris literis*, partim ex *canonibus antiquis*. Videamus veritatem rei & filum connexionis. Prouocat 1) ad euangelium (*Luc. XVI, 1. ſq.*) vbi *villicus, qui diffamatus erat apud dominum ſuum, quaſi diſſipaſſet bona ipſius, audiuit ab illo, quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ; iam enim non poteris amplius villicare.* Quid tum vero? *manifeſtum*, *notorium*, atque *palam* erat, villicum bona domini diſſipaſſe, adeoque nulla tergiuerſatione celari poterat. Tales exceſſus nulla indigebant accuſatione. Id olim recte inde colligebant patres eccleſiæ, qui in *notoriis* & *manifeſtis* itidem accuſationem nullam exigebant, prout ſupra §. ſ. traditum eſt; aſt *proceſſum inquiſitorium* in caſibus *occultis*, vbi quis tantum *indiciis* grauatus erat, vbi delicta erant abſcondita occultaque, inde non concludebant, nec per modum *regulæ* inde deriuabant, quod nouum INNOCENTII III. inuentum eſt. Idem iudicium ferendum 2) de loco *Geneſ. XVIII, 20. 21. 22.* a pontifice in *c. 24. X. h. t.* adducto, vbi Dominus ait; *Deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerit.* Pleudo-

2) ex Gen. XVIII.

EVARISTVS eodem textu in *c. 20. C. 2. q. 1.* vtitur, non ad *proceſſum inſolitum* inde eruendum, ſed ad docendum, temere & præcipitauet ſententiam non eſſe ferendam, nec ante veritatis indagationem aliquem condemnandum; denique *manifeſta* non indigere ſolenni accuſatione. Hæc ſententia magis textui conformis, quam conſequentia, quam inde trahit INNOCENTIVS. Veritatis indagatio etiam in proceſſu *accuſatorio* neceſſaria, adeo vt non ſubſiſtendum in *clamore vulgi*, factum *notorium* eſſe aſſerentis, cum nihilominus falſum eſſe queat. Aſt quia INNOCENTIVS III. in *c. vn. vt eccleſ. benef ſine diminut.* conſtituit, *ſe locum DEI tenere in terris;* præterea vero credidit, DEVM

for-

Digitized by Google

formam *processus inquisitorii* in hoc exemplo tradidisse, regulas indè quasdam traxit, postea explicandas, quæ tamen vsu forensi nimium extensæ sunt. Denique 3) ad *canonicas sanctiones*, quas processisse ait ex dictis allatis, prouocat, quas speciatim non recensет; sine dubio tamen textus a GRATIANO in *c. 15. sqq. C. 2. q. 1.* collectos intelligit, quibus cautum est, *accusatore* manifesta non indigere. Minus ergo, & hoc tantum probant antiquæ sanctiones, in manifestis aliquam *inquisitionem* adhuc adhibendam esse.

3) ex canonicis sanctionibus.

§. LXXXVIII. Id tamen dissimulare non possum, INNOCENTIVM III. hunc nouum procedendi ordinem certis inclusisse limitibus, eumque *extra ordinem* tantum commendasse. Censuit enim, tunc eidem locum esse, 1) si *accusator* deest, adeoque *in subsidium* ad eum recurrendum, quod accusatorius processus *regulam* contineat & *ordinarius* sit: 2) *si aliquis super excessibus suis adeo sit infamatus, vt iam clamor ascendat, qui diutius sine scandalo dissimulari non possit, vel sine periculo tolerari* h. e. si fere sint *manifesti*, vt probationi vix aliquid desit, quod in *c. 21. & 24.* loco fundamenti ponitur: 3) si tantum pro corrigendis *leuiori pœna* excessibus, etiam grauioribus, agatur, adeo, vt pœna *extraordinaria* regulariter hoc casu infligenda; *ordinaria* vero *accusatorio* processui reseruanda. *c. 24. cit. vers. verum ita.* Vnicum excepit casum in *c. 21. X. h. t.* si eiusmodi criminis fuerit conuictus, *quod ordinis suscepti executionem aut retentionem beneficii etiam post peractam pœnitentiam impediret*, veluti si homicidii vel simoniæ conuictus fuerit, *quo casu*, pergit, *erit, sicut in accusationis iudicio, procedendum.* His tribus momentis processum *inquisitorium* separauit ab *accusatorio*, vnde iuris criminalis interpretes adhuc hodie hunc *ordinarium*, illum *extraordinarium* appellant, testibus CARPZ. in *praxi crim. q. 103. n. 21. & q. 107. n. 1. sq.* & IVLIO CLARO *lib. V. sent. §. f. q. 3. n 3. & 4.* Ita ergo censuit ipse INNOCENTIVS, processum hunc esse *irregularem*, rarius adhibendum, quin potius *regulariter* eo abstinendum. Vtrum hoc *serio* intenderit, non adeo inquiram: ad minimum α) ipsemet in *c. vn. vt benef. eccl. sine dimin.* hac methodo vsus est in casu, vbi tam *immanis & scandalosus clamor*, quem desiderat, deerat: β) facile intelligere potuit, (quod & sine dubio intellexit) hac ratione euenire posse, vt *accusatorii processus* pedetentim consenescerent, & inquisitorii, rei clericali admodum conducibiles, in *regulam* conuerterentur, quod etiam factum esse, experientia quotidiana docet:

Voluit tamen Innocentius, vt extra ordinem hic processus adhiberetur

1) in subsidium, 2) ob clamorem publicum, 3) ad pœnam extraordinariam.

ita ergo magis ad exceptionem pertinuit, forsan tamen plus intendit pontifex.

cet: γ) dum etiam per *denunciationes* crimina in iudicium trahi, tam ſedulo & conſtanter inculcauit in *c. 4. 16. h.* & *c. 31. X. de Simon.* (quæ maxime *occulta* reſpexit) nec tamen accurate eius rationem peculiarem docuit, ſed magis occultauit atque inuoluit, rurſus facile ſubodorari & præuidere potuit, nihil facilius eſſe, quam hunc proceſſum *inquiſitorium* etiam ad *occulta* delicta, poſtquam *denunciata* ſunt, trahere, id quod etiam INNOCENTIVS IV. in *c. 1. verſ. ſane de cenſib. in. 6.* promouit. Neque huic præagio defuit euentus. Hodie fere quæuis iudicia, etiam extra Germaniam, teſte CLARO *cit. l. n. 5.* alium ordinarium non agnoſcunt proceſſum, quam *inquiſitorium*, vt *accuſatorius* inſtar auis albæ eſſe cenſeatur. Hodie nullum diſcrimen in pœna conſtituitur, id quod ex præcedente neceſſario fluxit. Hodie per vim *inquiſitionis* proceditur in quibusuis delictis, ſiue per *denunciationem* delatis, ſiue per *clamorem* aliquem propalatis, adeo vt, delicti corpore exiſtente, ceſſante omni *infamatione* & *denunciatione*, in autorem criminis inquiratur, & ſollicite eruantur indicia ad hunc effectum, vt contra autorem delicti procedi queat. Hæc quidem non conueniunt cum INNOCENTII III. regula & limitibus, ita tamen comparata ſunt, vt non potuerint non *naturaliter* ex hac noua ſcena peredentim fluere.

Nam hodie ad regulam magis ſpectat,

quem vſum ſubſequentem facile præuidere potuit papa.

§. LXXXIX. Vt itaque *modum procedendi hodiernum* paucis depingam, (l) ante omnia *legitimum* inquiſitionis *fundamentum*, ſine quo ſuſcipi non debet, indagandum eſt, quod generaliter hodie in *ſuſpicione* de *delicto commiſſo* conſtitui ſolet. Et quia iudex *ex officio* quæuis expedit, modumque procedendi de die in diem protocollo inſerere debet, neceſſe quoque eſt, vt natales inquiſitionis, vnde orta ſit, annoret, quod iubet *art. 7. C. C. Car.* quo iudici iniunctum, daß er alle Umſtände und Gelegenheit ſeines Erfahrens des Verdachts eigentlich in Schriften berichten oder verfaſſen ſolle. Hoc non facto, ad acta transmiſſa, vt hic defectus ſuppleatur, decerni ſolet: Daß vor allen Dingen eine regiſtratur, woher die inquiſition gegen Meuium entſtanden, und aus welchem Grunde ſolche ihren Anfang genommen, ad acta zu bringen, worauf alsdann ferner ergehet, was Recht iſt. Legitimo deficiente fundamento, *inquiſitio* eſt prorſus nulla, & quia hæc famam inculpati lædit grauatque, adeoque admodum caute in re tam *ardua* procedendum per *art. 1. C. crim. Car.* iudex illegitime inquirens iniuriarum tenetur. Huc reſpexit Pontifex in *c. 21. X. h. t.* & quia conſtituit, inquiſitioni tantum locum eſſe

Hodie deſideratur ante omnia inquiſitionis fundamentum,

alias inquiſitio nulla eſt.

ſuper

Digitized by Google

ſuper illis, de quibus clamores aliqui præceſſerunt, inde colligit, hoc deficiente, inquiſitionem pro crimine contra neminem formandam, nec teſtes recipiendos eſſe, vtpote ad ſolum libellum *ſine autore* iudici oblatum, quem olim TRAIANVS reprobauit, prout §. *83.* dictum: vel ad *libellum infamationis* in *occulto ei porrectum*, quem pontifex in hoc textu repudiat: vel ad nudam petitionem eorum, qui *ſuo periculo*, ſine legitima *denunciatione*, indiciisque allatis, inquiſitionem de crimine quodam ſuſcipi poſtulant, quod iura prorſus damnant. v. *art. 11. C. crim. Carol.* B. STRYKIVS *in diſſ. de peric. petent.*

§. XC. Quia autem *ſuſpicio fundata* ex variis cauſis naſci poteſt, Veluti 1) clahinc ac *ſpecialia fundamenta* propero. Videlicet *ſpeciale* primum *inquimor publicus.*
ſitionis fundamentum, quod INNOCENTIVS III. velut *vnicum* & *principale* deſiderat, eſt *clamor* & *fama publica*, *c. 24. X. h. t.* ſeu *clamoſa inſinuatio & infamia*, ſeu *diffamatio*, *c. 21.* ita *vt quaſi denunciante FAMA vel deferente CLAMORE iudex officii ſui debitum exequi* cogatur, vt *cit. c. 24.* dicitur. In *art. 6. conſt. crim. Car.* idem fundamentum inculcatur: So iemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget ſey und derhalb durch die Obrigkeit von Amts halben angenommen würde ꝛc. Non autem quælibet *fama* ſeu *diffamatio*, quæ etiam a maleuolis & inimicis originem trahere potuit, ſed *probata* deſideratur, quæ a *pro-* & fama pro-
uidis & *honeſtis* non *ſemel* tantum, ſed *ſæpe* & continuata quaſi ſerie pro- bata atque orta a viris probatis,
cedit per *c. 24. X. h. t.* vt *apud bonos & graues læſa eius opinio exiſtat*, vt IDEM in *c. 21. in f.* ſubiungit. Qua de cauſa 1) iudex, ad cuius aures fama deuenit, in originem *famæ* ſollicite inquirere, & ſi nullam eius *probabilem cauſam* eſſe deprehendit, ab vlteriori inquiſitione ſuperſedere debet, præſertim ſi contra perſonam fama nata eſt, quæ integræ frontis & exiſtimationis eſt: facilius autem diffamationi fidem habebit, ſi perſona aliunde ſuſpecta, tamque male morata eſt, vt tale crimen, de quo infamatur, facile in eam cadere queat. 2) Ante omnia quoque de *corpore* modo conſtet
delicti conſtare debet, prout *qualitas criminis* id permittit. Dantur cri- de corpore
mina *occulta*, & *facti tranſeuntis*, quæ poſt ſe veſtigium nullum euidens delicti,
relinquunt, in quibus ſufficit ſuſpicio criminis commiſſi ad effectum, vt inquiri poſſit. Dantur etiam *facti permanentis delicta*, quæ veſtigium in oculos incurrens poſt ſe relinquunt, veluti homicidium, in quibus maior certitudo delicti commiſſi haberi poteſt, quæ ante omnia perſcrutanda eſt per *art. 6. conſtit. crim. Carol.* Interim ſi ex *accidente* contingat, vt *corpus* ſaluo iudicis
delicti arbitrio.

delicti oculis ſubtractum ſit, & tamen de eo *grauis diffamatio* contra aliquem orta fuerit, ad inquirendum hæc ſufficere creditur, quod menti INNOCENTII III. conforme eſſe videtur, quorſum etiam collineat CARPZ. *in pr. crimin. qu. 108. n. 10. ſqq.* Quia vero hoc admodum periculoſum eſt, iudex prouide in progreſſu inquiſitionis de *corpore delicti* ante omnia ſollicitus eſſe debet, ne grauius quid decernat, cum poſtea, nullum delictum eſſe commiſſum, appareat. Exemplo notabili rem declarabo. Vicini duo, faber & ſartor, inimicitias capitales inter ſe gerebant, quæ hunc induxerunt, vt peſſimum conſilium caperet, quo fabrum in *periculum capitis* deduceret, Hac de cauſa animaduertens, fabrum eſſe abſentem, & altero die reuerſurum ex itinere, primo diluculo itidem iter ſuſcipit, equo inſidens, quem ad has inſidias præparatum & ſanguine quodammodo coopertum, poſt meridiem in via publica abigit, atque ita equus ſine equite poſt aliquot haras domum reuertitur, ſartore interim apud amicum doloſe latitante. Equo ſanguine maculato hoc modo reuerſo, mox *clamor publicus* per oppidum exſurgit, ſartorem eſſe occiſum: indicium *ſanguinis* in equo apparere: incredibile omnino eſſe, vt equus reuerti potuiſſet ſine equite, cetera. Vix natus erat de *cæde ſartoris* clamor publicus, cum *faber* inimicus ex itinere domum reuerteretur: mox muſſitare plerique imo tandem vniuerſum oppidum, vna communi voce aſſerere cœpit, autorem huius criminis eſſe fabrum, ſartoris hoſtem capitalem, eumque debito ſubiiciendum ſupplicio. Ad hos *continuatos clamores* tandem faber miſerculus rapitur in carcerem: de occiſo ſartore contra eum, vt *autorem cædis*, inquiritur: eo in negando perſiſtente, teſtium depoſitiones recipiuntur, tandemque defenſionem præparanti lætus adfertur nuncius, ſartorem incolumem rediiſſe, & ita clamorem de cæde eius inanem vanumque fuiſſe, quo ipſo quidem dimiſſus, interim tamen per ſeptendecim hebdomadas, in ſqualore carceris, inquiſitioni ſubiectus fuit. Iudex ſe communi iuris ſubterfugio purgabat, tum quod *clamore publico* faber lignarius de cæde ſartoris infamatus, tum etiam, quod communi perſuaſione ſartor pro occiſo habitus, creditumque vulgo fuerit, cadauer clandeſtinis machinationibus hominum conſpectui ſubtractum fuiſſe. Vel hoc exemplum docet, *vulgi clamores* non ſemper ſecurum ad inquirendum aditum præbere, ſed inſigni præcautione opus eſſe.

magna tamen adhibita prudentia.

§. XCI.

Digitized by Google

§. XCI. Et nihilominus tamen in hoc fundamento vnice ſubſiſtendum, ſi INNOCENTII III. tramite incedendum eſſet, in quam ſententiam etiam veterum ex ICtis frequentes iuerunt, vt ROLANDVS a VALLE, HONDEDEVS, a SOLE, BOSSIVS, DECIANVS, BVRSATVS, GIGAS, MENOCHIVS, ceteri, relati a CARPZOVIO *qu. 108. n. 51.* Enimuero iam obſeruaui, vſum, tempore INNOCENTII III. admodum parcum, pedetentim radices egiſſe longe lateque ſeſe extendentes, vt alia præterea *clamoſæ inſinuationi* ſuperaddita ſint fundamenta. Huc enim etiam retulerunt (II) *denunciationem*, quæ eſt ſimplex delatio criminis ad iudicem, ſine intentione accuſandi. Quocirca non videtur peculiaris modus procedendi, ſed, prout hic conſideratur, nuda *inquiſitionis* præparatio eſſe, quod indicat CAROLVS V. in *art. 6. C. crim. Car.* So iemand einer Ubelthat durch gemeinen Leumuth berüchtiget, oder andere glaubwürdige Anzeigung, Verdacht und Argwohnig, und derhalb durch die Obrigkeit von Amts halber angenommen würde ꝛc. Iuris canonici ſententia ab hoc vſu fori criminalis aliena fuiſſe videtur, vt vel INNOCENTIVS III. in *c. 24. X. h. t.* & *c. 31. X. de Simon.* docet, adeo vt *inquiſitionem* a *denunciatione* diſtinguat, non tamen diſtincte modum procedendi diuerſum doceat. Interpretes varias *denunciationum* ſpecies comminiſcuntur, quas inter noſtrates referunt SCHRADER *de iudic. delict. denunciat.* WILLENBERG *de denunciat. crimin.* quæ rem non explicant ſed implicant. Penitius rem conſiderando vſus antiquus *denunciationum* huc minime pertinuiſſe, ſed alium ſcopum habuiſſe videtur. Supra plenius tradidi, ante GRATIANI tempora quæuis delicta ad cenſuram epiſcoporum pertinuiſſe, vt peccatores per *pœnitentias* ad frugem reducerent, quod ex profeſſo MORINVS *lib. I. de pœnit. c. 10.* demonſtrauit. Deferenda ergo erant crimina ad epiſcopum & quidem vtplurimum per *accuſationem*, qua publice peragebatur cauſa criminis, mediante etiam *inſcriptione*; aliquando etiam per ſimplicem *proditionem* ſeu *occultam reuelationem* in delictis occultis, quæ magis ad *denunciationem* accedebat, aliquid tamen ſimul ab accuſatione trahebat. Moris huius mentionem facit in *c. 19. C. 2. q. 1.* AVGVSTINVS: *Forte quod ſcis*, ait, *& ego ſcio, ſed non coram te corripio, quia curare volo, non accuſare. Sunt homines adulteri, in domibus ſuis in ſecreto peccant: aliquando nobis PRODVNTVR ab vxoribus ſuis, plerumque zelantibus, aliquando maritorum ſalutem quærentibus. Non prodimus palam, ſed in ſecreto arguimus.*

Innocentius in hoc vnico fundamento ſubſtitit,

vſu fori plura addita.

Videlicet 2) denunciatio,

quam ab inquiſitione Innocentius diſtinguit.

olim hæc conſtitebat in ſimplici proditione delictorum occultorum ſine accuſatione,

Digitized by Google

Vbi contigit malum, ibi moriatur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia oſtendentes, homini in tali peccato conſtituto, fauciamque gerenti conſcientiam, illud vulnus eſſe mortiferum. Colligo ex his verbis α) *proditionem* talem *priuatam* (quæ *denunciatio ſecreta* dici poteſt,) ab *accuſatione ſeparari*, quæ *coram omnibus* & *publice* fiebat. Id indicant antecedentia: *Si ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis CORAM OMNIBVS arguere, non es correptor, ſed proditor.* β) *Denunciatio* hæc *ſecreta* non fiebat ad *inquirendum*, ſed vt peccator adhortationibus ſponte ad *confitendum* adſtringeretur, & medelæ animæ, ſecundum antiquam diſciplinam, ſponte ſeſe ſubmitteret. Si animus eius frangebatur, in ſecreto poſt abſtentionem pœnitentiæ ipſe ſubdebatur. Si in negando perſiſtebat, condemnari non poterat, quia nec *confeſſus* nec *conuictus* erat, adeoque eo caſu vel *accuſandus* erat, & *coram omnibus* arguendus, vel conſcientiæ ſuæ relinquendus, quod ſolius vxoris teſtimonio condemnare maritum fas non eſſet. Idem obſeruat MORINVS *cit. l. §. 7. in f.* aitque: *quod dixit* S. AVGVSTINVS: *in ſecreto arguimus &c. hoc ait propter vnius vxoris teſtimonium, quod non ſufficit damnando marito, niſi ſponte confiteatur; ſed ſufficit, vt fraterne moneatur, corripiatur, & ad pœnitentiam vrgeatur*, id quod traxerunt ex doctrina Saluatoris MATTHAEI *XVIII.* & gradatim procedendum eſſe cum occulte peccantibus voluerunt, ne ſtatim publice accuſarentur. Ita quoque ORIGENES in *c. 17. D. 45.* cenſuit increpando negligentiam epiſcoporum: *neque illud euangelii implere ſtudent, vt ſi viderint peccantem, primo ſecrete conueniant: poſt etiam duobus vel tribus adhibitis; quod ſi contemſerit, & poſt hæc eccleſiæ* (coram qua *publice* accuſatur) *correctione non fuerit emendatus, de eccleſia expulſum velut gentilem habeant ac publicanum*, ſi modo poſt accuſationem conuictus erat. Id proceſſus olim vſitatus indigitat, potiſſimum *homil. vlt. lib. L. homil.* ab AVGVSTINO depictus, vbi tandem concludit, neminem ex ſola *ſuſpicione*, quam tamen *priuata denunciatio* operabatur, iudicandum, *ſed ex lege DEI ſecundum ordinem eccleſiæ, ſiue vltro confeſſum, ſiue accuſatum atque conuictum.* Atque in ſequentibus, ſoli *denunciationi* fidendum non eſſe; *nam ſi nominatio ſola ſufficit, multi damnandi ſunt innocentes, quia ſæpe falſo in quoquam crimina nominantur.* Huc quoque trahere ſolent deciſionem INNOCENTII I. in *c. vlt. C. 32. q. 5.* quæ tamen de *accuſatione publica* æque commode accipi poteſt; ad minimum ſuppone-

facta epiſcopo clam,

vt peccator ſponte ad confeſſionem adſtringeretur,

alioquin dimitteretur,

non vero priuata denunciatione condemnaretur,

nen-

Digitized by Google

nendum, vxores a marito proditas vel *confeſſas* vel *conuictas* fuiſſe. Ita olim comparatæ erant *denunciationes* vel *denominationes*: quæ quidem fieri poterant, vt nominatus in ſecreto arguique admoneri poſſet ad *confeſſionem ſpontaneam*, ſed condemnari non poterat, multo minus integrum erat, ſine *accuſatore* publice contra talem inquirere. Nam ne quidem tempore INNOCENTII III. id permiſſum erat, qui tantum, *clamore publico* inſtante, eam permittebat, adeoque *denunciationem* diſtinguebat ab *accuſatione*, quod hæc quidem deſideraret *inſcriptionem*, quia in clerico ad *depoſitionem* illa fiebat; non æque *illa*, quæ ad *correctionem* ſeu *fraternam correptionem* vnice in *occultis* tendebat, *c. 16. X. h. t.* condemnationem de crimine autem operari non poterat, niſi ſponte illud confeſſus eſſet. Quocirca quia fundamentum eius trahebant ex *Matth. XVIII.* INNOCENTIVS III. in *c. 24. in f. X. h. t.* & *c. 31. X. de Simon.* deſiderauit, vt denunciationem præcederet *charitatiua monitio* ſeu *correctio* vel *correptio*: hac facta, *denunciari* quidem poterat *in ſecreto* ſuſpectus, ſed vnice in hunc finem, vt ſuæ ſalutis haberet rationem admonitus a Prælato, non tamen vt vel condemnari negans, vel contra eum ſine *accuſatore* inquiri poſſet. Hoc poſito rerum ſtatu, non erat aditus ad *inquiſitionem*, & a *publica accuſatione* adhuc diſtinguebatur. Sicuti vero a quolibet, *zelo pietatis* fieri poterat, ita pedetentim quoque recepti ſunt *denunciatores* in ſynodis, qui ex *neceſſitate officii* delicta cognita *ſecreto* denunciare epiſcopo tenebantur, de quibus actum eſt *tom. III. p. 604. ſqq.*

multo minus, vt contra denunciatum inquireretur, ne quidem ex Innocentii III. doctrina,

§. XCII. Dixi, ad ſolam *denunciationem* iudicem *ex officio* haud proceſſiſſe, ſed ſi *adhortationibus* iudicis fractus non eſſet denunciatus, *accuſatione publica* opus fuiſſe & *probatione*. Huc INNOCENTII III. philoſophia vergit in *c. nouit. 13 X. de iudic.* in quo *denunciationem euangelicam* fundatam eſſe aſſerunt, prout etiam *tom. I. iur. eccl. ad tit. de for. comp. §. 7. ſqq.* tradidi. Enimuero nec ea ſpecies huc pertinet, quin potius INNOCENTIVS III. oſtendit, ſi *denunciationi* vel *fraternæ monitioni* ſeu *correptioni* haud paruerit peccator, illum *eorum iudicio* eccleſiaſtico ob *peccatum commiſſum* a læſo *accuſari* poſſe. Applicat hoc ad regem Angliæ, aitque, *eum paratum eſſe ſufficienter OSTENDERE, quod rex Francorum peccet in ipſum*, quo ipſo demonſtrat, ad *denunciationem eccleſiæ factam* INNOCENTIVM III. per viam *inquiſitionis* haud proceſſiſſe, nec hunc in finem eam factam fuiſſe. Repugnaſſet hoc omnino doctrinæ nouæ INNOCENTII III, ſecundum quam tunc demum *ex officio*, ſine

Si denunciatus crimen conſtanter negabat, accuſandus erat, & conuincendus, quod ex c. 13 X. de iudic. illuſtru

fine accuſatore, procedi poterat, ſi *clamor publicus*, qui tamen hic deficiebat, hunc proceſſum deſideraſſet. Vnde concludo, *denunciationem euangelicam* non aliter locum habere, quam ſi actor adſit, qui ius ſuum perſequatur. Adferuntur præterea aliæ adhuc ſpecies ab interpretibus, qui IVXTA CORVINVM *in aphor. iur. can. lib. IV. tit. 40. §. 45. canonicam denunciationem* conſtituere dicuntur, quæ tamen etiam a praxi hodierna alienæ ſunt, quatenus ad *denunciationem* inquiſitorie proceditur. Prima ſpecies traditur in *c. 27. X. de ſponſal.* circa quam duo notanda; (1) impedimenta *conſanguinitatis* & *affinitatis* inuoluere ſpeciem criminis, inceſtum ſcilicet, adeoque circa illud *inquiſitionis proceſſum* locum habere: (2) in adducta ſpecie *famam communem* ſeu *clamorem publicum* de impedimento hoc adfuiſſe, atque hunc iudici denunciatum atque probatum finiſſe. Id docent verba INNOCENTII III. in *c. cit. ad quod taliter reſpondemus, quod ſi perſona grauis, cui fides ſit adhibenda, tibi DENVNCIET, quod bi, qui ſunt in matrimonio copulandi, ſe propinquitate contingant, & de FAMA vel SCANDALO doceat, aut etiam per te ipſum poſſis certificari de plano* &c. Hoc caſu *ex officio* procedi poſſe rebatur pontifex, ſui principii memor, quod *fama publica* cum *ſcandalo communi* coniuncta, impedimentum nuptiarum narret, quæ iudicem ad inquirendum mouere debeat. *Alioquin*, pergit IDEM, *ſi perſona denuncians non extiterit talis, ET de FAMA vel SCANDALO* (publico) *non poterit edoceri: ad deſiſtendum monere poteris, non compellere contrahentes.* Palam ex his verbis eſt, non in *denunciatione* fundamentum inquiſitionis collocari, ſed in *fama communi, ſcandaloque publico*, quod ex *clamore* tali imminebat. Inde *cauſam proximam* inquiſitionis eruit pontifex, non ex *denunciatione*, quæ absque concurrente *clamore publico* nihil operatur, nec ad inquiſitionem in *occultis* viam pandit iuxta philoſophiam INNOCENTII III. in verbis adductis relatam.

Plures denunciationum ſpecies afferuntur,

ſed in c. 27. de ſponſal. noua non adfertur, ad quam inquiſitorie proceedi queat.

§. XCIII. Altera ſpecies continetur in *c. 13. X. deſponſ. impub.* vbi accuſatio ſuper *conſanguinitate* fruſtra erat propoſita, quod ſponſalia ob defectum ætatis deficerent, vel ipſo iure nulla eſſent. Addit tamen pontifex: *DENVNCIARI tamen poterat conſanguinitas, vt interdiceretur matrimonium contrahendum. Ad DENVNCIATIONEM ergo legitime probandam terminum adſignamus ſaltis exceptionibus non ſolum propoſitis, ſed etiam proponendis.* Disponit præterea pontifex, iubetque, interim *conſummationem matrimonii* ſuſpendendam eſſe, *donec vel a de-*

Nechue pertinet ſpecies in c. 13. de deſponſ. impub.

Digitized by Google

denunciatione ceſſetur, vel ea probata ordine iudiciario procedatur. Sed nec hæc ſpecies denunciationis, quæ hic memoratur, præſenti ſcopo inſeruit, qui denunciationem *inquirendi cauſa* deſiderat. Ex verbis adductis potius liquet, α) accuſationem contra matrimonium cum puella ſeptennio minore contractum ex capite *conſanguinitatis* fuiſſe motam: β) eam vero reiectam, *cum non eſſet, quod poſſet legitime accuſari:* γ) quoniam vero verendum erat, ne deinceps in ætate maturiori puella denuo animum his nuptiis applicaret, remedio contra inſtans *periculum* opus erat, quod INNOCENTIVS III. *denunciationis* deſignat appellatione, qua non tam *præſens* matrimonium impugnabatur, quam *futurum* impediebatur, exemplo *nunciationis noui operis*, qua itidem ex nouo opere faciendo præiudicium imminens auertebatur. δ) Erat ergo *denunciatio* remedium, quo quis crimen nondum commiſſum, quod tamen de proximo imminere videbatur, iudici inſinuat, ad hunc effectum, vt illud impediret, *interdicto iudicis eccleſiaſtici*, cauſa cognita, deſuper interpoſito. In hoc remedio *actor* non deficiebat, eratque *accuſationi* ſimillimum, quod itidem *impedimentum* nuptiis obiiceretur, vt dicitur in *c. f. in f. X. de clandeſt. deſponſ.* niſi quod hæc crimen *commiſſum*, illud vero *committendum* præſupponeret: hæc vel factum illicitum corrigeret, vel cenſuræ ſubiiceret criminoſum; illud vero interdiceret *futurum actum*, quem denunciatus meditabatur. Quocirca ε) denuncians, vt verba adducta docent, *denunciationem* probare, reus vero exceptiones ſuas proponere debebat, quibus diſcuſſis iudex pronunciabat: vtrum actus inſtans legitime fieri poſſet nec ne?

sed non facta erat inquirendi cauſa,

sed ne in futurum delinqueretur.

§. XCIV. Erat ergo ætate INNOCENTII duplex *denunciationum publicarum* ſpecies tantum cognita, quarum alteram *euangelicam*, quod iuxta doctrinam euangelicam *Matth. XVIII.* cenſeretur compoſita: alteram *canonicam*, qua actor præcauebat allegatione iuſti impedimenti, ne quid contra canones eccleſiaſticos committeretur, appellare licet. Vtrobique erat *actor* & *reus*, & conſueto proceſſu cauſa inſtruebatur. Erat etiam *ſecreta* & *priuata denunciatio* vſitata, iudici eccleſiaſtico facta, non in hunc finem, vt hic inquireret in delictum commiſſum *ex officio*, ſed vt ſuſpectum ad *ſponte confitendum* adhortationibus induceret, quo non facto, effectu carebat, & quia *accuſatio* non erat, *inſcriptio* omnis exulabat, de qua agit pontifex in *c. 16. &*

Inde publica denunciatio duplex: euangelica & canonica,

vtrobique erat actor & reus; erat & ſecreta & priuata, ſed non ad effectum inquirendi,

Digitized by Google

quem tamen tractu temporis accepit.

24. X. h. t. & *c. 31. de Simon.* Hæc posterior species tamen pedetentim iudici viam aperuit ad inquirendum, postquam via *inquisitionis*, ab initio parcior, admodum dilatata, & interpretum commenta circa *denunciationis* formam legitimumque vsum in scriptis passim proposita sunt. Quia enim antiquum harum *denunciationum occultarum* vsum minus recte intellexerunt, finemque earum ex antiquitatum obscuritate ignorarunt, nouum conceptum *denunciationibus* attribuerunt, vt præcederent inquisitionem, & ad eas iudex inquirere posset, adeoque non tam occulte & clam, sed *publice* & *ad acta*, æque vt *accusationes*, fieri cœperunt, atque per *ordinationem Carolinam* confirmatæ sunt, vt essent *nouum inquisitionis fundamentum.*

In denunciatione hodierna respiciendum ad qualitatem personarum,

§. XCV. Quocirca *denunciationes* hodiernæ debent fieri 1) a personis haud suspectis: 2) de ipso delicto: 3) additis circumstantiis atque argumentis specifice, quæ grauare possunt inculpatum. Personarum *qualitatem* quod concernit, sicuti iuxta *c. 24. X. h. t.* fama non a *maledicis* & *maleuolis*, sed a *prouidis* & *honestis* originem trahere debet, ita pari ratione in tali denunciante, qui crimen *inquisitionis* causa denunciat, α) *honestas vitæ* desideratur, præcauendumque ne *inimicis* facile aures præbeantur, unverleumdete Personen, die keine Feinde des Beschuldigten sind, und keine andere Uhrsachen, das Verbrechen anzubringen, haben, als daß solches denen Rechten nach gestraffet und gebüsset werde, vt dicitur in *ordin. criminal.* pot. Regis *Boruss. c. III. §. 2.* Hoc requisitum potissimum postulatur in criminibus *occultis* & *facti transeuntis*, quorum difficilior est probatio, quæque in oculos non statim incurrunt. In delictis *facti permanentis*, vtpote homicidio, graui vulneratione, infanticidio præsumto, si puella clam peperit, & infans mortuus penes eam deprehensus fuerit, similibusque, *qualiscunque denunciator* admittitur, quod ex *corporis delicti* aspectu statim denunciationis veritas liqueat. Neque feminæ arcendæ sunt, quibus tamen ius antiquum canonicum parum fidei tribuit iuxta *c. 17. C. 33. q. 5.* plus autem ius nouum, *c. 3. X. de testib.* & praxis hodierna, quæ etiam in criminalibus mulierum testimonia non respuit, teste CARPZOVIO *in pr. crim. qu. 114. n. 39.* Id præcipue mulieribus obiici solet, quod regulariter *accusare* non possint, nisi in casibus quibusdam exceptis, adeoque eas etiam ad *denunciandum* inhabiles esse, ceu arguit SCHACHER *de delictor. iudic. denunc. c. III. n. 6. sqq.*

iuxta qualitatem delictorum,

nec absolute feminæ arcendæ,

Digitized by Google

6. fqq. quod argumentum tamen non admitto, cum denuncians non acculet, ſed tantum delictum commiſſum iudici inſinuet, vt is inquirere poſſit; quocirca ex indiciis argumentisque, quibus inculpatum grauat femina, æſtimandum, an & quatenus ad eius denunciationem procedendum ſit? Denique licet *inimicis* delatoribus parum fidendum ſit; certum tamen eſt, ex *gradu inimicitiæ* æſtimandum eſſe, vtrum denunciatio reiicienda an admittenda ſit? quod arbitrio iudicis relinquendum eſt. SCHACHER *cit. l. n. 31. in f.* aut inimici.

§. XCVI. Quandoquidem vero ad *defenſionem* inculpati multum proficit noſſe *delatorem*, & ex eiusdem *qualitate* conſtituere, an ad denunciandum admitti queat, conſequens quoque eſt, vt iudex ei nomen eiusdem manifeſtare debeat, ſi pro *auertenda inquiſitione* ſe admitti deſiderauerit, quæ inſtar *exceptionis peremtoriæ*, litis ingreſſum impedientis, cenſetur, nemini deneganda. Neque enim 1) aliter iudici de *fundamento inquiſitionis idoneo* conſtare poteſt, quam ſi euictum fuerit, denunciantem ad denunciandum non inhabilem eſſe, quo ceſſante, fundamentum inquiſitionis omne exulat. 2) Per indirectum inculpato in limine *inquiſitionis* defenſio *pro auertenda* ſubtrahitur, ſi iudex denunciantem celat, eius nomen actis non inſerit, & ita exceptionem *inidoneæ* & *nulliter factæ denunciationis* reo adimit, quod iura non permittunt. Neque argumentum 3) trahendum a *ſecreta denunciatione* in iure canonico olim vſitata, quæ ad *correctionem* vnice fieri dicebatur in *c. 16. X. h. t.* non ad *pœnam ordinariam* infligendam, aut *inquirendum*. Talis denunciatio facilius admitti poterat ex *officio paſtorali*, *nomine denunciatoris occultato*, quia, vbi denunciatus negabat conſtanter facinus, denunciatio carebat effectu. Hodie plus reum grauat, plus præiudicii eidem adfert *denunciatio*, quæ fit non ad *ſimplicem correctionem*, vt ſponte fateatur delictum; ſed ad *inquiſitionem*, quæ ſæpe ſalutem hominis in ambiguum discrimen vocat, eique naufragium omnium fortunarum minatur, pro quo auertendo quilibet ſanus laborat, nec ei, quod laboret, inuidendum. Neque 4) *occultorum iudiciorum Weſtphalicorum* vſus rationem idoneam in contrarium ſuppeditat, quem ſanior ætas, a rugis corruptis & deperditis liberata, merito ſuſtulendum duxit. Interim tamen, ſi quid recte auguror, probabile eſt, hæc iudicia *occulta* ſeu *vehmica* præter illud, quod ſupra §. 49. adduxi, etiam occaſionem noui huius iuris fuiſſe, vt ad *denunciationem* contra inculpatum de *crimine* inquireretur, quæ ſicuti initio ſeculi

Hinc denuncians denunciato manifeſtandus eſt,

quod demonſtratur.

Nec argumenta ducenda ab antiqua denunciatione ſecreta,

aut a iudiciis Weſtphalicis,

Digitized by Google

XIV. orta ſunt, obſeruante B. THOMASIO *de vera orig. nat. proceſſ. & inter. iudic. Weſtphal. §. 32. ſqq.* ita ex more horum iudiciorum pedetentim hoc facile quoque trahi potuit, vt ad *denunciationem* per viam inquiſitionis procederetur, præſertim *denunciationibus*, iuri canonico certo modo etiam vſitatis, a paucioribus tamen recte intellectis. Videlicet Scabini iuramento obſtringebantur, *ſe delaturos, quæcunque cognouerint*, vt IDEM ex excerptis TVRCKII *eiusque faſtis Carol. cit. l. lib. f. in not.* docet. Qua de cauſa, ſi reus non deprehendebatur in facinore capitali, Scabini eum deferebant, & iurabant, reum eo crimine pollutum eſſe: nomem rei *libro ſanguinis*, vt vocabatur, inſcribebatur, & mox *in bannum* declarabatur, iuxta ea, quæ plenius B. THOMAS. *cit. l. §. 48.* explicat. Inde vero palam eſt, ad ſolam *denunciationem*, quæ reuera in *ſecreto* videtur facta fuiſſe, etiam potuiſſe criminaliter contra inculpatum procedi, & quamuis ab initio *inauditi* condemnati fuerint, *reformationes* tamen variæ ſeculo XV. tentatæ, huc imprimis directæ, ne quis niſi legitime citatus, auditus, atque conuictus condemnari poſſet. Veterem morem procedendi in his iudiciis admodum illuſtrat die alte Weſtphäliſche Gerichts-Ordnung, quam publicauit B. HAHN. *tom. II. collect. monument. p. 598.* vnde liquet, vtplurimum *accuſationes* coram hoc iudicio motas fuiſſe, quibus tamen ex iure canonico quid ex *inquiſitione* ſuperadditum. Hæc coniectura eo magis firmatur, ſi, quæ *tom. III. p. 604.* obſeruaui, huc repetuntur. Quicquid vero horum ſit, admodum probabile eſt, eos, qui denunciatorem inquiſitis haud præciſe manifeſtandum eſſe volunt, reuera reſuſcitare antiqua *iudicii Weſtphalicii* principia, abolita & ſublata, ſecundum quæ haud iudicandum. Poſtquam enim denunciationes *fundamentum inquiſitionis* conſtituunt, actis quoque inſerendæ ſunt, nec ſufficit eas in actis ſine *denunciatoris nomine* annotare, cum inculpati magnopere intereſſit, præciſe illud cognitum habere, vt hoc cognito inquiſitionem declinare queat.

quamuis inquiſitiones ad denunciationem huc derivandæ.

§. XCVII. Aliter conſtitueudum eſſe cenſet Dn. WILLENBERG *de denunciat. crim. c. 5. §. 4.* diſtinguitque inter *denunciationem patentem & occultam.* Hanc vocant, quando iudex denuncianti fidem dedit de nomine eius non propalando, adeo vt etiam ſub hac promiſſione inuitare poſſit quemcunque, quando *corpus delicti* adeſt, ſed de eius autore non conſtat. Ego hic ſubſiſto, nec ob rationes adductas in eam ſententiam temere tranſire poſſum. Aut enim denunciatus ex *denun-*

Quid ſi iudex denuncianti fidem dederit, de nomine eius non reuelando.

Digitized by Google

denunciatione primario grauatur, aut aliunde iam grauatus eſt. Poſteriori caſu nihil adeo prodeſt inculpato ſcire denunciantem, grauiſſimis indiciis, *aliunde iam cognitis*, grauato, quæ *fundamentum* inquiſitioni præbent, quia tunc ſuperuacua eſt denunciatio. Enimuero priori caſu iudex non aliter ad *inquiſitionem*, quam per *denunciationem* procedit,& quamuis *indicia* quoque iudici ſuppeditare debeat denuncians, hæc tamen ſæpe ſola denunciantis fide in *occultis delictis* conſtant, adeoque talis promiſſio a iudice facta, quam vnice *inquiſitio Hiſpanica* plus quam barbara vel Weſtphalicorum iudiciorum vſus agnoſcit, præiudicaret inculpato, quæ effectum habere nequit, ſicuti nullum pactum in *præiudicium tertii* valet. Quod *patentem* concernit, rurſus diſtinguit, vt in *occulta* obſeruaui, quam diſtinctionem tamen hic commode applicari non poſſe reor, cum ſi *ſcriptis* facta, ſcriptura hæc pars actorum: ſin *oretenus*, protocollo inſerenda ſit, quæ inquiſitionem magnopere adiuuat, licet aliunde quoque indicia contra denunciatum adſint. Conf. GRANZIVS *de defenſ. inquiſitor c. 5. m. 2. ſect. 2. art. 5 n. 469.* Ita procedendo oſtendit iudex, ſe nec leges tyrannicas *inquiſitionis hiſpanicæ* ſequi, nec in methodum *occultorum iudiciorum*, publice reprobatorum, tranſire.

§. XCVIII. Præterea vero (11) in denunciante deſideratur, *vt ab omni vinculo non reuelandi* immunis ſit. Hoc intuitu a *denunciatione* repelluntur α) *ſacerdotes* ob *ſigillum confeſſionis*, de cuius efficacia infra *tit. de pœnit. & remiſſ.* agendum. Et quamuis hoc vulgo reſtringant ad caſum, ſi in *pœnitentiali confeſſione*, vulgo in dem Beichtſtuhl, tale quid reuelatum fuerit; infra tamen hunc errorem plenius natabo, cum quæ confeſſionario ſecreto etiam *domi* reuelantur, idem vinculum operentur, quod etiam praxis antiquiſſima eccleſiæ corroborat, docente *c. 19. C. 2. q. 1.* Ponamus, mulierem domi & ſecreto reuelare confeſſionario ſuo adulterium, quo maritus hactenus ſeſe polluit, concumbendo cum priuigna ſua, id quod facit ad eius *emendationem & correctionem*, vt a via erroris in ſalutis tramitem deducatur. Confeſſionarius, ſibi hoc extra locum, confeſſionibus deſtinatum, manifeſtatum eſſe credens, denunciat iudici adulterium inceſtuoſum, non tantum peccat grauiter, me iudice, miniſter eccleſiæ imprudens, *remotione* ob proditionem dignus, ſed iudicem prudentem ad talem denunciationem procedere criminaliter non poſſe crederem, quod *legitimum* inquiſitionis *fundamentum* deſit, modo inculpatus ſerio fidem dederit deſiſtendo ab hoc grauiſſimo delicto. ε) *Vaſalli*, qui deferendo

Denunciare non poſſunt, qui vinculo non reuelandi ligantur, vt ſacerdotes.

Vaſalli,

dominum, crimen *felonie* committunt, & in fidem vaſalliticam peccant, *l. f. 17. 2. f. 24.* adeoque licet dicti textus loquantur de *accuſatione*, ad *denunciationem* tamen æquali iure trahi debent, per quam in inquiſitionem protruditur. Ita recte docent SCHACHER *cit. l. c. III. n. 93. ſeqq.* & WILLENBERG. *cit. l. c. 2. n. 20.* ſed principalis ſupereſt quæſtio: *vtrum denunciatio de facto ſuſcepta fundare queat inquiſitionem?* Delinquere quidem poteſt vaſallus *denunciando*, vt *feudi iacturam* patiatur, vt tamen iudex non delinquat *inquirendo*, ſi vaſallus probabilia facinoris argumenta detulit. Dicitur quidem *2. f. 33. §. ſimiliter:* quod *vaſallus dominum accuſare non debeat;* additur vero in fine: *ſi contra fecerit, feudo priuabitur*, certo indicio, accuſationem admiſſam fuiſſe, quia verba legis *cum effectu* intelligenda ſunt, adeoque præſupponunt, accuſationem admiſſam & peractam. Id etiam euincere videntur in *2. f. 24. §. item ſi delator.* hæc verba: *ſi per ſuam delationem graue dispendium eum ſuſtinere fecerit*, quod aſſeri & concipi non poſſet, ſi vaſallus *accuſator* vel *denunciator* mox a limine iudicii repellendus eſſet. Denique, facta denunciatione & manifeſtatione criminis, iudex expendit adducta χειτήρια; eorum grauitatem intuetur ponderatque, & quia *ex officio* procedit, id ſolum conſiderat, an *ſuſpicione* quadam *inſigni* ea *denunciatio* laborare cœperit nec ne? Hoc enim facile admitto, denunciationem, in ſola *priuata fide vaſalli* fundatam, aditum ad inquirendum iudici non pandere.

Medici, chirurgi, obſtetrices,

§. XCIX. Denique γ) ad hoc *ſigillum ſilentii* etiam adſtringunt *medicos*, *chirurgos* atque *obſtetrices*, quorum fide ægrotantes & vulnerati ſeſe commiſerunt, & cauſam vulnerum iis in ſecreto reuelarunt. WILLENBERG. *cit. l. c. 2. §. 23.* Quid ſi vero, hoc non obſtante, iudici vulnera, in duello a vulneratis accepta, indicauerint? Medici quidem & chirurgi minus honeſte faciunt, prodendo vulneratos, inquiſitio tamen ex hac proditione ſuſcepta nullo laborat vitio. Quid? quod chirurgi in nonnullis locis, vti in hac regia Academia, iuramento obſtricti ſint ad manifeſtandos iudici academico vulneratos, quo eo promtius in inquietos & pacis ciuilis turbatores inquirere queat.

& qui fidem de non prodendo dederunt.

Tandem δ) etiam ad *fidem ſilentii* obligant, quibus fide data delinquens arcana facinoris manifeſtauerit. Non de *committendis* loquor, ſed de iam *commiſſis*. Illa prodendo impedire, ſi impium propoſitum mutare nolit facinoroſus, honeſtatis eſt atque pietatis: hæc manifeſtare iudici, leuiſſimi animi argumentum eſt, quamuis rurſus denun-

Digitized by Google

nunciatio ſuos habere poſſit effectus. Quid enim ſi ſecreta ſibi reuelata prodiderit iudici perfidus? Quid ſi iudex inquiſiuerit, inquiſitus vero denunciationem eſſe inanem & friuolam obiecerit, ideo, quod ſibi fidem de non reuelando dederit? Palam eſt, hac exceptione inculpatum magis prodere ſemetipſum & iudici nouam anſam vlterius inquirendi ſuppeditare. Aliud enim eſt, annon perfidus denunciando male agat? quod negari nequit ceteris paribus; STRYK. *de credend. reuelat. c. 2. & 4.* & aliud, an *inquiſitioni* ad talem denunciationem ſuſceptæ deſit fundamentum? quod ex rationibus adductis aſſeri nequit. Neque enim a *ſigillo confeſſionis* tractum argumentum ad ceteros applicari poteſt, quos nominaui, quod huius *ſigilli* peculiaris ſint leges, quæ *inquiſitionem* prorſus impediunt.

§. C. Neque, quæ *modum denunciandi* tangunt, negligenda, prout traditum eſt in §. 95. quia denunciatio *de delicto* fieri debet *ſpecifice*. Id recta ratio ſuadet, quæ non permittit, vt iudex de eo inquirere poſſit, quem nulla ſuſpicione laborare intendit, quique non aliunde infamatur, quam ex *denunciatione*. Quocirca niſi *ſpecifica* fuerit, h. e. eiusmodi *circumſtantiis probabilibus* inſtructa, vt ad fidem denunciatori habendam inducere animum queat, iudex eam negligere debet. Præterea *qualitas delicti* ponderanda, quod non indiſtincte & vbique de *omni facto illicito* inquirere liceat. Latius extendit potestatem iudicis BRVNNEMANNVS in der Anleitung zu der Vorſichtigen Anſtellung des *inquiſit. proc. c. 2.* & inquiſitionem in quæuis *illicita* commendat atque inculcat. Ius Saxonicum duntaxat *inquiſitioni* locum relinquit in delictis *manifeſtis*, *maioribus*, & *ſcandaloſis*, vt ex *ord. polit. de anno 1612.* docet CARPZ. *in pr. crim. qu. 107. n. 26.* Hæc reſtrictio iuri canonico debetur, tale factum deſideranti, *quod diutius ſine ſcandalo diſſimulari & ſine periculo tolerari non poteſt*, per *c. 24. X. h. t.* quia *inquirendi modus* eo æuo inuſitatior & tantum *extra ordinem* ſeu per modum *exceptionis* exercendus erat. Poſtquam vero hodie *inquiſitio* ad *modum* procedendi *ordinarium* traducta, & *accuſatio* infrequentior facta eſt, vix eſt, vt hodie hanc viam, ſecundum *iuris canonici* principia, commode componere poſſis, quod etiam plerorumque locorum praxis docet. Obſeruaui tamen, *ordinationem prouincialem Gothanam de anno 1667. Part. III. p. 260.* in nonnullis principia *iuris canonici* deguſtaſſe, & tum ad exemplum *teſtium ſynodalium*, de quibus *tom. III. p. 604. ſq.* actum, *denunciatores publicos*, Rügemeiſter,

Denunciatio facienda ſpecifice

probabilibus circumſtantiis inſtructa, conſiderata qualitate criminis,

quod illuſtratur ex iure Saxonico,

Gothano, ad ius canonicum ſe accommodante.

ſter, introduxiſſe; tum etiam, quæ alias *denunciationibus* paſſim attribuuntur, huc applicuiſſe. Es ſollen aber, ait legislator ERNESTVS, diejenigen, ſo entweder vor ſich oder auf Erfordern und Begehren die Laſter rügen und anzeigen, ſich wohl in acht nehmen, daß ſie niemand ohne erhebliche Urſachen etwas beſchuldigen, ſondern vorher wohl ermeſſen, ob ſie deſſen gnugſahme Nachricht beybringen können, und dahero ſolches thun, mit klahrer Offenbahrung des Nahmens des Verbrechers, item der Zeit, des Ohrts, und was ſonſten für Umbſtände mehr ſeyn mögen. De ipſis vero delictis hæc paulo poſt traduntur: Nächſt dieſen haben, bevorab diejenige, ſo auf Erfordern die Laſter rügen ſollen, auch ihres Ohrts darauf achtung zu geben, ob das Verbrechen noch etwa in geheim, und nicht ſo höchſt ſtrafbahr ſey, oder auch wol ſie allein oder doch fürnemlich betreffe, oder etwa aus Unbedachtſamkeit hergefloſſen, und in ſolchem Fall die brüderliche Vermahnung und Verwarnung vorgehen, und da dergleichen hinführo nachbleibet, es bey derſelben bewenden laſſen. Id ex *c. 24. in f. X. h. t.* tractum, iuxta quod *denunciationem charitatiua monitio* præcedere debet. Additur vero: Wäre es aber ſchon lautbahr worden (vt *clamoſa inſinuatio* adſit) oder hochſtrafbahr, oder aus Vorſatz geſchehen, oder es hätte die brüderliche Vermahnung in ietzt angedeuteten Fällen nicht ſtatt gefunden, ſo muß die Ehre GOttes und die gemeine Wohlfahrt der Privat-Liebe vorgehen, und das Verbrechen ungeſcheuet, erheiſchender Nothdurft nach, ohne Befragung und auſſer den ordentlichen Rügegerichten, offenbahret werden. Ita factum, vt ex *iure canonico* plura ſint reſeruata, & ad *iudicium denunciationis*, vulgo Rügegerichte, in *ducatu Gothano* tracta, quorum quædam morem antiquum ſynodorum, *teſtibus ſynodalibus* inſtructarum, referunt, quæ tamen vnice in *pœnitentiis* imponendis (quas ex ſuis principiis pro abſtergendis peccatis neceſſarias ducebant) occupatæ erant; quædam vero ex antiquo *denunciationum ſecretarum* vſu pro nuda *correctione* deſumta, & in nouam formam translata fuerunt. Nec dubium, quin etiam aliarum prouinciarum leges, non ſatis iuris canonici ſenſu perſpecto, ſimilem *denunciationum* formam præſcripſerint, quas hic examinare & referre non licet, cum duntaxat *fontes* & *venas* earum hic aperire liceat.

§. CI.

Digitized by Google

§. CI. Tertium inquirendi fundamentum hodie conſtituunt in eo, ſi cuidam ciuiliter agenti, vel teſti etiam crimen per modum *exceptionis* obiectum; tunc enim iudicem, cur inquirat, magnam cauſam habere, ait CARPZOV. *pr. crim. q. 108. n. 54.* Vnde etiam teſtis, cui crimen obiectum, illudque probatum fuit, non tantum a teſtimonio ferendo repelli, ſed præterea etiam ſententiæ interlocutoriæ adiici ſolet hæc clauſula: Es iſt auch nunmehro geſtalten Sachen nach gegen den Zeugen gehöriges Orts zu inquiriren, derſelbe ad articulos abzuhören, und ſonſten dem criminal-proceſs gemäß zu verfahren, worauf alsdann ſeiner Perſohn und Beſtrafung halber ergehet, was recht iſt. Olim, ante INNOCENTII III. tempora, duntaxat a teſtimonio ferendo teſtes repellebantur, quod *de crimine non eſſent accuſati*, vt dicitur in *c. 1. X. de except.* cum tempore COELESTINI III. ad effectum *criminalem* accuſatio adhuc deſideraretur. Idem etiam reguſtat INNOCENTIVS III in *c. 2. in f. X. de ordin. cognit.* docetque, probato *ciuiliter* crimine, pœnam ordinariam non eſſe dictandam, *quod ea ratione*, addit, *contingit, quoniam in ipſum accuſatio non procedit*, h. e. per viam accuſationis non eſt condemnatus. Neque vero IDEM inquiſitionem hoc caſu commendat aut præſcribit, quemadmodum, prout hactenus obſeruatum eſt, circumſcripſit atque coangustauit. Quid? quod in *c. 16. X. h. t.* adhuc multum referre doceat pontifex, quomodo crimen alicui obiiciatur, adeo vt, ſi per modum *exceptionis* id fiat, criminaliter haud procedatur. *Licet enim*, ait, *agatur de crimine, non eſt tamen huiusmodi quæſtio criminalis, vnde per procuratorem poteſt rite tractari.* Imo ne quidem *inſcriptione* opus eſt, prout ſupra iam euidentius declaratum eſt. Denique nullibi INNOCENTIVS III. probato hoc modo crimine, per viam *inquiſitionis* poſtea procedendum eſſe, iubet, ſi *clamor publicus*, vnde *publicum ſcandalum* naſcatur, deſit. Quia vero hic facile, probato *ciuiliter* crimine, per *publicationem ſententiæ* oriri poteſt, rurſus ius canonicum anſam dedit, vt hodie indiſtincte hoc caſu ad inquiſitionem properare queat iudex criminalis.

3) Fundata etiam inquiſitio eſt in caſu, ſi teſtibus crimen obiectum, & ciuiliter probatum.

quod a iure canonico alienum.

§. CII. Huic poro quarto loco adiungit CARPZ. *cit. l. n. 57.* ſocii criminis *nominationem* vel *inculpationem*, quæ itidem hodie fundat inquiſitionem, ſi *qualificata* eſt, ſeu debitis inſtructa requiſitis. Ius Carolinum in *art. 31.* hoc fundamentum approbat, ſimulque eius qualitates ad decernendam *torturam* determinat. Ex *iure canonico* vero

4) Huc etiam pertinet nominatio ſocii criminis

hoc fundamentum trahi nequit, cum in *nominatione ſocii* criminis nec *denunciatio* nec *accuſatio* nec *exceptio* deprehendatur; quin generaliter potius tradatur: *de ſe crimen confeſſo non eſſe credendum in præiudicium tertii*, *c. 1. X de conf. c. 10. & 20. X. de teſtib.* quæ ſententia etex nouo iure. iam iuris ciuilis eſt. *l. 11. C. de teſtib. l. f. C. h. t.* Rurſus ergo hoc fundamentum nouum eſt, quod ſine dubio *proceſſus contra ſagas* generauit atque commendauit. Quocirca CARPZOV. *qu. 172. n. 68.* inter indicia more maiorum etiam refert denominationem a ſociis maleficis factam, *quæ*, ait, *per ſe ſola ad quæſtionem deferendam ſufficit, modo ſecundum ſuas qualitates ac requiſita talis ſit, qualem ſanctio Carolina requirit.* Optime obſeruat doctiſſ. Dn. IACOB. BRVNNEMANN. *in diſcurſ.* von betriegl. Kennzeichen der Zauberey, *p. 30. ſq.* olim hoc indicium fere præcipuum fuiſſe, ob quod contra nominatos tortura decreta fuerit. Ita vnius nominatio plures alias inquiſitiones generauit, quia non tantum ex *nominatione* inquirere licet; ſed aliquando etiam *torturæ* locus eſt.

5) Notorietas delicti commiſſi.

§. CIII. *Quintum fundamentuum* petit CARPZOV. *cit. l. n. 59.* ex *notorietate delicti*, vel *euidentia facti*, vtpote ſi cadauer occiſum, ſi infans expoſitus, ſi effractio violenta in oculos incurrant. Poſito enim crimine, in *autorem* neceſſario *ex officio* inquirendum, adeo vt iudicis negligentia iactura iurisdictionis puniri queat per *art. 1. conſtit. crim Carol.* Hoc poſito, inquiſitio *neceſſitatis* eſt: ad inſpectionem cadaueris ſtatim deuenitur, & quia omnium ſuſpenſos habet animos, quis hanc atrocem cædem commiſerit, per *interpretationem vſualem* pedetentim inualuiſſe videtur, vt *clamor publicus* a iudice vindictam expoſcat. Huic etiam

6) Si alias quis ſuſpectus redditur de delicto commiſſo.

ſextum fundamentum par eſſe videtur, ſiquidem delictum non eſt notorium, nec forma de delicto commiſſo adſit, *occaſionaliter* tamen quis admodum ſuſpectus de delicto commiſſo redditur, vtpote ſi, intrans ciuitatem, ob gabellam ſoluendam viſitatur, & præter ſpem & opinionem apud eum res admodum ſuſpectæ, quas celare nititur, quæque cum eius vitæ inſtituto non conueniunt, deprehenduntur, præſumtio ingens naſcitur, eas furto eſſe ablatas, adeoque ſi homo vilioris conditionis eſt, in quem facile tale crimen cadere poteſt, carceri mancipatur, & inquiſitio ſatis fundata eſt.

Forma inquiſitionis obſeruanda.

§. CIV. Hæc de fundamentis *inquiſitionis* adferre lubuit, quæ potiſſimum ex *iure canonico* illuſtranda erant. Deſiderat vero hic proceſſus *debitum inquiſitionis ordinem*, ne inde naſcantur iniuriæ, vnde

Digitized by Google

de iura naſcuntur. *c. 14. X. h. t.* Alioquin ſi quis *inordinate*, *propter iuris ordinem non ſeruatum*, remotus vel depoſitus fuerit, ille mox reſtituendus, & qui ei ſubſtitutus eſt, deiiciendus, vtpote illegitime remoto ſubſtitutus. *c. 21. X. h. t.* Proinde nec defenſio ei deneganda, in quem finem ei acta communicanda, teſtiumque nomina cum eorum dictis publicanda. *c. 21. X. h. t.* Enimuero meum non eſt, ſpeciatim *ordinem* inquiſitionis *debitum* hic exponere, qui prolixiorem deſiderat laborem, quem propoſitum meum haud admittit. Id vel binis verbis addo, INNOCENTIVM III. inter modum procedendi *accuſatorium* atque *inquiſitorium* hoc quoque discrimen induxiſſe, quod ſicuti ille *ordinarius*, ita hic *ſummarius* dicendus: quod in illo *pœna ordinaria* dictanda; in hoc autem pœna *diſcretioni moderantis iudicis* relicta fuerit, niſi (ex iuris iſtius peculiari ratione) tali de crimine condemnatus fuerit reus, quod etiam, pœnitentia peracta, delinquentem inhabilem reddit ad retinendum beneficium & exequendum officium, vtpote ſi quis homicidium commiſerit, quod *abſolutam irregularitatem* inducit. Credidit INNOCENTIVS, pœnas *ordinarias* tantum proceſſui *accuſatorio* cohærere: ſi per *inquiſitionem* proceditur, *extra ordinem* procedi, & ſic quoque conueniens eſſe, vt *extraordinaria pœna* plectatur conuictus. Inde forſan vulgatum illud profluxit, *hodie omnes pœnas eſſe arbitrarias* iuxta ſententiam CARPZOV. *pr. crim. qu. 150. n. 6.* forſan ideo, quod hodie ordinarie per viam *inquiſitionis* procedatur. Enimuero ipſe parum fidit huic regulæ, quæ etiam falſiſſima eſt, nec doctrina iuris canonici, poſtquam *inquiſitio* modus procedendi *ordinarius* factus eſt, hodie amplius ſibi locum vindicat, adeoque merito pœnæ in ſuo ſtatu etiam in proceſſu inquiſitorio ſubſiſtunt.

De pœna in inquiſitione dictanda.

TIT. II.

DE

CALVMNIATORIBVS.

§ I.

OBſeruaui *titulo præcedente*, tum iure *ciuili* tum *canonico* magnam egiſſe curam legislatores patresque antiquos, ne quis temere ad peccari poteſt accu- Tribus modis in accuſando,

Digitized by Google

accuſandum proſiliret, vel alio modo in accuſando ſuo deeſſet officio. Tribus potiſſimum modis temeritatem accuſatorum committi poſſe cenſebant Romani, interprete ICto *l. 1. pr. & §. 1. ad SC. Turpill.* aut *enim alumniabantur, aut præuaricabantur, aut tergiuerſabantur.* Ca-

imprimis calumniando,

lumniari erat *falſa crimina intendere*, tracta voce ab antiquo *caluo*, cuius adhuc XII. tabulæ mentionem faciunt: *Si caluitur pedemue ſtruit*, h. e. *ſi moretur & fruſtretur. Inde*, pergit CAIVS in *l. 233. de V. S. & CALVMNIATORES appellati ſunt, qui per fraudem & fruſtrationem alios vexant litibus, inde & CAVILLATIO dicta eſt.* Imo fere omnis *forenſis improbitas* tum *callida* tum *mendax* hac appellatione deſignata

quod variis fit modis,

fuit, quæ vel in *callida legum interpretatione: l. 19. ad exhib.* vel in *perverſo legum vſu: t. t. ſi mulier ventr. nom. in poſſeſſ. calumniæ cauſa eſſe dic.* vel in *conductione vulturum forenſium*, qui alios litibus inanibus vexarent: *t. t. de calumn.* vel in *fruſtrationibus* in cauſis ciuilibus adhibitis, quas coercet iuramentum calumniæ: *t. t. de iurei. propt. calumn.*

præſertim per falſorum criminum imputationem,

vel denique in *falſorum criminum imputatione* iudicialiter facta conſiſtit, prout *h. t.* ſumitur. Sicuti autem iure canonico variis modis crimen alicui obiici poteſt, prout *tit. anteced.* oſtendimus; ita *calumnia* alia eſt *accuſatorum:* alia *inquirentium:* alia *denunciantium:* alia denique *excipientium*, quæ ſigillatim *h. t.* explicanda ſunt, quamuis de prima ſpecie hic potiſſimum agatur.

Frequentia calumniatorum apud Romanos,

§. II. Non inepte cenſuit CICERO *in orat. pro Roſc. Amerino c. 20.* accuſationem reipublicæ eſſe vtilem, modo ſine *calumnia* exerceatur. *Accuſatores*, ait, *multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia. Veruntamen hoc ita eſt vtile, vt ne plane illudamur ab accuſatoribus.* Illudimur autem ab his, ſi *falſa crimina* intentant contra innocentes, quos ſupprimere conantur. Atque hoc hominum temerariorum genere abundauit respublica Romana, vt pœnis atrocioribus eradicari haud potuerit, nouis præſertim per *calumniam* effictis criminibus, quibus impune, & ita ſub præſidio legum, graſſabantur in innocentes hi, quo-

præſertim erga chriſtianos,

rum intererat, innocentes perire. Loquuntur annales chriſtianorum gentiliumque, his calumniis potiſſimum obnoxios fuiſſe eos, qui Chriſto nomen dederunt. NERONI hoc gloriæ dederunt, quod prouincias hac ſuperſtitione purgaſſet, qua appellatione *ſanctiſſimam* denotarunt *fidem.* Id docet antiqua inſcriptio Hiſpanica apud GRVTERVM *in theſ. p. 238.*

NE-

Digitized by Google

NERONI. CL. CAES.
AVG. PONT. MAXIM.
OB PROVINC. LATRONIB.
ET HIS. QVI. NOVAM.
GENERI HVM. SVPERSTITION. INCVLCAB.
PVRGATAM.

Horum calumniarum *acta Apoſtolica* plena ſunt. Ita PAVLVM accuſarunt quidam Philippenſes per *calumniam*, *Act. XVI, 19. ſqq.* Athenienſes, *Act. XVII, 19. ſqq.* imprimis pontifex maximus Ananias cum ſenioribus Iudæorum. *Act. XXIV, 1. ſqq.* Iaſonem pariter & Silanum per ſimilem calumniam detulerunt, *Act. XVI, 19. XVII.* & quid dicam de infinitis falſis criminibus, chriſtianis coram iudice criminali obiectis, ob quæ ad exquiſitiſſima rapiebantur ſupplicia, quæ ſpeciatim collegit KORTHOLD *in pagan. obtrectat.* Quæ *grauior calumnia*, quam *atheiſmi* imputatio? Ait ARNOBIVS *lib. I. Ergone impiæ religionis ſumus apud vos rei, & quod caput rerum, & columen venerabilibus adimus obſequiis, vt CONVITIO vtamur veſtro, infauſti & athæi nuncupamur?* quod ſpecialiter illuſtratur, Clementem conſulem ac Flauiam Domitillam morte affecit DOMITIANVS, *illato ambobus crimine impietatis*, quod eſſent chriſtiani, DIONE teſte *lib. 67. p. 766.* Addit: *cuius rei cauſa multi, qui in mores iudæorum tranſierant, damnati ſunt*, quibus verbis procul dubio *chriſtianos* intelligit, quos eo tempore *iudæis* accenſebant. Mitior NERVA COCCEIVS, qui EODEM teſte *lib. 68. p. 769. eos, qui rei facti erant impietatis, abſoluit, exulesque reſtituit.* Paulo poſt ſubiicit: *neminem quoque impietatis & ritus iudaici accuſari permiſit.* Nulla *atrocior calumnia*, quam qua *ſeditionum* & *conſpirationum* eos reos faciebant, ipſimet Saluatori imputatarum. *Luc. XXIII, 2. 5.* Non ergo adeo mirandum, ſi ipſius diſcipuli in idem crimen per *calumniam* fuerint vocati, a quo eos abſoluit PLINIVS *lib. X. epiſt. 97.* Huic *calumniæ* par eſt imputatio criminis *læſæ maieſtatis*, vt fatetur TERTVLLIANVS *Apol. c. 10. Sacrilegii & maieſtatis rei conuenimur. Summa hæc cauſa, imo tota eſt.* Dicebantur enim *irreligioſi in Cæſares, neque imagines eorum repropitiando, neque genios deierando*, vt IDEM *lib. I. ad Nation. c. 17.* ait. Nouum calumniæ genus in *Oedipodeo concubitu* conſtituerunt. Teſtis eſt THEOPHILVS Antiochenus *lib. III. ad Autolycum: Aiunt, noſtras vxores eſſe communes, & promiſcuo concubitu nos vti criminantur. His accedit, quod crimini nobis vertunt, quaſi nec a*

propriis ſororibus nobis temperemus, verum & has inceſta libidine temerario auſu violemus. Iſtud præterea & ſumme impium & crudeliſſimum eſt, quod nobis intendunt crimen, dum humanis nos carnibus veſci aiunt. En cumulum inſignem calumniarum, quibus innocentes onerabant. Denique quid immanius, quam cauſam omnium malorum publicorum per *calumniam* in chriſtianos retorquere, quod TERTVLLIANVS *in apol. c. 40.* ex *communi odio* fieri cenſet, adeoque ſtatim eos *ad Leonem* rapi ait. Et quid ceteras calumnias attingam? a quibus eo minus abſtinebant, quod *calumniandi* ſtudium ſub imperatoribus adeo creuerat, vt pauci a *delatorum improborum* impetu eſſent immunes, ipſis imperatoribus calumniatores in ſinu gerentibus, vt plenius & planius enarrat HENRICVS BRENCMANNVS *de fatis calumniator. ſub imperator.*

Paulo poſt calumnia etiam infecit chriſtianos, ex odio hæreticorum.

§. III. Hi mores erant gentilium, a vero numinis & ſalutis per CHRISTVM recuperatæ ſenſu alienorum, quos fideles ſumma animi conſtantia & patiente animo ferebant, ad *toleranciam* prorſus compoſiti. Sed proh dolor! pedetentim ſcena eſt mutata, & peſtis *calumniarum* infecit etiam chriſtianos, quos *ſtudium perſequendi hæreticos* quandoque occœcauit, vt errantes in fide ſæpe grauiſſimis onerarent criminibus, & mox aures credulas iis præberent, qui turpiſſima quæuis iis affingebant, quibus tamen acriter contradicebant. Iam ſeculo IV. hoc cacoëthes ſerpere cœpit, vt vel EPIPHANII *hæreſes* loquuntur, quæ ſinceram rerum geſtarum fidem adeo daprauarunt, vt vix credibile ſit, tam inſignes impoſturas in hæreticos cadere potuiſſe. Verum etiam hi ipſi varia *calumniarum* genera contra orthodoxos excogitarunt, vt vel fata ATHANASII docent, qui ſingulari DEI prouidentia eos in ruborem dedit, vivumque Arſenem, qui per *calumniam* ab eo occiſus dicebatur, concilio ſtitit. Immenſo me immitterem campo, ſi per omnia ſecula calumniarum ſegetem vberrimam referre conarer, quam zelus immaturus hæreticos perſequendi (quem *hæretificinam* quidam dicunt) primum generavit, & odium erga diſſentientes plus quam Vatinianum aluit perfecitque. Ita enim ſunt homines comparati, vt quos odio perſequuntur, facile traducant, & quæuis peſſima de iis concipiant, a quibus aduerſarii ſæpe alieniſſimi ſunt. Hiſtoria reformationis, infinitarum ſimultatum teſtis, harum *calumniarum* plena & referta eſt, ceu vel publica ſcripta docent. Quid quæris? nec a calumniis abſtinent, qui vnius eiusdemque confeſſionis ſunt, vbi in mutuas concertationes incidunt, & ſtudio

per-

Digitized by Google

perſecutionis ducuntur, iis proprio, qui nec diſſenſum in leuiſſimis tolerare poſſunt. Ita nullum frequentius malum *calumniæ*: nullum ſcelus, quod maiori audacia vbique regnat, quia impunitatis præſidium, maxime in *cauſa* fidei, habet, niſi forſan in *iudicio* commiſſum fuit.

§. IV. Quamuis vero, prout §. 1. obſeruaui, variis modis *in iudicio* calumnia committatur; hic tamen eam ſpeciem, quæ familiam ducit, intelligimus appellatione *CALVMNIAE*, *qua dolo malo falſa crimina in iudicio alicui intentantur.* Tria ergo conſtituunt *calumniæ* crimen: 1) dolus malus: 2) falſum crimen: 3) eiusdem in iudicio delatio. Formale huius criminis conſtituit *dolus malus*, absque quo nullum crimen committitur: qui iuſto errore ducitur, *calumniæ* non tenetur, quia fallendi intentio deeſt. Adeoque qui non probat, quod intendit, non vtique potinus calumniari videtur; *nam*, vt ait MARCIANVS in *l. 1. §. 3. ad SC. Turpill. eius rei inquiſitio arbitrio cognoſcentis committitur, qui, reo abſoluto, de accuſatoris incipit conſilio quærere, qua mente ductus, ad accuſationem proceſſit, & ſi quidem iuſtum eius errorem reperit, abſoluit eum.* Hoc adeo extendit ICtus *cit. l.* §. 5. vt etiam *temeritati facilitatis* veniam dandam, & *inconſultum calorem* calumniæ vitio carere crediderit, (quamuis culpa, quæ in *temeritate* tali latitat, non careat,) quod ad minimum accuſator in *bona fide* fuerit. Quia vero hæc intentio vtplurimum abſcondita eſt, ſuſpicio *calumniæ* non aliter declinari poteſt ſecundum ius canonicum, quam *iuramento purgatorio. c. 3. C. 5. q. 6. c. 2. X. h. t.* Multo minus ergo *calumniæ* reatum incurrit, qui aliquid probauit, veluti per vnum teſtem: qui reum in tantum grauat, veluti per inculpationem defuncti, vt *iuramento purgatorio* vel *tortura* ſuam innocentiam oſtendere cogatur, quod accuſator vel denunciator probabilem cauſam crimen in iudicium deferendi habuerit, quod prouiſum in *iure Carol. art. 61.* & plenius explicatum a FARINACIO *pr. crim. qu. 16. n. 41. ſqq.* & FERMOSINO *ad h. t. q. 2. n. 14. ſqq.* Maiorem adhuc cauſam ſe excuſandi habet, qui mandato ſuperioris accuſare iuſſus eſt, *l. 2. C. delator.* prout contingit, ſi aduocato fiſci cauſa criminalis committitur. vid. AMAYA *ad cit. tit. n. 20. ſq.* FERMOSIN. *cit. l. n. 15.* Alterum requiſitum eſt *falſitas criminis*, in quo hæc *calumniæ* ſpecies diſcernitur ab aliis calumniis ciuilibus quæ in cauſis pecuniariis committuntur. Nec refert, vtrum delictum ſit *publicum* an *extraordinarium*, imo etiam *priuatum*, cum nec in his commiſſa calumnia impunita eſſe debeat. *l. 3. ad. SC. Turpill.*

Calumniæ in criminibus conceptus euoluntur,

qui in primis dolum malum deſiderat,

per iuramentum nonnunquam abſtergitur,

vel probabilem cauſam,

præterea falſitas criminis neceſſaria eſt,

De.

Digitized by Google

& denique delatio.

Denique vltimum eſt, *vt illud ipſum in iudicium doloſe delatum fuerit* ſiue *immediate* ſiue *mediate*, vt ſi quis miniſterio alterius vſus eſt ad mandandam accuſationem, ſi accuſatorem ſubmiſit aut inſtigauit, quo caſu vterque & ſubmittens & ſubmiſſus punitur. *l. 1. §. 13. eod. l. 15. pr. eod.* Sicuti vero hodie pluribus aliis modis, quam de *iure ciuili*, crimen in iudicium deduci poteſt, ita etiam pluribus modis committi poteſt, vt ſupra iam dictum.

Olim pœna legis Remmiæ coercebatur,

§. V. Pœna *calumniatorum* antiquiſſima eſt ex *lege Remmia*, cuius mentio adhuc fit in *l. 1. §. 2. eod.* Eius autor antiquiſſimus ſed incertus eſt, obſeruante BRENCMANNO *d. L. Remmiæ exitu c. 3.* quæ in *inuſtione literæ* K. *in fronte calumniantis* conſiſtebat, VT IDEM *cit. l. c. 5.* docet, quod veteres *kalumniam* ſcriberent. Vnde *integræ frontis* homo, nulla notatus calumnia, dicebatur, *l. 13. de teſtibus*, & ſicuti *pudoris* argumenta ex *fronte* colligenda eſſe cenſebant veteres, ita æquum exiſtimarunt, eius frontem notare, qui abiecto omni pudore falſorum criminum aliquem inſimulauerat. Sed pedetentim hæc pœna variis occaſionibus in deſuetudinem abiit, & quamuis adhuc MARCIANVS in *l. 1. §. 2. ad SC. Turpill.* & PAPINIANVS in *l. 13. de teſtibus* hanc legem memorent, inde tamen non neceſſario colligendum, vſum huius legis adhuc eo tempore fuiſſe, quo hi ICti floruerunt. Neque enim ignotum eſt, ICtos ſæpe ad antiquas leges vel *memoriæ cauſa*, vel vt aliquod *argumentum* inde trahant, prouocare, licet iam dudum quoad magnam partem exſpirauerint. Nec improbabile eſt, quod vir clariſſ. BRENCMANN. *cit. l. c. 10. ſqq.* obſeruat, plura *Remmiæ* legis fuiſſe momenta, & præter pœnam, de *teſtimonio calumniatorum*, de *facultate accuſandi iis adempta*, ceteris, dispoſitum fuiſſe, adeoque PAPINIANVM adhuc ad *L. Remmiam* in doctrina *de teſtibus* prouocare potuiſſe. Ceterum MARCIANVS *pœnæ* ex L. Remmia quidem meminit, ſed *hiſtoriæ cauſa*, quod eo tempore iam *inſcriptio in crimen & pœna talionis* recepta fuerit, qua abolita eſt *notatio frontis*. Neque enim hanc pœnam cum *talionis ſupplicio* concurrere potuiſſe, recte iudicat BRENCMANN. *cit. l. c. 9.* quod iunctio vtriusque pœnæ non potuiſſet non enormem ſapere crudelitatem, nec pœna legis Remmiæ finem vlterius aſſequi. In *capitalibus* enim delictis calumniator vltimo afficiendus ſupplicio, & conſequenter *inuſtio frontis* ſine effectu erat. Ad minimum [illegible] leges præter pœnam *talionis* & legis *Remmiæ* inflixiſſe, atque [illegible] idem delictum duplici lege & pœna plecteretur, quod fas non

quæ pedetentim in deſuetudinem abiit,

poſtquam inſcriptio in crimen introducta,

Digitized by Google

non permittebat, nec æquitas probabat. Credibile potius est, pœnam hanc inustionis & deturpationis faciei, quod ab omni recedere videretur humanitate, mox defciuisse ab vsu, & consenuisse, moribus Romanis magis magisque a prisca seueritate ad humanitatem inclinantibus, quod etiam BRENCMANNVS *cit. l. c. 16. & 17.* obseruat.

§. VI. Lege Remmia extincta, *pœnis extraordinariis* subiecti sunt *calumniatores*, imprimis *irenarchæ* aliique *publici accusatores*, qui in crimen non inscribebant. *l. 6. D. de custod. & exhib. reor.* Priuati delatores, quamdiu liberati adhuc erant a *vinculo inscriptionis*, eadem plectebantur pœna; imo, vinculo hoc iam introducto, *in priuatis extraordinariisque criminibus* non alia quam *extraordinaria* obtinuit. In *l. 3. ad SC. Turpill.* PAVLVS ait: *Et in priuatis & in extraordinariis criminibus omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.* In *publicis* enim subscriptione introducta tantum *pœna talionis* obtinuit. Equidem PAVLVS *lib. I. sent. tit. 5. §. 2.* etiam *publicis* eandem decisionem applicat: *& in priuatis & in publicis iudiciis omnes calumnioſi extra ordinem pro qualitate admissi plectuntur.* Addit IDEM *lib. V. sent. tit. 4. §. 11.* etiam varia calumniatorum supplicia: *Omnes calumniatores exilii vel insulæ relegatione aut ordinis amissione puniri placuit.* Enimuero sine dubio deprauatus est PAVLVS *lib. I. sent. tit. 5.* & pro *extraordinariis* substituta est vox *publicis*, vt SCHVLTINGIVS aliique existimant, sicuti etiam posterior locus de iisdem delictis intelligi debet. Quemadmodum enim in his *extraordinariæ* pœnæ locus erat, ita calumnioſi quoque tali plectebantur pœna. In *publicis* pœnæ *talionis* subiecti sunt calumniatores, postquam generaliter *subscriptio in crimen* accusatoribus imposita est. *Huius enim*, vt optime ait BRENCMANNVS *de L. Remm. exitu c. 19. ea natura est, vt nec euitari possit talio, nec vlla ratione eludi. Non euitari, quoniam sine prævia subscriptione in crimen nemo, qualiscunque sit, ad accusandum admittitur: non eludi, quia qui accusationem suscipit, eodem chirographo ad condemnationem se obligat.* Id manifestissime indicat VLPIANVS in *l. 7. pr. de accus. Si cui crimen obiiciatur, præcedere debet in crimen subscriptio, quæres ad id inuenta est, ne facile quis prosiliat ad accusationem, cum sciat, inultam sibi accusationem non futuram.* Plenius naturam eius explicat BRENCMANN. *c. l. c. 21.* & ab iniquitate *pœnam talionis* vindicat. Quia vero ius canonicum *accusationes* ex antiqua praxi Romana recepit, vt *ecclesiasticis* punirentur *censuris*, *subscriptionis* quoque necessitatem pariter accusatoribus imposuit & ex ea

Substituta pœna extraordinaria.

In publicis pœna talionis.

Ex inscriptione in crimen.

Digitized by Google

Iure canonico etiam recepta.

pœnam *talionis* recepit. Liquet id ipſum ex *c. 4. C. 2. q. 8.* & imprimis ex *c. 2. C. 4. q. 4. Inſcriptio primo ſemper fiat, vt talionem calumniator recipiat, quia ante inſcriptionem nemo debet iudicari vel damnari, cum & ſeculi leges hæc eadem retineant.* Pariter in *c. 3. C. 5. q. 6.* GREGORIVS hunc morem probat: *Iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus vtique ſuſtineret.* Adhuc INNOCENTIVS III. ſuo æuo ad *inſcriptionis* neceſſitatem prouocat in *c. 6. X. de accuſ.* aitque: *cum in modum accuſationis obiicitur crimen, oportet inſcribi,* quod ſupra etiam *tit. de accuſat.* ex doctrina *de procuratoribus in criminalibus non admittendis* illuſtratum eſt.

Ab vſu forenſi aliena.

Interim tamen ad fora hodierna hæc *inſcriptio* haud tracta eſt, vt *criminalis conſtitutio Carolina* declarat, ſed loco eius *cautio* pro *iniuria*, per *calumniam* commiſſa, & *expenſis in art. 12. conſt. crim.* ſubſtituta, adeoque reuera *extraordinaria* calumnioſi plectuntur *pœna*, ſicuti *iniuria* huic pœnæ ſubiacet. Imo fere vniuerſali deſuetudine pœna *talionis* exaruiſſe videtur, vt SCACCIA. *de iudic. c. 15. n. 14.* GAILIVS *lib. I. de pac. publ. c. 9. n. 3.* aliique fatentur, & *tit. de accuſat. §. 45.* declaratum eſt, vt huic doctrinæ non adeo prolixius immorandum ſit.

Olim in denunciatione calumnia committi non poterat.

§. VII. Progredior ad *denunciantes*, qui itidem *calumniam* committere poſſunt. Naturam *denunciationis antiquæ & recentioris æui* plenius delineaui *tit. de accuſ. §. 91. ſqq.* In *antiqua denunciatione*, quæ in *occultis delictis* fiebat ad effectum, vt reus ad *ſpontaneam confeſſionem* adigeretur, nulla *inſcriptione* opus erat, quia *accuſator* deerat, vt INNOCENTIVS III. in *c. 16. X. de accuſ.* declarat, nec *pœna calumniæ* locum habere poterat, quia ſi reus ſponte *delictum occultum*, quod forte remotis arbitris commiſſum erat, confiteri nollet, nihil agebatur, nec iudex vlterius procedere poterat, vt *cit. l. §. 91.* obſeruaui. Aſt *hodierna denunciatio* longe a *priſca* receſſit, quippe quæ in hunc fit finem, vt iudex in crimen denunciatum *ex officio* inquirat, adeoque propria ſua requiſita habet *cit. l. §. 95. ſqq.* tradita.

An in hodierno?

Videamus ergo, vtrum etiam hodie talis denunciator *calumniæ nomine* teneatur? Equidem *cit. l.* euictum eſt, non quascunque recipi denunciationes, ſed *delectum perſonarum* haberi, easque *ſpecifice* eſſe faciendas, & ex *probabilibus circumſtantiis* muniendas, vt iudex his ipſis ad *inquiſitionem* contra denunciatum inſtituendam moueri poſſit, & ſic probabilis delicti denunciati ſtatus denunciantem ab omni *calumnia* liberare videtur. Præterea nec probare crimen, quod iudici manifeſtauit, cogitur, quia non *accuſat*, ſed tantum iudici crimen

ad

Digitized by Google

ad inquirendum *defert*, cui incumbit *ex officio* in veritatem rei inquirere, si indicia adlata ita comparata deprehenderit, vt inquisitio satis fundata videatur, prout latius declarat SCHACHER *de iudic. crimin. denunciat. c. 2. n. 26. seqq.* Vnde contingit, *vt*, iudice OLDEKOPPIO *tit. 2. obs. crim. 19. n. 1. promtiores sint homines ad denunciandum quam accusandum. Huius rei ratio*, pergit, *palam est, ne teneantur assistere, neque litem suis prosequi sumtibus, vel alia subire, quæ exigit constit. crimin. Carol. art. 12. 13. 14. 15.* Interim a pœna *calumniæ* non liberantur, qui falsa crimina dolo malo detulerunt, & quidem parti *iniuriarum & expensarum* nomine ad satisfactionem, iudici ad *pœnam* tenentur, modo *simpliciter* absolutus sit reus. Qui, *iuramento purgatorio* præstito, absolutoriam obtinuit, vel ideo, quod causam denunciationi dederit, agere nequit contra denunciantem, obseruante CARPZ. *P. 4. c. 45. def. 9.* Idem quoque dicendum, si iudex adstrinxerit denunciantem, vt denunciationem *iuramento* confirmaret, eamque veram esse, ostenderet, quod ex *grauitate causæ & qualitate denunciati* recte iudex a denunciante exigit, quamuis, me iudice, hoc iusiurandum magis sit *calumniæ*, quam *veritatis* seu *testimoniale*. OLDEKOPP. *tit. 2. obs. crim. 19. n. 6.* Neque enim æquitas iurisque ratio postulat, vt delatores simul testimonium ferant, quod recte reprobat DAMHOVDERVS *in pr. crim. 6. n. 10. & c. 50. n. 22.* nisi aliunde inquisitus grauatus fuerit, vt iudex inquisitionem non tam in *denunciatione* quam in aliis *indiciis* prægnantibus fundauerit, & ad eam processisset, si vel maxime denunciatio facta non fuisset, vt probe monet OLDEKOPP. *tit. 2. obs. crim. 11. n. 2. sq.*

Quod affirmatur.

Quæ aliquando iuramento confirmanda.

§. VIII. Sed nec *iudex* a crimine hoc immunis est, si ad inquisitionem *citra fundamentum* contra innocentem processerit, & inique eum afflixerit vexaueritque; multo magis vero, si absque *indiciis sufficientibus* innocentem torturæ subiecerit. Etenim hoc casu non tantum tota inquisitio nulla est, sed α) iudex parti læsæ tenetur, seiner Schmach, Schmertzen, Kosten und Schaden der Gebühr Ergötzung zu thun, vt disponit CAROLVS V. in *constit. crim. art. 20.* idque β) actione *syndicatus*, quæ vnde originem & denominationem traxerit, probe explicat CLASENIVS ad *cit. art. 20.* quamuis non dubium sit, quin ad denunciationem calumniam passi per viam *inquisitionis* ad pœnam arbitrariam contra eum procedi queat. Neque γ) iudicem a pœna *calumniæ* liberat exacta ab innocente *vrpheda* de non vindicando carcere & tortura, quod quia inique extortum, ipso iure nullum est, quamuis ex communi senten-

Iudex etiam calumniam committere potest.

Nec liberat eum a pœna calumniæ exacta vrpheda.

tia *relaxationem ad effectum agendi* exigere soleant, de cuius ratione dixi *tom. I. ad tit. de iurei §. 51. seqq.* Huc δ) exempli loco trahit CAROLVS V. in *art. seq. 21.* abusum antiquitus frequentissimum, si iudex processit ad denunciationem, ex *crystalli inspectione* vel alia *diuinatione magica* tractam, & in ea sola fundatam, quæ reuera omni solido caret fundamento. Quid enim ineptius est, quam diuinatori eiusmodi pessimo atque scinoroso fidem habere? Pari in luto hæserunt, qui ad *sagarum nominationes* innocentes torturæ subiecerunt, asserentium, se in monte Bructererorum, nocte festiua, in conuiuio sagarum imaginario, hos vel illos quoque vidisse, quos forsan per *somnium* vel *phantasiam animi* se vidisse crediderunt. Et tamen hæc monstra inquisitionum in actis antiquis obseruaui, quo nihil atrocius excogitari potuit. Sunt plura alia falsissima & fallacissima indicia *magiæ*, quæ hic non tangam, enucleata iam in diss. B BODINI *de fallac. mag. indic.* & Dn. IACOBI BRVNNEMANNI tr. von betrieglichen Kennzeichen der Hexerey. Illud tantum inde euincam, iudicem, ad ea procedentem, de *calumnia* teneri.

Calumniam etiam committere potest excipiens de crimine.

Contra iudicem,

Actorem vel testem.

§. IX. Denique potest etiam *excipiens* de *crimine* calumniam committere, quod vel *iudici* vel *parti* vel *testibus* opponit ad effectum ciuilem. Recusari quidem potest iudex *suspectus*; ast non raro per *calumniam* iudici *suspicio* obiicitur, cuius causa tamen probari non potest, quod ex iudicio CARPZOVII *P. IV. c. 42. def. 8.* & MEVII *P. I. dec. 51.* actione *iniuriarum* merito vindicandum. Neque enim quod ad *defensionem* introductum, in occasionem iniuriæ & calumniæ trahendum est. Si *actori* vel *testi* obiicitur crimen, vt ab *accusatione* vel *testificatione* repellatur, inscriptio quidem hoc iure cessat per *c. 16. X. de accusat.* Sed ea de causa impune *calumniam* committere nequit, adeo vt si obiectum crimen nec probari, nec suspicio *calumniæ* iuramento purgari queat, omnino *iniuriarum* teneatur. Potest vero etiam ob alias rationes *exceptio criminis* ciuiliter opponi, vt actor repellatur ab *agendo*, vtpote si vxor dotem repetat post mortem mariti, cui etiam heredes exceptionem *adulterii* opponere queunt, vt supra *tit. XX. §. 24. seqq.* euictum est ex mente iuris canonici. Præterea etiam heredibus vxoris prædefunctæ, dotem repetentibus, a marito hæc exceptio potest opponi ad effectum *priuationis*, licet lis cum defuncta non fuerit contestata, vt recte CAROLVS DE MEAN. *in iure ciu. Lebd. P. III. obs. 328. n. 7.* docet; interim si per *calumniam* defuncto iniuria fuerit obiecta,

Digitized by Google

iecta, non prohibentur heredes actionem iniuriarum, hereditati acquisitam, instituere. *l. 1. §. 4. de iniur.* Quid si creditori per *calumniam* obiiciatur crimen *vsurariæ prauitatis?* Id enim fieri posse, nisi executiue ex instrumento guarentigiato agatur, indubium est, obseruante etiam IVLIO CAPONO *disceptat. for. 399. n. 5. seqq.* Hoc casu sine dubio vindicare hanc iniuriam poterit, per *calumniam* commissam. Denique potest etiam *promouendo* ante confirmationem, & consecrando ante consecrationem *exceptio criminis* obiici ad hunc effectum, vt vel eius *promotio* impediatur, vel a iam obtento episcopatu repellatur, & quia hoc casu calumnia exorbitantior est maiorisque præiudicii, sine dubio quoque pœna eius crescit. Iude Pontifex in *c. 16. X. de accusat.* in casu postremo si iam confirmato, qui *consecrationem* petit, crimen obiiciatur, constituit, vt excipiens, licet *vinculum inscriptionis* subire non teneatur, ad *extraordinariam tamen pœnam, secundum arbitrium discreti iudicis, si defecerit in probando, adstringendus sit*, vt tantum pœna *talionis* cesset.

Contra promouendum vel consecrandum.

TIT. III.

DE

SIMONIA, ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBVS EXIGATVR VEL PROMITTATVR.

§. I.

ACcusationum obiectum *titulo I. §. 63. seqq.* constitui in *delictis*, ostendique, quo respectu ad *forum ecclesiasticum* tracta fuerint, quorum primarias species in sequentibus titulis RAYMVNDVS DE PENIAFORT per decretales illustrat. Et cum ab huius latere in præcedentibus libris non discesserim, eum præeuntem etiam in posterum sequar. *Simoniæ*, crimini ecclesiæ Romanæ admodum familiari, de-

Scriptores de hoc crimine laudantur.

Digitized by Google

ſtinatus eſt hic titulus, contra quam per omnia ſecula calamum ſtrinxerunt patres, ſcriptores, concilia, quoniam per omnia fere ſecula dehoneſtauit rem chriſtianam. Fata huius criminis hiſtorice optime illuſtrauit & inſigni rerum copia exornauit LVDOVICVS THOMASSINVS *P. III. vet. & nou. eccl. diſcipl. lib. 1. c. 49. ſeqq.* quamuis, quod confeſſioni fidei eius tribuendum, non diſtincte vltra modum extenſum huius criminis ambitum docuerit, qui demum ex corruptis rerum moralium conceptibus & præconceptis quibusdam opinionibus natus eſt. Feliciori conatu tum fata huius criminis, tum latiſſimum eius ambitum explicuit tradiditque Dn. D. IO. GEORG. PERTSCHIVS *in tract. de ſimonia*, cuius epitomen dederat in diſſertat. me Præſide, habita *de inuolucris ſimoniæ detectis.* In vtroque id egit, vt oſtenderet, vel crimen *ambitus cuiusdam* latere in ſimonia, vel ſpectrum quoddam criminis in certis caſibus fingi, ab omni delicto immunibus, vel tot ſubterfugia excogitata eſſe, vt tutiſſimum hoc imaginarium facinus ſemper habeat portum, in quem ſe recipiat. Succinctior eſt HAHNIVS *de crimine ambitus eccleſiaſt. ſeu ſimonia*, vbi tantum genuinam eius ſpeciem refert. Scholaſtici imprimis ex penu ſuæ eruditionis ſubtiliſſimæ ſuppeditarunt ſimoniacis (quos ex ſenſu Romanæ eccleſiæ non aliter quam ſummo infectos flagitio intueri poſſum) aſylum, quo ſe munire queant, & tot latebras ad tegendas legum eccleſiaſticarum transgreſſiones inuenerunt, vt ſub hac philoſophia propagatum fuerit hoc crimen quotidie. Mentem Scholaſticorum in hac doctrina explicant GVILIELMVS REDOANVS, MARTINVS BONACINA *tom. I. oper. p. 769. ſeqq.* IO. ANSILLON, parochus Leodienſis, FRANCISCVS DE VICRORIA *relect. moral. XI.* quæ eſt de *ſimonia*, RAYMVNDVS DE PENIAFORT, compilator decretalium, *in ſumma lib. I. tit. I.* LVPVS *tom. IV. p. 41.* aliique. Et quia non defuerunt, qui nouum dogma, hactenus inauditum, in ſcenam produxerunt, quo papam ab omni ſimonia abſoluerunt, de quo vid. THOMAS CAMPEGIVS in tr. *an papa poſſit incurrere ſimoniæ labem?* calamum contra illud ſtrinxit IO. LAVNOIVS ſimulque ſententiam veterum pleniſſime retulit in tr. *de veter. Rom. eccleſ. circa ſimoniam traditione*, cui iungendi ſunt PIERRE VIEL *du mal, qui par la ſimonie advient dans la Chriſtienté*, le Chanoine MOREAV *de la ſimonie, particulierement des voiles, dont on le couvre aujourd'huy* anno 1689 Leodii editus, cuius epitomen dederunt compilatores *act. eruditor. tom. II. ſupplem. ſect. 1. p. 26. ſeqq.* In hoc tract. Autor potiſſimum fraudes, quibus hoc vitium velari ſolet, detegit, & curiæ

Thomaſſinus,

Pertſchius,

Scholaſtici,

Campegius,

Launoius,

Digitized by Google

curiæ Romanæ *c. 8.* opponit. *papas non posse iustum facere, quod a Deo improbetur.* Inter nostrates IAEGERVS *de simonia curiæ Romnaæ,* CASPAR MAVRITIVS *in exercitatione seculari de simonia* & ZIEGLER. *de cleric. renitente* hanc causam egerunt. Non negandum quoque est, pontifices non raro in abusum traxisse atque latius extendisse eius ambitum ad infinitas species, ex meris *causis politicis*, quo patrimonio *ecclesiæ*, i. e. *proprio* eo grauius circumponerent præsidium, & laicos quoscunque metu *simoniæ* vel *sacrilegii* (quod eundem in finem latissimos accepit fines) ab omni impetitione, iure, eiusque defensione optime fundata deterrerent, suam vero potestatem quotidie nouis accessionibus augerent, quod variis obseruationibus docuit CHRISTOPHORVS HENRICVS AMTHOR *de crimine simoniæ eiusque larua politica.* Denique de *vitio simoniæ circa religionis ingressum* peculiari tractatu egit ESPENIVS *in opuscul. var. iur. eccl. p. 2.* quippe ad quem casum etiam hoc crimen extenderunt Romanæ ecclesiæ doctores, quod status religiosus sit *spiritualis* & sic materia seu obiectum *simoniæ.*

§. II. Mercari ecclesiam vel officium sacrum, per *ordinationem* conferendum, esse idem flagitium, censuerunt patres, quod SIMON magus commisit, *act. VIII.* relatum *c. 2. 5. 6. 7. C. 1. q. 1.* Hoc cum omnium confessione constaret, vt de eo dubitare, *hæreticum* fore iudicatum sit, inter grauissima scelera illud referendum & primo quasi loco collocandum esse rati sunt, adeo vt GRATIANVS non tantum in *parte II. decretorum*, sed etiam RAYMVNDVS DE PENIAFORT inter *delicta ecclesiastica* ei primum dederit locum, hæresique prætulerit. Nam ex iudicio patrum infinita & multa crimina in eo concurrunt, vt *thesaurus criminum* appellari queat ex mente AMBROSII *in c. 16. C. 1. q. 1.* atque inusitata prædicata eidem tribuantur. Vocatur enim *piaculare flagitium, c. 5. C. 1. q. 1 simoniaca hæresis in c. 3. 4. 5. 11. 12. 117. C. 1. q. 1. execrabile flagitium in c. 7. C. 1. q. 1. capitale crimen in c. 11. C. 1. q. 1. hæresis, quæ ante omnes in radice pestifera subrepsit atque in ipsa origine sua Apostolica detestatione est damnata,* iuxta sententiam GREGORII *in c. 13. & 28. C. 1. q. 1. lepra spiritualis in c. 14. C. 1. q. 1. inexpiabilis venditi mysterii culpa, ibid.* adeo vt tolerabilior Macedonii, & eorum, qui circa ipsum sunt, Spiritus S. impugnatorum censenda sit impia hæresis. *Illi enim,* ait THARASIVS in *c. 21. C. 1. q. 1. creaturam & seruum Dei patris & filii Spiritum S. delirando fatentur: isti vero* (simoniaci) *eundem spiritum efficiunt suum seruum.* Quod magis est, simoniaci, EODEM iudice *cit. l.* aequa-

Traditio communis de simonia in redemtione munerum ecclesiasticorum commissa.

Appellationes huius sceleris.

æqualiter peccant his, qui blasphemauerunt, dicentes, Christum in Beelzebub eiicere dæmonia. Imo *Iudæ simoniaci comparantur, qui iudæis Dei occisoribus Christum vendidit.* Iuxta *c. 113. C. 1. q. 1.* pretio ordinati non *per Christum* intrare, sed esse *fures & latrones*, imo *facinus non dispar a sacrilegio*, per *c. 1. C. 1. q. 3.* & iuxta *c. 9. C. 1. q. 3. deflabile malum* committere, atque per *c. 117. C. 1. qu. 1. de sancto Spiritu commodum temporale percipere* dicuntur. Et infinitum foret, si omnes flosculos patrum, simoniam improbantium, colligere & decerpere vellem, qui vt plurimum insignem in *excessu* zelum produnt. Interim, qui his delectatur, adire poterit ANSILONIVM *de simon. c. 2.* quo vitium hoc admodum extollit.

Latissimus eius ambitus.

§. III. Conceptus *simoniæ* tam prolixum pedetentim ambitum accepit, vt, quæ definitio ei conueniat, & facinus idem, quod SIMON commisit, exprimat, non constet euidenter. Vt plurimum ex mente THOMAE definitur, quod sit *determinata voluntas ad emenda & vendenda spiritualia iisque annexa.* Studiosa & determinata voluntas potissimum in definitione exprimitur, non quod in *mente* hoc vitium subsistat, nec in *actum externum* transeat, (id quod tamen in *vera simonia*, quam *realem* vocant, desideratur omnino,) sed quod *intentio emendi & vendendi* hic sufficiat, quia *res spirituales* per se non venduntur, cum non sint in commercio, nec pretium recipiant.

Definitio Thomæ.

In qua desideratur prauа voluntas.

Vnde GREGORIVS I. *in c. 2. & 11. C. 1. q. 1.* ait, quod simoniaci STVDEANT, *pretii donatione sacrum ordinem vel donum Dei mercari*, & AMBROSIVS *in c. 7. eod.* conqueritur, reperiri quam plurimos, *mercari* VELLE *gratiam Spiritus S.* Præterea apertius in *concilio Chalcedonensi*, relato in *c. 8. ibid.* episcopi damnantur, *qui per pecuniam ordinationem fecerunt, & sub pretio redegerunt gratiam, quæ vendi non potest.* Magis ergo ex *mente & voluntate* simoniacorum est venditio, quam *ex rei veritate*, adeoque vitium hoc potissimum ex *intentione* eorum, qui inter se pacisceuntur, æstimandum. Committitur vero in *res spirituales iisque annexas*, & quia *spiritualium rerum* conceptus vltra modum in iure canonico extensus, vt *iis annexa* etiam illis annumerata fuerint; infinitæ huius criminis species inde ortæ fuerunt, vt iis enumerandis magnus labor impendendus sit. Vnde etiam qui *ius patronatus* pretio acquirit, simoniacus est, quod *spiritualibus annexum* credatur. *c. 26. X. de iure patron.* Strictior est definitio, quam MOREAV *de la Simonie c. 2.* tradit, quod sit *propositum adipiscendi beneficia & dignitates ecclesiæ mediis pravis &*

Et res spiritualis.

In sensu abusiuo.

Digitized by Google

ab eccleſia prohibitis; hæc enim *primariam* eius *ſpeciem*, quatenus *ambitum eccleſiaſticum* deſignat, denotat, *ſecundarias* autem non includit.

§. IV. Videlicet euoluens omnes ſpecies *ſimoniæ*, deprehendet, eas, vt in *ſacrilegio*, in duas commode diſtribui poſſe ſpecies, in *primariam & ſecundariam*. Illa *ambitum eccleſiaſticum*; hæc vero reliquas ſpecies, quæ potiſſimum circa *ſacras actiones* occupantur, complectitur. Prior in *ſenſu primario* hoc nomine venit, & *abſolute poſita* intelligitur, vnde reliquæ ſpecies *ſecundariæ* dici ſolent. Sicuti ergo prima ſpecies reuera *crimen ambitus*, prout etiam in *c. 25. C. 1. q. 1.* vocatur, deſignat; ita ante omnia eruendum, quibus ex cauſis patres in hac appellatione non ſubſiſtendum, ſed noua & inſolita denominatione deſignandum eſſe hoc crimen, crediderint. *Simoniam* ſcilicet illud potius appellandum eſſe arbitrati ſunt, quod *ambitus* denominatio eius turpitudinem non exhauriat vel exprimat, ſed longe grauius delictum & ſcelus atrocius in emtione munerum eccleſiaſticorum, quam in *ſimplici munerum ciuilium ambitu*, deprehendatur, illud ipſum ſcilicet facinus, quod SIMON magus *Act. VIII.* commiſiſſe legitur, imo quod iam ante eum in veteri fœdere commiſſum, & atro carbone notatum legitur. Quemadmodum enim *ſecularia a ſpiritualibus* longo diſtant interuallo, & vt *cæleſtia & terrena* inter ſe diſcrepant; ita ſcelere maiori & turpiori ſe obſtringit, qui ſacra officia interuentu pretii vel aliis illicitis mediis ambit, ſeſeque in illa intrudit. Aliis præterea argumentis, tam ex *vetere* quam *nouo fœdere* petitis, conculcari atque prohiberi, quæ ſimplici *ambitus* crimini haud conueniunt, adeoque huius peſtis peculiares prorſus rationes eſſe cenſent, vt ſi vel maxime venditio munerum publicorum ſecularium toleretur, & ita *criminis* rationem prorſus amittat in republica, nunquam tamen tale quid tolerari aut permitti poſſit in *ſimonia* iure diuino damnata, reprobata, conculcata.

Simonia alia primaria, alia ſecundaria.

Primaria eſt ambitus crimen.

Appellatione ſimoniæ denotatum.

Quod grauius ſcelus ambitu ſit

Facilius tolerabile quam ſimonia.

§. V. SIMONIS magi ſcelus in quo conſtiterit, recenſet LVCAS *Act. VIII.* docetque, Apoſtolos PETRVM & IOANNEM per impoſitionem manuum baptizatis dona Spiritus S. miraculoſi impertiiſſe. *Cum autem conſpexiſſet Simon*, ait LVCAS, *per impoſitionem manuum Apoſtolorum dari Spiritum S., obtulit eis pecuniam, dicens: Date etiam mihi poteſtatem iſtam, vt cuicunque impoſuero manus, recipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ei: pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt tibi*

Simonia magi ſcelus enucleatur.

Digitized by Google

tibi pars neque ſors in ſermone iſto; cor enim tuum non eſt rectum coram Deo, &c. Palam eſt, SIMONEM credidiſſe, virtutem hanc diuinam, qua Apoſtoli *dona miraculoſa* edebant, atque vere pœnitentibus tribuebant, pecunia acquiri poſſe, adeoque eius compos fieri ardebat, quod inſtituto vitæ ſuæ hanc optime conuenire impie crederet, id quod merito reprobarunt atque damnarunt Apoſtoli, oſtendentes, eum *in felle amariſſimo atque in nexu iniuſtitiæ poſitum eſſe.* Idem facimus quoque in *collatione munerum ſacrorum* pro pecunia committi, patres penitus cenſuerunt. Sicuti enim SIMON emere voluit poteſtatem ſeu virtutem diuinam, vt cuicunque manus imponeret, acciperet Spiritum ſanctum; ita pari ratione, qui munera ſacra pretio ambiunt, nihil aliud agere aſſeruerunt, quam vt Spiritum S. emerent, collatores vero venderent. Hue iam reſpexiſſe videntur canones Apoſtolici in *c. 30. ſq. Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus per pecunias hanc obtinuerint dignitatem, deiiciatur, & ipſe & ORDINATOR eius, & a communione abſcindatur, ſicut Simon magus a Petro.* Collator munerum ſacrorum in hoc textu dicitur notanter *ordinator*, quia *collationi & electioni* olim mox cohærebat *ordinatio*, quæ per *manus impoſitionem* fiebat ab epiſcopis. Quoniam vero mox doctrina, epiſcoporum autoritati admodum vtilis, inualuit, epiſcopos ſucceſſores eſſe *Apoſtolorum*, atque in omnem eorum *poteſtatem* legitimos fuiſſe factos heredes, inde non potuerunt non colligere, manus impoſitionem epiſcopalem eadem *virtute diuina*, donoque ſpirituali inſtructam eſſe, qua *Apoſtolica* fuiſſe legitur, vt iam obſeruaui *tom. I. tit. II. §. 16.* Huic conſequens eſt, vt, cui in ordinatione ab epiſcopo manus imponitur, ei etiam Spiritus S. & dona eius tradi credantur: adeoque qui pro *ordinatione obtinenda* pecuniam dat, videtur eodem ſe polluere veneno, quo infectus erat Simon. Hoc dogma inter articulos fidei retulit *concil. Tridentinum ſeſſ. 23. can. 4.* atque anathema iis dixit, qui aſſerunt, *per S. ordinationem non dari Spiritum S. atque proinde fruſtra epiſcopos dicere: accipe Spiritum S.* prout *cit. l.* iam obſeruaui. Neque enim negari poteſt, hanc doctrinam antiquiſſimam eſſe, & paſſim a patribus laudatam, quam ſancte retinendam crediderunt Tridentini.

Quod ad munerum ſacrorum redemtionem applicatur.

in iure canonico.

Cuius ratio traditur.

§. VI. Præ ceteris AVTOR *quæſt. vet. & noui teſtam. q. 93.* inter opera AVGVSTINI relatus, id illuſtrat, aitque: *Illud autem, quod inſufflaſſe in diſcipulos dominus legitur poſt dies paucos reſurrectionis ſuæ, & dixiſſe: accipite Spiritum S., eccleſiaſtica poteſtas collata intelligitur*

Illuſtratur ex patrum doctrina de ordinatione.

Digitized by Google

tur esse. Quia enim omnia in traditione dominica per Spiritum S. aguntur, idcirco cum regula eis & forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis, accipite spiritum sanctum. Et quia vere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiicit, dicens: cuius tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remiseritis, remittuntur ei. Inspiratio ergo hæc gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Id tamen AVGVSTINVS *de trinit. lib. XV. c. 26.* hoc modo accipiendum esse censuit, vt Deus *Spiritum S.* eiusque *dona* infundat ei, cui manus imponuntur. Ait: *Imo quantus Deus est, qui dat Deum. Neque enim aliquis discipulorum eius dedit Spiritum sanctum. Orabant quippe, vt veniret in eos, quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia. Denique & Simon magus offerens apostolis pecuniam, non ait, date & mihi hanc potestatem, vt dem Spiritum sanctum, sed cuicunque imposuero manus, vt accipiat Spiritum sanctum.* Post pauca sic denique concludit: *Nos autem accipere hoc donum possumus pro modulo nostro; effundere autem super alios non vtique possumus, sed vt hoc fiat, Deum super eos, a quo hoc efficitur, inuocamus.* Interim tamen imponentes manum *tradere Spiritum S.*, docuerunt alii in *c. 9. C. 1. q. 3. c. 5. & 7. de consecr. D. 5.* indeque collegerunt, pecuniam pro collatione beneficiorum dantes, intendere, vt *Spiritus S.* dona emant, pretioque comparent, quod erat detestabile SIMONIS scelus. Veteres hoc donum speciatim *gratiam* vocarunt, vt docet *c. 1. C. 1. q. 1.* Vnde querela AMBROSII in *c. 7. ibid. reperiuntur quam plurimi, negotio muneris perituri, mercari velle* GRATIAM SPIRITVS S., *dum vile pretium donant, vt pontificalis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri.* Pariter in *concilio Chalcedonensi*, relato in *c. 8. C. 1. q. 1.* eadem sententia refertur: *Si quis episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & sub pretio redegerit* GRATIAM, *quæ vendi non potest, ordinaueritque per pecuniam episcopum & c. is, qui hoc attentasse probatus fuerit, proprii gradus periculo subiacebit.* In eadem doctrina substitit GREGORIVS NAZIANZENVS *in c. 11. C. 1. q. 1. qui studet* DONVM DEI *pretio mercari, in sacro ordine nulla ratione de cetero permanere posse, dubium non est. Talis a communione omnibus modis abscindatur. Nam Spiritus S. donum pretio comparare quid aliud est, quam capitale crimen & simoniaca hæresis*, id quod in sequentibus exemplo SIMONIS illustrat probatque. In *con-*

Per quam Spiritus S. tradi censetur.

Et ita interueniente pecunia scelus Simonis intendatur.

Et gratia Spiritus S. redimatur.

Digitized by Google

cilio Bracarenſi relato in *c.* 22. *ibid.* hoc vitium his prohibitum verbis: *Non aliquo pretio* GRATIA DEI & *impoſitio manuum venundetur.* GREGORIVS M. in *c.* 1. C. 1. *qu.* 3. tam qui pro *eccleſiæ ambitu* præmia largitur, quam qui præſumit accipere, peccare docet; *iſte quippe* DONVM DEI *emere. hic autem præſumit vendere*, quod etiam rurſus reguſtat in *c.* 10. *ibid.* quod *plenitudo ſpiritus* maxime operetur in ordinationibus, vt dicitur in *c.* 17. C. 1. *q.* 1. Hoc poſito principio, non poterat non grauius ſcelus in venditione *munerum eccleſiaſticorum* concipi, quam in *ſimplici ambitu*, quod cenſuit GREGORIVS M. *lib.* 7. *ep.* 5. *Graue omnino & vltra quam dici poteſt facinus eſt, Spiritum S., qui omnia redemit, venundari.* Addit in *ep.* 3. *lib.* 7. *hanc hæreſin in eccleſia* ANTE OMNES *radice peſtifera ſurrepſiſſe, atque in ipſa ſua origine apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam.* Denique omnes in eo conuenerunt, SIMONEM primum hoc piaculare flagitium in nouo fœdere commiſiſſe, quod illuſtrat textus in *c.* 5. 7. 19. C. 1. *q.* 1. *c.* 8. C. 1. *q.* 3. pluribus autem teſtimoniis exornare non vacat, quod Dn. PERTSCH *de ſimon. ſect.* 1. *c.* 3. §. 2. *ſqq.* iam præſtitit.

Inde crimen ambitus hoc ſcelus non exhaurire cenſuerunt,

§. VII. Equidem facile omnes in eo conſpirant, graue committi peccatum in *officiorum eccleſiaſticorum venditione*, quæ quo ſanctius colenda & peragenda, eo minus vitii in ſuo introitu habere, ſed maxima cum deliberatione conferri debent. Grauitas & ſingularis officiorum ſacrorum qualitas admodum auget turpitudinem, quæ in peruerſa collatione committitur, vt haud neceſſe fuerit, illam cum SIMONIS impietate conferre, quæ hic, me iudice, deficit. Rectiſſime ALEXANDER II. in *c.* 9. C. 1. *q.* 3. conſtituit, *eligendos eſſe in domo domini, non qui minores ſacculos pecuniæ conferant, ſed eos, qui moribus & diſciplina atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam valeant ſuſtentare eccleſiam*, id quod ex indole horum munerum ſacrorum fluit. Ita quippe officia hæc capeſſenda, vt miniſtri eccleſiæ a *Deo vocati* videantur: ita gerenda, vt exemplar gregis eſſe queant, qui ad ea vocantur: ita denique conſideranda, vt qui in hac ſpecula poſiti ſunt, perſuaſiſſimum habere valeant, ſe in ea eſſe a Spiritu S. poſitos locatosque ad paſcendum gregem Dei, ſanguine CHRISTI redemtum. *Act. XX, 28.* Atque vel hæ rationes ſufficiunt ad grauitatem huius ſceleris denudandam, quæ in *redemtione eccleſiarum* deprehenditur. Recte proinde ſubduxerunt rationes Imperatores in *l.* 31. *C. de epiſc. & cler.* ad gradus eccleſiaſticos quemlibet *puris mentibus, nuda electionis conſcientia, ſincero omnium iudicio* prouehendum

Graue peccatum agnoſcitur in munerum ſacrorum venditione.

Quod ex l. 31. C. de epiſc. illuſtratur,

Digitized by Google

dum esse. His subiungunt argumenta, scelus hoc profligantia, quæ ex *natura rei* petita, non iis rationum momentis inuoluta sunt, quæ ex *imbecillitate sua* magis veritati officiunt quam prosunt. Aiunt: *Nemo gradum sacerdotii pretii venalitate mercetur. Quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, æstimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quæ causa esse poterit excusata, si veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? Quem murum integritatis aut vallum fidei proui debimus, si auri sacra fames in penetralia veneranda proserpat? Quid denique cautum esse poterit aut securum, si sanctitas incorrupta corrumpatur? Cesset altaribus imminere profanus ardor auaritiæ & a sacris adytis repellatur piaculare flagitium.* Atque ex his rationum ponderibus tandem concludunt, atque edicunt: *Itaque castus & humilis nostris temporibus eligatur episcopus, vt quocunque locorum peruenerit, omnia vitæ propriæ integritate* (quæ exulat in redemtore horum munerum) *purificet: non pretio nec precibus ordinetur antistes. Tantum ab ambitu debet esse sepositus, vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.* Hoc modo *ambitus sacri* turpitudo sufficienter detegitur, ostenditurque, longe plus vitii in eo, quam in *ambitu munerum profanorum* latitare, vt recte ZIEGLERVS *de clerico reuit. §. 7.* hanc functionem dignam esse asserat, *quæ ab omnibus studiosis theologiæ & candidatis ministerii crebro ad animam & in memoriam reuocetur.* Vitia, quæ ex hac peruersa promotione in ecclesiam redundant, longe grauiora sunt, quam quæ in rempublicam ex *ambitu profanorum munerum* promanant. In compendio ea adumbrat atque depingit GIESBERTVS philosophus in sermone apud MABILLONIVM *in analect. p. 103. sqq. nouiss. edit. Sicut validioribus morbis capite reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi letbaliter irrigari: ita & isti, qui caput videntur ecclesiæ, morbo pestifero fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage insauciatum possit euadere, quod negligentum sacerdotum vitiositatis non inficetur virus. Et videas passim in ecclesia sacerdotes, quos non merita sed pecuniæ prouexerunt, nugacem & indoctum sacerdotalem arripuisse gradum, quos si pecunias lari fideliter velis, quis eos præfecerit sacerdotes; respondent mox & dicunt: ab archiepiscopo sum nuper ordinatus episcopus, centumque solidos dedi, vt episcopalem gradum mihi conferret, quos si minime dedissem, hodie episcopus non fuissem. Vnde melius est mihi aurum de loculo minuere, quam tantum sacerdotium perde-*

In qua turpitudo huius crimmis ex qualitate munerum sacrorum desumitur.

perdere. Aurum dedi, & episcopatum accepi, quod tamen, si feliciter viuo, recepturum illico non diffido. Ordino presbyterum & accipio aurum: facio diaconum & accipio argenti multitudinem, & de aliis nihilominus ordinibus singulis & de abbatibus benedicendis & ecclesiis pecuniae quaestus profligare confido. Ecce aurum quod dedi, in meo loculo illibatum habeo. Hæc similiaque vitia *ambitum ecclesiasticum* concomitantur efficiuntque, vt res christiana parum efficaciæ virtutisque habeat, ideo quod in locis, vbi pecunia regnat, indigni ecclesias occupent: cœci cathedras teneant, viam lucis aliis demonstrare volentes: ambitione flagrantes prouinciam suscipiant, humilibus vnice commendatam: denique auari ambiant locum in ecclesia, non quo animas CHRISTO, sed *sibi* diuitias acquirant.

Simonis flagitium vero hic alienum esse ostenditur.

§. VIII. Enim vero a SIMONIS flagitio hæc munerum sacrorum nundinatio aliena est, vt B. THOMAS. *ad Lancell. lib. IV. tit. 3. p. 1817. sqq.* & CHRISTOPHORVS HENRICVS AMTHOR *de crimin. simoniæ eiusque larua polit. §. 6. sqq.* aliique iam demonstrarunt. Et vix est, vt protestantes in diuersam transire sententiam queant, docentes, α) *ordinationem* non esse *iuris diuini*, sed solemnitatem ecclesiasticam: ϐ) impositionem manuum hodie vsitatam ab *Apostolica* longe differre, nec per eam conferri *dona extraordinaria* spiritus sancti: γ) *vocationem & collationem* ius, munere *publico* ecclesiastico fungendi, conferre: denique δ) functiones sacras reuera pecunia, vtut illicito more, obtineri posse, quod peruersum Simonis desiderium impetrare non poterat. Qui *simoniæ* scelus in hoc *ambitu* quærunt, more ecclesiæ Romanæ, contraria his principia assumunt docentes: ordinationem esse *iuris diuini*: episcopos per eam *tradere spiritum sanctum*, & infundere animæ dona quædam spiritualia, virtute quorum diuina officia obire queant: solam vocationem haud sufficere: denique redimentes functiones ecclesiasticas haud assequi *gratiam* seu *donum* illud, absque quo illorum ius & potestas non confertur, adeoque per ordinationem simoniacam nihil conferri. Ita enim GIESBERTVS *cit. l. p. 106. Gratiam, cum ordinareris, non suscepisti, quia gratuito eam non meruisti; & si gratiam, frater, non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti?* Idem passim testimonia a GRATIANO collecta testantur, vt in *c. 17. & 18. C. 1. q. 1.* vt merito dubitandum sit, annon secundum hæc principia *simoniace ordinatus* reordinandus sit, si postea cum eo dispensetur, vt in munere sacro permanere queat? Hæc diuersa principia diuersas quoque conclusiones producere debent,

Quod ex principiis erroneis docet ecclesia Romana.

Digitized by Google

bent, vt ſicuti hæc, quæ *eccleſiæ Romanæ* ſunt, ſimoniam exſtruunt, ita illa eam deſtruant negentque. Nec tamen proteſtantes vbique, quod mirandum, ab his abſtinent, quando de vitii huius turpitudine demonſtranda ſolliciti ſunt: neque enim tantum *ſimoniæ* appellatione vtuntur, quod tolerari poterat ex termini recepti vſu, ſed etiam ad argumenta iuris canonici prouocant. Horum in numero fuit FECHTIVS *de ambitione officii eccleſ. ſect. II. §. 8.* aiens: *Quam nefaria eiusmodi emtio ſit, ne inaniſſimum prudentiæ quidem fugit; quam deteſtabilis vero in oculis ſanctiſſimi quamque perniciosa, teſtis Petrus eſt, qui, cum Simon magus ipſi pecuniam offerret, vt dona ſpiritus ſancti miraculoſa, quibus Apoſtoli excellebant, ſibi concederentur, pecunia, inquit, tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti pecuniis comparari. Non eſt tibi pars neque ſors in ratione hac;* id quod in ſequentibus ex AMBROSIO, principiis eccleſiæ Romanæ hodiernis imbuto, illuſtrat. Ita vero *per indirectum*, qui talia docent, aſſumunt, etiam hodie imponentes ordinandis manum *tradere dona ſpiritus ſancti*, & pretium ſoluentes id intendere, quod SIMON intendebat, videlicet, vt donorum ſpiritualium miraculoſorum, ære interueniente, participes fiant, id quod tamen nemo ſanus dixerit. Eſt vtique *ambitus eccleſiaſticus* grauiſſimum delictum, & ſcelus nefandum; non tamen ad SIMONIS peruerſum deſiderium accedit.

Interim proteſtantes incaute ſæpe ſequuntur ius canonicum.

§. IX. Id interim negari nequit, doctrinam contrariam non heri aut nudius tertius natam, ſed antiquiſſimam eſſe. De *nominis* vſu eiusque antiquitate non adeo laborandum, ſed de ipſa *doctrina*, quæ iam ſeculo IV. a patribus aſſumta fuit; quia principiis, vnde fluxit, iam imbuti erant. Docent id ipſum ſcripta AMBROSII, CHRYSOSTOMI aliorumque patrum, quippe qui iam docuerunt, epiſcopos eſſe Apoſtolorum ſucceſſores: hos eadem virtute, qua Apoſtoli, exercere *manuum impoſitionem*, quod per formulam ipſam; *accipe ſpiritum S.* in ordinationibus vſitatam deſignarunt, prout ex AVGVSTINO §. *VI.* obſeruaui. Vnde facile liquet, quo conſilio factum fuerit, vt patres hoc nouum & a crimine *ambitus* longe diuerſum fabricauerint crimen, vtrum ſcilicet per merum errorem ex principiis erroneis & ſic *bona fide* hoc dogma procuderint? An vero *ſubdola mente callidaque arte* hanc ſententiam elegerint, vt aliis laqueos ponerent, quibus eo facilius capi poſſent? Poſterius magis placuiſſe videtur Dn. AMTHORI *cit. l.* qui §. *II.* ſimoniam *pro callido pontificis inuento habendam* eſſe arbitratur, & §. *10.* hoc ita demonſtrat. *Id ſemper*, ait, *intendit*

Interim doctrina de ſimonia eſt antiquiſſima.

Quam ſubdole mente excogitata mcenſet Author.

Digitized by G

tendit papa, omni historia teste, vt imperatores Romani & reliqua laicorum principum pars, priuilegio, quo gaudebant, episcopatus, abbatias & cetera, quæ territoriis illorum comprehendebantur, beneficia ecclesiastica pro sua iurisdictione conferendi, exuerentur, indignatus scilicet, quod de illis laici decernerent, quæ si pontificis essent, facerent non modo ad stabiliendam in omnibus christianorum terris autoritatem, sed augendas etiam imprimis diuitias curiæ Romanæ. Hoc vt eo facilius impetraret, ea, quæ nullo iure diuina erant; spiritualibus annumerabat, vt scilicet probaret, principes beneficia ecclesiastica pro lubitu & aliquando ex fauore distribuentes haud mitius ac Simonem magum peccare, & quod pontificiorum auribus imprimis odiosum erat, vt hæreticos omni potestate exuendos esse, v. c. 5. X. de simon c. 11. in f. Ibid. c. 20. ibid. quo commento simplicitas laicorum tum temporis sibi imponi passa est, non capiens, huic assertioni subesse elenchum plurium propositionum & ecclesiastica beneficia donis spiritualibus, hæresin emtioni venditioni vt pugnum oculo quadrare. Aliud vero & longe mitius iudicium hic ferendum, & idem, quod in omni *hæresi* seu errore, constituendum esse, in *dissertat. epistolica*, tractatui Dn. PERTSCHII *de simonia* præmissa, demonstraui, docuique, ex *nimio patrum zelo* erga redemtores ecclesiarum factum fuisse, vt vltra modum turpitudinem huius criminis extollerent, & pedetentim a veritatis tramite, odio horum hominum, quibus abundare cœpit ecclesia, in varios errores declinarent. Neque enim in ecclesia nouum aut insolitum fuit, noua quandoque tradere dogmata, quibus inuasores vel hostes ecclesiarum eo magis oppugnarentur, adeo vt quandoque ea occasione nouæ ortæ fuerint hæreses, vt antiquitates ecclesiasticæ memorant. Præterea cum hoc scelus rei ecclesiasticæ magnopere obesset, eiusque salutem proxime tangeret, ex *sacra scriptura* potius, quam *legibus ciuilibus*, illud conculcandum esse censuerunt, adeoque, recepto semel dogmate, per impositionem episcopalem manuum adhuc hodie tradi spiritum S. ordinatis, collegerunt, facinus hoc proxime accedere ad SIMONIS attentatum. Si asserimus, patres in hoc errasse, credendum vtique est, eos *bona fide* errasse, sicuti adhuc hodie plurimi inter nostrates idem dogma sequuntur, a quibus suspicio omnis, quod *callido ingenio* illud propagauerint, me iudice, abest. Plurimæ erroris causæ fuerunt, quæ præter *feruorem* & *zelum* erga eos, qui soluto graui ære officia ecclesiastica inuadebant, sinceriores inducerent, vt doctrinam de *simonia* ab antecessoribus traditam nouis argumentis exornarent atque

Quod negatur & bona fide patres errasse docetur.

atque ſuffulcirent. Non deprehendi, dogma hoc a quoquam, nequidem ab his, qui aditum ſibi ad *officia ſacra* pretio parauerunt, impugnatum, ſed magis aliis coloribus facinus hoc incruſtatum fuiſſe, quod alioquin bellum aliis principiis, vnde opinio de *ſimonia* profluxerat, inferendum fuiſſet. Imo qui in diuerſas *de fide* transierant ſectas, in hoc de *ſimonia* principio conſpirarunt, vt facile ad poſteros propagari potuerit.

§. X. Neque vero momenta, quæ clariſſimus AMTHOR *cit. l.* in ſcenam produxit, me ab hac ſententia dimouerunt. Fruſtra aſſeruit, ſimoniam *pro callido pontificum inuento* habendam, poſtquam ex antiquitatibus eccleſiaſticis plusquam manifeſtum ſit, inuentores huius dogmatis non vnice fuiſſe *pontifices Romanos*, ſed *doctores eccleſiæ* tam *orientales* quam *occidentales* generatim, quibus quoque epiſcopi Romani aſſenſum ſuum præbuerunt. Eo tempore iam audita & defenſa fuit hæc doctrina, quo pontifices adhuc modeſtiores erant, imperatoribusque atque principibus omnem præſtabant obedientiam, ac eorum iuſſibus morem gerebant. Si dicis, patres eccleſiæ, *pontificali ſpiritu* ductos, rem curiæ Romanæ & clero *in vniuerſum* gratam propugnaſſe; deſidero omni iure eius ſuſpicionis fundamentum euidens, cum liqueat, crimen hoc eo tempore, quo errumpere cœpit, h. e. ſeculo IV, inter ipſos potiſſimum clericos commiſſum fuiſſe. Præter epiſcopos, archiepiſcopos ceterosque primates nemo ordinabat; atque his ipſis vnice vitio dabatur, quod *pretio* corrupti ordines conferrent: his *ſimonia*, non illis, vnice imputabatur, quod manum imponerent pro pecunia, præſertim cum eo tempore hi vel conferrent eccleſias, vel electionibus intereſſent, & primas in iis partes tenerent. Qualescunque clerici per *ordinationem* muneribus ſacris præficiendi erant, & huius intuitu creditum fuit, idem ab *ordinatoribus* pretio corruptis committi crimen, quod SIMON attentabat. Quæ cum ita ſint, aſſeri nequit, ſimoniam *hoc conſilio* inuentam fuiſſe, vt imperatores atque principes iure conferendi epiſcopatus, eccleſias atque abbatias exuerentur, cum non his, ſed *ordinatoribus* hoc crimen *primitus* obiectum fuerit, & imperatores id magnopere egerint, ne eccleſiæ pecuniæ interuentu inuaderentur, denique, *confirmatione* excepta, haud concurrerent ad *epiſcoporum primariorum* conſtitutionem. Serius inualuit *ius inueſtiendi* per *annulum & baculum*, nec demum eo tempore, quo hæc recepta eſt, doctrina de *ſimonia* audita, ſed iamdudum inculcata fuit. Summam doctrinæ antiquæ *patres Chalcedonenſes* ex oriente

Iudicium Authoris examinatur.

Atque oſtenditur, ſimoniam non fuiſſe excogitatam, vt imperatores a conferendis epiſcopatibus repellerentur.

Sed ne ordinatores pretio ordines contertent.

& occidente collecti in *c.* 2. complexi sunt his verbis: *Si quis per pecuniam fecerit ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam, quæ non potest vendi, ordinaueritque per pecuniam episcopum, presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet ex his, qui numerantur in clero, aut promouerit per pecuniam dispensatorem aut defensorem, aut quemque, qui subiectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri commodo, proprii gradus periculo subiacebit; & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione aut promotione proficiat; sed sit alienus ab ea dignitate, quam pecuniis quæsierit. Si quis vero mediator tam turpiter & nefandis datis vel acceptis extiterit, clericus gradu decidat, laicus & monachus anathematizetur.* Colligo ex hoc canone: 1) patres in ordinatione pro pecunia idem quæsiisse delictum, quod SIMON attentauerat, quod indicant verba: *& sub pretio redegerit* GRATIAM, *quæ vendi non potest;* licet patres appellatione *simoniæ* abstinuerint: 2) canonem hunc potissimum imo fere vnice directum fuisse contra *episcopos*, qui eo tempore tum *ordinationes* faciebant, tum ad alia munia ecclesiastica clericos promouebant: 3) contra principes & imperatores, quorum ius vnice in *confirmatione episcoporum* consistebat, nihil dispositum fuisse, nec disponi potuisse, quia episcopi eo tempore in conciliis contra eos nihil edicere poterant, sed si aliquid monendum esset, per *preces* cum iis agendum esse censebant, vt in doctrina de *diuortiis §. XVIII.* obseruaui; vnde liquet, hoc crimen *simoniæ* ea intentione haud inuentum, vt imperatores iure suo exuerent: 4) laicis quidem mediatoribus anathema impositum est, quod tamen rursus ad *imperatores* haud pertinebat, in quos eo tempore in conciliis *imperii actus* non exercebant patres. GREGORIVS I. inter omnes doctrinam de *simonia* vltra modum extendit atque propagauit; sed contra imperatores nihil statuere ausus est, quin potius legibus eorum stricte paruit, vt MAIMBVRGIVS *in vita Gregorii* passim ostendit. Quid? quod ipsi imperatores eo tempore ab hoc crimine alieni essent, qui illud potius suis legibus seuere prohibuerunt, vt vel *nou. 123. c. 3. & 137. c. 2.* euincunt. Quodsi ergo omnem argumentandi rationem examino & pondero, qua clariss. AVTHOR vtitur, illa fere vnice ad tempora GREGORII VII. pertinet, cuius moliminibus id demum actum est, vt imperatores iure suo exuerentur.

Præsertim cum imperatores ipsi suis legibus hoc crimen vetarent.

Ex postfacto tamen sub prætextu simoniæ

§. XI. Quamuis vero *simonia* pro *inuento papali* haberi nequeat, obseruaui tamen in *cit. dissert. epistol.* hoc simoniæ crimen, ita fabricatum, ampliatum & dilatatum, nonnunquam pontificibus ansam sup-

Digitized by G

ſuppeditaſſe, *mala fide & peſſima intentione* ex poſt facto eius imputatione contra illos vtendi, quos ſub clypeo iuſtitiæ & zeli pii opprimere, per ſequi & iuris ſui legitime quæſiti exercitio priuare auſi fuerunt, id quod imperatores, reges atque principes, rebus turbidis ingruentibus, cum rerum publicarum grauiſſimo detrimento experti ſunt. Atque huc vnice faciunt momenta prælaudati autoris, quæ *callida conſilia* curiæ Romanæ in crimine hoc contra imperatores retorquendo referunt, quibus tandem factum, vt iura conferendi beneficia maiora dimittere coacti fuerint. Non negant ſcriptores vitæ HENRICI IV., ſeculo XI. officia eccleſiaſtica fere in aula Cæſarea venalia fuiſſe, non tam auaritia imperatoris, quam procerum, quibus regebatur. LAMBERTVS *ad ann. 1063. apud* PISTORIVM *tom. I. rer. Germ. p. 330. edit. Struu.* teſtis eſt luculentus, HENRICVM IV. ab autoritate Moguntini, Colonienſis & Bremenſis archiepiſcoporum fere vnice pependiſſe, Bremenſem autem & WERNHERVM comitem primatum inter omnes habuiſſe. *Hi duo*, ait LAMBERTVS, *pro rege imperitabant: ab his epiſcopatus & abbatiæ, ab his quicquid eccleſiaſticarum, quicquid ſecularium dignitatum eſt, emebatur: nec alia cuiquam, licet induſtrio atque egregio viro, ſpes adipiſcendi honoris vllius erat, quam vt hos prius ingenti profuſione pecuniarum ſuarum redemiſſet. Et ab epiſcopis quidem & ducibus metu magis quam religione temperabant. In abbates vero, quod hi iniuriæ obuiam ire non poterant, tota libertate graſſabantur, illud præ ſe ferentes, nihil minus regem in hos iuris ac poteſtatis habere, quum in villicos ſuos vel in alios quoslibet regalis fiſci diſpenſatores.* Gaudebant adhuc eo tempore imperatores iure conſtituendi pontifices, quod tamen *Romani* cum clero ægre tulerunt, & ſedem papalem in plenam libertatem vindicare anniſi ſunt. Anno 1058. vincula fidei rumpere cœperunt, eligendo inconſulto rege BENEDICTVM, & quamuis ſucceſſores eius autoritate HENRICI IV. throno papali admoti legantur, id tamen clandeſtinis artibus egerunt, vt iure hoc penitus Cæſares exuerent. Id vero rectius fieri non poſſe cenſebant, quam omnem epiſcoporum inueſtituram eis eripiendo, ſub prætextu, quod per *ſimoniam* promouerentur in aula Cæſaris. ALEXANDER II. quidem regem anno 1073. Romam vocaſſe legitur *ad ſatisfaciendum pro ſimoniaca hæreſi*, teſte CONRADO VRSPERGENS. *ad cit. ann.* hoc attentatum tamen effectu caruit, morte pontificis ſubuerſum. Maiori cum audacia rem diu in curia Romana præmeditatam aggreſſus eſt ſucceſſor eius GREGORIVS VII, qui anno 1075. in Synodo Romæ coacta decreuit:

principes iure ſuo priuareauſi ſunt.

Quod officia eccleſiaſtica tempore Henrici IV. in aula venalia eſſent,

Ex auaritia procerum aulæ.

Quamuis etiam aula Romana fidem fregiſſet.

Et prætextum ſimoniæ allegaret.

Gregorio VII. audaciusinue. ſtituram im. pugnante,

creuit: *Clerici, aliquem ſacrorum ordinum gradum & officium pretio adepti, deinceps in eccleſia non miniſtrent, nec eccleſiam pretio acquiſitam aliquis retineat, nec deinceps alicui eccleſiam vendere aut emere liceat,* teſte BERTOLDO ad *cit ann.* Additur apud HARDVINVM *tom. VI. concil. p. 1551. in hac ſynodo pontificem inter cetera decreta, quæ ibi geſta ſunt quinque de familia regis Teutonicorum, quorum conſilio eccleſiæ vendebantur, a liminibus ſanctæ eccleſiæ ſeparaſſe; ita vt ſi abinde vsque ad Kal. Iun. Romam non venirent, & ſatisfacerent, excommunicati haberentur.* Ab officialibus Cæſaris comœdiam inchoandam eſſe callide credidit Pontifex, vt eo facilius obtentu *ſimoniæ* iura imperii & regni deſtruere poſſet. Nec mora, mox ipſum HENRICVM criminis *ſimoniæ* poſtulauit, excommunicauit, atque ſolio priuare tentauit. Obſeruauit iam MAIMBVRGIVS, primarium fundamentum, quo hæc *inueſtitura* impugnata eſt,

Ex prætextu ſimoniæ.

deſumtum fuiſſe ex prætextu, quod in aula Cæſaris & regum diuenderentur beneficia, quem tamen ipſemet recte reiicit, atque inanem eſſe cenſuit, vt ex eius verbis probatum dedi *tom. I. de elect. 64.* Ne dicam, Cæſares huic imputationi maſcule contradixiſſe, quod ipſe quoque HENRICVS IV. fecit. Teſte HELMOLDO *lib. I. hiſt. Slau. c. 32.* imperatori prædicto hæc electores obiecerunt: *Meminiſti, qualiter epiſcopatus, abbatias, præterea omnia eccleſiæ regimina feciſti venalia, nec fuit in conſtituendis epiſcopis vlla legitima electionis facultas, ſed ſola pecuniæ ratio.* Hæc obiecta ſunt Cæſari ab electoribus eccleſiaſticis. Reſpondit

Quem Cæſar remouit.

vero intrepide: *Dicitis, quia ſpirituales dignitates pretio vendiderimus. Veſtra quidem poteſtas eſt, tale nobis crimen impingere. Dic ergo, & Moguntine, dic aduratus per nomen æterni Dei, quid exegimus aut recepimus, quando te Moguntiæ præfecimus? Tu quoque Colonienſis, per fidem te conteſtamur, quid nobis dediſti pro ſede, cui noſtra munificentia præſides? Illis fatentibus,* pergit Autor, *nihil pecuniæ huius rei gratia aut oblatum aut acceptum, Rex ait, gloria Deo, quia vel in hac parte fideles inuenti ſumus.* Interim curiæ Romanæ intererat, vt Cæſares iure ſuo priuarentur. Emendare abuſum, qui paſſim inoleuerat, & curiam Cæſaris quoque occupauerat, non adeo anixe laborauerunt, quod rei eccleſiaſticæ magis expediret, omne ius ſacrum Cæſaribus interuertere. Hac poteſtate recte eccleſiam (i. e. pontifices) vſam fuiſſe arbitratur NATALIS ALEXANDER *in hiſtor. ſeculi XI. & XII. diſſ. IV. art. 2. Quod inueſtiturarum vſus temporibus Gregorii VII. apud Germanos denegauerit in tyrannidem, qua ſacrarum electionum libertas oppreſſa,*

Et Natalis Alexander in epte reguitat.

preſſa, venales facti epiſcopatus & abbatiæ, denique principes ad ſacras huiusmodi præfecturas homines indigniſſimos plerumque promouerunt, accepto pretio. Miror, NATALEM in hanc iuiſſe ſententiam, quam MAIMBVRGIVS nequidem defendere voluit, præſertim cum alias iuribus ſummi imperii admodum faueat. Si quæ adducta ſunt, in memoriam reuocaſſet, & perpendiſſet, non datam eſſe pontifici poteſtatem, vt iura ſuprema Cæſarum inuadere queat: ſi æque *Germaniæ* quam *Galliæ* rebus ſtuduiſſet, forſan tam iniquus cauſæ arbiter factus haud fuiſſet. Si propter *abuſum* enormem ſummi imperantes iure ſuo priuandi eſſent, dudum pontifices iure conferendi beneficia exui debuiſſent, quorum ſimoniam cantat vniuerſa antiquitas eccleſiaſtica, & in compendio demonſtrauit B. IAEGERVS *de ſimonia curiæ Romanæ;* ſed forſan curia Romana ſibi licere credidit, quod damnauit in imperatoribus, adeo vt non defuerint aſſentatores, docentes, nequidem papam hoc crimen committere poſſe, quod dominus omnium beneficiorum eſſet, & iure ſuo ageret vendendo beneficia; quorum ſtultitiam detexit redarguitque LAVNOIVS *de veneranda eccleſ. tradit. circa ſimon.* Profuit ergo pontificibus ſubdolis hæc doctrina a patribus *bona fide* tradita, ſed *peſſima intentione* contra Cæſares vſurpata a curia Romana. Hanc ob cauſam quoque intereſt rei Romanæ, vt ea ſancte cuſtodiatur, tanquam telum quoddam ſecuriſſimum contra conatus laicorum, quod tamen in ipſos retorqueri non poteſt, cum iis in promtu ſint tot latebræ, in quibus ſe abſcondere poſſunt, vt facile aliquo inuolucro hoc crimen tegere queant, qualia nonnulla in ſcenam producit prælaudatus AMTHOR *cit. l.*

Alioquin ob abuſum imprimis papa iure ſuo priuari debuiſſet.

§. XII. Enimuero cum ne quidem patres in *Simonis impietate* ſubſliterint, ſed hoc crimen enorme iam ante SIMONEM in antiquo fœdere commiſſum & notatum fuiſſe crediderint, rurſus mirandum eſt, quod illud vnice & tam præfracte a SIMONE denominare voluerint, cum ſi in exemplis ante Simonem adductis illud iam reperire liceat, ab his quoque nouis deſignari poſſit appellationibus. Arbitrantur enim GIEZI *II. Reg. 5.* & IVDAM vendendo Chriſtum illud commiſiſſe, tradente GREGORIO NAZIANZENO in *c. 11. C. 1. q. 1.* CHRISTVM vero id notaſſe, expellendo ex templo columbarum venditores. *c. 8. 9. 10. 11. C. 1. q. 3.* Addunt exemplum Eſaui vendentis primogenituram, Bileami, ad maledicendum conducti, Ephronis *Geneſ. XXIII.*, Ieroboami *I. Reg. 13, 23.* Iudæorum, pontificatum ad ſe pretio rapientium, aliorumque. Vid.

Ante Simonem quidam in V. T. hoc crimen norum fuiſſe cenſuerunt.

ANSILLON *de ſimonia c. 1. §. 1.* Cur non ergo etiam dictum fuit crimen *Giezicum*, *Iudaicum*, *Eſauicum*, *Bileamicum*, *Ephronicum*, *Ieroboamicum?* & cur tantum a SIMONE denominatum eſt? Reſpondet VOETIVS *de ſimonia P. 2. probl. 3.* 1) quod hoc exemplum tam aperte in ſcriptura proponatur, & *apoſtolica autoritate* cum anathemate redarguatur: 2) quia directe rem ſacram & ſpiritualem emere voluit Simon: 3) quia negotiatio ipſius præ aliis nimis aperta & pudenda fuit: 4) quia, vt addit ANSILLON *cit. l. §. 2. in f.* Simon primus fuit, qui in *naſcentem eccleſiam* hoc cacoethes introducere voluit. Ita omnia corradunt, vt hoc crimen dilatare, eique ambitum latiſſimum conciliare queant. GIEZI ab hoc crimine longe abfuit, alioquin in eodem luto Naeman, dando ei munera, hæſiſſet, cuius factum tamen in ſacris haud notatum eſt. Et ſi ESAV hoc crimen commiſit *vendendo* primogenituram, IACOBVS non excuſandus eſt illam *emendo*: emtores & venditores ad paria reducendi. Impietas BILEAMI aliunde ſatis euidens eſt, & licet iniuſta mercede ad maledicendum conductus dicatur, *II. Petr. 1, 15. Iudæ epiſt. v. 11.* ſcelus tamen eius non tam in mercede iniuſta, quam in *conatu maledicendi* populo a Deo electo quærendum eſt, quod commiſiſſet, ſi vel maxime absque mercede ad maledicendum veniſſet. EPHRONIS factum in venditione ſepulchri nihil commune habet cum Simonis impietate; alioquin etiam ABRAAMVS eiusdem criminis inſimulandus foret, qui illud dato imo obtruſo pretio emit, præſertim cum nulla *qualitas ſpiritualis* ſepulchris inſit. IEROBEAMVS non dicitur accepiſſe munera ab his, qui ambierunt ſacerdotium, vt ipſe fatetur VOETIVS, adeoque rurſus hoc exemplum huc non quadrat. IVDAS proditor nequiſſimus fuit, nec *rem ſpiritualem*, vt talem, vendidit, ſed *proemium proditionis* nefandiſſimum recepit. Denique IVDAEI, pontificatum atque ſacerdotium pretio redimentes, *ambitum* commiſerunt, æque vt hi, quos hodie *ſimoniacos* vocant, non autem *extraordinaria* & *miraculoſa dona ſpiritualia* pretio acquiſiuerunt, id quod vnice tentauit Simon, quod tamen impoſſibile erat. Neque rationes, quæ pro denominatione huius criminis a Simone adducuntur, alicuius ponderis ſunt. Si IVDAS iam hoc crimen commiſit, hic primus fuit, non SIMON, & ab hoc potius denominatio fieri debuiſſet, quia Iudas longe grauius ipſo Simone peccauit. Simonis quidem factum aperte in ſacris vt *impium & irreligioſum* notatur; ſed eius veſtigia haud ſunt aperta in venditione beneficiorum eccleſiaſticorum, id quod in quæſtione eſt. Magis pudendum

Ita verū a Simone vnice non debuiſſet nominari.

Examinantur exempla veteris teſtamenti.

Imprimis Iudæ in nouo fœdere.

Digitized by Google

dum fuit factum IVDAE quam SIMONIS, cur non ergo ab hoc denominatio capta est? Denique voluit Simon emere *dona spiritualia extraordinaria*; sed id non intendunt, qui *beneficia ecclesiastica* redimunt ære graui.

§. XIII. Sicuti vero minus recte conferuntur cum SIMONE, qui turpissimum in quæstum conuertunt officia ecclesiastica; ita forsan proximius ad scelus Simonis accedunt, qui *fidem venalem* faciunt, & methodum gentiles vel hæreticos dato vel oblato pretio conuertendi, seu ad *fidem* reducendi laudant, probant, commendant. Conuersio hominis sine dubio est operatio Spiritus S., & *fides saluifica*, ad quam homines deducendi, est tale opus, quod Spiritus S. in cordibus nostris, legitime purificatis, præstat, *1 Cor. XII, 3. 2 Cor. III, 5. Eph. II, 4. seqq. 8. 9. Phil. I, 6. II, 13. Col. I, 12. 13. II, 13. IV, 3. 1 Thess. II, 23.* adeoque verbo diuino repugnat, hæreticos vel gentiles per *proemia* vel *interuentu pecuniæ* allicere ad recipiendam fidem christianam. Ait quidem AVGVSTINVS in *c. pen. C. 23. q. 4. Debet homo diligere proximum tanquam se ipsum, vt quem polluerit. hominem vel* BENEFICENTIAE *consolatione vel informatione doctrinæ vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.* Sed per *consolationem beneficentiæ* nihil aliud indigitat, quam *comiter* cum conuertendis agendum, iisque, si ope nostra indigent, præ aliis benefaciendum, non vero vt *promissione certæ pecuniæ* redimantur ad nomen Christo dandum. Benefaciendum præ cæterit, qui *conuersionis desiderium* præ se ferunt: qui nullo desiderio ducuntur, a beneficiis nostris, quibus indigent, non prorsus excludendi, non tamen pecunia ad conuersionem redimendi sint, quod fit, si alicui offeratur certa pecuniæ quantitas, si in Christum fidem professus fuerit. Optime ait BONIFACIVS in *c. 2. C. 1. q. 2. nusquam legimus, domini discipulos vel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse, nisi forte de pauperum alimento quis inconcinne proponat, quorum nulli, cuiuscunque professionis esset, victualia negabantur.* In eo consistebat olim *consolatio beneficentiæ*, quam AVGVSTINVS memorat, quod indigentes alimenta ex *ærario ecclesiæ* acciperent, quorum participes quoque *conuersi* fiebant, quamuis hoc modo ad conuersionem non deducerentur, aut *improba pactio* cum eis iniretur de suscipienda fide christiana pro certo proemio. Hac methodo qui vtuntur, magis Simonis vestigia legunt, quam hi, qui pro præbenda

Magis simoniaci sunt, qui pro pretio homines ad religionem inducunt.

Digitized by Google

benda, vicariatu, vel iure patronatus æs graue pendunt. Quid enim aliud agunt, quam vt id, quod solius *operationis spiritus S.* est, quod opus mere diuinum nuncupandum, quodque vnice illuminationi spiritus S. debitum esse debebat negotium, pretio dato, vel pacto de proemio dando præcedente, in non conuerso vel hæretico operari & efficere intendant? Talis *conuersio* est potius hominis *peruersio*, quippe qui non pietatis veritatisque desiderio, sed *lucri gratia* religionem ambit suscipitque Christianam, & sic *sine vlla conuersione cordis* conuertitur, *venalisque* fit *fides Christiana*, quod omnem superat impietatem, & plusquam simoniacum est. Prohibuit olim papa, *in c. 3. C. 1. q. 2. ne vllus abbas pretium sumere vel exigere ab eis, qui ad conuersionem,* (monasticam) *veniunt, aliqua pacti occasione præsumat*, id quod tamen adhuc facilius tolerari poterat, quod hi, qui *religionis monasticæ* propositum suscipiunt, perpetua alimenta a monasterio consequantur, quæ pretio quodam licite compensari queant. Nihilominus tamen, qui rigidioris vitæ & seuerioris doctrinæ studio inter Catholicos ducuntur, *simoniam in stipulatione dotis pro ingressu* in monasterium esse affirmant, inter quos principatum gerit ESPEN. *dissert. de vitio simoniæ circa ingressum religionis.* Et tamen reuera hi, qui *dote* quadam, vt vocant, sibi redimunt perpetua vitæ alimenta, non redimunt ordinem monasticum aut vitam religiosam; cum e contrario, qui promisso proemio Christianos vel orthodoxos efficere studeant, *venalem* faciant *religionem*, commercio fidem exponant, & pecunia id efficere intendant, quod operationi spiritus S. tribuendum erat. Neque tamen hi, qui *Iesuitarum* castra sequuntur, hanc methodum damnant, sed laudant atque probant, quod expediat rei Christianæ, quatenus in formam reipublicæ degenerauit, plures habere subditos, qualescunque demum fuerint, bonæ frugis, vel bachanalia viuentes, modo dicantur *Christiani* atque *orthodoxi*, more præscripto ceremoniali degant, & præceptis ecclesiæ satisfaciant. Tales vero Christianos & reipublicæ ecclesiasticæ subditos nec CHRISTVS, nec Apostoli, nec purior ecclesiæ antiquitas agnouerunt, aut formarunt, sed tales potius, qui *viuida fide* in CHRISTVM, a spiritu S. perfecta, præditi solidæ pietati semet addicunt, mundo renunciant, alios prorsus mores, interne voluntate mutata, induunt, & sic in Deo in posterum viuunt.

Quod tamen Iesuitæ defendunt.

§. XIV.

Digitized by Google

§. XIV. His tamen non obſtantibus, SANCHEZIVS *de ſacram. matrim. lib. I. diſp. 39.* non adeo a methodo, conuertendi *gentiles* aut *hæreticos* per præmia, alienus eſſe videtur. Ait enim *n. 2. offerre munera gratis & absque aliquo pacto ad captandam beneuolentiam, & inducendum ad baptiſmum & ad religionem & ad alia opera ſpiritualia, licitum eſt.* Pergit *n. 4. probabilius eſt, licitum eſſe, offerre munera, ea* LEGE & PACTO, *vt is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera ſpiritualia v. g. vt recipiat baptiſmum, ingrediatur religionem, ſacramenta frequentet, aut a peccatis recedat, dummodo non dentur in* PRETIVM *illius operis ſpiritualis, ſed ad inducendum ad illa.* Inde vero liquet, α) non tantum *gratis* munera offerre licere, ad inducendum aliquem ad baptismum, in quo *tacita* continetur *conuentio*, ſed etiam, *pacto expreſſo* interueniente, id fieri poſſe: β) pecuniam *promitti* licite poſſe, vt delinquentes a peccatis recedant, quo ipſo ſupponunt, illam etiam licite *accipi* poſſe, quia alioquin, ſi licite accipi non poſſet, dantes & promittentes allicerent accipientes ad peccatum. Hæc philoſophia etiam ab ipſis gentilibus improbata & damnata fuit, qui turpiter accipi lucra cenſuerunt ab his, qui pecuniam acceperunt, *ne ſacrilegium facerent, ne furtum, ne hominem occiderent, ne iniuriam facerent*, vel aliter delinquerent, obſeruante VLPIANO *in l. 2. pr. de condict. ob turp. cauſ. l. 4. §. 2. eod. l. 7. de calumn.* quia hoc modo ære redimuntur delicta, quod in *accipiente* turpitudine non caret, ex *philoſophia gentilium;* imo ea caret ex ſententia SANCHEZII & ſequacium. Imprimis Sanchezius. Cuius doctrina reprobatur.

§. XV. Sed audiamus argumenta huius profani doctoris. *Primum* eſt, quod paſſim in ſacris literis promittat Deus *bona temporalia* ſeruantibus præcepta, idque factum ſit per modum *pacti & conditionis* intuitu ABRAAMI., *Gen. XII. XVII.* Enimuero α) a *facto diuino* indiſtincte & generatim argumentum duci nequit ad homines, infinitis imperfectionibus obnoxios: β) quod Deus ABRAAMO promiſit, *gratia* mera *diuina* erat ob *fidem*, qua iam probatus DEO erat, quæ ſicuti in eo excelluit, ita vberiores fructus etiam in *temporalibus* tulit: γ) DEVS generatim pie ambulantibus promiſit benedictionem ſuam, non *ex pacto* quodam debitam, ſed vt *meram gratiam:* δ) denique DEVS hoc exemplo ſuo minime docuit, *religionem* facere *venalem*, quod Ieſuitarum proprium eſt, ſed fructum verum pietatis homines docuit, a qua per *redemtiones Ieſuiticas* homines prorſus deducuntur. *Alterum* argumentum eſt, quod li- Argumentum primum refutatur. Secundum.

cita sit conditio legato adiecta: *si religionem ingrediatur*, *si religionem mutauerit*. Hanc thesin vel ideo defendit Iesuita, quo suæ sectæ seruiat, alias merito improbanda, & tanquam *turpis* reiicienda, quia turpe est, spe lucri religionem amplecti. Recte cum SYRINGIO *de pace relig. concl. 45. lit. c.* ait KNIPSCHILD *de fideic famil. c. VI. n. 411. qui veritatem cælestem in scriptis Prophetarum & Apostolorum comprehensam semel agnitam deserere, & aliam religionem, quam velut erroneam toto pectore hactenus est auersatus, desultoria quadam leuitate, & quidem spe legati vel fideicommissi consequendi arripere & amplecti mauult, ipsum contra pietatem & conscientiam suam agere, eamque lædere ac æternum animæ suæ periculum accersere, nemo sanus negabit.* Vnde recte *n. 413.* colligit, eiusmodi conditiones, quæ *religionem* ære nundinantur, aut prouocant, ceu *turpes & simoniacas* reiiciendas esse.

Tertium.

Tertium est, quod licitum sit, donare vitam infidelibus ad mortem damnatis hac lege, vt baptizentur; ergo etiam licitum esse debeat, munera offerre eadem *lege & pacto*. Rursus hæc methodus peruersa Iesuiticis conuersionibus debetur, a quibus quoslibet liberet dominus. Primi christiani aliter edocti atque instructi fuere, veritatem scilicet semel agnitam ne quidem spe redimendæ vitæ deserere aut eiurare. Qui vitam redimit eam amplectendo religionem, quam vt falsam, erroneam vel hæreticam antea habuit, ille contra propriæ conscientiæ legem

Quartum.

falsum assumit, verum damnat. *Quartum* est, quod durum sit parentes damnare, qui pecunias & vestes filiis promittunt, si sacramenta frequentent, vel a concubinis recedant, & dominos libertatem seruis promittentes, si baptizentur &c. Facile vero concedo, illud tantum durum videri spiritu Iesuitico ductis, non veritatis in spiritu ambulantibus. Et quis denique laudaret, probaret, piosque eos duceret, qui spe lucri missas frequentant, & a re cupita desistunt? Tales hypocritas Deus prorsus a suo grege procul, non vero inuitandos

Quintum.

esse iubet. *Quintum* fundamentum sententiæ contrariæ est, quod licitum sit contrahere matrimonium cum infideli hac lege, vt conuertatur. *c. 16. C. 28. q. 1.* An vero licitum est, spe matrimonii maxime *lucrosi* semel agnitam veritatem eiurare? An hæc conuertendi methodus vllibi probatur? Nil nisi *petitiones principii* Iesuita adfert, quæ eodem modo negandæ, quo thesis principalis. Talis quoque

Sextum.

deprehenditur in *sexto argumento*, quod offerre munera infideli liceat, pacto inito, vt baptismum accipiat, id quod itidem reprobandum.

§. XVI.

Digitized by Google

§. XVI. Similis petitio principii eſt in *ſeptimo*, quod talis conditio non ſit turpis *in ſe*, dummodo conuerſus in *pretium* rei ſpiritualis *lucrum* non accipiat. Id vero ipſimet intendunt Ieſuitæ, qui pretium ideo promittunt, vt religionem, rem ſine dubio ſpiritualem, amplectantur, quam alias haud amplexuri eſſent. Quod quis enim alias non fuiſſet facturus, niſi *lucri* conditio acceſſiſſet, id ſine dubio *primario* intenditur; atqui qui, ære interueniente, religionis mutationem promittunt, illam aliter haud ſuſcepiſſent. E. Quid itaque, ſi quis alicui hac conditione prædium tradidiſſet, *ne vnquam Ieſuita fieret?* quid putat SANCHEZIVS, vtrum hæc conditio *turpis* an *honeſta* cenſenda? Turpem ſine dubio eam eſſe exclamabit, quod ita homines abducantur a vita ex eius mente ſanctiori, puriori, & perfectiori. Præſertim cum inſtituta Ieſuitarum impugnantes incurrant excommunicationem ſoli papæ reſeruatam, teſte CAROLO ANTON. THESAVRO *de pœn. eccl. P. 2. voce ſocietas Ieſu.* Cum vero nos cum plurimis catholicis prorſus arbitremur, hac ſecta perniciosius nihil excogitari poſſe, ſecundum noſtram hypotheſin ex mente Ieſuitæ approbanda foret conditio, quia ita homines a tali ſecta noxia abſtrahuntur. Septimum.

Noua rurſus eſt petitio principii in *octauo* argumento, quod licitum parentibus & dominis, verberibus & minis cogere filios & ſeruos, vt diebus feriatis ſacris interſint, & debito tempore confiteantur, & ſic etiam permiſſum eſſe debeat, muneribus datis allicere gentiles aut hæreticos ad religionem. Ego inuerto argumentum: ſi nemo verberibus & minis ad religionem cogendus, multo minus *præmii propoſitione* aut ſpe lucri ad eam trahi debet, quia Chriſto non hypocritæ, ſed veri diſcipuli lucrandi ſunt. Dandum aliquid paternæ diſciplinæ in *educatione* liberorum, ne obbruteſcant, idque potiſſimum in ea ætate, in qua per *rationem* ſimpliciter regi nequeunt; ſi enim ad *maturiorem ætatem* deueniunt, palam eſt, per verba & minas in cauſa pietatis & religionis nihil profici. Octauum.

Vltimum eſt plusquam ſophiſticum. Ait, ſi pactum hoc aliquam labem haberet, eam a *ſimonia* vnice duceret, a qua tamen immune eſt, quia qui accepta pecunia & pacto inito religionem ingreditur, non vendit religionem, nec offerens pecuniam, emit; natura enim venditionis poſtulat, vt venditor aliquid tradat, & emtor aliquid accipiat. *Sed ingrediens*, pergit, *religionem nihil tradit, nec offerens munera aliquid recepit.* Ego vero vtrumque affirmo. Ponamus Ieſuitam dare hæretico 50. aureos, vt mutet religionem & fiat Ieſuita: Ieſuita hoc caſu eſt emVltimum.

tor, quia fuæ fectæ & religioni emit mancipium: qui recepit pecuniam, eſt venditor, quia ſemet ipſum & animam ſuam, cui inpoſterum Ieſuitæ dominiari intendunt, emtoribus vendit, ſemetque illorum dominatui tradit. An non ſui ipſius venditio eſt vera venditio? an non vera ab eo fit emtio, qui emit regno eccleſiaſtico ſubditum & mancipium? Denique *ſimonia* non tam in propie dicta emtione, ſed in eo ponenda, quod per pecuniam quis rem ſpiritualem vel effectum eius ſibi parare cogitat. Ieſuita, qui pecuniam ſordido hæretico dat, vt non animum, non mores, (id enim hac methodo impetrari nequit) ſed *externum* religionis *nomen* mutet, per pecuniam præſtare *conuerſionem* in accipiente intendit, deterior Simone, qui, oblato ære, dona Apoſtolica acquirere ſatagebat, cum Ieſuita per oblationem æris ſpirituale quid in hæretio vel gentili producere tentet, ſpirituale per temporale, lumen per tenebras, CHRISTVM per Belial &c. Plures quidem BONACINA *tom. I. oper. tr. de ſimon. diſſ. 1. q. 3.* coniecturas adfert, vnde cognoſci queat, vtrum res temporalis ſit *pretium rei ſpiritualis*; ſed illæ magis ſubdolæ & aſtutæ ſunt, vt omnis ſimonia excuſari queat.

Bonacinæ ſententia.

§. XVII. Prodeat BONACINA, qui *cit. l. §. 8.* hanc doctrinam examinat. Præmittit primam hanc propoſitionem, *qui promittit vel tradit temporale alteri, iniuncta obligatione, vt præſtet opus ſpirituale, ſimoniam committit.* Atqui qui dat pecuniam hæretico, vt opus ſpirituale faciat, vt fidem Romano-Catholicam profiteatur, defendatque, ille tradit temporale alteri, iniuncta obligatione, vt præſtet opus ſpirituale. Ergo ſimoniam committit. Sed audi alteram eius propoſitionem: *Qui tradit aliquid alteri, vt opus ſpirituale faciat, in ſolius operantis vtilitatem, relicta illi facultate & libertate faciendi tale opus, non committit ſimoniam.* Non ſubſiſtit in hac hypotheſi, ſed eam quoque extendit *n. 3.* ad eum caſum, ſi aliquid temporale promittatur vel tradatur, *ſub eo ditione*, ſi fiat *opus ſpirituale*, veluti, ſi accipiens eiurat A. C. religionem, & fiat Romanæ eccleſiæ ſubditus. Hoc caſu *verum* adeſt *pactum* de mutanda religione, id quod ni fiat, pecunia promiſſa non debetur, & data repetitur. Rationem huius doctrinæ in eo collocat, quod hic deſit *contractus oneroſus*, dum quod pro pecunia præſtatur, in ſolius recipientis vtilitatem vergit, nulla autem vtilitas in dantem inde redundat, id quod tamen longe aliter ſeſe habet in *vera venditione*. Enimuero α) iam §. *præcedente* obſeruaui, per pecuniam conuerſionis opus nequidem obti-

Digitized by Google

obtineri poſſe, & ſic recipienti pecuniam prorſus non conſuli, ſed magis eius ſalutem in ſummum deduci diſcrimen, cum non *externa religionis profeſſione*, ſed *cordis mutatione* conuerſio hominis procuretur, quæ impeditur quæſtuoſo hoc commercio. 6) Dictum quoque eſt, id magis tali contractu intendi, vt mancipium eccleſiæ Catholicæ acquiratur, in cuius poteſtatem ita cadit, vt ab ea recedere in poſterum nequeat. Tales itaque emtores non tam intendunt bonum animæ eius, quem hac peruerſa methodo conuertere intendunt, magis tamen peruertunt; ſed potius bonum *eccleſiæ* ſeu *hierarchiæ*, cui pro pretio lucrantur ſubditos, & in hoc *meritum ſingulare* collocant. Reuera ergo adeſt contractus oneroſus, quod vel inde liquet, quia *n. 4.* admittit, temporale ita tradi poſſe, vt niſi opus ſpirituale fiat, reddatur acceptum, id quod arguit intereſſe omnino dantis, vt *opus ſpirituale* fiat, quia alioquin exceptione, *tua non intereſt*, repelleretur. Intereſſe autem in eo conſtituitur, quod ita ad dantis *merita* inſignis ceſſio fieri credatur, ſi opus ſpirituale a recipiente pecuniam fiat, quæ ceſſat, ſi non ſequitur; intereſt autem, ex mente BONACINAE, dantis, quotidie cumulum meritorum ſuorum augere, & hoc commercio hierarchiæ conſulere. Si ſola vtilitas conuertendi danti propoſita eſſet, alia methodo, qua ſcilicet Apoſtoli vſi ſunt, ſalutem eius quæreret.

§. XVIII. Linquo vero SANCHEZIVM & BONACINAM, & alium huius ſententiæ laudatorem, GIESBERTVM VOETIVM, produco, qui *de ſimonia P. IV. in append.* cum SANCHEZIO ſimilem cantat cantilenam. *Et ratio eſt*, ait, *quia nulla intercedit emtio aut venditio, nec temporale commodum pro re ſpirituali datur, nec vllum emolumentum eſt ex parte dantis: ſed tantum promiſſis, donis, officiis, obſequiis infidelium animos nobis conciliare ſtudemus, vt nos audiant, propoſitam fidem expendant, ad eandem attendant, & ſaluti ſuæ conſulant. Breuiter ad ſalutis ſuæ ſtudium & amorem eos inducimus, & ad id eos allicimus ac nobis deuincimus, ad quod præſtandum iure diuino tenentur. Quodſi infidelis oblatum aut collatum commodum temporale ſolummodo reſpiciens, propter illud hypocritice fidem amplectitur & profitetur: grauiter quidem ille peccat; ſed promiſſor aut donator aut benefactor non peccat, nec ſimoniam committit.* Admittit ita VOETIVS, grauiter peccare, qui *commodi* aut *quæſtus* gratia fidem profitetur chriſtianam; eius vero peccati autor primarius eſt is, qui dat pecuniam, quia & nouit & ſcire debet, ſe *hypocritam* pro pecunia, non *chriſtianum*

Voetii ſententia examinatur.

ſtianum formaturum, adeoque negari nequit, eum quoque grauiter & fere grauius Simone peccare, qui talis *conuerſionis hypocriticæ* autor eſt. Quid? quod cum ad SANCHEZIVM prouocet, & THOMAM A IESV, methodum quoque eorum, per *pacta quæſtuoſa* conuerſiones, vt loquuntur, procurandi, approbauit. Denique aliud eſt, beneficiis, comitate, & humanitate animum alicuius flectere, vt nos audiat, attentaque doctrinam ponderet mente: ſubſidia docendi gratuita alicui ſuppeditare & offerre, vt viam ſalutis integre percipere poſſit, id quod ſinceri amoris & miſericordiæ opus eſt, chriſtiano dignum, & libertatem in negotio *conuerſionis* non tollit, ſed integram relinquit, aliud vero eſt, *paciſci* cum aliquo ſuper negotio religionis, vt quinquaginta vel aliud *beneficium lucroſum* accipiat, ſi catholicam religionem profiteri, ſi Romanæ eccleſiæ ſubditus fieri paratus ſit. Poſterius in quæſtione eſt, a SANCHEZIO defenſum, propugnatum, quod VOETIVS nullo probare potuit iure. Prætereo alias catholicorum vias callidas, pro reuocandis, vt aiunt, hæreticis in ſcenam productas, relatas & examinatas a Dn. DANIELE MAICHELIO Prof. Tubingenſi meritiſſimo, *de variis eccleſiæ Romanæ moliminibus methodisque in reuocandis conuertendisque, quos vocant, hæreticis*, in qua diſſertatione tamen nequidem hanc, quam repudiaui, methodum tetigit, cuius rationes me quidem latent.

Varia in ſimonia crimina ſupponuntur.

§. XIX. Sic itaque, quod SIMONIS impietatem refert, plurimi laudant; quod vero ad illam non adeo accedit, *ſimoniam* dixere, & nundinationem officiorum eccleſiaſticorum quorumcunque huc retulere. *c. 8. C. 1. q. 1. c. 8. C. 1. q. 3.* Nequidem vero in hoc ſubſtiterunt, ſed plura alia crimina ei ineſſe cenſuerunt patres. GREGORIVS

Vt hæreſis.

M. imprimis ei nouam affinxit *hæreſin*, & in *c. 5. C. 1. q. 1.* ita cenſuit: *Quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur, quaſi credat doceatque ipſo facto, ſpiritum S. vendi poſſe.* Inde concluſerunt: *tolerabiliorem eſſe Macedonii & eorum, qui circa ipſum ſunt, ſpiritus S. impugnatorum impiam hæreſin, c. 21. C. 1. q. 1.* atque Simonem primum *noui fœderis hæreticum* fuiſſe. In *concil. Oxon. de anno 1187. tit. 38.* apud HARDVIN. *tom. VII. coll. concil p. 1106.* grauiter hoc hæreſeos ſpectrum exaggeratur: *Quanta ſit labes ſimoniacæ prauitatis, ſanctorum patrum decreta declarant, qui omnia crimina huius comparatione pro nihilo reputant. Simoniacos etenim præcipuos hæreticos, a cunctis fidelibus nouimus reſpuendos & ipſos Iudæ proditori comparandos. Nam ſicut ipſe Dei filium, ita iſti ſpiritum S. patri & filio*

Digitized by Google

filio conſubſtantialem, vendere non formidant: & ſic eiusdem rei facinorisque portionis pro crimine erant participes. Singulari quodam prodigio hanc hæreſin putatiuam confirmat RARONIVS *ad ann. 1055.* & quia hoc in *concilio Lugdunenſi* contigiſſe dicitur, tempore VICTORIS II. ex eo repetiit HARDVIN. *tom. VI. p. 1039.* Huic præſedit HILDEBRANDVS Cardinalis, & quia Archiepiſcopus quidam, cuius nomen ſilent ſcriptores, de ſimonia ſuſpectus erat, HILDEBRANDVS in concilio hunc allocutus dicitur: *Credisne, o archiepiſcope, ſpiritum S. cum patre & filio vnam eſſe ſubſtantiam deitatis? quo reſpondente, credo, addidit ille: dic: gloria patri, filio & ſpiritui S. Tunc ille: gloria patri & filio, expedite dicebat, ſed ſpiritum ſanctum nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret, & nihil proficeret: videns ſe per diuinum iudicium omnino confuſum, procidit ad pedes archidiaconi* (Hildebrandi) *& confeſſus eſt proprio ore, ſe ſimoniacum eſſe. Poſtquam vero a ſacerdotali & epiſcopali officio eſt depoſitus, gloria patri & filio & ſpiritui S. libera & clara voce decantauit.* In *concilio* Infidelitas. *Beneuentano, anno 1087.* tempore VICTORIS III. celebrato apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. concil. p. 1628.* ita patres cenſuerunt: *Omnis hæreticus infidelis eſt: ſimoniacus vero, quia hæreticus, idcirco infidelis.* Cum vero nullam Benenentani addant rationem, hanc ſubiiciam ex THOMA, vnde eam traxit ANSELLON. *de ſimon. c. 2. §. 1. eſt enim*, ait, *exterior quædam & realis proteſtatio infidelitatis, quatenus quis vendens donum ſpiritus S., ſignificat ſe dominum eius eſſe doni, quod eſt hæreticum.* Nimis exorbitans eſt ratio adducta, qua poſita, omnes homines eſſent dicendi hæretici, quod nemo ſine crimine vel peccato viuat. Eodem enim modo affirmari poſſet, quodlibet delictum eſſe *exteriorem quandam & realem proteſtationem infidelitatis*, quatenus delinquens ſignificat, ſe arbitrum dominumue eius delicti, quod commiſit, eſſe, quod eſt hæreticum. Libere & licenter qui peccat, de peccato diſponit pro lubitu, donec vi maiori impediatur. Rectius ſine dubio philoſophatur LAVNOIVS *P. III. epiſt. I. p. 164.* aiens: *Simonia ex ſe vera & indubitata non eſt hæreſis, ſed verum atque indubitatum eſt peccatum. Tunc eſt tantum hæreſis, cum docetur, ſimoniam licere. Sicuti homicidium ex ſeſe vera & indubitata non eſt hæreſis, ſed verum atque indubitatum peccatum: & tunc tantum eſt hæreſis, cum docetur, homicidium licere.* Quibus coloribus vero hi, qui *hæreſin* in hoc delicto quærunt, ſententiam ſuam incruſtare ſoleant, plenius docet B. Dn. THOMAS. *ad Lancellot. lib. IV. tit. III. p. 1830.*

1830. ſqq. vbi imprimis fluctuantem Gallum, MOREAV, eiusque ſententiam ſiſtit; veriora quidem videntem, variè tamen ſub prætextu in communi errore hærentem, ne patres & pontifices erraſſe videantur.

Crimen læſæ maieſtatis.

§. XX. Præterea etiam *crimen læſæ maieſtatis* in hoc delicto latere docent, quod in *l. 31. C. de epiſc. & cler.* imperatores ambitum hunc *ad inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis* vindicandum eſſe conſtituerint. Mirandum eſt, imperarores cespitaſſe, vtrum inter *crimina publica* ſimonia referri deberet, cum tamen aperte liqueat, *crimen ambitus* lege Iulia inter *publica* relatum fuiſſe, neque enim directo videntur hoc crimen illis, quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt, accenſuiſſe, ſed tantum voluiſſe, vt *ad inſtar publici criminis* vindicaretur. Hoc quidem etiam obſequat ZIEGLERVS *de clerico renitente §. 68.* ſed ſcrupulum hunc non euellit. Ait: *Oppido autem mirari ſubit modeſtiam imperatoris, & verecundam eius* νομοθετικὴν. *Poterat ille iure maieſtatis, qua pollebat, conſtituere, vt crimen hoc inter publica deinceps referretur, & pro iudicio publico eius vindicatio haberetur; exemplo* HONORII, *qui hæreſin Manichæorum & Donatiſtarum inter publica crimina habuit. l. 4. C. de hæret. & Manich. Sed noluit tamen ille ſubitaneam hanc ſententiam interponere, ſed contentus fuit, accuſationem fieri* AD INSTAR PVBLICI CRIMINIS. *Vocabulum* INSTAR *enim ſimilitudinem & conformitatem quandam denotat. Et voluit adeo imperator, delictum hoc non eſſe quidem crimen publicum, ſed pro tali tantum haberi & iudicari. Nouerat enim, non omnia iudicia, in quibus crimen aliquod vertitur, publica eſſe. Sed ea tantum, quæ ex LL. publicorum iudiciorum veniunt. l. 1. D. de publ. l. 3, §. 3. D. de præuar. Vt igitur retineret, quod diu ita obſeruatum fuit, temperare id, quod ſecum conſtituerat, maluit, & analogiam tantum ſtatuere ſatius putauit.* Enimuero ſi crimen *ambitus* in hoc delicto occurrit, vere *publicum* eſſe, nec aſſeri ab imperatoribus debuit, *delictum hoc non eſſe quidem crimen publicum, ſed pro tali tantum haberi aut iudicari.* Aut ergo exiſtimarunt, crimen *ambitus* huic delicto non ineſſe, aut ſi ineſſe arbitrati ſunt, pro *vere publico* illud habere debuerunt. Prius vel ideo non eſt probabile, quod ipſi imperatores in *cit. l. 31.* diſertis verbis conſtituant, epiſcopum *ab ambitu* ſepoſitum eſſe debere, quodque totus contextus doceat, imperatores non aliud crimen, quam *ambitus*, in hoc delicto quærere voluiſſe.

An publicum crimen olim habitum?

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI. Ego ſic habendum eſſe exiſtimo. Lex *Iulia ambitus* fere eo tempore conſenuerat, maxime in vrbe, ſumma poteſtate ad *principem* delata, ad quorum curam magiſtratuum creatio pertinebat, non ad populi fauorem, cuius corruptio hoc crimen inducebat, teſte MODESTINO *in l. pr. de Iul. ambitus.* Ab eo tempore impune ſuffragia eorum, qui circa latus principis erant, pretio tentata fuiſſe videntur, aliquo in *municipiis* ſeruato vſu legis antiquæ, quod & MODESTINVS *cit. l.* indicat. Sub CONSTANTINO & eius ſucceſſoribus h. e. ſeculo IV. dignitatum nundinationes frequentiſſimæ erant, ſæpe in fraudem legis ſuſceptæ, vt a curiarum oneribus liberarentur curiales. CONSTANTIVS anno 338. in *l. 25. C. Theod. de decur.* hoc quidem prohibuit, ſed magis ideo, quod in *fraudem legis* talis nundinatio fieret. *Quoniam*, ait, *emtæ dignitatis obtentu curias vacuefactas eſſe non dubium eſt, placuit, vt cuncti, qui ſuffragiis dignitatum inſignia conſecuti ſunt, immeriti honoris ſplendore priuati ciuilium munerum ſolennitate fungantur.* Alius legis facit quoque mentionem CONSTANTIVS *in l. 2. C. Theod. de honor. codicill.* quæ *ab honoribus mercandis per ſuffragia vel qualibet ambitione quærendis certa multa prohibuit*, quibus verbis legem anteriorem CONSTANTINI patris deſignaſſe videtur, itidem directam contra emtores dignitatum, vt curiarum obſequia fugerent, vt *l. 2. cit.* indicat. Morem hunc inueteratum, mercandi impune honores. etiam probat docetque IVLIANI conſtitutio *in l. 1. C. Theod. ſi cert. pet. de ſuffrag.* directa contra eos, qui repetebant illud, quod pro *honorum ſuffragio* ſub anterioribus imperatoribus dederant. LIBONIVS enim anno 362. in *legat. ad Iulian.* diſerte fatetur, *magiſtratus ſub Conſtantio venales fuiſſe*; quoniam ſub IVLIANO hi, qui honores mercati erant, datum repetere tentabant, quod prohibuit IVLIANVS. Huius legis mentionem facit AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXII. vnde velut æquitate ipſa dictante lex eſt promulgata, qua cauetur, nullum interpellari ſuffragatorem ſuper his, quæ cum recte conſiterit accepiſſe*, quod nundinatio honorum eo tempore permiſſa fuerit, vt GOTHOFREDVS *ad cit. l.* quoque indicat, & plenius firmat ad *l. 1. C. Theod. ad L. Iul. de ambitu.* Sub THEODOSIO M. licentia hæc rurſus admodum recruduit, vt IDEM *cit. l.* ex ZOSIMO *lib. IV.* & CLAVDIANO demonſtrat. Reprimere rurſus hoc malum tentarunt ARCADIVS & HONORIVS *in l. 1. C. Theod. ad L. Iul. de ambitu* anno 379. lata, qua ſeueriſſimis pœnis prohibita eſt *bonorum nundinatio*, vt non improbabile ſit, THEODOSII conſtitutionem,

Lex Iulia ambitus tempore l. 31. C. de epiſc. lata conſenuerat.

Nundinationesque munerum impunitæ.

Digitized by Google

quæ in *l. vn. C. de ſuffrag.* & *l. 2. C. Theod. ſi cert. pret. de ſuffrag.* occurrit, ad *honorum ſuffragia* quoque pertinere. In eo quidem aſſentiendum GOTHOFREDO *ad cit. l. 2.* nominatim *de honorum ſuffragio in h. l.* non agi, ſed in genere de *deſideriis* principi offerendis, vt quæ optarent ſupplicantes, ſuffragiis palatinorum conſequerentur; ſed ab his deſideriis excludi non poterant *appetitiones honorum*, tunc admodum frequentes, & ſine pecunia inanes & fruſtraneæ. Hæ adeo hac lege generali approbantur, vt pro *ſuffragio* promiſſa etiam licite exigi potuerint.

Maxime ſub Leonis imperio.

§. XXII. Quoniam vero conſtat, inueterata mala difficulter eradicari poſſe, admodum probabile eſt, poſt tempora ARCADII & HONORII ſæpius hoc malum recruduiſſe, & maxime LEONIS ſub imperio, quod ipſemet arderet amore pecuniæ, quæ cauſa fuit, vt ſubditorum fortunas diripiens, & ſycophantas mercede conducens, quod ex vniuerſo terrarum orbe aurum colligebat, ſibi reponeret. Vid. BASNAGE *in annal. eccleſ. tom. II. p. 531. ad ann. 474. §. 1.* Non ergo dubitandum, quin malum hoc, quod tamdiu orientem infecerat, & officia quæuis venalia fecerat, adhuc tempore LEONIS perduraverit, vt *L. Iulia de ambitu* vim omnem amiſerit, nec mercari officia publica inter *crimina publica* relatum fuerit. Neque enim, ſi *nundinatio officiorum & bonorum* criminibus publicis annumerata fuiſſet, vlla ratio dubitandi ſupereſſe potuiſſet, vtrum commercium *ſacrorum officiorum*, quæ æque *publica* dicenda, huc etiam referendum fuiſſet, & tamen LEO imperator in *cit. l. 31.* aſſerit, illud *inſtar criminis publici* habendum, quod forſan cognitum haberet, hactenus *officia publica* ex more antiquo fuiſſe *venalia*, nec in eo *crimen publicum* amplius admiſſum. Dicendum ergo eſt, LEONEM in *officiis eccleſiaſticis* criminis publici rationem reduxiſſe, & voluiſſe, vt ad exemplum, *ceterorum criminum publicorum* hic ambitus coerceretur. Adeo enim ambitus extra claſſem *delictorum publicorum* receſſiſſe videtur, vt nequidem LEO turpitudinem nundinationis ſacrorum officiorum in *ambitu* vnice quæſiuerit, ſed ad depingendum criminis pondus *læſæ maieſtatis* mentionem fecerit, diſponendo, *ad inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis accuſationem proponendam eſſe.* Si notio omnis criminis *ambitus* nondum penitus exaruiſſet, ſufficere potuiſſet, ad inſtar *criminis ambitus* ex L. Iulia accuſationem inſtruere, & gratui ære mercantes *officia ſacra*, quæ æque *publica* dicenda, pœnis huius criminis ſubiicere. Quia vero harum vius conſenuerat, accuſationi-

Inde Leo imperator cenſuit, ad inſtar criminis publici ſimoniam puniendam.

Imo ad inſtar læſæ maieſtatis.

bus

Digitized by Google

bus ex *L. Iulia ambitus* quiescentibus, placuit LEONI, accusationem ad minimum intuitu sacrorum munium resuscitare, eamque in frequentiorem vsum, ad exemplum accusationis *ex L. Iulia Maiestatis*, reducere. *Similitudinem* autem quandam duntaxat LEO in verbis adlatis, non *identitatem* rei proposuit, censuitque, æque *publice* patere debere accusationem de hoc facinore, ac *læsæ maiestatis* scelus omnium singulorumque delationem, & quidem vtplurimum *necessariam*, desiderat. Admodum lepidi sunt, qui *læsæ maiestatis diuinæ* crimen hic comminiscuntur, vt atrocitatem sceleris exaggerent. Intentio imperatoris huc non redit, adeoque, vt recte ZIEGLERVS *de cleric. renit. p. 168.* obseruat, *si qua extra eam similitudinem circa maiestatem læsam, vt salua præstetur, introducta sunt singularia, in hoc crimine locum non inuenire* arbitror.

Ex quadam similitudine,

Sine intentione crimen læsæ maiestatis diuinæ inducendi.

§. XXIII. Nihilominus tamen ex hoc erroneo principio fluxisse videtur, quod iuxta *c. 3. & 6. X. h. t.* serui aduersus dominum & quilibet criminosi ad accusationem admittantur, adeo vt nec *meretrix* exclusa sit. Fatentur tamen interpretes, incertum esse, vnde hi textus depromti fuerint, quod vel rubrica indicat. INNOCENTIVS III. ad minimum huic errori non simpliciter calculum addit, referens *in c. 31. X. h. t. in f.* in quæstione: vtrum testes etiam inhabiles in probando hoc crimine produci queant? acriter de hoc principio disputatum fuisse, *aliis asserentibus, in crimine simoniæ, sicut in crimine* LAESAE MAIESTATIS, *omnes indifferenter tam infames quam criminosos non solum ad accusandum, sed etiam ad testificandum admittendos esse: cum* INSTAR PVBLICI CRIMINIS *&* LAESAE MAIESTATIS *procedat accusatio simoniæ: aliis e contrario respondentibus, quod licet hæc duo crimina, quantum ad accusationem, quasi paria iudicentur, differant tamen in multis: cum alia pœna pro vno & alia pro altero inferatur, & inter personas accusatorum & testium sit vtique distinguendum: cum nec per accusatores, sed testes crimina probentur.* Hæc verba indicant, hanc controuersiam decisioni pontificis subiectam fuisse. Temperamento quodam, tanquam *via media*, vti maluisse videtur INNOCENTIVS III. quam directo eam decidere. Ait: *Ne vero vel innocentiæ puritas confusa succumberet, vel simoniæ prauitas effugeret impunita; nos pensata æquitate, nec omnes exceptiones contra testes oppositas duximus admittendas, nec repellendas duximus vniuersas: sed illas duntaxat probandas admisimus, quæ forte probatæ non de zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite procedere viderentur,*

Conclusiones ex hoc erroneo principio.

Quod testes inhabiles admittantur.

conſpirationes ſcilicet & inimicitias capitales; ceteras autem obiectiones oppoſitas, vt furti, adulterii, propter immanitatem hæreſis ſimoniacæ, ad cuius comparationem omnia crimina quaſi pro nihilo reputantur, duximus repellendas; quoniam etſi fidem teſtium debilitarent in aliquo, non tamen euacuarent ex toto, præſertim cum alia contigerint adminicula ſuffragari. Poſtrema verba addidi ex epiſtolis INNOCENTII III a BALVZIO editis *lib. II. ep. 260. p. 511.* quæ mentem pontificis admodum illuſtrant, & incaute a RAYMVNDO omiſſa ſunt. Inde vero conſtat, α) tantum teſtes inimicos & de conſpiratione conuictos arcendos eſſe: β) alios criminoſos quidem admittendos, non tamen omni exceptione maiores eſſe: γ) ex imaginaria paritate huius criminis, cum *læſæ maieſtatis facinore*, in praxi rarius agnita, hoc tractum fuiſſe, adeoque *ſecundum quid* pontificem eorum ſententiæ conceſſiſſe, qui comparationem cum *crimine læſæ maieſtatis* nimium extenderunt.

Crimen hoc pœnis criminalibus ſecularibus ſubiectum.

§. XXIV. Quamuis vero inde manifeſtum ſit, hoc crimen olim *publicum*, & *pœnis ſecularibus* ſubiectum fuiſſe, licet magiſtratus eccleſiaſtici pro more antiquo, per ſecula vndecim retento, in illud quoque animaduerterint, ſicuti in alia quæuis delicta, ſupra tamen *tit. de accuſ. §. 64.* iam obſeruaui, ſeculo XII. fora eccleſiaſtica ad *rationes ciuiles & criminales* magis magisque compoſita, indeque factum fuiſſe, vt tandem *magiſtratus eccleſiaſtici* cum *ſecularibus* diuiſionem inſtituerint, quibusdam criminibus ad ſe *priuatiue*, quibusdam ſeculari iudici æque *priuatiue* relictis, quibusdam denique vtrique foro per concurſum quendam reſeruatis, quod diſtincte ex MORINO explicat ESPENIVS *in iure eccleſ. P. 3. tit. 4. c. 1.* Hoc facto ſimonia crimen *ſeculare* deſiit, & ad *fora eccleſiaſtica* ſimpliciter tractum, quod circa materiam *ſpiritualem*, vt loquuntur, verſaret, *hæreſinque* contineret. Pœnæ eccleſiaſticæ antiquitus variæ fuerunt. Neque enim tantum anathemate hæc labes punita, *c. 7. C. 1. q. 1.* ſed aliis variis cenſuris, imprimis vero depoſitione, *c. 7. 8. 9. 10. 101. 107. 108. 109. 110. C. 1. q. 1. c. 2. 6. 11. X. h. t.* atque adeo electio & collatio ſimoniaca eſt *ipſo iure nulla* declarata; *c. 5. C. 1. q. 3.* adeo vt, ſi ignorante & inſcio prouiſo & electo nundinatio interuenerit, ea tamen ſubſiſtere non poſſit, *c. 27. X. h. t.* quod plenius explicat ESPENIVS *P. 2. iur. eccleſ. tit. 30. c. 6. §. 14. ſeqq.* Cui vero cedit pecunia data? eam reſtituendam eſſe, quia iniuſte accepta eſt, decernitur in *c. 2. C. 1. q. 3.* Vtrum vero *domui*, an *fiſco*, non definitur. Prius ſine dubio intellexit GREGORIVS I. *cit. l.* quia eius ævo fiſcus eccleſiæ

Poſtea ad fora eccleſiaſtica ſimpliciter tractum.

Pœnæ eccleſiaſticæ.

deſuit,

Digitized by Google

defuit, nec de pœnis fiſcalibus ſollicitus eſſe potuit. Aſt de iure ciuili quod ſcelere acquiſitum, a fiſco vindicatur iuxta *l. 9. de iure fiſci*, adeoque conclamatum eſt, eo tempore, quo in foro criminali ſimul de hoc crimine actum eſt, quæſtum inique & per ſcelus acquiſitum *fiſco* addictum fuiſſe, quod hodie indubie ſibi vindicabunt iudicia eccleſiaſtica.

§. XXV. Hæ tamen pœnæ *ſeculares & eccleſiaſticæ* hoc malum exſtirpare non potuerunt, quod vbique ad inſtar hydræ renatum & reuocatum eſt, cum nec Romana curia ab hac labe immunis, ſed vniuerſum, quod ad religionem pertineret, ibi venale eſſet, vt MATTHAEVS Pariſienſis paſſim narrat. Loquuntur annales, Gallicanas eccleſias miſerrime olim hoc malo dilaceratas & vexatas fuiſſe, teſtibus actis apud D'ACHERIVM *in ſpileg. tom. III. p. 90. nouiſſ. edit.* Leodii ſpeciatim *vetus & publicum malum* audiit, *ibid. p. 480.* Italiam præterea afflixit, obſeruante PAGI *tom. IV. p. 143. & 323.* Et quid de *Germania* dicam? vbique nundinationes ſacrorum obuiæ munerum, vt impune fere & publice in commercium abiiſſe viderentur, teſte EODEM *cit. l. p. 127.* Neque vero eradicari commode potuit, poſtquam *Romana curia* exemplo ſuo docuit, omnia pro pretio & nihil ſine eo. Summatim de hac labe communi eccleſiarum agit FLEVRIVS *tom. XIII. hiſtor. eccl. eiusque diſc. prælim. §. 15.* cui iungendus AENEAS SYLVIVS *epiſt. 66.* ita ſcribens: *Nihil eſt, quod absque argento Romana curia dedat. Ipſa manuum impoſitio & ſpiritus S. dona venduntur; nec peccatorum venia niſi nummatis impenditur.* Conf. M. A. DE DOMINIS *de republ. eccl. lib. 9. §. 34. ſeqq.* Nec defuerunt inuolucra aut prætextus, quibus ſeſe excuſarent ſimoniaci, aſſerentes, ſe non *ſacra*, ſed *reditus* tantum eisdem annexos emere vel vendere, teſtibus actis apud CANISIVM *tom. III. lect. antiq. p. 386. edit. Basnag.* quem colorem grauiſſime perſtrinxit ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 10. c. 4.* Plures aliæ fraudes excogitatæ ſunt ad leges eccleſiaſticas ſubuertendas, quas conglomerare nolo, plenius detectas ab IOANNE ANSILLONIO *de ſimon. c. VII. ſq.* Enimuero nec hodie ceſſarunt aut eradicatæ ſunt, ſed in epiſcopatibus adeo palam & impune committuntur, vt nihil vſitatius ſit, quam ſuffragia canonicorum vel capitularium redimere, quod forſan ex hoc capite permittitur, quod ratio hierarchiæ per Germaniam id poſtulet iuxta vulgatum illud; *ſalus eccleſiæ ſuprema lex eſſe debet.*

Neque tamen hæ pœnæ crimen hoc tollere potuere.

Ex malo exemplo curiæ Romanæ.

Subvariisprætextibus ſimonia admiſſa,

Digitized by Google

conſpirationes ſcilicet & inimicitias capitales; ceteras autem obiectiones oppoſitas, vt furti, adulterii, propter immanitatem hæreſis ſimoniacæ, ad cuius comparationem omnia crimina quaſi pro nihilo reputantur, duximus repellendas; quoniam etſi fidem teſtium debilitarent in aliquo, non tamen euacuarent ex toto, præſertim cum alia contigerint adminicula ſuffragari. Poſtrema verba addidi ex epiſtolis INNOCENTII III a BALVZIO editis *lib. II. ep. 260. p. 511.* quæ mentem pontificis admodum illuſtrant, & incaute a RAYMVNDO omiſſa ſunt. Inde vero conſtat, α) tantum teſtes inimicos & de conſpiratione conuictos arcendos eſſe: β) alios criminoſos quidem admittendos, non tamen omni exceptione maiores eſſe: γ) ex imaginaria paritate huius criminis, cum *læſæ maieſtatis facinore*, in praxi rarius agnita, hoc tractum fuiſſe, adeoque *ſecundum quid* pontificem eorum ſententiæ conceſſiſſe, qui comparationem cum *crimine læſæ maieſtatis* nimium extenderunt.

Crimen hoc pœnis criminalibus ſecularibus ſubiectum.

§. XXIV. Quamuis vero inde manifeſtum ſit, hoc crimen olim *publicum*, & *pœnis ſecularibus* ſubiectum fuiſſe, licet magiſtratus eccleſiaſtici pro more antiquo, per ſecula vndecim retento, in illud quoque animaduerterint, ſicuti in alia quæuis delicta, ſupra tamen *tit. de accuſ. §. 64.* iam obſeruaui, ſeculo XII. fora eccleſiaſtica ad *rationes ciuiles & criminales* magis magisque compoſita, indeque factum fuiſſe, vt tandem *magiſtratus eccleſiaſtici* cum *ſecularibus* diuiſionem inſtituerint, quibusdam criminibus ad ſe *priuatiue*, quibusdam ſeculari iudici æque *priuatiue* relictis, quibusdam denique vtrique foro per concurſum quendam reſeruatis, quod diſtincte ex MORINO explicat ESPENIVS *in iure eccleſ. P. 3. tit. 4. c. 1.* Hoc facto ſimonia crimen *ſeculare* deſiit, & ad *fora eccleſiaſtica* ſimpliciter tractum, quod circa materiam *ſpiritualem*, vt loquuntur, verſaret, *hæreſinque* contineret. Pœnæ eccleſiaſticæ antiquitus variæ fuerunt. Neque enim tantum anathemate hæc labes punita, *c. 7. C. 1. q. 1.* ſed aliis variis cenſuris, imprimis vero depoſitione, *c. 7. 8. 9. 10. 101. 107. 108. 109. 110. C. 1. q. 1. c. 2. 6. 11. X. h. t.* atque adeo electio & collatio ſimoniaca eſt *ipſo iure nulla* declarata; *c. 5. C. 1. q. 3.* adeo vt, ſi ignorante & inſcio prouiſo & electo nundinatio interuenerit, ea tamen ſubſiſtere non poſſit, *c. 27. X. h. t.* quod plenius explicat ESPENIVS *P. 2. iur. eccleſ. tit. 30. c. 6. §. 14. ſeqq.* Cui vero cedit pecunia data? eam reſtituendam eſſe, quia iniuſte accepta eſt, decernitur in *c. 2. C. 1. q. 3.* Vtrum vero *danti*, an *fiſco*, non definitur. Prius ſine dubio intellexit GREGORIVS I. *cit. l.* quia eius ætuo fiſcus eccleſiæ

Poſtea ad fora eccleſiaſtica ſimpliciter tractum.

Pœnæ eccleſiaſticæ.

Digitized by Google

defuit, nec de pœnis fiſcalibus ſollicitus eſſe potuit. Aſt de iure ciuili quod ſcelere acquiſitum, a fiſco vindicatur iuxta *l. 9. de iure fiſci*, adeoque conclamatum eſt, eo tempore, quo in foro criminali ſimul de hoc crimine actum eſt, quæſtum inique & per ſcelus acquiſitum *fiſco* addictum fuiſſe, quod hodie indubie ſibi vindicabunt iudicia eccleſiaſtica.

§. XXV. Hæ tamen pœnæ *ſeculares & eccleſiaſticæ* hoc malum exſtirpare non potuerunt, quod vbique ad inſtar hydræ renatum & renouocatum eſt, cum nec Romana curia ab hac labe immunis, ſed vniuerſum, quod ad religionem pertineret, ibi venale eſſet, vt MATTHAEVS Pariſienſis paſſim narrat. Loquuntur annales, Gallicanas eccleſias miſerrime olim hoc malo dilaceratas & vexatas fuiſſe, teſtibus actis apud D'ACHERIVM *in ſpileg. tom. III. p. 90. nouiſſ. edit.* Leodii ſpeciatim *vetus & publicum malum* audiit, *ibid. p. 480.* Italiam præterea afflixit, obſeruante PAGI *tom. IV. p. 143. & 323.* Et quid de *Germania* dicam? vbique nundinationes ſacrorum obuiæ munerum, vt impune fere & publice in commercium abiiſſe viderentur, teſte EODEM *cit. l. p. 127.* Neque vero eradicari commode potuit, poſtquam *Romana curia* exemplo ſuo docuit, omnia pro pretio & nihil ſine eo. Summatim de hac labe communi eccleſiarum agit FLEVRIVS *tom. XIII. hiſtor. eccl. eiusque diſc. prælim. §. 15.* cui iungendus AENEAS SYLVIVS *epiſt. 66.* ita ſcribens: *Nihil eſt, quod absque argento Romana curia dedat. Ipſa manuum impoſitio & ſpiritus S. dona venduntur; nec peccatorum venia niſi nummatis impenditur.* Conf. M. A. DE DOMINIS *de republ. eccl. lib. 9. §. 34. ſeqq.* Nec defuerunt inuolucra aut prætextus, quibus ſeſe excuſarent ſimoniaci, aſſerentes, ſe non *ſacra*, ſed *reditus* tantum eisdem annexos emere vel vendere, teſtibus actis apud CANISIVM *tom. III. lect. antiq. p. 386. edit. Basnag.* quem colorem grauiſſime perſtrinxit ESPENIVS *P. II. iur. eccleſ. tit. 10. c. 4.* Plures aliæ fraudes excogitatæ ſunt ad leges eccleſiaſticas ſubuertendas, quas conglomerare nolo, plenius detectas ab IOANNE ANSILLONIO *de ſimon. c. VII. ſq.* Enimuero nec hodie ceſſarunt aut eradicatæ ſunt, ſed in epiſcopatibus adeo palam & impune committuntur, vt nihil vſitatius ſit, quam ſuffragia canonicorum vel capitularium redimere, quod forſan ex hoc capite permittitur, quod ratio hierarchiæ per Germaniam id poſtulet iuxta vulgatum illud; *ſalus eccleſiæ ſuprema lex eſſe debet.*

Neque tamen hæ pœnæ crimen hoc tollere potuere.

Ex malo exemplo curiæ Romanæ.

Subvariis prætextibus ſimonia admiſſa,

Digitized by Google

Maxime a Ieſuitis excogitatis.

§. XXVI. Vigor præterea antiquarum pœnarum iamdudum exaruit, vel ad minimum omni applicatione deſtituitur, quoſi iuxta Ieſuitarum philoſophiam *ſuffragiorum redemtio* & *munerum coemtio* facile a vitio ſimoniæ liberari queat, docente PASCALIO ſub nomine ficto MONTALTII *epiſt. 12. p. 328. ſqq.* *Quia*, ait, *maneat oportet ſimoniæ nomen, eique ſubiiciatur aliqua notio qualiscunque, ad id imaginarium quoddam ſimulacrum delectum eſt, quot nusquam in ſimoniacorum mentem incidit, nec ad illorum propoſitum quicquam conducit; ſcilicet vt temporale pluris aut tanti æſtimetur, quam ſpirituale.* Addunt, *non eſſe ſimoniam dare temporale pro ſpirituali, ſi non detur vt PRETIVM.* Ita impune ſub hac nefanda larua redimuntur ſuffragia, quia quod electoribus datur, non vt

Si temporale non vt pretium datur.

pretium æquale, ſed vt *honorarium* vel tanquam *motiuum*, vt loquuntur, duntaxat ei offertur. Sub hac philoſophia impune leges eccleſiaſticas contra *ſimoniacos* latas tranſilire licet, ipſumque crimen ſpectrum hodie eſt, & inter caſus non dabiles referendum. Redarguit, eo nomine Ieſuitas PASCALIVS *cit. l. p. 336.* aitque: *Ex veſtris decretis tam rarum erit ſimoniæ crimen, vt iam ab illo poſſit facile defendi vel ipſe Simon magus, qui emere Spiritum S. voluit. Neque enim Simon, vt habetur in actis, cum Apoſtolis pro ipſorum impetranda potentia argentum obtulit, vendendi aut emendi, vel pretii verbis vſus eſt: hoc demto, cum cetera ex vobis ſimoniæ vacent, ſi veſtra imbutus fuiſſet diſciplina, intentatum ſibi a Petro facile depuliſſet anathema.* Fucum hunc iam olim reprobauit INNOCENTIVS III. *lib. 2. epiſt. 104. ex edit. Baluz. tom. I. p. 208.* relatus etiam a RAYMVNDO *in c. 36. X. h. t.* & in hos philoſophos ſententiam hanc tulit: *In tantum peccatis exigentibus corda quorundam ſimoniaca prauitas depranauit, vt in exterminium canonicæ ſanctionis & elusionem quodammodo diuini iudicii, lucris turpibus inhiantes, ac dicentes in corde ſuo: non eſt Deus, ſimoniam* SVB HONESTO NOMINE *pallient, quaſi* MVTATO NOMINE *culpa transferatur & pœna. Verum nec Deus ſecundum Apoſtolum irridetur, nec tales Simonis ſectatores, etſi temporalem in præſenti forſan eludant, in futuro pœnam effugient ſempiternam, cum nec* HONESTAS NOMINIS *criminis malitiam palliabit,* NEC VOX POTERIT ABOLERE REATVM.

Proteſtantes has nundinationes etiam damnant.

§. XXVII. Sicuti vero plenius euictum eſt, in ſimonia *crimen ambitus* latere, & potiſſimum eius rationem in emtione & venditione munerum eccleſiaſticorum quærendam eſſe, quocunque demum nomine id, quod datur, palliatur, cum ſufficiat, quod *medii illegitimis*

Digitized by Google

timis ſacerdotia hoc modo occupentur; ita in *eccleſiis proteſtantium*, quæ itidem damnant has *mundinationes*, in hoc conceptu ab omni ſuco purgato, merito ſubſiſtimus. Indicat id formula *iuramenti ſimoniæ*, a candidatis officiorum ſacrorum ante ordinationem hinc inde præſtandi, quo ſe ab omni *ſuſpicione ſimoniæ* purgare tenentur. Atque hoc ipſum omnibus candidatis impoſuit FRIDERICVS I. Rex Boruſſiæ glorioſæ memoriæ in *conſtitutione de dato* Königsberg den *25. Sept. 1698.* his verbis: Ehe die Candidati zu ihren Pfarren, es ſey, daß Wir oder andere Patroni ihnen ſelbige conferiret, ordiniret oder introduciret werden, ſollen ſie vor dem Conſiſtorio aydlich auffſagen, ob ſie ihrer Beförderung halben iemanden etwas gegeben, verſprochen oder zu geben gedencken; ingleichen ob ſie des vorigen Pfarren Wittwe, Tochter, Anverwandtinnen oder ſonſt eine andere Perſon, ſo ihnen occaſione dieſer ihrer Beförderung recommendiret worden, zu heurathen Hoffnung gegeben, da denn, wenn ſolches geſchehen, ein ſolcher Candidatus nicht zum Predigt-Amt gelaſſen, ſondern ſo fort und in perpetuum abgewieſen ſeyn ſolle. Repetita hæc conſtitutio eſt per aliam ſub dato Cölln an der Spree den *24. Nov. 1699.* Wir befehlen euch hiermit in Gnaden, bey Beſtellung *4. Dec.* der dortigen Prediger iedesmahl folgende Puncte genau und fleißig obſeruiren zu laſſen. (1) Daß kein Prediger, er ſey wer er wolle, in ſpecie auch bey denen Pfarren, ſo von Edelleuten und andern privatis vergeben werden, beſtellet werde, er habe denn das ſo genannte iuramentum ſimoniæ vorher abgeſchworen, und damit betheuret, daß er, um ſolchen Pfarr-Dienſt zu erlangen, keinem Menſchen etwas gegeben, oder künftig geben wolle, und daß er auch zu ſolcher Pfarre ſub quaque ſpe aut promiſſo matrimonii nicht gekommen ſey. Optimo & prudentiſſimo conſilio hanc legem omnibus candidatis impoſitam eſſe, facile reputabit, qui fraudes, quæ in occupandis miniſteriis ſacris committi ſolent in occulto, animo ſuo repræſentauerit.

Et iuramentum ſimoniæ a candidatis exigunt.

§. XXVIII. Iam olim quoque idem iuramentum ex eadem cauſa decreta conciliorum a prouidendis exegerunt, vt factum eſt in *concil. Oxon.* de anno 1222. *c. 17.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 119.* ***Præſenti quoque ſtatuto definimus, vt epiſcopus ab eo, qui ſibi præſentatus fuerit, recipiat iuramentum, quod, præter præſentationem illam, nec promiſerit, nec dederit aliquid præſentanti, nec aliquod propter hoc pactum inierit,***

Quod etiam concilia a prouidendis exegerunt.

inierit, si ei super hoc merito videatur suspectus, eum talia manifesta canonicis obuient institutis. In *concil. Mogunt. de anno 1549. c. 91.* apud EVNDEM *tom. IX. p. 2136.* eodem cautum modo, & quidem indistincte, *vt nullus in posterum clericus ad aliquod beneficium seu dignitatem admitti debeat, nisi prius iurauerit, quod in eius adeptione nullam commiserit simoniam aut illicitam fecerit pactionem.* Si tamen audiueris patronos simoniæ, facile plerique sub hac formula iurare possunt, quod pecuniæ datione simonia committi, aut illicita pactio fieri haud creditur. Quocirca nisi formula iurisiurandi pro excludendis fraudibus admodum *prouide* & *caute* concipiatur, facile eludere possunt simoniaci hoc edictum ex Iesuitarum doctrina. Iam anno 1225. concilium, præside CONRADO Cardinali & sedis apostolicæ legato, Moguntiæ habitum *c. 11.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 140.* simile publicauerat edictum: *Statuimus etiam, vt nullus clericus ad curam animarum ab episcopo vel archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cuius curam præsentatur, commiserit simoniam.* Formulam iuramenti huiusmodi paulo prolixiorem, præscribit *synodus prouincialis Salisburgensis de anno 1568. constit. XIII. c. 7.* apud LVNICH. *in contin. III. spicileg. eccles. p. 808.* Cautum enim est, *ne cuiquam per electionem siue postulationem aut collationem vel renunciationem pro beneficio præsentato seu quomodocunque promoto concedatur possessio, neque confirmatio, nisi prius iureiurando ab omni labe simoniæ se immunem ostenderit: ego N. electus vel postulatus siue præsentatus vel quomodocunque promissus ad beneficium N. iuro per hæc sancta Dei euangelia, me non cupiditate, auaritia, velotii sectandi studio, beneficium ecclesiasticum ambiuisse vel expetiuisse: multo minus impetrandi eius causa patronum, collatorem, resignantem &c. aliquo munere, post licitationem, spe futuri lucri seu aliquo contractu vel innominato induxisse & corrupisse: neque id vlla alia machinatione, qualem humana calliditas excogitare potest, procurasse, sed ad hoc ipsum beneficium cumprimis spirituali & religionis zelo & in domo Dei constanti fide & veritate catholica inseruiendi affectu promotum adductum esse &c.* Hoc iuramento omnia Iesuitarum subterfugia conculcata sunt, quia simul *omnis machinatio, qualem* HVMANA CALLIDITAS *excogitare potest*, excluſa atque procul abesse iussa est. Merito vero in foris nostris, quæ admittunt clericos vxoratos, hoc iuramentum quoque ad eum extenditur casum, quo cum patrono pactum initum est de vidua defuncti pastoris vel alia puella, patrono forsan in deliciis hærente

Sed formula iuramenti facile eluditur.

Prouida formula synodi Salisburgensis.

Digitized by Google

rente ducenda, quod *labe ſimoniaca* non vacat, ad minimum æque ac *nundinatio munerum ſacrorum* improbandum eſt, vt declaraui *in iure parocb. Sect. 3. c. 1. §. 24.* Speciatim hoc thema illuſtrat D. REINHARD. FRIDERICVS SAHME *diſſ. de iuramento ſimoniæ a canditatis miniſterii in conſiſt. regni Pruſſiæ præſtando.*

§. XXIX. Eiſdem rui de *primaria & potiori ſimoniæ ſpecie*, quæ in crimen *ambitus* incidit. Superaddi adhuc ſolent plures aliæ *ſecundariæ* & fere innumeræ ſpecies, *dicis* duntaxat *gratia*, quia vel *ſimoniæ* nullam rationem habent, vel tot *inuolucris* teguntur, vt propitio iure omnis *ſimoniæ ſuſpicio* ab his ſpeciebus facile aboleri queat. Docent enim in genere, ſimoniam committi a ſacerdotibus, pecuniam exigentibus pro *adminiſtratione ſacramencorum* aliorumque *actuum ſacrorum.* GELASIVS *in c. 99. C. 1. q. 1.* vetuit, ne baptizandis conſignandisque fidelibus pretia præfigant, *quia quod gratis accipimus gratis dare mandamur.* In *c. 100. ibid.* ex *ſexta ſynodo* ſequens præceptum huc trahitur: *Nullus epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, qui ſacram diſpenſat communionem, a percipiente gratiam communionis aliquod pretium exigat. Neque enim venditur gratia, neque pro pretio gratiam ſpiritus S. damus, ſed dignis munere ſine defraudatione participare concedimus.* Simoniam a tali ſacerdote committi, patres cenſuerunt, cum in verbis ſequentibus eum *imitatorem ſimoniacæ fraudis* appellent. In *c. 10. C. 1. qu. 1.* tantum *voluntarie oblata præmia* pro baptizandis conſignandisque fidelibus permittuntur & probantur, *pretii* autem *exactiones* tantum vetari videntur. Enim vero deſumtus eſt hic textus ex *concilio Toletano XI. c. 8.* anno 675. celebrato, quod docet, ne quidem *voluntarie oblata præmia* probata fuiſſe; verba enim hæc: *Pretia quælibet vel præmia voluntarie oblata pro huiusmodi ambitioue ſuſceperit*, imprimis etiam talia munera reſpuunt, quæ tamen vt legitime accipi poſſint, inſuerunt particulam *niſi*, vt hæc exceptа eſſe videantur. Vid. HARDVINVS *tom. III. concil. p. 1027.* In *concilio* tamen *Bracarenſi ſponte oblata* admiſſa fuiſſe docet *c. 103. ibid.* In *Triburienſi*, relato in *c. 105. ibid.* paulo plenius prohibitio extenſa, cautumque, ne pro *ordinatione*, nec pro *chrismate*, vel *baptiſmo*, vel pro *balſamo*, nec pro *ſepultura* vel *communione* quidpiam exigatur, quod in *c. 106. ibid.* etiam ad *baſilicarum dedicationem* tractum. Pariter pretia ab eis, *qui ad conuerſionem veniunt*, exigere vetitum in *c. 3. C. 1. q. 3.* vel pro *pallii datione*, vel pro *traditione charcarum* nequidem ſub appellatione *paſtelli* vel *paſtellatici*, quod erat donum

Secundariæ ſpecies ſimoniæ.

Quæ referuntur.

In renumeratione aliorum actuum ſacrorum quæſitæ.

Etiam voluntarie olim oblata.

Alibi admiſſa.

Non tamen paſtella.

Digitized by Google

donum pro ſigilli, in paſta cerea impreſſi, impreſſione, teſte IO. DIACONO *in vita Gregor.* quamuis alii omne id, quod *pro paſtu* exigitur, hac voce comprehendi cenſuerint per *c. 7. & ſ. C. 1. q. 3.* vbi tamen *paſtellum & paſtum* diſtingui, contextus docet. Denique *præbendas, canonias* vel *res eccleſiaſticas* vendere, ſimoniæ quoque attributum, vt nec *ius patronatus* absque eius labe vendere licitum eſſe debeat. *c. 16. X. de iur. patron.*

Stipendia promiſſa olim ſimoniaca.

§. XXX. Stipendia itaque pro *celebratione miſſa* exigere, ex hac doctrina a labe ſimoniaca non erit immune, quamuis ſi *paſtum* non intercedat, *ſponte oblata* licite accipi queant. Experientia vero docet, non tantum hæc *ſtipendia miſſatica* licite accipi, ſed *ex*

Non vero hodie.

pacto etiam exigi poſſe. *Nam*, ait FRANCISCVS A MOSTAZO *in tr. de cauſis piis tom. I. lib. 2. c. 3. n. 3. ſtipendium non conceditur pro aliquo ſpirituali, nec pro illi connexo: ſunt enim plures tituli, vnde recte ſuſcipiatur, ſcilicet pro ſuſtentatione ſacerdotis, pro labore extrinſeco aut pro celebrando in tali loco, aut tempore, aut quia ſacerdos priuat ſe facultate dandi operam aliis rebus pretio æſtimabilibus: non ergo recipit ſtipendium pro re ſpirituali, aut pro labore celebrationi inſeparabiliter annexo. Vnde etiam conſtat, pactum ſtipendii non verſari circa ſpiritualia, verum circa aliqua extrinſeca, pretio æſtimabilia, nec ex aliquo capite valet conſiderari ſimonia.* Addit *n. 7.* ſtipendium illud concedi *in partem ſuſtentationis correſpondentis occupationi dicendi miſſam, vt clericus, quantumuis diues, illud recte percipiat.* Denique *c. ſeq. 4.* de *taxa iuſti ſtipendii miſſarum* ſcrupuloſius paulo diſquirit.

Ex rationibus frivolis.

Pari modo rationes ſubducit IO. DE DICASTILLO *de iuramento diſp. 1. dub. 1. n. 46.* atque *etiam qui miſſam celebrant vel horas canonicas principaliter propter lucrum temporalis ſtipendii & ſuſtentationis, nihil aliud intendendo, non peccant peccato ſimoniæ. Nam vbi non interuenit ratio* PRETII *& commutationis vnius pro alio cum æqualitate & proportione vnius rei pro alia, nullo modo poteſt eſſe ſimonia. Stipendium autem, quod datur miniſtris eccleſiæ, non datur pro re ſpirituali, quæ gratis datur & non æſtimatur, pro pretio; ſed ea obligatio dandi ſtipendium oritur ex natura rei in ordine & ex habitudine ad perſonam: pro ſuſtentatione debita.* Hæc Ieſuita, quem etiam plerique ſequuntur, vt ANDREAS DV SAVSSAY *in panopl. ſacerdot. P. II. lib. 1. p. 363. ſeqq.* contra PETRVM MOLINAEVM diſputando, qui hoc lucrum, ceu turpe, exagitat: WIESTNER *ad tit. de ſimon. n. 41. ſq.* FERMOSINVS *in tract. criminal. ad c. 1. ſqq. de ſimon. qu. 4. n. 7.* vbi honeſtas

dandi

Digitized by Google

dandi & recipiendi cauſas recenſet, h. e. *eleemoſynam*, *piam oblationem*, *ſtipendium ſuſtentationis*, *mercedem laboris accidentalis & oblationis ſuſceptæ*, *legem iuſtam*, *conſuetudinem rationabilem & præſcriptam*; atque inde infert, ſi apparet, vtrum velut *pretium*, an ex *cauſa honeſta* datum ſit temporale miniſtro ſpirituali, præſumendum eſſe, ex *cauſa honeſta* datum fuiſſe, non per *ſimoniam*. Ita vero per indirectum omnia concilia-
Quibus omnia iura vetera inuertuntur.
liorum decreta euertuntur, quia ſemper *cauſa honeſta* adferri poteſt, ex qua licite tale ſtipendium accipitur pro labore ſacro.

§. XXXI. Faceſſat ergo hinc ALEXANDER III. in *c. 8. X. h. t.* edicens: *pro ſepultura quoque & chrismatis & olei receptione nulla cuiusquam pretii exactio adtentetur: nec ſub obtentu cuiusquam conſuetudinis reatum ſuum quis tueatur, quia diuturnitas temporis non diminuit peccata, ſed auget.* Parum hodie prodeſt eiusdem philoſophia in *c. 9. X. h.* quæ pro *introductione clericorum*, pro *ſepulturis* & *exequiis mortuorum*, & *benedictionibus nubentium* ſeu *aliis ſacramentis* aliquid requirere vel exigere, ne quidem ſub obtentu *conſuetudinis*, vetat, *quod tanto grauiora ſint crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam.* Plus gratiæ forſan habere videtur ſanctio INNOCENTII III. *in c. 41. X. h. t.* qua duritiem laicorum perſtringit, quod *laudabilem conſuetudinem erga ſanctam eccleſiam pia deuotione fidelium introductam ex fermento hæreticæ prauitatis infringere nitantur ſub prætextu canonicæ pietatis*, quos per epiſcopum compeſcendos eſſe conſtituit, *piasque conſuetudines* obſeruari præcipit. Eſt videlicet *laudabilis*, eſt *pia conſuetudo*, quando ſacerdoti aliquid datur pro *benedictione nubentium*, pro *exequiis mortuorum*, & pro aliis ſacris laboribus, quæ ex *pia deuotione fidelium* ortum traxit, qui ab initio *libere & ſponte* aliquid ſacerdoti obtulerunt; mox alios plures imitatores nacti ſunt, vnde tandem ex *opinione neceſſitatis* ſolui cœptum, qua conſuetudo corroborata eſt. Hunc titulum, licite quid exigendi pro *inſtallatione*, etiam approbauit GREGORIVS XI. in decreto, quod recitat CHOPPINVS *lib. I. de ſacr. polit. c. 8. n. 16.* Ita ergo *improba* eſt talis *conſuetudo* ex decreto ALEXANDRI III.; laudabilis vero ex ſententia INNOCENTII III. & GREGORII XI. Sed diſtinctione ſubtiliſſima facili negotio hanc diuerſitatem componi poſſe, eamque conſuetudinem demum improbari cenſent, qua aliquid *vt pretium* pro officio ſacro penditur, non vere eam, quæ ad *ſuſtentationem miniſtrorum eccleſiæ* introducta eſt, teſte GONZALEZIO *ad c. 8. X. h. t. in f.* Quis vero non videt, ita *per indirectum* omnes in fumum abire

Imprimis Alexandri III. decretum.

Innocentii III. decretum mollius.

Pias conſuetudines probans

Et Gregorii XI.

constitutiones, quæ *consuetudines* hasce damnant, cum nemo clericorum tam ferreus tamque improbus credi debeat; qui honoraria hæc, vt *pretium officii sacri*, exigat, & non potius gulæ gratia, vt eo lautius viuere queat.

Ergo hæ species secundariæ hodie omni applicatione carent.

§. XXXIII. Quæ cum ita sint, quid iuuat tam ingentem cumulum specierum simoniæ conglomerare, quæ in applicationem deduci nequeunt, cum nulla sit ecclesia, in qua talis *pia & laudabilis consuetudo*, vt vocatur, desit, & nunquam *causa iusta, sustentationis* scilicet, deficiat. Neque egomet ipse hunc morem absolute improbo: id tantum noto, patres antiquos ipsosque pontifices in eo errasse, quod *simoniam* in exactione horum honorariorum quæsuerint, quæ licet parum *honeste* exigantur, ab hoc *crimine* tamen longissime absunt. Recte ait INNOCENTIVS III. *in c. 16. X. de præbend. Cum, secundum apostolum, qui altario seruit, viuere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat a mercede: patet a simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet.* Sustentandi igitur sunt clerici iuxta *debitum iustitiæ* ex reditibus ecclesiasticis, quos pro labore suo, quem sacra faciendo impendunt, ceu *mercedem & salarium iustum* accipiunt; quia *beneficium* datur pro *officio* sacro. Sicuti ergo nulla ab iis committitur simonia, qui reditus hosce & stipendia ecclesiastica *pro officio sacro in genere* exigunt; ita nec hanc incurrunt labem, qui pro *speciali officio sacro*, quod certis personis exhibent, vt in missarum celebratione, benedictione nubentium, baptismi datione, confessionibus audiendis & absoluendis peccatoribus, honoraria consueta petunt & exigunt, quæ eodem iure & titulo debentur, quo pro præstito *officio sacro generali*, quod omnium in gratiam vergit, *stipendia annua* certa quotannis petunt. *Parum honeste* tamen hæc honoraria exigi dixi, quia vtplurimum *notam auaritiæ* annexam habent, si nimis *acerbe* petuntur cum *scandalo publico* ecclesiæ, vt fere expediret, si horum iactura alio remedio sufficiente compensari posset: h. e. idoneo stipendii sacri augmento. Cum vero vires ad id præstandum vtplurimum desint ecclesiis parochialibus, tolerandæ sunt hæ consuetudines & *iura stolæ*, vt vocantur, & parochiani ad eorum præstationem compellendi, reiecta omni *simoniæ* formidine, quæ inane commentum quoad has præstationes censenda. Ipsemet B. SPENERVS *tom. I. conf. Theol. c. 2. art. 4. Sect. 18. p. 81.* non absolute

Quod etiam aliunde satis probari potest

Quamuis parum honesta hæc lucra sint.

Iudicium Speneri.

hæc

hæc honoraria damnat, interim tamen addit, optandum esse, vt vbique exularent, & ministris ecclesiæ aliunde de necessariis vitæ prospectum esset. Speciatim vero *tom. I. c. 2. art. 6. sect. 34. p. 314. sq.* de *nummis confessionariis* hoc fert iudicium: Ich sehe denselben an als einen ziemlichen Ubelstand der Kirchen. Ich weiß zwar, was zu dessen Vertheidigung angeführet wird, halte ihn auch in einer gemäßigten Art nicht an und vor sich selbst unrecht, aber sehe auch dessen rechten Gebrauch mit dem Mißbrauch und bösen Schein dabey dermassen wie überzogen, daß ich vor eine grosse Glückseligkeit unserer Kirchen hielte, wo sie dieses Vorwurffs der Widrigen ohne andern Nachtheil befreyet werden könte. Was ich aber vor Hoffnung dazu machen solte, sehe ich nicht. Dieses ist offenbar, daß an vielen Orten die Prediger ohne solches accidens ihre wahre Nothdurft nicht haben würden, da sie doch nach GOttes Ordnung von dem Evangelio und Altar leben sollen. Dahero die Abschaffung desselben ohne andere Versorgung der Prediger wider die Gerechtigkeit und Liebe streiten würde. Addit *ibid.* vir beatus *sect. 38. p. 323.* Wo ein Prediger eines Orts mit den Seinigen ohne dieselbige sich nothdürftig nicht ausbringen kan, und die Gemeinde auf andere Art ihn nicht erhalten will, so finde er sich dazu allerdings gewürhiget, dieselbe zu nehmen. Wer aber auch ohne dieselbe auf andere Weise zu leben weiß, und sich bey solchem nehmen einen Scrupel machet, oder aufs wenigste von dem nicht nehmen mehrere Erbauung hoffet, mag mit Recht sie zu nehmen nicht angehalten werden. Wie auch keine Kirchen-Ordnungen iemand dazu nöthigen, sondern damit gnug haben, sie zu erlauben. Nun stehet einem frey, sich seiner Freyheit zu gebrauchen oder nicht. Idem *sect. præced. 37. p. 321.* inculcat, & recte monet, neminem cogi posse, ne hoc lucello abstineat, nullumque in se metuendum esse scandalum verum, vt *sect. 33. p. 313. sq. sect. 35. p. 316. sqq. vol. 4. c. 2. art. 6. sect. 18. p. 606. sqq.* plenius euincit. Non defuerunt enim forsan, qui, more Romano, *suspectum de hæresi* eum fore crediderunt, qui hoc subsidio carere potius, quam eo vti consultius duxerit, adeoque pro delenda omni *suspicione*, eum *cogi* posse existimauerint, vt moribus antiquis viuat.

De nummo confessionario.

Ad quem accipiendum nemo cogendus.

Digitized by Google

TIT. IV.

NE PRAELATI VICES SVAS SVB ANNVO CENSV CONCEDANT.

§. I.

Vices suas sub annuo censu committere vetitum.

ETiam hoc ad *simoniam* relatum est, si prælatus aliusue clericus vices suas aliis sub *annuo censu* vel per modum *locationis* concesserit. Vices suas aliis committere, seu *vicarios* sibi constituere, non prohibentur prælati: prohibentur duntaxat, ne sub *annuo censu* hoc faciant. Videlicet postquam diœceses auctæ, & variæ accessiones ad *iura episcopalia* factæ, vices suas hinc inde in quibusdam causis aliis delegarunt, imprimis quidem *archidiaconis & archipresbyteris*, *c. 7. X. de offic. archidiac.* qui hac de causa adhuc hodie *vicarii nati* episcopi dicuntur, sed quandoque etiam aliis, quod ex antiquitatibus illustrat THOMASSINVS *de noua & vet. eccles. discipl. P. I. lib. 2. c. 7.* Tandem vero occasione *expeditionum cruciatarum* in morem perpetuum abiit, cooptandi sibi in munere episcopali *vicarios generales*, ad quod ipsemet INNOCENTIVS III. *in c. 15. X. de offic. ordin.* episcopos prælatosque serio adhortatus est aiens: *Cum sæpe contingat, quod episcopi propter suas occupationes multiplices vel inualetudines corporales aut hostiles incursus seu occasiones alias, (ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum) per se ipsos non sufficiant ministrare verbum Dei populo, maxime per amplas diœceses & diffusas: generali constitutione sancimus, vt episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum adsumant, potentes in opere & sermone, qui plebes sibi commissas* VICE IPSORVM *(cum per se iidem nequiuerint) sollicite visitantes, eas verbo ædificent & exemplo: quibus ipsi cum indiguerint, congrue necessaria subministrent, ne pro necessariorum defectu compellantur desistere ab incepto.* In sequentibus hos *cooperatores & coadiutores* appellat, qui tamen citra *spem successionis* constituebantur, & ita veri *episcoporum vicarii* esse debebant. Hi eo tempore eo magis neces-

Quamuis vicarios sibi constituere non prohibeantur episcopi.

Ex rationibus variis.

Digitized by Google

neceſſarii erant, tum quod epiſcopi non raro, vt pontifex indicat, in tam barbaro ſeculo, *inepti* eſſent ad munia ſacra obeunda; tum etiam quod ob *expeditionem in terram ſanctam*, eo tempore multo feruore quidem, ſed infauſto fidere ſuſceptam, multi epiſcopi, prælati aliique clerici cathedram ſuam & eccleſiam relinquerent, &, abiecta cura epiſcopali, caſtra domini (vt loquebantur) ſequerentur, obſeruante MAIMBVRGIO *dans l' hiſtorie des Croiſades lib. I. ad ann. 1095. p. 37.* præſertim hoc pontifice nouam expeditionem in terram ſanctam indicente, cui ingens prælatorum numerus ſe ſociauerat. Ab hoc tempore pedetentim ſeculo XIII. *vicarii generales* ab epiſcopis aſſumti ſunt, vt docet *c. 1. ſqq. de offic. vicar. in 6.* quibus vices ſuas ab initio *reuocabiliter*, tandem etiam *in perpetuum* delegarunt, & ita *vicariatum* more conſtante in ſuis epiſcopatibus adornarunt, quorum CLEMENS V. ſuo tempore iam facit mentionem in *clem. 3. de reſcript.*

Maxime a temporibus Innocentii III.

Inde vicarii generales.

§. II Huic tamen *vicario generali* demandare non potuerunt vices ſuas in iis rebus, quæ *ordinis epiſcopalis* dicuntur, & demum *per conſecrationem* conferuntur. Conſtituendi ergo erant & conſecrandi *epiſcopi ſuffraganei*, qui titulo tantum tenus nomen epiſcopi gererent, *conſecrationis* tamen participes, quo *vice* epiſcopi *ordinarii* diœceſeos ea peragere poſſent, quæ non niſi a *conſecrato* peragi queunt. Ne tamen titulo deſtituti videantur, eis aſſignatur in *ſolo barbarico* vel in *partibus infidelium* diœceſis, quod tunc imprimis introductum fuiſſe obſeruat ANTON. MATTHAEI *de nobilit. lib. II. c. 8. p. 189.* cum Syria & Hieroſolymis chriſtiani exciderint, ad retinendam quaſi animo poſſeſſionem, vel ad ius ſuum in antiquas ſedes contra omnem præſcriptionem conſeruandum. Dicti vero hi vicarii ſunt *ſuffraganei*; cum *auxilium* ſeu *ſuffragium* ferant epiſcopo, quæ vocabula eodem accepta ſignificatu, EODEM obſeruante *p. 190.* Vtrique debetur pro coadiutorio *ſtipendium*, *merces*, *ſalarium*, ex facultatibus eccleſiæ, ſicuti alii cuicunque *coadiutori*, *c. 3. X. de cleric. ægrot.* imo ſicuti cuicunque clerico, officio ſacro vacanti. Id iam INNOCENTIVS III. *in c. 15. X. de offic. iud. ordin. §. anteced.* relatus prouide conſtituerat, admonens epiſcopos, vt vicariis *congrue neceſſaria ſubminiſtrarent, ne pro neceſſariorum defectu compellantur deſiſtere ab incepto.* Nec hoc in *ſimoniæ* labem incidit, quamuis vicarius locare operas ſuas videatur, cum quilibet operarius dignus mercede ſit, & iam *titulo anteced.* dictum, pro *officio* deberi *beneficium* ſeu *ſtipendium.* Proinde etiam debetur, ſi vel maxime haud conuentum fuerit, cum obli-

Imo & ſuffraganei.

Cuiusappellationis ratio traditur.

Quibus debetur ſtipendium.

obligatio ex ipso officio præstito dependeat. Vid. PETR. LEVREN. *de vicar. episc. qu. 285.* Ceterum quamuis iurisdicto episcopalis, quam vice episcopi exercet vicarius, non careat fructibus, imprimis ex *pœnis & mulctis* redundantibus, cautum tamen in *concil. Trident. c. 1. sess. 23. ac c. 3. §. 14. sess. 25.* mulctas has in *pios vsus* esse conuertendas, adeo vt nequidem vicario in partem *mercedis* vel *stipendii* assignari queant, vt S. congregatio respondit, testibus FAGNANO *ad c. 2. de pœn. n. 36.* BARBOSA *ad conc. Trid. sess. XXV. c. 3. n. 24.* ALDAN. *in compend. canon. resol. lib. 2. tit. 1. n. 8.* Vnde liquet, nec *archidiaconos* has mulctas ad suum trahere posse compendium, quamuis id ipsum archidiaconus Osnabrugensis attentauerit, contra quem calamum strinxit Dn. KRESSIVS in Erläuterung des *archidiaconat*-Wesens *c. 6.*

Non tamen elocari potest iurisdictio ecclesiastica.

§. III. Quæ cum ita sint, ratio iuris canonici non patitur, vt prælati *vices suas* sub *annuo censu* vel *locario* aliis concedere, h. e. *iurisdictionem episcopalem* vicariis pro *certa mercede* locare queant, *c. 1 sqq. X. h. t.* quippe quod *ad grauamen sacerdotum & subuersionem iudiciorum redundare* dicitur in *c. 2. X. h. t.* Docent citati textus, in quibusdam locis venalem *iurisdictionem episcopalem* factam, & plus licitanti elocatam fuisse, quo ipso contingebat, vt conductor fructus iurisdictionis, h. e. *pœnas & mulctas*, suos faceret, & ita *iurisdictio ecclesiastica* venum exponeretur, quod in crimen *simoniæ* incidere videbatur. Pari iure vtebantur archidiaconi, iurisdictionem, quam vt *vicarii nati* exercebant, suis commissariis seu conductoribus pro certa mercede locantes, *cit. c. 2.* præsertim postquam abusus grauissimus irrepserat, vt *pœnitentias* pecunia redimere permitterent, seu vt dicitur in *c. 3. X. de pœn. pro corrigendis excessibus & criminibus puniendis a clericis & laicis pecuniam exigerent*, quo ipso *quæstuaria* hæc prouincia euadebat, & prædæ conductoribus cedebat. Hoc modo

Nec ab archidiaconis.

Calusrationes tradantur.

1) *subuertebantur iudicia*, quia pro corradendo censu annuo laborandum, lites excitandæ, fouendæ, & in diuturnum tempus differendæ erant, quo vberiores fructus ex forensi hoc strepitu redundarent: 2) *subditi grauabantur*, in inquisitionem deducebantur ex quauis leuissima suspicione, nec facile eam aliter, quam solutis nummis, euadere poterant. Hæ rationes ostendunt, nequidem *iurisdictionem secularem* elocari debere; quamuis enim *patrimonialis* esse queat, nec simoniæ vitium adsit, abusus tamen *iurisdictionis* in tali contractu non deficit, nec rationes priores adductæ cessant, vt recte obseruat CIRO-

Nec iurisdictio secularis recte locatur.

NIVS

NIVS *ad h. t.* Dixi vero: *iurisdictionem elocari non debere. Neceſſe enim eſt, vt, qui emit, vendat*, vt eſt apud LAMPRIDIVM *in vita Alexandri Seueri c. 49.* Alia vero quæſtio eſt, annon hodie *vſu Germaniæ* communi locatio hæc permittatur? quod affirmandum, poſtquam *patrimonialis iurisdictio* in commercio eſt, ſimulque cum bonis venditur & locatur, hoc effectu, vt, locato pro certa penſione tali prædio, etiam iurisdictio fundo cohærens conceſſa cenſeatur, CAPZOVIO *lib. 5. reſp. 15. n. 8.* obſeruante, & in *æſtimationem* veniat, de qua agit Dn. GRASSIVS *de modo & iure taxandi iurisdict. P. I. §. 4. ſeqq. & §. 8. n. 9. ſeqq.* ſimulque *P. I. §. 9.* modum taxandi iurisdictionem plenius demonſtrat. Faciliushodie.

§. IV. Ceterum facile intelligebant epiſcopi, ſe citra *vitium ſimoniæ* iuxta doctrinam communem non poſſe vices ſuas ſeu iurisdictionem pro certo pretio *elocare*, quod locatio conductio emtioni admodum ſimilis eſſet, & pretium reuera quotannis pro reditibus ex iurisdictione eccleſiaſtica præſtaretur. Abſtinuerunt ergo ab appellatione *locationis* odioſa: elegerunt contractum *cenſualem ſimulatum*, atque arbitrati ſunt, hunc improbari non poſſe, quod ex more in eccleſiis recepto, & pontifex & prælati pro *conceſſione iuris* alicuius, *priuilegii*, vel *beneficii* ſibi valide & licite cenſus infinitos hactenus reſeruauerint, vt oſtendi *tom. III. tit. de cenſib. §. 108. ſqq.* & præterea *cenſuum* ambigua & anceps ſignificatio eſſet, vt facilius ſub eo *locatio vera* occultari potuerit. Vid. LEONARD. DVARDVS *de forma creandi cenſus tom. I. p. 44. n. 1. ſqq.* Qua de cauſa quidam *penſionem a cenſu* diſtinxere, quod illa magis *locationem* faceret, *cenſus* autem ſimpliciter *reſeruaretur* pro conceſſione iuris in alterum translati, ſeu (vt ad præſentem caſum hanc ſententiam traham) pro *conceſſione exercitii iurisdictionis eccleſiaſticæ*, quæ neutiquam ſterilis videbatur. Quamuis vero huic differentiæ ipſe DVARDVS *cit. l. n. 13.* parum, & quidem recte, confidat, mirum tamen eſt, eum haud accurate *cenſum reſeruatiuum a locario* diſtinxiſſe. In cauſa eſt ſine dubio, quod *qu. XI. cit. tr. n. 10. cenſum reſeruatiuum* vnice in eo quærat, ſi quis rei ſuæ dominium transferat in alterum v. c. eccleſiam, reſeruato ſibi cenſu ſingulis annis ſoluendo, qualem cenſum reſeruare in *dotatione eccleſiarum* ſolent patroni. Enimuero hanc definitionem haud adæquatam, nec ſub ea omnes huius ſpecies comprehenſas, *cit. tit. de cenſib.* obſeruaui, oſtendique, moris antiquitus fuiſſe, ex cuiuscunque iuris conceſſione veluti pro *immunitate* conceſſa, *remiſſo iure* aduocatiæ, aliisue ſibi reſeruare *cenſum*, quara-

Nec cenſuali contractus in concedenda iurisdictione eccleſiaſtica admittendus

Quod parum penſio a cenſu differat.

Digitized by Google

Prærexmsepiscoporum in contractu censuali.

tione episcopi etiam rationi iuris congruere existimarunt, pro *iurisdictione vicaria* alicui concessa certum *annuum censum* sibi stipulari. Pari ratione lucrum alio modo captabant episcopi. Olim ecclesias & decimas *iure feudi* possidebant potentiores. Has sæpe monasteriis & canonicis offerebant, id quod tamen iuxta decretum *synodi Melfitanæ*, anno MXC. habitæ, non aliter quam *consensu episcopi* permissum erat. *Ex hac necessitate consensus lucri occasionem sumserunt episcopi quidam*, vt ait PETRVS DE MARCA *in not. ad c. 7. concil. Claromontan.* vt vel *censum* sibi reseruarent *annuum*, vel, quouis decedente vicario, quum ecclesiis incorporatis præficiebat monasterium, *certa pecuniæ summa* solueretur, id quod *redemtiones altarium* dixere, sub quibus hanc concessionem denuo renouabant episcopi. Quamuis vero ex *quantitate pensionis* facile colligatur, vtrum *vera* subsit *locatio*, in qua pensio proportionata fructibus soluitur, an vero *simplex census* reseruatus sit in memoriam factæ concessionis, & in re minima consistere queat? vt suo modo etiam DVARDVS *cit. l. qu. 13. ad proleg. n. 28. p. 62.* obseruat, euidens tamen est, veram locationem sub *censu reseruatiuo* facili negotio occultari atque tegi potuisse, vt *concedere vices suas sub annuo censu* nihil aliud sæpe fuerit, quam *locare accepta certa mercede alicui iurisdictionem*, eique, quod necessarium est, fructus eius concedere, id quod & iuri aduersum & simoniam sapere videbatur.

Et redemtione altarium.

Sub quo negotio vera locatio tegi poterat.

Nec sub annuo censu sacerdotes statuendi sunt ad ecclesiæ curam.

§. V. Pari ratione nec sacerdotes ad regimen ecclesiarum *sub annuo censu* statuendi sunt, *c. 3. X. h. t.* quod alioquin verendum esset, ne plus licitanti cederet ecclesia. Plus quam notum est, multas *parochias* cessisse monasteriis ac canonicis *oblatione* laicorum, quod §. *antec.* obseruaui, *vnione*, aliisue modis. Horum ergo erat, vicarios parochos ecclesiis dare, congrua illis portione ex prouentibus constituta & assignata, non vero parochias plus licitanti locare pro annuo censu, quod *h. t.* prohibitum, & olim quandoque vsurpatum fuisse, vel ex hoc *c. 3. h. t.* euidens est. Equidem loco eius monasteriis iinunctum, vt *congruam portionem* his vicariis constituant; sed rursus non defuerunt abusus ex auaritia monasteriorum profluentes, quos notaui *tom. II. tit. de præb.* §. *183.* Ostendunt enim publicæ variorum seculorum querelæ, pinguissimos reditus ipsis monasteriis cessisse, vicariis vero stipendium adeo tenue constitutum fuisse, vt idonei pastores his parochiis præfici nequierint. Quocirca CLEMENS V. *in clem. vn. d. iure patron.* innouat constitutionem ecclesiasticam, qua cautum erat, ne prælati quenquam ad

Sed illis congrua portio assignanda.

præ-

Digitized by Google

præsentationem admitterent, *nisi præsentato de prouentibus eiusdem eccleſiæ talis eorum diœceſano portio fuerit aſſignata, vnde iura poſſit epiſcopalia ſoluere, & ſuſtentationem habere congruam.* Addit pontifex, præfigendum eſſe præſentantibus certum terminum, intra quem præſentatis *congruam* aſſignent. Hoc non facto, diœceſani debent præſentatum admittere, deuoluta *aſſignationis* poteſtate in ipſos diœceſanos, idque in pœnam præſentantium. Præſupponit autem pontifex: α) vt ius præſentandi ſit a *perſona eccleſiaſtica:* β) illa percipiat reditus parochiales: γ) & tamen nihilo minus omnia onera *vicario parocho* incumbant. Quandoque enim onera parochialia, veluti reficiendi eccleſiam domosque parochiales ipſe patronus eccleſiaſticus ſibi reſeruat, quo caſu conſtitutio hæc ceſſat, quod CLEMENS V. his declarat verbis: *Sane in prioratuum vel aliorum tam regularium quam ſecularium locorum eccleſiis, in quibus religioſi vel alii, ad quos eorum reditus pertinere noſcuntur, prædicta conſueuerunt onera ſupportare, præmiſſa nullatenus obſeruentur: ſed onera omnia, quæ eccleſiarum ipſarum perpetuis presbyteris aut vicariis incumberent, ſi dicta eis aſſignatio facta eſſet, religioſi & alii ſupra dicti plene ſubire, & presbyteros ſeu vicarios ipſos decenter tractare, nec non ſuſtentationem eis præſtare, ſufficientem & congruam teneantur.* Vnde liquet, pontificem hanc deciſionem tantum formaſſe in gratiam eorum *vicariorum*, qui a monaſteriis præficiuntur eccleſiis parœcialibus ſub conditione, omnia onera ſubeundi parochialia, & tamen ex *reditibus eccleſiæ parochialis*, quos iure *vnionis* percipiunt, ſufficientem portionem, vnde onera ſuſtinere queant, eis non aſſignant. Ita vero vt plurimum contingit, vt eccleſias domosque parochiales reficere nequeant, ſed impares huic oneri ferundo ſint, monaſteria vero tantum *quæſtum* faciant, & parochialis eccleſiæ curam prorſus deponant. Hanc diſpoſitionem RENATVS CHOPPINVS *lib. III. polit. eccl. tit. 4. n. 20.* etiam ad *poſſeſſores decimarum clientelares ſeu ſeculares* applicat, vt parochus ab eo poſſit petere *congruæ ſuæ* portionis ſupplementum, & quamuis textus modo laudatus duntaxat *de perſonis eccleſiaſticis* loquatur, hoc tamen *ciuili modo* accipiendum eſſe cenſet de iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖσον, non quæ ἐκ παραλόγου accidunt, quod regulariter profani homines bonis eccleſiaſticis non fruantur, *vtpote ſacrarum poſſeſſionum incapaces.* Ita vero ſibimet ipſe contradicit CHOPPINVS, & dum fatetur, *profanos homines ſacrarum poſſeſſionum eſſe incapaces*, ſimul fatetur, eos *decimas*, quas iure feudi tenent, non ſub qualitate *ſacrarum poſſeſſionum*, ſed *rerum mere ſeculariū*

Mens clem. vii. de iure patron.

Quæ ad poſſeſſores decimarum clientelares non applicanda.

rium percipere, adeoque longe diuerso modo, ac quidem *ecclesiastici*, reditus parochiales decimasque sibi acquirunt. Scilicet hi ipsi iure *vnionis*, vt *rectores domini*, intuitu *ecclesiæ parochialis* habentur, & reditus eius percipiunt, quia vero ipsimet munere parochi fungi nequeunt, vices suas aliis delegare, iisque de necessariis prouidere tenentur, alioquin ad supplementum tenentur. Exulat prorsus hæc ratio in *possessoribus decimarum clientelaribus*, qui eas percipiunt *iure feudi*, inde *seruitia militaria* præstant, & consequenter *iure meri seculari* eas possident, non vero sub qualitate redituum parochialium. Quale est *officium*, quod præstant, tale quoque censetur *stipendium*, quod iis pro officio hoc exhibetur. Vnde æque absurde his *decimarum secularium* possessoribus onus reficiendi ecclesias parochiales obtruditur ex hac ratione, quod monasteria, de quibus modo dictum, ad hoc onus ex decimis aliisque reditibus parochialibus teneantur. Qui vero diuersitatis rationem inter hunc & illum casum statim haud perspexerit obseruaueritque, arbitror fore neminem, nisi quem fauor clericorum adeo cepit, vt vel sinam rationem simul in eorum gratiam cum CHOPPINO eiurauerit. Plenius hoc argumentum excussum, & ab omnibus dubiis liberatum *tom. I. P. I. consult. & decis. argum. IV.*

TIT. V.

DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR PRO LICENTIA DOCENDI.

§. I.

Ignorantia clericis nociua.

IGnorantia, mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei vitanda, qui docendi officium in populo susceperunt. Ita recte iudicarunt patres *concilii Toletani IV.* anno 633. *c. 25.* quem repetit GRATIANVS *in c. 1. D. 38.* Neque vero *malum* hoc *animi* ad solos restringunt *clericos*, quippe quod *vniuersale* est, & *laicos* quoque tangit atque peruertit, licet

Digitized by Google

licet in *clericis* magis reprobandum, quod ad aliorum *inſtructionem* conſtituti ſunt. Quodſi enim in his adeſt *purioris doctrinæ* tum quoad *credenda* tum quoad *agenda* defectus, laici obbruteſcunt, atque corruptiſſimus eccleſiæ ſtatus inde reſultat. Vnde facile iudicari poteſt, quid ſentiendum de *patronis ignorantiæ* Ieſuitis quibusdam, qui *ignorantiæ* adeo patrocinium ſuſceperunt, vt hæc homini magis prodeſſe quam nocere ex horum ſententia debeat, quam horridam doctrinam ex merito exagitat atque explodit autor tractatus, quem inſcripſit: *parallele de la doctrine des payens avec celle des Ieſuites c. I. II. & III.* Adfert inter alia *p. 5.* ſententiam Cardinalis SFONDRATI ab omni ratione alienam. Ait: *Deum ignorare, id quoque magna beneficii & gratiæ pars fuit; cum enim peccatum ſit eſſentialiter offenſio & iniuria Dei, ſublata Dei cognitione, neceſſario ſequitur, nec iniuriam, nec peccatum, nec æternam pœnam eſſe.* Huic blaſphemiæ recte opponi poteſt illud HORATII: *odi profanum vulgus & arceo.* Et tamen, quod imprimis notandum, liber SFONDRATI Romæ impreſſus cura Cardinalis ALBANI, poſtea in Pontificem ſub nomine CLEMENTIS XI. electi: *Et ce pape*, addit Autor prælaudatus *cit. l. non ſeulement l'a rendu public, mais il en a meme pris la defenſe, contre les prelats les plus éclairez de l'egliſe, qui en demandoient avec raiſon la flétriſſure.* Forſan adhuc hodie præoptat curia Romana, vt populus in ſumma detineatur ignorantia. & cœcorum more ab ignorantibus ducatur, ne animaduertant, quod occultare e re præſentis eccleſiæ eſſe videtur.

Imo & laicis, contra ſententiam Ieſuitarum.

§. II. Sinceriores interim in eccleſia Romana ſemper agnouerunt, *ignorantiam eſſe matrem omnium errorum.* Præ ceteris morbum hunc, qui per tot ſecula adflixit eccleſiam, detexit, ac per varia mala & corruptiones demonſtrauit FLEVRIVS *tom. XIII. hiſtor. eccleſ.* cui præmiſit *diſcurſum prælimin*arem, in hoc themate illuſtrando vnice occupatum. Generatim docet, per irruptionem barbarorum, quæ totum imperium Romanum peruaſit, eique tandem mortem attulit, ſtudiorum culturam exaruiſſe: clericos craſſiori cuidam philoſophiæ tantum deditos, & rudi minerua vix neceſſaria attigiſſe, vt *vera a falſis* diſcernere haud potuerint. Multa inde (I) *ſuppoſititia* aſſumta, quorum falſitas iis latuit ex ignorantia communi illorum temporum, vt vel *Decretales* ISIDORI docent, quæ tamen in rem ſuam ſtrenue vertit curia Romana. (II) Fabricatæ ſunt ab otioſis monachis ſanctorum & martyrum legendæ, & populo credulo a cœcis clericis propoſitæ. *Ainſi*, ait FLEVRIVS *cit. l. p. 14. quand*

Quia ignorantia eſt mater omnium errorum.

Cauſæ ignorantiæ antiquæ.

Mala eiusdem & calamitates.

Vt legendæ.

Digitized by Google

on n'avoit pas les actes d'un martyr pour lire au jour de sa fête, on en composoit les plus vraisemblables ou les plus interveilleux, que l'on pouvoit; & par la l'on croyoit entretenir la pieté des peuples. Ces fausses legendes furent principalement fabriquées a l'occasion des translations de reliques, si frequentes dans le neuviéme siecle. Imprimis vero (III) ignorantia homines in monstra quædam transformauit, vt eiurata omni ratione, totos *credulitati & superstitioni* sese darent, ceu IDEM *p.* 15. obseruat, & quibusuis effictis miraculis, quorum cumulus immensus est, fidem haberent. Non dissimulat *p. 16.* in fictionibus hisce *spem lucri* non raro latuisse, vt vel ex *virtute miraculosa*, reliquiis afflicta, credulos ad oblationes faciendas inuitarent, vel bona acquisita conseruarent metu miraculosæ cuiusdam vindictæ, in piam fraudem excogitatæ, & populo quotidie insinuatæ. Multa præterea bona, virtutes, & præmia temporalia *rudibus* proposita, qui cleri & eius causæ propugnationem suscipiebant, & aduersariis resistebant, quod *causa clericorum esset causa Dei.*

Superstitio.

Reliquiarum farrago.

Nata porro (IV) ex eodem fonte ingens *reliquiarum* farrago, quam impostaram imprimis FLEVRIVS *p. 29.* exagitat. Accessit (V) ex eadem ignorantia & barbarie seculorum nimius reliquiarum cultus, *s'appuyant trop sur les vrayes reliques, & les regardent comme des moyens infaillibles d'attirer sur les particuliers & sur les villes entieres toutes sortes de benedictions temporelles & spirituelles*, VT IDEM *p. 20.* ex vero ait, additque ipsorum sanctorum, si adhuc viuerent, præsentiam plus salutis & vtilitatis nobis allaturam haud esse, quam ipsius saluatoris, qui tamen *Luc. XIII, 26.* præcepta eius non seruantibus & tamen hæcce occinentibus: *manducauimus coram te & bibimus & in plateis nostris docuisti*, respondurus est: *nescio vos, vnde sitis, discedite a me, omnes operarii iniquitatis.* Parum profuit *templum sanctissimum* iudæis, iniqua machinantibus, licet omnem quoque fiduciam in huius præsentia ponerent. *Ier. VII, 4.*

Cultus.

Peregrinationes.

§. III. Quid dicam (VI) de *peregrinationibus* ad loca, ex præsentia reliquiarum vel corporum sanctorum sæpe tantum ex *traditione* patrum fundata celebriora, quas pedetentim ignorantia *veræ pœnitentiæ* hominibus, peccatis onustis, imposuit, quæ sæpe tam indiscreto suscepta sunt iudicio, vt episcopi aliique clerici ecclesias suas desererent, & infinita hominum multitudo sese sponte in interitum certissimum præcipitaret, de qua legi potest FLEVRIVS *p. 21. sq.* Sortes *sanctorum* (VII) ex eadem superstitione, quam *ignorantia* procudit, IDEM *p. 22. §. 6.* deducit,

Sortes sanctorum.

Digitized by Google

cit, & ſicut vnus error plures alios facile producit, ita ad *tit. de ſortileg.* varias alias abuſuum ſpecies enarrabo. Nimia *imaginum* veneratio (VIII) non aliunde quam ex *ſuperſtitione cæca* nata, quam ſuo tempore CAROLVS M. & patres Francofurtani ab imperatore in ſynodo collecti agnouerunt, & tollendam iudicarunt, vt oſtendunt *lib. IV. de cultu imaginum* iuſſu CAROLI M. conſcripti & a patribus prælaudatis approbati. Editi ſunt ad fidem exemplarium IOANNIS TILII epiſcopi Meldenſis & P. PITHOEI ICti Pariſienſis, & præterea relati a MELCHIORE GOLDASTO anno 1608. in libello, cui titulus: *Imperialia decreta de cultu imaginum in vtroque imperio tam orientali quam occid. promulgata.* Somnia SVRII & BELLARMINI, quibus veritatem horum librorum ſupprimere ſtuduerunt, agnouit & exploſit NATALIS ALEXANDER *tom. V. hiſtor. eccl. p. 782.* quamuis nouis ſubterfugiis contra tela inde petita vti maluerit, facile detectis a SPANHEMIO *in hiſtor. imag. ſect. 7.* Hanc ſuperſtitionem non adeo FLEVRIVS taxat, cum tamen magis quam *Iconoclaſtarum* furor notari meruiſſet. Imprimis vero (IX) *corruptio morum* in clero & populo ſupinæ *ignorantiæ & ignauiæ* tribuenda eſt, quæ per infinita capita ſeſe exſeruit, hic non excutienda, in compendio tamen illuſtrata a FLEVRIO, & quamuis ipſemet adhuc *p. 69. apologiam* quandam illorum ſeculorum, quibus barbaries infecit res chriſtianorum, ſcribat, illa tamen ita comparata eſt, vt barbariem ipſam haud tollat, multo minus probet, primaria chriſtianiſmi capita ab *vniuerſali corruptione* intacta manſiſſe, quin potius, ex his ſeculorum tenebris, quæ ad ſeculum XII. regnaſſe creduntur, colligi facile queat, etiam in rebus *fidei* multa deprauata fuiſſe. Quis enim ſibi perſuadebit, clericos monachosque, in tetris tenebris atque caligine temporum conſtitutos, aliquid ſani proferre potuiſſe, quibus tamen *doctrina morum fideique* concredita fuit, quod etiam pleraque illorum temporum ſcripta euincunt.

Imaginum veneratio.

Corruptio morum.

§. IV. Scholæ quidem non deerant, in monaſteriis atque eccleſiis cathedralibus, in quibus fere ante ævum CAROLI M. ſtudia deliteſcebant; ſed hæ etiam langueſcere cœperunt, nec ad ſolidiora penetrarunt, denuo tamen reſuſcitata a CAROLO M. vt eius literæ docent apud CAROLVM COINTIVM *in annal. Francor. tom. VI. ad ann. 787. n. 11. p. 340.* & LAVNOIVM *de ſcholis celebribus a Carolo M. & poſt Car. M. in occid. inſtauratis c. 1.* Huius imperatoris ardor pro reuocandis bonis literis & ſcientiis, quantum per caliginem illorum temporum fieri potuit, ſatis oſten-

Scholæ in eccleſiis cathedralibus & monaſteriis inutiles.

Tempore Caroli M.

Qui tamen ſtudia reducere ſtuduit.

Digitized by Google

Autor scholarum publicarum. Etiam in monasteriis & episcopatibus.

ostendit, in Gallia atque Germania insignem bonarum artium penuriam fuisse. Hunc vero vt exstirparet, ipsemet in palatio regio *scholas* erexit *publicas*, ad quas etiam *laicis*, a monasticis scholis ante exclusis, aditus esset. Hoc exemplo illustri inuitati episcopi & abbates, mox *publicas* tales *scholas* in episcopiis & monasteriis in vsus *laicorum* aperuerunt, a quibus adhuc discernebantur *priuatæ claustrales*, soli monachorum institutioni destinatæ, vtpote qui ab assidua laicorum consuetudine auocandi videbantur, vt COINTIVS *cit. l. p. 341. in f.* obseruat. Præterea hoc quoque ad illustrationem huius tituli notari meretur, quod, vt COINTIVS EX TRITHEMIO refert, in monasteriis ad vsum monachorum duplices scholæ, *maiores & minores* fuerint. Id euincunt verba

Et quidem maiores & minores,

TRITHEMII *in chron. Hirsaug. ad ann. 952. p. m. 38. sq.* ***In omnibus ordinis nostri coenobiis, in Germania & Gallia, maxime monachorum,*** SCHOLASTICI ***ex monachis habebantur, qui iuniores quosque & ingenio præstantes in primitiuis literarum scientiis erudirent, & postea, qui habiles inuenti fuissent, ad altiora transmitterent. In solis autem famosioribus cœnobiis, quibus & abundantia rerum temporalium erat copiosior, & monachorum numerus maior, constituebantur ad officium docendi alios monachi omnium doctissimi, & non solum in diuinis, sed etiam in secularibus literis eruditi, ad quos mittebantur monachi artioribus disciplinis instituendi. Quicunque autem inter eos maioris eruditionis famam in ordine acquisiuerat, etiam plures ad se missos discipulos ad erudiendum monachos habebat.*** Refert deinde monasteria, in quibus hæ *duplices scholæ* floruerint: ***Inter monasteria autem hunc morem studiorum habentia hoc tempore præcipua fuerunt monasterium Fuldense, S. Galli, Augiense, Hirsfeldense, nostrum Hirsaugiense, S. Albani, Moguntinense, Corbeiense, Prumiense, Mediolanense, S. Dionysii Parisiense, S. Maximini Treuirense, Remense, Antissiodorense, Turonense, Stabulense & Winsenburgense: in quibus omnibus erant monachi & multi & valde studiosi, e quorum collegio in singulis cœnobiis vnus ceteris in scientia scripturarum excellentior*** SCHOLASTICVS ***ponebatur.*** In sequentibus *scholastici* huius aliquoties mentionem iniicit, ostenditque, eum *scholis maioribus*, in quibus altiora tradebantur, præfuisse. Ita paulatim *scholæ publicæ* passim erectæ, inter quas *Parisiensis* atque *Bononiensis* fere principatum gesserunt, & sub nomine *vniuersitatum* inclaruerunt, quod vniuersitas studiorum & scientiarum in his scholis traderetur, & PETRVS LOMBARDVS, scholasticorum parens, *Parisiis*

Quorum exempla adferuntur.

Inter præceptores scholasticus princeps erat.

Inde natæ vniuersitates.

Digitized by Google

ſiis doceret, GRATIANVS vero decretum ſuum in *Bononienſi* compilaret, eiusque vſibus dicaret. Hæc duo lumina, qualia illorum temporum caligo generare potuit, infinitum ſtudioſorum numerum vndequaque coegerunt, vt ex omnibus mundi angulis huc conuolarent, qui animum ſuum quibuscunque ſcientiis & artibus perpolire geſtiebant. *Fama* enim horum *nouorum fontium* ſtupendos plane effectus produxerat, vt in hac duplici palæſtra innutriti demum docti crederentur, & omnes excitarentur, ad ſtudia bonarum artium reſuſcitanda & excolenda.

§. V. Vniuerſalis hæc ſitis, qua ex omnibus locis clerici & laici ad *Bononienſem* ac *Pariſienſem academias* ſtudiorum cauſa confluxerant, excitauit circa hæc tempora ALEXANDRVM III., vt anno 1179. in *concil. Lateran. III. c. 18.* ſcholas in *eccleſiis cathedralibus* hactenus vel intermortuas & extinctas, vel parum recte inſtructas reſtauraret, & ita priscum morem, a CAROLI M. potiſſimum æuo id vſum deductum, reuocaret. Paſſim quidem adhuc ſcholæ in *eccleſiis cathedralibus* ſupererant, ſed forſan rariores, vt emendatio neceſſaria videretur. In eccleſia Andegauenſi ſeculo XIII. circa ann. 1176. aderat *magiſter ſcholarum* magnæ autoritatis, qui in rebus geſtis annotandis adhiberi ſolebat. Ita enim apud BALVZ. *tom. II. miſcell. p. 208. cum in Andegauenſi eccleſia nulla charta de rebus Andegauenſium pertinentibus ſoleat recipi, niſi a* MAGISTRO SCHOLARVM *dictata & laudata fuerit.* In aliis forſan etiam non defuerunt *ſcholaſtici*, ſed in plerisque ſine dubio euanuerunt. Hic defectus cauſam dedit decreto concilii prædicti, vnde deſumtum eſt *c. 1. X. h. t.* ibique cautum; *vt per vnamquamque cathedralem eccleſiam* MAGISTRO, *qui clericos eiusdem eccleſiæ & ſcholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeatur, quo docentis neceſſitas ſubleuetur & diſcentibus via pateat ad doctrinam.* Scholas hinc inde in *cathedralibus eccleſiis* deſiiſſe, & beneficium ab antiquo *magiſtro ſcholarum* ſuppeditatum, extinctum fuiſſe, indicat IDEM in *c. collectant. c. 2. h. t.* præmittitque, beneficium tale *per omnes fere eccleſias maiores Gallicanas & fuiſſe quondam, & in quibusdam adhuc eſſe, ſed ab aliquantis retro temporibus clericos, eccleſiarum ipſarum auaritia deprauatos, idem beneficium in communem vſum redegiſſe; qua de re*, pergit, *ſtatim doctrina ceſſauit, dum doctoribus ſtipendium eſt ſubtractum.* Mox prouocat ad *concilii Lateranenſis III.* placitum, & virtute eius Rhemenſi archiepiſcopo iniungit, *vt ad illas eccleſias accedat, & ad opus* MAGISTRI, *qui ſcholas regat, ali-*

Alexander III in cathedralibus eccleſiis denuo ſcholas reſuſcitauit.

Digitized by Google

quod reſtituat beneficium, quod ad illud opus deputatum fuit antiquitus, aut aliud faciat de nouo deputari, vt competentibus ſtipendiis doctori prouiſis pauperes, qui parentum opibus non iuuantur, per miſericordiam eccleſiæ doctrinam ſibi lætentur adeſſe. Palam eſt, hoc concilio nihil noui conſtitutum, ſed *ius antiquum*, quod paſſim in deſuetudinem abierat, eo tempore, qua bonarum artium cultura refloreſcere incipiebat, reuocatum & reſtiturum fuiſſe.

Et ius antiquum reduxit

§. VI. Repetita paulo poſt anno 1215. ſub INNOCENTIO III. *in concil. Lateran. IV. c. 11.* (apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 30.*) eadem ſanctio, quæ in multis eccleſiis nondum in vſum erat deducta, vt indicat textus, vnde deſumtum eſt *c. 4. X. h. t.* Ampliauit vero eam INNOCENTIVS III. *vt non ſolum in qualibet eccleſia cathedrali, ſed etiam in aliis, quarum ſufficere poterant facultates, conſtituatur* MAGISTER IDONEVS, *a prælato cum capitulo ſeu maiori & ſaniori parte capituli, qui clericos eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica facultate & aliis inſtruat iuxta poſſe.* Præterea etiam hoc nouiter adiicit, *vt metropolis eccleſia* THEOLOGVM *nihilominus habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur.* Tandem etiam ſuſtentationes vtriusque rationem habet, & conſtituit in hunc modum: *Adſignetur autem cuilibet magiſtrorum a capitulo vnius præbendæ prouentus; & pro Theologo a metropolitano tantundem, non quod propter hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu reditus ipſos percipiat, quamdiu perſiterit in docendo.* Tria potiſſimum ex hactenus adductis locis liquent: 1) ſcholaſticum in *cathedralibus & collegiatis eccleſiis*, quarum facultates ſupperunt, conſtituendum eſſe, qui in *grammatica* & aliis facultatibus inſtruat clericos, adeoque huic magiſtro præter *grammaticam* ceterarum etiam diſciplinarum, vt rethorices, dialectices &c. cura demandata fuit. Lectio enim vulgata in *c. 4. X. h. t.* eſt depranata, vbi perperam legitur: *qui clericos eccleſiarum ipſarum gratis in* GRAMMATICA *facultate &* ALIOS *inſtruat iuxta poſſe.* Verba ipſius concilii ſaniora ſunt apud HARDVINVM *cit. l.* ſecundum quæ legendum: *in grammaticæ facultate & aliis* i. e. facultatibus ſeu diſciplinis. Notum enim eſt, quamlibet diſciplinam *facultatem* ab antiquo dictam fuiſſe, vt vſus loquendi in academiis familiaris euincit: 2) conſtituendum eſſe in metropolitanis eccleſiis *Theologum*, qui edoceat publice, quæ ad doctrinam ſcripturæ S. pertinent: 3) vtrique integræ præbendæ prouentus aſſignandos eſſe, *vt tamen propter hoc non efficiatur*

Et ampliatum

Quoad Theologi conſtitutionem,

Et ſuſtentationem vtriusque.

Scholaſtici officium,

Officium theologi.

Quod fuit quaſi conductitium ab initio,

Digitized by Google

tur canonicus. Obſeruat MARCELLVS ANCYRANVS *ad decretal. ſuper ſpecula X. h. t.* (quod opusculum Lutetiæ Pariſ. anno 1667. prodiit) Theologum non vt *titulatum*, ſed *vt conductitium miniſtrum* habendum eſſe, *qui tamdiu reditus percipiat, quamdiu in docendo perſtiterit*, qua de cauſa vt *canonicus* conſiderari non poterat, nec ad munia canonicorum obligatus, multo minus ei integrum erat, vocem in capitulo exercere aliaque iura canonicorum ſibi aſſerere. De *ſcholaſtico* in ſingulis eccleſiis conſtituendo non idem diſponit, ſed huic præbenda aſſignanda fuit, vt antea adducta loca euidenter docent, adeoque verba modo adducta de *ſolo theologo* loquuntur.

§. VII. Circa annum 1220. HONORIVS IV. id quod de *magiſtris theologiæ* per ſingulas *metropoles* ſtatuendis ſancitum erat, *in f. X. h. t.* confirmauit. Verum, quod mirandum eſt, pleræque eccleſiæ ſeſe excuſabant ob *raritatem magiſtrorum*, qua de cauſa HONORIVS voluit, vt *ab eccleſiarum prælatis & capitulis ad theologiæ profeſſionis ſtudium aliqui docibiles deſtinentur*, & ad hoc munus præparentur, *qui dum docti fuerint, in Dei eccleſia velut ſplendor fulgeant firmamenti, ex quibus poſtmodum copia poſſit haberi doctorum.* Addit vero: *Docentes vero in theologica facultate* ſeu diſciplina, *dum in ſcholis docuerint, & ſtudentes in ipſa integre per annos quinque percipiant de licentia ſedis apoſtolicæ prouentus præbendarum & beneficiorum ſuorum.* De ſolis *ſcholarum eccleſiaſticarum atque epiſcopalium magiſtris*, non de profeſſoribus theologiæ, qui in vniuerſitatibus docebant, HONORIVM III. intelligendum eſſe, recte obſeruat MARCELLVS ANCYRANVS *in comm. ad cit. cap. f. X. h. t. c. 7. p. 53.* cum vnice de his *magiſtris theologiæ* agat, de quibus in *concilio Lateran. IV.*, quod adlegat, actum. Inde vero infert, profeſſores in academiis nullum priuilegium *non reſidendi* ex hoc textu ſibi arrogare poſſe, quod concedi potuit, quamdiu *magiſter theologiæ*, qui docebat, in eccleſiis ſupererat, & ſcholaſticus munus ſuum in *cathedrali eccleſia* rite obibat. Ceterum ſi hoc ad academias, ex his ſcholis natas, transfertur, nihil impedit, quo minus eodem modo illi, qui *ſcholaſtici* munus in academiis nunc obit, quod in eccleſia cathedrali obire debebat, priuilegium *non-reſidendi* competere debeat, cum parum referat, vtrum *ſcholaſticus* in eccleſia *cathedrali*, an vero in quadam *celebriori vniuerſitate*, ad quam hodie confluxus diſcentium ſit, publice doceat, in qua magis iuuentuti prodeſſe poteſt, quam in cathedrali eccleſia, in qua tales ſcholæ, quæ olim frequentes erant,

Noua Honorii IV. confirmatio.

Docentibus certo modo reſidentia remiſſa.

rant, desierant & munus inane supersit. Sed de hoc themate infra pluribus.

Clemens IV. magistrum scholarum canonicum esse voluit.

§. VIII. Anno 1267. CLEMENS IV. statuta pro *ecclesia Anicien*si edidit, relata a MARTENIO & DVRANDO *tom. II. thes. anecd. p. 476. sqq.* in quibus *c. 42.* varia de *scholastico* constituta sunt. Dubitatum in hac ecclesia fuisse videtur, vtrum *scholasticus* possit esse simul *canonicus*, quod de THEOLOGO INNOCENTIVS III. contrarium asseruerat. Inde CLEMENS IV. in hæc verba, quæ generalem rationem habent, edixit: *Quod magister scholarum eiusdem ecclesiæ quicunque pro tempore fuerit, a modo sit eiusdem ecclesiæ canonicus & quod præbendam percipiat, iuxta suæ receptionis ordinem sibi debitum; sine tamen eorum præiudicio, qui iam recepti expectant præbendas vacaturas ibidem, qui legere in facultate theologica & facere continuam personalem residentiam teneatur.* Ita *scholasticus* autoritate CLEMENTIS IV. inter canonicos sub lege *perpetuæ residentiæ* relatus est, & quamuis hoc statutum *locale* fuerit, credibile tamen est, alias ecclesias paulo post idem recepisse, prout vsus præsens adhuc docet. Et hinc recte CHOPPINVS *lib. I. de sacr. polit. tit. 5. n. 12. p. 95. in marg.* obseruat, *magistri scholarum dignitatem in quolibet fere cathedrali ecclesia esse*, instarque *prælaturæ* censeri. Præterea vero ille quoque abusus ab ALEXANDRO III. *in c. 1. X. t.* iam notatus abolitus est, ne episcopi, quod per auaritiam eorum irrepserat, pro *licentia docendi* pecuniam exigerent, quod eo tempore in morem, quem etiam pontifex secutus est, abierat, pro qualibet *concessione* vel *licentia* vel *vsu iuris* censum sibi reseruare, vt ad *tit. de censib. tom. III. p. 461. sqq.* probatum dedi. Quod vero in *concilio Lateranensi III.* iam generatim prohibuerat ALEXANDER III. id passim in literis suis, a MARTENIO & DVRANDO *tom. II. vet. script. & monument.* editis, improbauit, imprimis *epist. 108 p. 730. & epist. 285. p. 853* vnde liquet,

Indescholastici prælatis annumerati.

Qui pro anno censu facultatem docendi concesserunt.

potissimum in Gallicanis ecclesiis hunc morem vniuersaliter irreptisse, *quod illi, qui nomen magisterii scholarum & dignitatem in ecclesiis assumunt, sine certo pretio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam haud impenderint.* Prohibuit hanc consuetudinem non adeo rationabilem pontifex, voluitque, *vt, quicunque viri idonei & literati voluerint studia* REGERE *literarum, eos sine molestia & exactione qualibet scholas* REGERE *patiantur.* Studia & scholas *regere* dicuntur, qui *h. t. magistri & scholastici* appellantur, vnde adhuc hodie passim in monasteriis *regentes* dicuntur, qui *munus docendi* impetrarunt.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Huius ordinationis vberiorem & ampliorem vſum ſerio optarunt Germani, quem ipſi pontifices per indiſcretas imprudentesque prouiſiones & conceſſiones *gratiarum* impedierant. Teſtantur de hoc inſigni abuſu *auiſamenta Sigismundi & communium imperii ordinum* anno 1416. in *concilio Conſtantienſi* exhibita, relata a GOLDASTO *in collect. conſt. imp. p. 391. ſqq.* HARDTIO *tom. I. concil. Conſtant. in prol. c. 15.* & IACOBO FRIDERICO GEORGI in tr. quem inſcribit: *imperatorum imperiique grauamina lib. I. c. 5. p. 194. ſqq.* in quibus Cæſar & ſtatus, *quod eccleſia indigeret literatis & in ſcientia eruditis*, declararunt, atque in hunc finem propoſuerunt, in qualibet eccleſia cathedrali quartam partem canonicatuum & præbendarum reſeruandam pro *doctoribus ſacræ theologiæ, iuris canonici*, & *ciuilis* aut licentiatis in eisdem. Hoc modo barbariei, quæ tunc regnabat, proſpectum iri credebant, quod vt plurimum ex prouiſionibus papalibus inepti & nullis tincti literis ad canonicatus admouerentur. Sed forſan parum profuit conſilium in tam deperditis capitulorum moribus, reſidentia canonicorum relaxata, offi iisque vicariis commiſſis. Magis ad præſentem ſcopum faciunt *auiſamenta* FRIDERICI III. *& electorum in concilio Baſileenſi* anno 1442. exhibita & relata a GOLDASTO *cit. l. p 312.* GEORG. *cit. l. p. 213.* & MVLLERO im Reichs-Tags-*Theatro* unter Kayſer Friedrich den V. vorſtell. *t. c. 4. p. 52.* Monuerunt enim Cæſar & proceres *c. 9. vt quæſtio de vna præbenda in qualibet eccleſia metroplitana THEOLOGO aſſignanda, etiam ad cathedrales eccleſias noſtræ nationis extenderetur, ita vt collationes præbendarum huiusmodi tenerentur canonicatu, & præbendam Magiſtro, Licenciato aut Baccalaureo formato in theologia, qui per decennium in vniuerſitate priuilegiata ſtuduerit, & onus reſidentiæ ac lecturæ & prædicationis ſubire voluerit, quique bis vel ſemel ad minus per ſingulas hebdomadas, ceſſante legitimo impedimento, legat.* De *ſcholaſtico* nihil additur, cuius aſſumtio iam iure communi determinata atque præcepta erat. Mirum vero eſt, a *theologo* in ſingulis cathedralibus eccleſiis recipiendo duntaxat deſideratum fuiſſe, vt *bis* vel *ſemel* per ſingulas hebdomadas legeret, niſi aſſerere velimus, moleſtum admodum fuiſſe munus docentium, qui non tam *viua voce* docerent, quam *in ſcriptis* antea elaborata auditoribus ſuis prælegerent, vnde *prælectionum publicarum* appellatio adhuc retenta. Voti ſui compotes facti ſunt cæſar atque electores, & quod tantum intuitu *nationis ſuæ* monuerant, ad generalem tractum eſt legem in *concil. Baſil. Seſſ. XXXI.*

Germani tempore concilii Conſtantienſis vſum huius iuris ſerio vrgerunt.

Imo etiam Fridericus III. cum electoribus in concilio Baſileenſi Vt theologus in quauis cathedrali eccleſia conſtitueretur.

Qui bis vel ſemel per hebdomadem legeret.

Decretum concilii Basileensis.

XXXI. c. 3. adud HARDVIN. *tom. VIII. p. 1248.* hoc modo: *cum per generalis concilii statuta sancte ordinatum existat, quod quælibet ecclesia metropolitana teneatur & debeat vnum habere theologum, qui sua doctrina & prædicationibus fructum salutis afferat; ordinat hæc sancta synodus, quod extendatur etiam huiusmodi ordinatio ad* ECCLESIAS CATHEDRALES, *taliter videlicet, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur & debeat canonicatum & præbendam, quam primum se facultas obtulerit, & inueniri potuerit, vni magistro licentiato vel in theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residentiæ ac lecturæ & prædicationis subire voluerit; quique bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas, cessante legitimo impedimento, legere habeat, & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ab arbitrium capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniri possit.* Regustata hæc verba sunt ex *auisamentis* antea allatis, quæ docent, verba in his occurentia: *ita vt collationes* (collatores) *præbendarum huiusmodi teneantur canonicatu* (canonicatum) *& præbendam magistro licentiato aut baccalaureo formato in theologia* (conferre) esse corrupta, & hoc modo, prout in parenthesibus monitum, ex *textu Basileensi* emendanda.

De præbenda theologo conferenda.

In Gallia quoque per pragmaticam sanctionem idem constitutum.

§. X. Anno 1438., cum per aliquot annos *Basileense concilium* pro reformanda ecclesia sudasset, in *conuentu Bituricensi* deliberatum est de quibusdam capitulis, quæ salutaria ecclesiæ fore, patres Basileenses censebant, ex quibus nota est *pragmatica sanctio* in Gallia, a CAROLO VII. post examen Bituricensium recepta & approbata, relata ab HARDVINO *tom. VIII. concil. p. 1950.* In his quoque *c. 13. de theologo*, in singulis ecclesiis cathedralibus constituendo, ita cautum: *Decretum de THEOLOGO per quascunque metropoles præbendando ad episcopales quoque ecclesias extendito; vt in illis* BRAEBENDA *theologo conseruetur, qui in aliqua generali academia decennem literis operam nauauit.* Refertur quoque hæc *sanctio pragmatica a* GOLDASTO *tom. I. constit. imper. p. 401.* sub tit. *Alberti II. imp. Augusti & Caroli VII. Regis Francorum pragmaticæ sanctionis capitula*, vnde liquet,

Et Alberti II. Cæsaris auctoritate munitum.

ALBERTVM II. ante FRIDERICVM III. iam in *capitulum* adductum consensum dedisse. Id docent verba vltima post *c. 34.* subiecta: *hæc legum capitula patres concilii apud Basileam legitime congregati communi omnium sententia rite digesta sanxerunt; eademque ab* ALBERTO II. *imperatorum Romanorum, electoribus imperii & Carolo VII. rege Francorum*

Digitized by Googl

eorum admitti, missis eius rei causa oratoribus in Hungariam, Moguntiam & Galliam, petierunt. Et imperator quidem atque electores ea in comitiis Moguntiæ celebratis sub præstito inter se iuramento acceptare & conseruare promiserunt &c. Certum est, ALBERTVM II. approbasse concilium Basileense, adeoque non improbabile est, cogitata hæc, vnde *pragmatica sanctio* in Gallia enata, etiam ab ALBERTO II. approbata, & rursus sub FRIDERICO aucta atque a Basileensibus tandem confirmata, vt modo §. *antec.* demonstratum est. Sub MAXIMILIANO I. anno 1510. grauamina nonnulla contra sedem Romanam a statibus congesta & cæsari oblata, vna cum *auisamentis ad Cæsaream maiestatem* exhibitis, a prælaudato GEORGIO *in cit. tr. p. 289.* In his prouocant ad *sanctionem pragmaticam* Gallorum, & vrgent, vt imperator quoque *concordatis* insistat strenue, & exemplum regum Gallorum in conferendis beneficiis imitetur. Consilio hoc vsurus Cæsar *pragmaticam* ad WIMPHELINGIVM professorem theologiæ Argentoratensem transmisit, vt, quæ in rem Germaniæ facere possent, inde decerperet, & cum annotationibus suis ad imperatorem transmitteret. Id quod & factum, vt GOLDASTVS *tom. I.* der Reichs-Satzungen *p. 228. seqq.* docet, quamuis non probabile sit, integras annotationes relatas fuisse, adeoque nec constet, quid ad *c. 13.* annotauerit WIMPHELINGIVS, in quo de *theologo* constituendo cautum fuerat.

Comitialique consensu firmatum.

Denuo sub Maximiliano I. repetitum.

§. XI. Enimuero nec in sequentibus temporibus id, quod *concilio* LATERANENSI cautum est, in obliuionem tractum, sed quoties in desuetudinem abire videbatur, rursus in vsum reuocatum est. Etenim in *concilio Colonienſi I. de anno 1536. P. 12. c. 3.* apud HARDVIN. *tom. IX. concil. p. 2023.* hoc monuerunt patres, & præmisso eo, quod in *c. 1. X. h. t.* refertur, addunt: *Cuius quidem saluberrimæ constitutionis vix vestigia quædam apud eiuscemodi ecclesias reliqua videmus. Nam vt scholas ipsas reperias, didascalum tamen vix vllum eruditum ac pium repereris: quod nihil pene stipendii (ne dicamus vnius præbendæ prouentus) illi suppeditetur; quod emendatione magna indiget. Neque enim hæc res leuis momenti est, a qua totius propemodum reipubl. tum salus, tum pernicies dependet.* Agnouerunt ergo Colonienses, emendatione opus esse, vt quod salubriter in *concilio Lateran. III. & IV.* statutum, in continuata obseruantia retineretur. In aliis ecclesiis *scholastici* iam ante hæc tempora memorantur, interque *præbendatos* referuntur, adeo vt hoc officium, quod olim carebat *dignitate* singulari,

Particularia concilia idem inculcarunt, vt Coloniense de anno 1536.

Digitized by Google

Quod hoc officium mane factum esset.

ri, illam pedetentim acceperit, æque ac cantoris munus, & quidem tunc potissimum, vbi a *vita communi* desciuerunt, & vera officia, canonicis olim attributa, vt scholastici, præpositi, cantoris, sacristæ, custodis, neglecta, retento tantum nomine & assumta in locum officii noua honoris accessione, vt iam obseruaui *tom. II. iur. eccl. lib. III. tit. 5. §. 71. p. 312.* *Scholasticus Frisingensis* ecclesiæ non leuem auLicet magna esset autoritas summi scholastici, vt in ecclesia Frisingensi.

toritatem sibi iam anno 1190. asseruit, adeo vt *iurisdictionem & potestatem* in rectorem scholarium & scholares ecclesiæ collegiatæ S. Andreæ sibi assereret, quam controuersiam BERCHTOLDVS episcopus compositit, vt literæ eiusdem docent apud MEICHELBECKIVM *tom. II. P. 1. histor. eccl. Frising. p. 175. adcit. ann.* Nomen *summi scholastici* gessit, in chartis vero Germanice exaratis: Tumb-Herr und Dorister Schulmeister, in oppositione ad *scholasticos* ecclesiarum collegiatarum. IDEM *cit. l. tom. II. p. 2. n. 318. & 321.* In *ecclesiis Paderbornensibus* tam in *cathedrali* quam *collegiatis scholastici & scholasticæ* referuntur in literis *anno 1434.* ad concilium Basileense datis apud SCHATEN *in annal. Paterborn. ad cit. ann.* vt patribus ostenderent, amplitudinem & dignitatem huius diœceseos non admittere vnionem cum ecclesia Colonienst, quam meditabatur archiepiscopus THEODORICVS. Docent enim, in ecclesia cathedrali esse *ordinarias dignitates*, plures sedes archidiaconales & XXIV. canonicos, maioribus præbendis præbendatos. Addunt, in ecclesiis collegiatis adesse *præpositos, præposituras, dignitates principales in iis existentes, decanos & decanatus*, SCHOLASTICOS *&* SCHOLASTRIAS *& alias dignitates inferiores.* Conf. SCHATEN *p. 595.*

Paderbornensi.

§. XII. Patres Tridentini ann. 1546. *sess. V. de reform. c. 1.* non tantum conciliorum *Lateranensium*, sed etiam ipsius *Basileensis* placita agnouerunt atque denuo corroborarunt. Decreuerunt enim, *quod in illis ecclesiis, in quibus præbendæ aut præstimonium seu aliud quouis nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus S. theologiæ deputatum reperitur, episcopi, archiepiscopi, primates & alii locorum ordinarii eos, qui præbendam aut præstimonium, seu stipendium huiusmodi obtinent, ipsius S. Scripturæ expositionem & interpretationem per se ipsos, si idonei fuerint, alioquin per idoneum substitutum ab ipsis episcopis, archiepiscopis, primatibus & aliis locorum ordinariis, etiam per subtractionem fructuum cogant & compellant.* Quoad illa capitula, quibus hactenus suo defuerunt officio, ita cauerunt: *In ecclesiis autem metropolitanis vel cathedralibus, si ciuitas insignis & populosa, ac etiam collegiatis existentibus in aliqua*

Tridentini idem denuo corroborarunt.

Et præbendam Theologo alligandam constituerunt.

Digitized by Google

aliquo insigni oppido, etiam nullius diœcesis, si ibi clerus numerosus fuerit, vbi nulla præbenda aut præstimonium seu stipendium huiusmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocunque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile iniunctum non sit, ad eum vsum ipso facto perpetuo constituta ac deputata intelligatur. Sed quod antiquitus iam de *scholastico* cautum erat, denuo renouatur atque extenditur: *Ecclesiæ vero, quorum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua est cleri & populi multitudo, vt theologiæ lectio in eis commode haberi non possit, saltim* MAGISTRVM *habeant, ab episcopo cum consilio capituli eligendum, qui clericos aliosque scholares pauperes grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipsius sacræ scripturæ studia, annuente Deo, transire possint.* In sequentibus hanc prouisionem Tridentini vocant *piam, vtilem* atque *fructuosam*, præcipiuntque, *ne quouis quæsito colore negligatur*, multaque alia hoc institutum antiquum promouentia addunt. Inde in singulis ecclesiis *cathedralibus & collegiatis* vel est vel adesse debet duplex prædenda, *theologalis*, vti loquuntur, & *scholastici*. Vtrumque iam in antecedentibus conciliis & *Lateranensibus & Basileensibus* iniunctum est ecclesiis, atque ab imperatore & proceribus imperii expetitum, probatum, promotum. Iidem vlterius *sess. XXIII. de reform. c. 18. in f.* de *scholastria* agunt adduntque: *de cetero officia vel dignitates illæ, quæ* SCHOLASTRIAE *dicuntur, non nisi doctoribus vel magistris vel licentiatis in sacra pagina aut in iure canonico & aliis personis idoneis & qui per se ipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter prouisio facta nulla sit, & inualida, non obstantibus quibuscunque priuilegiis & consuetudinibus etiam immemorialibus.* Merito ita censuerunt Tridentini, quod hæc prouincia non otiosa & opere soluta, sed operosa esse debeat, quæ aptitudinem muneri conformem desiderat. Adeoque abusus nunquam ferendus est, si canonico illiterato necessariisque doctrinarum dotibus destituto *scholastria* confertur, a quo abusu nec purgata sunt capitula ecclesiarum protestantium, quacunque ratione tamen emendanda. Idem prouide quoque sancitum est in *statutis capituli Caminiensis de anno 1578. P. III. c. 4.* apud LVNIG. *in spicil. eccl. contin. III. in append. n. 8. p. 19. quoties per obitum vel resignationem vel alias præpositi, decani, vicedomini, cantoris,* SCHOLASTICI, *thesaurarii officium vacauerit vel administratore caruerit, tunc ex collegarum numero ad singula officia & dignitates hi eligantur,* QVI OFFICII MAGNITVDINEM INTELLIGVNT, *& in laude pietatis, iustitiæ, industriæ & virtutis vixerunt.* Nemo autem

Vel vt ad minimum scholasticus constituatur.

Etiam in ecclesiis collegiatis.

Et quidem doctus & literatus.

Capituli Caminiensis decreta de anno 1578.

Digitized by Google

Quæ deſiderant perſonæ habilitatem.

tem intelligit *magnitudinem huius officii*, de quo ago, niſi qui in artium ſtudiis liberaliſſimis doctrinæque verſatus atque ornatiſſimus eſt, vt profeſſionis prouinciam in academiis tueri queat. Inde etiam factum credo, vt inter *dignitates ſcholaſtria* relata fuerit, adeo vt iuxta *ſtatuta* prædicta *c. 17. ſcholaſtico* poſt decanum in ſiniſtro latere ab epiſcopo proximus locus aſſignatus fuerit.

Scholaſtici munus

§. XIII. Officium *ſcholaſtici & theologi* in quo conſiſtere debeat, facile ex adductis locis colligitur. Scholaſtici ſpeciatim in duobus occupatum eſſe debet: α) in doctrina liberalium artium clericis iunioribus tradenda, vt recte tradit PIRHINGIVS *ad. h. t. §. 1. n. 2. & 6.* β) in *præfectura* quadam; ſupra enim iam obſeruaui, duplicis generis *ſcholas* fuiſſe in monaſteriis, *maiores & minores*, quæ ad capitula eccleſiarum *cathedralium & collegiatarum*, ad imaginem monaſteriorum efformata, tractæ ſunt. Illas regebat *ſummus ſcholaſticus;* has alii præceptores ſeu *ſcholaſtici minores*, ſub præfectura tamen illius, vnde etiam *ſummi ſcholaſtici* nomen accepit, quod etiam obſeruat CIRONIVS *ad tit. de primicer.* Hac de cauſa quoque in *ſtatut. Synod. Anguſtanis de anno 1611. P. III. c. 9. §. 11.* apud LVNIG. *in ſpicil. eccleſ. cont. II. p. 411.* de iunioribus canonicis, quos *domicellos* vocant, cautum, vt quoties tales in numerum *canonicorum* aſſumuntur, *is præſertim primo anno, qui* PROBATIONIS *vocatur, in cathedrali eccleſia ſummo ſcholaſtico ſubiectus ſit, qui, apud quos præceptores quibus ſtudiis & qua diligentia operam det, & quam honeſte & pie viuat, attendere debeat.* Idem quoque prouiſum in *decretis ſynodi prouincialis Salzburgenſis de anno 1568. conſtit. 24. c. 6.* apud EVNDEM *contin. III. p. 826.* vbi *plena cura domicellorum* ſummo ſcholaſtico committitur. *De præfectura minorum ſcholarum* paſſim etiam diſponitur, vt in iam laudatis *decretis conſt. 23. c. 5. Summorum ſcholaſticorum munus eſt, ſuis ſcholis de catholicis, piis, doctis & diligentibus ludimoderatoribus prouidere, ſcholas ſæpe & ſcholares præſertim præbendarios viſitare, & quæ illis prælegantur lectiones, ac quomodo in ſtudiis & in moribus proficiant, intelligere atque diligenter animaduertere, ne aliqui inter eos hæreſis labe infecti &c.* In fine de diſciplina hæc ſubnectuntur; *ſint quoque ſolliciti, vt ipſi ſtudioſi, præcipue præbendarii, ſub diſciplina & correctione ſuorum maneant præceptorum, neue per ciuitatem vlla deferant arma, neque noctu ſint vagantes aut tumultuoſi, ſed domi manentes quieti omni cum modeſtia perſeuerent, ſuis prælectionibus earumque repetitionibus aſſiduam nauent operam*

In regendis etiam iunioribus canonicis.

Et ſcholis.

Atque ſcholaribus.

operam. Eandem quoque ſollicitudinem geſſerunt *ſtatuta capituli Caminienſis de anno 1578. P. III. cap. de ſcholaſtico eiusque officio apud* LVNIG. *in ſpicil. eccl. contin. III. in app. 25.*, ne hoc munus eſſet iners & inane. Præmittunt enim, ſcholis licet antiquis extinctis & rectioribus ſtudiis abolitis, *munus tamen ſcholaſtici & nomen in plerisque collegiis advsque hæc tempora*, vt loquuntur, *permanſiſſe.* Equidem mox definitio *ſcholaſtici* valde anguſta additur: *appellatur autem ſcholaſticus, cui in collegio ſcholas regendi & inſpiciendi munus delegatum eſt.* Verum hac vnica *præfectura* coarctari nequit prouincia *ſcholaſtici*, ad *docendum* potiſſimum conſtituti, & profeſſoris vicem gerentis, vt textus huius tituli loquuntur. Neceſſitatem præterea huius officii eximia laude ornant atque agnoſcunt, *partem politici ſtatus* illud dicentes atque decernentes: *vt iuxta vetus collegii ius ſcholaſticus eccleſiæ & ſcholæ rebus præſit, atque in collegio reſideat, facultatem autem inde diſcedendi non habeat, niſi eam ex probabili & legitima cauſa a reſidentibus impetrauerit.* In ſequentibus plenius de *præfectura ſcholarum* diſponitur, eaque ſpecialius eidem iniungitur ex hoc principio, *quod ſcholaſtici munus ſcholaſticum ſit, & præcipue inſtauratione ſcholæ & inſtitutioni iuuentutis ſeruire debeat.* His verbis dubio procul plenius & planius *ſcholaſtici* partes adumbrantur atque depinguntur, & quia præ ceteris elegantior ſtylus inſigne ornamentum conciliat docenti grammaticam ceterasque artes liberales, hunc quoque vel ideo etiam in eo deſiderarunt, quod quælibet acta & geſta per eum conſcriberentur, prout ſupra etiam §. V. obſeruaui. Teſtantur Caminienſia ſtatuta *cit. l. conſtare ex antiquitatis monumentis*, SCHOLASTICI *munus fuiſſe, vt priuilegiorum, literarum & quorumcunque publicorum formulas, præterea cauſas diſceptantium, & quæ eam ad rem pertinent, annotaret, ſcriberet vel collegii notario dictaret, relegeret, emendaret, & poſtea præſentibus collegiis legeret. Formulis autem perlectis & paribus aut maioribus ſuffragiis comprobatis, theſaurario vel ei, qui ſigillum a theſaurario habet, ſigillandas traderet, exemplaria quoque formularum retineret, & ad monumenta alia harum rerum reponeret.* Munus ergo *ſecretarii* vel *directoris notariorum* geſſit, operamque dedit, vt formulæ recte & ſtylo probato conciperentur. Denique quia *examina* candidatorum reuera *tentamina ſcholaſtica* ſunt, nec abhorruit a munere *ſcholaſtici*, examini ordinandorum cum aliis intereſſe, & vires eorum explorare. Loquuntur id ipſum *Salzburgenſia ſtatuta* ſupra laudata *conſtit. XXII.* apud LVNIG. *cont. III. ſpicil. eccl. c. 3. Hortamur quoque*

Inde definitio ſcholaſtici.

Ad munus docendi præcipue conſtituti.

Ex ſtatutis Caminienſibus illuſtrata.

His etiam examina candidatorum iniuncta.

& paternæ iniungimus noſtræ metropoliticæ atque cathedralium eccleſiarum SVMMIS SCHOLASTICIS *& cantoribus, vt hac in re officiis ſuis facto reſpondeant: & dum futuri eccleſiæ miniſtri probantur, ipſi perſonaliter cum officialibus atque in ſpiritualibus vicariis generalibus ſuorum ordinariorum interſint, atque his cuiuslibet cathedralis minorem ſcholaſticum, nec non & theologum ab illius eccleſiæ epiſcopo aſſumtum vel alium ad epiſcopi placitum adiungant.* Cantori in officio adducto adiungitur *ſcholaſtico*, quia eius quoque officium quodammodo *ſcholaſticum* erat, adeo vt, obſeruante CIRONIO *ad tit. X. de primicer. p. 17.* ſæpius *magiſter ſcholarum & caput ſcholæ* quoque dictus fuerit, & *dignitatem* habuerit. *c. 6. X. de conſuet.* Hoc intuitu in *ſtatut. Camin. p. 25. in cap. de Cantore eiusque officio* huic datum eſt, *vt ſimul cum decano &* SCHOLASTICO *pie elaboret, quo patefactæ religionis veritas, ceremoniarum vſus & literarum ſtudia floreant.* Hoc ergo patuit prouincia *ſcholaſtici*, ita adornata & inſtructa, vt 1) ipſemet humaniora eo tempore maxime traderet, quo adhuc in *vita communi* canonici perſiſtebant, & plures alii *clerici iuniores* adſciſcerentur: 2) cum quodam imperio præeſſet *ſcholaſticis minoribus* & ſcholis, easque ſedulo viſitaret: 3) pie elaboraret, quo veritas religionis, ceremoniarum vſus & literarum ſtudia vigerent: 4) examinibus emancipandorum & promouendorum intereſſet: 5) quæ literis mandanda eſſent, curaret, formulasque traderet: 6) denique iuniorum canonicorum, quos *domicellos* vocabant, curam gereret, caueretque, vt optimis artibus moribusque inſtituerentur.

Vt de cantoribus, quorum munus æque ſcholaſticum fuit.

Ampliſſimum munus ſcholaſtici depingitur.

§. XIV. Hanc ob cauſam illis aſſignantur prouentus integri vnius præbendæ, quæ vocatur *præbenda ſcholaſtica*, adeoque ita comparata eſſe debet, vt ſufficientes inde reditus, muneri huic conformes, percipere poſſit. Id perſpicue traditur in *Salzburg. ſtatut.* ſæpe laudati *p. 820. Si prouentus officiorum* CANTORIS *&* SVMMI SCHOLASTICI *ita tenues extiterint, quod mercedem laborum debitam non ferant: volumus, quod epiſcopi & capitula prouiſionem aliquam faciant, vt tam neceſſaria in eccleſiis officia pinguiora, & talia reddantur, ne omnino extinguantur.* Probabile eſt, non *integram præbendam*, ſed tenues & parciſſimos reditus his officiis deſtinatos fuiſſe in nonnullis eccleſiis cathedralibus, & ita non plene ſatisfactum legibus hactenus fuiſſe, quod crederent, ad hæc officia α) eligi canonicos aliunde virtute *canoniæ* ſuæ præbendatos: β) modico eos contentos eſſe debere, ne *duplicem præbendam* acciperent: γ) leuidenſe hoc ſtipendium vt acceſſorium *præbendæ* tanquam *principalis* con-

Inde præbenda ſcholaſtica, quæ integra eſt.

Almſu abolendu.

fide-

Digitized by Google

ſiderari. In hoc vero contra legem antea allatam peccarunt, quæ vt *vnius præbendæ* reditus ſcholaſtico aſſignarentur, iuſſit. Sicuti enim *præpoſitura* proprio beneficio gaudet, & iuxta *concil. Tridentinum* theologo prima, quæ poſt illud vacauit, obuenire, & in ſucceſſores eius deriuari debet, ita quoque æquum & neceſſum fuit, vt *præbenda integra ſcholaſtico* aſſignaretur, vel ad minimum reditus, qui vnius præbendæ menſuram exhauriunt. Credo hoc intendiſſe Tridentinos etiam *ſeſſione V.*, qui, obſeruante PIRHINGIO *ad h. t. §. 1. & 6.* in eo a decretalibus receſſerunt, quod haud fecerint mentionem *præbendæ ſcholaſticæ*, ſed vel alterius *ſimplicis beneficii* fructus, vel ex capitulari vel epiſcopali menſa *condignam* aliquam *mercedem* perſolui ei voluerint, quia animaduerterunt, canonicis qui talibus, etiam præbendatis, hanc deferri prouinciam in plerisque capitulis non poſſe. *Condigna* enim *merces* vix rectius æſtimabitur, quam ex menſura iure communi conſtituta, ſeu ex *vnius præbendæ reditibus;* vt parum referat, ſi vel certa *præbenda* ab antiquo iam fundata huic officio deſtinetur, vel ſi ſuperſunt reditus, ex his ſufficiens ſtipendium *loco præbendæ* de nouo conſtituatur ſcholaſtico.

Quod & Tridentini intenderunt.

§. XV. Præterea quod in *concilio Lateran. IV.* de *præbenda theologali* coarctatum, in *Baſileenſi* ampliatum, & *Tridentino* denuo corroboratum, in Germania paſſim in vſum deductum eſſe, ſtatuta ſynodalia, maxime poſt *concilium Tridentinum* publicata, teſtantur. Docent id ipſum *ſtatuta Conſtantienſia de anno 1567. tit. III. c. 1. & 2.* apud LVNIG. *in ſpicil. eccl. contin. II. p. 497.* imprimis vero *Salzburgenſia* ſæpe laudata *conſtit. XXI. in contin. III.* LVNIGII *p. 818.* & Leodienſia de anno 1548. apud EVNDEM *cit. l. p. 1107.* ſub rubrica: *De aſſumendo in qualibet opulentiori eccleſia theologo.* Additur: *Idemque in Traiectenſi & Aquisgranenſi & aliis canonicorum collegiis opulentioribus fieri volumus.* Pariter extra Germaniam vſus *theologalis præbendæ* propagatus & confirmatus, vt in *concil. Narbonenſi de anno 1551.* apud HARDVIN. *tom. X. concil. p. 455. Cameracenſi de anno 1665. ibid. p. 576. in f. Mediolanenſi I. de anno 1565. ibid. p. 639.* & aliis pluribus. Neque vero deterruit ab hoc inſtituto autores huius conſilii, quod ita theologus a *diuinis* abeſſe cogatur, quæ tamen canonicis potiſſimum mandata & iniuncta: nam huic dubio ſatisfactum in *concil. Lateran. V. de anno 1516.* apud HARDVIN. *tom. IX. concil. p. 1814.* vbi ita: *Et vt liberius ſtudio vacare poſſit, etiamſi abſens fuerit a diuinis, habeatur pro præſente, ita vt nihil perdat.* Ad *ſcholaſticum*

De theologali præbenda in Germania.

Ex ſtatutis Conſtantienſibus.

Salzburgenſibus,

Leodienſibus,

Narbonenſibus aliisque.

Non reſidens pro præſente hoc caſu habetur.

ſticum quin idem applicari poſſit, non dubito, ſi vel maxime ipſi, prout decebat, præbenda propria conferatur, quod pro *præſente* haberi debeat, quoties a diuinis abeſſe cogitur.

Non ergo hæc iura ad antiquas fabulas referenda.

§. VVI. Tradidi ſcita conciliorum, iuris canonici placita, ſtatuta capitulorum atque decreta diœceſana, imo imperatoris & procerum Germaniæ deſideria, quæ eos in ruborem coniiciunt, qui aſſerere non verentur, traditiones de præbenda *ſcholaſtica* vel *theologali ad antiquas fabulas* referendas: munus ſcholaſtici hodie omnino ceſſare, & titulum nudum ſeu nomen tantum eius ſupereſſe: Academias eſſe inſtitutas, in quibus clerici præparentur ad munera ſacra, adeoque *ſcholaſtici* non amplius eſſe, *docere;* ipſum percipere ſcholaſtriæ fructus, ſed citra vllum reale officium, quod dudum exaruiſſe dicitur, adeoque de doc titulo eiusque explicatione non adeo laborandum eſſe. Ego vero non fui credulus illis, ſed poſtquam animaduerti, tot conciliis & decretis hanc cauſam de præbenda *ſcholaſtici* & *theologi* fuiſſe actam, deciſam, repetitam, & præterea ſumme elaboratam, ne tam *neceſſarium officium* extingueretur, vt in *Salzburgendi ſynodo* dicitur, curatius hanc rem enucleandam eſſe cenſui. Id quidem negari nequit, in abuſum ſcita hæc tracta, & a vero ſcopo ſuo abducta, atque inde factum fuiſſe, vt *ſcholaſticus* eſſet ſine *ſchola*, *auditoribus & peritia docendi;* interim tamen fructus *ſcholaſtriæ* perciperet; ſicuti vero *abuſus* nemini ius perpetuum & irreuocabile tribuunt, ſed potius occaſionem præbent, ea, quæ a ſuo ſcopo per ſummam incuriam aberrarunt, in melius reformandi, vt *tom. III. lib. 3. tit. 36. §. 48. ſeqq.* in alia materia, ſimilibus abuſibus referta, oſtendi; ita nihil prohibet quo minus tam antiqua & optima inſtituta ab abuſibus purgentur, collegia canonicorum ad id, quod ſui officii, reducantur curenturque, vt munus *ſcholaſtici & theologi* in actum deducatur, & vbi hactenus hoc munus prorſus per incuriam exſtinctum eſt, illud reſtauretur.

Quod probatur contra diſſentientes.

Et abuſus.

Quomodo vſus huius officii reduci queat.

§. XVII. Id vero optime fieri poſſe in comperto eſt, ſi hæc præbenda *ſcholaſtici & theologi* profeſſori in academiis conferatur, isque in *numerum canonicorum* vel præbendatorum more conſueto recipiatur, & quamuis *reſidere* non poſſit, pro *præſente* tamen, iuxta principia *iuris canonici* habeatur, vt tamen, ſi velit & poſſit, ordinariis capituli conuentibus, ſi canonicus eſt, interſit, & de neceſſariis rebus cum illo deliberationes inſtituat. Et quia hæc præbenda ipſi pro *officio reali* præſtando confertur, ſpeciatim præbendatus adſtringi poteſt, vt vel in *ſemina-*

rio

Digitized by Google

rio selecto, quod fere expedit, vel in *publico auditorio lectiones præbendales* instituat, quibus peculiariter, qui ad regimen ecclesiarum vel scholarum destinantur, præparari & hi imprimis instrui debeant, qui academiis valedicere, & se ad munera *pastoralia* vel *scholastica* obeunda accingere intendunt. Hoc modo *præbenda scholastici & theologi*, quæ antea iners & otiosa fuit, redditur negotiosa, & ad verum suum reducitur scopum, quod vt fiat reipubl. & ecclesiæ interest. Errant enim magnopere, qui asserunt ingeminantque, id hac doctrina agi, vt contra *instrumentum pacis & statuta capituli* exstinguatur præbenda quædam in capitulo; id enim *contra bonam fidem* asseri, ex antea dictis apparet. Numerus *canonicorum* non minuitur: manent præbendæ in suo statu: præbenda scholastica non præcise *canonico* conferenda, id tantum præcauetur, ne *beneficium officio* capitulum magistro seu doctore: præbenda titulo, quem hactenus per summum abusum solum constituit *nomen*, careat. Quid quod vbi hæc præbenda, vsui tam necessario destinata, vel periit, vel contra legum præcepta nondum introducta est, ibi capitula ex *lege ecclesiastica & imperii* toties reiterata obligantur, vt vel exstinctam resuscitent, vel vacantem huic muneri iuxta conditiones antea traditas assignent. Neque vero lapsus temporis diuturnior aut non vsus vllum præsidium negligentibus, tot legibus tamen prouocatis, adferre potest; vtpote qui *abusus*, prout antea dictum, non roborat, nec eis vim tribuit, quia huc trahi potest clausula *c. f. X. h. t. non obstante aliqua contraria consuetudine vel statuto*, quæ multo magis ad præsens thema applicari potest, cum pontifex illam in re longe minore admiserit, certumque sit, contra *functiones publicas*, *ad salutem ecclesiæ & reipublicæ* necessarias, nullam allegari posse præscriptionem. Atque in hanc sententiam transisse Facultatem nostram iuridicam, iam olim obseruaui *tom. II. iur. eccl. lib. 3. tit. 1. §. 50.* ipso adducto responso. Hoc post aliquot annos, resuscitata denuo hac controuersia, nouo corroboratum est responso, quod recitat Dn. ELEISCHER in der Einleitung zum geistl. Rechte *in calce tract. n. 3.* Et cum eodem tempore, h. e. anno 1724. meam hac de re sententiam de dubiis nouiter motis a potentissimo rege Borussiæ edere iussus fuerim, illam declarationis gratia hic subiiciam. Quæstiones vero hæ mihi propositæ sunt:

Saluo instrumento pacis.

Non obstante vlla præscriptione.

Assensus facultatis nostræ.

Sententia auctoris ad iussum potentissimi regis Borussiæ exposita.

Digitized by Google

Qu. I. Ob nach anno 1624. ein præbendatus ſcholaſticus bey denen Dom-Stiftern vorhanden geweſen, weil dieſes Jahr in dergleichen Fällen die Regel mache, und dadurch denen iuribus canonicis & conciliis derogire?

Qu. II. Ob die Wiederaufrichtung der præbendæ ſcholaſtici denen zwiſchen Ew. König!. Majeſtät und denen Stiftern gemachten Verträgen zuwider ſey?

Qu. III. Ob in ſolchem Fall, wenn dieſe præbenda einem poſſeſſori conferiret werden ſolte, er ſich, als ein nobilis habilitiren müſſe?

Qu. IV. Ob die Stifter, ſo Schulen haben, noch überdem præbendam ſcholaſtici auszumachen ſchuldig, wenn ſonderlich anno 1624. dergleichen Schulen vorhanden geweſen?

Qu. V. Ob die Stifter alsdenn die Schulen noch weiter zu unterhalten ſchuldig?

Bey der I. Frage iſt zuförderſt zweyerley zu bemercken:

Quæſtio I. 1. Daß denen Evangeliſchen Ständen des Reichs die in *I. P. art. 17. §. 3.* befindliche derogatio iuris canonici & decretorum conciliorum nicht opponiret werden können, wenn ſie zum Beſten der Kirchen nach Maßgebung des iuris canonici und deren conciliorum etwas löbliches und erſprießliches in denen Stiftern anzuordnen gemeynet ſind:

2. Daß in dieſer Materie der annus regulatiuus nicht zu attendiren, noch dahin zu ziehen ſey.

Denn ſo viel das erſte betrifft, ſo beziehe ich mich auf dasjenige, was in dem letztern nomine Facultatis ausgefertigten reſponſo davon angemercket, und gar wohl gezeiget iſt, daß ſolche Clauſul zur Sicherheit derer Proteſtanten gegen die Catholiſchen nothwendig angehenget werden müſſen. Von dieſen war nach ihren bekanten principiis zu befürchten, daß ſie ſich gegen dieſen Friedens-Schluß derer Schlüſſe, welche nomine eccleſiæ in denen conciliis abgefaſſet, und der Päbſtlichen Rechte, als welche dem Friedens-Schluſſe ſchnurſtracks zuwider waren, bedienen, und vorgeben möchten, daß, was dem entgegen, keine verbindliche Kraft haben könte. Dieſem nach leidet es die eigentliche Abſicht der Proteſtanten bey dem

dem instrumento pacis nicht, daß solche Clausul gegen die Protestanten gebrauchet werden könne, wenn sie dasjenige, was in iure canonico & conciliis heilsam angeordnet, und denen Stiftern ex lege auferleget ist, wieder einführen, und zum nützlichen Gebrauch appliciren wollen; zumal die Evangelische præbendati solcher exception sich nicht bedienen können, dieweil zwischen Evangelischen und Evangelischen der Friedens-Schluß nicht gemacht, und also auch die Evangelische præbendati aus der gedachten clausul keiner exception sich anmassen mögen. So können auch die Catholische præbendati, als welche die Schlüsse derer conciliorum annehmen, und die iura canonica respectiren müssen, wenn man sie dahin anweiset, nicht leicht daraus einen Behelf haben; indem nicht zu befürchten gewesen, daß die Evangelische aus denen conciliis und päbstlichen Rechten den Oßnabrückischen Friedens-Schluß anfechten; oder dagegen etwas verordnen würden, sondern es ist dieses allein von Seiten derer Catholischen zu vermuthen gewesen. dahero nur diese auf solche clausul zu verweisen seyn würden, wenn sie die decreta conciliorum & iuris canonici gegen das Instrumentum pacis gebrauchen wolten, wiewol auch, wie bey dem andern Punct angezeiget werden soll, die intendirte Einrichtung wegen der præbendæ scholastici dem instrumento pacis nicht einsten zuwider ist, und also die verba *art. 17. §. 3.* contra hanc transactionem vllumue eius articulum aut clausulam &c. hierher gar nicht gezogen werden können. Gleiche Beschaffenheit hat es auch mit dem *art. 7. §. 2.* allwo verordnet, daß nur die drey recipirten Religionen im Römischen Reich geduldet werden sollen, als welches bloß der Catholischen wegen, die der Toleranz zuwider, geschehen, einen Evangelischen Fürsten aber nicht verbindet, anderer Secten zugethane aus seinem Lande zu jagen, und dahero die Evangelischen Landes-Stände gegen ihren Evangelischen Landes-Herrn daraus keinen Anspruch machen können.

THOMAS. Evangel. Fürsten-Recht in Theol. Streit-Sachen *pos. 18. p. 199.*

Bey dem andern Punct setzen Ew. Majestät billig voraus, daß die Anrichtung einer præbendæ scholastici zum besten derer Vniuersitäten ein gar heilsames und ersprießliches Werck sey, und billig bey den Stiftern, so ferne solches dem Oßnabrückischen Frie-

dens-Schluß nicht zuwider, einzuführen, als welche ja guten Theils auf ihrer ersten Einrichtung geblieben, und daher billig ist, daß zu demjenigen Endzweck, zu welchem die Præbenden ursprünglich angeleget, dieselben wieder gebracht werden. Es ist solches in unsern beyden nomine facultatis ausgefertigten responsis ex consensu occidentalis ecclesiæ zur Gnüge ausgeführet, dabey ich nur dieses bemercke:

1. Daß es nicht allein auf die præbendam scholastici stricte dicti ankomme, sondern hierbey mit auf die præbendam theologi vornemlich mit zu sehen, absonderlich da in concilio Basileensi *sess. 31. c. 3.* alle cathedral-Stifter dahin verwiesen sind, quod quilibet collator ipsarum præbendarum teneatur, & debeat canonicatum & præbendam, quamprimum facultas se obtulerit, & inueniri potuerit, vni magistro, licentiato, vel in theologia baccalaureo formato conferre, qui per decennium in vniuersitate priuilegiata studuerit, & onus residentiæ & lecturæ & prædicationis subire voluerit, qui bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas, cessante legitimo impedimento, legere debeat, & quoties ipsum in huiusmodi lectura deficere contigerit, ad arbitrium Capituli in subtractione distributionum totius hebdomadæ puniri possit; aus welchen denn erhellet, daß die Absicht dieses concilii so wol, als derer vorhergehenden dahin abgezielet, daß der Canonicus Theologus die spartam eines Professoris verrichten, und bey denen Stiftern dasjenige übernehmen soll, was in die professionem theologiæ auf Vniuersitäten läuft:

2. Daß, nachdem bey unsern Stiftern sich die Gelegenheit nicht mehr befindet, daß ein Præbendatus zum Scholastico & Theologo oder Professore theologiæ vel philosophiæ, um die iuniores clericos bey denen Stiftern in der theologia, philosophia & iure canonico zu informiren, bestellet, sondern nunmehr die Studiosi auf Vniuersitäten hierzu præpariret werden, als welche dieses onus denen Stiftern abgenommen, dennoch es höchst billig und denen alten Stiftungen gemäß sey, daß die præbenda scholastico & theologo destinata denen gereichet werde, welche die vices scholastici & theologi canonici auf Vniuersitäten verwalten, wie denn der berühmte Fleury, da er von dem scholastico & theologo gehandelt, dahin abzielet, und saget: Desideria auctorum harum institutionum explentur hodie per academias & collegia.

Inſtit.

Digitized by Google

Inſtit. iur. eccleſ. P. I. c. 19. §. 5. in f.

Dieweil nun denen Stiftern dadurch dieſes onus abgenommen und denen academiis zugeleget: ſo wäre es unbillig, wenn ſie die dazu gewidmete Reuenuen ſine cauſſa genieſſen, und verhindern wolten, daß nach dem alten inſtituto nicht etwa eine præbenda der Facultati theologicæ vel philoſophicæ beygeleget, und Ew. Königl. Majeſtät dadurch die Unterhaltung eines oder mehrern Profeſſorum, ſo die ſtudia treiben, abgenommen würde. Denn einmal iſt dieſe Pflicht, einen Theologum & Scholaſticum zu unterhalten, denen Stiftern in ſo vielen conciliis auferleget, und zwar der Kirchen zum beſten, von welcher Pflicht ſie zwar in ſo weit bey uns befreyet ſind, daß der Canonicus Scholaſticus oder Theologus nicht mehr leſen und profitiren darf in Stiftern, als worzu die Gelegenheit ermangelt, nicht aber daß die Stifter die Reuenuen, ſo dieſem Amt gebühren, ſine cauſſa genieſſen, und inzwiſchen dieſes Amt auf Ewr. Königl. Maieſtät Unkoſten andere auf Vniverſitäten führen laſſen. Es hat Albertus Cranzius zu ſeiner Zeit dieſen Mißbrauch taxiret, es aber ohne Zweifel beſſer gewünſchet, da er ſaget Aetate noſtra ſcholaſtici nullum officium eſt, niſi collectas pauperum ſcholarium in vſus menſæ ſuæ vertere.

Lib. VII. Vandal. c. 4.

Welches denn kein geringer Mißbrauch geweſen, und noch heutiges Tages iſt, welchen Ew. Königl Maieſtät aber nach dem hohen von GOTT verliehenen Regal abzuthun ſo wol befugt, als ohne Anſtoß des Oßnabrügiſchen Friedens-Schluſſes berechtiget ſind.

Dieſes nun vornemlich zu zeigen, ſo iſt anfänglich in dem nomine facultatis abgefaßten reſponſo klährlich dargethan, daß durch Einführung der qu. præbendæ dem Oßnabrügiſchen Friedens Schluſſe nicht entgegen gehandelt werde; anerwogen die Præbende dadurch nicht eingezogen, aufgehoben, oder caſſiret, ſondern vielmehr ad vſum ſuum legitimum appliciret, im Gegentheil der Mißbrauch der geiſtlichen Güter verhütet wird, bevorab da alle Stifter ex lege eccleſiaſtica zu Errichtung ſolcher Præbende, und Verrichtung des dabey gelegten Amtes verbunden, mithin wenn ſolche inskünftige einem Profeſſori in academiis gereichet wird, dieſer nach den Kirchen-Rechten a reſidentia zwar befreyet, iedoch aber, wie andere præbendati, die collation ſuchen, und er darauf inter canonicos referiret werden muß. Dieſes ver-

verbietet das instrumentum pacis gar nicht, und gehet dessen Absicht keines weges dahin, daß die protestirende Stände dasjenige, was in den alten Kirchen-Rechten wohl und heilsamlich versehen, und zu Verbesserung des Kirchen-Wesens gehöret, nicht reduciren, und nach deren Vorschrift einrichten solten, weil auf diese Weise kein Mißbrauch, der anno 1624. bereits im Schwange gewesen, bey den Stiftern und andern collegiis piis abgethan, sondern alles in summa corruptione gelassen werden müsse, absonderlich da die alten Kirchen-Rechte Ewr. Königl. Majestät wohlgegründeten intention beytreten, und folglich keine innouatio geschiehet. Hiernächst so sind die Stifter, welche Ewr. Königl. Majestät die Introducirung dieser præbendæ streitig zu machen intendiren, entweder gantz der Augspurgischen Confession zugethan, oder capitula mixta, oder endlich pur Catholische Stifter. Die Evangelischen Unter- und Ober-Stifter haben deswegen kein ius contradicendi ex statu anni 1624. wel dieser terminus in dem Oßnabrügischen Friedens Schlusse nur zwischen streitenden Partheyen, welche die Augspurgische Confessions-Verwandten und Catholischen waren, gesetzet, und was einer dem andern nach dem statu anni decretorii zu restituiren schuldig, determiniret worden, also derer damaligen pacisentium intention niemals gewesen, daß dieser terminus auch denen Evangelischen Landes-Fürsten in regard derer Evangelischen Stifter und Kirchen quoad exercitium iuris sacrorum gesetzet seyn solte, als unter welchen kein Streit gewesen, und daher der Vergleich auch auf sie nicht zu ziehen. Ew. Königl. Majestät haben zwar in den uns vorgelegten Fragen dieses vorauszusetzen allergnädigst beliebet:

Weil dieses Jahr in dergleichen Fällen die Regul mache:

jedoch solches nicht pro ratione decidendi (weil sonst darüber uns zu fragen unnöthig gewesen) sondern vielmehr pro ratione dubitandi gesetzet, und unser allerunterthänigstes Gutachten darüber gefordert. Nun bin ich der allerunterthänigsten Meynung, daß eben dieses hierbey in quæstione sey? Denn so wenig man aus dem Oßnabrügischen Friedens-Schluß einen Bischoff von Bamberg, Würtzburg, Cölln und Lüttig und dergleichen nach dem termino anni 1624. Grentzen setzen und verbinden können wird, daß er in seinen Stiftern contra statum anni decretorii nichts ändern könne; eben so weni g ist gedachter Friedens-Schluß auf den Fall zu ziehen, wenn ein Evangelischer Stand des Reichs

Digitized by Google

Reichs in ſeinen Evangeliſchen Stiftern und Kichen zum beſten derſelben und des Landes contra ſtatum regulatiuum anni 1624. etwas einführen will, weil, wenn dieſes angehen ſolte, Ewr. Königl. Majeſtät allerhöchſtes Regal in ſacris ſehr geſchmälert, in effectu guten Theils eneruiret, ja Ew. Königl. Maieſtät und aller Evangeliſchen Stände conditio weit ſchlimmer als der Catholiſchen Biſchöffe ſeyn würde, da doch es in inſtrumento pacis art. 5. §. 1. gar nachdrücklich heiſſet: Inter vtriusque religionis electores, principes, ſtatusque omnes & ſingulos ſit æqualitas exacta mutuaque, ita vt, quod vni parti iuſtum eſt, alteri quoque ſit iuſtum. So weiſet auch der gantze Zuſammenhang des Oßnabrügiſchen Friedens-Schluſſes, daß, ſo ferne zwiſchen Evangeliſchen und Catholiſchen Streit entſpringet, alsdenn ſolcher ex habita poſſeſſione anni 1624. decidiret werden müſſe, wie abſonderlich aus dem *art. 5. §. 25.* und *26.* zu ſehen, wo von dergleichen Stiftern, Klöſtern und Kirchen gehandelt, und nachdem das fundamentum vnicum transactionis in der habita anni 1624. poſſeſſione geſetzet worden, am Ende hinzugethan wird; Nec A.C. addicti poſt hac in habita vel recuperata poſſeſſione vllo modo turbentur, ſed ab omni perſecutione iuris & facti perpetuo tuti ſint &c. welches keines weges auf einen proteſtirenden Landes-Herrn in regard ſeiner Glaubens-Genoſſen, wohl aber der Catholiſchen appliciret werden kan, dieſem nach nicht zu befinden, wie Ew. Königl. Majeſtät die Evangeliſchen prætendati aus dieſem termino anni 1624. einige difficultäten machen, und verhindern können, daß Ew. Königl. Maieſtät die zum beſten des Lehr-Amtes angeſehene uhralte Verordnungen in Dero proteſtirende Stifter nicht reſuſcitiren und in vſum bringen ſolten. Gegen dieſe obiectiones hat ſchon vormals ein aſſeſor Cameræ angemercket: Inſtrumento pacis abutieos, qui terminum illum a quo, non niſi ſecundum diſpoſitionem inſtumenti pacis intelligendum, ad obuia quæque accommodare præſumunt.

SCHVLZIVS *in manual. pacif. qu. 10. in f.*

Ja es zeiget das proœmium art. V. worinnen alle Streitigkeiten wegen der geiſtlichen Stifter erörtert, am allerklärſten, daß nur zwiſchen *proteſtir*enden und Catholiſchen der terminus regulatiuus gelten ſolle: Cum autem præſenti libello magnam partem grauamina, quæ inter vtriusque religionis electores, principes, & ſtatus imperii vertebantur, cauſam & occaſionem dederint, DE IIS, prout ſequitur, conuentum

& transactum est. Dahero dann von keinen andern Controversien, als welche zwischen beyden Partheyen gewesen, der Vergleich verstanden werden mag, welches auch die so ofte im Friedens-Schluß wiederholte Clausul anzeiget: Donec per Dei gratiam de ipsa religione conuenerit, welche abermahl die beyden Religionen, als zwischen welchen der Streit gewesen, alleine angehet. Ob nun wol wegen Halberstadt, Magdeburg und andern Stiftern in *art. XI. §. 1. sqq.* eine besondere Disposition zu befinden, so ist doch abermahl daraus kein dubium gegen Ewr. Königl. Majestät hohe gerechtsame zu formiren, wie der Geheimte Rath Thomasius selbst davon abstrahiret, und nur vornehmlich die ietzo abgelehnte difficultät wegen des anni decretorii zum Grunde gesetzet, im Gegentheil in dem nomine facultatis abgefaßten responso darauf gründlich geantwortet ist.

Was capitula mixta, bey welchen ausser den protestirenden auch Catholische præbendati sich befinden, betrifft, so giebet zwar davon der *Art. V. §. 20.* klare Maaß und Ziel, daß in solchen Stiftern der numerus capitularium & canonicorum, wie er anno 1624. gewesen, verbleiben soll. Gleichwie aber in diesen Stiftern gegen Ewr. Königl. Majestät die protestirende præbendati, so wol die meisten an der Zahl sind, keines iuris prohibendi sich aus denen vorhin angeführten Gründen anmassen können; also kommt es hierbey auf die Catholischen præbendarios allein an, welchen ihre præbendæ gelassen, und an Catholische iedesmahl, eueniente vacantia, wieder conferiret werden wüssen; dahero dann dieses ohne Zweifel verhindern wird, daß, wo noch keine præbenda scholastici ist, sie weder zu deren Ausmachung zu concurriren schuldig sind, noch eine von ihren erledigten Præbenden darzu employret werden kan, welches auch bey denen allein mit Catholischen besetzten Stiftern, wenn welche vorhanden wären, also zu halten syn möchte, zumahl es per indirectum geschehen würde, daß eine von denen Præbenden, so alleine den Catholischen gebühreten, einem protestirenden Professori conferiret werden müßte, so aber saluo instrumento pacis nicht geschehen kan; woraus ich denn schliesse, daß gegen Ew. Königl. Majestät die protestirende præbendati kein ius prohibendi wegen der præbendæ scholastici & theologi aus dem termino anni decretorii sich anmassen mögen.

Die

Die II. Frage, ſo die von Ew. Königl. Majeſtät mit denen Stiftern getroffene Verträge angehet, findet um deſto weniger Schwierigkeit, ie weniger dubia dagegen gemacht ſind. Auſſer dem iſt auch zu bemercken, daß gleichwie dieſe Verträge hauptſächlich, ja allein wegen der Ew. Königl. Majeſtät nach dem gedachten Friedens-Schluß gebührenden Quarte geſchloſſen, alſo auch darauf billig nach der geſunden Vernunft zu reſtringiren, und ad non cogitata nicht zu ziehen ſind, welches die in dem nomine Facultatis verfertigten reſponſo angeführten rationes iuris gnugſam beſtärcken, und für impertinent nicht zu achten. Daher haben Ew. König. Majeſtät in dem mit dem Stift Minden getroffenen Vergleich nur aller prætenſion, ſo Ew. Königl. Majeſtät ratione quartæ an gemeldtes Dom-Capitul haben möchten, ſich gäntzlich begeben, im Gegentheil ſich alle übrige iura, ſo Ew. Königl. Majeſtät, als epiſcopo, zuſtehen möchten, reſeruiret, wohin auch die intendirte Anricht- und Employirung der præbendæ ſcholaſtici, ſo denen Epiſcopis auferleget, gehöret. In dem Quart-Receſs mit Magdeburg iſt abermäl §. 5. wegen der Quarte allergnädigſt verſehen, daß Ew. Königl. Majeſtät EO NOMINE weiter nichts prætendiren wollen, worunter aber die ietzige prætenſion, als welche Ew. Königl. Majeſtät nicht ratione quartæ formiren, nicht mit gezogen werden mag, wie denn ſonſt nichts darinn anzutreffen, ſo Ew. Königl. Majeſtät bey dieſer prætenſion entgegen ſtehen möchte, wie abermals gründlich in dem nomine Facultatis abgefaßten reſponſo ausgeführet iſt. Eben dergleichen Bewandniß hat es auch zwar mit dem mit Halberſtadt getroffenen Receſs, in welchem abermahl Ew. Königl. Majeſtät Groß Herr-Vater glorwürdigſten Andenckens ſich erkläret, hinführo, und zu ewigen Zeiten ratione quartæ & canonicatuum das allergeringſte an gedachtem Stifte nicht zu prætendiren, gleichwohl iſt bey dieſem receſſu wegen der Collation der Scholaſterey ein beſonderes pactum zu befinden, vermöge deſſen Ew. Königl. Majeſtät Groß-Herr-Vater ſich deſſen Collation expreſſe begeben, und verwilliget, daß das Dom-Capitul bemächtiget ſeyn ſolle, dieſelbe zu incorporiren, bey welchem Umſtande dieſem Stifte ins beſondere ex hoc ſpeciali puncto eine exceptio zukommen möchte, die aber bey andern Stiftern nicht zu befinden, dieſes Stift alſo vornemlich hierüber zu hören, und deren Einbringen zu unterſuchen ſeyn wird. Quæſtio II.

So

Quæſtio III. So viel die III. Frage betrifft, befinde ich abermal aus des Geheimten Rath Thomaii Bedencken keinen diſſenſum, und beziehe mich alſo lediglich auf das nomine Facultatis abgefaßte reſponſum, mit welchem auch das inſtrumentum pacis art. 5. §. 17. überein kommt, als in welchem verſehen, daß auch gradibus academicis inſigniti benebſt denen nobilibus zu denen Præbenden zugelaſſen werden ſollen, ins beſondere aber die præbenda ſcholaſtici & theologi keine andere, als promotos in theologia & philoſophia zuläſſet, wie aus dem zu Baſel gehaltenen concilio, und daraus oben angezogener Paſſage zu erſehen; Wiewol wenn ſich die von Adel zu denen profeſſionibus academicis habilitiren ſolten, Ew. Königl. Majeſtät Urſach haben würden, dieſelbe vor andern mit dieſer Præbende zu verſehen, welches denen academicis kein geringes luſtre machen könte.

Quæſtio IV. Bey der IV. Frage iſt meines Erachtens in dem nomine Facultatis errichteten reſponſo zur Gnüge dargethan, daß die præbenda ſcholaſtici von denen Dom- und Stifts-Schulen unterſchieden, und dieſe nicht von denen Reuenuen der præbendæ ſcholaſtici & theologi unterhalten worden, vielweniger alſo die Schulen in locum præbendæ ſcholaſtici vel theologi ſubſtituiret ſind. Denn die kleinen Stift-Schulen, ſo man ſcholas puerorum genannt, mit ihren magiſtris ſcholæ haben für ſich ihr eigen Weſen, und eigne Reuenuen von Alters her gehabt, und ſind von denen höhern Schulen, welche man ſcholas clericorum genannt, worinn der ſcholaſticus ſummus und theologus profitiret, unterſchieden geweſen. Der gelehrte Cironius *in comment. ad decret. ad tit de primic. p. 78.* bemerket dieſes gar wohl, und ſaget: In eccleſiis duæ erant ſcholæ: vna cantorum, puerorum & minimorum clericorum, qui diuino cultui mancipati, pſallendi modum, cantum, & minores litteras edi-ſcebant: *Capituluri 72. libr. 1. ſcholæ*, inquit, *legentium puerorum, pſalmos, notas, cantus, computum, grammaticam per ſingula epiſcopia diſcant*; Dahero iſt es auch erfolget, daß der Cantor, magiſter ſcholarum und caput ſcholæ genennet iſt, welches von dieſen geringen Schulen zu verſtehen. Von denen höhern Schulen fähret der ietzgelobte Cironius folgender maſſen fort: Altera ſchola erat eorum, qui theologiæ & rebus ſacris operam dant, cui præ-

eſt

eſtis, quem nunc theologum dicimus, quam inſtitutionem Alexander III. generalem fecit in concilio Lateranenſi c. 11. & demum concilium Tridentinum, woraus er denn ſchlieſſet: Ex quibus non ſemper per *primicerium*, per *caput ſcholæ*, ſeu *ſcholaſticum*, cantorem, ſeu præcentorem intelligi debere conſtat, welche Confuſion doch diejenigen committiren, die bloß, dieſe præbendam ſcholaſtici & theologi zu vernichten, und zu extenuiren, ſolches Amt auf die geringere Schulen reſtringiren und vermeinen wollen, daß durch dieſelbe den alten Kirchen-Rechten ein vollkommenes Genügen geſchehen. Eben daſſelbe führet der gedachte Cironius noch ferner aus *ad tit. X. de magiſtris*, und behauptet, daß dieſe beyden Schulen unterſchieden geweſen, wie denn auch der gelehrte ESPENIVS *in iur. eccl. P. 1 tit. 11. c. 4. §. 7. ſqq.* ebenfals bemercket, daß der ſcholaſticus, auſſer dem ietzt erwehnten Amte, die magiſtros ſcholarum inferiorum inſtituiret, die ſcholas puerorum viſitiret, und auf das Schul-Weſen Acht gegeben, ob er wol in dieſen Schulen nicht informiret, zumahl die information ſo wohl ihm, als dem Theologo bey denen hohen Schulen der clericorum anvertrauet war, und es daher erfolget, daß dieſes officium ſcholaſtici oder die Scholaſtria inter principales dignitates eccleſiaſticas referiret worden iſt,

GONZALEZ *ad c. 4. X. de magiſtr. n. 5. in f.*

welches wol von denen magiſtris ſcholarum minorum oder bey denen ſcholis puerorum, ſo gleichfals bey denen Stiftern nach dem alten inſtituto ſeyn müſſen, nicht geſaget werden mag.

Hierdurch wird denn auch die V. und letztere Frage mit erläutert und bewähret, daß die Stifter, welche bereits die ſcholas puerorum haben, dennoch zu Anrichtung der qu. Præbende allerdings verbunden, auch die Schulen noch weiter zu unterhalten ſchuldig. ꝛc. Quæſtio V.

Denuo hoc argumentum reguſtaui, & ſuccincte illuſtraui *in inſtit. iur. can. ad h. t.* ſimulque oſtendi, *præbendam ſcholaſtici* nequidem *canonico*, ſed ei demum conferendam, qui docendi peritia inſtructus eſt.

Digitized by Google

TIT. VI.

DE

IVDAEIS, SARACENIS ET EORVM SERVIS.

§. I.

Fidelibus & orthodoxis opponuntur infideles & hæretici.

Qui instar seruorum sunt. Christiani vero liberi.

QVemadmodum veri ecclesiæ subditi ciuesque dicuntur *fideles, christiani, orthodoxi, filii ecclesiæ charissimi;* ita qui his in sensu iuris canonici opponuntur, sunt *infideles & hæretici.* Illi extra ecclesiam esse dicuntur, quibus tamen ea vt *mancipiis* vti fuerit, vt omnium seculorum loquitur historia, cum soli *christiani* pro *liberis* habeantur. Atque hoc sensu in *republica hac vastissima*, h. e. vbi *christiani* imperium tenent, sunt vel liberi h. e. *christiani*, qui tantum iuribus ciuium huius reipubl. fruuntur, vel *serui*, h. e. *infideles*, qui inter christianos degunt, sed intuitu *ecclesiæ*, mancipiorum instar, considerandi sunt, vt vel conclusiones *h. t.* adducendæ declarant.

Hæretici perduelles in republ. eccles.

Hi vero, *hæretici* scilicet, *perduellium, peregrinorum* atque *exulum* loco habentur, qui *ius ciuitatis ecclesiasticæ* ob crimen putatiuum amiserunt, vt olim apud Romanos *ciuibus* opponebantur hi, qui pro *mortuis* habebantur, vt *exules & deportati*, qui ob delictum ius ciuitatis Romanæ amiserant, & in statum peregrinorum redacti erant. De *fidelium & infidelium* varia & diuersa acceptione iam actum est, *tom. III. iur. eccl. lib. III. tit. 33. §. 4. sqq.* atque obseruatum, *infidelium* nomine sæpe etiam *hæreticos* venire, quamuis stricte ab his, prout

Infidelium designatio.

dictum, distinguantur. Etenim stricte eos designant, qui prorsus a fide christiana alieni sunt, & quidem vel quod nunquam fidem christianam amplexi fuerint, quales sunt *Iudæi, Saraceni, gentilesque*, de quibus *h. t.* agitur; vel quod desciuerunt a *fide christiana* in totum, & infidelium sacra elegerunt, de quibus agitur *tit. 9.* Hæretici itidem in duplici differentia sunt, vel enim adhuc in ciuitate Romana h. e. *ecclesia* degunt, vtut putrida membra censeantur: vel simul ab ea deficiunt CHRISTVMQVE non negant, qui *schismatici* dicuntur, de quibus *tit. VIII.* agendi locus erit

§. II.

Digitized by Google

§. II. Differunt præterea in eo, quod *hereticum*, *schismaticum* vel *apostatam* esse, in ciuitate hac Romana clericali enormissimum inuoluat designetque crimen, atque hoc intuitu hoc libro de his agatur; non item *Iudæum* aut *saracenum* esse, nisi prorsus omnis *tolerantia* iis negata, & ex *decreto persecutionis sanctissimo* constitutum sit: (quod olim contra christianos gentiles decreuerant, *Iudæum vel Sacracenum esse non licet*, vt in Hispania & Portugallia.) Notum enim est, omnes, qui Iudaismo occulte in his regnis adhærent, idem, quod hæreticos, fatum manere. Interim, vbi *iudæi* adhuc inter christianos tolerantur, ex *iudicio ecclesiæ* h. e. clericorum, pro *contemtibilibus* habendi, ad instar *mancipiorum*, adeoque christiani seu fideles hoc casu in leges ecclesiasticas delinquere possunt, si *odium* hoc *publicum* deponunt, vel eos pro abiectis, despicatissimis, & contemtissimæ conditionis non habent. *Tantæ animis cœlestibus iræ!* nam quia cœlum claudendi & aperiendi priuilegium absolutum sibi tribuunt sacerdotes ecclesiæ Romanæ; quis negauerit, optimo iure eos *cœlestes* dici posse. Verum, Musa, mihi causas memora, quo spiritu læso impulsa fuerit ecclesia, vt tam durissimum & abiectissimum Iudæis & Saracenis decreuerit statum, qui tamen æque vt *christiani* homines sunt, nec ob religionem diuersam despicatui habendi esse videntur. De *Iudæis* tantum hic loquar, quod rarissimum cum *Saracenis* commercium christianis sit, vbi hi imperium tenent; nam vbi Saraceni dominatum in republica gerunt, vt in regno Ottomannico, palam est, hæc, quæ *h. t.* traduntur, omni vlu destitui. Videlicet *Iudæorum status* ciuilis a multis retro seculis longe disiunctus est a *statu christianorum*, adeo vt ad fidem christianam conuersi nouum prorsus *statum ciuilem* induant, nouique homines etiam in republica fiant, vt *tom. III. tit. de conuers. infidel. §. 63. sqq.* plena manu iam demonstratum est.

Iudæum & Saracenum esse ecclesiasticum crimen an & quatenus constituat?

Iudæi contemtibiles ad instar mancipiorum habentur.

Inter christianos quatenus dominatum in repub. gerunt.

§. III. Abiectissimi huius status fundamentum tum in *dominatu religionis christianæ*, quatenus nullas alias tolerandas religiones credit: tum in *odio immortali* atque *inueterato* fidelium, quo infideles prosecuti sunt, collocandum esse reor. Tum *dominatus*, tum *odium* hoc *commune* christianæ religioni *per accidens*, pro dolor! accessit ex hominum nequitia, quamuis alias hæc mitissima religio nil nisi humanitatem, humilitatem, amorem, misericordiamque spiret. Ast quia pedetentim religionis intima ratio posthabita, & creditum fuit, religionis esse, *dominari conscientiis*, & vniuersalem quandam rempubli-

Ratio huius status.

Digitized by Google

eam exſtruere, palam eſt, eos, qui huic dominatui non parent initium ſibi contrahere, hanc vero in odium vatinianum tandem degenerare.

Calamitates chriſtianorum ſub gentilibus & iudæis.

Sed præterea quoque aliæ odii huius inueterati cauſæ fuerunt. Chriſtiani, ſub gentilium *dominante religione*, eadem, imo grauiora, fata habuerunt, quæ facile eorum animos, pace reddita poſtea magis erectos, incendere potuerunt, vt par pari referrent. Quantis calamitatibus, odiis & perſecutionibus *fideles* ſub *iudæis* expoſiti fuerint, *acta apoſtolorum* docent, quæ mala & odia ne quidem ceſſarunt, vbi, diruta Hieroſolyma, ipſimet in ſtatum fere ſeruilem coniecti ſunt, vt ne hiſcere quidem auſi fuerint. Grauiorem experti fortunam ſunt chriſtiani ſub *ethnicis*, dominatu religionis vnice impulſis, maxime cum ab eorum inſtituto vita & mores chriſtianorum prorſus abhorrerent & idololatricæ religioni nihil magis proprium & conueniens eſſet, quam *ſacra peregrina* contemnere, eradicare, eosque odio proſequi, qui illis addicti erant, vt ex ipſo *proceſſu criminali* contra chriſtianos innocentiſſimos illuſtraui in *diſſert. iur. eccl. antiq. ad Plin. ſecund. & Tertull. diſſ. VI. edit. nouiſſ.* Inde tot calumniæ & obtrectationes in chriſtianos ortæ ſunt, vt eo magis *communibus odiis* exponerentur, quas magno ſtudio collegit CHRISTIAN. KORTHOLT *in pagano obtrectatore.* Inter plures alias calumnias hoc criminis chriſtianis datum eſt, quod doctrina eorum ſtatui reipublicæ minime conueniret, quod chriſtiana fides *incerta, ſacrilega, vana*, & maxime *idololatrica*, imo *inceſtuoſa* eſſet: quod non alii huic religioni quam rudes, ſtupidi, barbari, imperiti, ſordidi, inculti, ſtolidique nomen darent: quod *athei* eſſent, inceſtaque conuiuia celebrarent: quod nocturna ſacra & antelucanos cœtus, gentilibus magnopere inuiſos, inſtituerent, & quæ ſunt alia conficta crimina, quæ hic plenius recenſere non vacat. Sufficit inde conſtare, quot quantisque malis fideles ſub dominantibus gentilibus expoſiti fuerint, id quod hiſtoria perſecutionum diriſſimarum ſub imperatoribus ethnicis a KORTHOLTO aliisque deſcripta ſatis indicat.

Scena mutata eſt ſub Conſtantino.

§ IV. Tot tantisque calamitatibus per tria ſecula conquaſſati chriſtiani tandem ſeculo quarto ad exoptatum, vt putauerunt, portum, deuenerunt, CONSTANTINO M. ad ſacra eorum accedente, quo ipſo non tantum religio chriſtianorum *tuta & honorata*, ſed etiam quodammodo *dominans* facta fuit, vt ait ZIEGLER. *in præfat. tr. de epiſcopis.* Hoc rerum ſtatu magna cultus chriſtianorum facer cepit incrementa, & vndique dilatatus eſt. Id ipſum admodum exacer-

Digitized by Google

acerbauit animos gentilium, iudæosque fere in furorem coniecit, dum illi vltimum diem suæ religioni instare crederent; hi vero aliis de causis christianorum quieti officere omni studio tentarent, maxime ex *iudicio Zeli*, de quo vid. SELDENVS *lib. VI. de iure nat. & gent. secund. disciplin. Hebræor. c. 4.* Eos præsertim variis vexabant malis, qui relicta superstitione iudaica ad christianismum transibant, teste EPIPHANIO *hæresi X.* vel iuxta alios *XXX.*, quod exemplum IOSEPHI, a iudæis pessime habiti, sub CONSTANTINO M. declarat. Hac de causa CONSTANTINVS *in l. 3. C. de iudæis* A. 315. constituit: *quod si qui post hanc legem aliquem, qui eorum feratem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxis* (non *satis*, vt vulgata legit) *aut alio furoris genere, (quod nunc fieri cognouimus) ausus fuerit attentare, mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus, concremandus.* Pariter *anno 336.* noua lege christianos ab offensa & iniuria iudæorum vindicauit, sed pœnam tantum arbitrariam constituit, ceu liquet ex *l. 5. cod. Theod. de iudæis.* Animosiores hoc ipso facti christiani, quibus alta mente reposta manebat iniuria longo tempore perpessa, ad iudæos opprimendos omne attulerunt consilium, effeceruntque, vt publice religio eorum *secta feralis & nefaria, turpitudo & peruersitas* dicta fuerit, vt ex tot *legibus a* GODOFREDO *in paratitl. ad tit. de iudæis Cod. Theod. collectis* liquet, simulque inde constat, quod ad eorum *nefariam sectam* accedere & conciliabulis eorum se applicare, sub grauissima pœna prohibitum fuerit. vid. *l. 1. C. Theod. in fin. de iudæis.* Interim CONSTANTINVS adhuc mitius cum iis egit, ac quidem imperatores gentiles, quod variæ leges in eorum fauorem latæ ostendunt, vt assensum vix mereatur narratio CHRYSOSTOMI relata in *orat. III. in iudæos tom. I.* in qua contendit, CONSTANTIVM iudæis, Hierosolymam restaurare tentantibus, aures abscindere iussisse, eosque tanquam *mancipia* vndique dispersisse, atque ad baptismum sub ipiendum coegisse, quam fabulam refellit BASNAGE *dans l' histoire des juifs. lib. VIII. c. 4. §. 3.*

Inde gentilium & iudæorum ira contra christianos.

Contra quos lex a Constantino lata.

Inde christiani contra infideles animosiores facti.

§. V. Dulior fere *gentilium* fortuna fuit, quorum *cultum publicum* idololatricum prorsus abolere, quantum fieri potuit, studuerunt christiani. Iam *anno 331.* & præcipue *333.* gentilium templa euersa sunt: quorundam in vrbibus fanorum vestibula nudata, valuisque, iussu imperatoris, orbata: aliorum tecta corrupta, tegulis amotis, aureaque simulacra abolita sunt, teste HIERONYMO *in chron. ad A. 331.* Idem confirmat THEODORETVS *lib V. hist. eccles. cap. 21.* in

Et gentilium sacra cum templis hinc inde euersa.

Digitized by G

eo tamen ab HIERONYMO discrepans, quod templa eorum nequaquam destruxisse dicatur. Verba eius hæc sunt: *Post hæc fidelissimus imperator aduersus gentilium superstitionem studium suum conuertit, legesque scripsit, quibus idolorum fana destrui iubebat. Nam Constantinus quidem M. omni laude dignissimus, qui primus pietate imperium ornauit, cum orbem terrarum adhuc insanientem erga simulachrorum cultum videret, ne damonibus sacrificaretur, omnino interdixerat. Eorum tamen templa nequaquam destruxerat, sed occludi tantum præceperat. Eius quoque filii paternis insliterunt vestigiis. At Iulianus impietatem renouauit, & vetusti erroris flammam suscitauit. Postea Iouianus imperium adeptus simulachrorum cultum demo prohibuit. Valentinianus deinde maior, iisdem vsus legibus Europam gubernauit. Valens vero aliis quidem omnibus permisit colere vt vellent, iisque, quos coleret, obseruantiam exhibere. Solis iis, qui apostolicam doctrinam tuebantur, bellum inferre nunquam destitit. Itaque quam diu ille imperium tenuit, & in aris incendebantur thura, & libamenta ac sacrificia simulachris suis offerebant pagani, & publicas epulas in foro celebrabant. Et Bacchi sacris initiati, cum caprinis pellibus cursitabant, canes discerpentes, furentesque & bacchantes, & alia peragentes, quibus magistri ipsorum festus dies indicatur. Quæ omnia cum fieri reperisset fidelissimus imperator Theodosius, funditus sustulit, & perpetua obliuione texit. Primus ergo inter alios Episcopos Marcellus, vir vndequaque præstantissimus, legis illius præsidio munitus, vrbis, quam regendam susceperat, fana destruxit, fiducia magis in Deum, quam hominum opera ad eam rem vsus.* Vix tamen in dubio ponendum esse censet SAM. BASNAGE *in annal. eccles. ad ann. 333. §. 5.* quin ipsa numinum fana euerti iusserit, quod testimonio EVNAPII confirmat, & præterea pluribus aliis documentis illustrat GODOFREDVS *in commentar. ad l. 2. Cod. Theod. de pagan.*

Post Constantinum maiori cum feruore sacra gentilium euersa sunt.

§. VI. Imperatores, qui CONSTANTINO successerunt, maiori feruore rem aggressi sunt ad eradicandam superstitionem gentilium. Nam *A. 341.* CONSTANS hanc tulit legem: *Cesset superstitio: sacrificiorum aboleatur insania. Nam quicunque contra legem diui principis parentis nostri, & hanc nostræ mansuetudinis iussionem ausus fuerit sacrificia celebrare, competens in eum vindicta & præsens sententia exeratur.* Vid. *l. 2. cod. Theod. de pagan.* Imprimis vero in templis gentilibus *vrbium* euertendis occupatus fuit. Extra oppida & ciuitates in *agris*, in *itinere*, in quibus templa frequentissima erant, ea dirui

Saluis sacris in agris.

Digitized by Google

rui prohibuit in *l. 3. cod. Theod. de pagan.* aiens: *Quamquam omnis ſuperſtitio penitus eruenda ſit, tamen volumus, vt ædes templorum, quæ extra muros ſunt poſitæ, intactæ incorruptæque conſiſtant. Nam cum ex nonnullis vel ludorum vel circenſium, vel agonum origo fuerit exorta, non conuenit ea conuelli, ex quibus populo Romano præbeatur priſcarum ſolennitas voluptatum.* Anno 353. CONSTANTIVS (non CONSTANTINVS, vt *vulgata lectio in l. 1. C. de pagan.* habet, obſeruante GODOFREDO *ad l. 4. cod. Theodoſ. de pagan.*) paulo generalius omnem cultum idololatricum funditus delere atque tollere curauit his verbis: *Placuit omnibus locis atque vrbibus vniuerſis claudi protinus templa, & acceſſu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere. Quod ſi aliquid forte huiusmodi perpetrauerint, gladio vltore ſternantur. facultates etiam peremti fiſco decernimus vindicari, & ſimiliter puniri rectores prouinciarum, ſi facinora vindicare neglexerunt.* Eodem anno quoque *ſacrificia nocturna* aboleri curauit, iuxta *l. 5. C. Theodoſ. de pagan.* imo anno ſequenti *pœnam capitis* conſtituit in eos, qui conuicti fuerint operam ſacrificiis dare, vel colere ſimulachra, iuxta *l. 6. C. Theodoſ. de pagan.* His legibus tamen ſuperſtitio gentilium prorſus ſiſti non potuit, maxime cum in *agris* non omnino cultus gentilium ceſſaret, & hinc inde hi diis ſupplicarent, vt de IVLIANO teſtatur AMMIAN. MARCELLINVS *lib. XVI. c. 6.*

§. VII. Inde forſan occaſio nata eſt, gentilibus nomen *paganorum* tribuendi, quod in *agris* pagani in retinendis ritibus gentilium obſtinatiſſimi fuerunt, obſeruante FLEVRIO *tom. III. hiſtor. eccleſ. p. 367.* Non antiquam, ſed recentiorem eam vocis ſignificationem eſſe, fatetur SAM. PITISCVS *in lexico antiquit. Romanar. voce paganus*, confirmatque GODOFREDVS *in not. ad tit. Cod. Theod. de pagan.* oſtendens, ſub chriſtianis imperatoribus appellationem hanc *paganorum* demum cœpiſſe, eiusque nominis initia in A. 365. incidere. Qua re patres morem anteceſſorum, gentiles *infideles* vocantium, repudiauerint, & cur nomen *paganorum* ei prætulerint, disquirit etiam CONR. RITTERHVS. *in commentar. ad Saluian. lib. VI. de gubern. Dei.* Ipſe MATTHIAE BERGII ſententiam recenſet, exiſtimantis in relinquendo nomine *infidelium* id videri ſecutos patres, quod atrocioris eſt in latina lingua ſignificationis nomen *infidelium.* *Quocirca*, pergit, *poterant ab illius vſu chriſtianos apud imperatores traduci ceu maledici, criminatores magiſtratuum, & aliorum omnium, qui non eſſent*

Inde gentiles dicti pagani.

Variæ de hac appellatione ſententiæ examinantur.

Digitized by Google

sent ex ipsorum cœtu, cum illos vocarent infideles, velut iniuria ciuili eos afficientes. Quod autem paganos eosdem dixerunt, ideo factum puto, quia illud vocabulum mitius erat Romanis auribus, certe scelere carebat ciuili: neque proinde magnopere offendi poterant viri politici non christiani, cum sic a christianis vocabantur, quasi a militia Christi alieni, & eam defugientes. Tolerari hæc sententia posset, si constaret, sub *imperatoribus gentilibus* christianos hoc nomen iam vsurpasse, quod antiquitati repugnat. Præterea admodum improbabile est, *paganos* in *sensu ciuili* eos ideo dictos fuisse, quod a *militia christianorum sacra* alieni essent. Equidem negari nequit, eos, qui non militabant, *paganos* Romanis dictos fuisse: ast religionis certæ culturam in *sensu ciuili* eo tempore quoque *militiam* dictam fuisse, non constat; aliquin etiam gentiles eodem sensu christianos *paganos* appellare potuissent. Aliorum opiniones varias recenset GODOFREDVS *cit. loc.* quas hinc non regustabo. Verior ergo sine dubio ratio appellationis desumenda est a *sacris paganalibus*, quæ circa hæc tempora in *pagis & ruri* adhuc durabant, sacrificiis per vrbes iam iam fere deletis. De instituto horum sacrorum DIONYS. HALICARNASSEVS *lib. IV.* hæc refert: *Vt etiam rusticanæ multitudinis facilius iniri posset numerus, per singulos pagos aras iussit Seruius Tullius dedicari diis tutelaribus, quotannisque ibi conuentum fieri, & sacrificium, festum hoc cumprimis religiosum constituens vocatum* PAGANALIA, *simulque eorum sacrorum ritus, qui nunc quoque seruantur, conscripsit. Ad id sacrificium eumque conuentum omnes paganos iussit in singula capita conferre certum numismatis genus, sed aliud viros, aliud mulieres, aliud puberes: quibus connumeratis per sacrorum præsides apparebat hominum numerus per ætates ac sexus distinctus.* Hæc ipsa relicta erant gentilibus constitutione CONSTANTIS, vt *supra* obseruaui, & pro his conseruandis admodum solliciti fuerunt, vt vel *ex* LIBANII *oratione*, quam *pro templis* habuit, & a GODOFREDO edita est, liquet. Quia itaque aliquamdiu gentilibus *pagorum superstitio* relicta fuit, inde *pagani* dicti sunt, & ipsa religio gentilium *paganæ superstitionis* nomen accepit. Vid. *l. 20. Cod. Theod. de pagan.*

Sub Iuliano infidelium religio respirare cœpit.

§. IIX. Non diu hæc christianorum pax & tranquillitas steterit. IVLIANVS ad imperium admotus studium persequendi iudæos & gentiles omnibus modis impediuit, atque id vnice egit, vt fana euersa gentilium reficerentur, & publica sacra gentilia in omnibus imperii partibus reuocarentur, christiani vero variis subiicerentur persecutio-

Digitized by Google

curionibus, quos adeo odio habebat, vt *iudæos* maiore fauore dignos putaret. Iudæi & gentiles inde ferociores facti par pari christianis referre omni nitebantur ope, templa eorum incendebant, sacra turbabant, & quouis modo eos affligebant. AMBROSIVS *ep. 28. ad* THEODOSSIVM scribens, illius temporis mala ita depingit: *At certe si iure gentium agerem, dicerem, quantas ecclesiæ basilicas iudæi tempore imperii Iuliani incenderint! duas Damasci, quarum vna vix reparata est, sed ecclesiæ non synagogæ impendiis; altera basilica informibus horret ruinis. Incensæ sunt basilicæ Gazis, Ascalone, Berythi, & illis fere locis omnibus, & vindictas nemo quæsiuit. Incensa est basilica & Alexandriæ a gentilibus & a iudæis, quæ sola præstabat ceteris.* Gentiles rursus christianis obiiciebant, quod, florentibus rebus, dissentientes opprimere & quauis ratione vexare studuerint. Negat id ipsum GREGORIVS NAZIANZENVS *in orat. III.* sed vix negare id potuit. Ait equidem; *Nos quibus dam temporibus potentia floruimus, vos etiam quibusdam. Quid tandem simile vestri a christianis perpessi sunt, qualia sæpe numero christiani a vobis pertulerunt? Quam libertatem vobis eripuimus, in quos plebem furentem concitauimus? in quos præsides, plura etiam quam ipsis imperatum esset, exequentes? quibus vitæ periculum creauimus? imo quosnam præturis, aliisue honoribus, qui præstantissimis quibusque viris debentur, submouimus? atque vt summatim dicam, eccui aliquid simile intulimus, qualia multa a vobis patrata partim denunciata sunt?* In *re ipsa* forsan non erat differentia, sed in *modo* tantummodo; neque enim ad eum gradum *furoris* & *sæuitiæ* christiani, florentibus rebus, peruenerant, quo pagani sæuiebant, prout etiam obseruat CLERICVS *dans la biblioth. vniuers. tom. VIII. p. 44.* Interim miror, GREGORIVM, libertatem gentilibus fuisse ademtam, negare potuisse, cum tamen sub *pœna mortis* sacrificia iis essent interdicta. Sane vel ex GREGORII inuectiuis liquet, insigni audacia episcopos cum imperatoribus egisse, quibus tamen, vtut tyrannis, veneratio summa debebatur, cuius prorsus GREGORIVS immemor est. Adeo atris coloribus IVLIANVM depingit, vt causæ christianorum oppressæ parum profuerit. Pro more magnopere BARONIVS *ad ann. 363. n. 77. sqq.* extollit hanc fandi libertatem in GREGORIO, qua se *horrendo monstro*, vt ait, opposuit, quod quo consilio dixerit, facile quilibet animaduertit.

Et infideles christianis par pari retulere.

Vbi notabilis Gregorii inuectiua in Iulianum.

Digitized by Google

Mortuo Iuliano Christiani animos sumsere,

§. IX. Dedit vero mox Deus his quoque christianorum malis finem. Sublato e medio IVLIANO, christiani rursus animos sumserunt & opus, quod ante IVLIANI imperium inchoauerant, exædificare laborarunt. Ipse GREGORIVS Nazianzenus facile intellexit, mortem IVLIANI gentilium sacris interitum allaturam esse. Inde in *orat. IV.* miserum ethnicorum statum deflet, simulque exhortatur christianos, vt *lenitate maiori* eos tractent, nec fortuna sua prospera abutentes id gentilibus mali inferant, quod in gentilibus reprobarunt, quod monitum admodum sanum piumque erat. Nihilominus tamen in sinu gaudet, quod iam statuæ deorum tanto cum feruore euersæ fuerint, quibus ante paucos dies cultus sacer adhuc præstitus. De hac metamorphosi CLERICVS *in*

Et rursus sacris gentilium vis illata.

biblioth. vniuers. tom. XVIII. p. 54. prudenter ita iudicat: *Mais ceux, qui demeuroient dans le paganisme, etoient sans doute extrememement choquez de la maniere, dont on traitoit les statues de leurs Dieux, & ne pouvoient regarder les Chretiens, comme des gens moderez. Car enfin ces statuës leur étoiént aussi cheres; que ce que les Chretiens ont de plus sacre. D' allieurs ceux qui changoient de religion, comme d' Empereur, & qui devenoint si subitement ennemis des Dieux, qu'ils auoient adorez toute leur vie, devoient étre fort suspects.* Vt vt vero IOVIANVS audaciam iudæorum paululum repressérit, morte tamen eius mox secuta, facies rerum rursus mutata, & sub VALENTE *libertas religionum* plene restituta, & VALENTINIANO confirmata. *Testes sunt leges*, ait in *l. 9. C. Theodos. de malef. & mathem., a me in exordio imperii mei datæ, quibus vnicuique, quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est.* AMMIANVS MARCELLINVS *lib. XXX. c. 30.* id ipsum confirmat his verbis: *hoc moderamine principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit, nec quemquam inquietauit, neque vt hoc coleretur, imperauit, aut illud: nec interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id, quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, vt reperit.* Idem confirmant verba THEODORETI §. VII. adducta, que illustrat ANTON van DALE *de oracul. diss. II. c. 6. p. 528.* ostenditque, VALENTINIANVM aut *voluntate* aut *potestate* defectum, aut *metu rationibusue* aliis *politicis* deterritum, non eo fuisse profectum, vt cum aliquo vigore *publicum ethnicorum* oppresserit *cultum.* Sed tandem etiam ipsemet imperator, ecclesiasticorum suggestionibus superatus, oppressioni gentilium studere cœpit, de quo adferam iudicium CLERICI *tom. XI. biblioth. choiss. p. 258.*

Sed impetus hic paululum sub Valentino sedatus.

Quamuis hæc pax gentilibus parum profuerit.

Si

Digitized by Google

Si ce bon Empereur ne continua pas ſur ce pied là, iusqu' a la fin, ce fut aparemment par les importunitez des Eccleſiaſtiques; qui vivant des certaines opinions des peuples, & s' entetant de faire regner leur ſeuls ſentimens, ne pouvoint ſuffrir, que l' on traitat humainement ceux, qui étoient d' une autre religion; & importunoient ſi fort les empereurs, qu' enfin il falloit perſecuter les Payens & les heretiques, pour auoir quelque repos. C' eſt a dire, qu' il falloit desbonorer la religion Chretienne, pour contenter ceux, qui pretendoient eu être les uniques ſoutiens.

§. X. In *occidente* eodem tempore GRATIANVS in fanis paganorum diruendis ſedulam operam rurſus dedit, & imprimis GRACCHVS præfectus vrbi, qui *anno 376.* fana profana deſtruxit, eo nomine laudatus ab HIERONYMO *in epiſt. VII. ad Lætam: ante annos paucos propinquus veſter Gracchus nobilitatem patriciam ſonans nomine cum præfecturam gereret vrbanam, nonne ſpecum Mithræ & omnia portentuoſa ſimulacra, quibus Lorax, Niphus, Miles, Leo, Perſes, Helias, Bromius Pator initiantur, ſubuertit, fregit, exuſſit, & his quaſi obſidibus ante præmiſſis impetrauit baptiſmum.* De hoc facto ita canit PRVDENTIVS *lib. I. adverſ. Symmachum:*

In occidente Gratianus cultum gentilium euertere ſtuduit.

Iam quid poplicolcas percurram carmine Gracchos
Iure poteſtatis fultos, & in arce Senatus
Præcipuus ſimulachra Deum iuſſiſſe reuelli.

Hæc bella domeſtica cum gentilibus quotidie aucta, res eorum adeo attriuere, vt tandem ſuccumbere debuerint, & in *abiectiſſimum ſtatum* deducti fuerint.

§. XI. Videlicet non tantum *autoritate publica* ſacra paganica ſunt prohibita, & templa paſſim euerſa, ſed, quod intolerabilius fuit, plebis audacia, monachorum vt plurimum inſtinctu, in tantum proceſſit, vt paganorum templa impune delerent, & ſynagogas iudæorum incenderent, bellum quaſi quotidianum cum infidelibus intuitu ſacrorum gerentes. Ipſe HIERONYMVS *in præfat. lib. II. commentar. in epiſt. ad Galat.* memorat, magno populi impetu idolorum templa quati conſueuiſſe. Ad hunc impetum præcauendum coacti ſunt gentiles, ingenti ſoluta pecunia, *cuſtodiam ipſorum chriſtianorum* redimere, eamque templis ſuis apponere, quod tamen, ne in poſterum fieret, VALENTINIANVS & VALENS lege lata cauerunt: *Quisquis ſeu iudex ſeu apparitor ad cuſtodiam templorum homines chriſtianæ religionis appoſuerit, ſciat non ſaluti ſuæ, non fortunis eſſe parcendum.* Vid BARONIVS *in annal. ad ann. 365. n. 42.*

Populus priuato auſu contra Synagogas & templa gentilium ſæuit.

Digitized by Google

Adhuc ſub Theodoſio M.

Hac de cauſa plebs ferocior facta ab impetu in templa gentilium faciendo non deſtitit. Ipſe quidem THEODOSIVS M. teſte ZOSIMO *lib. V. hiſtor.* in vrbe templa deſtrui non mandauit, ſed tantum ad *ſacrificia publica* publicos ſumtus denegauit, & ita *per indirectum* cultum idololatricum in *vrbe* imminuit, vt plenius van DALE *cit. l. p. 534.* declarat, & ſubinde idem de *Aegypti* ſatis *p. 538.* docet.

§. XII. Plebis audacia furorque in *templa & ſacra gentilium* longe atrocior fuit. Hæc per prouincias *orientis* in vrbibus nonnullis, & per *agros* potiſſimum, *templa magnificentiſſima, non vllo quidem imperatoris* mandato, *verum* monachorum *tantum zelo, commuentibus ad hæc, imo conſentientibus epiſcopis*, vt ait GODOFREDVS mox citandus ſolo æquauit. Igitur LIBANIVS gentilis & orator Antiochenus, hac templorum ſtrage excitatus, ad THEODOSIVM imperatorem *orationem pro templis gentil. non exſcindendis* a IAC. GODOFREDO *anno 1634.* primum editam, habuit, *oſtenſurus in ſummam, perſuaſurusque, templa gentilium diu ni non oportere*, vt GODOFREDVS *in argumento orationis* oſtendit. Inter alia *p. 10.* & *11.* de monachorum auſu ita loquitur LIBANIVS: *Tu igitur neque templa occludi, neque vllum aditu arceri iuſſiſti, neque ignem, neque turificationem, neque alios fumigationum honores templis arisque eieciſti. Atenim pullati bi, pluraque elephantis comedentes, negotium vero faceſſentes multitudine potus his, qui in cantus vicem iis potus mittunt, occultantes vero hæc pallore, per artem ipſis quæſito, manente, o Imperator, atque obtinente lege tua, currunt ad templa, ligna ferentes & lapides & ferrum: pars vero ſine his, manus, & pedes: inde Myſorum præda, deiectis tectis, dirutis muris, deturbatis ſimulacris, exciſis aris: Sacerdotes vero vel tacere oportet, vel mori: primisque deiectis, curritur ad ſecunda tertiaque & tropæa tropæis legi aduerſa cumulantur. Idque patratur quidem etiam in vrbibus, vt plurimum vero in agris, multique in ſingulis hoſtes: poſt innumera vero mala diſperſi bi rurſum colliguntur, rationemque factorum inuicem depoſcunt, pudorique eſt, niſi maxima mala quis patrarit.* Porro *p. 12.* damnum oſtendit, quod templis ruricolarum bellum inferant, & *pag. 14.* ita pergit: *Enimuero quid hoc aliud eſt, quam in pace bello agricolas infeſtare? Neque enim damna ideo minora ipſis exiſtunt, quod malo afficiantur a domeſticis: niſi quod & grauius eſt, quos iure rebus turbidis auxiliares habere debebant, ab bis pacatis rebus ea pati, quæ diximus. Atenim, o Imperator, cum hoſtile aliquid tibi innoteſcit, militem colligis, armaque paras, & cum ducibus conſilium confers, & bos quidem emittis, quo-*

Quod ex Libanii oratione pro templis habita illuſtratur.

Digitized by Google

quibus necesse est, his vero rescribis ad ea, de quibus consulunt. Hæc vero noua mœnia, æstiuique labores, quid sibi volunt hæc omnia, & quonam spectant? & quid conducunt vrbibus agrisque? Securam videlicet vti ducant vitam, altumque dormiant, neque bellico tumultu turbentur, verum vti bene norint omnes, quod si quis forte irruat, accepto potius damno, quam illata iniuria discessurus sit. Cum igitur tua extrinsecus bella cessent, quomodo quidam sub te positi in alios sub te constitutos seruitur, communibus bonis eos frui haud sinentes? Quomodo non tuam prouidentiam & curas & labores iniuria afficiunt, o Imperator? quomodo non & per ea, quæ faciunt, tuæ quoque voluntati bellum inferunt? In sequentibus respondet ad obiectiones monachorum & plebis christianæ, easque diluere intendit; præterea *pag. 30.* rursus exaggerat audaciam plebis, inquiens: *Verum ad hos redeo, iniustitiæ eorum probationem ex dictis nunc facturus. Age, quare dicitis magnum hoc templum destructum? non quia ita Imperatori visum: recte: non igitur destruentes, iniuria fecerunt, faciendo, quæ imperatori non probantur: & quisquis facit, quæ imperatori visa non sunt, non is peccat? Nonne? Vos vero hi estis quibus nil tale dicere licet proiis, quæ feciſtis. Dic mihi, quare hoc Fortunæ templum saluum est & Iouis, & Mineruæ, & Bacchi? An quia volebatis hæc manere? non: sed quia nullus in ea ius vobis dedit, quod tamen vobis sumsistis circa ea, quæ excidistis. Quomodo igitur non pœnæ obnoxii sitis? aut quomodo quæ feciſtis, iure facta dicitis, cum ea, quæ passa sunt, nihil admiserint? Quod vtique speciem aliquam haberet, si Tu Imperator edixisses: nemo sub me constitutus Deos putet, neque colat, neque quidquam ab his boni postulet, neque sibi, neque liberis, nisi clam & latenter; omnes vero sistant se eo loci, quem ipse colo, & pergant communicaturi iis, quæ ibi fiunt, easdemque preces, quas illi faciant, & caput suum submittant eius manui, qui turbam temperat, inobedientem vero mori omnino continget. Hæc quidem edicere tibi procliue erat, ad non edixisti, neque hanc in partem* HOMINVM ANIMIS IVGVM IMPOSVISTI: *enimuero illud quidem isto melius existimas, at non ideo istud impium, quodque iure multetur. Sed neque tales (homines) ab honoribus submouisti, quin & magistratus contuliſti, & conuiuas feciſti. Idque & multoties antea feciſti, & nunc præter alios tibi sociasti, (conducere id Imperio censens) virum per Deos iurantem, tum apud alios, tum apud te quoque, neque succenses, neque iniuria affici huiusmodi iure iurando putas, neque omnino malum esse, meliores spes in Diis habentem. Cum igitur Tu nos non abigas, quemadmodum neque ille, qui Persas armis*

Digitized by Google

fugauit, quomodo ſubditos aliter hanc in partem, quam ipſi ſentientes fugant iſti? quo iure irruptiones has faciunt? qua ratione aliena contrectant, cum ira agrorum? Quomodo haec quidem deſtruunt, illa vero, tollentes auferunt: iniuriae factorum & hanc iniuriam addentes, quod factis glorientur? Nos quidem, o Imperator haec & laudante & probante te feremus: oſtendemusque, etſi non ſine dolore, obſequi nos edoctos. Si vero neque tu poteſtatem feceris, hi vero audebunt vel in regulas noſtras, vel in moenia inſurgere, noris, agrorum dominos & ſibi & legi opitulaturos.

Ipſe Chryſoſtomus quoque in extirpandis ſacris gentilium occupatus fuit.

§. XIII. Singularis quoque CHRYSOSTOMI ſolicitudo pro cultu ethnicorum extirpando fuit, adeo, vt ad templa eorum diruenda manum adiutricem attuliſſe dicatur. Laudat eius certamina magnopere BARONIVS *in annal. ad ann. 386. n. 54.* ex actis eius antiquitus ſcriptis: *Liceat videre in vniuerſa regione ciuitatis, domos quidem oratorias Deo excitari, templa autem ſimulacrorum, ſi quae remanſerant, diruta funditus in terram proſterni.* Poſt pauca haec adduntur *n. 55: Quae autam in Caſio monte in templo, quod illic erat gentilium (& quidem celeberrimum, ore ſcriptorum pene omnium celebratum templum Iouis Caſii) ab illo viro facta ſunt: quis eſt adeo inuidus, aut negligens, aut deſes, vt ea ſuſtineat praetermittere? Quo in loco cum tantus error prius eſſet diffuſus, & multitudo quidem aſſidue veniret innumerabilis, fieret autem immenſum animalium ſacrificium propter cultum, prob dolor, daemonum: perierunt illa omnia & extincta ſunt zelo illius magnae, & quae a Deo monebatur, animae. Neque haec ſunt digna, quae mandentur ſilentio, quae facta ſunt in faſtigio ciuitatis in templo Veneris, & quod non ſolum ſtuduerit, vt id dirueretur, ſed etiam vt in eo loco viri ſancti habitarent, terribiles iis, qui eo ſubibant daemonibus: adeo vt illi quidem procul expulſi fuerint, tanquam armis quibusdam terribilibus intentatis eorum virorum precibus; homines autem, qui circum circa habitabant, non ſolum a laeſione illorum liberarentur, ſed etiam maximam acciperent vtilitatem, cum poſſent verſari cum monachis; qui perfecti erant in Dei timore. Illius mentis & ſtudii etiam eſt opus profani templi deſtructio, quod fuit in arce Beli, & ad ſolum vsque facta eius demolitio.*

Nec minor Ambroſii zelus in ſynagogis iudaeorum euertendis.

§. XIV. Nec minor AMBROSII zelus in *ſynagogis iudaeorum euertendis* erat, quod vel exuſtio ſynagogae ad ſuggeſtionem cuiusdam epiſcopi, cuius *defenſionem* ſuſcepit, demonſtrat. Equidem, vt PAVLINVS *in vita Ambroſii* refert, THEODOSIVS, relatione de hoc incendio

Digitized by Google

cendio ad ſe facti, præceperat, vt ſynagoga ab epiſcopo reædificaretur; verum AMBROSIVS, re ad ſe delata, epiſtola ad Imperatorem data interceſſit, ne tale quid fieret. Magna ſane audacia, ne quid amplius dicam, ad Imperatorem ſcribit, factumque quouis modo in *epiſt. 29.* non tantum approbat, ſed etiam laudat, imo libertatem, qua vtitur, admodum neceſſariam eſſe docet. Poſt hæc pergit: CAVSAM *ergo* DEI *tacebo? Quid igitur ſit, quod metuam, conſideremus. Relatum eſt a Comite orientis militarium partium, incenſam eſſe ſynagogam; idque auctore factum epiſcopo. Iuſſiſti vindicari in cæteros, ſynagogam; ab ipſo ædificari epiſcopo. Non aſtruo, expectandam fuiſſe aſſertionem epiſcopi: Sacerdotes enim turbarum moderatores ſunt, ſtudioſi pacis, niſi cum & ipſi mouentur iniuria Dei, aut eccleſiæ contumelia. Sit aliquis ipſe epiſcopus feruentior in exuſtione ſynagogæ, timidior in iudicio: Non vereris, Imperator, ne acquieſcat ſententiæ tuæ, ne prævaricetur non times? Non etiam vereris, quod futurum eſt, ne verbis reſiſtat Comiti tuo? neceſſe erit igitur, vt aut prævaricatorem, aut martyrem faciat: vtrumque alienum temporibus tuis, vtrumque perſecutionis inſtar, ſi aut prævaricari cogatur, aut ſubire martyrium. Vides quo inclinet cauſæ exitus. Si fortem epiſcopum putas, caueto martyrium fortioris: ſi inconſtantem, declina lapſum fragilioris: plus enim adſtringitur, qui labi infirmum coegerit. Hac poſita conditione, puto dicturum epiſcopum, quod ipſe ignes ſparſerit, turbas compulerit, populos concluſerit, ne amittat occaſionem martyrii, & pro imualidis ſubiiciat validiorem. O beatum mendacium, quo acquiritur ſibi aliorum abſolutio ſui gratia.* Vt vero eo magis omnem culpam ab epiſcopo, cuius autoritate hæc incenſio facta erat, remoueret, hæc addit; *Hoc eſt, Imperator, quod poposci & ego, vt in me magis vindicares, & hoc ſi crimen putares, mihi adſcriberes. Quid mandas in abſentes iudicium? habes præſentem, habes confitentem reum. Proclamo, quod ego ſynagogam incenderim: certe quod ego illis mandauerim, ne eſſet locus, in quo Chriſtus negaretur. Si obiiciatur mihi, cur hic non incenderim? diuino iam cremari cæpit iudicio: meum ceſſauit opus. Et ſi verum quæritur, ideo ſegnior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerem, quod nullo vltore ſine præmio foret? Tangunt hæc verecundiam, ſed non reuocant gratiam, ne fiat opus, quo Dei ſummi contrahatur offenſio. Eſto tamen, nemo epiſcoporum ad hoc munus conueniat. Rogaui enim clementiam tuam, & licet ipſe hoc reuocatum adhuc non legerim, reuocatum tamen conſtituamus. Quid ſi alii timidiores, dum mortem reformidant, offe-*

Adeo vt etiam verecundiam erga imperatorem depoſuiſſe videatur.

Digitized by Google

offerant, vt de ſuis facultatibus reparetur ſynagoga? aut comes vbi hoc comperit primo conſtitutum, ipſe de chriſtianorum cenſu exædificari iubeat. Habebis, imperator, comitem præuaritorem, & huic vexilla committes victricia, huic labarum, hoc eſt Chriſti ſacratum nomine, qui ſynagogam inſtauret, quæ Chriſtum neſciat? Iube labarum ſynagogæ inferri; videamus ſi non reſiſtunt. Erit igitur locus iudæorum perfidiæ, factus de exuuiis eccleſiæ: & patrimonium, quod fauore Chriſti acquiſitum eſt chriſtianis, hoc transfertur ad donaria perfidorum? Legimus: templa idolis antiquitus condita de manubiis Cimbrorum, de ſpoliis reliquorum hoſtium. Hunc titulum iudæi in fronte ſynagogæ ſuæ ſcribent: Templum impietatis factum de manubiis Chriſtianorum. conf. BASNAGE *dans l'hiſtoire des juifs lib. VIII. c. 5. §. 16. & ſeqq.* vbi de impeſtiuo AMBROSII calore eleganis fert iudicium.

Iudicium de populi violentia erga infideles.

§. XV. Generatim de populi violentia, qua ergo iudæos vſi ſunt, ita iudicat prælaudatus BASNAGE *cit. l. c. 6. §. 3. p. 196. ſeqq. Ceux qui profeſſent la religion regnante, ſe croient tout permis. Ils ſe perſuadent, qu'ils ſignalent leur Zele à proportion des violences qu'ils exercent, & dans cette penſée ils ne donnent point des bornes à leur paſſion. Il eſt toujours de la prudence des Rois, de reprimer ces excés, & de nourir la tranquillité publique en puniſſant un Zele cruel. Mais, on ne le fait pas ſouvent, & ceux, qui convaincus de la neceſſité de le faire, l'entrepennent, n'y reüiſſent pas toujours. Ils rendent ſouvent leur religion ſuſpecte; ils s'expoſent aux railleries des peuples; ils attirent la haine des pretres, & les ſoulevent contre eux. Cependant, vn Prince ne doit point ſe laiſſer entrainer à des mouvemens fougueux, ni ſe mettre à la téte d'vn peuple, qui ne reſpire que la ſedition. Mais, où ſont ceux, qui aient cet amour pour la iuſtice? Les Chétiens, ſous l'empire de Theodoſe, abbattirent les ſynagogues, ſans en avoir d'autre vaiſon, que la haine, dont ils etoient animez contre cette religion. Vn particulier ſe trouvoit offenſce par vn juif. Il faiſoit auſſitot entrer la populace dans ſes interets. On couroit en foule à la ſynagogue, & on la mettoit en feu. On le fit pluſieurs fois dans la Macedoine, & l'Empereur fut obligé de repræſenter à ſes ſujets, qu'il n'etoit pas permis à des particuliers, de ſe faire iuſtice, qu'il y avoit des tribunaux etablis pour écouter leur griefs, & pour iuger de leurs plaintes, & il ordonne aux iuges de ce pais la, d'y tenir la main. Les Eccleſiaſtiques accoutumez à profiter du deſordre, ſe joignoient au peuple. Ceux d'Antio-*

Digitized by Google

Antioche, ou les juifs étoient nombreux & riches, pillerent la Synagogue, & consacrerent à Dieu & à l'eglise ce qu'on avoit pillé. On croyoit sanctifier le vol, en donnant à Dieu, ce que le particulier n'auroit osé s'approprier, sans s'exposer au supplice. On se plaignoit d'une conduite si scandaleuse & les plaintes étoient si iustes, qu'elles furent appuiées par le Prefet du Pretoire, qui avoit informé du desordre & de raisons, qui l'avoient produit: & Theodose condamna le Clergé a restituer ce qu'il avoit pris; ou la valeur, & ordonna, qu'on leur assignat vn lieu, pour rebatir un temple. L'arret étoit equitable, puisque les juifs vivoient dans l'Empire sur la bonne foy des Edits. Cependant, il ne parut pas à Simeon le Stylite, qui vivoit alors, & qui prit violemment le parti du Clergé & des mutins d'Antioche. Il écrivit si fortement en leur faveur à Theodose, que non seulement il revoqua les ordres, qu'il avoit donnez; mais, il cassa le Prefet du Pretoire, qui lui avoit conseillé de punir les voleurs.

§. XVI. Ex his bellis, quæ templis gentilium inferebantur, *seditiones & motus ciuiles* ortos fuisse, facile coniici potest. Grauis imprimis strages contigit circa *Ann. 391.* in euersione Serapii, nobilis ethnicorum apud Alexandriam templi, quod *teste* SOCRATE *lib. V. cap. 16.* ad instantiam THEOPHILI episcopi, iussu imperatoris, destructum, simulque sacra gentilium publica contumelia exposita sunt. THEOPHILVM hunc auctorem totius tragœdiæ fuisse, docet ZOSIMVS *lib. V. histor.* his verbis: *In hoc quidem tempore, post Ioannis aliorumque reditum, palam infesto in eum animo esse cœpit. Cumque cuncta ex animi libidine gereret, omnium locorum episcopos ad deiiciendum loco suo Ioannem concitat: Inter quos primus & summus erat Alexandrinæ vrbis in Aegypto antistes* THEOPHILVS, *qui primus sacra patriosque ritus æternos oppugnare cœpit.* Seriem totius rei specialius SOCRATES his enarrat verbis: *Hanc potestatem nactus* THEOPHILVS, *nihil prætermisit, quo gentilium mysteria contumelia afficeret. Ac Mithræ quidem Spelæum repurgauit: Serapeum vero subuertit. Et cruenta quidem Mithræ sacra publice spectanda proposuit: Serapidis vero & aliorum deorum mysteria, quam ridicula essent, ostendit, phallos per medium forum sublimes circumferri iubens. Quæ cum fieri cernerent gentiles, qui Alexandriæ degebant, iique præsertim, qui philosophiam profitebantur, dolorem suum comprimere haud quaquam potuerunt: sed tragicis facinoribus, quæ olim perpetrauerant, multa grauiora adiecerunt. Etenim signo dato, omnes simul vno impetu in christianos irruentes, obuium quemque*

Inde seditiones ciuiles ortæ.

que obtruncant: sed & christiani se ipsos defendere cœperunt, malumque malo cumulabatur. Pugna porro eo vsque producta est, quoad cædis satietas finem malo imposuisset. Perierunt autem eo conflictu, ex gentilibus quidem pauci: ex christianis vero quam plurimi. Vulnerati autem ex vtraque parte erant innumerabiles. Exinde ob admissum facinus metus inuasit gentiles, iram principis reformidantes. Nam posteaquam cuncta pro libidine sua patrassent, & furorem suum cædibus exsatiassent, alius alibi se se occultauit. Multi etiam ex vrbe Alexandria profugerunt, per varias ciuitates dispersi. Ex quorum numero fuere Grammatici duo, Helladius & Ammonius: quorum ego admodum adolescens Constantinopoli auditor fui. Et Helladius quidem Iouis; Ammonius vero Simiæ sacerdos esse dicebatur. Malo ad hunc modum sedato, præfectus Alexandriæ, & dux militum Aegypti Theophilo in destruendis templis suppetias tulere. Ac templa quidem disturbata sunt. Statuæ vero in lebetes & in alios ecclesiæ Alexandrinæ vsus conflatæ, cum Imperator Deos gentilium ad sustentandos pauperes ei donauisset. Ceterum Theophilus cum omnes deorum statuas confregisset, vnam illius, quam supra nominauimus, Dei integram seruari ac publice proponi iussit: ne gentiles, vt aiebat, quandoque inficiarentur, huiusmodi se deos coluisse. Quam rem ægre admodum tulisse Ammonium Grammaticum, equidem certo scio. Quippe dicere solebat, graui iniuria affectam esse gentium religionem, quod vnica statua conflata non esset, sed ad religionis ipsorum ludibrium seruaretur. Helladius vero apud quosdam gloriatus est, quod in conflictu sua manu nouem homines interemisset.

Synagogarum euersio variis legibus prohibita.

§. XVI. Equidem anno sequenti 392. ipsem recuperandorum sacrorum a VALENTINIANO gentiles receperant, quem, verba faciente SYMMACHO, adierunt, & hoc deprecatore eum flectere, quamuis frustra, tentarunt, vt ostendit BASNAGE *in annal. eccles. ad cit. ann. n. 1.* Interim tamen quia furor populi tum erga *iudæorum synagogas*, tum *gentilium fana* quotidie maiores sumebat vires, variis legibus violentia hæc reprimi debuit. Nam *anno 393.* constituerunt imperatores, *ne quis sub christianæ religionis nomine illicita quæque præsumeret, & destruere synagogas atque exspoliare conaretur.* vid. *l. 9. C. Theod. de iudæis.* Idem repetitum *ann. 397.* iuxta *l. 12. C. Theod. eod.* constitutumque: *oportere a iudæis irruentum contumeliæ propulsari, eorumque synagogas in quiete solita permanere.* Quia vero ne sic quidem securitati iudæorum satis prospectum fuit, nouis legibus opus fuit. Nam *anno 412.* teste *l. 20. C. Theod. de iud.* idem rursus repeti-

Digitized by Google

petitum eſt, ſpeciatim vero in *l. 21. C. Theod.* (quæ eſt *l. 14. C. repet. præſcr. de iud.*) ita cautum: *Nullus tanquam iudæus, cum ſit innocens, obteratur: nec expoſitum eum ad contumeliam religio qualiscunque perficiat. Non paſſim eorum ſynagogæ, vel habitacula concrementur, vel perperam ſine vlla ratione lædantur, cum alioquin, etiamſi ſit aliquis ſceleribus implicitus, idcirco tamen iudiciorum vigor, iurisque publici tutela videtur in medio conſtituta, ne quisquam ſibi ipſi permittere valeat vltionem. Sed vt in hoc perſonis iudæorum volumus eſſe prouiſum, ita id quoque monendum eſſe cenſemus, ne iudæi forſitan inſoleſcant, elatique ſui ſecuritate quicquam præcipites in chriſtianam reuerentiam vltionis admittant.* Idem reperitur in *l. 25. & 26. C. Theod. de iud.* anno 423. vbi ſimul caſtigatur audacia eorum, qui pleraque inconſulte *ſub prætextu venerandæ chriſtianitatis* admittebant, quod rurſus in *l. 27. cit. tit.* eodem anno confirmatum. Tam graue vero odium erga *infideles* hi, qui *fideles* dici voluerunt, ferebant, vt quouis modo eos violare, grauique iniuria afficere non erubeſcerent. Luculentum hac de re teſtimonium præbent leges contra hos violatores latæ, quorſum pertinet *l. 14. C. de iudæis, & l. 6. C. de pagan.* vbi ita: *Chriſtianis, qui vere ſunt, vel eſſe dicuntur, ſpecialiter demandamus, vt iudæis ac paganis quiete degentibus nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium, non audeant manus inferre RELIGIONIS AVCTORITATE ABVSI. Nam ſi contra ſecuros fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea ſola, quæ abſtulerint, ſed conuicti in duplum, quæ rapuerint, reſtituere compellentur. Rectores etiam prouinciarum, & officia & principales cognoſcant, ſe, ſi non ipſi talia vindicent, ſed fieri a popularibus hæc permiſerint, vt eos, qui fecerint, puniendos.*

Imo & contra iniurias infidelibus illatas legibus opus fuit.

§. XVIII. Liquet ex dictis, imperatores *iudæis* longe indulgentiores fuiſſe quam *paganis*, quippe qui maiora mala, florentibus eorum rebus, iis intulerant. Neque enim ea immunitas fanis gentilium indulta eſt, quam ſynagogæ acceperant, ſed ſacra gentilium tot legibus latis prorſus prohibita ſunt. Oſtendit hoc ipſum ARCADII conſtitutio in *l. 13. C. Theod. de pagan.* anno 395. lata, qua ſtatutum: *nullum ad fanum vel quodlibet templum habere quempiam licentiam accedendi, abominanda ſacrificia celebrandi quolibet loco vel tempore.* IDEM anno 396. in *l. 14. C. Theod. de pagan.* ſacerdotibus gentilibus omnia priuilegia ademit, quod eorum profeſſio per legem eſſet damnata; & quamuis gentiles ex quodam vaticinio crederent, annum 389. chriſtianæ religioni

Iudæis longe indulgentiores fuere imperatores quam paganis

gioni fatalem fore teſte ANTON. PAGI *in critic. ad Baron. annal. ad cit. ann.* ſpes tamen eos feſellit, quin potius ARCADIVS, teſte EODEM *cit. loc. n. 24. & ſeqq.* ad ſuggeſtionem PORPHYRII epiſcopi Gazenſis legem tulit *de templis idololatricis eius ciuitatis claudendis*, & anno ſequenti 399. feſtum gentilium *Maiuma* dictum ſuſtulit in *l. 2. C. Theod. de maiuma*, antea permiſſum *l. vnic. de maiuma.* Solennia & rationem huius feſti tradunt IACOB GODOFREDVS *ad cit. l. 2.* ANTON. PAGI *ad cit. ann. n. 5.* CLERICVS *dans la biblioth. choiſ. tom. VIII. p. 273.* BASNAGE *in annal. eccleſ. ad cit. ann. §. 6.* Eodem anno HONORIVS *in l. 15. C. Theodoſ. de pagan.* reguſtauit quidem antiquas prohibitiones; ſed quia zelus quorundam indiſcretus eo proceſſerat, vt *ſtatuas & ornamenta operum publicorum* ſimul delerent, penitus id ipſum inhibuit, quin etiam in *l. 17. C. Theod.* (quæ eſt *l. 4. C. rep. prælect. de pagan.*) feſtos conuentus ciuium & *conuiuia pagana*, & communem omnium lætitiam permiſit. Equidem patres *concilii Carthaginenſis V. canone V. & VI.* ſeu *canone LX. & LXI. codicis Africani*, ab HONORIO petendum decreuerant, vt talia conuiuia tolerentur, id tamen impetrare haud potuerunt. Imo quamuis ſacrificia gentilibus interdicta fuerint, minime tamen permiſit HONORIVS, vt hoc prætextu ipſa ædificia diruerentur, ceu docet *l. 18. C. Theod. de pagan.* eodem anno lata, vtut nequidem hoc tempore a diruendis templis plebs abſtinuerit. Id forſan hoc conſilio conſtitutum eſt, vt epiſcopi *templa gentilium* in *eccleſias* conuertere poſſent, quod eodem anno factum Carthagine, vbi celeberrimum Deæ cœleſtis fanum chriſtianæ religioni dicatum eſt, teſte PROSPERO *part. III. cap. 38.* Hoc modo chriſtiani *iniuriam*, per tria prima ſecula perpeſſam a gentilibus, vlti ſunt, de quo optime iudicat CLERICVS *tom. VIII. biblioth. choiſ. p. 276. C' eſt ainſi queles Chrétiens continuoient à rendre aux payens ce qu' ils en avoient ſouffert, pendant les trois premiers ſiecles; au lieu des les gagner par la patience, & par la douceur, qu' ils avoient tant prechées, lors qu' ils etoient les plus foibles. Cette conduite etoit propre à rendre les payens plus opiniatres, en leur perſuadant, que les Crétiens n' avoient affecté de parler de moderation & d' humanité, que par interet; & nullement par principe de religion, comme ils le diſoient. Au moins, il eſt certain, qu' ils perdoient par-la le droit de ſe plaindre de maniere, dont les payens les avoient traitez autre fois, & de vanter la douceur de leur religion; qu' ils desbonoroient tout a fait, pars ces perſecution.*

Hoc modo vlti ſunt chriſtiani iniuriam a Paganis accepiam.

§. XIX

Digitized by Google

§. XIX. Continuarunt Christiani bellum infidelibus illatum et iam per seculum V. & paganis adeo graues fuerunt, vt fere funditus eos extirpauerint. Iam *anno 408.* ab ARCADIO, HONORIO, & THEODOSIO de nouo cautum erat, vt ædificia ipsa templorum, quæ *in oppidis*, vel *extra oppida* essent, ad *vsum publicum* vindicarentur, arae omnibus locis destruerentur, nec quicquam solennitatis paganicæ agitaretur. *Vid. l. 19. C. Theod. de pagan.* Denuo anno 415. sanctio hæc repetita & magis aucta est, simulque *sacerdotibus paganicis* iniunctum, vt de metropolitanis ciuitatibus discederent, ne forte lapis offensionis Christianis fierent. Vid. *l. C. Theod. eod. tit.* Hoc ipso vires eorum adeo attritæ sunt, vt *publico* fere *contemtui* essent expositi, & *macula* quadam notati. Ante hæc tempora gentiles a CONSTANTINI M. temporibus ad militiam, & summas imperii palatiique dignitates admissi fuerunt; verum hoc seculo, maxime sub THEODOSIO iuniore, ii, qui *catholicæ sectæ inimici* dicti, anno 408. intra palatium militare prohibiti sunt in *l. 42. C. Theod. de hæretic.* Anno 416. extensa hæc constitutio, *vt qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, administratoris, vel iudicis honore decorari minime deberent.* Hoc ipsum adeo statum paganorum imminuit, vt THEODOSIVS iunior an. 423. *in l. 2. C. Theod. de pagan.* crediderit, nullos amplius supereſſe paganos, de quo etiam in *l. 23. cit. loc.* quodammodo dubitauit; id quod tamen, meo iudicio, tantum accipiendum de imminuto paganorum numero; adhuc enim gentiles superfuisse & fana, templa, delubra possedisse, quamuis forsan in occulto, liquet ex *l. 25. C. Theodos. de pagan.* quæ *anno 446.* lata. Hac lege, quod notandum, quoque cautum est, vt templa gentilium, *collocatione venerandæ christianæ religionis signi*, expiarentur, vt hac præcedente expiatione eo facilius in ecclesias Christianorum mutari possent. Ceterum multæ fuere causæ, ob quas paganorum religio, tot licet legibus latis, vno quasi impetu extingui haud potuerit. *Maximum sustentaculum*, ait ANTON. van DALE *de oracul. diss. II. c. VI. p. 549. huius praue religionis publicique ipsius cultus erant magnates & proceres Romani imperii, tam in oriente, quam in occidente, vt quibus subnixi ceteri audacius peragebant sua sacra, inque exemplo maiorum firmiter inhærebant*, id quod plenius in *sqq.* declarat illustratque.

Seculo V. persecutio erga paganos continuata est.

Vt fere gentiles macula notati fuerint.

§. XX. Varia quoque per hoc seculum *iudæorum* fortuna fuit, postquam *odia* inter hos & Christianos magis magisque accenderentur. Longum foret ire per singula horum motuum capita, cum vel vni-

Varia iudæorum fortuna per seculum V.

Seditio Alexandrina.

vnicum exemplum *seditionis Alexandrinæ* sufficere possit, ob quam fere *centum millia iudæorum* ex hac vrbe pulsi sunt. Totam rei seriem plenius enarrat SOCRATES *lib. VII. c. 13. & 14.* Multus in hac pugna CYRILLVS episcopus fuit, qui cum ingenti multitudine ad synagogas iudæorum profectus eas illis ademit, iudæosque vrbe discedere coegit. Permoleste hoc tulit ORESTES Alexandriæ præfectus, adeo vt inter ipsum & CYRILLVM nouum bellum ciuile oriretur, monachis causam CYRILLI agentibus, populo vero Alexandrino præfecto suo opem ferente. In hac pugna virtus vel potius *ferocitas monachorum* maxime emicuit, qui duplici causa præfecto insultarunt: (I) quod iudæorum expulsionem improbasset, violentiamque CYRILLI damnasset: (II) quod eum *paganum* crederent. Hac de causa ad ipsum accedentes *immolatorem* ac *paganum*, θύτην καὶ ἕλληνα eum appellarunt, multisque aliis contumeliis affecerunt, adeo vt ad mala imminentia auertenda exclamare necessum habuerit: *se christianum esse, & Constantinopoli ab Attico episcopo baptizatum.* Monachi huic assertioni parum fidentes, nihilominus impetum in eum fecerunt, & inter illos AMMONIVS iacto lapide ORESTEM in capite percussit, qui deprehensus tormentis publice subiectus est, & tandem sub iis extinctus. CYRILLVS ob hoc egregium facinus *martyrem illum vocari iussit, magnitudinem animi illius multis laudibus in ecclesia persecutus, qui pro pietate certamen subiisset.* Sed audiamus SOCRATEM de hac causa ita iudicantem: *sed qui modestiores erant ex ipsis etiam Christianis, hoc Cyrilli studium erga Ammonium non probarunt. Compertum enim habebant, hunc temeritatis suæ pœnas dedisse, non autem tormentis immortuum esse, dum Christum negare compelleretur.* conf. BASNAGE *dans l' histoire des juifs l. VIII. c. 6. §. 9.* vbi optime mores huius ambitiosi & ad turbas dandas nati episcopi depingit.

Calamitates seculo VI iudæis & samaritis illatæ.

S. XXI. Reliqua si persequi speciatim vellem, in immensum mare me immitterem, recensendo persecutiones & calamitates, quibus *infideles* & inprimis *iudæi* expositi fuerunt. Laconico ergo more vtar, & quasi *per indicem* reliqua enarrabo. Iam inualuerat peruersus mos iudæos *per vim* conuertendi, quod exemplo SEVERI, episcopatum in insula Minorca gerentis, probat BASNAGE *dans l' hist. des juifs. l. VIII. c. 7. §. 14.* Samaritani inprimis odio habiti, prorsus exæquati hæreticis, eisdemque pœnis subiecti. Liquet hoc ex *l. 18. C. de hæret. & Manich. & Samarit.* vbi dicitur: *Soli orthodoxi succedunt ipsis ex testamento, & ab intestato, & legata capiunt. Ceteri autem hæretici*

Digitized by Google

retici, id eſt, qui non ſunt orthodoxi, & Græci, Pagani & Samaritæ non militant, neque vlla dignitate decorantur, neque publicam adipiſcuntur curam, neque docent, neque aduocationibus funguntur. Multa grauiora contra eos conſtituit IVSTINIANVS in *nouell. 129. & 144.* in quibus fere omne *commercium ciuile* ipſis ademtum eſt, quod reliquis quoquè *iudæis* admodum moleſtum fuiſſe facile coniici poteſt. Seculo VII. GREGORIVS in conuertendis gentilibus per Angliam ope AVGVSTINI admodum ſolicitus fuit, & *Aldiberto* regi autor ſuaſorque fuit *lib. IX. epiſt. 60.* vt fanorum ædificia euerteret, & idolorum cultus inſequeretur. Paulo poſt mutata ſententia *lib. IX. epiſt. 71.* cenſuit, fana idolorum in eadem gente minime eſſe deſtruenda, ſed aqua benedicta expianda, *quia*, ait, *ſi fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt, vt a cultu dæmonum in obſequium veri Dei debeant immutari, vt dum gens ipſa eadem fana ſua non videt deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum verum agnoſcens, ac adorans ad templa, quæ conſueuit, familiarius concurrat.* Eodem ſeculo HERACLIVS circa ann. 628. grauiſſimis malis afflixit *iudæos* vnius ob delictum, ſimulque reges Galliæ & Hiſpaniæ induxit, vt cogerent iudæos vel ſolum mutare vel religionem. Equidem in *concilio Toletano IV.* anno 633. habito *canone 57. apud* HARDVINVM *in actis concilior. tom. III. p. 590.* conſtitutum eſt: *nemini iudæorum ad credendum deinde vim inferendam eſſe*, vbi ſimul tacite reprobatur factum *Siſibuti* regis, ſuaſu *Heraclii* iudæos *per vim* ad religionem trahentis. Sed mox ſcena mutata eſt in *concilio Toletano VI.* anno 676. habito, vt liquet ex *canone 3. apud* HARDVINVM *p. 603.* vbi epiſcopi gratias Deo agunt, quod regem ad *perſequendos iudæos* inflammauerit, qua perſecutione infinita mala perpeſſi ſunt. Nec meliora iudæorum fata in Gallia, CHILDERICO iudæos ad fidem chriſtianam exquiſitiſſimis pœnis conuertere ſatagente, vt teſtatur GREGORIVS TVRONENS. *lib. V. hiſt. Francic. cap. 11.* quod tamen nec ipſe GREGORIVS M. approbauit, vt conſtat ex *lib. I. epiſt. 34. 45. & 66.* nec diſſimulat CAROLVS COINTIVS *in annal. Franc. tom. II. ad ann. 591. n. 12. & 13. p. 395.* Si quid mali eueniebat, id ipſum mox iudæis imputabatur, quorſum inter alia pertinet, quod Cæſarem LEONEM ISAVRVM induxerint ad iconoclaſtiam, quod ciuitatem Toloſanam Saracenis, & Burdigalam Normannis prodiderint, & quæ ſunt alia huius generis commenta. Nec tantum per hæc tempora violenta fuit *iudæorum* conuerſio, ſed etiam *gentilium* in Germania. Noto notior eſt methodus conuertendi eos, qua vſus eſt BONIFACIVS, inde

Fata gentilium per ſeculum VII.

& iudæorum

fata gentilium per ſeculum VII. in Germania.

Digitized by Google

de *apoſtolas Germanorum* dictus. Ipſius CAROLI M. bella cum infidelibus idem loquuntur: ſed forſan ipſi religionis chriſtianæ ſtudium tantum prætextum præbuit, vt eo magis potentiam ſuam augere poſſet.

Pontifex ſibi adſeruit dominium in omnes terras gentilium, easque in alios transferre conatus eſt. Rationes huius prætenſi iuris.

§. XXII. Et quis ignorat pontificis Romani decreta, quibus poſt hæc tempora ſibi dominium in quascunque *infidelium* terras adſcripſit, easque illis adiudicauit, qui bella iis inferre, eosque extirpare ſtuduerunt. Ex profeſſo de hac noua & inſolita doctrina iam actum eſt in *diſſert. prælim. §. 69. ſeqq.* ibique imprimis adducta bulla HADRIANI IV. qua HENRICO II. conceſſit ius in Hiberniam, atque hoc ipſo declarauit docuitque, pontifici id iuris datum eſſe, vt pro lubitu *terras infidelium* imperantibus Chriſtianis donare poſſet, quod pluribus ex hac ipſa bulla illuſtrat ill. Dn. de LVDEWIG in der Erleuterung über *Puffendorff.* Einleitung zur *Hiſtor. p. 575. ſeq.* Nec hoc adeo mirandum, cum ex doctrina interpretum iuris canonici papa tanquam CHRISTI vicarius omnem poteſtatem in vniuerſum mundum accepiſſe dicatur. Ex quo inferunt, quod ſolus vni auferre rem poſſit, & dare alteri, vt ait ANTON DE ROSELLIS *de concil. §. 1. rubr. pontifex max. ſolus vid. abſolu. excommun. n. 38.* Similiter quod *iure diuino* transferre queat regna, quia ipſe in ſpiritualibus & annexis eis habere plenitudinem poteſtatis, nec alius ſuperior eſſe dicitur, quodque id papa licite faciat, maxime propter *crimen gentis ſpirituale*, quo ad legem iudæorum vel ritum gentilium inclinat, vt ait AVTOR *de poteſt. ſecul. & eccleſ. c. 163. n. 9.* Ea de cauſa pontificem archiepiſcopo Magdeburgenſi terras Moſcoviam & Tartariam verſus ſitas donaſſe teſtatur ill. Dn. de LVDEWIG *in comm. ad A. B. præem. §. 6. p. 25.* cuius donationis diploma adhuc aſſeruatur in tabulario Magdeburgico. Rationes quasdam iam adduxi: illas ipſas FAGNANVS *ad c. 1. X. de conſtit. n. 64.* fuſius ſed ſine omni iudicio coaceruat. Ait: *Papa, qui eſt vicarius Chriſti, poteſtatem habet non tantum ſuper chriſtianos, ſed etiam ſuper infideles. Etenim cum Chriſtus plenam receperit poteſtatem, vnde in Pſalmo: Deus, iudicium tuum regi da: non videretur diligens paterfamilias, niſi* VICARIO *ſuo, quem in terra dimittebat,* PLENAM POTESTATEM *ſuper omnes dimiſiſſet.* Prouocat deinde ad vulgatum illud: *paſce oues meas*, & inde infert: *Omnes autem tam fideles quam infideles oues ſunt Chriſti per creationem, licet non ſint de ouili Chriſti, & ſic per prædicta apparet, quod papa ſuper omnes habeat iurisdictionem, & poteſtatem de iure, licet non de facto.* Hoc poſito cenſet, papam poſſe gentiles punire propter delicta contra ius naturæ commiſſa, veluti *ſi idola colant*

Digitized by Google

volant, & ea de causa iuste terris & dominio eosdem priuari Insulsam hanc philosophiam & plusquam barbaram saniores exsibilant; nec omnes in hoc luto hærent interpretes iuris canonici, vt ostendit H. GROTIVS *de mari libero c. III.* demonstratque, *Lusitanos in Indos non habere ius dominii titulo donationis pontificiæ.* Inter ipsos Hispanos FELICIANVS de OLIVA *de foro eccl. P. 1. q. 3.* paulo mitius de hac causa iudicat, quod etiam facit FRANCISCVS de VICTORIA *in relect. moral. rel. 1. Sect. 5. num. 1.* docetque, papam non esse mundi dominum, nec habere dominium in terras infidelium, *quia non habet*, ait, *potestatem, nisi intra ecclesiam*, id quod specialiter *relect. V. sect. 2.* ad *Indos* applicat, docetque, Papam nullo modo Indorum dominium in Hispanos transferre potuisse. Imo potestas, quam *intra ecclesiam* habere dicitur, ita comparata est, vt nequidem ad *fidelium* terras & regna extendi possit. Vid. GVIL BARCLAIVS *de potest. papæ, an vel quatenus in reges & principes seculares ius & imperium habeat.* PETRVS MOLINAEVS *de monarch. tempor. pontif. Rom.* INNOCENTIVS IV. *ad c. 8. X. de voto.* Imperatori quoque olim adscriptum fuisse dominium tale in terras infidelium, diplomata antiqua loquuntur. Suppossuere, imperatorem esse *dominum totius orbis in temporalibus*, vt vnanimi veterum consensu ait IVLIVS PACIVS *de domin. mar. Hadriat.* & ex hoc *vniuersali dominio* intulerunt, posse imperatorem terras *infidelium* in alios transferre. Insigne documentum, hoc ipsum illustrans, occurrit apud ill. Dn. de LVDEWIG. *in reliq. MSCtor. omn. æui diplom. ac monument. tom. 1. n. 239.* quo LVDOVICVS IV. *an. 1337.* ordini Teutonico Lithuaniam confert, his verbis: *Ob eiusdem patruelis nostri interuentum & strenua merita prædictorum fratrum ipsis & beato ordini memorato ad laudem & gloriam omnipotentis DEI & beatissimæ virginis Mariæ siue gloriosæ, terram Lytwinorum cum omnibus pertinentiis suis & partibus cuiuscunque ydiomatis siue Samayten, Karsow vel Russye seu alterius, cuiuscunqne existant, prout nunc sunt, vel ad quamcunque fidem declinauerint, de imperiali auctoritate donamus pure & irreuocabiliter iure proprio in perpetuum pro se & suis successoribus recipientibus dictam terram. Denique fratrem Theodoricum felicem nostrum & imperii principem nomine dicti sacri ordinis inuestimus de iisdem cum administratione temporalium & iurisdictione eiusdem plenaria principatus.* Sed forsan antiquis temporibus prævaluit pontificis dispositio de *terris infidelium*, cum etiam hic auctor tot gentibus principibusque fuerit, vt expeditiones *in terram sanctam* facerent, id quod præterea immortali cleri-

Quandoque etiam imperatori talis potestas in terras infidelium adscripta est.

corum *odio* erga Saracenos tribuit FLEVRIVS *tom. XVIII. hiſtor. eccleſ. in diſcurſ. prælim. §. 1. in f.* quod hanc gentem *maledictam* eſſe crediderint. Hunc in finem quoque *ordines militares* hoc *ſpeciali* obſtrinxit *voto*, vt ad debellandos infideles ſeſe accingerent, & pro dilatandis finibus ſolliciti eſſent, quo papatus quoque latius extenderetur, & pontificis poteſtati gentes infideles ſubiicerentur. Denique his quoque acceſſerunt vulgatiſſimi errores: α) armis quoque religionem propagandam hominesque conuertendos eſſe, id quod ſiniſtra interpretatione trahunt ex *Matth. X, 34. Luc. XII, 51:* β) religionem vim ſuam in religione quauis amittere, ſi *dominans* eſſe deſinat, nec præſidio reipubl. ſuſtineatur, adeoque ante omnia curandum eſſe, vt ad *dominatum* in republica eueharur, & publice a republica imperio etiam externo defendatur. Vtrumque dogma examinat & redarguit ELEVRIVS *tom. XVIII. hiſt. eccleſ. in diſc. prælim. §. 14.* cum conſtet, religionem chriſtianam ſub infidelibus puriorem & illuſtriorem fuiſſe, quam illis temporibus, quo *dominans* in imperio Romano eſſe cœpit.

Status iudæorum per ſeculum XI.

§. XXIII. Procedo ad ſequentia ſecula, & obſeruo ſtatum, iudæorum per *ſeculum XI. & ſeqq.* adeo miſerrimum fuiſſe, vt ob ingentes perſecutiones vix reſpirare potuerint. Ipſi pontifices aliquando iis indulſerunt priuilegia, *ne a regibus aut principibus pro exactione pecuniæ turpiter tractarentur, vel in carceres traderentur*, vt ait MATTHAEVS PARISIENS. *in hiſt. Angl. ad ann. 1235. p. 346.* Speciatim crudelitatem chriſtianorum erga iudæos pleniſſime perſecutus eſt ſæpe laudatus BASNAGE *dans l' hiſtoire des juifs lib. IX.* quæ ſingula perſequi ratio inſtituti non permittit. Generatim tantum obſeruo, illos non tantum *infinitis malis* fuiſſe affectos, & tolerantiam eorum in dubium vocatam, ſed præterea tam turpiter habitos, vt vere *ſeruis* annumerarentur, & omnia *humanitatis iura* iis degenerarentur. Si quandoque mitius habiti, ſi pacem obtinuerunt, ingenti pecuniæ ſumma illam redimere coacti ſunt, vt fere diceres, ob ſolum lucrum & quæſtum illis hinc inde vitam relictam fuiſſe. Nihilominus tamen extirpari haud potuerunt, ſed ad inimicorum maiorem inuidiam quotidie auchi ſunt, & ad vsque hodierna tempora incolumes degunt. Nulla eſt gens tam latiſſima, nulla religio ſupereſt pagana, quæ tandem haud fuerit deperdita, extincta, vel ita attenuata, vt vix memoriam ſui reliquerit: iudæi vero per totum orbem fere diſperſi, & per tot ſecula in exilio viuentes non obſtantibus duriſſimis perſecutionibus, opprimi haud potuerunt, adeo vt numerus eorum adhuc hodie in-

ſermis fere annumeratiſunt.

gen-

Digitized by Google

gentiſſimus ſit, obſeruante BASNAGIO *lib. IX. c. 38. c. l. in fin.* Pagani e contrario hodie inter nos *in Europa* vix amplius degunt, quatenus *religionem* conſtituimus *dominantem*, ſed illi tandem per imperium Romanum deleti ſunt. Vnde quod *b. t.* de iure circa *infideles* dicturus ſum, potiſſimum fere *iudæis* applicandum erit, quamuis nonnunquam ex accidente contingere poſſit, vt etiam alii infideles inter nos deprehendantur, vel ex belli infortunio, vel alia publica cauſa, vel denique ex quadem apoſtaſia.

§. XXIV. Ceterum vniuerſa harum rerum, quæ in compendio allatæ ſunt, ſeries oſtendit, vnde factum fuerit, vt *infideles ſtatum* in republica *diuerſum* diſſimilemque induerint, & vnde illis tot diuerſa iura ab aliis ciuibus chriſtianis data fuerint. Religio alias *ſtatum ciuilem* & *ſubiectionis* immutare aut alterare non ſolet, cum reſpectus ciuiles diuerſique hominum ſtatus aliunde dependeant. Verum tres omnino cauſæ ſunt, quæ diuerſitatem iurium in plurimis quoad *infideles* induxerunt. *Prima* deducenda eſt ex *odio implacabili* chriſtianorum erga *infideles*, qui ab eo tempore, quo *dominatum* in eos geſſerunt, duriſſima quæuis in eosdem conſtituerunt, eosque *ſeruili* fere *conditioni* ſubiicere ſtuduerunt. *Secunda* quærenda eſt in *ſacerdotii autoritate* quotidie inualeſcente, quod ſub nomine *eccleſiæ* vniuerſum *ius ſacrum* in ſuam redegit poteſtatem, vt de *concordia ſacerdotii* & *imperii* cogitandum fuerit. Cum ergo hoc modo religio ſtatui ciuili admodum intermixta eſſe cœperit, non potuere non leges quoque peculiares de his, qui ſunt *extra eccleſiam* & *imperium ſacrum* conſtituti, ferri, & fideles, qui dicuntur eſſe *in eccleſia*, diuerſa prorſus iura *ſacra* & *profana* conſequi. *Tertia* denique cauſa eſt quærenda in *religione chriſtiana*, quatenus vbique, reſpectu iudæorum, eſt *dominans*; neque enim iudæi amplius *dominantem* religionem habent, ſed ſoli chriſtiani. *Dominantis* autem *religionis*, qua talis, proprium eſſe ſolet, deſpicatui habere alterius religionis conſortes, eosque ex inſueto & imprudenti zelo perſequi, adeo vt vel tolerantiam eis dubiam facere ſoleant.

Inderot diuerſa infidelium iura nata ſunt.

§. XXV. Hæ cauſæ ad varias doctrinas, in odium iudæorum excogitatas, anſam dederunt, atque eorum *ſtatum* mirifice deſtruxerunt. Etenim *tria* vt plurimum adferuntur, quæ *ſtatum* eorum *ciuilem* inficere dicuntur, & deteriora illis iura pepererunt: α) quod ſint *ſeruilis conditionis*: β) *leuis nota maculæ adſperſi*: γ) *extorres*, eiiciendi, non tolerandi. Etenim (I) qui ſpeciatim iudæos inter nos viuentes in *ſtatum* ſer-

Infideles communiter inſtatum ſeruilem coniiciuntur.

Digitized by Googl

ex duriſſima perſecutione

ſeruilem coniiciunt, multorum eruditorum autoritatibus atque reſcriptis etiam Cæſarum ducuntur. Interim hæc ſententia ortum traxit ex *duriſſima* illa *perſecutione*, qua iudæi oppreſſi, & fere attriti ſunt, vt olim *domini* vix attrocius in *ſeruos* ſæuire potuerint, quam chriſtiani in iudæos. More pecudum nonnunquam venditi, diſperſi, mactati: bona eorum vi occupata, vel direpta, vt ſeruorum peculia, prout ſæuitia cleri vel alius furor principes populumue induxit, cuius fundamenta in antecedentibus ſunt adducta, ſpecialius vero exemplis declarata a ſæpe laudato BASNAGIO *dans l' hiſtoire des Joifs tom. VIII. & IX.* Admodum ſane probabile eſt, cleri inſidiis hanc natam eſſe opinionem, iudæos *mera mancipia viliſſima* eſſe, & velut *captiuos*, vt olim in Babylonica ſeruitute, habendos. Sic pontifex in *c. 21. in f. X. h. t.* ait, quod *iudæos chriſtianis ſubiacere oporteat, & ab eis* PRO SOLA HVMANITATE *foueri.* Clarius INNOCENTIVS III. *in c. 13. X. h. t.* loquitur, cenſetque, *iudæos propriam culpam* PERPETVAE SERVITVTIS *ſubmiſiſſe.* Hæc de cauſa diſtricte inhibet, *ne nutrices & ſeruientes babeant chriſtianos*, idque ex ratione plane ſingulari, *ne*, pergit, *filii liberæ filiis famulentur ancillæ, ſed tanquam ſerui a domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorum, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit.* Hæc eſt illa egregia philoſophia, qua hi, qui in ſenſu myſtico *filii ancillæ*, & in *ſeruitute ſpirituali* degere dicuntur, in *ſeruitutem ciuilem* ex opinione plurium tracti ſunt.

& iuris canonici ſententia.

Quidam ſeruituti publicæ eos addicunt.

§. XXVI. Alii mitiorem ſententiam fouent, eosque non in *priuata*, ſed *publica ſeruitute* principum, magiſtratuumue eſſe ſtatuunt, quæ diſtinctio nec apud Romanos incognita fuit, teſte PLAVTO *in captiu. Act. II. ſc. 2.* Hæc eſt ſententia IOH. HERMAN. STAMMII *de ſeruitut. perſonal. lib. I. c. 1. tit. 5. §. 8.* HERMANNI LATHERI *de cenſu lib. III. c. 23. n. 47. & ſeqq.* & CANGII *in gloſſar. voce iudæus*, vbi variis documentis antiquis oſtendit, eos & bona illorum olim *Baronum* i. e. *dominorum liberorum*, ſub quibus habitabant, fuiſſe, quam duriſſimam conditionem ſubire coacti ſunt, ne expellerentur. Vnde, principum fiſco exhauſto, ex iudæorum penu hic defectus ſupplebatur; quid? quod qnodammodo in commercio eſſe fuerint, vt in alios transferri potuerint, quæ omnia variis argumentis illuſtrat CANGIVS *cit. l.* oſtendique in Gallia *ſeruorum* inſtar habitos fuiſſe. Nec diuerſa iudæorum fortuna *in Germania* fuit, quæ itidem illis *ſeruitutem quandam publicam* addixit. Teſtis eſt *charta* FRIDERICI II. *de anno 1237.* apud PETR. LAMBECIVM *lib. II.*

de

Digitized by Google

de biblioth. Vindob. c. 5. p. 80. quæ docet quod *imperialis autoritas a priſcis temporibus ad perpetuam iudaici ſceleris vltionem, eisdem iudæis* PERPETVAM SERVITVTEM *indixerit.* In *priuilegio* CONRADI *de anno 1234.* apud LEIBNITIVM *in prodr. codicis diplom. n. 12.* aſſeritur: *omnes & ſinguli iudæi degentes vbique per terras noſtræ iurisdictioni ſubiectas chriſtianæ legis imperii prærogatiua (qua dominamur & viuimus) ſerui ſunt noſtræ Cameræ ſpeciales.* Prærogatiua hic quæritur in *imperio chriſtianorum*, & *religione* ſiue *regimine eccleſiaſtico* & *ſeculari prædominante*, quod infinita odii grauiſſimi documenta erga iudæos paſſim edidit. Expreſſiora adhuc ſunt CAROLI IV. verba in *priuileg. de anno 1347.* apud LIMNAEVM *tom. I. addit. ad lib. 7. c. 5.* Alle Juden gehören mit Leib und mit Guth unſerer Cammer, und ſeyn in unſer Gewalt und Hände, daß wir mit unſer Mächtigkeit damit thun und laſſen mögen, was wir wollen. Ita cenſuere maiores noſtri, id ob oculos habentes, quid hactenus factum fuerit, non quid iure fieri debuerit, quo intuitu etiam AVCTOR des Juden-Spiegels, *p. 88.* aſſerere non dubitauit, daß die Juden uns Chriſten zum Exempel und Warnung als Knechte und leibeigene Leuthe vor Augen geſtellet ſeyn. Verum (I) obſeruandum eſt, eos plerumque durius quam ceteros ſubditos habitos fuiſſe ob legem receptionis, quam principes illis præſcribere ſolebant, quæ *quandam ſeruitutis ſpeciem* iis conciliabat. Hæc vero ratio particulatis erat, nec ſtatum iudæorum *in vniuerſum* mutabat. (II) *Seruitus* hæc *publica*, in qua fuiſſe dicuntur, longe diuerſa fuit a *ſeruitute priuata* ſingulorum, quippe quæ nec vſum iuris communis iis ademit, nec effecit, vt ſeruorum iura, apud Romanos vel Germanos vſitata, iis applicari potuerint, quod nec ipſe STAMMIVS *cit. l.* negat. Quin potius (III) *ſeruitus* illa *publica* ſubiectionem quandam duriorem inuoluiſſe videtur, vt recte cenſet REINKING. *cit. l lib. II claſſ. 2. c. 3. n. 28.* Hac de cauſa *liberorum* iure reſpectu ceterorum ſubditorum eos frui, & *iuris communis* participes, & *de populo* cenſeri, ſtatutorumque populi commodis frui, IDEM *cit. l.* addit, conſentiente B. STRYKIO *in vſu modern. ad tit. de ſtatu homin. §. 10.* Hoc maxime hodie dicendum, quia in tam duriſſimas conditiones conſentire amplius haud coguntur, ſed pro *receptione* & *tutela publica* ſingulis annis impoſitum cenſum præſtant, & de cetero *iure communi* viuunt. Denique (IV) nec pontificum decreta iis *ſtatum vere ſeruilem* impoſuerunt, ſed eos tantum *deterioris conditionis* eſſe debere chriſtianis, contenderunt. Epicriſis.

Digitized by Google

Quidam præterea eos infames esse voluere.

§. XXVII. Constat vero, quod subditi in rebus publicis sint vel *integræ existimationis*, vel *læsæ*, & quia a *fama* seu *existimatione* plures iuris effectus dependent, inde etiam hæc distinctio haud parum personarum statum afficit. Inde rursus (II) status *infidelium* & imprimis *iudæorum* in discrimen vocatus fuit, plerisque asserentibus, eos *infamia iuris* laborare. Si delictum desideras, quod *infamiam iuris* producit, aiunt, ipsam *infidelitatem* esse grauissimum peccatum & delictum, quod plenius deducit NICOL. RODRIQVEZ FERMOSINVS, episcopus Asturiensis, *ad tit. X. de iudæis q. 1. ad rubr. n. 1. seqq.* Aliud iis delictum infamans attribuit STAMMIVS *cit. l. n. 12.* quod sint *vsurarii publici*, quod delictum de iure canonico ipso iure infamat. Rationes admodum lubricas esse, nemo negauerit, quia posterior est particularis, quæ etiam in christianos cadere potest, prior vero a ratione iuris aliena. Est quidem infidelitas *peccatum in Deum*, sed non *delictum ciuile* infamans. Abstrahendo vero ab infamia, moribus nostris ex iuris canonici principiis *leuis notæ macula* inualuit, qua quidam ex *contemtu publico* pro *vilissimo hominum genere* habentur. Hæc non quidem ex *delicto*, sed ex *opinione inueterata ceteri prædominantis*. qua olim mundus regebatur, nata fuit, qua *communi contemtui* expositi fuerunt iudæi aliique. Nam etiam *spurios* despicatui habuerunt, adeo, vt ad munia sacra admitti non possent, quod etiam *lictoribus* & *carnificibus* applicuerunt, ideo quod ecclesia a sanguinis effusione maxime abhorreret. Hæ rationes quidem primum in ecclesia ex clericorum iudicio natæ, postea tamen facile *ad statum ciuilem* etiam tractæ sunt, vt inter *abiectissimos* fuerint relati. His, ni me omnia fallunt, *infideles* quoque accensuere, omnium *odiis* & *contemtui* expositos, & a communione fidelium, qui tantum *honesti* & *inmaculati* esse voluerunt, exclusos per tot statuta pontificum & conciliorum decreta, vt antea iam demonstratum est. Hæc quippe singularis *maculæ* nota esse solet, quod honestiores a maculatorum intimiore conuersatione alieni sint, eos fugiant, indignosque censeant, cum quibus societatem arctiorem contrahant. Vtut vero ipsa religionum diuersitas talem diuersitatem statuum inducere haud deberet, communia tamen præiudicia hic præualent, ipsis etiam legibus stabilita & confirmata, vt effectus *infra* adducendi docent.

Alii maculæ notam iis attribuere.

Dubitatum tandem fuit; an iudæi &

§. XXVIII. Denique (III) *extorres* eosdem iudicatos fuisse vel inde liquet, qnod a pluribus hæc inculcata fuerit doctrina, iudæos non esse tolerandos, sed eiiciendos, in republica non recipiendos. Plura argu-

Digitized by Google

argumenta contra receptionem eorum afferri ſolent, quæ coaceruat GISBERT. VOETIVS *part. II. ſelect. diſput. p. 118. & ſeq. in diſſert. de iudaiſmo.* Grauiter etiam contra eorum receptionem ediſſerit LVDOV. GILHAVSEN *in arbore iudic. part. I. cap. I. §. 2. n. 70.* docetque: *Eiusmodi homines perfidos nullo modo apud chriſtianos eſſe ferendos, multo minus inter eos recipiendos, non ſolum quia chriſtianorum, inter quos verſantur, vera pernicies ſunt, & qui fere ſanguiſugis æquiparari poſſunt; verum etiam potiſſimum propter eorum diras execrationes & blaſphemias, quas in filium Dei euomunt, atque etiam ipſorum incantationes; ſiquidem incantationis ſpecies eſt cabala, recentiorum iudæorum philoſophia, & magiæ ſors, quæ verbis profanatis atque conceptis, pollutisque ſanctiſſimis Dei nominibus, characteribus, certis ſignis, certis ſacrificiis, miracula facere & futura prædicere docet. Et ſic cabala vetus, quæ ſecretior diuinæ legis interpretatio erat, a magia infami vitiata fuit, ita vt cabaliſtica eiusmodi magia Chriſtum incomparabilia effeciſſe miracula aſſerere non perhorreſcant perfidiſſimi iudæi. Admirandum itaque eſt,* pergit, *inueniri principes & respublicas, hanc magicam & blaſphemam gentem ferentes. Cum pientiſſimo quondam Germaniæ principi* CHRISTOPHORO *duci Wurtembergico quidam ex his ſuaderent, vt blaſphemos iudæos propter maxima commoda reciperet, reſpondit chriſtianiſſimus & laudatiſſimus heros:* Wenn dieſe verfluchte Leute mir wolten Geld voll auf geben, wolte ich ſie doch in meinem Fürſtenthum, weil ſie an meinem Bruder und Erlöſer JEſu CHriſto treuloß worden, und öffentliche Zauberer ſind, nicht leiden. Non recoquam cetera argumenta, quæ ſine iudicio afferri ſolent contra infidelium receptionem. Illud tantum moneo, illa haud cuincere, eos plane non eſſe tolerandos, ſed *præcautione aliqua* in eorum tolerantia opus eſſe; ne ex illa *pax ciuilis* turbetur, aliaque mala funeſta in republica exſurgant. Experientia docet, diuerſitatem religionum non quidem *per ſe*, ſed ex *intempeſtiuo* quodam *zelo* odia & discordias parere, & nonnunquam motus ciuiles excitare, qui tamen præcaueri poſſunt, ſi hi ipſi, qui vtplurimum talium turbarum autores ſunt, compeſcuntur, & in officio ſuo continentur. Optimis id ipſum illuſtrat argumentis IOH. CLERICVS *dans la biblioth. vniuerſ. tom. XII. p. 475. & ſqq.* quibus addi poteſt, quod hodie imprimis ab *infidelibus* nihil adeo turbarum metuendum ſit, quam olim quidem, vbi religio chriſtiana ad *dominatum* tendebat, eumque infidelium ſectæ eripere conabatur, quod ſine grauiſſimis motibus fieri non potuit. Id tamen minime diffiteor, *præcautiones*

infideles inter Chriſtianos eſſent tolerandi.

non

Iudæi adigendi essent ad opificium addiscendum.

nonnullas obseruandas esse, inter quas merito primo loco illud nominandum esse censeo, quod *in reform. polit. de anno 1530. tit. 27.* **Von Juden und ihrem Wucher** suppeditatur, id quod si in praxin deduceretur, nihil adeo mali & incommodi a iudæis esset metuendum. Cauetur in loco adducto, ne vsurarii iudæi tolerentur, prout hanc in rem verba *recessus in §. 12.* adducta sunt. Hisce nunc subiunguntur sequentia: **Damit sie aber** dennoch ihre Leibes-Nahrung haben mögen, **wer denn Juden bey ihm** leiden will, der soll sie doch dermassen bey ihm **behalten, daß sie sich des** Wuchers und verbotenen wucherlichen **Kaufs enthalten, und mit** ziemlicher Handthierung und Hand-Arbeit **ernähren, wie** eine Obrigkeit dasselbe einem Unterthanen **und dem gemeinen Nutz zum Besten und träglichsten zu seyn, ansehen und ermessen würde.** Mens huius recessus huc redit, iudæis potestatem esse faciendam, vt ad *opificia* admitti, & ita cum reliquis ciuibus idem vitæ genus exercere possint. Vrgent hoc ipsum saniores, & imprimis hoc sedulo passim vrsit B. STRYKIVS, *in notis MSCt. ad* MYLER. ab EHRENB. *de princip. & statib. imp. c. 6. §. 7.* notanter ait: *inter requisita seu conditiones merito referendum esset, vt iudæorum liberi ad certum opificium addiscendum adigerentur. Sic enim ad nos conuersi, haberent, vnae viuerent.* Sub primis imperatorum christianorum temporibus etiam *aduocationis munus* subire poterant, & ad *artes liberales* addiscendas admittebantur; cur itaque non possent sub hac conditione recipi, vt certum vitæ genus eligerent, reliquis ciuibus commune, vel opificium quoddam addiscerent? Non abhorret ab hac sententia CASP. ZIEGLERVS *de iur. maiest. lib. I. c. 41. §. 34.* aiens: *eis iniungendum est, vt opificiis & manuariis operis sibi victum & amictum quærant.*

Cur iudæi opificiis hactenus se non dederint?

§. XXIX. Sed hæc saluberrima constitutio hactenus plane in obseruantiam non est deducta, quamuis optandum esset, vt deduceretur. Quæ autem huius rei impedimenta fuerint, non adeo obscurum est penitiori examine statum præsentem rerum ponderantibus. Aliqui quærunt causam in iudæorum pigritia & malitia, quod magis ament *lucrum improbum* ex aliorum deceptionibus quærere, quam legitimis mediis sibi de victu prospicere, quæ tamen ratio, meo quidem iudicio, admodum infirma est. Cum enim sciant iudæi, se ex *mera gratia* recipi, non possent non quasuis inire conditiones, si expresse sub illis reciperentur, vt non aliud vitæ genus excolerent, quam quod illis

publice

Digitized by Google

publice eſſet præſcriptum. Quocirca *lege publica* facile ad hoc adigi poſſent, vt officium certum eligerent, & manuariis operis victum ſibi quærerent, ſi aliæ rationes haud obſtarent. Cum enim olim legem *ſeruitutis* in receptione ſubire coacti fuerint, quæ ſana duriſſima fuit: nulla adparet ratio, cur non etiam hanc conditionem admitterent, vt *opificio certo* ſeſe dederent & a fœnore abſtinerent. Rationes ergo, quod lex prædicta ſaluberrima haud fuerit in praxin deducta, aliunde petendæ ſunt, &, vti quidem exiſtimo, a *præſente ſtatu opificiorum* omnium rerum publicarum. Hæc enim ita comparata ſunt, vt iudæos in ſocietatem & collegia ſua opifices haud admittant, cum præterea adhuc dubitent Theologi & ICti, vtrum chriſtiani ſalua conſcientia ſocietatem cum iudæo, qua tali, inire poſſint? vid. ZIEGLERVS *de iur. maieſt. lib. 1. c. 41. §. 35.* Dum ergo chriſtiani iudæos omnes a ſuis collegiis arcent, ipſimet in cauſa ſunt, quo minus iudæi certo opificio ſeſe addicere poſſint; neque ſperandum eſt, per *legem publicam* huic perſuaſioni, iudæos non eſſe in collegia recipiendos, medicina adferri queat, cum iudæis ipſis forſan maiora mala & incommoda ab his ſociis metuenda eſſent, vt inde non adeo horum ſocietatem ambiant. Neque ob mutuum odium conſultum eſt, vt princeps huiusmodi receptionem in collegia iniungat, ex qua non poſſent non grauiora mala in rempublicam redundare.

Poſſent adigi iudæi ad opificia addiſcenda, ſi ſeparatim habitare iuberentur.

§. XXX. Sed tamen non deſunt rationes aliæ, quibus hiſce incommodis occurri, & conſtitutio prædicta in praxin deduci poſſet. Notatum eſt, quod in plurimis imperii noſtri ciuitatibus iudæi ſeparatas ſuas a chriſtianis habeant rationes, ita vt vel *in ſuburbiis* iis peculiaris locus conceſſus ſit, vti Pragæ alibique, vel vt *ſeparatis plateis* diſtinguantur a chriſtianis, quæ etiam ſpeciales ſuas portas habent, vt poſſint eo facilius a commercio chriſtianorum, quoties opus videtur, prohiberi, vti Francofurti ad Mœnum, Hanouiæ, alibique conſpicuum eſt. Atque hoc ipſum ad *cautam iudæorum tolerantiam* referendum exiſtimarem, vt non promiſcue medios inter chriſtianos habitarent, ſed ad exemplum prædictarum ciuitatum ſuas ſeparatas habitationes, vel *in ſuburbiis*, vel alia ratione haberent, vnde non poſſent non multa commoda ſperari & varia incommoda præcaueri. Primo enim hac ratione ſeparatim habitantes compelli poſſent ad *collegia opificum* inter ſe conſtituenda, publica auctoritate tamen dirigenda & determinenda, quo ipſo facile adduci poſſent ad opificia certa addiſcenda, a quibus hactenus excluduntur, ob rationes iam dictas. Ceſſarent hoc

modo omnia impedimenta, quæ adhuc obſtiterunt, quo minus poſſent opificio certo vacare, cum ita non cum chriſtianis, ſed inter ſe ſocietatem contraherent. Neque metuendum eſſe, ne chriſtiani commercium cum illis agerent, cum conſtet, hodie chriſtianos cum iudæis, qui mercaturam exercent, lubentius agere ſolere, quam cum ceteris mercatoribus, qui non raro iniquiores in mercibus vendendis ſunt, quam ipſi iudæi. Si modo opifices artes ſuas recte excolunt, facile habent, vnde viuere poſſunt. Sunt hodie opifices ita comparati, vt non raro *monopolia* introducant, & aliis maxime graues ſint, ſcientes, operas ſuas repudiari non poſſe. Aſt vero hac ratione omnibus huiusmodi incommodis via præcluderetur, ſi a iudæis eædem operæ viliori pretio haberi poſſent, quæ non ſine graui ære a chriſtianis præſtantur.

Nona vtilitas ex ſeparata iudæorum habitatione.

§. XXXI. Deinque ex *tali ſeparatione* hæc vtilitas eſſet ſperanda, vt facilius *tolerari* poſſent. In antecedentibus demonſtratum eſt, iudæos magnis & aſperis afflictionibus fuiſſe obnoxios, imo a chriſtianis variis perſecutionibus ob leues ſæpe præſumtiones fere oppreſſos, quæ mala ex odio mutuo ſine dubio enata ſunt. Quanti tumultus olim Alexandriæ a iudæis, tempore CYRILLI, dati fuerint, quantas hoſtilitates chriſtiani erga iudæos eo tempore exercuerint, ſupra §. XX. obſeruaui; quæ incommoda publica ex cohabitatione promiſcua iudæorum & chriſtianorum orta ſunt, quæ tamen præcaueri potuiſſent, ſi a chriſtianis ſeparatas habitationes exſtruere cogerentur. Hoc reſpectu forſan in iure canonico prohibitum, ne chriſtiani cum iudæis habitent, ſic enim in *c. 13. C. 28. q. 1. Nullus eorum, qui in ſacro ſunt ordine, aut laicus azyma iudæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus ſuis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lauet.* Cum ergo eodem tecto cum chriſtianis non vtantur, imo plerique a vicinitate omni iudæorum abhorreant, iuſtum omnino foret, ſeparatas eisdem aſſignare habitationes. Cenſent quidam, quoties ex iudæorum cohabitatione ſcandalum aut periculum imminet, eos expelli & bonis exſpoliari poſſe. STAM. *de ſeruit. perſon. lib. 1. tit. 5. c. 1. §. 12.* Inde quoties iudæi expulſi ſunt, hoc prætextu chriſtiani vſi ſunt; nihil enim facilius eſt, quam *ſcandalum* aut *periculum ſeductionis* fingere. At ſi ſeparatas ſuas rationes a chriſtianis habent, non adeo facile turbæ, tumultus, aut alia publica incommoda erunt metuenda. Scite admodum BODINVS *de republ. lib. 3. c. 7. p. m. 537.* ait: *plebs vbique religionibus deditiſſi-*

Digitized by Google

tissima, ritus a publica religione discrepantes fere non nisi grauate potest, nec magistratuum imperiis, nec militari præsidio contineri, quo minus in furorem sæpius erumpat.

§. XXXII. Præterea constat, iudæis nusquam terrarum prædia possidere licere, vt ait BODINVS *de republica cit. l.* & confirmat STAM. *de seruit. person. lib. 1. tit. S. c. 1. §. 22.* sed experientia quotidiana docet, variis & clandestinis artibus eosdem ædes & prædia, in fraudem legis, sibi comparare, vt ita perpetuas sedes in ciuitatibus habeant. Notum est, quod in hac ciuitate quoque iudæi promiscue inter christianos habitent, sed tamen a potentissimo Rege Borussiæ probibiti fiat immobilia possidere. Sic enim in *rescripto de anno 1694. d. 6. Mart.* potentissimus Rex noster disposuit: Wenn wir denn aus denen darin angeführten und mehrern Ursachen Bedencken tragen, denen dortigen Schutz-Juden zu verstatten, daß sie in- und ausserhalb der Stadt Häuser und immobilia an sich bringen ꝛc. Statim huic dispositioni fraus a iudæis fuit quæsita, comparando ædes *sub pacto de retrouendendo*, & ita necessum fuit, huiusmodi contractus cum iudæis initos prohibere, vti factum per rescripta *de anno 1694. d. 14. & 29. Decembr.* Sed nihilominus tamen variis sub titulis ædes sibi acquirunt, imo ædificant, ex quo deinceps concertationes & lites plurimæ oriuntur: ad quas fraudes præcauendas omnino vtile foret, separatum locum extra vrbem iis assignare, in quo coniunctim ad exemplum aliarum vrbium habitarent, & ita ædes, quas nunc quidem possident, veris dominis restituerent. Atque hoc eo facilius iudæis in hac vrbe iniungi posset, postquam consilia de dilatanda ea agitata, & potentissimi Regis glorioſæ memoriæ approbatio clementissima accessit. Hac occasione quoque iis assignari posset certus locus extra vrbem, quo ipsi iuberentur sibi exstruere ædes, separato vallo distinctas, vt ita separatim res suas haberent, & ad aliud vitæ genus excolendum adigerentur. Sæpius occurrunt querelæ, quod iudæi res furtiuas coemant, & mox alibi deferant diuendendas, quo ipso fit, vt res furtiuæ suis dominis haud restituantur, & fures, hac fiducia allecti, improbius quotidie furentur; sed etiam hac ratione hoc incommodum præcaueri posset, si *separatim* habitarent, & nihil ad eos deferri posset, quod non antea visitatoribus ad id deputatis rite indicatum & disquisitioni eorum expositum fuisset, alia vt nunc commoda inde speranda silentio prætermittam. Iudæi non possunt immobilia possidere.

Digitized by Google

Præcauendum ne iudæi blasphementur, aut irrisionibus vtantur.

§. XXXIII. Quia vero præterea iudæi raro abstinere solent a *blasphemiis* & *irrisionibus*, vnde non possunt non exacerbari animi christianorum & ad maiora mala irritari, hoc quoque cauendum, vt illis iniungatur, ne vlla ratione *blasphemias* euomant, sed penitus abstineant ab omnibus illis, quæ in contemtum Saluatoris tendunt, & præterea pacifice viuant. Hoc intuitu in *l. 11. C. de iudæis* prohibitum, ne sanctæ crucis speciem adsimularam in contemtum christianæ fidei sacrilega mente exurent, vel ne aliter insolescant *l. 14. c. in f. de iudæis.* Præterea ex eadem ratione in iure canonico prouisum, ne iudæi tota die parasceues paschæ, vbi maxime sacra publice fiunt, in publicum prodeant, sed ostia & fenestras domorum clausas teneant. *c. 4. c. 15. X. h. t.* Idem qoque constitutum est in *concil. Aurel. III. c. 29.* his verbis: *iudæi a die cœnæ Domini vsque in secundam sabbathi in pascha h. e. ipso quatriduo procedere inter christianos, nec catholicis populis se vllo loco vel quacunque occasione miscere præsumant.* Sed vero hæc incommoda ex *blasphemiis* & *irrisionibus* iudæorum metuenda cessarent, si separato a christianis loco distinguerentur, quemadmodum Francofurti ad Mœnum, Hanouiæ, alibique moris est, vt feriis diuinis porta, quæ iudæos a christianis separat, claudatur, ne ad eos publice prodire & ludibria metuenda committere queant.

Præcautiones in tolerantia necessariæ.

§. XXXIV. Sed iuuat etiam adiungere cautelas, quas in genere circa *infideles* commendat IOH. CLERICVS *cit. loc. p. 482. & seqq.* (1) Haud permittendas esse doctrinas, societati ciuili eiusque tranquillitati contrarias, quorsum imprimis refert *atheismum*, de quo speciatim deinceps dicam. Etiam inter christianos sectæ reperiuntur, de quibus dubitatum fuit, an salua reipublicæ pace tolerari possent? de quibus egit B. BVDDEVS *dissert. de concordia religion. christ. statuque ciuil.* Dissimulare tamen nequeo, in *thesi* quidem hoc verum, sed in *applicatione & hypothesi* multis abusibus obnoxium esse, cum plerique, qui sectæ alicuius interitum meditantur, hoc argumento vtantur. Ipsi gentiles contra christianos id vrserunt, eorumque religionem *pestem reipublicæ* esse asseruerunt, teste B. BVDDEO *cit. l. c. 11.*, Iudæorum religioni idem vitio datum est. Iesuitarum *principia sanguinaria* imprimis huc referri solent. Quæ cum ita sint, in ipsam rem præsentem veniendum, & solicite hi audiendi, quibus talia dogmata peruersa imputantur. (2) Addit CLERICVS, facilius supportandas esse omnes reliquas speculationes, nec bonis moribus, nec statui ciuili contrarias. (3) Tolerantiam hanc quoque desiderare quasdam præcautiones contra eos, qui omnem tolerantiam

Digitized by Google

tiam deſtruere conantur, vtpote a quorum conſiliis non raro plus turbarum quam periculi a *ſecta peregrina* metuendum eſt, maxime ſi alicuius in republica autoritatis ſunt, & quodam cum impetu agunt. (4) Tolerantiam hanc eſſe debere *conſtantem*, nullisque variis mutationibus obnoxiam. Inhumanum videtur, eosdem, quos respublica recepit, & *tolerare* conſtituit, mox rurſus ex maleuolorum inſidiis eiicere maleque habere, quod fatum ſæpius iudæi experti ſunt, vt de aliis ſectis non dicam. De tolerantia gentilium aliorumque infidelium vix neceſſe eſt aliquid addere, quorum rariſſima apud nos exempla ſunt, niſi forſan per *captiuitatem bellicam* ad nos fuerint deducti, vel extra Europam conſtituti.

§. XXXV, Inde liquet, quid de eorum ſententia dicendum ſit, qui iuſta in quoscunque infideles arma eſſe putant. Veteranorum ſententiam refert CARDINAL. TVSCHIVS *litt. I. concl. 124.* docetque, infidelibus bellum eſſe inferendum, etiamſi ipſi viuere velint in *pace*, quia, quamprimum occaſio ſe præbuerit, in chriſtianos arma conuertunt. *c. 48. C. 23. q. 4.* Alii hoc reſtringunt ad illas terras, quæ fuerunt aliquando *fidelium*, & ab *infidelibus* occupatæ ſunt. Adferunt exempla iudæorum, Canaanitis ob idololatriam bellum inferentium. Vnde hæc opinio nata ſit, iam ſupra monitum eſt. Nullo idoneo argumento oſtendi poterit, chriſtianæ religioni hoc ius eſſe peculiariter datum, vt nationes infidelium extirpare & delere debeat, quin potius, vt recte GROTIVS *lib. II. de I. B. & P. cap. 20. §. 48.* docet, CHRISTO hoc placuit, vt ad legem ſuam recipiendam nemo huius vitæ pœnis aut earum metu pertraheretur. Nec quod Deus in veteri teſtamento iudæis peculiariter commiſit, in conſequentiam trahendum eſt, cum tali *mandato ſpeciali* deſtituamur. Huc quoque alia pertinet quæſtio: *an infideles alia de cauſa denicti & ſub iugum redacti, vel etiam bona gratia recepti, pro lubitu expelli poſſint, ea vnice de cauſa, quod ſint infideles?* Conſtat plures principes chriſtianorum regna, terras & ciuitates medios inter infideles poſſidere, in Aſia, Africa & America, imo ſubditos plures antiquo errore adhuc imbutos habere, quos tamen ſemel in fidem & tutelam receperunt. RICCIVLLVS *de iure perſonar. extr. eccl. germ. exiſtent. lib. II. cap. 51.* expulſionem talem quidem negat, ſed *num. 11.* plures adiicit limitationes, ſub quibus *expulſio* infidelium qualiscunque facile defendi poterit. Huc refert, ſi regnum nouiter ad fidem conuerſum: quo enim facilius ibi chriſtiana religio propagari poſſit, infidelibus imperari poſſe emigrationem, cenſet exemplo CONSTANTINI. Porro emigratio-

Non ſunt iuſta arma in quoscunque infideles, ideo quod ſint infideles, nec ſemel recepti pro lubitu expelli poſſunt.

Digitized by Google

tionem tunc iuſtam eſſe addit, ſi in chriſtianam religionem euadant contumelioſi; ſi ſeditiones excitent; ſi in tam magnum numerum excreuerint, vt proditio inde metuenda ſit; ſi ita diuites euaſerint, vt ex facultatum augmento aliquid inconueniens ſuſpicari poſſit. His limitationibus ſubiungit exempla ex antiquitate eccleſiaſtica petita, quia ſub his prætextibus *expulſio* eorum facta eſt. Quemadmodum vero alii iam demonſtrarunt, vtplurimum cauſas *expulſionis iudæorum* fuiſſe friuolas, merasque calumnias, quas quoad iudæos BASNAGE *in tractatu ſæpe laudato* optime detexit; ita *expulſionem* hanc contra fidem publice infidelibus datam fore exiſtimo. Quod ſi deliquerint, ſi ſeditioſi facti fuerint, autores ſeditionis debitis ſubiiciendi ſunt pœnis, non propterea omnes omnino expellendi. Non rarum eſt, etiam ſubditos chriſtianos turbas ſeditionemque excitare in republica, qui tamen propterea haud expelluntur, ſed tantum in *autores ſeditionis* animaduertitur. Nec admitto diſcrimen, ſi quis aſſerere velit, hos eſſe *fideles*, *infideles* non eodem fauore dignos; nam quatenus ſunt *ſeditioſi ciues*, nulla quoad hoc crimen inter eos eſt inducenda differentia, niſi forſan infideles nouiter recepti ſint ſub hac conditione, vt pacifice viuerent, alioquin ſcirent, ſe mox expulſum iri, quia tum ex *lege conuentionis* cum iis agitur; ſicuti enim imperanti integrum eſt, infideles aduenas non recipere; ita eosdem ſub quibuscunque *pactis* & *conditionibus* recipere non prohibetur. Conf. REINKING. *de regim. ſecul. lib. II. cl. 2. c. 3. n. 47. ſeqq.*

An athei tolerandi.

§. XXXVI. Quia vero *tit. de conuerſ. infidel. tom. III. §. 11.* obſeruaui, *atheos* quoque *infidelibus* annumerandos eſſe, de eorum *tolerantia* maior dubitatio naſcitur. Quæſtio potiſſimum huc redit, vtrum *atheiſmus* ſtatui ciuili noxius, aut ſaltem an maius damnum ei afferat quam *idololatria* aut *ſuperſtitio*? Quæ contentiones inter PETR. BAELIVM & IACOB. BERNARDVM inde fuerint enatæ, docet B. BVDDEVS *in tr. de atheiſmo & ſuperſtit. cap. IV. §. 5. in not.* In eo videlicet BAELIVS totus fuit, vt *atheiſmum* rebus publicis non adeo noxium eſſe ſtatueret, ea maxime de cauſa, quod ipſæ ſocietates ad humani generis conſeruationem non adeo neceſſariæ eſſe videantur, cum ipſa experientia doceat, integras gentes ſubſtitiſſe ſine *ſocietate ciuili*, imo ſine *religione* ſecure & tranquille vixiſſe; ex quo concludit, hoc multo magis de illis, qui in ſocietatem ciuilem coaluerunt, aſſerendum eſſe, vtpote qui facilius *ſpe præmiorum* & *metu pœnarum* in-

offi-

Digitized by Google

officio contineri possent, quam qui extra societatem ciuilem sunt constituti. Addit, nullum ex *atheismo* incommodum reipublicæ metuendum esse, cuius conseruatio ita comparata est, vt maxima inde ad singulos commoda redundent, adeoque neminem facile quicquam admissurum, quod ciuitatis rationibus repugnet, quia maiora inde incommoda ipsi metuenda forent. Negat præterea *religionem* ad conseruandam rempublicam prorsus esse necessarium, sed tantum adiumentum aliquod aut præsidium afferre; ipsam religionem non raro quoque plura incommoda habere, cum plebs religione vel superstitione capta magis vatibus quam ducibus parere soleat. Recte vero regerit B. BVDDEVS *cit. loc.* adductas rationes admodum lubricas esse. Qui structuram rerumpublicarum examinat, facile intelligit, ita res hominum esse comparatas, vt sine *societatibus* tranquille viuere non possint, & si vel maxime gentes quædam dentur, quæ in *societates ciuiles ordinatas* haud abierunt, more pecudum viuentes, inde tamen argumentum ad *societates ciuiles ordinatas* minime trahendum est, quæ, cum arctius vinculum desiderent, *religionis* culturam omnino expostulant. Id ergo vnice tantum quæritur, *an non semel constitutis rebuspublicis atheismus aduersetur?* Sane qui *religionem* omnem pro mero *commento politico* habent, & omnia pietatis semina euellere conantur, non possunt non omne *subiectionis* vinculum in dubium vocare, quos nec ratio commodorum, quæ ex *conseruatione reipublicæ* sperant, a proposito maleuolo reuocabit, si id rationibus suis congruere visum fuerit. Non nego, quandoque *superstitionem*, non *apparentem*, sed *veram* idem præstare posse; non tamen tanta inde mala sunt metuenda; quam ex doctrina *atheismi*, quæ omne omnino fundamentum *reipublicæ* ac *religionis* euertit, vinculumque ciuile dissoluit: quæ nullum Dei cultum, nullum Numinis timorem, nullumque *conscientiæ* iudicium admittit. Hæc omnia admittit *superstitio*, vtut erronee & peruerse, nec eo, quo debeat, modo. Ad minimum aliquis est cultus & reuerentia Numinis in *superstitione*: omnis exulat in *atheismo*. Cum ergo maiora mala ex *atheorum* commercio reipublicæ immineant, quo plures in eandem ruinam secum trahere possint, id quod tamen principi magnopere præcauendum est; iuste *atheis* emigrationem imperari posse existimo, ne pars sincera trahatur. Eandem sententiam aliis argumentis confirmat MASIVS *de intereſſe principum circa relig. euangel.* vbi potissimum tria principia fundamenti loco ponit: Primum est, *religionem esse fundamentum societatis ciuilis*, absque qua subsistere

Examinantur hæc argumenta pro tolerantia atheistarum fasciendia.

Digitized by Google

fiſtere nequit, & conſequenter atheos nullo modo in republica ferendos eſſe, quin, quod grauius eſt, eos vt turbatores quietis publicæ puniendos credit, ſi funeſtam hanc doctrinam publice diſſeminent. Alterum eſt, *leges humanas ſupponere leges diuinas*, vnde illæ maiorem autoritatem accipiant. Addit tertio, *religionem eo præſtantiorem eſſe, quo magis obſeruantiam legum ciuilium inculcat, ſubditosque ad eam adſtringit*, quæ hic quidem ſub incudem ſpeciatim haud reuocabo.

Hac de cauſa tolerantia infidelium ad regalia principum relata,

§. XXXVII. Ita vero propius ad cauſam deuenio, qua factum eſt, vt *tolerantia infidelium*, eosque recipiendi poteſtas ad *regalia principum* relata ſit, ita vt, quamuis *inferior magiſtratus* ſubditos *quoscunque* regulariter ciuium numero inſerere poſſit, minime tamen *iudæos* aliosque *infideles* ipſi recipere permiſſum ſit. Docent ſecula præterita, iudæos aliosque infideles paſſim ex prouinciis regnisque eiectos, deturbatos, creditumque fuiſſe, eos *regulariter* tolerari haud debere. Priuati hanc ob rem ſunt habilitate acquirendi *ius ciuitatis Teutonicæ*, adeo vt ſi tolerarentur, per *meram gratiam* & *diſpenſationem* recipi deberent, vt nec pontifex in *c. 21. X. de teſtib.* diſſitetur. Inde olim Cæſares peculiare ius in iudæos ſibi vindicarunt, eosque ſibi *immediate* ſubiici, quandoque conſtituerunt, vt vel hac de cauſa *ſerui cameræ ſpeciales* dicti fuerint apud GOLDAST. *tom. II. rer. Germ. p. 85.* imo fere in *proprietatem eius* translati. Vid. IVS ALEMANN. *cap. 76.* ill. Dn. de LVDEWIG *ad aur. bull. tit. IX. §. 2. & 3. p. 853.* MAGERVS *de aduocat. cap. VIII. n. 273. ſeqq.* Hæc doctrina traditioni ortum dedit, iudæos olim *ſtatuum imperio & iurisdictione* exemtos, ſpecialesque ſuos aduocatos, qui illis ius dicerent, habuiſſe, nec aliter ſtatus iurisdictionem in eos ſibi vindicare potuiſſe, quam *priuilegio Cæſareo* vel *præſcriptione*. In *diplomate de anno 965. apud* LEVBER. *de ſtapula Sax.* Magdeburgenſi eccleſiæ ſpecialiter hoc ius tributum eſt: *& ne vel iudæi, vel ceteri ibi manentes negotiatores vllam aliunde, niſi ab illo, qui eidem eccleſiæ præfuerit, diſtrictionis aut diſciplinæ ſententiam vel regularem ſuſtineant, volumus & firmiter iubemus &c.* CHRISTOPH. BROWER. *lib. IV. annal. Fuldenſ. cap. 18. §. 44.* teſtatur, adhuc *anno 1237.* gentem iudæam in *tutela Imperatoris* fuiſſe, tandemque CAROLI IV. pactione eam HENRICO abbati obueniſſe. Quis denique ignorat ſanctionem AVREAE BVLLAE *tit. IX. §. 2.* qua electoribus *ius recipiendi iudæos*, per *ſpeciale priuilegium*, conceſſum eſt? Conf. HERTIVS *de ſubiect. territ. §. 8.* SCHILTER *ad ius feud. Alem. cap. XXXVI. §. 5.* Tandem vero, poſtquam ſtatuum *ſuperioritas territorialis* maiora

& iudæos ſub Cæſaris poteſtate immediate eſſe, olim fuit creditum,

Statibus quibusdam ſpeciali priuilegio communicatum.

cepit

cœpit lumina, Cæſarum vero obſcurata & imminuta maieſtas, ius hoc, antea ſpecialibus priuilegiis quibusdam datum, omnibus aſſertum atque *ſuperioritati territoriali* adſcriptum eſt. Et de cauſa vtplurimum iudæi quoque peculiares ſuos iudices in territorio principum habent, & a *ſubiectione oppidana* liberati ſunt, ideo quod immediate ex *principis gratia* recepti fuerint.

§. XXXVIII. Quia vero, ex doctrina Romanæ eccleſiæ, præter rempublicam ſecularem, *eccleſiaſtica* quoque datur, & ſubditi hoc intuitu ſub *duplici imperio* ſeu *gladio* viuunt, dubitatum fuit: *an etiam iudæi, aliique infideles ſint in & ſub eccleſia? In eccleſia* dicuntur eſſe proprie, qui per *baptiſmum* tanquam ianuam religionis fideique, vt loquuntur, *fidelium* numero aggregati ſunt; vno verbo *Chriſtiani.* Hoc ſuppoſito, *extra eccleſiam* conſtituti eſſe dicuntur iudæi, quod etiam ipſi pontificii teſtantur, obſeruante RICCIVLLO *cit. tr. cap. I. lib. II. Sub eccleſia* eſſe dicuntur, qui ſub *iurisdictione eccleſiaſtica* cleri potentioris ſunt conſtituti. Loquor ex hypotheſi Romanæ eccleſiæ, ſecundum quam *iurisdictio eccleſiaſtica* eſt *independens* a poteſtate ſeculari: quo intuitu certi limites *ſacerdotio* & *imperio* ſunt conſtituti, ne colliſio imperii *ſecularis* & *eccleſiaſtici* fiat. Quamuis vero inter proteſtantes hæc diſtinctio in ſenſu adducto ſublata, & ſtatus eccleſiæ, quatenus *ſpecialem rempublicam* in ſenſu *iuris canonici* format, mutatus ſit, denique *iurisdictio eccleſiaſtica* a *poteſtate territoriali* principum dependeat; conſtat tamen, in plerisque locis *conſiſtoria* adhuc effigiata eſſe ad formam *iudiciorum eccleſiaſticorum catholicorum*, adeoque quæſtionem adductam ſuum etiam inter proteſtantes vſum habituram eſſe, quando quæritur, tum de *iure circa ſacra iudæorum*, tum de *poteſtate conſiſtorii in iudæos.* Equidem in *l 8. C. de iud.* generatim in quibuscunque cauſis iudæi foro ſeculari ſubiecti eſſe videntur his verbis: *Iudæi communi iure Romanorum viuentes in his cauſis, quæ tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent, adeant ſolenni more iudicia, omnes Romanis legibus conferant & excipiant actiones.* Verum *in codice Theodoſ.* quo hæc ſanctio refertur in *l. 10. de iurisdict. & vbi quis conuen. deb.* diuerſa prorſus ſententia affertur, ſecundum quam textus ita legendus eſt: *Quæ non tam ad ſuperſtitionem eorum, quam ad forum & leges ac iura pertinent;* quæ ſententia etiam magis antiquitati conuenit. Iudæi enim, ſub orbe Romano degentes, partim *legibus Romanis* regebantur, partim vero *proprio iure* quoad ea, quæ ad *ſuperſtitionem* eorum pertinebant, vt plenius oſtendit GODO-

Deiurisdictione & poteſtate eccleſiæ in infideles exmente catholicorum & proteſtantium,

vt & chriſtianorum imperatorum primitiuorum.

Digitized by Google

FREDVS *ad cit. l.* In his enim cauſis, quæ ad *cultum diuinum* ſpectabant, cognitionem maioribus ex iudæis relinquebant, adeo vt THEODOSIVS etiam *ius excommunicandi* peccatores adhuc illis permiſerit. Conf. BASNAGE *dans ſ' hiſtoire des juifs lib. VIII. cap. 5. §. 20.*

Pontifícii per indirectum poteſtatem eccleſiæ adſcribunt in infideles.

§. XXXIX. Hoc iure *in ſacris* per plures annos vſi ſunt, quod indicium præbet, epiſcopos olim nullam in eos exercuiſſe iurisdictionem, quippe quam tantum in eos, qui *membra eccleſiæ* erant, exercebant. Ipſi pontificii hodie in hac quæſtione non ſatis ſibi conſtant. Facile admittunt, *per indirectum* eccleſiam poteſtatem exercere in *infideles*, imperando principibus, vt hoc vel illo modo contra illos procedant, & ita executores præceptorum clericalium fiant, teſte RICCIVLLO *lib. II. cit. tr. cap. 52. n. 8. ſeqq.* Plura quidem de iudæis in conciliis ſunt conſtituta; plerumque tamen eo reſpectu, vt principes ad *executionem* eorum adigerent. Compertum enim habent, arma ſpiritualia, quibus vtuntur, inania eſſe contra *infideles*, cum, quia non ſunt in communione eccleſiæ, excommunicari non poſſint. Interim certos enumerant caſus, veluti ſi contra *fidem* pugnant, vel vi in eius contemtum quid committi poteſt, in quibus nouo iure inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ius procedendi contra infideles datum, præſertim cum horum inquiſitorum *proceſſus criminalis* ſit, & in effectu ad *vltimum ſupplicium* tendat. Imo papam ſibi *directo* poteſtatem in omnes *infideles* vindicare, ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, liquet, adeo, vt adhuc hodie epiſcopos, archiepiſcopos & patriarchas in partibus *infidelium* conſtituat, pro iure in horum ditionibus, quæ olim *eccleſiæ Romanæ* ſubfuere, ſibi conſeruando vel aſſerendo. Denique paſſim papam infidelibus etiam *exercitium religionis* conceſſiſſe vi iuris vniuerſalis, quod in *religionem* & eius *exercitium* ſibi vindicat, antiquitates memorant. Memorabile huius rei exemplum occurrit apud LEIBNITIVM *tom. I. diplom. cod. n. 196.* de papa SIXTO IV. qui ad Soldanum Babyloniæ *anno 1483.* ſcribens refert. Saracenos ſub FERDINANDO catholico, *ſemet approbante*, in Hiſpania publicum habere religionis exercitium, cum hac tamen reſtrictione, *ne ex altiori turrium parte Mahumetem alta voce inuocarent*, ſeque nullo modo admiſſurum eſſe, quod quidam per *mendacium* SOLDANO retulerant, vt Meſchitæ eorum demolirentur. Nunquam SOLDANVS, meo iudicio, ad papam eo nomine ſcripſiſſet, niſi cognitum habuiſſet, ab ipſo religionis exercitium & iura per orbem chriſtianum ex *poteſtate antiqua ſeruili* dirigi, & ſiue eius appro-

Digitized by Google

probatione infidelibus tale exercitium publicum ſacrorum permitti haud potuiſſe.

§. XL. Quod ſi hanc quæſtionem ſecundum principia proteſtantium, & naturam *ſupremæ poteſtatis in ſacra* examino, facilius omnes ſuperari poſſunt difficultates. Eſt videlicet hæc ſummæ poteſtatis ratio, vt ſe ad quascunque ſubditorum actiones extendat, & ſic quoque inſpectionem in *ſacra* ſubditorum, quatenus per *collegia* exercentur, contineat, nullo habito diſcrimine, vtrum princeps ei religioni addictus ſit, nec ne; quod nec diffitetur BRVNNEMAN. *de iur. eccleſ. lib. I. cap. 2. §. 26.* Generatim enim princeps, iudice PVFENDORFIO *de habitu relig. ad vit. ciuil. §. 44. & 49.* videre & præcauere debet, ne quid in his collegiis in præiudicium ſuæ reipublicæ agatur. Qui principibus ius circa ſacra vel tanquam *primario eccleſiæ membro*, vel ſub qualitate *epiſcopi* tribuunt, per indirectum principi ius circa *ſacra peregrina* adimunt, cum nec membrum primarium illius religionis dici poſſit, nec epiſcoporum poteſtas vltra eccleſiæ limites ſeſe extendat. Abſtinendum ergo ab his inueteratis & erroneis principiis, prout etiam obſeruat B. BVDDEVS *in theol. moral. P. II. c. 3. ſect. 7. § 21. in f.* & ex natura *ſupremæ poteſtatis* principibus ius etiam circa *ſacra infidelium*, eo quo dixi ſenſu, attribuendum eſt. In hoc tamen hæc collegia, *ſacris peregrinis* addicta, ab eccleſiis publice approbatis vtplurimum differunt, quod magiſtratus illorum ſacrorum curam non adeo ſuſcipere ſoleat, vt non diffitetur PVFFENDORF. *cit. loc. §. 39.* non quod minus iuris in ea habeat; ſed quod vtplurimum *ſacris infidelium* non ſoleat inuigilare, vtpote quæ odio habet, reprobat, & erronea eſſe credit, prout etiam olim gentiles imperatores nullam adeo ſacrorum chriſtianorum curam geſſerunt. Interim hæc praxis non imminuit ius principibus proteſtantibus, quin potius oſtendit, illos etiam de *ſacris iudæorum* leges ferre, & quæ noxia reipublicæ videntur, euellere poſſe. Hoc illuſtri exemplo comprobatum dedit Auguſtiſſimus Rex Boruſſiæ glor. mem. FRIDERICVS I. in *conſtitutione de precibus iudæorum* anno 1703. lata, cuius partem priorem iam *tom. III. lib. 3. tit. 23. §. 21.* tradidi, partem poſteriorem iam additurus, vt inde *ius* hoc *eximium* circa *preces publicas* appareat:

Principi etiam competat ius circa ſacra infidelium.

Weil dann wir vor kurtz verrückter Zeit mit vieler Wahrſcheinlichkeit berichtet worden, daß die Juden groß und klein in ihrem Gebeth, ſo ſich עליני לשבח Aleinu l. ſ. habbeach anfänget, und von ihnen ſowol in den Schulen als zu Hauſe geſprochen wird, abſcheuliche Läſte-

Digitized by Google

rungen wider unsern Erlöser und Heyland der Welt führen, auch alsdenn, wie vor einem Greuel ausspeyen, und von dem Orte etwas hinweg springen sollen; So haben wir deßhalb in verschiedenen unsern Provintzien und Landen eine genaue Inquisition angeordnet, und Unsern Regierungen und Commissarien unter andern mit gegeben, die Rabbinen und Aeltesten, mittelst eines wohlgeschärfften Juden-Eydes, zur Bekenntniß der Wahrheit anzuhalten, nebst angehängter ausdrücklichen Bedrohung, daferne sie darunter einen Mein-Eyd begehen würden, das sie, andern zum Abscheu, an Leib und Leben gestraft werden solten.

Als nun die Juden vernommen, daß die Lästerung in den Worten des erwehnten Gebeths stünde: שהם כורעים ומשתחוים להבל וריק ומתפללים ללא יושיע Schehem corcim umistachawim lehevel varik, umitpallelim lelo ioschia, so haben sie nicht allein deme hefftig widersprochen, sondern auch so gar auf einen in den Jüdischen Sachen erfahrnen und gelahrten Christen sich berufen, der sie deshalb in einem in öffentlichen Druck heraus gegebenen Buche entschuldige.

Was aber den Verstand und Sinn der angeführten Worte anlanget, so haben sie vorgegeben, daß das Gebeth עלינו לשבח Alenu leschabbeach von Iosuæ Zeiten herkommen, und von Ihm, als er der Amoriter grosse Abgötterey, welche die Sonn, Mond und das Gestirn, ja noch andere gantz elende nichtige Dinge angebethet, gesehen hätt e, sey gemachet worden, und wäre solcher Worte eigentlicher Inhalt und Verstand dieser: Welche kniende sich bücken vor Eitelkeit und Leerheit, das nicht helffen kan. Womit Josua auf die grosse und blinde Abgötterey der Heyden gezielet hätte, und folgends irrig wäre, daß sie Juden unter solchen Worten die Christen beareiffen oder solche Völcker verstehen solten, welche nebst ihnen den Schöpfer Himmels und der Erden (von dem in dem Gebeth vorhin gemeldet worden) anbeten, oder daß sie selbige Worte angeschuldigter massen zu einer Lästerung des Heylandes gebrauchen solten. Ob nun wohl wegen des Ausspeyens und Hinwegspringens es ihnen an Ausrede nicht ermangelt, sie auch überall zur Abschwörung des auf schärffste projectirt gewesenen u. ihnen vorgelesenen Eydes sich erbothen, so haben wir dennoch, aus Landes Väterl. Sorgfalt gegen alle Unsere Unterthanen, mehr Liebe vor sie, als sie selbst des Erbarmens über sich gehabt, und daher Unsern Commissarien allergnädigsten Befehl ertheilet, zur Ablegung des

Eydes

Eydes sie nicht anzuhalten, in mehrer Erwegung, daß wir doch dadurch bis auf den Grund der Sachen nicht kommen würden, die Entheiligung aber des allerheiligsten Nahmens GOttes sehr zu besorgen stünde, bey einem Volck, das den Eyd nach der Lehre einiger unter ihnen zu verrichten, und hier insonderheit aus Furcht der unausbleiblichen Gefahr für zukäßig halten dürfte.

Weil aber dabey die Ehre unsers GOttes, HErrn und Heylandes Christi JEsu, verthädiget, erhoben, und vor allem Volck erkant werden muß, und zum Preiß der Majestät unsers GOttes weit sicherer seyn will, dasjenige, so verdächtig ist, und als Gotteslästerlich angegeben worden, schlechterdings abzuschaffen, als mit Gefahr über das gantze Land, und alle seine Einwohner länger hin zu dulden; So wollen, setzen, und ordnen wir hiemit, und in Kraft dieses, daß von nun an biß zu ewigen Zeiten, kein Jude, Mann oder Weib, jung oder alt, in unsern Landen, alsofort bey Verlust daraus gejaget zu werden, weder in der Schule, noch in seinem Hause die oben angeführe Worte des Gebets: עלינו לשבח שהם כורעים ומשתחוים להבל וריק ומתפללים ללא יושיע Alenu leschabeach schehem coreim umischach wim levchel varick, umitpallelim lelo ioschia brauchen, beten und aussprechen, dabey ausspeyen und hinweg springen, auch den Kindern nicht beybringen sollen; Und damit man dessen so vielmehr versichert sey, so soll hinführo das Gebeth עלינו Alenu, welches sonsten von ieden in der Stille in der Schule gebethet worden, von einem aus der Gemeine laut und deutlich gesprochen, und von den übrigen nachgebethet werden, dazu wir gewisse Aufseher verordnen wollen, die deshalb die Juden-Schulen öfters besuchen werden: Da aber zu Hause, oder anderswo, ein oder mehr Juden sich gelüsten lassen sollten, wider dieses unser ernstlich Geboth zu handeln, und die verdächtige Worte dennoch zu beten, und dabey zu speyen und zu springen, oder den Kindern ein solches beyzubringen, so soll wider den oder dieselbe, alsobald es in Erfahrung gebracht wird, mit der angedroheten Strafe unverzüglich verfahren werden: Diejenigen aber, welche, ohne daß man es erführe, solches thun, und insonderheit in mehr berührte Worte zur Schmach unsers Heylandes, mit dem Munde, oder auch in ihren Hertzen sprechen möchten, wollen wir der Göttlichen Allmacht, die auch die verstockten Hertzen ändern und erweichen kan, überlassen haben, und wird CHristus JEsus, unser

HERR und Erlöser, seine Ehre schon zu rechter Zeit zu retten wissen.

Wir versehen uns aber allergnädigst, daß die Juden diesem unserm Gebott, welches wir, in allergnädigster Erwegung, daß sie ehemahls GOttes geliebtes Volck gewesen, und daß sie nach dem Fleisch die Befreundten unsers Heylandes seyn, mit Liebe, Mitleiden und Erbarmen gegen sie verknüpffet haben, sonst aber die Ehre unsers GOttes von Uns unumgänglich erfordert, so viel mehr allerunterthänigsten Gehorsam bezeugen werden, weil ihnen darinn nicht das geringste wider ihre Religion, Ceremonien, Aufsätze oder Gebräuche angemuthet wird, massen sie nicht allein selbst von vielen Jahren her, in ihren gedruckten Büchern die mehr angezogene Worte, wegen Beysorge einiger Gefährlichkeit, so ihnen an heydnischen Orten, oder ihrem Vorgeben nach, aus Mißdeutung bey denen Christen, erwachsen könte, auszulassen gewohnet sind, sondern selbst einige ihres Mittels vor Unsern Commissarien bezeuget, daß weder sie solche Worte gelernet, noch ihren Kindern lernen lassen, ja daß solche Worte nicht von allen Juden gebethet würden, auch sie zu bethen nicht nöthig wären, darum, weil dieselbe nicht zu GOtt gerichtet wären, und eigentlich kein Lob GOttes in sich hielten. Das Ausspeyen aber bey dem Gebeth עלינו Alenu gemäß ihren bey der Commission producirten Büchern, für eine sündliche Sache zu halten wäre, welche von Unser Judenschaft zu Halberstadt bereits freywillig abgestellet worden, übrigens von dem Hinwegspringen sie gar nicht wissen wollen. Die nun hierin unserm allergnädigsten und ernstlichen Willen gehorsamst nachleben werden, haben sich unsers Landes-Väterl. Schutzes und Schirms, wie andere getreue Unterthanen, noch fernerhin allerunterthänigst zu erfreuen, die Ubertreter aber, die obangedeutete, ja nach Befinden der Umstände, gar Leib- und Lebens-Strafe unausbleiblich zu gewarten. Massen wir hiemit allen in unserm Königreich und Landen vorhandenen Regierungen, Justiz-Collegiis, Hohen und Niedrigen, Geist- und Weltl. Gerichten, Obrigkeiten in Städten und auf dem Lande, auch dabey unsern Fiscalischen Bedienten allergnädigst und zugleich ernstlich anbefehlen, hierüber ein wachendes Auge zu haben, und so lieb ihnen ist, schwere Verantwortung bey Uns oder vielmehr bey dem strengen Richter-Stuhl JESU Christi zu vermeiden, über dieses Unser ewiges Edict treu-eifrigst zu halten. Uhrkundlich unter Unser eigenhändigen Unterschrift und auf-

Digitized by Google

aufgedruckten Königl. Insiegel. Gegeben zu Cölln an der Spree den 28. Aug. 1703.

Friderich.

§. XLI. Cauendum itaque, ne temere a potestate *episcoporum* ad *iura principum protestantium* in hac doctrina argumentum ducamus, præsertim cum ratio diuersitatis euidens adsit. Scilicet *infideles* in republica degentes sunt *veri subditi* principum, eorumque legibus reguntur: sed non dicuntur esse de *ecclesia*, & sic *episcoporum*, qua talium, subditi non sunt, nec hi sacra eorum dirigunt. Plus potestatis principibus protestantibus, exemplo imperatorum, in *sacra infidelium* permissum est, quam episcopis, qui ipsimet potestatem suam restringunt ad *sacra christianorum*, *qua talium*, & se *præsides ecclesiæ* dicunt, extra quam infideles constituti sunt. Ex hac ratione quoque fluit, iudæos ceterosque infideles non esse subiectos *iudiciis episcoporum ecclesiasticis*, sed tantum *secularibus*, vt constat ex *cap. 14. X. de iudic.* nequidem in causis, quæ alias ad *forum ecclesiasticum* tractæ sunt, *quod de eorum animabus non curandum sit*, *iuxta Paulum 1 Corinth. I. de his*, *qui foris sunt*, *quid ad nos?* vt philosophatur GONZALEZ *ad cap. 12. X. de vsur. num. 2.* in quo tamen paulo mitius iudicium fert SIMON MAIOLVS, episcopus Vulturarienſis *tom. III. dier. canicul. colloq. 1. p. 585.* Si quid ergo commiserint, quod *censuris ecclesiasticis* subiectum, causa remittitur ad *iudicem secularem*, & ab eo satisfactio petitur: hanc si neglexerint, christianis omnibus per *censuram ecclesiasticam* interdicitur, ne cum his infidelibus, antequam satisfecerint, præsumant commercia exercere. Hæc est methodus, quæ præscribitur in *c. 14. X. h. t.* & in *c. 12. X. de vsur.* Imo in *concil. Lambethensi anno 1261.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p. 541.* noua plane & ratione extraordinaria cautum, vt iudæi delinquentes *in rebus ecclesiasticis per interdictum commercii, contractuum & conuentionis fidelium ad respondendum in his casibus coram ecclesiastico iudice compellantur; inhibentes vero & impedientes in hoc casu iurisdictionem ecclesiasticam* (iudices seculares sine dubio intelligunt) *& hac de causa iudices vel alios distringentes & molestantes per excommunicationis & interdicti sententias arceantur.* In Anglia id quidem constitutum est; vix tamen probabile, vt in praxin deduci potuerit, cum terræ ecclesiarum earumque generalis praxis ab hac constitutione discreparent. Inter protestantes quoque hæ causæ,

quod minime ex iure episcopali deriuandum.

Infideles non subiiciuntur iudiciis ecclesiasticis,

nec inter protestantes.

cauſæ, quæ alias quoad chriſtianos in conſiſtorio pertractantur, ad *iudices ſeculares* referuntur, præſertim cum in plerisque locis *proprios* habeant *iudices*, qui de ipſorum contentionibus iudicant, niſi forſan cauſa grauior & ardua fuerit, *ius circa ſacra* tangens, quæ immediate ad principem refertur.

Infideles eximi dicuntur a conſtitutionibus eccleſiaſticis,

§. XLII. Ex hoc principio porro colligunt, iudæos haud ligari conſtitutionibus eccleſiaſticis, quæ ab *eccleſia* ſeu *clericis* feruntur ad directionem *regiminis ſpiritualis*, quorſum omnes illæ cauſæ ſpectant, quæ ſub hoc prætextu ad forum eccleſiaſticum ſunt tractæ. Ait pontifex in *c. 8. X. de diuort.* *Infideles conſtitutionibus canonicis non arctantur: quid enim ad nos, ſecundum Apoſtolum, de his, quæ foris ſunt, iudicare?* Proinde gradus in matrimonio prohibiti de *iure canonico* infideles non ligant,

niſi negotia ſecula ita determinent.

qui ſecundum *legis veteris* inſtitutum matrimonium contrahere poſſunt iuxta *c. 6. de conſang. & affinit.* & *c. 15. X. qui fil. ſunt legit.* Quia vero ius canonicum plura quoque determinat, quæ *cauſas* mere *ſeculares* tangunt, & ius ciuile corrigunt, vel reſtringunt, infideles quoque eisdem legibus ſubiiciunt, quatenus vt *pars iuris communis* cenſentur, quo etiam infideles ligantur. *l. 8. C. de iudæis.* Conf. RICCIVLL *lib. II. cit. tr. cap. 14.* Hæc ſi applicantur ad terras proteſtantium, in quibus iudæi vel alii infideles viuunt, palam eſt, paulo diſtinctius hic procedendum eſſe.

De praxi proteſtantium.

Partim enim *iure communi*, partim *iure proprio* vtimur. Illud ex iure *Romano* & *canonico* deſumitur, nec dubium eſt, quin etiam in cauſis *infidelium* locum ſibi vindicet, quatenus *negotia* mere *ſecularia* concernit,

Ligantur etiam iure canonico, quatenus ius commune in cauſis ſecularibus conſtituit.

quia *iure canonico* vtimur, non quatenus ab *eccleſia* latum eſſe dicitur, ſed quatenus vt *ius commune* in noſtris terris retentum eſt. Hac de cauſa diſpoſitio iuris canonici, *proceſſum*, *præſcriptionem*, aliaque concernens, ſtringit quoque infideles. Ceterum quæ cauſæ mere *ſeculares* dicendæ ſint, non vnice ex *iure canonico*, ſed praxi inter proteſtantes vſitata iudicandum, quæ non raro a iure canonico recedit. Cauſas *iuramentorum* pon-

An diſpoſitio iuris canonici de efficacia iuramentorum etiam ad infideles pertinet?

tificii etiam ad ſuum forum trahunt, quas noſtrates foro ſeculari *priuatiue* vindicant, vtut de cetero ſententiam iuris canonici *efficacia iuramentorum*, actibus inualidis adiectorum, ſequantur. Vnde quæſtio emergit: *an iuramenta iudæorum aliorumque infidelium firment actus alias iure ciuili nullos*, veluti an donatio inter coniuges infideles iuramento firmata ſubſiſtat, & pacta de non ſuccedendo iurata inter illos vigorem ſuum habeant? Quod negant plerique, vt MARQVARDVS *de iudæis part. II. cap. 8. num. 8.* TIRAQVELLVS *de primog. q. 66. n. 32.* MANTICA *de tacit. & ambig. conuent.*

Digitized by Google

conuent. n. 58. quod hoc *iure canonico* ſit conſtitutum, ad euitandum diſpendium ſalutis æternæ; iudæi autem & infideles iis conſtitutionibus, quæ reſpiciunt *ſalutem animarum*, non ſint obſtricti, vt MANTICA philoſophatur. Verum enim vero proteſtantes hanc rationem non admittunt, inter quos *ius canonicum* robur ſuum habet ex *recepto*, & vt *ius commune* valet, haud attendentes, in quorum ſalutem hoc pontifex ſtatuerit. Cum ergo iudæi ceterique infideles *iure communi* viuere cogantur, merito quoque in hac cauſa eodem iure vti debent. Accedit, quod etiam *ius ciuile nouiſſimum* iuramentis vim nouam addiderit, & *ius canonicum* approbauerit, vt liquet ex *authent. Sacrament. puber. C. ſi aduerſ. vendit.* quod affirmatur.

§. XLIII. Reliquæ cauſæ, quæ etiam inter nos *eccleſiaſticæ* alias dicuntur, intuitu *infidelium* non ſunt eiusdem generis. Quædam enim ex ſpeciali ratione, ſiue *vera*, ſiue *putatiua*, *eccleſiaſticis* annumeratæ ſunt, quæ intuitu *infidelium* pro talibus haberi nequeunt, vel ad minimum eorum fauorem non concernunt. Etenim contingit ſæpe, vt negotia, quæ intuitu *chriſtianorum certo modo* dicuntur *eccleſiaſtica*, reſpectu *infidelium* a nobis vt mere *ſecularia* iudicentur. Huc refero *cauſas matrimoniales* & *ſponſalium*, quoad eas concluſiones, quæ ex principio, quod ſacramentum vnionis Chriſti cum eccleſia ſub matrimonio ex *doctrina iuris canonici* repræſentetur, fluunt. Hæc ratio ceſſat in *matrimonio infidelium*, quod quidem *legitimum* & *verum* eſſe matrimonium aiunt, ſed non *ratum*. Ita cenſuit pontifex in *c. 7. X. de diuort.* aiens: *Nam etſi matrimonium* VERVM *inter infideles exiſtat, non tamen eſt* RATVM: *inter fideles autem verum & ratum exiſtit, quia ſacramentum fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquam amittitur, ſed ratum efficit coniugii ſacramentum, vt ipſum in coniugibus illo durante perduret.* Hæc vnica ratio eſt, quod cauſæ matrimoniales iudæorum *foris ſecularibus*, non *eccleſiaſticis* vindicentur, & coniugia inſtar *ſocietatum* mere *ciuilium* habeantur. Equidem proteſtantes *ſacramentum* matrimonii *proprie dictum* haud admittendum cenſent; a concluſionibus tamen inde deductis non prorſus abſtinent, quia quandam ad minimum *ſpiritualem qualitatem* matrimonio ineſſe credunt, vt cum aliis *contractibus* vnice conferri haud debeant. Hanc ob rem ceſpitant, quo iure *matrimonia infidelium* regi debeant? Videlicet *leges matrimoniales* non ſunt vnius eiusdemque generis. Quædam adhuc originem trahunt ex *ſacramento matrimonii*: quædam nullam cum eo connexionem habent. Illuc pertinet iuxta *ius canonicum* (α) doctrina de *indiſſolubilitate matrimonii*. Non omnes cauſæ eccleſiaſticæ, quæ inter nos tales ſunt, infidelium quoque intuitu tales eſſe putantur, vt cauſæ matrimoniales. Quod iure matrimonia iudæorum regi debeant.

(6) quod ad *forum ecclesiasticum* tractum sit: tales leges *matrimoniis infidelium* applicari nequeunt, quas ex iure canonico retinuimus. Qua de causa *diuortia* hodie inter eos facilius fieri posse, obseruaui *ad tit. de diuort;* imo crederem, *bigamiam* ab iis contractam non tam seuere puniendam esse, quam inter christianos. Pœna capitalis ideo *iure canonico* constituta est, quia non tantum *adulterium* continet, sed præterea aliud grauius crimen, *sacramenti* sc. *matrimonialis profanationem.* Hoc in *artic. 121. const. Car.* verbis: in Gestalt der heiligen Ehe, denotatum videtur, quod secundum communem hypothesin *infidelibus* applicari nequit, quorum matrimonia ex mente *iuris canonici* non sunt *rata*, nec *sancta* dicenda, sed *mere* nogotia *profana.* Ad posteriorem classem pertinent *leges* gradus matrimoniales determinantes, quæ inter protestantes non ex *iure canonico* petuntur, sed *specialibus constitutionibus prouincialibus* nituntur, nullo habito ad *qualitatem ecclesiasticam* respectu. Hisce hodie etiam ligantur iudæi, ceu olim quoque *imperatorum constitutionibus* obstricti fuerunt, *l. 7. C. de iudæis*, vt ad minimum inter protestantes libertate contrahendi matrimonia *secundum legem Mosaicam* absolute non gaudeant. Imo ne quidem *polygamia* illis amplius permissa est per *cit. l. 7.* HAHN. *in diatagm. iudæor. §. 12.* Quamuis enim ex *doctrina Christi* fideles *polygamiam* reprobent, & leges positiuæ quoque se in eo fundare videantur; non tamen vnice hanc, sed *proprias* & *domesticas* rationes habent. Docent antiquitates, *monogamiam* inter populos *occidentales* semper commendatam & vsitatam fuisse, cum *orientalibus* polygamia potissimum in deliciis fuerit. Hi mores eo magis inter christianos postea corroborati sunt, quod doctrinæ Christi conformes essent, & *rationes* plures quoque *ciuiles* monogamiam suaderent. Merito ergo iudæi quoque legibus generalibus, monogamiam imperantibus, teneantur, cum rationes ciuiles haud admittant, vt eorum polygamiam inter nos tolerare possimus, ad quam ceteræ omnes *leges ciuiles* haud sunt accomodatæ, quæ vbique *monogamiam* supponunt.

De negotiis piis, quæ etiam intuitu infidelium tales sunt.

§. XLIV. Porro quædam negotia, quæ christianis *ecclesiastica* dicantur, vel *pia*, etiam intuitu infidelium accenseri *piis* possunt. Dispositiones ad *pias causas* huc referri queunt, quas ius nostrum *foris ecclesiasticis* etiam ideo vindicat, quod intuitu singularis *pietatis* vel *quasi* factæ sint, qua de causa etiam plura priuilegia iis tributa. Nec putandum est, in infidelibus diuersam hac de re esse sententiam, qui quod templis, synagogis, vel vt dicitur in *l. 1. §. 5. ad leg. Falcid. quæ*

Deo

Digitized by Google

Deo relinquuntur vel etiam *pauperibus*, ſine dubio pia *fore* aſſerunt. Vnde quæſtio exſurgit, an etiam priuilegia, *diſpoſitionibus piis* data, ad *infidelium teſtamenta* trahi debeant? BARTOLVM & BALDVM magnopere inter ſe hac de quæſtione diſcrepaſſe, teſtis eſt RICCIVLLVS *lib. II. cap. 13. cit. tr.* Equidem gaudent infideles *iure communi*, & ſic quoque priuilegia iure communi indulta iis denegari nequeunt, quod etiam de *iure canonico* dicendum, quatenus in noſtris teritoriis vt *ius commune* receptum eſt, & iudæorum cauſis quoque applicari poteſt. Conſtat vero, illorum teſtamenta cenſeri, *iure communi*, adeo vt etiam *inter liberos* iure priuilegiato disponere poſſint, obſeruante B. STRYK. *de cautel. teſtament. cap. 10. §. 2. in fin.* Verum enim vero in *priuilegiis*, a regula *iuris communis* abeuntibus, recte diiudicandis ſemper attendendum, in quorum fauorem data ſunt, vltra quos tanquam *ius ſingulare* extendi nequeunt, quin potius quoad reliquos, quos idem fauor non reſpicit; ſubſiſtendum in regula *iuris communis*. Nemo vero negabit, priuilegia, *piis cauſis* attributa, primario vel *eccleſiam* vel *clericos* reſpicere, nec aliam *pietatis* rationem admiſſam fuiſſe, quam quæ *religioni chriſtianæ* conueniens viſa eſt. Infidelium ſacra, templa, ſynagogæ, & opera miſericordiæ ipſa nulla pietate conſtare iudicantur, quod ex *ſuperſtitione*, *errore*, & *peruerſo religionis conceptu* originem trahant; adeoque non probabile eſt, legislatores, priuilegia talia indulgentes, ad infidelium diſpoſitionem ea quoque extendere voluiſſe. Equidem ſacra eorum inter chriſtianos tolerantur, ſynagogæ quoque ſuis immunitatibus conſtant, vt infra declarabo, & quod quoad nos *pium* eſſe iudicamus, quoad illos *profanum* iudicare haud poſſumus. Verum de eo *primario* haud eſt quæſtio; in eo vnice κρινόμενον conſiſtit, an intentio eorum, qui *piis cauſis* priuilegia dederunt, tam generalis fuerit, vt *infidelium* diſpoſitiones eodem iure frui voluerint? tolerantur *ſacra* iudæorum, non *approbantur*, non *pia* ſimpliciter iudicantur, ergo nec eundem *fauorem* merentur. Fruuntur ſynagogæ quibusdam immunitatibus, non vero in vniuerſum illis, quæ *eccleſiis* datæ ſunt. Denique planum manifeſtumque eſt, leges, quæ de *piis diſpoſitionibus* loquuntur, vnice *chriſtianorum*, non *infidelium* teſtamentis proſpexiſſe. Vnde ad infideles adhuc applicandum, quod dicitur in *l. 1. §. 5. ad leg. Falcid. etiam ad ea, quæ Deo relinquuntur, lex Falcidia pertinet.*

An priuilegia piarum cauſarum etiam ad diſpoſitiones infidelium pertineant?

§. XLV. Denique ſint quædam negotia, quæ vnice *cultum ſacrum* eiusque *exercitium* reſpiciunt, vel intime ex *principiis religionis* fluunt

Negotia cultum ſacrum infidelium

Digitized by Google

respicientia pro priuregiuntur iure.

fluunt tam inter *fideles* quam *infideles*. Aque hæc quidem propriis suis peculiaribusque legibus constant, vt quæ sacris christianorum iura sunt data, siue *iure communi*, siue *prouinciali* fuerint determinata, ad *sacra iudæorum regulariter* non spectent, quia hac intentione haud fuerunt condita, vt quibuscunque sacris *sine discrimine* applicarentur, cum ne quidem omnia *iura ecclesiastica* inter christianos ita sint comparata, vt cuiuscunque sectæ sacris applicari queant. Distamus in plurimis a principiis catholicorum, quæ impediunt, quo minus *iura canonica* indistincte sacris nostris applicare possimus. Multo minus ergo *iura nostra ecclesiastica*, quæ vnice *rem diuinam christianorum* determinant, sacris peregrinis infidelium, quibus ne quidem data sunt, applicari possunt. Atque hæc quoque ratio est, quod ne quidem iura, ex *theologia gentilium* deducta, in praxin deducere valeamus, vtut in collectione IVSTINIANI adhuc appareant ex TRIBONIANI imprudentia, quod qui non animaduerterunt, ea grauiter meo peccant iudicio. Quid enim absurdius est, quam leges, ex *gentilium religione* & *pagana superstitione* deductas, in *ius ecclesiasticum christianorum* trahere velle, qui tamen prorsus talia gentilium dogmata respuunt, reprobant, damnant? Interim tamen animaduertimus, amorem iuris iustinianei interpretes saepe auertere a vero scopo, & in deuia deducere, quod paucis declarandum est.

Vnde nec leges ex superstitione gentilium pendentes sacris nostris applicari possunt,

quod variis illustratur obseruationibus exemplisque.

§. XLVI. Ait CAIVS, ICtus gentilis, in *l. 18. D. in ius voc.* nullum de domo sua in ius vocare licere, *quod domus tutissimum cuique refugium atque receptaculum sit.* Est haec conclusio sine dubio ex principiis *gentilismi* deducta, secundum quæ singularis *sanctitas* ædibus inhærebat, & peculiaris religio *Diis Penatibus* debebatur. *Quid sanctius*, ait CICERO *oratione pro domo sua ad pontifices, quid omni religione munitius, quam domus vnius cuiuscunque ciuium? Hic aræ sunt, hic foci, hic Dii Penates, hic sacræ religionis ceremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, vt inde abripi nemini fas sit.* Omnem christianæ religionis sensum sine dubio deponeret, qui in hac conclusione subsistendum esse asserere vellet. Sic etiam theologiæ gentilium debetur distinctio rerum, quod aliæ sint *diuini iuris*, aliæ *humani*, & quod quæ *diuini iuris* sunt, *nullius* in bonis esse credantur, iuxta CAIVM in *l. 1. pr. de rer. diuis.* conf. *l. 6. §. 2. 3. & 4. & l. 9. §. 2. de diuis. rer.* In ea videlicet gentiles erant sententia, posse diis quasdam res attribui addicique, vt in eorum proprietatem *priuatiue* ac *penitus* caderent, & consequenter *nullius* in bonis esse possent, adeo vt si vel maxime ædificium consecratum dirutum esset,

Digitized by Google

eſſet, *locus* nihilominus *ſacer & nullius* maneret, *l. 6. §. 3. de R. D.* quod etiam IMPERATOR ex ſuffragio PAPINIANI, ICti ethnici, repetit in *§. 8. Inſtit. de R. D.* Enimuero talem conceptum de rebus ſacris, ſalua ratione chriſtianitmi, habere non poſſumus, optime conſcii, omnia eſſe Domini, nec poſſe eidem tanquam poſſeſſori rerum immobilium proprietatem talem aſſignari. Etiam res quædam, quæ nobis *ſacræ* dicuntur, dantur, quæ tamen tantum & *fine* & *vſu* hanc denominationem acceperunt, ſed intuitu *proprietatis* non ſunt *iuris diuini*, verum *humani*, pertinentque ad *patrimonium vniuerſitatis* illius, cuius gratia ædes ſacræ cum aliis acceſſoriis exſtructæ ſunt. Similiter *religioſa qualitas ſepulchrorum* peperit ſententiam admodum erroneam, effecitque, vt etiam res religioſæ *diuini iuris & nullius* in bonis dicerentur. *l. 1. pr. de R. D.* Ex hoc principio plures adhuc ſuperſunt concluſiones in *tit. de Religioſis*, quod tamen ſummam ſapit idololatriam. Ea quippe veneratio Romanis erga *Deos Manes*, h. e. *animas defunctorum* a corpore ſeparatas erat, vt monumenta iis extruerent in loco, quo cadauer erat conditum, magnumque religionis cultum exhiberent. Ait SENECA *epiſt. 86. in ipſa Scipionis Africani villa iacens hæc tibi ſcribo, adoratis Manibus eius & ara.* Ipſum ſepulchrum his defuncti Manibus conſecratum erat, hac de cauſa *diuini iuris & nullius* in bonis dicebatur, vnde & ſanctitatem ei CICERO *Philip. IX. cap. 6.* tribuit, aiens: *ſepulchrorum ſanctitas in ipſo ſolo eſt*, quia, vt philoſophatur VLPIANVS in *l. 4. de religioſis, locus ad mortuum pertinere videtur, in quem illatus eſt.* Quod autem *defunctorum*, quod eorum *manium* eſſe videbatur, id in *nullius hominis* bonis eſſe poterat, adeoque nec *hæreditati* ineſſe credebatur iuxta *l. 42. §. 1. ad SCt. Trebell.* Quis vero inter chriſtianos, ſanioribus principiis imbutos, in hoc hæret luto, ſolius iuris IVSTINIANEI amore, cum tamen infidelium & paganorum religionem irrideamus, eamque reprobemus? Et quid denique de *rebus ſanctis* vel de peculiari earum *ſanctitate*, dicam, quam muris, portis, vallisque *religio gentilium* conciliauit, & propter quam *diuini* etiam *iuris* dicuntur CAIO in *l. 1. pr. de R. D?* erant enim muri portæque *Diis* certis *tutelaribus* dedicati, vnde etiam gentilibus ſolenne erat, vt vrbem expugnaturi *Deos tutelares* euocarent ſolenni carmine, quod refert MACROBIVS *lib. III. Saturnal. cap. 15.* quod aut alia ratione eam capi non poſſe crederent, aut etiam ſi poſſet, nefas exiſtimarent, Deos captiuos habere. Teſtis eſt PLINIVS *lib. XXVIII. cap. 2: Ferreus Flaccus autores ponit, quibus credat in oppugnationibus ante omnia ſolitum a Romanis*

atque exemplo religioſarum rerum & ſanctarum vlterius illuſtratur,

ſacerdotibus euocari Deum, cuius in tutela id oppidum eſſet, promittitque illis eundem aut ampliorem locum apud Romanos cultumue. Durat in pontificum diſciplina id ſacrum, conſtatque ideo occultatum, in cuius Dei tutela Roma eſſet, ne qui hoſtium ſimili modo agerent. Teſtis etiam eſt VLPIANVS in *l. 9. §. 1. in fin. de rer. diuiſ.* aiens: *ſolent qui liberare eum locum religione volunt, ſacra inde euocare;* quod vlterius illuſtrant PETRVS FABER *lib. II. Semeſtr. cap. 4.* & B. a CVCCEII. *diſſ. de euocatione ſacror. cap. 1.* Proinde non adeo mirandum, gentiles pœnam capitalem iuxta *l. fin. de R. D.* in *murorum violatores* poſuiſſe, quippe qui ſecundum hæc principia *ſacrilegium* committebant. Eadem de cauſa quoque grauiſſima pœna in eos, qui circa *terminos* quid deliquerant, ſtatuta eſt, quod *Diis terminalibus* eſſent conſecrati, quos itidem adorabant. Ex hoc principio TIBVLLVS *lib. I. eleg. 1.* ita canit:

Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris
Seu vetus in triuio florea ſerta lapis.

Horum *vnctorum* & *coronatorum lapidum* mentionem iniicit MINVCIVS FELIX *in Octau. p. m. 20. edit. Gronou.* vbi OVZELIVS *in not.* hæc addit: *vnctos vocat lapides Octauius, quia gentibus in more poſitum erat, lapides, quos pro Diis vialibus & terminalibus colebant, vnguentis delinire.* Quis vero hos veteris paganismi errores & infidelium ſomnia in vſum reuocaret inter chriſtianos, qui idololatriam eiurarunt? Longum foret ire per ſingulas concluſiones, quæ in Pandectis ex *theologia gentilium idololatrica* ſuperſunt, quarum collectioni non vlterius immorabor.

Inde leges ex religionis principiis deductæ illis ſunt relinquendæ, quamdiu toleratur talis religio. Vt formula iuramentorum declaratur.

§. XLVII. Liquet ergo ex his, quæ dicta ſunt, leges profitiuas plurimas principiis *religionis*, quibus eadem ciuitas vel populus imbutus eſt, inniti, quæ illi, quam diu eidem religioni adhæret, ſaluæ & integræ relinqui debent, vt ſecundum eas iudicentur. In effectu enim eiurare religionem cogerentur, ſi leges, religioni ſuæ contrarias, amplecti tenerentur, ſi infideles ex *formula noſtrae religionis* etiam in cauſis ciuilibus agere obſtricti eſſent. Proinde quia *iuramenta* ſunt religioſa aſſertio, qua inuocatur Deus in vindicem & teſtem, & ſic ſecundum *principia religionis*, quam iurans profitetur, iurandum, euidens eſt, iudæos in foro chriſtianorum non iurare ſecundum *ius commune* aut *formulam* apud chriſtianos receptam, ſed ſecundum legem Moſis, ex qua formula peculiaris iis præſcripta in ORDINAT. CAMER. *P. I. tit. 56.* Aliam ſolenniorem formulam exhibui *lib. II. tit. 20.*

Digitized by Google

20. §. 34. & in *append tom. 1.* Et tamen, quod mirandum est, ne quidem olim hoc obseruatum fuit. Ostendit docetque BASNAGE *dans l' histoire des Iuifs lib. IX. cap. 23. §. 14.* ipsos gentiles in eo errasse, iudæisque formulam iuramenti suæ religioni propriam imposuisse, vt iurarent per *genium principis* & *templa tonantis*, qua formula tamen suam conscientiam haud stringi, credebant. Et quid dicam de gentilibus? vix cautiores Christiani fuerunt hac in causa, quod idem BASNAGE *cit. loc.* illustrat, docens, nonnunquam olim iudæos per *nomen Sanctorum*, per *B. Mariam* & *filium Dei* iurare coactos fuisse, quod, cum tandem sine effectu esse animaduersum fuit, anno 1285. emendatum est.

§. XLVIII. Quocirca si quæ leges circa ea, quæ *cultum* eorum concernunt, a principe vi *iuris summi circa sacra* præscribendæ sunt, ad eorum religionem accomodari debent, ne alioquin vis religioni inferatur. Obseruarunt id ipsum imperatores in *l. 2. C. de iud.* constituendo: *ne in festiuitatibus aut sabbathis suis iudæi corporalia munera obire, nec quicquam facere cogantur, neque propter publicam priuatamque causam in ius vocentur.* Idem quoque cautum est in *l. 13. C. eod. Die sabbathi ac reliquis sub tempore, quo iudæi cultus sui reuerentiam seruant, neminem aut facere aliquid aut vlla ex parte conueniri debere, præcipimus.* NEC ius canonicum ab hac sententia recessit, sed in *c. 9. X. h. t.* constituit, *ne in festiuitatum suarum celebratione vllatenus turbentur.* Inde quoque IVSTINIANVS in *Nouell. 46. c. 1.* edixit, vt *sacra biblia quacunque in lingua legant, & secundum hæc viuant & conuersentur.* Addit tamen: *eam vero, quæ ab iis dicitur secunda editio* (h. e. lex secundaria, quam *Misne Tobra* vocant) *interdicimus omnino, vtpote sacris non coniuncta libris, neque desuper traditam de Prophetis, sed inuentionem constitutam virorum ex sola loquentium terra, & diuinum in inipsis habentium nihil.* Verum quia *hæ traditiones iudaicæ*, quas *legem secundariam* vocant, hodiernam eorum religionem admodum informant determinantque, inde non mirandum est, hanc IVSTINIANI legem in vsum non fuisse deductam, obseruante HAHNIO *in diatagm. iudæor. thes. 17. in not.* Rursus hæc causa seculo XVI. reuocata est, PFEFFERKORNIO, iudæo conuerso, apud MAXIMILIANVM imperatorem sollicitante, vt libri iudæorum fabulosi comburerentur. Non deerant, qui eius causam agerent, idemque ab imperatore summis contenderent precibus. Imperator tamen, vtut in hanc inclinaret sententiam, eam exequi noluit, re nondum satis examinata; sed quosdam Doctores, inter quos etiam REVCHLINVS erat, delega-

Leges infidelibus dandæ ad eorum religionem accommodandæ.

Digitized by Google

legauit, vt momenta huius cauſæ ponderarent. REVCHLINVS libros quidem, quos NIZZACHON & TOLDOS IESCHV vocant, comburendos credidit, non ceteros, quod adeo crimini ipſi datum, vt ab HOCHSTRATO, *inquiſitore hæreticæ prauitatis* (Ketzer-Meiſter, vt vocatur in reſcriptis Cæſaris) publicæ *hæreſeos* poſtulatus fuerit. Accuſatione hac ad Electorem Moguntinenſem delata, REVCHLINVS fuit condemnatus, qui tamen ad pontificem mox appellauit. Dedit hic epiſcopum Spirenſem iudicem delegatum, coram quo ſuam cauſam REVCHLINVS adeo egregie egit, vt abſolutus fuerit, HOCHSTRATO in expenſas condemnato, quamuis *Colonienſes* & *Pariſienſes* a partibus eius eſſent, quorum mores admodum falſe perſtringuntur in *literis obſcurorum virorum*, pro cauſa REVCHLINI contra HOCHSTRATVM ceterosque magiſtellos ei adhærentes ab HVTTENIO editis. In hac controuerſia ſcripta varia eo tempore publicata ſunt, nouiter edita ab HERMANNO VAN DER HARDT, Profeſſore Helmſtadienſi celeberrimo; *P. II. hiſtor. literar. reformat.* que iam anno 1512. 1514. &c. antiquis typis edita fuere, vt ex antiquo libro, mihi communicato, obſeruaui. Acta hæc optime cauſam hanc, quam hic ago, illuſtrare poſſent, ſi quæuis eius momenta referre & examinare liceret, id quod in tanta rerum vbertate, qua circumſeptus ſum, haud licet.

In rebus indifferentibus princeps quædam recte determinat.

§. XLIX. Cetera, quæ religioni haud ſunt propria, ſed pro lubitu aſſumta, aut in abuſum tracta, recte prohibentur, ceu factum in *l. 11. C. de iudæis*, vbi merito iudæis interdicuntur, quæ in *contemtum chriſtianæ religionis* ab illis inuenta erant. Verba legis hæc ſunt: *Iudæos quosdam feſtiuitatis ſolemnia ad pœnæ quondam recordationem incendere, & ſanctæ crucis adſimulatam ſpeciem in contemtum chriſtianæ fidei ſacrilega mente exurere, prouinciarum rectores prohibeant: neue locis ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemtum chriſtianæ legis retineant, amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab illicitis temperauerint.* In *codice Theodoſiano*, & quidem in *l. 18. C. de iudæis*, verba huius textus in ſua ſiſtuntur integritate, maxime initialia, quæ genuinam legis mentem manifeſtant. *Iudæos*, verba ſunt, *quodam feſtiuitatis ſuæ ſolemni, Aman, ad pœnæ quondam recordationem* &c. Docent hæc verba, feſtum, quod in memoriam ſalutis, per ESTHEREM recuperatæ, & recordationem ſupplicii Hamanis iudæi inſtituerunt, (de quo ESTHER. VIII. ſeqq.) his prohiberi verbis, quod tripudiis iocisque iudæi celebrare, præterea AMANEM incendere, & ſanctæ

Digitized by Google

ctæ crucis assimilatam speciem seu patibulum quoddam exurere solebant, id quod in *contemtum christianæ religionis* faciebant, vt vel ex SOCRATE *lib. VII. hist. eccles. cap. 16.* constat. Conf. BASNAGE *dans l' histoire des Iuifs lib. VIII. c. 6. §. 1.* Pari ratione in *l. 14. C. de iudæis* illis iniunctum, *ne insolescant elatique sui securitate quicquam præcipites in christianam reuerentiam vltionis admittant.* Imo sicuti ipsimet *in sabbathis* suis aliisque festis diebus nulla afficiendi sunt molestia; ita recte lege publica iis iniungitur, vt in *festis christianorum*, ipsaque die dominica christianos nullo modo turbent, negotiationemque exerceant, prout etiam in Gallia cautum esse refert FERMOSINVS *cit. l. n. 17. & 18.* Et vt omnis occasio, CHRISTI salutiferam passionem verbis vel factis iniuriosis lacerandi, illis adimeretur, recte quoque cautum, *ne in diebus lamentationis dominicæ passionis in publicum prodirent, eo quod nulli talibus diebus & oratius non eruberint incedere, ac christianis, qui sacratissimæ passionis memoriam exhibentes lamentationis signa prætendunt, illudere non formidauerint. c. 15. X. h. t.* Simili ratione in *c. 4. X. eod.* iis interdictum, *ne ostia vel feneſtras in die Paraſceues apertas haberent, ſed clauſas tenerent tota die*, qua inprimis *solennes processiones* fieri solebant, quas ludibrio suo iudæi habere solebant.

§. L. Atque hæc & similia *per sanctiones publicas*, earumque *executiones* facilius in republica obtinentur, quam si *modis indirectis*, ad infidelium *contumeliam* & *publicum dedecus* compositis, vtamur, quos olim clerum adhibuisse, rudera antiquitatis hinc inde docent. Neque enim tales modi in republica permittendi sunt, qui dissidia augent, odia mutua alunt, & contemtui publico gentem, cuius sacra tolerantur, & spes conuersionis supereſt, exponunt, qui mos tamen, quod dolendum, inter ipsos christianos dissidentes, qui se *fideles* dicunt, non adeo infrequens fuit. Præterea quoque cauendum, ne princeps facile fidem adhibeat quibuscunque fabulis & falsis *imputationibus*, quas odium erga gentem iudaicam produxit, a quibus prælaudatus BASNAGE *in tr. sæpe adducto* cum aliis eam vindicauit, quamuis hæ ipsæ iudæis graues admodum & periculosæ fuerint, & expulsionem eorum principi sæpe extorserint. Huc olim imprimis referebant inimici iudæorum, quod soliti fuerint, christianis auferre infantes, eosque mactare, cuius fabulæ mentionem iniicit AVGVSTINVS CALMETTVS *dans l' histoire eccles. & ciuile de Larraine tom. III. lib. 38. n. 18. ſq. p. 753.* aitque *On dit, que les Iuifs ont coutume, lors qu' il en trouvent l' occaſion, de ravir des enfans chrétiens & de leur faire ſouffrir,*

Ad publicum dedecus infidelium nihil permittendum.

Nec temere credendum vanis imputationib. maxime eorum, qui se conuersos dicunt.

ſur-tout au temps de la paſſion de I. C., tous les tourmens les plus cruels en haine de noſtre Sauveur. On pretend avoir pluſieurs exemples de pareils enlevemens, & de ſemblables cruautez exercées par eux contre des enfans chretiens. Fabulæ huic, cuius calumniam WAGENSEILIVS iam penitus ab iis abſterſit, CALMETIVM parum fidei habuiſſe, ipſa verba monſtrant; nihilominus tamen adfert exemplum, quo anno 1669. iudæus ad ſupplicium vltimum hanc ob cauſam raptus, non confeſſus: an conuictus? valde dubito, ſi circumſtantias adductas ſedula peruolua mente. Neque euentus, quem inimici ex hoc ſupplicio mente prælagiebant, ſecutus eſt, ſed iudæis plena Metis frui ſecuritate, conceſſum indultumque, quod forſan prudentiores animaduerterint, in tam atroci ſupplicio plus odio quam iuſtitiæ datum fuiſſe. Vtplurimum tales fabulæ ab iis originem traxere, quia iudaica ſuperſtitione ad nos transſierunt, quibus non facile credendum, quippe qui odio ſectæ eiuratæ inaniſſima ſæpe commenta proferunt, vt ægre iis faciant, quorum odia non ſine ratione metuunt. Quid abſurdius eſt illa imputatione, qua IOHANNES PFEFFERKORNIVS, poſtquam iudaicos ritus reliquit, *nomen* tantum *ſectæ* mutans non *animum*, in *tr.* quem inſcribit: *hoſtis iudæorum*, iudæos odio publico chriſtianorum exponere voluit? Ait: *Si quando chriſtianus iudæum adeat, ille eum cum excipit, ſpecie beneuola inquit ancipiti verbo teutonico:* Seeth wilkomen, *quod eſt Sathanas veniſti bene & grate, cum Seth ſignificet diabolum.* Vſitata in *Saxonia inferiori* hæc eſt ſalutandi formula, non iudæis propria, ſed omnibus communis; quis vero huic interpretationi, quam odium peperit, crederet?

§. LI. Sed & de primo, quod adduxi, monito abuſus inſignis occurit in quibusdam ciuitatibus, in quibus ſcropham in frontiſpicio templorum collocarunt, & iudæorum conſpectui obiecerunt, ne forſan limina templi profanarent, & loca ſacra acceſſu ſuo inquinarent. Plenius hanc rem eiusque cauſas depingit LAVRENTIVS FABRITIVS in *orat. de Schembamboraſch vſu & abuſu*, vbi de templo Vittebergenſi hæc habet: *Cum te iter a collegiis publicis per crates in cœmeterium detulit, videre licebit, ſi oculos eleuaueris, in extremitate muri prope tectum, porcam ſaxo inſculptam, cum hac inſcriptione: Rabbini Schembamboras. Docet te inſcriptio non verum vſum, ſed abuſum ſchembamboras, non eo modo intellectum, quem priore oratione explicatum audiuiſti, ſed quem poſteriore oratione ſum perſecutus. Eam ob cauſam non nuda ſupra porcam ponitur inſcriptio ſchembamboras, ſed adiectum eſt vocabulum Rabbino-*

Exemplum de eo, quod ad publicum dedecus iudæorum olim Wittebergæ factum.

Digitized by Google

binorum, per quos non antiquiſſimos, eosque religioſiſſimos, doctores iudæos, qui religioſiſſime de IEHOVA, & eius expoſitione ſentiebant, intelliges: verum per Rabbinos intelligendi tibi veniunt doctores iudæi illi reprobi, excæcati, & infenſiſſimi hoſtes, qui virtutem edendorum miraculorum Chriſto ereptam, in blaſphemum & mandaciſſimum ſuum ſchembamphoras, cum ſumma ignominia Dei, & extrema ſua pernicie transtulerunt. Sed quid occurrit ſub inſcriptione illa? offertur porcæ ſculptæ imago: videas ibi ingentem ſcrophan mammillis dependentibus ſtare, non alio modo, quam cum porcæ lactantes grunnitu ſeu ſcreatu blandiore lac nutrimentale porcellis propinant. Habet vero hæc porca ſub ſe tres puerulos iudæos, quorum duo auerſa facie ex ſcrophæ ſugunt mammillis, tertius vero horum aperta facie ſub alpho ſcrophæ ad ſpectatores proſpectat. Sub collo vero ſcrophæ accurrit porcellus, vt cum pueris nammillas ſuis vna ſugat. An nihil præterea cernere eſt? Imo in parte ſcrophæ poſteriore videbis grandæuiorem iudæum, mitra profeſſionis Rabbinicæ ornatum; hic accumbens, videtur ſiniſtra porcæ caudam eleuare, & dextra pedem dextrum ſuis, non in codicem, ſed in eius podicem, limis oculis proſpectare, & meditabundus intentis ſenſibus, neſcio, quæ myſteria in Thalmud ſcrophæ rimari, tumultuantesque inteſtinorum ſtatus audire, horum oraculis edoctus noui quidpiam ad ſuos auditores iudæos referre queat. Poſtquam imaginis ſingulas partes contemplatus fuiſti, ſiſte nonnihil gradum, & ſingularum partium interpretationem meditare. Totam hanc ſculpturum in odium Rabbinorum, oſorum Dei, & blaſphematorum Meſſiæ & eius ſanctiſſimæ Matris eſſe collocatam, certum eſt: qui cum toto grege iudaico nihil diuini ſapiunt, nihil oraculorum diuinorum ſacris bibliis comprehenſorum intelligunt, ſed mere Rabbinica ſeu potius Ethnica, & diabolica tradunt, & hauriunt dogmata: quippe pro ſcaturientibus aquis in vitam æternam ſugunt lac ſuillum, qui pro articulis euangelicis, qui & ipſis in ſalutem cedere debebant, ſi Meſſiam natum fide exoſcularentur, non niſi ſchembamphoras, ſimos & ſterquilinia amplectuntur. Attende vero ipſorum pædiam: habent porcam magiſtram, porcarium pædagogum, & vt vno dicam verbo, tota ipſorum diſciplina eſt porculatio, omnes illorum doctores porculatores. Quam enim porcam pii iudæi olim ad eſum & ſacrificium non admittebant, illam hodie iudæi ignari magiſtram ſibi conſtituunt, qui, relicto ſacro codice, occupantur in magiſtræ ſuæ podice. Nec iuniores iudæi ſalubrius lac ſugunt, quam grandiores ſuppeditant. Quærunt hi omnia ſua myſteria in Thalmud porcino, ſugunt illi impuritatem omnem ex mammillis porcinis.

Sic refecti ab olea, & vite Chriſto per incredulitatem, nonniſi impuriſſimas fœditates ſectantur. Deſerto Chriſto, adhærent ſcrophæ, ſpreta doctrina Meſſiæ, ſtercora vorant, neglecto verbo vitæ, lac ſuum lutulentum ſorbent. Hæc voluerunt chriſtiani religioſi hoſtium indæorum hoſtes, hac porcaria imagine & fideli populo ob oculos ponere. Sed quis eſt primus inuentor huius picturæ? non certe heri primum emerſit; nam de illa ante annos plus minus 60. ſic ſcriptum inuenio. Eſt hic Wittebergæ ad templum parochiale porca ſaxo inciſa, ſub qua procumbentes porcelli & iudæi fugunt: poſt porcam eſt Rabbinus quispiam, qui porcæ attollit pedem dextrum, ſiniſtra vero manu caudam illius eleuat, & inclinato corpore ſummo ſtudio ſub caudam ſuis in Thalmud proſpectat, non aliter, ac ſi quidpiam eximii atque acuti cognoſcere atque legere ibi conſtituiſſet. Ex illo procul dubio ſcrophæ Thalmud habent hodierni iudæi myſteria ſua Schembamphoras. Nam ante hæc tempora in his regionibus quamplurimi habitauerunt iudæi, hoc demonſtrant nomina oppidulorum, vicorum, ciuium & ruſticorum, quæ hebræa ſunt etiammum hodie. Conſentaneum igitur eſt vero, virum quempiam religioſum fuiſſe, cuius conſilio & ſuaſu hoc porcæ ſimulacrum fuerit ſculptum: qui impuriſſimorum iudæorum hoſtis fuit. Ita enim conſueuimus apud Germanos, de illis, qui ſesquipedalia verba ſonant, & turgidam ſapientiam absque re oſtentant, vnde huic tanta ſapientia, vbi legit hanc, in podice (ſine reuerentia ſatis ruſtice) ſcrophæ; vnde manifeſte iam olim hanc ſaxeam ſcrophan hic fuiſſe. Sic enim illi, qui nomen Chriſti profeſſi erant, iudæos nominis Chriſti hoſtes perpetuos laceſſere, & a ſuis ſocis arcere conſueuerant. Hoc enim nomine in hoſpitiorum publicorum, a quibus iudæos exulare voluerunt, ſuem pictum ac ſculptum proſtibulis collocabant, vt videre eſt Berlini & alibi. Hoc modo etiam iudæos Germani a ſuis aris & templis abigebant, a quibus ſuum cultum irrideri, & Deum & matrem Ieſu plasphemari, etiam in ſacris templis audiebant. Iam enim olim, ex indultu pontificis Romani & quorundam principum, multi habitauerunt in his locis iudæi; non ſolum iudaiſmum propalantes, ſed iuxta chriſtianorum ſacras ceremonias irridentes, qui non raro ſolebant in eorum irruere templa & ſuas blasphemias eructare. Hoc ſine etiam apud nos Wittebergæ ſus lapideus templo adhæret, eadem de cauſa in antiqua Soraborum vrbe, in ducatu vicino Anhaltino columnæ templi exteriori ſuem lapidi inciſum ſpectamus: talem ſcrophan iudæos lactantem videre licet Magdeburgi, in templo magno Canonicorum in ſacello, in quo verſus occidentem imperatoris Romani Ottonis primi ſepulchrum oſtenditur: huiusmodi porcam videbis

bis in Bauaria Salisburgenſi curiæ inciſam, ignominiam iudæorum, qui aliquando hoſtiam cœnæ conſecratam & emtam a monacho ibi conſiderunt, & procul dubio in aliis locis eiusmodi porcæ plures imagines reperire licebit. Tales vero porcarum ſculpturas in ignominiam iudæorum efformatas, publicis locis vt portis & templis apponere cœperunt. Imitati exemplum Hadriani Imperatoris, qui circa annum Chriſti 139. non ſolum legem tulit, ne quis iudæorum in Ieruſalem a ſede noua reſtauratam, & a ſuo nomine Aeliam dictam ingrederetur, cum vrbem ſolis chriſtianis inhabitandam conceſſiſſet: ſed etiam ne quis illorum ex locis ſublimioribus & longinquis terram Paleſtinam ſpectaret, ſeuere interdixit, & quo magis ab acceſſu & introitu in vrbem iudæos deterreret, in publicam gentis iudaicæ ignominiam, portæ, qua Bethlehem itur, ante annos 1450. plus minus, annis ab hoc 96. retro computatis, ſuem marmoream impoſuit. Hoc terriculamento, a locis ſacris iudæos abigendi, ab eo vsque tempore chriſtiani vti cœperunt, & ex Iudæa in Græciam, & ex Græcia in Germaniam transtulerunt, quo ſigno publice profeſſi ſunt, ſe alienos a iudaica religione, & optare, ne ab impiis iudæis in ſuis ritibus turbentur: quoque tutiores eſſe poſſent a ſannis & blaſphemiis iudæorum in ſuis templis, illos ſub hac ſuis ſculptæ imagine a cameteriis, a foribus & aris templorum ſuorum arcere voluerunt. Horum ardorem pium, in tuenda doctrinæ chriſtianæ veritate, & propulſanda doctrinæ iudaicæ, & aliarum ſectarum falſitate, vt nos quoque imitemur, ne poſtliminio iudaicæ impietates reducantur, aut ab aliis doctrina labefactetur, aut ſcabie humanarum opinionum inficiatur, ſuadet ipſa pietas, flagitat grata poſteritas, hortatur præſentis ſeculi conditio, & futuræ ſalutis neceſſitas. Ipſam huius opprobrii effigiem ſiſtit WOLFIVS in *lection. memor. tom. II. p. 1031.* Monachorum hoc inuentum eſſe, admodum credibile eſt, quos puerilia plura templis affixiſſe, antiquitas docet, quos ſubinde canonici, ad monachorum mores effigiati, facile ſecuti ſunt. Verum hæc inſipida terriculamenta merito princeps prohibet tollitque, ne hi publico exponantur contemtui, quos tutela ſua dignos iudicat, & eo magis a doctrina Saluatoris noſtri abducantur.

§. LII. Aliquando tamen *per indirectum* iura eccleſiarum noſtrarum iis applicari poſſunt, & quidem (1) quæ *realia* ſunt, bonis ſimpliciter impoſita, & ab *infidelibus* poſſeſſa, quæ ad ſimilitudinem aliorum onerum etiam ab iis præſtanda ſunt. Sunt quædam *onera parochialia*, ſimpliciter ædibus in nonnullis locis impoſita, vt in hac ciuitate das Opfer-Geld, vt obſeruaui in *iur. paroch. ſect. 3. c. 2. §. 16.* quæ a poſſeſſoribus

Iura noſtrarum eccleſiarum realia recte iis applicantur, quatenus bona poſſident.

Digitized by Google

quibuscunque exiguntur. Simili ratione soluunt *decimas reales* de prædiis, quæ possident, quia itidem hoc onus simpliciter possessorem sequitur. RICCIVLLVS *cit. tr. lib. 2. c. 9. n. 6.* Ait pontifex in *c. 16. X. de decim. de terris, quas iudæi colunt, tuæ prudentiæ respondemus, vt eos ad decimas persoluendas, vel possessiones penitus renunciandas, cum omni districtione compellas, ne forte occasione illa ecclesiæ valeant suo iure fraudari.* In *Capit.* CAROLI CALVI *de A. 877. c. 31.* apud BALVZIVM *p. 286. tom. II. capit.* iam olim constitutum fuerat, vt iudæi darent decimam, & negotiatores christiani vndecimam. Personales decimæ sunt onus *personale* parochianorum, *qua talium*, & hac de causa *c. 23. X. de decim.* hæ fidelibus duntaxat imponuntur. Conf. MARQ. de SVSAN. *de iud. P. 1. c. 6. circa f.*

& alia iura parochialia in indemnitatem parochorum.

(11) Quia infideles habitant inter christianos, & ita loca quædam inter parochias sita occupant, *per indirectum* imminuunt iura parochialia reditusque parochorum, a christianis præstandos, si hi loca illa inhabitassent. Hac de causa anno 1215. in *concil. Later. IV. c. 69.* apud HARDVINVM *tom. VII. concil. p. 70.* & RAYMVNDVM in *c. 18. X. de vsur.* cautum, vt iudæi cogerentur ad *satisfaciendum ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas a christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueuerant, antequam ad iudæos quocunque titulo deuenissent, vt sic ecclesiæ conseruentur indemnes.* Liquet ex hoc textu, in quibusdam locis iudæos hæc *onera realia* detrectasse, forsan ideo, quod non sint *membra ecclesiæ*, adeoque eo nomine satisfactionem vrsisse parochos. Sed non tantum horum, sed etiam aliorum lucrorum vrsere satisfactionem, quæ decreta in *concil. Vienn. anno 1267. c. 15.* apud HARDVIN. *loc. cit. p. 584.* & LAMBECIVM *lib. II. bibl. p. 66.* his conceptis verbis: *Adiicientes vero iudæi sacerdoti parochiali, infra cuius parochiæ terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus christiani habitare deberent, occupant, iuxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium diœcesani loci, omnes prouentus, quos ex christianis, si ibidem manerent, sacerdos perciperet, refundere compellantur: decimas etiam prædiales cum omni integritate persoluant.* Iudæos his decretis morem gessisse, quis crederet? Clerus potentior eos cogere directo non poterat. Principes quidem variis minis inducebat, vt præcepta sua exequerentur; sed frustra, iudæis contra episcoporum decreta ad principum tutelam confugientibus. Hinc illæ lacrimæ; hinc turbæ; hinc fulmina episcoporum in principes & magistratum. Vid. CAINS. *tom. I. lect. antiq. p. 621.* In ipso *concilio cit. c. 19.* iam pœnam hanc decreuerant episcopi: *ipsos quoque principes ac iudices*

Digitized by Google

dices eorundem diſtrictius admonemus, ne iudæis ſtatuta noſtra ſeruare nolentibus alicuius protectionis ſeu defenſionis fauorem impendant; ſed ſi aliqua eis a prælatis eccleſiaſticis iniungantur, ea fideliter exequantur; alioquin introitum eccleſiæ & communionem diuinorum officiorum nouerint interdicta. Ex eadem cauſa alia onera ſubire coguntur, quæ ſimpliciter inhabitantibus imponuntur, licet cauſam *deuotionis* & *religionis* chriſtianæ concernant, quod FERMOSINVS, epiſcopus Aſturicenſis *ad rubr. h. t. q. 1. n. 10.* nouo exemplo illuſtrat. Ius patronatus quoque attribui infidelibus, ſi fundauerint eccleſiam, RICCIVLLVS *lib II: cit. tr. c. 2.* aſſerit, negat vero PAVLVS de CITADINIS *de iur. patron. P. III. c. 11.* Sed fruſtraneum erit, de hac re diſputare, quia caſus talis *fundationis* non videtur eſſe dabilis. Neque enim huc pertinet exemplum, ſi infidelis fanum fundauit, quod poſtea infidelibus ademtum & in eccleſiam mutatum, quia hac ademtione omne ius infidelibus quoque ereptum eſt.

§. LIII. Quoad *munia ſacra* etiam quædam obſeruationes addi poſſunt. Baptiſmum in *caſu neceſſitatis* ab *infidelibus* valide conferri poſſe, liquet ex textibus iuris canonici. NICOLAVS I. in *c. 24. de conſ. D. 4.* hac de re conſultus ita reſpondit: *a quodam iudæo neſcitis, vtrum chriſtiano, an pagano, multos in patria veſtra baptizatos aſſeritis, & quid de iis ſit agendum, conſulitis. Hi profecto, ſi in nomine ſanctæ Trinitatis, vel tantum in Chriſti nomine, ſicut in actibus Apoſtolorum legimus, baptizati ſunt, (vnum quippe idemque eſt, vt ſanctus exponit Ambroſius) conſtat, eos non denuo eſſe baptizandos.* Facit NICOLAVS iudæos duplicis generis, *chriſtianos* & *paganos*, quod indicium præbet, ipſum voce *iudæi* non intellexiſſe eos, qui tales hodie intuitu *religionis* dicuntur, ſed *mercatores*, quos hac voce intelligebant, quod iudæorum primarius ſcopus *negotiatio* eſſe ſoleret. Similiter ISIDORVS in *c. 23. de conſecrat. D. 4.* ait: *Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei ſubminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus ſit, qui baptizat.* Conf. P. HARDVINVS in *quæſtione triplici de baptiſmo*, vbi *differt. III.* agit de *adminiſtratione baptiſmi in nomine Chriſti*, quam conſcripſit occaſione decreti NICOLAI I. antea adducti. Admodum paradoxa, ne quid amplius dicam, eſt hæc ſententia, quacunque demum auctoritate ſuffulta fuerit. Primo exiſtentia talis caſus vix dabilis eſt. Deinde ſi vel maxime contigerit, infidelem actum immerſionis peregiſſe: quid putas, an non *ludibrium* magis iudæus intenderit quam baptiſmum? an credibile eſt, paganum vel iudæum, verba *inſtitutionis* recitantem, absque

De baptiſmo ab infidelibus dato.

blaſph-

blaſphemia, ioco & irriſione hunc actum peragere potuiſſe? Loquor de eo, qui aperte *infidelis* eſt, qui ſacra chriſtianorum ſpernit & ludibrio habet, qui aperte contra CHRISTVM pugnat. Ceterum qui ore profitetur CHRISTVM, corde negat, *idolis* vel *ſectæ iudaicæ*, vt in Hiſpania vel Portugallia facile contingere poteſt, clanculum adhuc fauet, interim ne opimos reditus eccleſiaſticos amittat, ſacra chriſtianorum tractat, rem diuinam facit, ad illum facilius poteſt applicari, quod in *c. 98. C. 1. q. 1.* aſſeritur. Equidem addunt Romanæ eccleſiæ Dd. baptiſmum hunc validum eſſe, ſi infideles per immerſionem id agere *intendunt*, quod eccleſia intendit. Quis vero id diuinare, quis id vnquam præſumere poterit ab homine, cui noſtra religio abominationi eſt? Scilicet *intentionem* in baptizante ad *efficaciam baptiſmi* requirunt, quæ tamen ſi neceſſaria eſt, quis de ſuo baptiſmo erit certus? Hæ omnes concertationes tam ſcrupuloſe tractantur, ne baptiſmus *iterari* videatur, quæ *iteratio* tamen ceſſat, ſi iuſta de cauſa dubitatur, an quis vere baptizatus ſit, ſi quis ab infideli eſt immerſus. Vnde etiam GREGORIVS III in *epiſt. 1. c. 1.* apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1868.* & GRATIANVM in *c. 52. de conſecr. D. 4.* ita edixit: *Quos a paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti, ſi ita habetur, vt denuo baptizes in nomine Trinitatis mandamus.*

An infidelis ad epiſcopatum promoueri queat?

§. LIV. Similiter Domitiana forſan quæſtio eſſe videtur, *an infidelis ad officium eccleſiaſticum admoueri poſſit?* Nec tamen exemplo ſingulari hæc quæſtio deſtituitur. SYNESIVS, philoſophus Platonicus, *anno 410.* ad Cyrenenſem epiſcopatum, quamuis inuitus, electus eſt, ne quidem eiurata gentiliſmi doctrina, quam paſſim in ſcriptis ſuis prodit. Nec hanc doctrinam occultabat; imo publice eam profitebatur, nec ab ea ſe recedere poſſe aſſereb.t. *Aeternitatem mundi, præexiſtentiam animæ*, imo eius *interitum in aquis* iuxta *dogma Homericum* credebat, vt PETRVS DE LA SENA *de his, qui in aquis perierunt*, oſtendit, & quod magis, ſpem chriſtianorum fundamentalem, reſurrectionem intelligo, in dubium vocabat. EVAGRIVS *lib. I. c. 15.* Nequidem *deorum* appellatione abſtinebat; interque eos *marem fœmellamque* conſtituebat, vt BASNAGE *dans l' hiſtoire des juifs lib. III. c. 28. §. 17.* obſeruauit. Fama & celebritas viri induxit chriſtianos, vt eum eccleſiæ ſuæ præficerent, maxime circa calamitoſa ruentis imperii tempora, & afflictiſſimum Africæ ſtatum, vt recte LVCAS HOLSTENIVS *in diſſ. de Syneſ. fugaque epiſcop.* PAGI *in Critic. in Baron. annal. ad cit. ann.* BASNAGE *in annal. eccleſ. ad cit. an. §. 11.* cum aliis

Digitized by Google

aliis indicant. Docent hæ aliæque circumstantiæ, fuisse hoc exemplum irregulare, exorbitans, & adeo singulare, vt in consequentiam trahi non potlit nec debeat, & forsan casus in posterum non amplius dabilis futurus sit.

§. LV. Denique nec iudæis ius *synagogarum* habendarum abso- De synagogis
lute ademtum est. Dispositiones ciuiles de iis supra adductæ sunt. Eas iudæorum.
etiam sequitur ius canonicum in *c. 3.* & *7. X. h. t.* prohibetque, ne *nouas* ædificent, *veteres* autem retinere, vel collapsas aut ruinam minantes ædificare, non autem eas exaltare, permittit, quod illustrat FERMOSINVS *ad cit. c. 3.* Idem confirmat *concil. Vienn. c. 19.* apud HARDVIN. *cit. l. p. 586.* Nec saracenis simpliciter Meschitæ seu templa sua ademta: quædam duntaxat circa cultum Machometi immutata sunt in *clem. vn. h. t.* explicata a MARQVARDO de SVSANNIS *cit. tr. P. I. c. 3.* Pertinet huc notabilis epistola SIXTI IV. de anno 1483. ad *Soldanum Babiloniæ*, qua refert, saracenis in Hispania tantum iniunctum fuisse, vt *summitates quasdam eminentiores Meschitarum*, quas *comas* vocant, destruerent, teste LEIBNITIO in *Cod. diplom. iur. gent. n. 196.* Verum hodie modus habendi & adornandi synagogas dependet a concessione eius, qui *ius circa sacra* habet, nec hac in re antiquæ sanctiones attenduntur. Alibi amplissimæ, alibi minutiores iis concessæ sunt. Immunitas ab inhospitatione iis indulta in *l. 4. C. de iud.* vbi simul inter *loca religiosa* relata. Maior libertas circa sacra propria indulgetur *legatis infidelium*, ex more gentium communi, cuius rationem specialius exposui in *diss. de priuat. legat. sacris.* Propriis præterea infideles cœmeteriis gaudent; neque enim eodem cum christianis vti possunt, ex rationibus, quas fusius exposui *lib. III. tit. 28.* nec hic repetam. Quid quod per infidelium illationem locum inquinari seu pollui existiment, vt ante eorum eiectionem & mundationem locus consecrari non possit *c. 27. & 28. de consecr. D. 1.* Denique nec inter protestantes infideles in cœmeterio, Christianis dicato, sepeliuntur, sed si proprio carent, extra cœmeterium conduntur, quod in *communione ecclesiastica* haud fuerint constituti, quæ tamen ex *communione cœmeterii* secundum dogma maiorum trahitur. His moribus viuimus, qui tamen cum principiis nostris non exacte conspirant.

§. LVI. Inde vero concludo, synagogas *iura* & *immunitates* Gaudent in-
ecclesiarum indistincte non habere. An vero infideles ad nostras ec- fideles immu-
clesias aufugientes *immunitate ecclesiastica*, quam catholici magni fa- nitate eccle-
ciunt, gaudeant, maior dubitandi ratio est, præsertim iis in locis, in siastica.

Digitized by Google

quibus mixta eſt religionis cultura, vel *catholica* prædominatur? Tangunt quodammodo hanc quæſtionem Imperatores in *l. 1. C. de his, qui ad eccleſ. confug.* ita edicentes: *Iudæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati ſimulant, ſe chriſtianæ legi velle coniungi, vt ad eccleſias confugientes euitare poſſint crimina vel pondera debitorum, arceantur, nec ante ſuſcipiantur, quam debita vniuerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati.* Non in vniuerſum iudæi in hac lege immunitate eccleſiaſtica priuantur, verum tunc demum, ſi mole debiti oppreſſi, vel facinoribus inquinati aſylum in eccleſia petunt, quod olim delinquentibus non præbebat refugium. IAC. GOTHOFRED. *ad l. 2. C. Theod. de his, qui ad eccl. confug.* In iure canonico *immunitas eccleſiaſtica* quidem admodum extenſa eſt, non tamen, an etiam infidelibus prodeſſe poſſit? deciſum. Interim hæc ipſa extenſio, quæ multis de cauſis facta eſt grauibusque munita pœnis, indicium præbet, hoc priuilegium eccleſiis datum eſſe magis *reale*, quam *perſonale:* tributum illud eſſe loco propter ſingularem *ſanctitatem*, adeoque perſonarum non habendam eſſe rationem, quod plenius euincunt RICCIVLLVS *lib. II. dict. tr. c. 12.* PASSERINVS *de pollut. eccleſ. diſp. 5. c. 34.* MICHAEL ANGELVS DONATVS *de Aſylia reſol. 100. p. 123. ſq.* Ni me omnia fallunt, iam olim tempore THEODOSII hæc immunitas tanti viſa, vt nec ſeruis barbaris, ad aſylum ecclæſiæ confugientibus, denegata fuerit, quod exemplum cruentum apud SOCRATEM *lib. VII. H. E. c. 33.* illuſtrat, quæ ipſa *immunitas* progreſſu temporis, creſcente opinione de *templorum ſanctitate*, maxima cepit incrementa.

Regulariter eodem cum Chriſtianis vtuntur iure.

§. LVII. Progredior ad *iura mere ſecularia*, & quia ſupra ſtatum iudæorum ceterorumque infidelium ab *iniuria ſeruili* vindicaui, conſequens eſt, vt iure quoque æquali in *cauſis ciuilibus* cum ceteris chriſtianis frui, & ſecundum *ius commune* iudicari debeant, niſi ratio diſpar euidens oſtendi poſſit, quæ vel ex opinione *maculæ*, vel inde deſumi ſolet, quod inter ſe iudæi ſecundum *legem moſaicam* iudicari debeant; id quod commodius in ſpecialibus controuerſiis oſtendi poterit. Inde falſum eſt, iudæos, cum chriſtiano litem habentes, eſſe iudicandos ſecundum *rigorem*, non ſecundum *æquitatem*, vt cenſuit REINKING. *cit. l. n. 31.* & ambigue explicat RICCIVLLVS *lib. II. de iur. perſ. extr. eccl. grem. exiſt. c. 20.* tandem vero ſub diſtinctione reſpondet *ad c. 2. X. b. t. qu. 1. n. 1. ſeqq. ibid.* Quod enim vni iuſtum eſt alteri quoque iuſtum eſſe debet, nec diſparitas iurium ex *odio* & contemtu *hominum*

non ſunt ſecundum rigorem iudicandi.

metienda est. Sic instrumenta actor reo edere tenetur ex ratione æquitatis peculiari, quæ pro defensione rei est. Quid ergo si christianus cum iudæo agat? Ait REINKINGIVS cum MENOCHIO, GAILIO, & ROLANDO, editionem iudæo ad instantiam christiani *indistincte* imponendam esse, & forsan etiam, si vera est horum sententia, iudæo exigendi denegandam, quia hoc *rigor iuris* contra *æquitatem* suadet. Verum hanc diuersitatem ignorant leges, ignorat praxis forensis, imo & recta ratio ignorat, quam odium produxit, & inepta vulgi opinio promouit. Vnde nec *iudæis* editio deneganda est, quæ *christianis* conceditur; e contrario christianis contra iudæos deneganda, quando leges generatim litigantem ab hac obligatione absoluunt. Ex hoc principio vlterius colligit REINKING. *cit. l. n. 32.* iuramentum suppletorium iudæo deferri non posse, qui ex *æquitate* deferri dicitur; nihilominus tamen *n. 33.* fateri cogitur, in camera contra hanc sententiam pronunciatum esse, teste MYNSINGERO *cent. V. obs. 6.* conf. FERMOSINVS *cit. l. q. 3. n. 14.* Quid ergo, an *restitutione in integrum* quoque infideles gaudent, quæ ex *mera æquitate* contra rigorem iuris admittitur? an moram purgare possunt, vbi ex *æquitate legis* hoc permissum? Vtrumque recte affirmat RICCIVLLVS *c. l. n. 15.* & *16.* quod tamen negandum foret, si aliquid roboris sententiæ REINKINGII & sequacium inesset. Inde dependet decisio quæstionis, an iudæo pauperi litiganti cum christiano expensæ litis & alimenta debeantur iis in casibus, quibus alteri litigantium ex *æquitate* illa adiudicantur? RICCIVLLVS *cit. l. c. 21.* fere in affirmatiuam inclinat, & quidem recte, quia, vt ait, *n. 9.* dispositio iuris est seruanda æqualiter inter *fideles* & *infideles*, exceptis casibus, in quibus reperitur specialiter expressum contrarium. Sic quandoque actor pauper a reo expensas litis recte petit, quod plenius illustrat B. LVDOVICI *diss. de expensis actori a reo subministrandis*, quæ nec iudæo actori in casibus conuenientibus denegari debent.

§. LVIII. Equidem qui *communem sententiam* tuentur, præsidium ex eo petunt, quod infideles sint fidelium hostes, in quos summus rigor est exercendus, humanitate omni præcluſa. Ita sæpe censuere veteres episcopi, populumque facile in suas partes traxerunt, vt quotidie bellum intestinum cum iudæis gentilibusque gereret, vimque hostilem in eos exerceret. Res ex iis, quæ ab initio fusius sunt dicta, satis manifesta planaque, vt tot latis legibus hominum mentibus hæc eradicari non potuerit opinio. Quid æquius fuit iudicio THEODOSII? quid

Nec attendenda est ratio, quod infideles sint fidelium hostes.

quid iniquius ſententia AMBROSII in caſu ſynagogæ per vim ab epiſcopo quodam, priuato auſu, deſtructæ, ſupra relato? Et tamen ſub fucato *rigoris pii* prætextu omne ius fasque hoc modo ſæpiſſime violatum eſt. Neminem eſſe lædendum, eſt principium iuris naturæ generale, non tantum in *ciuitate*, ſed etiam inter *gentes* obſeruandum, cum natura inter omnes homines, cuiuscunque fidei ſint, cognationem conſtituerit, vt philoſophatur FLORENTINVS in *l. 3. D. de J. & J.* Proinde *qui iniuſte impetum in quempiam facit, aut ira aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi violenter manus videtur afferre ſocio*, vt ait CICERO *lib. 1. de offic.* Idem Imperatores conſtituerunt intuitu *iudæorum* & *gentilium* in *l. 14. C. de iudæis* & *l. 6. C. de pagan.* contra eos, qui *auctoritate religionis abuſi* violentas manus gentilibus inferebant. Id quoque inculcat religionis noſtræ intima ratio, & tamen iniquitas maiorum in nulla re magis, quam in hac eluceſcit. Nec ſemper *æqualitatem iuris* ipſi imperatores obſeruarunt. Qui bona diripuit, tenetur alias in quadruplum; *l. 1. D. vi bon. rapt.* qui vero infidelibus bona rapuiſſe conuictus eſt, tantum *in duplum*, quæ rapuerit, reſtituere compellitur, *l. 6. de pagan.* quaſi minus delinquat, qui pagano aliquid rapit, quam qui chriſtiano.

Ergo nec infideles lædendi.

non ſemper tamen æqualitas a legibus obſeruata.

§. LIX. Inde quoque eſt, quod in cauſis *ciuilibus*, ſiue cum chriſtianis, ſiue inter ſe agant, regulariter ſecundum *ius commune* iudicari debeant. Equidem priori caſu id facilius plerique admittunt, teſtibus FERMOSINO *cit 3. n. 10.* & CYRIACO *controu. forenſ. 241. n. 12.* quamuis in caſibus ſpecialibus admodum diſſentiant. De poſteriori maiores occurrunt interpretum ambiguitates, adeoque diſtincte hic agendum, videndumque, tum quo iure iudæi *inter ſe* vtantur, in cauſis *ciuilibus*, tum etiam, quid obtineat, ſi iis res *cum chriſtianis* ſit. In membro priori quæſtio primario huc redit: *vtrum iis in caſibus, in quibus leges iudæorum forenſes a noſtro iure communi recedunt, controuerſiæ inter eos motæ ſecundum ius antiquum forenſe, an vero commune, quod in Germania obtinet, vel particulare quarumcunque locorum decidi debeant?* Talis iurium diuerſitas deprehenditur in computatione ætatis, ſucceſſione ab inteſtato, aliisque iuris articulis. Equidem ſi iudæi *ſenioribus* & *maioribus* ſuis lites ſubmittunt, quod iuxta *l. 15. C. de iudæis* iis olim permiſſum fuit, non dubium eſt, quin hi ſecundum *ius forenſe Moſaicum* & *proprium* iudicaturi ſint; REINKING. *de regim. ſecular. lib. II. claſſ. 2. c. 3. n. 9.* ſi vero ad fora noſtra lites eorum ciuiles deuoluuntur, maior in quibusdam cauſis ratio dubitandi eſt. Diſtinguunt CYRIACVS *controu. for. 241. n. 11.*

An iudæi inter ſe in cauſis ciuilibus vtantur iure communi an moſaico?

Quidem diſtinguunt.

Digitized by Google

FERMOSINVS *ad rubr. tit. X. b. t. qu. 3. n. 9. seqq.* SVRDVS *decis. 133. n. 3.* aliique inter *ordinaria* iudicii & *decisoria*, h. e. inter *formalia* processus, & *materialia*, seu *merita causae*. In iis *ius commune* esse obseruandum censent, atque de hoc casu omnes inter se conueniunt; de his vero dissentiunt, adeo vt plurimi ius *proprium forense* inter eos obseruandum esse doceant. Ita (I) aetatem maiorennem iudaeorum non ex *iure communi*, sed *forensi iudaeorum* esse aestimandam, censent FERMOSINVS & CYRIACVS *cit. l.* vt masculi annorum quatuordecim, feminae duodecim pro maiorennibus habeantur, ad effectum, vt restitui non possint. Non aliter enim ad *ius commune* recurrendum esse censent TRENTACINQ. *lib. II. resol. III. de legib. n. 11.* quam *deficiente lege Mosaica*. Inde (II) inferunt, testamentum iudaeorum valere adhibitis duobus vel tribus testibus. TRENTACINQ. *cit. l. n. 12.* CYRIACVS *cit. l. n. 39.* FERMOSINVS *in rubr. tit. X. de iudaeis q. 3. n. 8.* ZAHN. *in polit. munic. lib. III. c. 32. n. 102.* (III) In successione ab intestato masculos feminis praeferri credunt iuxta *Num. XXVII. 8.* Conf. SELDENVS *de success. ad LL. Hebraeor. in bona defuncti c. 1.* TRENTAC. *cit. l. n. 13.* HAHN. *in diatagm. iudaeor. th. 17.* MARQVARDVS de SVSANNIS *tr. de iudaeis & aliis infidel. P. II. c. 4. n. 8.* ANDREAS TIRAQVELLVS *de primogen. qu. 26. n. 22. & 23.* (IV) Valere testamentum iudaei, relinquentis filio legitimum absque *institutionis* titulo. TRENTACINQ. *cit. l. n. 15.* (V) Valere inter iudaeos statutum, iuri communi contrarium, vigore cuius filiae excludantur a bonis maternis, ad eorum parentes deferendis. IDEM *cit. l. n 19.* (VI) In contractibus eorum quoque *ius Mosaicum*, non *ius commune*, aut *locale* esse attendendum. CYRIACVS *cit. l. n. 40.*

Exemplum est in computatione aetatis. — testamentis, — successione ab intestato, — institutione liberorum, — statutis, — contractibus.

§. LX. Fundamenta huius sententiae haec sunt: 1) quod leges & consuetudines iudaeorum, quae non sunt specialiter prohibitae, vel non sunt in contemtum fidei nostrae directae, iis sint permissae per *c. 3. D. 45. c. 7. & c. X. b. t. l. 10. & 12. C. eod.* Imprimis vero in *c. 9. cit.* cautum, vt *nemo bonas, quas hactenus habuerunt, consuetudines immutare praesumat*, quorsum potissimum iura illa peculiaria pertinere nemo forsan facile dubitabit. 2) Prouocant ad praxin antiquam imperii Romani, sub quo etiam iudaei degebant, & tamen nihilominus *iure proprio* vtebantur, vt ex CHRISTI passione CYRIACVS *cit. l. n. 32.* probat, adducitque verba PILATI: *accipite eum, & iudicate secundum legem vestram.* 3) Addunt, ius iudaeorum esse *ius speciale*, quod *iuri communi* derogat, adeoque eius primario rationem habendam esse. Denique

Fundamenta eorum, qui ius Mosaicum hic praualere volunt.

Digitized by Google

inde etiam ratiunculam petunt, quod iudex debeat iudicare secundum consuetudinem litigantium, non autem secundum suam, quibus argumentis tandem, more suo, CYRIACVS consensum plurium interpretum subiungit. Verum sicut auctoritas Dd. hodie non amplius metum & terrorem iniicit, sed vnice rationibus animus pascitur; ita fundamenta adducta, robur quippe nullum habentia, facile dissolui possunt. Prima ratio ipsum est *χρινόμενον*, cuius contrarium iam supra ex *l. 8. C. de iudaeis* obseruatum est. Sunt iudaei legum suarum tenaciſſimi, reliquas spernunt, nihilque magis curae cordique habere solent, quam vt se exleges faciant intuitu *legum localium*. Id vero adeo rationibus aduersatur ciuilibus, vt nullo iure defendi queat. Imo quia se facile a *legum obligatione* eximere sueuerunt, haec prima a plurimis praecautio commendata est, vt non aliter recipiantur, quam sub hac lege, (quamuis etiam haec *per se*, ex natura *subiectionis*, subintelligatur) vt *actiones* suas *ciuiles* ad iura loci communia componant. Adducti textus in primo fundamento contrario parum probant; id vnice docent, eos in solemnibus, ritibus sacris, aliisque, quae ad *cultum sacrum* pertinent, haud esse inquietandos, quorsum etiam collineat *c. 9. X. h. t.* in quo quidem pontifex *bonas* eorum *consuetudines* approbat, speciatim autem eas non determinat, adeoque illae potius intelligi debent, quae religioni innexae sunt. Imo nec pontificis auctoritati in illis, quae sunt *iuris publici*, & ad *regiminis* rationem spectant, standum, postquam iam olim imperatores iudaeos ad *ius commune* adstrinxere. Altera ratio plane absona est. Iudaei in terra sancta olim viuentes quadam adhuc libertate gaudebant, propriam adhuc constituebant rempublicam, adeoque facile permitti poterat, vt *proprio* suo *iure* vterentur, licet Romani quoddam in eos imperium vsurparent. Diuersa erat ratio iudaeorum, inter gentiles ipsosque Romanos degentium, qui legibus Romanis aeque vt alii subditi viuebant, quae eorum religioni haud officiebant. Euidenter id liquet ex *l. 15. §. 6. D. de excus. tutor.* vbi ICtus ita: *Iam autem & iudaei non iudaeorum tutores erunt, sicut & reliqua administrabunt: constitutiones enim his solis sine molestia eos esse iubent, per quae cultus inquinari videtur.* In *l. 3. in f. D. de decur.* itidem diui SEVERVS & ANTONINVS eis necessitates imponendas esse constituerunt, *quae superstitionem eorum non laederent.* Haec vnica exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Conf. ANDREAS TIRAQVELL. *de iure primog. q. 66. n. 4.* Tertia ratio itidem friuola est. Supponit, iudaeis ius *proprium* relictum esse, de quo si constaret,

quae reiiciuntur.

Digitized by Google

ſtaret, ſuo modo *ius ſpeciale* dici poſſet. At vero id ipſum eſt, quod in dubium vocatur. Idem quoque regerendum ad rationem vltimam, quæ itidem ſupponit id, de quo quæritur, poſſetque facilius applicari, ſi iudæi inter nos viuentes *ſeparatam* conſtituerent *ciuitatem*, quod falſum eſt.

§. LXI. Quæ cum ita ſint, facile quoque ad exempla adducta reſponderi poteſt. Primum non ſatis liquidum eſt, nec conſtat, iudæos mox poſt pubertatem adeo *maiorennes* cenſeri, vt minorennium iura prorſus iis applicari nequeant. Imo de eo non amplius quæſtio mouenda, cum vnice id tantum in diſceptationem veniat: annon hi, qui inter nos viuunt, in *cauſis ciuilium* iura minorum habeant exemplo chriſtianorum, vsque dum anno 25. exceſſerint? quod recte SVRDVS *deciſ. 133.* affirmat, & ex his, quæ hactenus dicta ſunt, facile liquet. CYRIACI, contrarium decidentis, auctoritas non eſt tanta, vt eius deciſioni, infirmis ſuffultæ rationibus, ſtari debeat, quamuis vel maxime adhuc longe plures copias in aciem produceret, quibus vel illæ, ex quibus TIRAQVELLVS aciem inſtruxit, opponi poſſent. Secundum & quartum exempla ex vno eodemque errore fluunt. Supponunt, teſtamenta iudæis fuiſſe vſitata, in legibus forenſibus permiſſa, certisque ſolennibus peculiaribus inſtructa, quo tamen nihil falſius excogitari potuit. Vid. B. STRYK. *de caut. teſtam. c. 1. §. 6.* SELDENVS *de ſucceſſ. in bona def. ex lege Hebr. lib. 1. c. 24.* vbi oſtendit, tantum patri viuenti diſtributionem quandam inter liberos permiſſam fuiſſe. Quid? quod aliunde ſatis conſtet, teſtamentum ſemper eſſe condendum ſecundum *ſolennia loci*, quo conditur, a qua obligatione iudæi nullibi ſunt exemti. In tertio exemplo maior probabilitatis ſpecies occurrit, cum negari nequeat, in vna eademque republica, imo ciuitate, vniuerſitatibus quibusdam ſpecialem ſuccedendi ordinem indulgeri poſſe. Sic in hac ciuitate ciuibus academicis incognita eſt ſucceſſio in *Geradam* & *Heergewettam*; nobiles viduæ in Saxonia, Marchia, & Holſatia proprio iure in ſucceſſionibus gaudent. Verum hoc ideo, quia talis priuilegiata ſucceſſio iis indulta eſt vel *expreſſe*, vel *tacite*, longo vſu ſcilicet & inueterata conſuetudine accedente. Tale priuilegium ſi etiam iudæi pro ſe adducere, vel ad inueteratum vſum prouocare poſſunt, ſecundum ſucceſſionem ad *ius Moſaicum* adornatam merito pronunciatur, ſi controuerſia deſuper in *foro ciuili* naſcitur; hoc deficiente, ſubſiſtendum in regula, quam plures etiam ex veteranis in hac cauſa defendunt apud TIRAQVELLVM *cit. l. n. 21.* ſpeciatim vero pleni-

Habent ergo iura minorum.

Teſtamenta iure communi condunt.

ſuccedunt ſecundum ius commune,

Digitized by Google

us apud RICCIVLLVM *lib. II. cit. tr. c. 15. n. 13. seqq.* Quintum exemplum admittimus, si tale *peculiare statutum* legitime probari potest. Sextum vero prorsus reiicimus, cum iudæi sint æque subditi, ac christiani, & hi in *contractibus* ineundis leges loci, non proprias sequi teneantur, nisi forsan in certa specie contractuum *inueteratus usus* peculiare quid inter eos constituerit. Si *pacta dotalia* ex *antiquissima obseruantia* a Rabbinis eorum conscribi solent, quibus *fidem* tribuunt *plenam*, quam iudex admittere tenetur, cum etiam in probando multum *consensui litigantium* tribuendum sit.

imo & contra hunt.

Multo magis iure communi fruuntur, quod non recedit a lege Mosaica.

§ LXII. Quæ cum ita sint, euidens est, iudæis ceterisque infidelibus eo minus esse deneganda illa iura communia, quæ ne quidem a *iure forensi* recedunt, vel ei contrariantur. Sic liberos habent in potestate æque ac christiani. *c. fin. de conuers. fidel.* KNIPSCHILD. *de ciuit. imper. lib. II. c. 30. n. 26. & 27.* TIRAQVELL. *cit. qu. 66. n. 2.* Nec liberi iudæorum, quamdiu in potestate sunt, condunt testamenta, suntque suis parentibus æque sui hæredes ac christiani. TIRAQVELL. *cit. l.* Statutum, quod prohibet mulieres sine certis solennitatibus contrahere, iudæas mulieres etiam concernit. SVRDVS *decis. 133. n. 2.* CYRIAC. *l. n. 21.* Quin & pro dote sua communi priuilegio gaudent, quod in *l. 12. C. qui potior. in pign. hab.* traditur, Vid. TIRAQ. *cit. l. n. 10.* RICCIVLL. *lib. II. c. 48.* Similiter quæ de donationibus in iure sunt constituta iura singularia, recte quoque ad infideles applicantur. Vid. RICCIVLL. *lib. II. c. 14. n. 23.* Et denique omnia alia iura communia, quæ modo ad *infideles* possunt applicari, eos quoque ligant, cum sint *subditi*, & in eodem cum reliquis territorio viuant, nec vllibi excepti.

Cum christianis non æquali gaudent iure.

§. LXIII. Non æquali tamen semper iure vtuntur, quando *cum christianis* ipsis agendum est. Sunt enim quædam negotia infidelibus quidem concessa, prohibita tamen, ne cum christianis suscipiantur.

Sic matrimonium cum fidelibus non contrahunt.

Huc primo pertinet *matrimonium*, quod iam patres in primitiua ecclesia admodum dissuadebant, variaque incommoda allegabant, quæ ex coniunctione fidelis cum infideli nasci solebant. Vid. TERTVLLIAN. *ad vxor.* Neque etiam talia matrimonia ab initio absolute prohibita existimabantur, lege sacra deficiente, quod plenius euictum est in *obseruationibus Halensib. tom. X. obs. 10. X. §. 8. seqq.* Animaduertebant tamen primi christiani, infinita incommoda ex eiusmodi matrimonio oriri, quæ vix poterant euitari & auerti propter grauissima odia, quæ animos infidelium adeo occupauerant, vt non posset non intima animorum

Digitized by Google

morum conſpiratio, in matrimonio requiſita, deficere. Hinc fallit AVTOR *cit. obſerv. 10.* credens, has moleſtias, quæ contra hæc matrimonia a patribus allegantur, *caſu* & *ex accidenti* contigiſſe, atque pietate, modeſtia ac prudentia alterius coniugis facile corrigi potuiſſe; talem enim philoſophiam haud admittit ſtatus temporum, quibus infinitis malis chriſtiani torquebantur, vnice ob religionis disparitatem, ſeu ob noua & peregrina ſacra, quas moleſtias ipſe Chriſtus iam prædixerat. Admitto facile, diſparitatem religionis matrimonio obſtaculum de *iure naturæ* non parere, nec ſola incommoda & moleſtias prohibitionem iuris inuoluere, quippe quæ tantum diſſuadent, non neceſſitant. Facile tamen *lex ciuilis* inde occaſionem arripere poteſt, id prorſus prohibendi, quod tantum recta ratio diſſuadet. Vtroque ſane iure tam *ciuili*, quam *eccleſiaſtico* talia matrimonia prohibita ſunt. adeo vt per conſtitutionem THEODOSII coniunctio inter fidelem & infidelem *adulterii* vicem habere dicatur in *l. 6. Cod. de iudæis.* Similiter in *concilio Aurelianenſi III.* anno 538. celebrato *c. 13.* apud HARDVIN. *tom. II. concil. p. 1426.* ſub pœna *excommunicationis* hæc connubia ſunt interdicta, id quod variis aliis conciliis repetitum. Vid. *concil. Toletan. III.* de anno 589. *cap. 14.* apud HARDVIN. *tom. III. p. 481. Romanum I.* de anno 743. *c. 10.* apud HARDVIN. *cit. l. p. 1929.* Conf. *c. 15. & ſeqq. C. 28. qu. 2.* Aucta eſt magis hæc prohibitio, poſtquam creditum fuit, in matrimonio fidelium *ſacramentum quoddam* latitare, quod ingens diſcrimen inter matrimonia fidelium & infidelium introduxit, iuxta *c. 7. X. de diuort.* & quamuis proteſtantes ab hoc conceptu vtplurimum alieni ſint, ex aliis tamen cauſis merito ab hoc matrimonio abſtinent.

§. LXIV. Similiter olim interdictum fuit, ne *iudæi* vel *pagani* chriſtiana mancipia, vllo titulo, acquirerent, quia metus iuſtus erat, ne dominica poteſtate abutentes, ea etiam *inuita* circumciderent, & ad ſua ſacra cogerent, id quod ſub *pœna capitali* prohibitum eſt in *l. 1. C. ne chriſt. mancip. hæret. vel iud. vel pagan. hab.* Idem quoque in iure canonico repetitum, quod *nefas* ſit, *quem CHRISTVS redemit, blaſphemum Chriſti in ſeruitutis vinculis detinere*, vt dicitur in *c. 1. X. h.* niſi forſan adſcriptitii ſerui fuerint, qui colendis terris eorum diutius adhæſerunt. *c. 2. X. h. t.* Ex eodem fundamento in *c. 13. X. h. t. nefandum* eſſe dicitur, quod iudæi faciant chriſtianas filiorum ſuorum *nutrices, quod per triduum, antequam eos lactent, lac effundere faciant in latrinam.* Hoc quidam limitant, ſi extra domum per nutrices chriſtianas ſuos infantes

Infidelibus interdictum, ne mancipia chriſtiana poſſiderent,

nec nutrices

fantes lactari faciant, quod omnis prohibitionis ratio ceſſet. vid. RECCIVLLVS *lib. II. cit. tr. c. 28. n. 17.* FERMOSINVS *ad c. 1. & 2. X. do iud. n. 19.* Sed ne quidem hoc alii admittunt ex nimio in infideles odio, ceu liquet ex doctrina FERMOSINI *cit. l. n. 20. & ſeqq.* Quin ſi rationem ponderis in *c. 13 cit.* intuemur, ne quidem permiſſum eſt iudæis *famulos fideles* habere, *ne filii liberæ filiis famulentur ancillæ, ſed tanquam ſerui a Domino reprobati, in cuius mortem nequiter coniurarunt, ſe ſaltem per effectum operis recognoſcant ſeruos illorum, quos Chriſti mors liberos, & illos ſeruos effecit.* Dubito vero, an hodie huic prohibitioni amplius locus eſſe poſſit, in primis in terris proteſtantium, cum plerumque contingat, vt alias nutrices habere non poſſint iudæi, quam *chriſtianas mulieres*, ipſæ matres tamen ad lactandum inhabiles reperiantur.

nec famulos,

nec chriſtiani ab eis medicinam accipere debent.

§. LXV. Sic & plura alia antiquo iure prohibita reperiuntur, quæ ægre in praxin deduci queunt, veluti quod chriſtiani a iudæis non poſſint recipere medicinam *c. 13. C. 28. qu. 1.* FERMOSIN. *ad c. 1. X. h. t. qu. 1. n. 1. ſeqq.* Id ipſum GREGORIVS XIII. anno 1581. adeo prohibuit, vt non ſolum medicis iudæis, ægrotantes chriſtianos viſitantibus, grauiſſimam pœnam dictauerit, ſed etiam ſacramenta & ſepulturam morientibus denegauerit, quod admodum barbarum eſſe recte iudicat BASNAGE *dans l' hiſtoire des Iuifs lib. IX. c. 15. §. 7.* Mouet inter noſtrates etiam hanc quæſtionem MICH. BERNH. VALENTINI *in pandectis medico-legalib. P. I. ſect. 4. §. 4.* *Sed quid*, ait, *de iudæis in exterorum academiis publice in doctores promotis? An & illorum opem chriſtiani ſalua conſcientia implorare poſſunt? An & medici chriſtiani eosdem ad conſultationes admittere, & cum iis curas morborum ſuſcipere tenentur?* Vtrumque negat, & *p. 443.* reſponſo Facultatis Theologicæ hoc confirmat, quo multis argumentis cauſa hæc exornatur; & *p. 449.* academiæ Argentoratenſis & Roſtochienſis conſenſus ſubiicitur. Rationes potiſſimum hæ ſunt: (I) Quod vius medici iudæi ſit contra verbum Dei, & præceptum de vitandis blasphematoribus. Hæc ratio plus probat, quam debebat, quia alias nullum commercium cum ipſis peragendum foret.

Rationes prohibitionis examinantur.

(II) Quod ſit contra Apoſtolorum monita, qui, ſi quis ægrotet, ſeniores eccleſiæ vocare iubent. Sed hi non excludunt medicos, nec presbyteria ad medendum vocantur. (III) Quod ſit contra patrum ſancita; & (IV) contra receſſus imperii, aliaque iura tam ſacra, quam ciuilia. Verum patrum ſententiæ plus odii ſæpius ſpirant, quam veræ rationis, quod etiam de aliis iuris canonici textibus dicendum. In legibus *ciuili-*

bus

bus & receſſibus imperii altum de hac prohibitione ſilentium eſt. (V) Quod venena loco medicamentorum de conſenſu Thalmudi adhibeant, & (VI) ita ægri præſentaneo ſeſe periculo exponant. Vix vero hoc metuendum eſt, poſtquam iudæi inter chriſtianos duris conſtringuntur vinculis, vt tale facinus committere non audeant. Spargunrur plures calumniæ in iudæos, quæ ab aliis ſolide refutatæ ſunt. (VII) Quod iudæi in ſuperſtitione confortentur, quæ ratio omni connexione deſtituitur. (VIII) Quod teſtimoniis deſtituantur; qualia quæ ſint, non capio. Quid enim ſi publice iudæi in doctores promoti fuerint? (IX) Quod neque iudæis facile chriſtianos conſulere liceat; quod tamen experientiæ propriæ repugnat. (X) Quod ſint infames, & omnibus honoribus priuentur; verum id applicari nequit ad doctores, principum ex beneficio promotos. Concludo itaque, iudæos, rite promotos in doctores medicinæ, abſolute non poſſe excludi a cura ægrotantium chriſtianorum, poſtquam hodie exempla non deſunt, eis etiam gradum hunc ex principali beneficio conferri ſolere.

§. LXVI. Facilius admitti poteſt, ne iudæi ad *tutelam* chriſtianorum admittantur, quod quidem in *l. 15. §. 6. de excuſ. tutor.* permiſſum eſt, ægre tamen ad praxin trahi poterit. Equidem aſſerunt, *cit. l. 15.* de chriſtianis eſſe accipiendam, quippe qui primis temporibus *iudæorum* nomine apud gentiles veniebant. Enimuero certum eſt, iure antiquo diuerſitatem *religionis* tutelæ haud obſtiiſſe, quippe quam gentiles, vt *munus publicum*, fere vnice conſiderabant, & ita per indirectum beneficio iudæos aſſici credebant, ſi ab hoc onere eſſent immunes. Hodie vero hac ſola ratione non ducimur in tutela deferenda, quin potius ad *mores* & *religionem tutorum* reſpicimus, vt tutela vel ad minimum *educatio* ei committi nequeat, qui diuerſæ ſectæ inter chriſtianos addictus eſt. Nec gentilium exemplum nobis præiudicat, qui eam *animæ* curam haud habuerunt, quæ chriſtianis commendata eſſe debet, quibus accedunt tot aliæ conſtitutiones eccleſiaſticæ, quæ tali directioni, quam tutor in pupillum conſequitur, reſiſtunt. Conf. SCHILTER. *exerc. XXXVII §. 19. & ſqq.* Id facile conceſſerim, poſſe etiam ex rationibus iuſtis admitti, vt iudæus *curatelam* ſuſcipiat; quid enim ſi chriſtianus cum iudæo communem negotiationem exercuiſſet, & pro eius continuatione in teſtamento ſuo cauiſſet? vt iudæus ſocius *curatelam* filiorum gereret, adiuncto chriſtiano tutore, qui *educationem* liberorum ſuſciperet, quod nec SCHILTERVS *cit. l. §. 18.* abſolute negare videtur. Conf. RICCIVLL. *lib. II. cit. tr. c. 30.*

An iudæi poſſint eſſe tutores chriſtianorum?

An possint bona immobilia possidere inter christianos?

§. LXVII. Similiter passim prohibitum est, ne iudæi possint inter christianos *bona immobilia* acquirere, quod alias de iure communi iis concessum, vt constat ex *c. 2. X. h. t.* & *c. 16. X. de decim.* Vid RICCIVLL. *lib. II. c. 59.* In ducatu Magdeburgico variis edictis immobilium acquisitio iudæis est interdicta, vti docet *corpus constitutionum Magdeburgicarum a Dn.* MYLIO *editum P. III. p. 440. 445. 462. & 464.* Hoc vel inde prohibitum esse videtur, quia nemo immobilia acquirere potest, nisi simul *ius ciuitatis* impetrauerit, ad quod ægre admittuntur iudæi propter statum eorum dubium. Interim praxis quotidiana docet, iudæos nihilominus ædes, sub *nominibus christianorum*, acquirere, quod eo facilius permittitur, quia eas hoc modo possidere possunt citra acquisitionem *iuris ciuitatensis*.

Christianis interdictum, ne nomina contra alium christianum a iudæis emant.

§. LXVIII. Præterea quamuis alias *cessio* & *venditio* sit licita & quibuscunque permissa, tamen in *R. I. de anno 1551. §. 89.* & *ordin. polit. de anno 1577. tit. 20. §. 20.* hic quoque diuersitas quædam quoad iudæos introducta, & ita cautum: Es soll auch kein Christ hinfürthers einem Juden seine Action und Forderung gegen einen andern Christen abkaufen, oder ein Jud als Schuld-Gläubiger einem andern Christen solche Actionen und Forderungen in einigen Weg cediren, oder einiges contracts-weise zustellen, bey Verlust derselben Forderung. In *§. seq. §t.* hoc vlterius confirmatum: Zu dem wollen und gebieten wir, daß keine Obrigkeit, Notarii oder andere Schreiber diese Contract, da ein Jud eines Christen Schuld einem andern Christen verkauft, stellen und verfertigen soll. Wo aber einige Oberkeit, Notarii oder andere Schreiber solches übertreten, dieselbigen sollen ihrer Ehren und Aemter entsetzet seyn, sich deren nicht mehr zu gebrauchen haben. Aber der andern Schreiber halben, so hiewieder handeln würden, befehlen wir hiemit den Oberkeiten eines iedenOrts, daß sie die mit dem Thurn, Gefängniß, oder in andere gelegene Wege strafen. Iudæorum nomina admodum suspecta vbique fuere de *usuraria prauitate*; ne ergo christiani de hoc vitio participarent, talis prohibita est cessio. Id indicant verba *§. 79. dicti R. de anno 1551*: Neben dem so erfindt sich, daß auch die Juden solche ihre unbillige Schulden und Anforderungen, die sie auf den armen Christen mit höchstem Beschwerden und unziemlichen Vortheil erlanget, andern Christen verkauffen, und die Verschreibung auf die Kauffer stellen lassen, welche in die armen übervortheilte Schuldner zum heftigsten dringen, und sie etwan gar von Hauß und Hoff vertreiben. Ceterum hæc doctrina non

Digitized by Google

non ita crude accipienda, sed ex variis causis merito limitanda est. Etenim (1) ad originem causæ debendi respiciendum, quæ si a christiano initium ceperit, haud subiacet dispositioni, vtut generali, recessus imperii. Quid enim si christianus nomen contraxerit, illudque iudæo cesserit, hic vero rursus illud in christianum mediante cessione transtulerit? Euidens est, hoc nomen haud suspectum, aut infectum dici posse, quod non originem a iudæo, sed a christiano creditore traxit, cuius nomina robur perpetuum habere debent, in cuiuscunque manus etiam peruenerint. (2) Si vel maxime nomen a iudæo originario contractum, cessio tamen, volente & consentiente debitore facta, excepta videtur, quæ magis *delegatio* quam *cessio* dicenda; ergo non potest huic cessioni vel delegationi hæc exceptio opponi, quia debitor consentiens in cessionem nominis, variis exceptionibus subiecti, omnes suas exceptiones remisisse videtur, cum similis sit ei, qui donat *l. 12. de nou. l. 12. D. de cond. cauf. dat. cauf. non fec.* HARPRECHT. *vol. nou. conf. 51. n. 104. seqq.* quod multo magis procedit, si debitor cessionarium induxit, vt nominis cessionem in se admitteret, quod dolo facere videatur, qui contra proprium factum venire intendit. HARPRECHT. *cit. l. n. 127. seqq.* (3) Ad cambia iudæorum hanc dispositionem non pertinere asserit B. STRYKIVS *in vs. mod. ad tit. de hæred. vel act. vend. §. 12.* quod negotiatio cambialis iudæis non sit interdicta, & vigor commerciorum nundinalium hanc non admittat exceptionem, si indossatio in christianum facta. (4) Dantur in nostris rebus publicis iudæi, qui publica autoritate mersam argentariam quodammodo exercent, vt semper nummorum adsit abundantia, ad quos eo minus applicari potest prohibitio prædicta, quod horum munus in negotiatione pecuniaria vnice consistat, & publico priuilegio munitum sit, id quod pleniſſimum habere debet effectum. Neque enim munus hoc publica autoritate sibi demandatum explicare possent, si eis integrum haud foret, nomina a se contracta in christianos transferre, nec probabile est, de his iudæis legislatores cogitasse, qui eo tempore incogniti erant. Interim sola receptio iudæorum, qui Schutz-Juden vocantur, non sufficere videtur, quamuis id ipsum STRYKIVS *sit. l.* asserere videatur, quia vniuersa dispositio recessus imperii otiosa & sine omni effectu esset, si iudæi *recepti* ex sua *receptione* præsidium contra prædictum recessum habere possent, cum omnes in vniuersum iudæi speciali receptione indigeant. Imo ne quidem LENZIVS *de nom. & act. cess. c. 6. m. 12. n. 1.* iudæos *mercatores* excipit, h. e. qui priuata sua voluntate mercaturam elegerunt, quod etiam recessus prædictus de *iudæis*

Cessio tamen fieri potest 1) si nomen a christiano originem trahat.

2) Si debitor consentit.

3) In cambiis

4) Si publica autoritate pecuniam exercent

mercatoribus loquatur, prout etiam ſtatuit HARPRECHT *conſ. 60. n. 291.* a quibus tamen, qui publica autoritate negotiationem pecuniariam exercent, & eo nomine peculiare munus in republica gerunt, merito ſeparandi ſunt. (5) Quidam etiam a prohibitione legis eximunt caſum, ſi ceſſio iudæi in chriſtianum facta iudicialiter confirmata eſt, quæ ſententia eſt CARPZOVII *P. 2. C. 30. def. 45. & lib. 5. reſp. 38.* RICHTERI *deciſ. 36. n. 12. ſeqq.* Verum quia tales confirmationes iudiciales ſine *cauſæ cognitione* ſuſcipiuntur, ſiuntque *ſaluo iure tertii*, non poteſt hæc exceptio locum habere, vt recte obſeruat LAUTERBACH. *de procurat. in rem ſuam th. 20.* HARPRECHT. *conſ. 60. n. 294. ſeqq.* Et quamuis vſus fori Saxonici *ceſſiones iudiciales* ab hac prohibitione eximat, hic tamen extra Saxoniam aliter effectum habere nequit, quam ſi prævia debita *cauſæ cognitione* ceſſio fuerit facta; hæc vero rurſus aliter inſtitui nequit, quam citato debitore; qui ſi nomen agnouerit, & contra illud nullam exceptionem oppoſuerit, tunc ratio, ſub *n. 3.* adducta, ceſſionem hanc conualidat.

5) Si cauſſa iudicialiter cognita ceſſio facta.

Saracenis & paganis vendi nequeunt, quæ ad bellum inſtruendum pertinent.

§. LXIX. Ceterum commercia cum iudæis facilius admitti poſſunt, quam cum Saracenis, chriſtiani nominis hoſtibus immaniſſimis, quibus arma, ferrum & ligamina galearum, aliaque ad inſtruendam militiam deferre prohibitum eſt in *c. 6. X. h. t.* ſi vel maxime *treuga* ſit facta, quippe quæ tantum inducias ad tempeus continet, bellum non finit. *c. 11. X. eod.* Ita vero hæc prohibitio perpetua eſt, quia cum infidelibus nunquam *pax*, ſed tantum *inducia* ineuntur. Multo magis ergo hæc locum habebit, bello cum Turcis adhuc durante. *c. 12. X. eod.* Merito tamen differentia adhuc eſt facienda inter tempus *belli* & *inductarum:* illo omne commercium cum Saracenis ſiſtitur; hoc vero non item, adeoque merces ad eos deferri poſſunt, exceptis illis, quæ ad *inſtruendam militiam* tendunt, BARBOSA *ad c. 11. cit. n. 1. & 2.* FERMOSIN. *ad c. 7. h. t. qu. 1. n. 4.* id quod quoque iam olim prouiſum fuit in *tit. C. quæ res export. non deb.* Idem quoque repetitum in der Cammer-Gerichts-Ordn. *de anno 1555. P. II. tit. 20. §. 1.* Weiter ob ſich iemand in Hulff, Rath, oder Anſchläge der Türcken, oder anderer, ſo mit der That, oder auf andere Weiß, wieder die Chriſtenheit, das Reich teutſcher Nation geben würden, dieſelbe ſollen aus dem Reich geſchloſſen, ihr Haab und Guth conficiret, und dermaſſen öffentlich publiciret, und durch den Fiſcal, wie ſich gebührt, eingezogen werden. Neque hæc prohibitio iuris canonici tantummodo *priuatos* ſtringit: ipſi reges etiam ei vt

An fœdera cum iis permiſſa?

aliis

aliis quoque iuris huius dispositionibus subiiciuntur. Id ipsum CAROLVS V. applicandum esse censuit ad FRANCISCVM I. regem Galliæ, fœdus cum Turcis contra imperium percutientem, id quod nefas fuisse credidit. Hac de causa in *R. I. de anno 1544. §. 4. sq.* hac de iniuria ita conquestus est: Und dieweil man öffentlich befunden, daß der König von Franckreich sich nicht allein mit bemeldtem Feind, dem Türcken, im Bündniß eingelassen, sondern auch demselben dergestalt anhängig gemacht, daß er ihn wider gemeine Christenheit beweget hat, daraus dem Reich teutscher Nation, und gemeiner Christenheit noch mehr verderblicher und unwiederbringlicher Schade entstehen möchte. So achten Wir, auch Churfürsten, und Stände des Heil. Reichs, und der abwesenden Räthe und Bothschaften, gedachten König von Franckreich, nicht weniger dann den Türcken, für gemeinen Feind der Christenheit zu halten, und derwegen gegen ihn, gleichwie gegen die Türcken, mit thätlicher Handlung und Straff zu handeln, und um so viel desto mehr, daß darob andere Christliche Potentaten Ursach schöpffen mögen, sich künfftiglich solcher unchristlichen Handlungen zu enthalten. Und demnach haben sich Churfürsten, Fürsten und Stände, und der abwesenden Räthe und Botschaften entschlossen, sich gegen gemeldten König von Franckreich, nicht allein mit Worten, sondern auch mit der That zu erklären. Ita quidem secundum *ius canonicum* rationes subducere potuit CAROLVS V., cuius tamen placita inter gentes vim nullam habere debebant. Vtrum enim de *iure gentium* etiam eodem modo iudicari debeat? examinaui *in iur. publ. vniuers. P. spec. lib. 2. c. 1. §. 42. in not. lit. q.*, quod hic non repetam.

§. LXX. In *iudicialibus* causis quædam apparet differentia, & quidem primario ratione *testimonii*, iuxta *l. 21. C. de hæret.* Iudæi contra christianum produci testes nequeunt, si vel maxime orthodoxus contra orthodoxum agat: vbi lis tantum inter iudæos vertitur, satis habiles censentur, quod etiam dicendum videtur, si inter christianum & iudæum quæstio, & ille iudæum produxerit testem. *Nou. 45. c. 1.* Ille enim in præiudicium producentis pro *habili* reputandus, quem producens approbauit. *c. 26. C. 2. qu. 7.* Similiter testimonium christianorum aduersus iudæos in omnibus causis recipiendum esse decernitur in *c. 21. X. de testib. cum eos christianis subiacere oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri.* Ita philosophatur pontifex, nimium vero odio in gentem iudaicam.

Iudæi testimonium ferre non possunt contra christianum.

daicam indulget. Admitto, iudæos alieno in christianos animo esse, quosdam etiam hostili; admitto, eos proinde esse suspectos: ast sæpe etiam christiani, qui, teste historia, infenso vtplurimum fuerunt animo in iudæos, suspecti sunt, vt tanta diuersitas induci non debuisset. Proinde *iudicis arbitrio* hic relictum, nec vbique iudæi *absolute* a testimonio contra christianos repellendi, adeo vt etiam in *camera* iudæis cum christianis litigantibus quandoque deferri soleat iuramentum suppletorium; MYNSING. *cent. 5. obs. 6.* multo magis ergo ad testimonium admitti, salua tamen exceptione, quod præiudicio illustraui *lib. II. tit. 20. §. 3.* Ius commune sequitur ill. BERGER *in discept. for. ad proceff. Saxon. tit. 22 obs. 1. not. 8.* & in *recogn. ordin. Saxon.* idem approbatum docet, addit tamen *p. 724.* nonnunquam iudæum ad *suppletorium* admitti posse, iusta causa id suadente, puta, si maior semiplena probatio pro iudæo militat. BERLICH. *P. I. concl. 54. n. 67.* Quod si negotiationem exercent, iure ceterorum *mercatorum* frui debent, quorum libris, ceteris paribus, semiplena fides tribuitur, vt *lib. II. tit. 22. §. 9.* obseruaui, quod tamen ab aliis in dubium vocatur, vid. HORN. *class. XI. respons. n. 87. p. 751.* Similiter nec inhabiles testes sunt iudæi in christianorum contractibus & vltimis voluntatibus, quod distertis exceptum verbis in *cit. l. 21.* Quamuis vero alias *iudæi* & *pagani* in plerisque conueniant, in hoc tamen deterioris conditionis sunt pagani, vt prorsus ab omni testimonio sint excluſi cum Manichæis, Samaritis, aliisque relatis in *cit. l. 21.* Hoc rigore hodie sine dubio haud foret vtendum, si *pagani* inter nos degerent, cum nec extorres iudicandi, vt eo tempore pagani, nec tanto odio eos prosequamur. Si mera essent mancipia, ex captiuitate bellica, minus quidem fidei habent, verum absolute non essent repellendi. Denique etiam hanc diuersitatem inducunt, quod iudæi actoribus christianis instrumenta edere teneantur, ob *clem. vn. §. ceterum de vsur.* qua cautum, vt libri vsurariorum actoribus semper edi debeant. Id quod ad iudæos vel ideo extenditur a glossa, quod iudæi præsumantur esse vsurarii. PACIANVS *de probat. lib. I. c. 63. n. 85.* HORN. *cl. II. resp. n. 87. p. 751.* Verum id tunc demum admittendum esse censeo, si ob *vsurariam prauitatem* contra iudæos agitur; si aliam ob causam editio documentorum ab eis desideratur, insistendum iuri communi.

salvo iudicis arbitrio,

An ad iuramentum suppletorium contra christianum admittantur?

Pagani itidem prorsus ab omni testimonio repelluntur.

An iudæi christianis actoribus edere instrumenta teneantur?

§. LXXI.

Digitized by Google

§. LXXI. Obſeruaui vero præterea, quod quidem iudæi *infamia* nulla laborent, quadam tamen reputentur aſperſi *macula*, quæ opinio rurſus debetur *iuri canonico*, quo omnis familiaris vſus cum iudæis eſt prohibitus, quo factum, vt plura iis denegentur iura, quæ nonniſi his, qui integræ exiſtimationis ſunt, competunt. Teſtatiſſimum eſt, eos excludi a *collegiis opificum*, æque vt ſpurios & carnifices, indeque factum, vt vnice quæſtui, ex variis commerciis comparando, ſeſe dedere ſoleant, non ſine incommodo reipublicæ, quod quomodo euitari & emendari poſſit, ſupra oſtendi. Ea de cauſa quoque excluduntur ab omnibus officiis publicis, *l. f. C. h. t. c. 16. & 18. X. eod.* munere iudicandi ſuper chriſtianos fungi nequeunt, quod cautum in *ſynodo Regiat. c. 20. de anno 850.* apud HARDVIN. *tom. V. concil. p. 30.* & in *concil. Aruern. anno 535. c. 9.* apud EVNDEM *tom. II. p. 1182.* Similiter militare, & cauſas agere prohibentur in *concil. Valentin. III. de anno 425. c. 5.* apud EVNDEM *tom. I. p. 1270.* a publica & priuata adminiſtratione remouentur in *concil. Auenion. de anno 1209. c. 2.* apud EVNDEM *tom. VI. P. II. p. 1986.* Porro poſtulare quoque prohibiti ſunt in *l. f. Ct de poſtul.* & *l. 15. C. de epiſc. aud.* vt nec notarii munere fungi queant, RICCIVLLVS *lib. II. de iur. perſon. extra grem. eccleſ. exiſt. c. 27.* & ſic non mirandum, quod ad gradus academicos, qui dignitatem continent, admitti ſine principali beneficio nequeant, IDEM *cit. l. c. 25.* cum etiam e *iure ciuitatenſi* in plerisque arceantur locis. Hac de cauſa porro in variis conciliis conſtitutum, iudæos a chriſtianis habitu diſcernendos eſſe, vid. *concil. Later. IV. de anno 1215. c. 68.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 70* vt ſcilicet portent in pannis ſuperioribus certum ſignum, ſcilicet *rotam panni crocei coloris*, & mulieres eorum in capite, quod conſtituit *concil. Rauenn. de anno 1311. c. 23.* apud EVNDEM *cit. l. p. 1370.* idque repetitum in *reform. polit. de anno 1530. tit. 22. §. 1.* quod tamen haud obſeruari animaduertimus. Has concluſiones peperit tum *odium*, cui communiter expoſiti ſunt, tum communis contemtus, ob quem pro abiectiſſimis & viliſſimis habentur. Ob maculam a dignitatibus aliisque iuribus arcentur.

§. LXXII. Enimuero (I) hæc omnia minime ligant principem, cui integrum eſt, etiam iudæos ad *munia publica* admittere, eisque gradus doctoratus conferre, quod praxi notoria corroboratur. (II) Conſultius vtique foret, ſi rigor iuris hac in re temperaretur, & quemadmodum ad negotiationem, ita etiam ad alia *officia* & *opificia* in ciuitatibus admitterentur, quo conuenientiori vitæ genere ſe ſuam- Epicriſis.

que familiam alere poſſent, id quod quomodo introduci poſſit, ſupra docui. Imo (III) ex hac praxi id incommodum quoque euenit, vt quoties conuertuntur, inidonei ad certum vitæ genus eligendum ſint, prout ad *tit. de conuerſ. infidel.* indicaui, id quod tamen, ſublata per leges publicas hac macula, facile emendari poſſet.

In Hiſpania & Portugallia iudaismus crimen eſt.

§. LXXIII. Denique ſupereſt, vt paucis oſtendam, qua ratione *iudaismus* etiam ex doctrina Romanæ eccleſiæ *criminibus eccleſiaſticis* annumerari & *hæreſi* æquiparari queat, quo intuitu hoc loco quidem ſine dubio de eo agitur, ſed nihil, quod rem tangat, eo nomine adducitur. In *Hiſpania* imprimis & *Portugallia* hoc *crimen*, quod crudelitas eccleſiaſticorum genérauit, cognitum eſt, cum conſtet, quam male in his regnis habiti iudæi, vt fidem ſuam ſedulo occultare coacti fuerint, de quo in compendio agit LIMBORCH *in hiſtor. inquiſ. lib. I. c. 24.* Eo res tandem deuenit, vt FERDINANDVS & ISABELLA lege lata iudæos tota Hiſpania expulerint, *quibus*, vt ait LIMBORCH *cit. l. p. 82. longa ſapientum conſultatione præmiſſa conceſſum fuit quadrimeſtre ſpatium, intra quod poſſent conuerti ad fidem catholicam, vel bonis ſuis omnibus venditis ab Hiſpania diſcedere cum omnibus ſuis bonis, vel mercibus, quæ ex pecuniis comparaſſent*, quod pecuniam exportare iam antea vetitum eſſet. *Elapſo hoc tempore*, pergit, *qui in religione ſua perſtiterunt, coacti ſunt abire cum vxoribus, filiis, ſeruis familiaribus & rebus ſuis, & vetitum illis fuit, ne vnquam in Hiſpaniam redirent, in qua ſi deinceps reperti eſſent, pœna mortis & publicationis bonorum ſtatim ob eam rem punirentur. Cautum præterea legibus pragmaticis eſt, vt nullus iudæus ingrediatur in Hiſpaniam, quouis quæſito colore, eadem pœna mortis & confiſcationis bonorum in eos exequenda, qui in Hiſpania fuerint, & vt nihil eis proſit, ſi forte dixerint, ſe velle ad fidem conuerti; niſi in primo regni limite id ipſum fuerint publice proteſtati. Quodſi quiſpiam chriſtianorum iudæos receptare conuictus fuerit, in pœnam publicationis bonorum omnium incurrat.* Circumſtantias has præter BZOVIVM & RAYNALDVM ſuppeditauit prælaudato autori IACOBVS SIMANCAS, iuris vtriusque in academia Salmanticenſi Profeſſor, *in inſtitut. cathol. aduerſus hæreſes tit. 35. §. 7.* quæ in Hiſpania *iudaiſmo occulto* nomen *criminis* dederunt. In *Sicilia* anno 1492. ſimile decretum *de expellendis iudæis* publicatum eſt a FERDINANDO catholico, cuius occaſionem memorat P. OCTAVIVS CAIETANVS *in Iſagoge ad hiſtor. ſacram Siciliam c. 35. in f. p. 252.*

Ferdinandi catholici lege.

in Sicilia,

§. LXXIV.

Digitized by Google

§. LXXIV. Denique paria fata in Luſitania hoc crimen pro- & Luſitania
duxerunt. Etenim anno 1496. referente RAYNALDO *ad cit. ann. n. 26.* EMANVEL rex Luſitaniæ, *qui*, vt ait RAYNALDVS, *Ferdinandi regis gloriam religionemque æmulabatur*, iudæos & Mauros omnes, in regnò Luſitaniæ agentes & Chriſto nomen dare nolentes, regni ſui finibus excedere iuſſit, diemque iis dixit, intra quem omnes aut chriſtiani fierent, aut libertate, niſi exceſſerint, priuarentur. Mauri mox in Africam traiecerunt, cumque pariter iudæi ſolum vertere anniterentur, rex impuberes quoscunque e patrum complexu vi abſtrahi, & in religione chriſtiana educari iuſſit, quod *ſtudium religionis pium*, ſed *non-æquum*, imo *cum inſtitutis chriſtianis* pugnans fuiſſe, cenſuit RAYNALDVS, quatenus *pium* id eſſe dicitur, quod gratum clericis acceptumque eſſe creditur. Nec enim vere *pium* eſſe poteſt, quod cum *inſtitutis chriſtianis* pugnat. Sed parentibus quoque abitus fraude interclusus eſt, qui tamen ipſis imperatus erat. Rex enim nauigandi poteſtatem de die in diem differebat, atque cum ab initio tres in Luſitania portus illis aſſignati eſſent, vnde conſcenderent, mox interdixit, ne quisquam ex illis aliunde quam ex Viliſſiponenſi portu ſolueret. Hoc ipſo factum, vt maxima iudæorum multitudo ad hunc confluereret portum. Inter has moras vero dies emigrationi dictus, effluxit & ita iis, qui emigrare non potuerunt, neceſſitas impoſita, aut duriſſimam ſubire ſeruitutem, aut chriſtianam profiteri vel potius ſimulare religionem. Hoc modo in *Hiſpania* & *Luſitania* iudæi plures ſubſiſtere coacti ſunt, vbi iudaismus
qui externe chriſtianam ſimularunt religionem, ſed occulte iudaicis in- occulte exer-
hæſerunt ritibus. Atque in hoc ipſo ſummum & execrablis hæreſis cetur.
atque enormiſſimum apoſtaſiæ crimen conſtituitur, cuius tamen ipſi Hiſpani & Luſitani auctores fuerunt. Inde in quolibet *actu fidei*, qui celebrari ſolet, inſignis multitudo *iudæorum*, de *iudaismo* conuictorum, deprehenduntur, qui vel ad rogum condemnantur, vel alio crudeli ſupplicio reſeruantur. Quid? quod ſi exceſſerint Luſitaniam & Hiſpaniam, & in Italiam venientes *iudaizare* reperti fuerint, ex PAVLI IV. decreto de anno 1556. cenſentur *apoſtatæ*, non obſtante, quod ſub tortura negauerint, ſe vnquam fuiſſe baptizatos aut chriſtiano vixiſſe more, teſte ANSELMO DANDINO *de ſuſpect. de hæreſ. in prælim. 18. n. 10. p. 37.* Sufficit enim, quod ſint *Luſitani* vel *Hiſpani*, qui tenentur eſſe *chriſtiani*, aut creduntur apoſtatæ, eadem infamia, qua olim chriſtiani, ſub tortura Chriſto nomen dantes, plectebantur, prout obſeruaui

in *dissert. ad Plin. II. & Tertull. VI. nouiss. edit.* PAVLI IV. bulla in *bullario* adhuc desideratur, probabili iudicio, compilatores atrocitate rei perterritos noluisse eam referre.

Infantes inuitis parentibus baptizati, sed in iudaismo educati, etiam huic crimini subiecti sunt.

§. LXXV. Inde vere noua & atrocior conclusio ab interpretibus tracta est, etiam infantes parentibus reclamantibus baptizatos in hoc crimen incidere, si iudaizauerint, EODEM obseruante *l. cit. n. II.* Si vel maxime enim infans ita baptizatus parentibus infidelibus restitutus fuerit, qui eum in fide sua educauerunt, pro apostata tamen habendus est, quod per *baptismum* characterem receperit, & ecclesiæ subiectus fuerit. Imo quilibet *coacte* baptizatus, fit *apostata*, si pristinæ religioni adhuc adhæret, vt BONIFACIVS VIII. in *c. 13. de haret. in 6.* constituit, & exempla iudæorum in Lusitantia loquuntur. His nefandis principiis ducitur *inquisitio Hispanica*, quæ crimen *iudaismi occulti* pœnis hæreticorum subiecit, & rogo destinauit. Talem tragœdiam relationes hebdomadales Belgicæ ex sede regia Hispaniæ, Madritio, d. 9. April. 1720. aduolantes publicarunt atque nunciarunt, *die 7. April. 1720.* die dominica, *quasidomogeniti* dicta, solennem congregationem eorum, qui *tribunali inquisitionis* interfunt, in monasterio Dominicanis dicato celebratam, atque ab hoc iudicio sex masculos & octo feminas criminis *iudaismi* condemnatos fuisse, quibusdam rogo, quibusdam alii supplicio atrociffimo destinatis. Post triduum tres feminas, atrocitate sententiæ rogo impositas, sed mox duas ei subductas, quod fidem Romanam amplecti pollicerentur sanctissime. Tertia lentissimo igne exspirauit; sæuitum præterea in ipsa cadavera eorum, qui ex squalore carceris diuturno perierant, quæ ibidem flammis consumta sunt, vt omnes intelligerent, quo genere mortis ipsis obeundum esset, si vixissent.

TIT.

Digitized by Google

TIT. VII.
DE
HAERETICIS.

§. I.

POſt *infidelitatem* traditur doctrina de *hæreſi*, tot ſyrtibus inuoluta, vt periculoſum iter ingredi videantur, qui huic pelago naufragiis pleno ſeſe committunt. Nihilominus prope infiniti apparent nantes in hoc gurgite, qui, prout religionis aſſumtæ principia id ſuadent, diuerſiſſimas ingrediuntur vias, & de *hæreſi* varie ſentiunt. Hor rsidam *iuris canonici* ſententiam imprimis acriter propugnant Hispani, vt inquiſitioni ſacræ velificentur. IOANNES CALDENIVS, GABRIEL A QVEMADA, & IOANNES A ROYAS horum in numero ſunt, qui zelum ſuum contra hæreticos præ ceteris publicis declararunt ſcriptis, quorum iſte de *hæreſi*, ille *quæſtiones fiſcales* in cauſa hæreſeos, hic vero tum *ſingularia in fidei fauorem*, tum tractatum de *hæreticis eorumque impia intentione & credulitate* ſcripſit, quamuis quilibet ex his interpretibus monſtra potius quam ſanam doctrinam tradiderit. ALPHONSVS A CASTRO in tract. *de iuſta hæreticorum punitione* operoſe *pœnas hæreticorum* perſequitur ex mente iuris canonici, quas etiam pari inſtituto expoſuit anno 1550. CONRADVS BRVNVS libris ſex *de hæreticis*, easque mirum in modum auxit, quod vel ex *lib. III. c. 15. §. 8.* liquet, vbi hæc monſtra adfert: *Hodie nulla pax rata eſſe poteſt, quæ cum hæreticis ea lege conciliatur, vt offendi non poſſint, prauam doctrinam in populo chriſtiano impiis prædicationibus diſſeminantes. Ac tanto magis horrenda ac abominanda pax eſt, ea conditione cum hæreticis & ſchismaticis inita, vt qui eos offenderint, fractæ pacis condemnentur. Nam quæ fractio pacis eſſe poteſt, eos offendere, cum quibus nulla communio eſſe poteſt homini chriſtiano, & quibus ne aue quidem dicere poſſumus? Quos leges ciuiles banno imperiali ſubiiciunt, impune offendendos offerunt.* Auth. Gazaros C. de hæret. l. Manichæos C. de hæret. *nec vllam in Romano ſolo conueniendi morandique facultatem permittunt, aut quicquam loci relinquunt, in quo etiam ipſis elementis fiat iniuria; denique quos omnia diuina & humana iura extinctos eſſe volunt.* Vel ex his liquet impietas hominis plusquam hæretici, quam ex infernalibus

Connexio.

Autores Hiſpani de hæreſi.

& monſtris editis.

principiis hauſit, homini chriſtiano eo magis indignam, quod mitiſſimo Dei verbo & ſanæ rationi e diametro repugnet. Neque vero tantum *ipſa hæreſis* crimen atrociſſimum continere dicitur, ſed etiam nudo *ſuſpicio de hæreſi*, quam nouam prorſus & horridam doctrinam expoſuit

Daudinus. ANSELMVS DANDINVS *de ſuſpectis de hæreſi*, eamque in duas diſtribuit partes, quarum altera *de iis, qui dicuntur ſuſpecti de hæreſi*; altera *de pœnis, quibus plectuntur ſuſpecti de hæreſi*, agit, quamuis, quantum ſcio, prior tantum anno 1703. Romæ edita fuerit. Ipſum proceſſum *inquiſitionis*

Limborch. ex doctrina Romanæ eccleſiæ explicuit PHILIPPVS A LIMBORCH in *hiſtoria inquiſitionis*, vbi *lib. III.* etiam ſuccincte, quæ vulgo de *hæreticis* eorumque variis ſpeciebus, de *hæreſiarchis*, fautoribus hæreticorum, ſuſpectis de hæreſi, eorumque pœnis eccleſiaſticis ac ciuilibus aliisque

Scriptores de pœnis hæreticorum. variis capitibus, huc pertinentibus, traduntur, agit. Supplicium vltimum, quod hæreticis imminet, variis quoque ſcriptis impugnatum vel propugnatum, prout rectior ratio vel furor quidam impius ſcriptores

Erasmus. impulit. Notum eſt, ERASMVM Roterodamum in ſcriptis ſuis paſſim vltimum diſſuaſiſſe ſupplicium, imprimis *lib. 21. epiſt. 7. lib. 26. ep. 15. lib. 31. ep. 46. 47. & 59.* nec non in *annotat. in leges pontif. & cæſar. de hæreticis*, quæ cum *epiſtolis variis* GERARDI *de re euangelica & hæreticorum pœnis* Argentorati 1529. editæ ſunt. Male hac de re a plurimis habitus eſt, vt conqueritur *cit. epiſt. 47. p. 2051.* aitque: *Hoc atrocius eſt, quod nusquam id doceo, non eſſe ſumendum capitis ſupplicium de hæreticis, nec vsquam adimo gladii ius principibus, quod illis non ademit Chriſtus nec Apoſtoli.* Edidit quoque *declarationes in cenſuras vulgatas ſub nomine Facultatis theologicæ Pariſienſis* (quæ extat *tom. IX. oper. p. 814.* ex edit. 10. CLERICI) in qua *tit. 23. de pœnis hæreticorum* agit, & rurſus mentem ſuam de *ſupplicio vltimo hæreticorum* exponit, cenſendo, eam eccleſiam ſemper euitaſſe, tantumque *ſpirituales pœnas* hæreticis impoſuiſſe, quo ipſo oſtendit, ſe magis hanc pœnam improbaſſe, licet hoc diſſimulet. Admodum hac doctrina offendit monachos Hiſpanos, contra quos *apologiam* ſcripſit *(tom. IX. oper. p. 1015. ſqq.)* & *tit. 4. p. 1054.* rurſus eandem cauſam agit, immanem ſæuitiam monaſticam in hæreticos aperte ſugillando.

Caluinus. IOANNEM CALVINVM *de hæreticis, a ciuili magiſtratu puniendis*, libellum ſcripſiſſe, notiſſimum eſt, eo ſine dubio conſilio, vt vltimum ſupplicium, a SERVETO decreto ſenatus & reipublicæ Geneuenſis ſumtum, ab omni iniquitate purgaret, quod omnes probi merito reprobarunt. Anno 1612. editus ea de cauſa eſt tractatus *contra libellum Cal-*

Digitized by Google

Caluini, in quo ostendere conatur, hæreticos iure gladii coercendos esse, in quo sophismata eius denudantur. IVSTVS LIPSIVS quoque huius sententiæ præsidium suscepit, a KOORNHERTIO refutatus in *epitome processus de occidendis hæreticis & vi conscientiis inferenda, inter Iustum Lipsium politicorum autorem anno 1589. ea asseuerantem & Theodorum Koornhertium, eadem refringentem.* Paulo post LIPSIVS *libellum aduersus Diagoliſtam*, in quo KOORNHERTIO stylo paulo vehementiori respondit, edidit, rursus ab hoc refutatus anno 1593. in *defensione processus de non occidendis hæreticis contra tria capita lib. IV. polit. I. Lipsii eiusque libri aduersus Dialogistam confutatione*, quamuis morte præuentus KOORNHERTIVS vltimam manum libello addere haud potuerit. Anno 1554. Magdeburgi sententia LVTHERI & BRENTII collecta & edita est de hoc iuris articulo sub tit. *de hæreticis, an sint persequendi, & omnino quomodo sit cum eis agendum, Lutheri & Brentii aliorumque multorum tum veterum tum recentiorum sententiæ*, in quibs atrocitas vltimi supplicii damnatur. Pariter anno 1584. sub nomine MINI CELSI Senensis editus est libellus *de hæreticis, capitali supplicio non afficiendis*, quibus adiunctæ sunt THEODORI BEZAE & ANDREAE DVDITII epistolæ duæ contrariæ, vt videas, etiam hos, qui desciuerunt a sacris Romanis, non tamen semper a credulitate Romana desciuisse. IOACHIMVS CLVTENIVS Megapolitanus pariter persecutiones hæreticorum sub censuram reuocauit in tr. *de hæreticis, an sint persequendi & quomodo sit cum eis agendum*, Argentorati 1710. edito. Cum vero his persecutionibus præsidium insigne attulerint *leges ciuiles & ecclesiasticæ*, sermone Anglicano sub regno CAROLI II. h. e. anno 1682. editus fuit libellus *de legibus ciuilibus & ecclesiasticis contra hæreticos publicatis*, denuo recusus anno 1723. cum *elegantissima præfatione* illustrissimi præsulis Cantuariensis WAKII, & nouiter in sermonem gallicanum translatus anno 1725. tit. *traité des Loix ciuiles & ecclesiastiques, faites contre les hæretiques par les papes, les empereurs, les Rois & les conciles generaux & prouinciaux approuvé par l' eglise de Rome.* Præmisit autor elegantem *discursum contra persecutionem* atque tum hoc, tum ipso tractatu persecutores *crudelitatis*, mansuetudini Christi repugnantis, conuincere, simulque eo ipso ostendere voluit, desciuisse ecclesiam Romanam a veris CHRISTI præceptis. Magis persecutiones hæreticorum (quod mirandum) laudauit probauitque IO. HENRICVS a SEELEN in *themide, hæresium vindice, seu de hæreticis, in corpore iuris ciuilis reiectis & damnatis*, quarum legum compilatio

Lipsius. Koornhertius.

Lutherus & Brentius.

Minus Celsus.

Beza & Dudithius.

Clutenius.

Wakius.

a Seelen.

pilatio magis dedecus iurisprudentiæ noſtræ, quam ſingularem laudem adfert, ſi α) grauiſſimas perſecutiones his ipſis ſtabilitas, β) pœnas hæreticis impſitas, & γ) imperium in conſcientias exercitum intuemur, quæ tria ſimul laudare & probare debet, qui *themidem hæreſium vindicem* extollit. His perſecutionum patronis præferendi, qui expoſuerunt novum crimen, quod committunt, qui ſpiritu perſecutionis per *hæretificationes* ducuntur, ſupra iam *p. 606.* notatum expoſitumqne a Dn. RECHENBERGIO in diſſert. de *crimine hæretificine.* Denique notum eſt, B. THOMASIVM problema iuridicum, *an hæreſis ſit crimen?* ſcripſiſſe, & ex natura ipſorum criminum ciuilium ceſpitaſſe, an hæreſis recte poſſit *criminibus ciuilibus* annumerari? Scripſit quoque IDEM *diſſ. de iure princip. circa hæreticos*, ſed imperfectam reliquit, cui etiam iungi debet B. a COCCEII *de iure circa hæreticos*, alios vt non tangam.

Rechenberg. Thomaſius. Cocceius.

§. II. VOX *hæreſeos* in *bonam* & *malam* partem accipiunt. Notum eſt, PAVLVM ſectam phariſæorum vocaſſe αἵρεσιν, *Act. XXVI, 5.* haud dubie quin in *bonam partem*, obſeruante ERASMO *in not. ad nou. teſt. (tom. VI. oper. p. 532.)* quemadmodum in iure quoque pro *opinione* quadam *ſingulari* accipitur in *ſenſu indifferente.* Id optime obſeruauit GROTIVS *P. I. epiſt. 285.* aiens: *Florente re Romana, ciuitates omnes Profeſſores habuere non eloquentiæ tantum, ſed PHILOSOPHICARVM HAERESIVM (nondum ob id nomen comburi homines cœperant) ſed medicinæ quoque.* Sectas philoſophos atque ICtos habuiſſe notiſſimum eſt, quæ olim *hæreſes* in ſenſu bono dicebantur ſine vlla alicuius opprobrii formidine. Quin etiam *hæreſes* dictæ ſunt *conditiones* & *functiones*; nam MODESTINVS in *l. 6. §. 2. de excuſ.* ait, in vnaquaque ciuitate eſſe numerum Rhetorum & *hæreſes quasdam propoſitas lege*, h. e. quasdam *conditiones* a lege præſcriptas, vt rhetores & medici probentur decreto ordinis. Pariter in *l. 9. & 10. C. Theod. de præd. naucul.* ſit mentio trina vice *hæreſium naualium*, h. e. *conditionem* & *functionum naualium*, vt totus contextus oſtendit. Denique ſpeciatim *hæreſis* ad res fidei applicata eſt, non tamen conceptum *delicti* vel *criminis atrociſſimi* habuit, ſed tantum *ſingularem opinionem de fide* denotauit. Antiquiſſimi græci ſcriptoris Anonymi *definitiones* edidit DAVID HOESCHELIVS *in collect. ſcript. græc.* quas etiam reguſtauit clariſſ. FABRICIVS *vol. XIII. bibl. græc. p. 544.* vbi ad quæſtionem, *quid eſt hæreſis?* reſpondet: *opinio de fide quacunque.* Ad quæſtionem vero: *quid hæreticus?* regerit: *pro opinione propria dimicans*, id quod ſine

Appellatio hæreſeos innoxia ex mente Grotii. & ICtorum Romanorum. Denotat etiam ſingularem opinionem de fide.

Digitized by Google

ſine *crimine* fieri poteſt, ſi a *iure canonico*, dominatum in conſcientias corroborante, abſtrahas. In *malam* partem accipitur, cum vel *diſſidia animorum*, vti *1 Cor. XI, 19.* vel *errores prauos in rebus fidei* deſignat, quæ poſterior *acceptio* huius loci eſt. Circa huius conceptum præmitto, aliter eam conſiderari in *ſenſu ſcripturæ S.* expoſito a B. Theologo, Abbate BREITHAVPTO *de hæreſi in ſenſu ſcripturæ S.* quam Theologis relinquendam cenſui. Aliter circumſcribitur in ſenſu *iuris canonici*, quem ſeruat eccleſia Romana, *orthodoxiam* ſibi vnice ex infallibili *eccleſiæ* vel *pontificis* dono tribuens, & *hæreticorum* numero omnes accenſens, qui diſſentiunt ab articulis fidei, in *Romana eccleſia* a pontificibus vel conciliis ſtabilitis. Denique in *ſenſu ciuili*, & quoad *effectus ciuiles* hæreſi ſuperadditos, *hæreſis* eſt *conſtans diſſenſus a religione publice approbata*, quæ in hoc ſenſu ciuili *orthodoxia* vel *religio dominans* dici poteſt. Inde contingere poteſt, vt in ſenſu *iuris canonici* religio *hæretica* dicatur, quæ (1) talis non ſit in *ſenſu ſcripturæ S.* ſed *ſanam religionem* foueat, quod proteſtantes circa articulos auguſtanæ confeſſionis rectiſſime conſtituunt; imo nec talis (2) ſit in *ſenſu ciuili*, quod publicis legibus *probata* vel *recepta* ſit, vt Romano-catholica & A. C. addictorum. E contrario in *iuris canonici* ſenſu *orthodoxia* dici poteſt, licet *doctrinam fidei*, ex mente aliorum, impugnet, quia quælibet religio in chriſtianismo *formulas fidei* peculiares habet, ſecundum quas de diſſentientibus ferunt iudicium, prout de hac *fide formularia* pluribus actum eſt *tom. I. de ſumma trinitat. §. 1. ſqq.* Quia enim abſolute prædominari intendit *religio Romano-catholica*, non poteſt non *orthodoxiam* ſibi tribuere, quæ reuera nihil aliud in hoc ſenſu eſt, quam *religio dominans* vel *dominatum in omnes alias religiones* prætendens, licet forſa exercere haud potuerit, vi maiori impedita. Quæ vt eo euidentiora reddantur, ad capita ſequentia hanc diffuſiſſimam doctrinam reducam, vt (1) ex mente iuris canonici *hæreſin* & *orthodoxiam* definiam, eiusque requiſita expendam: (2) de *ſuſpectis* de *hæreſi* ſeorſim agam: (3) ſingularia vel potius portenta tradam, quæ in *fauorem orthodoxiæ* & *odium hæreſeos* ius canonicum adinuenit: (4) quibus pœnas *ciuiles* & *eccleſiaſticas* adiungam; ſubnexo (5) *proceſſu inquiſitionis* contra hæreticos, & (6) ſingulari zelo in abolendis vel expurgandis hæreticorum libris. Poſthæc (7) excutienda orthodoxia & hæreſis in *ſenſu ciuili*, eiusque peculiares effectus, a iuris canonici traditis aberrantes, tradam, atque (8) tandem de crimine non agnito, ſed *vero* h. e. de *hæretificina*, ſeu vt alii loqui amant, *hæretificatione* & *impietate*

In malam partem vſurpatum accipitur.

Hæreſis in ſenſu canonico a theologico diuerſa.

Item in ſenſu ciuili.

Orthodoxia

Capita huius doctrinæ primaria & ordo dicendorum.

pietate perſecutionum atque de *officio principis* in coercendis & in officio retinendis perſecutoribus quædam ſubiungam, ἐπίκρισιν vbique iuxta veritatem aguitam addens, a qua ſi aberraſſe deprehenſus fuero, faciles præbebo his aures, qui meliora, ſed modeſte, me docturi ſunt.

Atrocitas huius criminis ex ſententia iuris canonici

§. III. In ſenſu itaque prauo *hæreſin* inter enormiſſima crimina eccleſiaſtica referri notiſſimum eſt, quæ tam atrox malum cenſetur, vt, iudice BALSAMONE, non tam crimen, quam monſtrum quoddam & prodigium videri debeat, referente A COSTA *ad c. 10. X. de iudic. p. 327.* Pariter ARNVLPHVS Lexouiorum pontifex *epiſt. ad archiepiſcopos & epiſcopos Angliæ de ſynodo Vernenſi* anno 755 coacta ediſſerens ait: *Sola Gallia MONSTRA non habuit, ſed ſinceritate fidei doctrinæque veritate & plurima operum exhibitione præfulſit.* Vid. CHOPPINVS *lib. 2. polit. eccleſ. tit. 2. §. 13. p. 197.* ALGARVS SCHOLASTICVS *P. 2. de miſericord. & iuſtitia c. 41.* apud MARTENIVM & DVRANDVM *tom. V. theſ. anteced. p. 1082.* grauitatem huius mali ita exaggerat: *Non inuenitur maius delictum: quam exorbitare a fide per hæreſin, quia non corpora moritura, ſed animæ in æternum victuræ perimuntur: qua etiam tota eccleſia a ſuis fundamentis concutitur.* Per *hæreſin* enim, aiunt, vere & immediate & principaliter quis in eccleſiam ipſam & in Deum, ipſius fundatorem, delinquit, vt *hæretici* dici poſſint *proditores Dei*, vt ait MICHAEL ANGELVS DONATVS *de aſylis reſol. 169. n. 1. & 3. & reſ. 173. n. 2.* Vnde beſtiæ illi apocalypticæ, iudice HVMBERTO Cardinali *aduerſ. ſimon. c. 37.* apud MARTENIVM & DVRANDVM *cit. l. p. 752. ſqq.* comparatur, & per eam repræſentata dicitur: *omnes enim*, ait, *hæretici chriſtiani ſe eſſe dicunt, tanquam beſtiæ de terra aſcendunt, quia de ſoliditate eccleſiæ oſtentationis vel elationis ſuæ faſtu exeunt ad illius marinæ belluæ, antichriſti ſcilicet, potentia ſeculari intumeſcentis obſequium.* Quemadmodum enim *ſimoniam* in variis rebus & factis, in veteri fœdere relatis, ſe inueniſſe patres crediderunt, quos *tit. de ſimon.* iam notaui atque reieci; ita pariter, qui de hoc *malo eccleſiaſtico* ſcribunt, quæuis corradunt ex S. ſcriptura, & illud ſub hac vel illa figura repræſentatum confidenter ſed ſine fundamento aſſerunt. Quis crederet, hæreſin vel potius *hæreticos* adumbratos eſſe per *Tyrum & Sidonem?* Et tamen hoc aſſerit RHABANVS MAVRVS *in lib. adu. iudæos c. 72.* apud MARTENIVM & DVRAND. *cit. tom. V. p. 549.* contenditque huc pertinere vaticinium IOELIS prophetæ *c. III, 4.* (alibi *v. 9.*) & ZACHAR. *IX, 2.* Simili modo enim omnes gentes, quæ iudaicum populum afflixerunt, eos repræſentaſſe dici poſſet, contra

& variis locis ſcripturæ S. repræſentata.

quas

Digitized by Google

quas vaticinatus est IEREMIAS variis in locis. Aiunt enim, *ecclesiam iudaicam* fuisse typum *ecclesiæ Romanæ:* huius hostes esse *hæreticos*, præfiguratos per gentes, quæ vel destruxerunt, vel grauiter afflixerunt populum iudaicum. Sed noua rursus figura scriptoribus obuia in *trecentis vulpibus* Simsonis, quibus tot hæreses exprimuntur ex sententia HVMBERTI CARDINALIS *cit. l. lib. II. c. 22.* MARTEN. & DVRANDVM *p. 725.* Alii in genere *vulpibus* eos comparandos esse crediderunt, prout obseruaui in *homil. 3.* MAXIMI episcopi Taurin. apud MABILLON. *in Mus. Ital. tom. I. P. 2. p. 15.* asserentis: *Quod hæretici specialiter vulpibus comparantur, nulla cunctatio est. Sunt enim, sicut vulpes, dolosi, importuni & timidi: vbi quietem senserint, ibi rabiem suæ lenitatis exercent: vbi vigilantiam reperiunt, exinde dolosa fraude diffugiunt. Nam sicut memoratum animal semper est fallax, semper incertum, nec aliquando morum potest mutare versutiam: ita & omnis hæreticus semper fallax, semper incertus est: & cum tecum videatur simpliciter loqui, mutat verba, sed non mutat mores: modestiam sermone promittit, rabiem corde depromit. Vulpis cauda fallit; hæreticus lingua circumenit: vulpis mansuetudinem animalibus fingit, vt capiat; hæreticus moderationem hominibus promittit, vt noceat: illa ante proludit, vt iugulet; hic prius blanditur, vt exspoliet. Familiare autem vulpi est, gallinæ semper insidiari & pullis: vt si a matre quispiam longius abierit, in eius prædam captetur: ita & hæreticus matri ecclesiæ semper insidiatur, & filiis: vt si forte aliquem negligentiorem inuenerit, sua illum rabie circumscribat.* Vulpibus æquiparati hæretici.

Posterius eo magis dicendum arbitratur, quod *ecclesia* recte *gallinæ* æquiparetur, vbi tamen more consueto per *ecclesiam* intelligit *Romanam hierarchiam.* INNOCENTIVS III. in *c. 13. X. h.* reguslat hanc doctrinam, censetque, *hæreticos facies quidem diuersas habere, sed caudas ad inuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt in id ipsum,* quod etiam repetit in *c. 15. X. h.* Alii per *Gog* & *Magog* in apocalypsi non *gentes* sed *hæreticos* intellexerunt, *qui contra ciuitatem Dei, i. e. ecclesiam sanctam, diabolo instigante, consurrexerunt de angulis & cauernis errorum.* Vid. MARTEN. & DVRAND. *tom. I. vet. script. & monum. p. 233.* Quid quæris? ex iudicio HVMBERTI *peiores paganis & iudæis* apud MARTEN. & DVRAND *tom. V. thes. anced. p. 653.* quod etiam censuit GEROCHVS præpositus Richersbergensis *adu. simon.* apud EOSDEM *cit. l. p. 1488.* aiens: *Est autem peior, detestabilior & execrabilior hæreticus vel schismaticus ipsis iudæis & militibus Christi occisoribus:* Ne vero hoc sine ratione dictum credas, en in promtu

Sub Gog & Magog intellecti

deteriores gentilibus.

teſtimonium SALOMONIS. *Salomon enim gentilem hominem hæretico meliorem eſſe pronunciat, vbi ait:* melior eſt canis viuus leone mortuo, *canem viuum appellant gentilem, & leonem mortuum hæreticum*, vt ait HVGO FLORIACENSIS *de reg. poteſt. & ſacerd. dign. c. 7.* apud BALVZ. *tom. IV. miſcell. p. 30.*

Hæreticis in ſenſu iuris Romani.

§. IV. Tale monſtrum nefandum & deforme conſtituerunt ſcriptores, rei Romanæ addicti, in *hæretico*, ex odio capitali & vatiniano, quod exercent erga diſſentientes a traditionibus & ſcitis *eccleſiæ Romanæ*, imprimis vero *pontificis*. Huius enim dominatui ſe nolle ſubmittere, eſt refragari matri eccleſiæ, & nefandam hæreſin committere, Audiamus ergo, quid ſit *hæreſis?* quid *hæreticus* ex mente iuris *ciuilis Romani* & *canonici?* Ex ſententia illius *hæretici* dicuntur iuxta *l. 2. §. 3. C. de hæret. qui vel leui argumento a iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare.* Iudicium *catholicæ religionis* & *trames* dicitur communiter *orthodoxia* per patres eccleſiæ certis formulis determinata, & per modum legis præſcripta in *eccleſia dominante*, vt infra demonſtrabitur. Qui huic adhærent, dicuntur *catholicæ legis ſeu religionis obſeruatores* in *l. 1. C. eod. l. 2. C. de ſumm. trinit. & fid. cathol. puræ religioni deditii* in *l. 7. C. Th. eod.*; ſicuti *hæreſi* opponitur *catholica communio* in *l. 46. C. Th. eod. pura religio* in *l. 7. cit.* & *orthodoxorum ſecta* in *l. f. C. Th. eod.* Ius *canonicum* in definitione *hæreſeos* primarium fundamentum tum in *fide formularia eccleſiæ Romanæ* in genere, tum in ſpecie *pontificis Romani potentatu* conſtituit, qui primarius *eccleſiæ Romanæ* articulus fidei videtur. Hunc ſi negas; ſyſtema totius *hierarchiæ* patriter deſtruis, vnde tamen, tanquam a centro, omnis eius deriuatur ſubſiſtentia. PASCHALIS II. *ad Laurentium Abb. S. Vitoni* ſcribens, referentibus MARTENIO & DVRANDO *tom. I. theſ. anecd. p. 338.* teſtimonio AMBROSII hac in re vtitur ſcribitque: *Diu enim propter pertinaciæ ſuæ nequitiam a ſede apoſtolica excommunicati ſunt* (clerici, quorum faſtum arguit) *quæ caput & magiſtra omnium eccleſiarum ab ipſo omnipotenti Domino conſtituta eſt. Cui profecto qui non concordat, procul dubio, ſicut B. Ambroſius ſcribit, hæreticus eſt.* Quia enim in PETRO omnis in ſacris poteſtas pontifici data dicitur, a *fide eccleſiæ Romanæ* deficere creditur, qui hoc negat, & ſic in ſenſu *iuris canonici* hæreticus eſt. Olim primariorum *patriarcharum* coniunctim ratio habebatur, vt qui ab his ſe diuelleret, *hæreticus* eſſet ex ſententia IVSTINIANI in *nou. 109. præf.* vbi ita: *hæreticos dicimus omnes, qui non ſunt membrum ſanctæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, in qua omnes concorditer*

In ſenſu iuris canonici.

quæ potentatum pontificis eſſentialiter includit.

olim patriarcharum.

diter sanctissimi episcopi & totius orbis terrarum patriarchæ & Hesperiæ & Romæ & huius regiæ ciuitatis & Alexandriæ & Theopoleos & Hierosolymorum, & omnes, qui sub eis constituti sunt, sanctissimi episopi, apostolicam prædicant fidem atque traditionem. Sed postquam *pontifex Romanus* principatum inter omnes episcopos solitarie occupauit, ac *caput ecclesiæ* ex nouiter inuento *iure diuino* se dici iussit, *hæreticus* etiam dici debuit, qui hunc *fidei Romanæ articulum* negat, & ab eo deficit. Neque enim tantum *ius canonicum* hunc articulum fouet, sed pontifices per plura secula in quibuscunque bullis eum inculcarunt, tradiderunt, adstruxerunt. Inter VIGILII decreta circa annum 538. *c. 7.* apud HARDVINVM *tom. II. concil. p. 1432.* hic *fidei articulus* iam relatus dicitur: *Nulli vel tenuiter sentienti vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum & forma sit ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumsisse nemo recte credentium ignorat. Quoniam licet omnium apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt ceteris præmineret, vnde & Cephas vocatur, quia caput est & principium omnium Apostolorum, & quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana ecclesia eius merito Domini voce consecrata, & sanctorum patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negotia & iudicia atque querelæ, quam & maiores ecclesiarum quæstiones quasi ad caput semper referenda sunt &c.* Etiam qui in historia ecclesiastica parum versatus est, ex vltimis verbis iudicabit facile, impostori potius quam VIGILIO hæc attribuenda esse, sine dubio in ISIDORI cerebro impio nata. BALVZIVS, qui hanc epistolam *nouæ suæ collectioni concil. p. 1467.* inseruit, obseruat, a MSCtis melioris notæ hoc caput abesse, vnde recte colligit AVTOR *du traité de l'autorité du pape tom. I. p. 206.* ISIDORVM non tantum integras fabricasse literas, sed præterea genuinas in *fauorem aulæ Romanæ* corrupisse & adulterina eisdem assuisse. Nihilominus hæ merces adulterinæ ISIDORI tandem pro *articulis fidei Romanæ* assumtæ sunt, vt qui ab his deuiat pertinaciter, (quia falsa pro veris admittere recusat,) *hæreticus* dicendus sit.

vt hæreticus sit, qui pontificem non agnoscit.

Quod articulus fidei sit, agnoscere pontificem ex Vigilii decreto

in quisquiliis Isidori nato.

§ V. Ne vero hoc sine ratione dixisse videar, adferam sententiam IOANNIS de BELNA, inquisitoris Carcassensis, apud STEPHANVM BALVZIVM *tom. I. miscellan. p. 285.* huius tenoris: *Imprimis igitur ad illuminandum fundamentum erroris omnium sapientum dico esse, FIDEI ARTICVLVM, credere, vnam sanctam ROMANAM ecclesiam catholicam - - - Haec autem sancta ecclesia vna est ab vnitate capitis,*

Hic articulus ex doctrina Io. de Belna illustratur.

Digitized by Google

quod est Christus, cuius VICARIVS PONTIFEX papa Romanus, successor beati Petri Apostoli, cui & eius successoribus in eo Christus dedit potestatem ligandi & soluendi, a cuius ecclesiæ vnitate & capitis vnione procul dubio diuiduntur illi, qui potestatem ligandi & soluendi & OBEDIENDI eidem summo pontifici papæ Romano, absque alia definitione sanctæ ecclesiæ, sola sua temeritate, auferunt, ipsumque Romanum pontificem, & alios consentientes in suis definitionibus pertinaciter asserunt, & dicunt esse hæreticos, nec eis esse obediendum, non attendentes tales temerarii assertores, quod in eo, in quo papam & sibi consentientes hæreticos esse iudicant, se ipsos hæreticos constituunt, & condemnant. Scripta hæc sunt contra quosdam *fratres minores*, qui IOANNI XXII. bellum indixerunt, ideo, quod in *decretali*, quæ incipit: *quorundam de V. S.*, quasdam declarationes regulæ B. FRANCISCI publicauerat, quas illi reiiciebant, eique obedientiam denegabant, quam ob rem in Massilia plures, iudice de BELNA *inquisitore hæreticæ prauitatis*, combusti sunt vt *hæretici*, vt acta apud BALVZ. *cit. l. p. 198. 211. seqq.* docent. Atque hi ideo vt *hæretici* combusti sunt, quod papæ obediendum non esse in his, quæ contra *regulam Francisci* edixerat, constituerant. Probat IOANNES de BELNA suam sententiam consensu HOSTIENSIS, aientis: *Non dubium est, quia qui Romanæ ecclesiæ priuilegium, ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum, auferre conatur, hic procul dubio in hæresin labitur, & hic dicendus est hæreticus.* Addit idem: *Hæreticus est, qui decretalibus epistolis contradicit, aut eas non recipit*, quod etiam LEONIS III. doctrina in *c. 1. D. 20.* confirmat, qui decretalibus epistolis, quas DIONYSIVS exiguus recitat, eam attribuit autoritatem, *vt qui hæc sanctorum patrum statuta, quæ apud nos*, ait, *canonum nomine prætitulantur, non indifferenter recipere conuincitur, nec catholicam & apostolicam fidem, nec sancta quatuor euangelia vtiliter & efficaciter ad effectum suum retinere vel credere probetur.* Qui autem non recte credit, hæreticus est. Denique addit HOSTIENSIS: *Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis, dum se christianum esse asserit, sedi apostolicæ obedire contemnit.*

vt hæreticus sit, qui decretales papales non recipit.

§. VI. Ostendi, in sensu ecclesiæ Romanæ a conceptu *hæreseos* non posse auelli *inobedientiam* & *dissensum in rebus sacris* a *pontifice Romano*, quia qui in eo *caput supremum ecclesiæ* non agnoscit, hæreticus est dicendus. Imo & qui in aliis rebus non concordat cum curia Romana, pontificem non agnoscendo pro *capite supremo ecclesiæ*, etiam illum hæreticum esse volunt, licet reliquis fidei articulis ecclesiæ Romanæ

Si vel maxime in omnibus aliis fidei articulis concordet,

Digitized by Google

manæ aſſenſum præbeat, quamuis alii a potiori talem magis *ſchiſmaticum* dicendum eſſe arbitrentur, de quo ſuo loco. Cum ergo *eccleſiæ Romanæ autoritas* omne ferat punctum in conceptu *hæreſeos* de iure canonico, facile liquet, non diſſenſum ab *articulis fidei* in ſcriptura S. traditis, ſed ab *eccleſia Romana* fabricatis, & pro norma ſalutis præſcriptis, hæreſin facere. Sub pœna anathematis credendum, *per ordinationem presbyterii induci characterem indelebilem* iuxta Tridentinorum præceptum, quamuis hic fidei articulus nec ſenſum habeat, nec in ſcriptura S. continetur. Qui ergo hoc negat, hæreticus eſt, quia contradicit doctrinæ eccleſiæ Romanæ ad *fidem* pertinenti, cum ab hoc *charactere indelebili* inſignis efficacia ſacrorum dependere credatur. Vnde ſi nouos fidei articulos eccleſia Romana format, id quod iuxta canoniſtarum dogma ipſi datum conceſſumque ex poteſtate *ligandi* & *ſoluendi*, nouæ hæreſes naſcuntur, ſi his contradicitur, vt conſtitutio *vnigenitus* CLEMENTIS XI. docet. Quales ſunt, qui ab eccleſia Romana fabricati.

(I.)

De conceptu & requiſitis hæreſeos ex mente iuris canonici.

§. VII. Hiſce generaliter præmiſſis, ad definitionem *hæreſeos* & eius requiſita ſeu principia progredior. Sed in hac rurſus non conſpirant dogmata *antiqua* & *hodierna*. Generalior eſt deſcriptio HIERONYMI in *c. 26. C. 24. q. 3.* quod *hæreſis peruerſum dogma habeat*, Obſcurior EIVSDEM deſcriptio eſt *hæretici* in *c. 27. ibid. Quicunque aliter ſcripturam intelligit, quam ſenſus ſpiritus S. flagitat, quo ſcripta eſt, licet de eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt.* De *ſenſu* enim *ſpiritus ſancti* contendunt diſſentientes, & quælibet ſecta ſe eum aſſecutum eſſe credit. AVGVSTINI delineatio *hæretici* in *c. 28. ibid.* imperfecta & nimis andax eſt: *hæreticus eſt, qui, alicuius temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque ſui gratia, falſas & nouas opiniones vel gignit vel ſequitur.* Inaniſſima & inſipida vtplurimum ſuſcipio eſt, diſſentientes ſolius *vanæ gloriæ* gratia in alia omnia ire, quamuis qui errores carpunt, inuidiam maioris partis errantium incurrant. Præterea *falſas & nouas gignere opiniones*, hæreſin ne quidem ex mente iuris canonici operatur, niſi ſint contra *formulam fidei præſcriptam ab eccleſia Romana*. Recentiorum definitio plenior & plenior eſt, & conceptum *eccleſiæ Romanæ* exhaurit. FELIX ANTONIVS GVARNIERI *de eccleſ. milit. lib. III. P. 3.* Definitio hæreſeos Hieronymi. Auguſtini. Recentiorum.

P. 3. c. §. 1. n. 3. facit duplicem hæresin, *obiectiuam & formalem.* Illa est *propositio falsa fidei catholicæ* (ecclesiæ Romanæ, quæ *catholica* dici vult) *repugnans*, absque respectu ad autorem & defensorem illius. Huius enim demum ratio habetur in *hæresi formali*, quæ ipsum *crimen* inducit, de quo hic agitur. Hæc vero est ex mente GVARNIERI *error intellectus cum pertinacia voluntatis, fidei diuinæ* (Romanæ, quæ vnice *diuina* esse creditur) *scilicet veritati catholicæ* (seu dominantis ecclesiæ Romanæ) *ex parte contrarius.* Forsan clarius ita; *est dissensus constans & inflexibilis christiani baptizati, a fide formularia ecclesiæ Romanæ vel antea vel post demum determinata, vbi controuersiæ subortæ sunt.* Si enim ex postfacto doctrina quædam ab ecclesia h. e. a *pontifice* vel *vniuersali concilio* damnatur, quæ antehac controuersa fuit, ex postfacto fit *hæretica*, quatenus iam decisa est. Cum hac fere conuenit illa, quam laudant DANDINVS *de suspect. dehæres. prælim. 12. n. 7.* PIRRHING. *ad h. t. sect. 1. §. 1. n. 1.* FERMOSIN. *de crim. h. t. tr. 2. n. 20.* RICCIVLLVS *de iure person. extr. grem. eccl. exist. lib. 5. c. 1. n. 1.* aientes: hæresin esse *errorem intellectus voluntarium contra aliquam propositionem catholicam cum pertinacia assertum ab eo, qui baptismum accepit.*

Qualitates erroris in hæresi requisitæ.

§. VIII. Omnes, quotquot christianam religionem profitentur, in eo conueniunt, quod *hæresis* in se includat *errorem.* Sed præterea plures desiderant catholici scriptores qualitates in *errore*, vt hæresis dici queat, videlicet vt 1) sit error *intellectus:* 2) *voluntarius:* 3) *contra fidem* definitam & formulariam per modum legis præscriptam: 4) cum *pertinacia* coniunctus: 5) in eo, qui *baptismum* suscepit. DANDINVS *cit. l. prælim. 13. sqq.* 10. a ROYAS *de hæretitis P. 1. n. 40.*

2) Error intellectus.

§. IX. Primum ergo requisitum est *ERROR IN INTELLECTV*, vt falsum pro vero assumat, eique assensum præbeat. Et enim α) turpissimum facinus per se hoc iure hæresin non constituit, nisi illud licite fieri posse opinetur faciens, & ita adiunctum habeat *errorem intellectus.* Sic *vsuras accipere* non est hæresis, licet in iis graue crimen constituant, nisi forsan quis affirmare præsumat, *exercere vsuras, non esse peccatum*, qui tanquam hæreticus puniendus iuxta *clem. vn. de vsur. §. sane.* β) Cum error intellectus opponatur *veritati*, omnes autem, qui errant, errorem tanquam *errorem* haud recipiant, sed *veritatem* in *errore* esse credant, liquet, errorem prædicari de his, qui dissentiunt de *propositione* quadam inter se, circa quam alter alteri errorem imputat, suam sententiam *veram*, alterius *falsam & erroneam* con-

Digitized by Google

contendens. γ) Potest autem contingere, vt aliqua propositio inter dissentientes prædominetur, & a maiori parte vel omnibus alicuius societatis recipiatur, inde in errore esse creditur, qui dissentit a propositione publice ab omnibus vel maiori eius parte recepta. Ergo hæresis reuera consistit ex mente iuris canonici in *dissensu* a *veritate prædominante*, quod circa requisitum tertium plenius explicabitur. δ) Vnde contingit, vt, si dissentientes circa propositionem quandam vtrinque dominatum gerant, & plures suæ sententiæ assecias habeant, alter alteri ex suæ doctrinæ præualentia imputet errores seu hæreses, vt *orientalis* & *occidentalis* ecclesiæ concertationes euincunt. Ita quoque SALVIANVS *lib. 5. de gubernat. Dei p. 86. edit. Rittershus.* censuit de *arianismo* Gothorum ac Vandalorum, qui insignem *dominatum in religione* tenebant. *Barbari quippe homines, Romanæ imo potius humanæ eruditionis expertes, qui nihil omnino sciunt, nisi quod a doctoribus suis audiunt, quod audiunt, hoc sequuntur, ac si necesse est eos, qui totius literaturæ ac scientiæ ignari, sacramentum diuinæ legis doctrina magis quam lectione cognoscunt, doctrinam potius retinere quam legem. Itaque eis traditio magistrorum suorum & doctrina inueterata quasi lex est, quia hoc sciunt tantummodo, quod docentur.* Eodem modo in ecclesia Romana cum laicis comparatum est, quibus lectio scripturæ S. interdicta, adeoque traditio magistrorum & doctrina inueterata iis quasi lex esse debet, quia hoc sciunt tantummodo, quod docentur. Pergit vero SALVIANVS: *Hæretici ergo sunt, sed non scientes. Denique apud nos* (vbi religio orthodoxa Arianæ sectæ opposita principatum tenebat) *sunt hæretici, apud se non sunt. Nam in tantum se catholicos iudicant, vt nos ipsos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis sunt, hoc nos illis. Nos eos iniuriam diuinæ generationi facere certi sumus, quod minorem Patre Filium dicunt. Illi nos iniuriosos Patri existimant, quia æquales esse credamus. Veritas apud nos est; sed illi apud se esse præsumunt. Honor DEI apud nos est; sed illi hoc arbitrantur honorem diuinitatis esse, quod credunt. Inofficiosi sunt; sed illis hoc est summum religionis officium. Impii sunt; sed hoc putant veram esse pietatem. Errant ergo; sed BONO ANIMO errant, non odio, sed affectu Dei, honorare se Dominum atque amare credentes. Quamuis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æstimant charitatem.* His verbis egregie depinguntur diuersa eorum iudicia, qui in causa religionis christianæ a semet inuicem dissentiunt. Quælibet ecclesia *veritatem* penes se esse, constituit: altera alteri imputat errores, &

ex prædominante opinione,

secundum quam quilibet dissentientes hæreticos iudicat.

Digitized by Google

quæ prævalet, ex principatu *monopolium veritatis* sibi attribuit, & *orthodoxiam* se possidere censet. Sed optime GERH. IO. VOSSIVS *de iur. magistrat. in reb. eccl. p. 31. Non ideo ὀρθόδοξοι sunt, quia tales se esse profitentur, cum idem faciant ἑτερόδοξοι. Nec ideo tales habendi, quia numero vincunt, cum sæpe hæreticorum numerus sit maior, vt olim cum ingemisceret mundus, seque Arianum factum esse miraretur.* Quocirca ε) cum ecclesia Romana ex multis causis, alibi iam tactis, *principatum* cum *imperio sacro* inter ceteras ecclesias, a Romana dissentientes, gerit, sibi vnice *veritatem, rectam* doctrinam seu *orthodoxiam:* reliquis, a se dissentientibus, *errores, hæreses* & *heterodoxiam* adscribit. Eodem modo iudicant ex suis principiis protestantes, vbi suæ confessionis principatum tenent, & reliquas sectas a se dissentientes, vt Arianorum, Vnitariorum &c. errare, & hæreticas esse constituunt.

& imprimis ecclesia Romana.

Sola cogitatione perfici hæreseos crimen canonistæ docent.

§. X. Quia vero *intellectus error* intra mentem latitat, & in *conceptu* eius & *cogitatione* consistit, inde colligunt sacræ inquisitionis patroni, *sola cogitatione hoc casu crimen committi atque perfici*, supplicio etiam capitali expiandum. *Vnde*, ait IO. a ROYAS *P. 1. de hæretic. n. 133. inquisitor hæreticæ prauitatis bene punit hæreticum in mente, licet in eo non appareant signa de hæresi.* Equidem de *occultis*, quæ intra mentem sunt, non iudicat *ecclesia*, nec iis, quia ignorantur, pœna imponi potest. Sed hoc dubium non dimouet IOANNEM a ROYAS a sua sententia, promtissime regerendo: *Hoc potest liquere inquisitori per confessionem hæretici, quia aliter non potest probari cogitatio mentis, quam solus Deus scrutatur.* Si quis vlterius instat, quod inquisitor non possit *confessionem* ab eo extorquere, qui hæretica nec docuit, nec literis mandauit: rursus parata est responsio, ex vita, moribus, aliisque argumentis posse aliquem fieri *suspectum de hæresi*, vt inquisitor de iure contra eum inquirere, & *cogitata cordis* eruere queat. Et quamuis alias nemo cogitationum pœnam patiatur, nec *cogitationibus* scandalum præbeatur ecclesiæ, in *fauorem fidei* tamen multa exorbitantia, irregularia, & ἀνύσατα admitti posse censent, quæ alias iustificari non possent. Nec *ius canonicum* ab hac sententia diuortium facere videtur, quippe quo 1) excommunicati sunt omnes *hæretici, c. 49. X. de sent. excomm. c. 13. X. h. t.* nec *occulti* excepti: 2) *sola suspicione notabiles* etiam inquisitioni subiiciuntur, *cit. c. 13. vers. qui autem*, quod fieri non posset, nisi etiam sola *mente* & *cogitatione* hoc crimen committeretur, quam *congrua purgatione* manifestare tenentur. *c. 9. v. qui vero. X. h. t.* 3) Qui, postquam legitime citatus est, *vt de fide*

Vnde etiam suspectis de hæresi criminosis accensentur.

respon-

respondeat, contumax est, condemnari, vt hæreticus, potest, *c. 7. h. t. in. 6.* quod rursus fieri non posset, nisi *cogitationibus* ipsis hoc crimen contraheretur. *Respondere* enim *de fide*, nihil aliud est, quam aperire cogitata mentis, hactenus intra pectus clausa, quæ obligatio ei imponitur, qui quodammodo suspectus est, quod non recte *de fide* sentiat, vtut externe doctrinam hæreticam non proposuerit. Imo 4) si suspicio nulla in aliquem cadit, ille tamen sponte postea fatetur, se hæresin mente concepisse, v. c. *quod Christus non sit verus Deus*, atque absolutionem petat, seseque pœnitentiæ subiiciat, *hæreticus* dicendus erit ex sententia 10. a ROYAS, *cit. l. n. 250.* absolutione necessario indigens, quod *ipso iure* excommunicatione ligatus credatur.

§. XI. Saniores hac in re *Theologi ecclesiæ Romanæ* canonistis fuerunt, qui *occultos hæreticos* ad tribunal ecclesiæ non trahendos, nec pœnæ vlli subiiciendos esse censuerunt, vt obseruat LIMBORCH. *in histor. inquis. lib. III. c. 3.* Vocat hanc hæresin *internam* & *mentalem* DANDIN. *de suspect. de hæres. prælim. 19. n. 2.* quæ, licet *vera* & *perfecta* ei esse dicatur, quia totum habet, quod ad malitiam huius delicti desideratur, a pœnis tamen eandem eximit communis Theologorum schola, quos recitat. Primum locum, quod mirandum est, assignat LIMBORCHIO modo laudato, & huic alios plures adiungit catholicos. Vel non obseruauit, LIMBORCHIVM inter reformatos *Remonstrantium* castra secutum fuisse, vel admodum *suspectum de hæresi* ex propriis principiis se fecit, quod non tantum eius, quem *hæreticum* credidit, scripta legerit, sed eum vt recte sentientem, vt orthodoxum, inter *Theologos*, sine vlla censura, allegauerit, laudaueritque, vt docent BARBOSA *in collect. ad c. 6. qu. 2. C. 34.* & MASCARD. *de probat. conl. 862.* Accedit, quod *Romæ* scripserit, ibique hunc ediderit tractatum, vbi licet regidissimi librorum censores sint, hi tamen sine vlla censura LIMBORCHIVM a DANDINO inter *Theologos orthodoxos* allegari, permiserunt. Et quamuis, vt infra ostendam, eum alibi *impium* appellet, id tamen hoc in loco ei præsidium nullum adfert, quo puris Theologis eum admiscet. Quocirca nisi *congrua purgatione* mature se ab hac suspicione liberauerit, nihil supereſt, quam vt eum *de hæresi suspectum* fuisse asseramus, eumque proprio iugulemus gladio. Sed in viam reuertor atque obseruo, dissensum iuter *Theologos* & Canonistas insignem esse, atque potissimum in eo consistere, vtrum etiam *hæreticus mentalis*, vti vocatur, incurrat excomunicationem, vt *absolutione* indigeat? Id quod affirmat a ROYAS, vt grauissimus inquisitionis

Theologi ecclesiæ Romanæ hac in re a canonistis dissentiunt,

vt mentalis a pœnis immunis sit.

Status controuersiæ inter Canonistas & Theologos dissentientes.

Hiſpanicæ vindex & aſſertor; negat vero RICCIVLLVS *de iure perſon. extra grem eccl. exiſt. lib. V. c. 10. n. 12. ſeqq.* quod ſolius Dei ſit, de *internis hominum cogitationibus* iudicare, nec concedendum, vt homines *reſeruata diuina* ad ſuum tribunal trahant. Hæc quidem ſatis perſpecta atque probata in ſe ſunt, longiſſime tamen recedunt a principiis inquiſitorum, quorum cauſam agit AROYAS, qui quamdiu, permittente imo præcipiente iure canonico, *ſuſpectos de hæreſi* in crimen vocant, eosque *congrua purgatione* ſe ab hac ſuſpicione liberare iubent, non poſſunt non internos animi receſſus in inquiſitionem vocare, & *cogitationibus* pœnam imponere. Etenim, vt infra oſtendam, *ſuſpicio* eſt tantum argumentum de *delicto* commiſſo, & ſic ab ipſo delicto ſeparata; vnde fit, vt qui ſuſpicionem talem incurrit, indiciis grauetur, quod *internam* in mente foueat *hæreſin*, in quam omnino inquirendum eſſe iubent pontifices. Quam facile autem quis *ſuſpicionem hæreſeos* incurrere queat, infra declarabo.

Canoniſtæ tamen hic præualent, quod ſuſpectus de hæreſi quoque inquiſitioni ſubiiciantur.

2) Error debet eſſe voluntarius,

§. XII. Alterum requiſitum eſt *ERROR VOLVNTARIVS*, quod ad rationem omnis delicti *voluntas* concurrere debeat, & ita hæreticus in errorem, quem ſcit damnatum eſſe, conſentiat. Vnde CORVINVS *in aphor. iur. can. lib. IV. tit. 7. n. 3.* in *hæretico* deſiderat, *vt ſcienter erret, & ſit peruerſæ voluntatis fuerit*, quorſum etiam collineat AVGVSTINVS in *c. 28. C. 24. q. 3.* deſiderans in hæretico, vt *temporalis commodi vel maxime gloriæ principatusque ſui gratia* falſas foueat opiniones. Palam eſt, quid intendant interpretes per *errorem voluntarium*, licet non ſatis perſpicue mentem ſuam hac de re declaret DANDINVS *cit. l. in præl. 14.* Præſupponunt 1) quod errans ſciat, ſe errare, & de eo conuictus ſit; 2) quod nihilominus hunc præ *veritate* amplecti malit, & ita *voluntate* in errorem, *vt errorem*, conſentiat. Qui hoc ſupponunt ſtatuuntque, reuera hæreſin extra criminum claſſem conſtituunt. Longe aliter ſubduxit rationes SALVIANVS, *§. IX.* laudatus, oſtenditque, hæreticos *bona fide* errare, & perſuaſiſſimum habere, ſe in tramite veritatis ambulare. Nemo ſanus ſcienter errat, erroremque, vt *errorem*, fouet defenditque, ſed ſuæ ſententiæ adhæret, quia eam *veram* eſſe, certiſſime perſuaſus eſt. Vſuras accipere non eſſe peccatum, ego firmiſſime & ex rationibus ſtringentibus credo, nec hodie ſaniores aliter ſentiunt. Pontifex hoc dogma tradentes hæreticos eſſe cenſuit in *clem. vn. §. ſanc. de vſur.* & ita ſimul ſuppoſuit per ſummam iniuriam, me cum aliis *ſcienter* errare, h. e. me agnouiſſe, hanc ſententiam eſſe erroneam, eam tamen nihilo-

vt ſciat hæreticus, ſe errare & velit errare, quod abſonum eſſe oſtenditur,

nihilominus, vt *veram*, amplexum fuisse. Nunquam ita ieiuni fuissent interpretes, vt in hæc *ἀσύςατα* incidissent, nisi supposuissent, doctrinam *pontificis* tantum veram esse, eumque *pro cathedra* decidentem, fallere non posse. Inde collegerunt, quod is, qui decisionem pontificis nouit, nec tamen ei insistit, sed potius contradicit, intelligat se errare, & ita necessario volens errat, quia nouit, id dogma, quod tuetur, a pontifice esse damnatum, vtpote si pontifex *pro cathedra* statuit, assertionem esse hæreticam, *dari antipodes*, scienter errare creditur, qui eorum existentiam defendit. Vides, totum systema huius criminis sese resoluere in *infallibilitatem pontificis*, vnde sola *veritas* metienda, & quilibet cognoscere possit, se errare, quando pontificis decretis contradicit. In hoc latitat *iniquitatis mysterium*, quod quouis modo propugnandum, quippe quo destructo, conceptus *criminis* huius admodum labefactatur. Interim Galli non ita creduli fuerunt, vt curiæ Romanæ simpliciter fidem haberent. Agnouerunt, etiam papam in *rebus fidei* errare posse, nec eius decreta falli nescia esse, quod imprimis argumentis euidentissimis euictum est ab Autore catholico *de l' autorité du Pape tom. I. lib. 2. per tot. p. 240. seqq.* & hac de causa, qui CLEMENTIS XI. constitutioni *vnigenitus* contradicunt, firmissime tenent, papam errasse, licet rursus curia Romana contra *bonam fidem* clamet, appellantes hosce *scienter* errasse, quod absurdissimum est. Inde vero conficitur, vt *error voluntarius*, prout a me descriptus est, inter *entia rationis* & *phantasmata canonistarum* referri debeat.

& vnice infallibilitatem pontificis pro principio habet, quam Galli non agnoscunt.

Ergo talis error est non eius.

§. XIII. Nondum tamen hic scopulus superatus esse videtur: maior adhuc superesse videtur difficultas. Constat, voluntatem esse vel *directam* vel *indirectam*. Illa quidem dolo & proæresi peruersa constat, sed hæc per *culpam* seu *diligentiæ debitæ amissionem* committitur, adeoque non tantum per *dolum*, sed etiam per *culpam* delinquitur. Ad minimum ergo *voluntas indirecta* in *errante* adesse videtur, vt consentiat in errorem, quem facile expellere potuisset, & agnoscere vt *errorem*, id quod dum negligit, dum ommittit, *scienter* errare videtur. Enimuero rursus in scyllam incidunt ita philosophantes, volentes euitare charybdim. Qui ita rationes subducunt, supponunt, *euidenter* de *errore* ita constare posse, vt, qui eum non expellit, *scienter* in *foro humano* errare videatur, & ita supponunt rursus, quod in quæstione est. Ante omnia *iudex* proferendus est, qui euidenter & cum aduersariorum conuictione errorem monstrare possit, vt satis prudenter iudicat B. THOMASIVS *in probl. iurid.*

Alii hic ad voluntatem indirectam prouocant.

cum tamen de errore euidenter constare nequeat deficiente iudice,

an hæreſ. ſit crimen p. 27. Canoniſtæ talem ſe habere gloriantur, pontificemque in ſcenam producunt: aſt hunc ab erroribus non fuiſſe immunem, & ſic etiam fallere poſſe, ſaniores docent, adeoque is nequidem inter catholicos eſt *iudex falli neſcius.* Quodſi cum proteſtantibus in arenam deſcendunt, & de *articulis fidei* diſceptant, ne quidem ad hunc *iudicem* prouocare queunt, quippe quem illi non agnoſcunt, nec patiuntur, vt in controuerſiis hic iis obtrudatur. Lepidi omnino ſunt, inepteque agunt, qui proteſtantibus, quod *ſcienter* errent, obiiciunt, idque inde demonſtrant, quod ſciant optime, papam contrarium & docuiſſe & per *modum legis* dogmata diuerſa ſanciuiſſe. Hunc enim in grauiſſimis verſari erroribus, proteſtantes in contrarium allegant, non tamen tam impudentes ſunt, vt qui eius ſcita adorant, *indiſtincte* pro *ſcienter* errantibus habeant.

quem papam eſſe negamus.

An patres ſint iudices? quod negatur.

§. XIV. Quocirca quidam alium eligunt iudicem, & ad *Patres* prouocant, quorum conſenſui tantum adſcribunt pondus, vt veritas euidenter inde haberi queat. Qui vero ſub hoc *iudice* litigarunt, in grauiores nodos ſe incidiſſe, animaduertunt, quod quælibet eccleſia præſidium hoc pro ſe habere, credat, & patrum aſſerta huc illucue trahat. Ex patribus refutat Tridentinorum decreta CHEMNITIVS, & rurſus eadem ex his defendunt catholici. Imprimis vero nonnulli arbitrium cauſæ ſuæ conſtituunt *praxin Chriſti & apoſtolicam*, & eccleſiam ſuam cum ea conuenire contendunt. Triuultini in alia omnia eunt *dans les memoires pour l' hiſtoire des ſciences de l'anno 1701. Menſ. Ian. & Febr. art. I.* aientes: *toutes les communions, qui ſe diſent Chreſtiennes, veulent ſe tenir à l' inſtitution de l'egliſe faite par Ieſus-Chriſt & faire remonter leur origine juſques-la. De s' arreter à prouver par l' ecriture la conformité, que chaque egliſe pretend avoir avec cette egliſe des apotres, c' eſt vn fond inépuiſable de diſputes. Chacun croit, avoir tout le droit de ſon côte, et on a jusqu' la vû peu de gens retourner à la verité par cette voye.* Sine dubio iudicis ſupremi patres ſuſtinet *ſacra ſcriptura*, cuius *euidentiam* tamen catholici in dubium vocant, & *traditiones* præterea vrgent, a nobis reiectas. Hæc omnia vero in hunc tantum adduco finem, vt oſtendam, falliſſimum atque ineptum eſſe principium, diſſentientes *ſcienter* errare, & eſſe *peruerſæ voluntatis*, id quod hi tantum conſtituunt, qui *dominatum* ſuæ religioni attribuunt, & conſcientiis imperare aſſueti ſunt.

An praxis Chriſti & apoſtolica?

Reſpectu Dei errans non caret culpa,

§ XV. Equidem reſpectu *DEI* non excuſatur a *culpa*, qui in *errore* in *articulis fidei* verſatur, quia CHRISTVS eſt *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioh. I, 9.* adeoque errans

Digitized by Google

errans in reatu eſt, qui hoc lumen ſedulo corde haud quæſiuit, aut in ſe non admiſit. Aſt de *foro externo* hic duntaxat quæritur, quo hæreſin inter *crimina* ideo referunt, quod *hæreticus* ſcienter erret, &, hoc *euidenter* ac *deciſiue* monſtrari queat, id quod eſt, quod negatur. Error quidem naſcitur ex *voluntatis corruptione*, & ſic *vitium* conſtituit, ſed *crimen* inde non naſcitur, quia ſi quæuis voluntatis corruptio, quæ plerisque adhæret, ad crimen publicum trahenda eſſet, quælibet actio, etiam alias indifferens, ad illud trahi deberet, quod ſit vitioſa, quia ex *corrupta voluntate* tamdiu procedit, quam diu voluntas per gratiam Dei non eſt emendata & regenerata. Id vero in *foro externo* per leges impetrari nequit, adeoque nec hoc intuitu *error voluntarius* dici poteſt in *foro externo*, in quo *vitia*, qua talia, a claſſe *criminum* excluduntur. Sit ergo *hæreſis vitium theologicum*; abſit vero, vt ad *crimina vera* illam reducamus, niſi nos adiungere illis velimus, qui illum *ſcienter errare* aſſerunt, qui *dominantis eccleſiæ Romanæ* vel *alterius decretis* non paret, quæ tamen tantum ſunt ſcita & *dogmata* clericorum, quibus CHRISTVS imperium in conſcientias nulibi dedit, ſed ad docendum, ad inſtruendum gentes conſtituit.

ſed hoc euidenter & deciſiue monſtrari nequit,

inde crimen dici nequit,

ſed vitium.

§. XVI. Quia vero doctrinam *iuris canonici* repræſentare conſtituit, quæ hæreſin *criminibus* accenſuit, pro principio hic aſſumendum eſt, (licet euidenter falſum ſit) eum *ſcienter* errare regulariter, qui a decretis eccleſiæ *in rebus fidei* recedit. Vnde concludunt cum DANDINO *de ſuſpect. de hæreſi prælim. XIV. n. 5. ſeqq.* & GVARNIERIO *de eccleſ. milit. lib. III. P. 3. c. 1. §. 1. n. 11.* α) *ignorantes* excuſari ab *hæreſi formali*, tam doctos quam idiotas, in *foro* ad minimum *externo*, h. e. vt ab inexorabilibus inquiſitorum manibus liberentur, veluti ſi quis aſſerat, ſe ignoraſſe, propoſitionem, quam tuitus eſt, eſſe contra *S. ſcripturam* vel *decretum eccleſiæ*. Hanc exceptionem vel ideo admittere tenentur hæreticorum maſtyges, quod *ignorantiam* in laicis vix reprobare poſſint, poſtquam ſcripturæ S. lectionem vel diſſuadere vel vetare ſolent. β) Bonam fidem & ſimplices, vel *ſimplicitatem* excuſare ab hæreſi. Simplex quis dicendus, INNOCENTIVS IV. ad *c. 1. X. de ſumm. trinit.* hoc monſtrat exemplo: *Qui credit, quicquid eccleſia credit, ſed falſo opinatur naturali ratione motus, quod Pater maior vel prior ſit Filio, vel quod tres perſonæ ſint tres res a ſe inuicem diſtinctæ, non eſt hæreticus, nec peccat, dummodo hunc errorem ſuum non defendat, quia credit, eccleſiam ſic credere, & ſuam opinionem fidei eccleſiæ ſupponit, quia licet male opinetur, tamen non eſt fides ſua, imo fides*

Interim ius canonicum hic crimen ſupponit.

Ergo ignorantes ab hæreſi abſoluit

modo credant, hoc ab eccleſia h. e. a clericis credi.

fides ſua eſt fides eccleſiæ. Nunquam in tam craſſam philoſophandi rationem incidiſſet INNOCENTIVS, niſi ex mente curiæ Romanæ ſupponere debuiſſet, *fidem carbonariam* ſanare omnes errores, fidei defectus, craſſosque ignorantiæ anfractus; in bona fide eſſe & omni carere dolo, qui credere ſe dicit, quod credit *eccleſia Romana*, quia eccleſiæ Romanæ obedientiam & ſubiectionem adhuc præſtat, quod ſufficit, licet nihil vel parum credat, quia in omnium rerum ignorantia hærere, ei expedit. γ) *Hæreticum non eſſe, nec pœna hæreticorum teneri, qui fatetur, ſe verba hæretica dixiſſe, negat vero prauam intentionem & errorem in intellectu*, quod *voluntas* deſit. Verum hæc concluſio lubrica & variis contentionibus obnoxia eſt. Tuetur eandem IO. A ROYAS *P. I. de hæreticis. n. 34. ſqq. & n. 93.* Sed prorſus contrarium adſtruit, & talem, vt hæreticum condemnandum eſſe cenſet SIMANCAS *de cathol. inſtit. tit. 6. §. 19.* quod talis vt *impœnitens* potius iudicari, nec ei de *contraria intentione* fides haberi debeat.

& qui intentionem prauam ſe habere negant, licet hæretica proferant,

quod alii reiiciunt.

Epicriſis.

§. XVII. Nolo me iam in hanc contentionem immittere, perſuaſiſſimum habens, talem ad minimum *ſuſpectum* grauiter de hæreſi eſſe, quæ ipſa *ſuſpicio* iam quoddam crimen conſtituit, vt infra dicam. Quid? quod ſi hæc exceptio reis prodeſſet contra immanem inquiſitorum proceſſum, facile hoc ſubterfugio ſe ab illorum manibus eximere poſſent, proteſtando, *ſe credere*, *quod eccleſia credit*, & orthodoxiam ſaluam & illibatam in corde retinuiſſe, quæ humanitas tamen longiſſime abeſt a tyrannide inquiſitorum, vt experientia docet. Ipſe IO. A ROYAS licet prolixiſſime ſuam ſententiam illuſtret atque propugnet, parum tamen eidem fidere videtur, addens *n. 205. ſqq.* hanc limitationem: *niſi aliqua ſiniſtra ſuſpicio vel præſumtio contra proferentem verba talia adſit*, quæ tamen regulariter ex verbis ipſis capitur. Etenim hoc etiam extendit ad eum caſum, ſi *verba dubia & ambigua* profert, additque *n. 207. ſq. quod vtique verum eſt, præſertim hac noſtra miſerrima tempeſtate in hæreticis & Lutheranis, qui verba obſcura & ambigua paſſim ad decipiendos & inquinandos catholicorum animos proferre ſolent. Ideo non erit iudicium temerarium, ſed iuri conſonum, verba dubia ab homine Gallo, Anglico vel Germanico prolata in deteriorem partem interpretari.* Noua ſane & inſolita ſed admodum bruta ſententia! Soli Hiſpani carent *ſuſpicione hæreſeos.* Verum Gallum, Anglum aut Germanum eſſe idem eſt, ac *ſuſpectum de hæreſi* eſſe, quo nihil fœdius & abſurdius excogitari potuit. Concoquere nequit homo miſerrimus, Gallos, Germanos Anglosque nequitia immani inquiſitorum, quorum nunus ipſe-

Quid ſi verba ſint dubia?

Bruta Io. a Royas deciſio notatur.

met

Digitized by Google

met geſſit, haud vexari, ſed a ſeruitute intolerabili, quæ vexat Hiſpanos, eſſe immunes, quod ſingulari Dei beneficio hi populi merito tribuunt, & *tyrannidem Hiſpanicæ inquiſitionis* deteſtantur atque abominationi habent.

§. XVIII. Tertium requiſitum eſt, *vt ſit ERROR CONTRA FIDEM* ſeu *propoſitionem catholicam*, h. e. *in eccleſia Romana* per modum *legis* præſcriptam & determinatam. Ait GVARNIERI *de milit. eccl. lib. III. P. 3. c. 1. n. 13. omnia, quæ continentur in ſacra ſcriptura, & in dominicis & apoſtolicis traditionibus atque in decretis EX CATHEDRA factis in materiis credendorum a Romanis pontificibus, niſi creduntur, ſunt materia hæreſis.* Palam eſt, fidem vltimo reſolui in *traditiones*, & *deciſiones in rebus fidei a papa* factas *ex cathedra*, ſeu *ex imperio*, per modum *legis* omnibus præſcriptas, id quod fieri poſſe cenſent, vt *tom. I. lib. 1. tit. 1.* obſeruaui. Hoc encomio, vt in vulgus notum; mactant hanc cathedram, vt quamuis de ipſa vrbe olim variæ hæreſes pullulauerint, nulla tamen earum *cathedram Petri* h. e. *ſedem fidei* aut tenere potuerit aut mouere, vt circa initium ſeculi V. BACHIARIVS, chriſtianus philoſophus, a LVDOVICO ANTONIO MVRATORIO *tom. II. anecdot. p. 13.* editus, loquitur. Hoc encomium admodum extollit ipſe MVRATORIVS *cit. l. in not.* adeoque hanc ſedem *cathedram Petri, fidei ſedem, & inuiolatum religionis tribunal ac ſanctuarium* appellat, vt eius decreta in *rebus fidei* ſint falli neſcia. Inde paulo poſt BACHIARIVS pontificem vocat *artificem ipſius artificii*, ad denotandam, vt MVRATORIVS *p. 14.* putat, pontificis autoritatem in rebus fidei ſtatuendis. *Is enim*, addit, *Petri ſucceſſor neque falli neque fallere, Chriſti ipſius teſtimonio, poteſt*, quod tamen admodum lubricum eſt. Ipſam ſcripturam ſacram omnes quidem pro centro & fundamento *fidei* aſſumunt, aſt *præter eam* Romana eccleſia *doctrinas ſeparatas huius ſedis* aſſumit, quod principium in *rebus fidei* proteſtantes merito reſpuunt. De *ſcriptura ſacra* ergo non eſt controuerſia, ſed de *mente* eiusdem. Hanc Romana eccleſia per modum *legis* determinat, & format per *ſymbola*, vnde *formulæ* variæ *fidei* enatæ ſunt, ex quibus *hæreſin* metiuntur. Non ergo eam ex *ſcriptura ſacra*, ſed ex *traditionibus* inueteratis, (quarum fundamentum deſiderant proteſtantes) & *formulis fidei*, lege publica ſancitis, vnice æſtimant, *orthodoxiam* dicentes, quicquid cum hac *fide formularia* conuenit: *hæreſin* vero, quicquid ab ea recedit, licet ſcripturæ ſacræ apprime conueniat, quia eam ſcripturæ S. non conuenire edicunt, cum a *formularia fide* diſcordet. Imo ad hanc *fidem formulariam*, quam impetat omnibus *eccleſia*

Tertio requiritur error contra fidem Romanam.

cum mentem ſcripturæ S. per modum legis determinet eccleſia Romana, adiungatque traditiones, ex quibus hæreſin æſtimate

Digitized by Google

Romana, vnice quascunque sententias esse diiudicandas, vel ideo sui iuris esse credit, quod sola sit *ecclesia dominans*, imperio ciuili instructa, atque ita adornata, vt, quæ lege publica sanciuit, vi coactiua in effectum deducere queat, idque iure *reipublicæ ecclesiasticæ*, cuius in *possessione* est, licet admodum *infecta* atque *turbida*.

& veras esse iudicat ex prætenso dominatu.

Formulæ fidei natæ ex dissidiis,

§. XIX. Fidei dogmata tempore *nascentis ecclesiæ* pauca erant, magis composita ad *viuidam fidem* in CHRISTVM, quæ anima christianismi est. Hac relicta, prolapsi sunt plurimi in quæstiones subtiles & intricatissimas: de his contentiones ortæ: ex contentionibus bella interna, dissidia, tumultus. Pro his sedandis per *comitia sacra formulæ fidei* formatæ atque publicatæ, quæ nouas quotidie progenerarunt lites, & sic ex his rursus noui articuli fidei orti, vt sub formulis his gemere cœperit ecclesia. Non eadem in omnibus ecclesiis formula: prout hæc vel illa præualuit, *veram fidem* se habere iactauit, vt variæ ecclesiarum vicissitudines edocent. Illustrabo hoc ex notabili loco HILARII, Pictauiensis episcopi, *in lib. II. ad Constantium Augustum §. 4. sq. p. 1227. edit. Paris.* in quo continetur supplex libellus ad imperatorem, quo ipsi exponit, se catholicum episcopum Galliæ, sed inimicorum suorum insidiis exulem esse, paratum tamen, ad se purgandum. Simul causam communem, quæ *de fide* erat, vrget, ac in hac imprimis audientiam sollicitat, qua occasione damna & incommoda monstrat, quæ ex tot *formulis fidei* ortæ erant. *Periculosum nobis admodum atque etiam miserabile est, tot nunc fides existere, quot voluntates & tot nobis doctrinas esse, quot mores; & tot causas blasphemiarum pullulare, quod vitia sunt: dum aut ita fides scribuntur, vt volumus, aut ita, vt nolumus, intelliguntur. Et cum secundum vnum Deum & vnum Dominum & vnum baptisma etiam fides vna sit, excidimus ab ea fide, quæ sola est: & dum plures fiunt, ad id esse cœperunt, ne vlla sit. Conscii enim nobis inuicem sumus, post Nicæni conuentus synodum nihil aliud quam fidem scribi. Dum in verbis pugna est, dum de nouitatibus quæstio est, dum de ambiguis occasio est, dum de autoribus querela est, dum de studiis certamen est, dum in consensu difficultas est, dum alteri anathema esse cœpit, prope iam nemo Christi est.* Exemplis quæstionum in controuersiam deductarum in sequentibus hoc illustrat, tandemque subiungit: *annuas atque menstruas de Deo fides decerninus, decretis pœnitemus, pœnitentes defendimus, defensas anathematizamus, aut in nostris aliena, aut in alienis nostra damnamus, & mordentes inuicem iam absumti sumus inuicem.* In sequentibus non negat, hæreticos omni-

ex formulis nouæ lites,

ex his denique varia incommoda iudicio Hilarii.

omnino ad ſcripturam ſacram prouocare, & aſſerere, ſe *verum* prædicare *euangelium*, illos vero id non intelligere, nec verum eius ſenſum aſſequi cenſet: *omnes*, ait, *ſcripturas SINE SENSV loquuntur: fidem ſine fide prætendunt.* Sicuti vero hæretici catholicis idem obiiciebant, eosque arguebant, quod a *ſenſu* & *mente* alieni eſſent, ita euidentiſſimum eſt, *formulas fidei* de *mente ſcripturæ* ſacræ eſſe decretas, idque ſuggeſtionibus eorum, qui Cæſarem fauentem eo tempore habebant, actum, vt tales formulæ ſub *pœnis grauiſſimis* chriſtianis præſcriberentur, diſſentientes hæreticis accenſerentur, & exilio multarentur.

Inde nata tandem fides formularia eccleſiæ Romanæ,

§. XX. Ita vero *conſcientia*, quæ omne *imperium* reſpuit, ſub iugum redacta, & poteſtas legislatoria ad *intellectum* etiam extenſa, quod quo iure factum fuerit, plenius declaraui *tom. I. lib. 1. tit. 1.* Tandem vero poſtquam eccleſiæ Romanæ præſul omne *fidei* arbitrium ſibi aſſeruit, nouisque fidei formulis per ſubſequentia ſecula religionem inſtruxit, *hæreticos* quoscunque eſſe cenſuit, qui ab hac *fide formularia eccleſiæ Romanæ* deuiant. Quia vero hæ eccleſiæ, quæ a Romana ſeceſſum optimo iure fecerunt, huic *arbitrio abſoluto* dicam ſcripſerunt, ſeſeque in libertatem vindicarunt, neceſſe omnino fuit, *confeſſionem fidei*, quam ſingulæ eccleſiæ communi conſenſu propugnant, publice edere, quod *proteſtantes*, h. e. Lutherani & reformati eo conſilio fecerunt, vt omnibus & ſingulis rationem de *fide* ſua redderent, ſimulque ſemet inuicem in *vnitate fidei*, imperio omni remoto, confirmarent, de quo ex profeſſo dictum in *orat. ſeculari de meritis Auguſt. confeſſ. in rem iuridicam* & differt. *de beneficiis iuris Auguſt. confeſſ.* Si ergo *hæretici* cenſendi in ſenſu iuris canonici, qui a *formulis fidei* publice approbatis, receptis, & publicatis recedunt; ſi etiam *confeſſio fidei noſtræ* inſtar alicuius formulæ eſſe debet, quam tamen nemini obtrudimus: permittere debent eccleſiæ Romanæ aſſeclæ, vt eodem iure *proteſtantes Theologi* in eos vtantur, quo hi in illos hactenus vſi ſunt. Eodem iure enim illi ex ſuis *fidei articulis* de dogmatibus eccleſiæ Romanæ iudicium ferre poſſunt; quo hæc de diſſentientium & maxime *proteſtantium* doctrinis iudicat, & non raro *articulos fidei* formar, prout curiæ Romanæ commodum & autoritas id deſiderat. Hoc nomine GVARNIERI *lib. 1. in f.* laudat MARTINVM V, qui conſtitutione in concilio Conſtantienſi edita inter *credenda* poſuit, *papam canonice electum, qui pro tempore fuerit, eius proprio nomine expreſſo, eſſe ſucceſſorem B. Petri, habentem autoritatem ſupremam in eccleſia Dei.*

quæ a ſimplici confeſſione fidei differt.

Digitized by Google

Quarto requirunt in hæresi pertinaciam.

§. XXI. Quartum requisitum est *PERTINACIA errantis in fide.* Ait pontifex in *clem. vn. de vsur. verſ. ſane. Sane ſi quis in illum errorem inciderit, vt PERTINACITER affirmare præſumat, exercere vſuras non eſſe peccatum, decernimus, eum velut hæreticum puniendum.* E contrario qui ſententiam erroneam contra fidem fouet, ſed ad nutum cleri maioris mox deſiſtit, & ſe ſubmittit deuota mente iudicio eccleſiæ, ab hæresi excuſatur. Audiamus AVGVSTINVM in *c. 29. C. 24. q. 3. qui ſententiam ſuam, quamuis falſam atque peruerſam, nulla PERTINACI ANIMOSITATE, defendunt, præſertim quam non audacia ſuæ præſumtionis pepererunt, ſed a ſeductis atque in errorem lapſis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta ſollicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.* Quinam vero ſint *pertinaces,* IDEM *in c. 31. ibid.* docet his verbis: *Si correpti, vt ſanum rectumque ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt,* vel, VT LEO pontifex in *c. 30. ibid. qui ſapientioribus & doctioribus non credunt.* Palam eſt, *pertinaciæ crimen* in eo quæri, ſi quis admittere nolit dogmata eorum, qui autoritate in eccleſia pollent, & pro ſe habent opinionem, quod ſint doctiores & ſapientiores, adeoque *præiudicio autoritatis* reſiſtunt, quod non ſint conuicti de veritate eorum, quæ iis proponuntur. Qui vero non ſuum iudicium ſequitur; qui ſimpliciter & deuote ſe ſubmittit iudicio *eccleſiæ* h. e. clericorum in ſummo gradu collocatorum, non eſt *pertinax;* qua de cauſa ſcriptores in principio vel fine librorum ſuorum caute facere dicuntur, ſi proteſtantur, ſe omne, quod protulerunt, ſubmittere correctioni S. eccleſiæ, quam cautelam commendat DANDINVS *de ſuſpectis de hæreſi prælim. 17. num. 7.* Plenius ex ſententia *inquiſitorum* hoc illuſtrat LIMBORH *in hiſtor. inquiſ. lib. 3. c. 5.* & SIMANCAE doctrinam adfert, aientis: *quamuis aliquis ignorantia probabili errat, ſi tamen legitime admonitus ſtatim non reſipiſcit, exinde pertinax eſſe cenſebitur, quia perinde hæreticus eſt, ac ſi a principio ſciens erraſſet. Legitima autem admonitio cenſeri debet, pro ratione hæreſis: in hæreſibus plane damnatis legitima admonitio erit, ſi oſtendatur erranti ſacra ſcriptura, vel eccleſiæ catholicæ definitio hæreſibus contraria: ſi vero hæreſis nominatim condemnata non ſit, argumenta euidentia vicem iuſtæ admonitionis obtinebunt; breuiter, quæcunque cauſa errantem probabiliter ab errore reuocauerit.* Imprimis vero iuxta doctrinam DANDINI *cit. l. n. 11* hic reſpiciendum ad *epiſcopi & inquiſitoris* admonitionem, *eſt enim,* ait, *euidens pertinacia, non*

Seducti & ſe ſubmittentes iudicio eccleſiæ excuſantur

non reſiſtentes

& præiudicium autoritatis reſpuentes.

Inde vulgata cautela pro his, qui libros edunt.

In pertinacia imprimis reſpiciendum ad inquiſitoris

non præſtare fidem, epiſcopo ſeu inquiſitori admonenti in expreſſe damnatis. Ex hoc principio proteſtantes dicuntur *pertinaces*, quod fidem præſtare noluerint epiſcopis eccleſiæ Romanæ, licet huius eccleſiæ dogmata, a quibus diſſentiunt, argumentis ex ſacra ſcriptura petitis ſolide refutauerint. vel epiſcopi admonitionem. Denique ex hoc principio de nouo colligunt, hæreſin recte inter *crimina* collocari, quod in *dolo* eſſe credatur, qui rectiora in ſe admittere recuſat, licet ea vt rectiora non agnoſcat. Inde fundamentum criminis.

§. XXII. Vltimum requiſitum eſt, *vt talis error in eo ſit, QVI BAPTIZATVS EST*, quippe qui *poteſtati eccleſiæ* ſubiectus dicitur, vt ſe conformare debeat ad nutum, voluntatem, & doctrinam cleri imperantis. Quinto requiritur, vt errans ſit baptizatus, Nec refert, vtrum *ſponte* & volentes, *an vero mortis metu, non tamen abſolute aut præciſe coacti, baptizati ſint* iuxta *c. 13. h. t. in 6.* Idem dicendum eſſe cenſet DANDINVS *cit. tr. præliu. 18. n. 11.* de his, qui in infantia inuitis parentibus baptizati ſunt, *quod etiam hi receperint characterem, & effecti fuerint ſubditi eccleſiæ, a qua recedere iis integrum haud eſt*, vt DANDINVS *cit. l.* ait. In hoc differunt *hæretici* ab *infidelibus*, qui nunquam per baptiſmum eccleſiam intrarunt, & ſic ab ea recedere non poterunt, id quod tamen hæretici faciunt, obſeruante IO. a ROYAS *P. 1. de hæret. n. 462.* Neque tamen deſideratur, vt in *eccleſiæ Romanæ* communione a catholico presbytero baptizatus ſit: ſufficit, aliquem eſſe *chriſtianum*, & extra eccleſiam Romanam natum, quia hæc poteſtatem in quoscunque *chriſtianos* ſibi attribuit, licet *de facto*, vt aiunt, a communione eiusdem alieni adhuc ſint. etiam extra eccleſiam Romanam Tridentini *ſeſſ. XIV. de ſacram. pœnit c. 2.* id innuiſſe videntur his verbis: *eccleſia in neminem iudicium exercet, qui non prius in ipſam per baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. Quid enim mihi, inquit Apoſtolus, de iis, qui foris ſunt, iudicare? Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus dominus lauacro baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit.* Verba hæc ſatis ſana ſunt, ſi de *eccleſia* per totum diſperſa orbem, eaque *inuiſibili* accipienda ſunt, non de *republica eccleſiaſtica Romana*, quam tamen Tridentini tantum pro *eccleſia* venditant *vera*. Tam horride connectunt doctrinam hanc de hæreſi ſcriptores iuris canonici, vt ſine iuſto dolore referri nequeat.

(II.)

De crimine ſuſpectorum de hæreſi.

§. XXIII. Sunt ergo *veri hæretici*, ex mente *iuris canonici*, ad quos hæc quinque principia quadrant. Sunt criminis huius rei, qui Etiam ſuſpecti de hæreſi crimen contrahunt.

post baptismum *scientes* & *volentes* imo & *pertinaciter* in *fide Romana* errant. Verum non tantum hoc crimine tenentur, qui de *tali errore capitali* conuicti, sed etiam qui tantum *suspecti* sunt, ita vt de iure canonico reuera *crimen suspecti* detur, cuius existentiam frustra in *iure ciuili* quærimus, ne quidem in materia *tutorum*, vt in *dissert. de crimin. suspecti cap. 1.* plenius ostendi. Ast ius Canonicum, quod multa irregularia & ἀτύπατα in hac doctrina recepit, reuera agnoscit *crimen suspecti*, quod alterum huius doctrinæ membrum constituit, de quo ex professo egit DANDINVS *de suspect. de hæres.* succinctius vero LIMBORCH *in histor. inquis. lib. III. c. 11. & 12.*

Inde crimen suspecti

atque hæresis vel vera vel præsumta,

§. XXIV. Constituunt nimirum duplicem *hæresin*, *veram & præsumtam.* Illa est, quando *baptizatus errorem contra fidem Romanam pertinaciter sciens & volens defendit.* Hæc vero *in graui & violenta suspicione de errore intellectus pertinaci contra fidem hanc* consistit, vtut de ea *formaliter* & *fere* non sit conuictus aut confessus. Duplicis huius speciei mentionem facit MENOCH. *de præsumt lib. V. præs. 6. n. 15.* aitque, violenter suspectos puniri vt *hæreticos*, non tamen vt *vere hæreticos*, sed vt *præsumtos*, vnde de iure canonico suo modo dari *crimen suspecti*, modo dictum est, cum id etiam pœnis subiectum sit, licet grauiores & atrociores ad *præsumtam hæresin* applicari nequeant. Fundamenta huius *criminis suspecti* ante omnia colligam ex iure canonico, vt de eo sine omni suspicione huius criminis iudicare valeamus Nam si ius ecclesiasticum Romanum crimen hoc suscipit, crimen *suspecti* sine dubio incurrit, qui hoc in dubium vocare ausus fuerit: si vero *crimen suspecti* negat & fidei aduersari credit, rursus *supecti criminis* reus sit, qui hoc crimen decretis pontificis affingit, cum etiam qui *epistolis decretalibus* contradicit, non effugiat suspicionem hæreseos, vt traditur apud BALVZIVM, *tom. I. miscell. p. 288.*

cuius negatio periculosa censetur.

Fundamenta iuris canonici præsumtæ hæreseos seu criminis suspecti

§. XXV. LVCIVS III. in *c. 9. verf. qui vero* & INNOCENTIVS III. in *c. 13. X. h. t.* eandem fere decisionem hac de causa fouent, quam suam imperator FRIDERICVS II. fecit in constitutione *de statut. & consuetud. contra libert. eccl.* vnde desumta est *auth. Gazaros. C. de hæretic.* Ita vero pontifices decernunt: *Qui inuenti fuerint, sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur.* Palam est, 1) *gradus suspicionis* esse con-

Digitized by Google

conſiderandos: 2) recuſantem ſubire purgationem canonicam, *præſumtum* eſſe *hæreticum:* 3) inſordeſcentem per annum in excommunicatione, *velut hæreticum* condemnandum, quod a condemnatione *veri hæretici* adhuc differre videtur. ALEXANDER IV. ex hac *inſordeſcentia*, vt loquuntur, itidem *præſumtam hæreſin* trahit in *c. 7. de hæreſ. in 6. cum contumacia (in cauſa præſertim FIDEI) ſuſpicioni præſumtionem adiiciat vehementem, ſi ſuſpectus de hæreſi vocatus a vobis, vt de fide reſpondeat, excommunicationis vinculo (pro eo, quod parere ſubterfugit, aut contumaciter ſe abſentat) per vos fuerit innodatus, quam ſi per annum animo ſuſtineat pertinaci, ex tunc VELVT HAERETICVS condemnetur.* Ita contingere poteſt, vt leuiter de hæreſi ſuſpectus hoc *crimen ſuſpecti* incurrat, ſi per integrum annum in excommunicatione, ob contumaciam inflicta, inſorduerit; tunc enim *velut hæreticus* vel vt *præſumtus*, qui non recte de virtute huius fulminis ſentire creditur, condemnatur. Iam FRIDERICVS I. *in auth. idem C. de epiſc. & cler.* huius dogmatis fundamenta corroborauit, & nouiter Tridentini *ſeſſ. XXV. de reform. c. 3.* euidentius mentem iuris canonici produnt atque *crimen ſuſpecti* dari edicunt: *Excommunicatus quicunque ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit, non ſolum ad ſacramenta & communionem fidelium ac familiaritatem non recipiatur, ſed ſi obdurato animo cenſuris annexus in illis PER ANNVM INSORDVERIT, etiam contra eum TANQVAM DE HAERESI SVSPECTVM procedi poſſit.* Qui iuxta textus antea relatos *veluti hæreticus* condemnandus eſſe dicitur, is *tanquam de hæreſi ſuſpectus* a Tridentinis in iudicium vocatur, non vt ſe purget ab hac ſuſpicione, ſed vt condemnetur. Rurſus *criminis ſuſpecti* exiſtentiam ALEXANDER IV. firmat in *c. 8. de hæret. in 6. Accuſatus de hæreſi vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hæreſin in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam IVRIS FICTIONE relapſus, licet anta abiurationem ſuam hæreſis crimen plene probatum non fuerit contra ipſum.* Fictione iuris hæreticus hoc textu dicitur, qui tantum ſuſpicione grauiſſima hæreſeos laborat, quod rurſus in eam hæreſin incidat, quod tunc antea eadem infectus fuiſſe credatur, licet vel maxime eam abiurauerit. Additur vero: *Si autem leuis & modica illa ſuſpicio fuerit (quanquam ex hac grauius ſit puniendus) non tamen debet in hæreſin relapſorum pœna puniri.* Pœna *relapſorum* quidem hoc caſu ceſſat, augetur tamen pœna ex priori ſuſpicione, licet *leui & modica*, & ſic rationem criminis habere videtur. Speciatim de hæreſi ſuſpecti ſunt, qui hæreticos, credentes, recepta-

1) ex inſordeſcentia,

2) ex relapſu ficto.

3) ex ſepultura hæreticorum.

receptatores, defensores vel fautores eorum scienter sepulturæ tradiderunt, qui vsque ad idoneam satisfactionem excommunicationis sententiæ subiacent *c. 2. de hæret. in 6.* Qui enim, ait LIMBORCH *in histor. inquis. lib. III. c. 11. p. 211. ex mente iuris canonici scienter sepelit eos, quos ecclesia vt hæreticos aut de hæresi suspectos persequitur, & damnat, quamuis aliud animo gerat, hoc facto iudicare & profiteri videtur, aut non debuisse ecclesiam tales sepultura priuare, aut pro hæreticis & eorum credentibus &c. esse orandum, cum more catholicorum eos sepeliat. Num autem hæc suspicio tantum sit leuis an vehemens, ex qualitate personarum pensandum erit iudicio peritorum.* Equidem propter solum *crimen suspecti* pœna ordinaria hæreticorum locum habere nequit, non tamen ab omni pœna immune est, id quod etiam INNOCENTIVS III. in *c. 14. X. de præsumt.* censuisse videtur: *quocirca mandamus, quatenus cum propter suspicionem (quamuis vehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso, præter iuratoriam cautionem, quod timore pœnæ corporalis debeat coerceri, discretam ei pœnitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet an in luce: vtrum sit vere pœnitens an fide conuersus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis, non finatis ipsum indebite molestari: alioquin eum TANQVAM HAERETICVM condemnetis.* Hac de causa CLEMENS IV. in *c. 11. de hæres. in 6.* generatim iniunxit inquisitoribus, vt contra hæreticos eorumque fautores & receptatores, nec non *contra infamatos de hæresi vel suspectos* iuxta sanctiones canonicas procedant. Tales suspecti vel diffamati de hæresi censentur, qui *occulta conuenticula celebrant, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus dissident*, die nicht mit machen, qui si iurare noluerint *ex hoc ipso TANQVAM HAERETICI reputantur. c. 13 vers. adiicimus X. h. t.* Tales ergo sunt *præsumti* hæretici.

4) ex pœna extraordinaria.

Triplex suspicionis gradus:

§. XXVI. Euolui existentiam *criminis suspecti* in materia *hæreseos* de iure canonico, quod tamen suis gradibus discernendum & æstimandum, quia citati textus monstrant, varios *suspicionis* gradus dari. Communiter tres gradus constituunt, vt suspicio de hæresi vel *leuis* fit, vel *vehemens*, vel *violenta*. *LEVIS* est, quæ deducitur ex signis externis operum aut verborum, quibus tamen raro, licet aliquando, hæresis concludi potest, testibus LIMBORCHIO *in histor. inquis. lib. III. c. 11* & DANDINO de *susp. de hæres. prælim. IV. n. 2.* Vno verbo: quæ sæpissime fallit, & vt plurimum temeraria est. *VEHEMENS* suspicio est, ex qua argumentum desumitur: frequenter concludens,

leuis

vehemens

&

& cum *præſumtione iuris* adeo conſpirat, vt niſi contrarium probetur. pro plena probatione accipi debeat, qualis naſcitur ex *familiaritate & receptione hæreticorum.* In *concilio Tarraconenſi de anno 1242.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 350.* ſingulorum graduum differentia his exemplis traditur: *Suſpectus de hæreſi poteſt dici, qui audit prædicationem vel lectionem inzabbatatorum, vel qui flexit genua orando cum eis, vel qui dedit oſculum eis, vel ſimilia, quæ poſſunt probabiliter ſuſpicionem inducere. Et poteſt dici ſuſpectus ſimiliter eſſe, qui ſemel orauit, vel alterum fecit de prædictis cum eis. Si vero pluries audiuiſſet prædicationem vel lectionem, vel oraſſet, vel aliquid aliud de prædictis feciſſet cum eis, poſſet dici VEHEMENTER ſuſpectus. Si autem omnia prædicta feciſſet, maxime, ſi pluries, poſſet VEHEMENTISSIME dici ſuſpectus.* Quæ hic dicitur *ſuſpicio vehementiſſima*, illa ipſa videtur, quam alias *violentam* vocant, quæ præſumtionem *iuris & de iure* in hæreſi inducit, contra quam probationem in contrarium non admittendam, ſed ſuſpectum *velut hæreticum* condemnandum eſſe cenſent, quales ſunt, qui vt *ſuſpecti de hæreſi* nolunt iuramento ſe purgare vel abiurare hæreſin, qui vt confeſſi & conuicti *de hæreſi* condemnantur; *c. 13. verſ. qui autem X. de hæreſ. c. 8. eod. in 6.* vel ſi citatus de fide reſpondere nolit, & ex hac cauſſa excommunicatus per integrum annum in illo ſtatu inſorduerit. *c. 7. h. t. in 6.* Conf. LIMBORCH. *in hiſtor. inquiſ. lib. III. c. 2. p. 213.* violenta.

§. XXVI. Inter hos gradus hoc diſcrimen conſtituunt, quod *leuiter ſuſpecti* ne quidem denunciandi ſint, vt cenſuit DANDINVS *de ſuſp. de hæreſ, prælim. IV. n. 5.* ideo quod in tam graui crimine ex *leui cauſſa* non ſit vagandum cum alterius exiſtimatione, quæ non poteſt non per talem inquiſitionem lædi. Sunt enim indicia, quæ huc pertinent, admodum *remota*, & plerumque *temeraria*, quæ non fundant inquiſitionem. Proximiora indicia operantur *vehementem præſumtionem*, vt talis præſumatur *velut hæreticus*, & ideo denunciandus ſit a quocunque ſub pœna excommunicationis. Huc refert DANDINVS *cit. l.* eum, qui, viuente prima vxore, aliam ſcienter ducit, quod bigamus non recte cenſeatur ſentire de *ſacramento matrimonii*, exemplo Lutheranorum Italiæ propinquorum, & Turcarum, pluralitatem admittentium. Equidem Turcarum dogma illam admittere, in propatulo eſt; ſed euidens & malitioſa calumnia eſt hominis perditiſſimi, Lutheranos, vbicunque demum habitent, eſſe patronos bigamiæ, adeoque impia autoris concluſio eſt, ideo biga- Leuiter ſuſpecti non ſunt neceſſario denunciandi, omnino vehementer ſuſpecti,

bigamum de hæreſi ſuſpectum eſſe, quod ex Turcarum & Lutheranorum doctrina hæc proceſſerit. Tali *ſuſpicione vehementi* laborantes congrua purgatione vel tortura ſuam innocentiam probare debent, alioquin vt hæretici damnantur. *c. 9. h. t. in 6.* Præterea vero non omnem effugiunt cenſuram, etiam poſt *abiurationem*, quippe qua tantum a rogo ſe liberant, vt infra plenius explicandum erit. Denique *violenta ſuſpicione* laborantes, vt hæretici condemnantur, & *abſolutione* atque *reconciliatione* indigent, ſi ſubmiſſe deprecantur lapſum: impœnitentes rogo imponuntur. In ſingulis gradibus fere *crimen ſuſpecti* ſeſe exſerit, ſed magis in poſterioribus duobus gradibus, prout diſtincte explicandum erit.

violenter ſuſpecti vt hæretici plectuntur.

§. XXVII. Iuuat nunc ire per *exempla* & *indicia*, quæ ad hunc vel illum gradum referri ſolent, vt inde liqueat, quam lubrica hæc ſit doctrina, & ita comparata, vt ſecundum paſſiones inordinatas & odium iudicis, illa, quæ aliis *leuis* cenſetur ſuſpicio, poſſit detorqueri in *vehementem*, quæ ſimul proximam viam præbet ad *violentam*, vt vel innocentiſſimus in hoc *crimen ſuſpecti incidere*, ac *velut hæreticus* condemnari queat. Quascunque enim regulas, præcautiones & limitationes formauerint, illæ tamen non ſufficiunt, nec facile alicui proſunt, ſi in iudice olium vel inuidia prædominatur: ſin amicitia vel fauor, *vehemens* facile degenerabit in *leuem*, vt ex hac inquiſitionis fundamentum deficere videatur. Denique non male forſan dixeris, *Machiauelliſmum eccleſiaſticum* in *crimine* hoc *præſumto* latitare, quo plerumque vtuntur præpotentes ad opprimendum eum, qui vel ab ipſorum moribus adhorret, vel qui ex aliis cauſſis non tolerandus videtur. Machiauelliſmus eccleſiaſticus latitat in crimine ſuſpecti,

Suſpicio hæc, quam trado, non eſt vana, aut improba, ſed a viris ſincerioris animi agnita & approbata. Prodeat in ſcenam IOANNES LASSENIVS, Theologus Danus, qui *arcana atheiſtico-politica* contra eccleſiaſticos Machiauelliſtas edidit, eisque varia præcepta *pſeudo-politica*, quæ ex eorum principiis hauſit, per ironiam præſcripſit. Axioma eius XI. eſt ſequens: *SI BONVM NOVERIS, ARGVTIIS TVIS CONTRARIVM, EN REMEDIVM, HÆRETICVM DICITO. OBTINEBIS OMNIA, RELIGIONIS MAGNA VIS.* Subiicit huic axiomati Machiauelliſtico hanc exegeſin Germanicam: Solten ſich auch noch andere einfinden, die dem Eſtat auch zuwider wären, und die Griffe und Schliche nicht approbiren wolten, und es wolte das Wort, SEDITIO, (de qua antecedens axioma formatum erat) nicht mehr helfen (denn es iſt wahr, wenn man mit einem Dinge gar

quod Laſſenius eleganter obſeruauit (1) in oppreſſione optimorum virorum.

Digitized by Google

gar zu oft aufgezogen kommt, wird es endlich ſtinckend, und die Bauren fangen an, es zu mercken) ſo iſt dieſes ein bewährtes Mittel, daß man ergreiffe religionem, und ſage: Dieſer Kerl hat keine rechte Religion, er iſt unſerm Gottesdienſt zuwider, er führet in ſeinen Schriften verdächtige Reden, er ſuchet die Leute *ſub ſpecie recti* zu verführen, er hat unter glatten Worten, die er ausgiebet, einen heimlichen Gift der Ketzerey verborgen, was gilts, das einige Wort wird bald etwas fruchten. Es werden zum wenigſten etliche anfangen, eine Suſpicion zubekommen, abſonderlich, wo ſolche Worte ein alter Statiſt oft wiederholet; andere, die es noch nicht glauben wollen und Beweiß ſuchen, die fange man mit andern Mitteln. Man darf ihnen nicht eben ſagen, worin dieſe oder jene Ketzerey verborgen, gnug iſts, daß man ſaget: Er iſt ein Ketzer, er dienet hier nicht, er ſuchet mit ſchönen Worten die Leute zu verführen, er gehet mit einer böſen Religion ſchwanger, die Zeit wird es ausweiſen. Er iſt papiſtiſch, höret ihr nicht, wie er die guten Wercke ausſtreichet? Er iſt ein Quäcker, höret ihr nicht, wie er die Leute um der Laſter ſtrafe? ſo gar, daß er auch Obrigkeit und Prediger angreifet, und das iſt eben der rechte *Quackeriſmus*. Fordert man noch mehr Beweiß, ſo wird es einem Statiſten ſehr geringe eines ſolchen Kerls Worte zu verdrehen, und ihnen einen andern ſenſum anzudichten. und dieſes iſt darum nicht unrecht, denn es geſchiehet alles propter commodum rationis ſtatus, dieſe in ihrem Weſen zu erhalten. Vor allen Dingen iſt das heutiges Tages das beſte Mittel, iemand verdächtig zu machen. Man ſage nur, er ſey ein Quäcker, Weigelianer; fragt man, warum? ſo ſage man: *ſufficit me dixiſſe*. Ich bin dazu beſtellt, ich ſoll wachen für euch, ich kenne den Vogel an ſeinen Federn. Will es noch nicht helfen, ſo gehe man des Kerls Leben durch. Man ſage: Iſt er nicht ein Quäcker, warum hält er denn in ſeinem Hauſe Bet-Stunde? Warum *conferiret* er mit andern Leuten in Glaubens-Sachen? Warum klaget er, und ſaget, daß alles heutiges Tages verwirret ſey? Das iſt aber die Rechte Art der Quäcker: Iſt was verwirret, ſo ſeynd wir dafür, wir wolten ſolche Dinge nicht verſchweigen oder vermänteln, ſondern vielmehr abthun und verlaſſen, dafür halte uns iederman. Den in ſolchem Fall muß man es machen, wie die Politici an des Domus

Hofe mit dem Daniel. (Dan. VI.) Dann, sprachen sie nicht, wir werden keine Sache zu Daniel finden, ohne über seinem Gottesdienst. Ist er nicht ein Quäcker? warum hat er denn gewisse Fasttage für sich in der Woche angestellet? Ist er nicht ein Quäcker, warum ist er denn mit andern Leuten nicht lustig und frölich, und enthält sich aller Gastereyen, da man wacker trinckt, frißt, und allerhand Kurzweil treibet? Ist er nicht ein Quäcker, warum verwirft er denn die heutigen alamodischen Trachten und hält sich in Kleidern anders denn andre Leute? Siehet man derhalben, daß solch ein Kerl aufstehet, der zu viel betet, der zu christlich lebet, und gerne wolte nach der alten apostolischen Art die Dinge eingerichtet wissen, so fahre man also fort heraus, und sage, er ist ein Quäcker, was gilts, es wird ihm Verdacht gnug geben, und er wird nicht bleiben können. Denn den Quäckern ist man keine Herberge zu geben schuldig. Also muß es seyn, soll Ratio status bestehen, und nicht die Statisten samt dem Staat untergehen. Dann hilf GOtt! wo man solche Kerle wolte einnisten lassen, so die Wahrheit sagen, und also von der Apostel Art schwatzen, wie viel würde unsern Statisten jährlich an Intraden entgehen? Die Apostel waren Bettler, wir aber nicht also, wir sind Herren, und wollen Herren bleiben, die mit güldenen Netzen fischen. Trotz Apostel! trotz Wahrheit! Wer dawider saget, Quacker esto! das ist ein Fund der nicht mit Gelde zu bezahlen, und den die Statisten jährlich nicht um 1000. Ducaten missen solten. Es ist aber nicht genug, daß man allein an einem Ort die Wahrheit verjage, man muß auch zum Schein, daß alles um der Religion willen geschehe, an andre Oerter schreiben mit beweglichen Worten und Contestirung seiner Condolenzen; man habe vernommen, daß auch daselbst Quäcker seyn, (das ist, rechtschaffene fromme Christen-Leute, dann es sind nicht alle Quäcker, die man nothhalben Quäcker nennen muß) man möge doch zusehen, daß man sie auch da ausrotte, alsdenn bekömmt unser Procedere überall einen guten Schein.

Suspectus enim est, qui a communi vita hominum dissidet

§. XVIII. Ne credas, hæc pseudo-politica principia esse vanas summi Theologi cogitationes & mera somnia, probationem eorum liquidam ex decretis pontificum dabo, quamuis praxis pessima proh dolor! per varia secula vsque ad nostra tempora hæc principia in quibuscunque fere ecclesiis fouerit. Ad *pseudo-politica principia* retulit sum-

fummus Theologus, quem modo laudaui, artem, hominem innocentem in *crimen ſuſpecti* vocare, (1) ſi a communi vita & moribus ceterorum diſſidet: (2) ſi forſan occulta celebrat conuenticula. Vtrumque approbat INNOCENTIVS III. *in c. 13. verſ. adiicimus h. t.* iubetque, vt hi denuncientur mox epiſcopo, *qui occulta conuenticula celebrant, ſeu a communi conuerſatione fidelium & moribus diſſident.* Qui ergo abſtinent ab illecebris huius mundi: qui omnem in veſtibus aliisque ornamentis ambitionem vitant fugiuntque: qui comeſſationibus & compotationibus abſtinent, qui bachanalia in Italia alibique ante quadrageſimam viitata damnant: qui vnicum illud bonum duntaxat quærunt, & in quotidiana abnegatione ſui ipſius viuunt, reuera a communi conuerſatione fidelium (h. e. chriſtianorum, qui *nomine* tales ſunt) & moribus diſſident, & ita ſecundum hoc principium pſeudo-politicum non poſſunt non *ſuſpecti de hæreſi* fieri. Inueteratum hoc malum in clero Romano iam olim viguiſſe BARON. *ad annum 1016. n. 5.* fatetur, *adeo vt vel ex ſuſpicione impetu ferrentur in innocentiſſimos. Sed*, pergit, *vt contingit ſæpe pecuariis canibus in amicos ferri, quos, cum extraneo indutos habitu viderint, exiſtiment inimicos;* ita ſæpe quoque contingit, vt eum inuadant & in ſuſpicionem hæreſeos adducere conentur clerici, quem a ſuis moribus & vita diſſidere cenſent. Illuſtrat hoc exemplo SIMEONIS eremitæ, refertque eum viſitaſſe circumeundo varia ſanctorum corpora, & tandem quoque Romam anno 1016. veniſſe, atque in eccleſia Lateranenſi congregatam ſynodum ſub BENEDICTO VIII. deprehendiſſe: *in qua*, pergit ex ſcriptore vitæ eius, *cum deuotæ orationis morem, vt ei ſemper conſuetudo erat, diu in longum protraheret, vnus ex clero, nequitiæ & ſuperbiæ furore plenus, Simeonem, virum ſanctum & catholicum, omnibus in ſynodo reſidentibus ore polluto infamauit hæreticum*, dicendo: *Nonne omnes videtis in viſu & inceſſu, & totius corporis geſtu, hominem hunc prauum & impoſtorem hæretice agere?* Ex ſolo itaque aſpectu & externis moribus eum de hæreſi infamauit, & quia præterea ex Armeniorum gente erat, qui occidentalibus ſuſpecti videbantur, æque abſurde ac impie eum in ſuſpicionem criminis ex *natione* deducere conabatur, ac quidem inquiſitor Valentinus IOANNES A ROYAS *in tr. de hæret. p. 1. n. 208.* Germanos, Gallos, atque Anglos ſuſpicione hac laborare, inſulſe ſibi perſuadet. *Ideo*, ait, *non erit iudicium temerarium, ſed iuri conſonum, verba dubia, ab homine Gallo, Anglico, vel Germanico prolata, in deteriorem partem interpretari*, quod is ex ſuſpectis regnis ortum traxerit, &

& celebrat conuenticula ex mente iuris canonici

& pravi antiqua

exempla Simeonis,

sic ſuſpectus de hæreſi fuerit, de quo ſuſpicionis fundamento conſulen-
dus DANDINVS *de ſuſp. de hæreſ. in. prælim. V.* Adeo vero diuturnior
deuotio eo tempore inſolita viſa, ipſaque pietas ſuſpecta clero deperdito
fuit, vt ex hac nota hæretici agniti vulgo fuerint, ideo quod Manichæi
paſſim occidentem infeciſſent, vt ait BARONIVS *cit. l. n. 6. cum eſſe*
conſueuerit affectata ſanctitas, ne detegerentur, plane euenit, vt ex iisdem
notis viri etiam ſanctiſſimi infamarentur, & ægre SIMEON furori infa-
Arndii, nientis cleri exemtus fuerit. Fata B. ARNDII notiſſima ſunt, qui impio
clero ideo ſuſpectus de hæreſi viſus fuit, quod vitam in chriſtianis melio-
rem & ad imaginem CHRISTI effigiatam, & ſic alios mores deſideraret,
ſeſeque ad hanc doctrinam componeret. Quia vero hæc doctrina a vita
& moribus *impii cleri* diſſidebat, ſuſpicione de hæreſi varia eum infama-
runt, in quam etiam alii ſanctiores Thelogi, VT GERHARDVS, SPENE-
Speneri, RIVS aliique coniecti ſunt. Hac de cauſſa hic *in conſil. theol germ. P. III.*
c. 6. art. 1. diſt. 4. ſect. 33. p. 619. notanter ſcribit: die Luſt, andre zu ver-
ketzern, währet ſchon lange, und mögen wir faſt allgemach gewohnen,
dergleichen zu hören. Daß auch der liebe Arndius noch ſo böſen Namen
bey einigen behält, hindert ſeiner Seligkeit nichts, ſo wird auch ſein Ge-
dächtniß nichts deſto weniger im Segen bleiben bey allen denen, welche
ihn mit Verſtande geleſen, und etwa einen Geſchmack von geiſtlichen
Gerhardi. Dingen haben. GERHARDVS pariter de calumniis in ſemet iactis hæc
cecinit:

Qui ſtudium hoc æuo pietatis grauiter vrget,
Et Sophies partem tractat vtramque ſacræ:
Ille Roſæcrucius vel Weigelianus habetur,
Et nota turpis ei ſcribitur hæreſeos:
De me non verita eſt vitioſa calumnia id ipſum
Spargere & his nugis conciliare fidem.
O cæcas hominum mentes, & pectora cæca!
O ſine iudicio debile iudicium!
Dicite quæſo prius, quis vere Weigelianus,
Quisque Roſæcrucius, diſcite quæſo prius.
Diſſpellunt radii ſolares nubila cæli,
Lux veri ex falſis clarior emicuit.

Idem obſeruauit B. BRVNNEMANNVS *lib. 1. iur. eccl. c. 1. §. 7.* atque:
Conqueritur B. MEISNERVS *in præfat. medit. ad Euang. feſtiu. refrixiſſe*

Digitized by Google

in multis pietatem & charitatem: vix deplorari posse huius seculi iniquitatem: vix amplius vrgeri posse pietatis studium sine SVSPICIONE HÆRESEOS Weigelianæ.

§. XXIX. Quia vero (11) plurimi curios simulant & bachanalia viuunt, inde non mirandum est, optimam *calumniandi* innocentes occasionemm illis videri, si eos *suspectos de hæresi* facere possunt. Norunt, hæreseos infamiam infinita mala parare: famam virorum inclytorum fugillare atque lædere, imo primum quasi momentum esse, quo hi possunt opprimi, quorum interitum meditantur. Sciunt, eorum a pluribus laudari & probari zelum, qui *pro puritate fidei* suscipitur, adeoque hunc primum gradum esse ad inclarescendum. Inde viros, in magna existimatione positos & eruditionis laude celebres, adoriuntur, verba captant, consequentias periculosas inde eliciunt, & omnem mouent lapidem, vt in *suspicionem hæreseos* eos adducant. Vno verbo: Hæc doctrina, quæ *suspicionem de hæresi* fouet, defendit, imo criminibus accenset, plenumque tutissimum portum calumniatoribus præbet, quo se recipere & impune calumnias quascunque in innocentes, integros, præstantesque viros euomere possint. SPENERVM, virum integerrimæ fidei & morum christianorum, id vnice excruciauit, quod ex plurimorum calumnia, qua ipsum *suspectum de hæresi* reddere omnibus viribus annisi sunt, *lapis offensionis*, in quem plures peccarunt, fuerit, quamuis simul inde lætitiam ceperit, daß dem Satan, vt scribit *tom. III. conf. theol. c. 6. art. 1. D. 4. sect. 1. p. 532.* sein Stück nicht angegangen, welcher nicht nur gesucht, das arme und wenige Gute, so hier, oder da von uns geschehen mag, zu unterdrücken, welches endlich keine so grosse Sache wäre, sondern damit auszurichten, wo er durch die *Calumnien* den Sieg erhalten, und es dabey hätte bleiben müssen, unsre Sache und Vornehmen wäre irrig und schädlich gewesen, daher unterdrücket worden, daß, wo irgend anderswo ein Christlicher Lehrer eine redliche Intention hätte, das Gute mit Eifer zu thun, und den Greueln sich mit Macht zu widersetzen, derselbe sich durch unser Exempel intimidiren und furchtsam machen liesse, die Wahrheit bey sich aus solcher Sorge in Ungerechtigkeit aufzuhalten, oder ein solcher stracks desto stärckern Widerspruch und Obstacula befände, weil dergleichen an unserm præiudicio bereits durch die Erfahrung schädlich und unterdrucks würdig erkannt worden wäre. Plena est *tota epistola* de calumniis eorum, quibus hi, qui artem profitentur, alios de *suspicione hæreseos* infamandi, vti solent contra eos, qui norunt, chri-

(2) Deinde in hoc ficto crimine latitat præsidium persequendi optimos viros, & inclarescendi ex calumniis innocentium,

christianam religionem alios mores aliamque vitam postulare, a quibus longe alieni sunt calumniatores. Horum primaria cura, vt finem propositum obtineant, esse solet, vt primo innocentes ex variis consarcinatis caussis suspectos reddant, paratos se defendere repellant, & quoscunque adhortentur, ne *apologias* eorum legant, veneno acuto & vix apparente infectis, ne incauti capiantur. Etiam hoc axioma *intimæ artis Michiauelliſtæ* esse, recte censet IOANNES LASSENIVS *cit. l. p. 147.* atque hoc *axioma pseudo-politicum* præmittit: *DEFENDERE CVPIENTEM, NON AVDITO: STET PRO RATIONE VOLVNTAS, SALVS PVBLICA*, addita hac exegesi: Würden aber solche Leute, die man aus Städten bevor ohne Ursach und wider Billigkeit treiben lässet, anhalten, man möge sie überweisen irriger Lehren, sie wolten sich so dann verantworten oder unterrichten lassen; so muß kein Statist Ohren haben. Weg, weg, creutzige ihn! muß es heissen; Es ist allbereit beschlossen; ihr seyd Schwätzer, Ketzer und Schwärmer. Es ist decretiret, ihr sollet zum Thor hinaus, denn ihr erreget die Stadt. Warum seyd ihr nicht bey den alten Leisten geblieben? habeatis vobis. Gehet fort. Denn wenn es erst zur Defension kommt, dürften diese wol solche argumenta vorbringen, daß das Decret müste wider umgestossen werden. Darum ist es eine herrliche Sache, wenn collegialiter ein Ding beschlossen, so hat es vim stringentem, das decretum ist so dann infallibile, und darf Niemand dawider brummen. Das wissen die Papisten wohl, darum halten sie so viel auf ihre concilia, von welchen sie sagen, daß sie nicht irren können. Gehet denn nun ein dergleichen Verklagter und ungehört Verdammter gleich klagen an andre Oerter, wird er doch von andern wenig gehöret werden, denn man wird überall sagen: Seyd ihr an diesem oder jenem Ort von den vortreflichsten Statisten verdammet, wer kan euch weiter helfen? Euch wird kein Unrecht geschehen seyn, denn das sind alte Leute, welche so viel Jahr her allbereit practiciret haben; sie wissen wohl was sie thun sollen. Denn es ist ein grosses Ding um einen alten Statisten; dem wird überall geglaubet, darum muß er auch um desto mehr seine Autorität in acht nehmen, damit daß sie nicht zur Cadenz komme, welches sonst gar leicht geschehen.

quod pseudo-politicis principiis recte annumerat Lassenius.

§. XXX. Præsertim vero (III) magis ingeniis, quibus vltra vulgus sapere datum est, hoc fatum imminet, vt ab inuidis in suspicionem *hæreseos*, imo, quod plus est, *magiæ* deducantur; nam eo ipso,

Vlterius (3) hoc pessimo remedio præstantissima ingenia

ipſo, quo hæc eis attribuitur, per indirectum ſunt grauiter *ſuſpecti de hæreſi*, quod *pactum cum diabolo* ininerint, vt ſtrenue adſtruit DANDINVS *de ſuſpect. de hæreſ. c. 2. ſect. 1. p. 149. ſqq.* & SIMANCAS *de catbol. inſtit. tit. 31. n. 8.* Notum eſt, peculiarem ſpiritum familiarem ſeu dæmonem attributum fuiſſe SOCRATI, ARISTOTELI, PLOTINO, PORPHYRIO aliisque, imo ipſis SCALIGERO & CARDANO, vt docet NAVDAEVS dans *apologie pour les grands hommes ſoupçonnez de Magie c. 13. p. 212. ſeqq.* quorum ſtupenda eruditio per calumniam inuidorum magicis artibus adſcribi meruit; Nec hoc inſolitum eſſe cenſet credulus DANDINVS *cit. l. ſubſect. 2. n. 25. p. 160.* aiens: *Dæmon quandoque & artes & ſcientias docet; ſcientiæ enim noſtræ dependent ab intellectu agente (quem illuſtrare poteſt dæmon) ſicut a primo principio. Verum eſt, quod dæmon omni conatu procurat homines, non ad ſcientias, ſed ad errores reuocare: tametſi ipſe præter Socratem & alios, Ariſtotelem etiam philoſophum reddiderit.* Optima ergo via eſt, eos, quos ingenio noſtro ſuperare non poſſumus, de *magia* & *hæreſi ſuſpectos* reddere, eorum conatibus, ne inclareſcant, reſiſtere, & ita eosdem opprimere. Eſt enim hoc ſtratagema iuxta DANDINVM admodum probabile, quod vulgi mentem facile ferit, vt ingenii præſtantia & acumen magis noceat quam proſit in iis locis, in quibus *criminis ſuſpecti* ſedula habetur ratio. Nam licet forſan hæc *ſuſpicio leuis* eſſe videatur; facile tamen augeri poteſt, ſi modo ante omnia ad *inquiſitionem* raptus fuit. Certum autem & indubitatum eſt, ait 10. a ROYAS *P. II. de hæret. n. 20. inquiſitores fidei contra aliquem in crimine hæreſis poſſe ex leui & modica ſuſpicione procedere, vt ſuſpectus interrogetur, quid ſentiat de fide?* Si comparere nolit, ægre ferens, dotes ingenii ſingulares in ſuſpicionem *pacti cum diabolo* initi vocari, excommunicandus, & poſt annum, niſi abſolutionem petierit, *velut hæreticus* coudemnandus eſt iuxta proceſſum *in c. 7. h. t. in 6.* præſcriptum. Etiam hoc ſtratagema Machiauelliſtis ſuppeditat 10. LASSENIVS *in arcanis atheiſt. polit. p. 49.* in ſequente axiomate: *QVEM VLTRA VVLGVS SAPERE NORIS, SPIRITVM FAMILIAREM HABERE DICAS: OMNIA RATIONI STATVS INSERVIENTIA CONQVIRITO.* Addit vero hanc axiomatis illuſtrationem: Noch ein ander bewährtes Mittel iſt, iemand verdächtig zu machen, der etwa herrliche Gaben hat, und dem der gemeine Mann anhänget, ihn etwa unterhält, dadurch beſorglich die Intraden der Statiſten dürften geſchmählert werden; man ſaget, der Kerl hat einen *ſpiritum familiarem*, es gehet nicht recht mit ihm zu; von ihm ſelbſt kan er

facile in ſuſpicionem hæreſeos & magiæ deducuntur.

quod etiam Machiauelliſino attribuit Laſſenius,

Das Ding nicht thun. Denn es geſchiehet oftermals, daß mancher Kerl ſo gute Dinge ſtiftet und ſchreibet, daß man nichts dawider zu ſagen hat, auch nichts conquiriren kan, zu der Zeit muß der Teufel aus Noth helfen. Man ſage nur: Er habe einen *ſpiritum familiarem*, davor wird bald jederman erſchrecken. Denn wer wolte vor dem Teufel nicht Abſcheu haben? Fragt man, wo ihm der Teufel ſitze? ſo kan man alsdenn auch leichtlich was erfinden: die Zeit und circumſtantien geben ſolche Dinge ſchon an die Hand. Wirft man aber vor: der Menſch bete fleißig, er führe ein gutes Leben, und ſchreibe herrliche geiſtreiche Bücher; ſo diene einem ſolchen zur Antwort: Ob man nicht in heiliger Schrift geleſen, daß auch der Teufel in einen Engel des Lichts ſich verſtellen könne? Summa, in der Zeit der Noth muß man alles conquiriren, ſonderlich wenn ratio ſtatus anfänget zu wancken, denn mag helfen, wer da kan, es ſey weiß oder ſchwartz. Die Statiſterey kann alles wieder gut machen; Lügen muß man alsdenn auch ſtattlich können, und aus einer Mücke wiſſen in einem Augenblick einen Elephanten zu machen. Hac methodo vſi ſunt *fratres ignorantiæ*, eo imprimis tempore, quo inter eruditos barbaries maxima regnabat, linguarumque orientalium ſtudium plane conſenuerat, vt ſeculi XV. fata oſtendunt. Hoc quidam ſtudia elegantiora reducere ſtuduerunt, ſub grauiſſimis licet contradictionibus, quas enarrat HERMANNVS VAN DER HARDT *in hiſtor. liter. reform.* Ipſum REVCHLINVM vt *ſuſpectum de hæreſi* ab HOOCHSTRATO delatum fuiſſe, conſtat, quod vltra vulgus ſaperet, & *Hebraicis* potiſſimum delectaretur *ſtudiis*, rudibus eo tempore valde ſuſpectis, quorum e numero quoque erat HOOCHSTRATVS, homo inſulſus & imperitus. Adhuc tempore ESPENCAEI Græcis & Hebraicis linguis inclareſcentes ſuſpecti de hæreſi ab imperitis, quorum inſignis turba erat, traducebantur, vt teſtantur Autores *theſauri theologico-philologici in præfat.* docentes, *non fuiſſe citra periculum, ſupra vulgus ſapere, fatente eiam ingenue* CLAVDIO ESPENCAEO: *græcum aliquid noſſe fuiſſe ſuſpectum, hebraice vero prope hæreticum.* Nec hoc negarunt ipſi Triuultini dans *les memoires pour l' hiſtoire des ſciences & des beaux arts de ao. 1701. art. XI.* vbi præfationem prædictam referunt, & ſub examen reuocant. ERASMVS non alia de cauſa hæreſeos accuſatus eſt a monachis aliisque indoctis theologis, quam quod *barbariam monaſticam* impugnaret, & bonas inſtauraret literas, imprimis vero græcæ linguæ peritiam ſerio inculcaret. Periculum ex linguis græca & hebraica im-

quod ex fatis ſeculi XV. illuſtratur.

mi-

Digitized by Google

miñere rei eccleſiaſticæ clamabant imperiti, nil niſi ſuſpiciones hæreticæ prauitatis ſpirantes, adeo vt, cum Hieronymum edere incœpiſſet ERASMVS, *occurrerent quidam graues viri vel inſignes, vt ſibi videbantur, theologi, per omnia ſacra typographum obſecrantes, ne quid græcitatis aut hebraiſmi pateretur admiſceri; ingens in eis literis eſſe periculum, nec quicquam eſſe fructus, ad ſolam curioſitatem eſſe paratas,* vt verbis ERASMI refert VAN DER HARDT *cit. tr. P. 1. p. 22.*

§. XXXI. Denique (IV) obſeruandum, hoc *crimen ſuſpecti* de iure canonico eſſe illud ſcutum, quo ſuum tegere ſolent liuorem & malitiam perſecutores eorum, quos *intolerabiles* cenſent, vulgo die Ketzermacher, oder Ketzermeiſter; quid enim vt plurimum aliud hi heroes intendunt, quam hominem bonæ exiſtimationis traducere, quod ſuſpectas opiniones foueat. quodque quæcunque agat ſcribatque, nobis ſuſpecta eſſe debeant? Tales enim *hæretifices*, ſi ita loqui licet, eccleſiæ admodum vtiles eſſe creduntur, quippe qui pro eccleſia eiusque ſalute pugnare, pro *fide*, eiusque *puritate* ſollicitiſſe, & lupos abigere ab ouili dicuntur. Quid? quod omnes ad accuſandum *hæreticum* vel *ſuſpectum* obligentur, cum hæreſis dicatur crimen reipublicæ chriſtianæ perniciosiſſimum, & quia nullum crimen grauius eſt, ideo confeſtim ſine mora aliqua ad accuſandum vel denunciandum properandum eſt. Qui enim alios, cum poteſt, ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat, iuxta *c. 2. X. h. t.* quod poſterius ſedulo præcauere ſtudent hæretifices, ideo clamant: ideo accuſant: ideo libellos refutatorios ſcribunt, idque ſe vi *conſcientiæ* facere proteſtantur, iuxta *c. 47. C. 2. q. 7.* quod illius non ſit diſſimulandum oppproprium, qui probra noſtra deleuit, vt loquitur INNOCENTIVS III. in *c. 15. X. de Iud. & Sarac.* Imo addunt, ſe iuxta doctrinam IO. a ROYAS *in ſingular. fidei p. 12. n. 17.* violenter ſuſpectos de hæreſi reputandos, ſi tacerent, nec communem vigilantiam & ſollicitudinem contra hoſtes communes & inſidiatores adhiberent. Palam ergo eſt, *hæretifices* optimam defendere cauſſam & præſidium ex iure canonico habere tutiſſimum. Eadem quoque apud proteſtantes luditur fabula. Impunis *hæretificum* vt plurimum audacia, & ſceleri re vera ius datum: quod ſemper tales ſimulent ſe cauſſam Dei agere. Refert B. SPENERVS *tom. III. conſil. theol. c. 6. art. 2. ſect. II. p. 878.* ſe ex relatione cuiusdam intellexiſſe, daß ein vornehmer Theologus ſolte geſagt haben, wenn 3. oder 4. Theologi, die in Anſehen ſind, zuſammen halten wolten, daß ſie den vierten oder fünften leicht zum Ketzer machen könten. Ita enim ſe opti

Denique hoc remedium iuſeruit iis, qui ſtudio hæretificandi dediti ſunt,

quod iuri canonico debetur,

& impunitum eſt,

ob ſtudium bene merendi de eccleſia

Digitized by Google

optime meritos de eccleſia eſſe cenſent plurimi, & quia plerique ſtudio *bene merendi* ducuntur, nulla commodior occaſio reperitur, quam *crimen ſuſpecti* vrgere, in vſum ſedulo reuocare, & illud iis imputare, quorum merita in eccleſiam forſan diis minorum gentium obſtant, ne inclareſcere poſſint. Confirmabo hoc teſtimonio prudentiſſimi Theologi SPENERI *tom. vlt. conſ. theol. c. 2. art. 4. ſect. 10. p. 497.* Ich bedaure das Unglück unſerer Zeit, daß es leider, ſonderlich bey unſrer Religion, dahin gekommen, daß ſich viele kaum ihrer Meinung nach um die Kirche beſſer verdienet zu machen glauben, als wo ſie Mitbrüder um dieſes oder jenes willen zu Ketzern machen, oder doch in Verdacht ziehen können; und will man die Evangeliſche Religion faſt insgeſamt nur auf gewiſſe Formuln ſetzen, da, ſo bald eine Sylbe von der gemeinen Art, ob wol beybehalten geſunden Verſtandes abgewichen worden, alle Reinigkeit der Lehre in Gefahr zu ſtehen, wo nicht gar verloren zu gehen geachtet wird, darüber man faſt gar Glauben (der gewiß mehr in Kraft als Worten ſtehet) und Liebe vergißt. obſeruante Spenero, De hoc *pruritu meritorio* vel quaſi, vt credunt hæretifices, IDEM denuo agit *cit. l. c. 6. art. 2. ſect. 22. p. 292.* imprimis vero *tom. III. c. 6. ſect. 10. p. 728.* vbi ita: Gewißlich dieſelluart, welche ſich bey vielen findet, daß ſie ſo gerne Ketzer machen, u. meinen, darin beſtehe ihr Eifer, den ſie bey Beybehaltung der reinen Wahrheit (die an ſich freylich eine Pflicht iſt, daran wir allen Fleiß anwenden ſollen) wo ſie andrer ihre Worte mißdeuten, und aus iglichem erzwungene Folgen machen, an die die Auctores nicht gedacht haben, iſt eine unſrer Zeit ſo gemeine als gefährliche Seuche, daß man ſie faſt morbum epidemicum eccleſiæ nennen ſolte. Et tamen hic morbus inter *virtutes* & *opera meritoria* laudatur, illisque inuiſus tantum atque iutolerabilis eſſe videtur, qui ipſi ſuſpecti ſunt de *hæreſi;* hæreticos enim non eſſe perſequendos atque a præſepibus eccleſiæ arcendos, plusquam hæretica propoſitio eſſe creditur.

Prætextus vltimus petitur a fauore fidei.

§. XXXII. Oſtendi, in *crimine ſuſpecti* eiusque *perſecutione*, ſecundum praxin canonicam, omnibus religionibus fere familiarem, contineri vtplurimum 1) *arcanum atheiſtico-politicum* vel *Machiauelliſticum:* 2) impunem calumniandi & laceſſendi audaciam: 3) ingenia magna opprimendi artificium inſigne: 4) hæretificum *molimina meritoria*, vti vulgo vocantur. His adde 5) prætextum inſignem, *cauſſam fidei*, quæ exorbitantem & irregularem prorſus fauorem habet, *c. 8. 18. b. l.*

Digitized by Google

h. t. in 6. clem. t. eod. & *ab omni iure* deuiare, omnem capituare rationem, nec iudiciis laicorum ratione corrupta vtentium ſubiecta creditur. Et enim α) *cauſſa fidei* ad multa obligat, quæ alias ſunt voluntaria; ϐ) multa imo infinita remittit, quæ alias præcepta: γ) multa prohibet, quæ alias permiſſa: δ) quæ alias valide geſta, annullat, & contra ε) quæ alias nulla & irrita, fiunt valida, quæ omnia ex iure canonico infra *§. XLI. ſqq.* illuſtrabo. Immanitas videlicet plusquam barbara contra hæreticos *zelus eccleſiaſticus* & *diuinus* creditur: odium eorum, qui ſuſpicione hæreſeos laborant, cenſetur *ſingularis fidei effectus*, qui a vera fide longiſſime aberrat. Vno verbo: *ſuſpicio de hæreſi* infinitis malis, vicem pœnæ grauiſſimæ ſuſtinentibus, ſubiecta eſt: *orthodoxia* bene beateque viuere concedit, vbi ſola *fide intellectuali* ſed *mortua* vivitur. DE LA ROCHE *dans la bibliotheque Angloiſe tom. I. P. I. art. 9.* literas miniſtri cuiusdam eccleſiaſtici ad ſtudioſum theologiæ ſermone anglicano ſcriptas gallico idiomate recenſuit, in quibus inter alia, *mala* huius *ſuſpicionis*, & commoda *orthodoxiæ*, etiam extra Romanam eccleſiam, depingit. Placet potiora eius verbis hic repetere, quæ de appellatione *hæretici p. 223. ſq.* attulit: *C'eſt vn terrible mot, quoi qu' il n'ait aucun ſens dans la bouche du peuple, ni aucune mauvaiſe ſignification en lui même. On ſuppoſe, qu' il renferme toutes ſortes du mauvaiſes qualitez: il fait tout paroitre odieux & difforme: il rompt l' amitiè la plus etroite: il ètouffe les ſentimens d' affection les plus iuſtes & les mieux fondez. Du moment, qu' vn homme paſſe pour hæretique, la charite conſiſte a agir contre les regles, qu'elle preſcrit; & plus on viole les loix divines par rapport à l'hæretique, plus on croit rendre ſeruice à Dieu.* Poſt pauca pergit de his, quos ſuſpicio hæreſeos onerat: *Conſiderez, je vous prie, ce qui arriue, lors qu' vn homme eſt ſoupçonné de hæreſie. Des que vous paſſerez pour hæretique, vous ne ſerez plus en état d' edifier vos paroiſſiens. Je ſuis ſûr, qu'vn auſſi honnête homme, que vous, doit regarder cela comme vn grand mal. Pendant que vos paroiſſiens croient, que vous etes orthodoxe, votre bonne conduite, votre temperanee, la maniere affable, dont vous vous entretenez avec eux, le ſoin que vous avez de conſoler les malades & les affligez, toutes les qualitez, joientes à une maniere d' inſtruire aiſée & pleine d' affection, ont beaucop d' influence ſur eux; & vous les conduiſez comme il vous plait. Ils admirent votre bon exemple, & ils tâchent de l' imiter, votre conduite reguliere eſt vne reproche tacite, lors qu' ils ſont mal: votre preſence même eſt vne leçon de vertu;*

Appellatio vero hæreſeos terribilis ſit

multis referta malis,

omnem ædificationem ecclesiæ impedit,

& l' on ne ſauroit nier, que vous n' ayez deja fait beaucoup de bien pendant le peu de temps, que vous avez eté parmi eux. Mais des qu' ils vous ſoupçonnerent d' hæreſie, n' eſperez plus de leur être vtile. Ceux qui avoient auparavant vne ſecrete veneration pour vous, croiront, qu' il eſt de leur devoir de vous diffamer. Ils traiteront votre vertu d' hypocriſie, & votre hvmilité d' orgueil. Il vous regarderont comme vn réprouvé, & ils s' imagineront, que le diable a eu part à tout, ce que vos avez fait. Pour donner des preuves ſolides de leur orthodoxie, ils mepriſeront votre doctrine, votre bon exemple; & Afin, qu' on ne s' imgine pas, qu' ils ſont infectez de vos erreurs, ils retomberont dans les vices, aux quels ils avoient renoncée & ils aurons ſoin de ne plus profiter de vos inſtructions. In ſequentibus alia infinita mala, quæ miniſtris eccleſiæ *ſuſpectis* imminent, conglomerat, & in ſcenam producit, ac tandem ſubiungit commoda infinita *orthodoxiæ* annexa.

opinio vero orthodoxiæ vitam tranquillam & honorificam præstat.

L' orthodoxe vit tranquillement & à ſon aiſe: on extenue, on excuſe ſes fautes, ou plutôt on les oublie entierement. Sa violence paſſe pour vn zele louable, & ſon indiſcretion pour vn bon naturel. On attribue ſes mépriſes à vn defaut d' attention: & ſi l' on ne peut les iuſtifier, on dira, que les plus grands hommes ſe trompent quelque fois, & que les Ecrivains du premier rang ne ſont pas infallibles. Peut eſtre même que ſes fautes lui ſeront avantageuſes: On montrera que la bonne cauſe, qu' il ſoutient, l' a fait tomber dans erreur. On donnera des eloges extraordinaires à ſon ſauoir: tout le monde louera ſes bonnes qualitez, & on mettra ſes vertus dans leur plus beau jour, a fin de cacher ſes defauts. En vn mot, l' orthodoxie ſert à expier toutes ſortes de vices, & l' hæreſie detrouit toutes ſortes de vertus.

Proinde hæc ipſa ſuſpicio non caret pœna.

§. XXXIII. Quæ cum ita ſint, æſtimanti veram *ſuſpicionis* indolem facile apparebit, illam proprie loquendo *crimen* nullum conſtituere poſſe, ſi vel maxime *hæreſin* criminibus accenſeas. Aſt odium vatinianum erga hæreticos effecit, vt (1) qui tantum *ſuſpecti* ſunt de hæreſi, ab omni *crimine* & pœna non liberentur, maxime ſi clerici fuerint, licet (2) non poſſint plecti *pœna ordinaria* hæreticorum. Hæc duo membra aliqua adhuc illuſtratione indigent. Poſterius euidenter aſſerit pontifex in *c. 14. X. de præſumt.* ſi modo *congrua purgatione*, h. e. vel *iuramento purgatorio* vel *tortura* innocentiam ſuam monſtrauerit. *c. 9. & 13. X. h. t.* In hac purgatione vbi deficit reus, vt *conuictus* condemnatur. Facile autem *deficere* poteſt de *iure canonico*, quod plures compurgatores pro qualitate *perſonæ* & *criminis* deſiderat, quos ſi repe-

Digitized by Google

reperire ad numerum præſcriptum nequit, *defeciſſe in purgatione* dicitur, adeo vt qui olim in Hiſpania vno tantum deficiebat expurgatore, vt *conuictus* condemnatus fuerit, obſeruante LIMBORCHIO *in hiſt. inquiſ. lib. IV. c. 28. p. 314.* qui etiam proceſſum ipſum ſe purgandi diligenter recenſuit. Purgatione facta, omni pœna non eſt immunis, adeoque vel *ſola ſuſpicio* aliquod crimen in *hæreſi* conſtituit.

§. XXXIV. Etenim (I) *apud multos inquiſitores*, teſte LIMBORCHIO *cit. l. p. 316. inualuit conſuetudo, vt reus vehementer ſuſpectus prius torqueatur, deinde ſi nihil confeſſus fuerit, vt ſe purgare cogatur; poſt hac ſi expurgatus fuerit, & abiurare quoque teneatur. & tandem poſt abiurationem arbitrariis etiam pœnis puniatur.* Inhumanus hic proceſſus ne quidem ab omnibus inquiſitoribus approbatur, quamuis oſtendat, etiam illum crimen incurrere, qui duntaxat *ſuſpicionem* contra ſe excitauerit. Supra enim §. *10.* obſeruaui, hoc crimen *ſola mente* committi ex canoniſtarum doctrina, quæ aliter quam ex *ſuſpicionibus* colligi vix poteſt. Ergo peccaſſe videtur, qui ita egit, vt occultam in *mente* peſtem & vlcus abſconditum habere credatur, a qua *ſuſpicione* ne quidem purgatione facta liberatur penitus. Simulant, aiunt, hæretici; ſeſe occultant quouis modo: latebras quærunt: virus ſuum intimis penetralibus tegunt adeoque iis non facile credendum, ſi vel maxime ſeſe purgauerint; quia *fallunt, ſub agni ſpeci lupum gerentes*, vt ait pontifex in *c. 11. h. t. in. 6.* (II) Obſeruat 10. a ROYAS *P. II. de hæret. n. 305. ſp.* ne quidem hodie purgationem canonicam. vſu & conſuetudine ſublatam, adhiberi, ſed eum, qui *vehementer ſuſpectus* eſt, ad triremes, vel ad carcerem aut abiurationem & ad pœnas pecuniarias vel alias extraordinarias arbitrio iudicis condemnandum eſſe. (III) Admittunt interpretes, licet *ſuſpicio vehemens* quomodocunque ſiue tortura ſiue iuramento purgata fuerit, vt ab ipſo crimine abſolui debeat, poſſe tamen ipſum indicium, vnde *ſuſpicio* nata eſt, ita comparatum eſſe, vt per ſe crimen conſtituat, pœna legitima expiandum, & ita delictum, ſuſpicionem grauioris criminis in ſe continens, non vero *ſuſpicio ſola* puniatur. Sic qui celat res furtiuas, per violentam effractionem contrectatas, ſuſpectus eſt, quod ipſemet violentæ effractioni manus accommodauerit per *art. 40. C. crim. canon.* quod aliis præterea exemplis illuſtrat FRANCISCVS SARMIENTO *lib. I. ſelect. interpr. c. 1. n. 10.* In his, qui ſuſpecti ſunt de *hæreſi*, id ſemper occurrit, quia nullum poteſt excogitari *indicium hæreſeos*, quod *iura canonica* inter illicita & fugienda haud collocent, & ita in effectu *crimen ſuſpecti* ſemper ſuper-

1) Nam poſt abiurationem extra ordinem punitur,

2) ſæpe etiam ſine abiuratione,

3) indicia ipſa crimen habere dicuntur,

ſuperſit, purgatione iam facta. Diximus ſupra, contra *bigamum* eſſe præſumtionem grauem, quod non recte de ſacramento matrimonii ſenſerit, quamuis bigamia euidenter peculiare aliud delictum conſtituat. Qui citatus, vt *de fide* reſpondeat, contumax eſt, excommunicatur, vt grauiter de *hæreſi* ſuſpectus ſit & abſolutionem cum pœnitentia petere, & ſe ab omni hæreſi purgare teneatur *c. 7. h. t. in 6.* Euidentius exemplum occurrit in *c. 10. X. de purgat. canonica*, de eo, qui licet ſe ab hæreſi purgauerit, adhuc tamen plectendus eſſe dicitur. Iuxta principia huius iuris omnes hæretici ſunt vitandi, vt familiaritas cum iis contracta non poſſit non eſſe punibilis, *c. 4. 5. 8. X. h. t.* atque communicantes cum hæreticis & fautores eorum excommunicentur, *c. 13. X. h. t.* & præterea *grauiter* de hæreſi ſuſpecti fiat per *c. 10. X. de purg. canon.* quod plenius illuſtrat DANDINVS *de ſuſp. de hæreſi c. 5. ſect. 1. n. 10. ſqq. p. 436. ſq.* Denique (IV) tales ne quidem purgatione facta ab omni pœna immunes ſunt. Ait pontifex *in cit. c. 10. In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis ſcienter habuiſſe dignoſcetur, eum ab officio volumus manere ſuſpenſum, donec ſcandalum ſopiatur, ita tamen, vt publice familiaritatem hæreticorum abiret.* Scandalum potiſſimum inde deriuaſſe videtur pontifex, quod ipſemet ex *familiaritate* cum hæreticis contracta in publicam ſuſpicionem conrractæ hæreſeos inciderat, quod nec *purgatione* aboletur, adeoque aliqua coercitione dignum iudicatum fuit. Hoc indicant verba, quæ paulo poſt ſequuntur: *Sic deinceps vitam ſuam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne SCANDALVM & ſuſpicio de catholicorum mentibus deleatur.*

quod illuſtratur. ex c, 10. X. de purgat. canon.

Suſpicio ex blasphemia

§. XXXV. Adducta ſunt fundamenta pœnarum, quæ ipſam ſuſpicionem in crimen vocant. Addam alias præterea cauſſas, vnde ſuſpicio hæreſeos trahitur, ita comparatas, vt grauiter infamare ſuſpectum & ſcandalum publicum præbere dicantur. Huc enim primo loco DANDINVS *cit. tr. cap. 1. ſect. ſqq.* blasphemantes refert, qui *verbis* vel *factis hæreticalibus*, vt loquitur, blasphemant, quæ *vehementem* inducunt ſuſpicionem, quorſum *Iconomachos* referendos cenſet, quod qui ſacras imagines deturpat, corrumpit, conculcat vel percutit, non aliunde moueatur, quam ex errore intellectus deprauato, cum pertinacia extrema coniuncto, vt male ſentire de *cultu imaginum* cenſeatur, ceu *cit. l. n. 48. ſqq.* multis declarat verbis, inſimulque indicat, cultum imaginum eſſe *articulum fidei Romanæ*, quem tamen alii prudentiores inter ſummos abuſus eccleſiæ Romanæ collocarunt. Non omnes

& Iconomachia,

Digitized by Google

Non omnes autem blasphemias hunc effectum habere censet, sed tantum *hæreticales*, cum quædam *simplices*, sine suspicione vlla hæreseos, esse possint, prout docet *c. 8. h. t. in 6. vers sane.* veluti si quis mala DEO & beatissimæ virgini imprecetur, aut, contumeliosis verbis eos afficiat, quos omnis religionis expertes facile quilibet iudicabit. Tam subtiliter vero inter *blasphemiam simplicem* & *hæreticalem* distinguunt, vt constituant, in quibus casibus *inquisitores hæreticæ prauitatis* officio suo fungi, & ad torturam super hæresi procedere possint nec ne? cum blasphemiæ, qua tales, si absit suspicio hæreseos, eorum cognitioni non subsint, vt DANDINVS *cit. sect. 3. n. 19. p. 103.* monstrat. Vlterius *sect. 4. n. 5. sqq.* addit, blasphemias hæreticales non statim esse *formales hæreses*, sed tantum operari *suspicionem de hæresi*, quod sæpe ex lubrico linguæ talia proferantur, vt tamen sanus adhuc in *fide* permaneat, quia omnis *orthodoxia* illis *fide intellectuali* & *seruili* absoluitur, qua salua, fidelis adhuc est, quibuscunque blasphemiis & criminibus inquinatus fuerit. Exemplis *blasphemiæ hæreticalis sect. 4. n. 27.* DANDINVS accenset fabulam *de tribus impostoribus* imperatori FRIDERICO II. a GREGORIO afflictam, ob quam imperio priuauit non confessum nec conuictum. Nec ERASMVS Roterodamus effugit censuram DANDINI *cit. l. n. 35.* qui ideo *suspectus de hæresi* creditus, quod omnis in hoc fuerit, vt iocis facetiisque satyricis *ceremonias ecclesiasticas* in derisionem traxerit, quamuis duntaxat abusus Romanæ ecclesiæ, superstitionem, ignorantiam, callidasque artes monachorum notauerit & exsibilauerit, atque horum animos irritauerit, vt *grauiter suspectum de hæresi* eum esse clamarent, contra quas calumnias se maleule in scriptis suis defendit. Si in manus DANDINI incidisset ERASMVS, tortura se purgare non tantum, sed præterea acrem pœnam subire debuisset. Ceterum fundamentum huius *suspicionis*, blasphemia scilicet, per se iam delictum constituit, vt post *purgationem* etiam pœnam subire debeat, quæ sine dubio inde augebitur, quod *hæreticalis* fuerit. Etenim DANDINVS *c. 1. sect. 6. n. 87.* eo vsque progreditur, vt asserat, blasphemum, ob *simplicem blasphemiam* punitum, denuo ab inquisitoribus in inquisitionem deduci & puniri posse, si postea *hæreticalis* fuisse probetur, vt blasphemus, iusto licet supplicio ob blasphemiam affectus, nunquam tutus, sed semper ipsi verendum sit, ne in manus implacabiles inquisitorum incidat, quod argumentum quoddam *hæreseos probabilis* per consequentiam inde trahi queat. Nec contra hanc inquisitionem ex *grani suspicionis causa* ortam *asyli* priuilegium

modo blasphemia hæreticalis sit.

imputata Friderico II. Erasmo.

pœnam grauiorem habet.

Duplici inquisitione digna.

Digitized by Google

blasphemo indulgetur, quod causſa hæreſeos, de qua grauiter ſuſpectus eſt, fores eccleſiæ occludat, omnique gratia eccleſiaſtica grauiter de hæreſi ſuſpectum indignum iudicet. CORTIADA *deciſ. 67. n. 23.* DONAT. *de aſyl. p. 193.*

Suſpicio ex idololatria,

§. XXXVI. Eiusdem farinæ habetur *idololatria*, in qua alterum *fundamentum ſuſpicionis* DANDINVS *c. 2. ſect. 1.* collocat, h. e. quando aliud quid præter Deum adoratur, vel adorari præcipitur, veluti dæmon, quia *negationem veri Dei*, & ſic *fidei orthodoxæ*, inuoluit, vt inquiſitorum

& Magia,

vltionem effugere nequeat. *Magiam* imprimis huc refert, atque grauem *hæreſcos* præſumtionem *ſect. 2. p. 149.* inde petit, quod magi paciſcantur cum dæmone principe, vt cogat inferiores dæmones ad inſeruiendum mago promtiſſime; *neque enim*, ait *n. 5. alias inſeruirent reliqui dæmones, qui ſunt ſuperbiſſimi.* Iuſſu igitur *dæmonis principis* inferiores cogi & conſtringi poſſunt a mago ad id efficiendum, quod vires humanas, non tamen dæmonis excedit, atque huc tendere *incantationes* credit. Hi ſunt natales *pacti cum diabolo*, vnde tot aliæ calamitates tanquam ex equo Troiano prodierunt. Ne vero ab *excorciſmis* argumentum forſan trahant profani, ſubiicit DANDINVS, eos in eccleſia quidem ad eundem effectum eſſe ordinatos, vt conſtringant dæmones; ſed *ob merita exorcitantis putatiua* plus operari, quod Deus ſanctorum ſuorum imperio coactiuo ſubicerit dæmones. Confirmat hoc dublici exemplo, α) CVNEGVNDÆ, S. HENRICI imperatoris coniugis, quæ domoni vt mancipio imperauit, vt Fabricæ templi Bambergenſis operas ſuas præſtaret, & prægrandes lapides loco competente collocaret: β) THEODORI Sedunenſis, dæmone ad inſtar *viliſſimi iumenti* vtentis ad portandam campanam, quam ei dono dederat LEO pontifex. His ſimilibusque quisquiliis & anilibus fabulis prolixiſſime hanc materiam exornat, vt eas referre tædeat pudeatque. Nemo negabit, magiam eſſe *crimen*, & *incantationes*, quæ adhiberi ſolent, fieri ex vana hac opinione, quod *carminibus* his vim ſingularem ineſſe impie credant. Sed 1) facile oſtendi poteſt, formulas *incantationum* tum a formulis *exorciſmorum*, quas in eccleſia Romana excogitarunt, tum a ritibus adhibitis eſſe deriuatas, quibus *virtutem ſingularem conſtringendi dæmones* attribuerunt, id quod omni fundamento caret. 2) Dum poteſtatem exorciſtis ſuis concedunt, *conſtringendi dæmones*, ſanctisque virtutem, diabolo vt mancipio vtendi, aſſignant, impiis anſam dederunt de mediis cogitandi, quibus dæmones, vt iuſſa expediant, cogant, vel ſe cogere poſſe credant. 3) Si pa-

ab exorciſmis diſtingenda,

qui tamen incantationes promouerunt.

ctum

Digitized by Google

dum cum diabolo probari atque oſtendi poteſt, magis *abnegationem fidei chriſtianæ* quam ſuſpicionem *de hæreſi* continet. 4) Quia etiam *pactum tacitum cum dæmone* in ſortilegiis conſtituant, omnes eorum ſpecies & ſuperſtitionum inanium modos ſollicite examinant, vt conſtituant, quousque *vehemens ſuſpicio hæreſeos* ex his oriatur nec ne? vt inquiſitores hæreticæ prauitatis, quando cauſſam ad ſuum forum trahere liceat, inde cognoſcere, & contra reos inuſitato proceſſu, qui in *crimine hæreſeos* obtinet, procedere queant.

§. XXXVII. Plura quoque ſunt facinora, ex hypotheſi peculiari eccleſiæ Romanæ orta, quæ itidem *ſuſpicionem hæreſeos* creare poſſunt. veluti α) ſi *non ſacerdos* miſſam celebrat, qui *vehementer* de hæreſi ſuſpectus creditur, vt inquiſitoribus ſubdari debeat, quod de *ſacrificio miſſæ* non recte ſentiat, vtut forſan ſpe lucri id fecerit, poſtquam mos probatus eſt, miſſas pro pecunia celebrandi: β) ſi laici ſumunt *veſtes ſacras* ad miſſæ celebrationem deſtinatas, iisque ſeſe induant, quamuis non vehementer ſuſpectus dicatur DANDINO *de ſuſp. de hæreſ. c. 3. ſect. 1 ſubſect. 1. n. 6.* γ) ſi *non-ſacerdos* audit confeſſiones, de quibus agit LIMBORCH *in hiſtor. inquiſ. lib. III. c. 16.* quod tales credant, alios præter ſacerdotes poſſe eſſe illius ſacramenti miniſtros: δ) ſi confeſſionarii ſollicitant in *ſacramentali confeſſione* mulieres, prouocantque ad actus laſciuos, quod dedecus in Italia & Hiſpania frequentiſſimum eſſe, obſeruat LIMBORCH. *cit. l. c. 17.* hoc tamen cum diſcrimine, vt in Hiſpania ſollicitantes ſint tantum ſuſpecti *de leui;* in Italia vero *vehementer* ſuſpecti; quod Hiſpani in ſollicitantibus magis *libidinem* quam *voluntatem abutendi ſacramento pœnitentiæ* conſiderare ſoleant, quaſi Itali magis caſti cenſeantur, & ſic intentio abutendi ſacramentis in eis præponderet. ε) Polygami quoque *hæreſeos ſuſpicione* laborant, ob conceptum *ſacramenti* in matrimonio latitantis ex traditione eccleſiæ Romanæ, teſte LIMBORCHIO *cit. l. c. 15,* quem fideliter ſequitur DANDINVS *c. 3. ſect. 1. ſubſ. 1. §. 1. n. 1. ſqq. p. 273.* vt parum abſit, quin & hoc ipſo non leuem *ſuſpicionem hæreſeos* ſibi attraxerit, quam tamen forſan abſterſit *p. 400.* cum vocando *impium.* ζ) Idem quoque conſtituunt de *ſacerdote*, vxorem ducente, quod *bigamus* ſit, & poſtquam matrimonium cum CHRISTO contraxit, vxorem carnalem ſuperinducat, teſte DANDINO *cit. l. §. 2.* Pariter η) dicuntur ſuſpecti de hæreſi, qui relicta & inuita legitima vxore ordines ſuſcipiunt, quod talis rurſus bigamus fiat. Sed infinitum foret, omnia argumenta recenſere, ex quibus indicia hæreſeos trahuntur; quia enim infinitas obſerua-

Noua indicia hæreſeos, ſi non ſacerdos miſſam celebrat.

ſi laici veſtibus ſacris abutuntur.

ſi non ſacerdos confeſſiones audit.

ſi in confeſſionibus ſacerdotes mulieres ad libidinem ſollicitant.

polygamia.

coniugium ſacerdotis,

Digitized by Google

tiones in ſacramentorum celebratione adhibendas excogitarunt, facile contra eas peccari & peccans in ſuſpicionem ſaltim aliqualem hæreſeos trahi poſſit, vt de eius ſalute actum ſit, ſi aliunde iam inquiſitores irritauit. Ecce enim ſi ſacerdos *poſt prandium* miſſam peragit, dicitur DANDINO *c. 3. ſect. 1. ſubſect. 5. n. 10.* ſuſpectus de hæreſi, vt denunciari debeat inquiſitoribus, quamuis teſte experientia *ſpe lucri* id fieri ſoleat. Pariter qui in conficienda euchariſtia ſacras veſtes reſpuit, eſt ſuſpectus de hæreſi, ſicuti ille huc refertur, qui *vaſa aurea* vel *argentea* in eius confectione damnat vel inſuper habet, vt IDEM docet *cit. l. ſubſect. 6. n. 6. & 7.* Hoc modo veſtes, cerei, vaſa & tot infiniti ritus per indirectum ad *articulos fidei* referuntur, quorum vſum ſpernere, eſt quodammodo fidem & religionem violare, Quid vero abſurdius eſt, quam inde ſuſpicionem hæreſeos trahere, quod quis *in vernacula* miſſam celebrauerit, quod fundamentum tamen rurſus adſtruit DANDINVS *cit. l. n. 30. ſeqq.* adeoque in genere *ſuſpectus de hæreſi* dicendus, qui contra quæuis inſtituta eccleſiaſtica quid audeat, etiam *in minimis*, vtpote ſi quis die dominico ieiunauerit, teſte GALGANETTO *de iur. publ. lib. 3. c. 3. n. 23.* &c. quod de *poteſtate eccleſiæ* non recte ſentire forſan credatur, cuius auctoritas tamen quouis modo ſalua & illibata ſeruanda.

Si non ieiunus miſſam celebrat.

ſi in miſſa ſacris veſtibus non vtitur.

ſi in vernacula miſſam celebrat.

§. XXXVIII. Imprimis vero ſuſpecti de hæreſi ſunt *fautores hæreticorum*, quales ſunt 1) qui non denunciant hæreticos vel de *hæreſi ſuſpectos*, adeo vt denunciationem omittentes vehementer de hæreſi ſuſpecti credantur, teſte DANDINO *c. 4. ſect. 1. ſubſ. 1. n. 13.* ac æque in excommunicationem incidant, atque quidem illi, qui hæreticos *recipiunt*, eosque ad dignitates promouent, *c. 13. X. h. t.* quippe qui in excommunicationem *bullæ cœnæ domini* incidunt, & grauem ſuſpicionem, quod in pari luto hæreant, incurrunt; notante EODEM *cit. l. ſubſect. 2.* Hæc omnia ad perturbandam rempublicam quietemque communem quidem faciunt, ſed quia in *fauorem fidei Romanæ* ſeu *hierarchiæ* tendunt, quæuis potius audenda, etiam cum præſentiſſimo reipublicæ interitimento, quam fautoribus hæreticorum, ſpiritu perſecutionis non inſtructis, quiduis indulgere. Id enim ad fidei feruorem & integritatem pertinere creditur, vt omnes, imi & ſummi, arma contra hæreticos, h. e. a principiis ſedis Romanæ recedentes, arripiant, eos exturbent ex mortalium ſocietate, refugium vero nullum præſtent. Quocirca etiam 2) eorum *receptores*, maxime qui ſæpius eos receperunt, licet non intuitu hæreſeos, pro ſuſpectis habendi ob graue periculum immiuens. *c. 13. X. h. t. verſ. cre-*

Poro ſuſpecti ſunt 1) fautores hæreticorum,

2) receptores,

Digitized by Google

credentes. Nisi ad receptionem vi metuque coacti fuerint, vel alia iusta caussa eos excusauerit, de qua DANDINVS *loc. cit. n. 21. seqq. p. 408. sq.* Nec 3) receptores obligat pactum vel concessus *saluus conductus*, quippe qui *absolute*, & sine vlla limitatione ab imperante hæreticis, absque suspicione hæreseos, concedi nequit, nec fides illis data seruanda creditur, vt ex traditis rigidiorum docet LIMBORCH *in histor. inquis. lib. 3. c. 2. p. 184.* Præterea 4) suspecti de hæresi redduntur principes, libertatem conscientiæ subditis baptizatis indulgentes ex sententia DANDINI *cit. l. subs. 2. §. 2. p. 414.* quod solus pontifex de hæreticis possit disponere in ordine ad religionem, nisi forsan *casus necessitatis* principibus talem tolerantiam extorserit, & ad pacem iis dandam cögerit; hoc in casu enim demum, etiam iudice REINKINGIO *de regim. sec. & eccl. lib. III. class. 1. c. 1. n. 30.* tolerantiam iis indulgere possunt, quæ restrictio in ICto A. C. addicto haud probanda. Multo magis ergo 5) suspicione hæreseos se maculat, qui hæreticos ad dignitates admouet, quod merito iis velificari & fauere creditur, & dignitas famam auctoritatemque conciliet, hæretico prorsus denegandam, nisi integræ regiones hæresibus infectæ fuerint. Vid. DANDINVS *cit. l. §. 3. p. 418.* Ex eadem ratione 6) *suspicionem* incurrunt *hæreticorum defensores*, hæreticos *verbo* vel *facto* vel quocunque officio & ingenio defendentes, & impedientes, quo minus ecclesia suum officium ad exstirpandam hæresin exercere queat, vt ex definitione *concilii Tarraconensis* sub INNOCENTIO IV. habiti tradit LIMBORCH. *cit. l. lib. 3. c. 8. p. 200.* Hos damnat etiam constitutio FRIDERICI II. in *auth. credentes C. de hæret.* ex principiis curiæ Romanæ desumta, quos *vehementer* de hæresi suspectos esse censet RICCIVLLVS *de iur. person. extr. grem. eccl. exist. lib. 5. c. 11. n. 14.* quod vt plurimum odio *S. officii* ducantur, vel potius *odio fidei*, pro qua tuenda omnes neruos intendit tribunal inquisitionis, vt censet DANDIN. *cit. l. sect. 2. n. 2.* Latissimus est hic suspicionis campus, quia plurimæ defensionum viæ sunt, tam *in iudicio* quam *extra iudicium*, vt nihil facilius sit, quam hac se onerare *suspicione*, nisi omni humanitati exemplo inquisitorum nuncium miserit. Qua de causa 7) ne quidem sub hæretico principe absque *suspicione hæreseos* arma gerere atque militare conceditur, cuius subditus non est; imo etsi subiectus ei fuerit, si bellum tamen *propter fidem* geritur, nequidem sub metu mortis ad arma arripienda moueri debet ad obedientiam, tradente DANDINO *cit. l. n. 15.* Ita facile subditi principis, a Romana fide alieni, in bello

3) concedentes hæreticis saluum conductum,

4) tolerantiam indulgentes,

5) hæreticos ad honores promouentes,

6) hæreticorum defensores,

7) sub hæretico principe militantes,

Digitized by Google

possunt ad defectionem impelli & allici, si a seditiosis clericis eis opinio & persuasio ingeratur, quod *religionis caussam* bellum respiciat. Pariter 8) princeps suspectus est de hæresi, si edicto caueat, ne contra hæreticos inquiri queat, teste FARINACIO *qu. 182. n. 75.* quia non tam humanitate quam *odio fidei* hoc constituisse credendus est, si fides habenda DANDINO *cit. l. n. 34.* Adeo omnia in deteriorem patrem accipienda sunt, vt semper pateat occasio ex crimine *suspicionis* eos inuadendi, quos clerus odio habet, id quod facile fieri potest ex traditis INNOCENTII III. in *c. 3. verss. moneantur. & verss. credentes X. de hæret.* iunctis obseruationibus FERMOSINI *in tr. crimin. ad h. t. p. 268. sqq.* Eandem suspicionem incurrit magistratus secularis, qui iuxta *c. 11. eod. in 6. in f.* iurare recusat, se inuiolabilitet obseruaturum constitutiones contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores ac defensores, ita vt iuxta FERMOSINVM *in tr. crim. ad. c. 13. §. moneantur. q. 2. n. 1. p. 273.* possit apprehendi, & iurisdictione sua priuari iuxta *c. 9. X. verss. statuimus. eod.* Et in genere suspecti crimen incurrunt, qui quomodocunque impediunt S. officium inquisitionis, & immani eius crudelitati siue *directo* siue *per indirectum* resistunt, de quibus prolixius edisserit LIMBORCH. *lib. 3. c. 10.*

5) impedientes, ne contra hæreticos inquiratur,

8) princeps suspectus est de hæresi, si edicto caueat, ne contra hæreticos inquiri queat,

9) qui iurare recusat, se constitutiones contra hæreticos obseruaturum.

§. XXXIX. Sicuti cum hæreticis familiaritatem contrahentes suspicionem hæreseos incurrunt, *c. 10. de purg. can.* quod seductionis periculo sese exponant; ita pariter non carent vehementi suspicione, qui legunt *libros hæreticorum*, ita vt ob hanc causam ad tribunal inquisitionis rapi queant, teste LIMBORCHIO *lib. 3. c. 14.* Sufficit vero, si eosdem tantum retineant, modo tales libri fuerint, qui aliena a *fide Romana* tradunt, de quo genere suspectorum plenus est DANDINVS *de suspect. de hæres. c. 6. sect. 1.* vix a *suspicione hæreseos* immunis, quod diligenter legerit LIMBORCHII, REINKINGII aliorumque, quos *hæreticos* habere debuit, scripta, eosque in suos vsus conuerterit, nisi forsan pro se allegare posset causas, quibus hæc suspicio abstergi dicitur, quas *cit. l. sect. 1. p. 461.* examinat. Plura addere tædet; sufficit enim vel inde monstrasse causas, vnde suspicio deriuatur, ita esse comparatas, vt factum iure canonico improbatum contineant, adeoque licet suspicionem tandem absterserit reus, nihilominus adhuc plecti queat, ceu iam monui, & ex his, quæ hactenus dicta sunt, illustrare volui. Interim suspicio, quæ ex his causis, eam inducentibus, trahitur, hoc operatur, vt propter illam reus ad S. officium trahi & torturæ subiici, aliisque malis

Suspecti quoque sunt, qui legunt libros hæreticorum.

lis, quæ omnem ſuperant pœnam, affligi queat, vt *ſuſpicio* hæc, quæ comitatur alia facta iure canonico improbata in effectu & *puniatur*, & *crimen* conſtituat.

§. XL. Tandem (V) ſuſpicionem hanc *criminis* inſtar haberi vel inde liquet, quod etiam ex illa *relapſis* annumerari queat ſuſpectus. Ita enim ALEXANDER IV. *in c. 8. de hæreſ. in 6. acuſatus de hæreſi vel ſuſpectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens ſuſpicio orta erat, ſi hæreſin in iudicio abiurauit, & poſtea committit in ipſa, cenſeri debet quadam IVRIS FICTIONE relapſus, licet ante abiurationem ſuam hæreſis crimen plene probatum non fuerit contra ipſum.* Miſerrima eſt *relapſorum* conditio. Omnis his *audientia* denegatur, ſimpliciter brachio ſeculari, vt executori, relinquendis *c. 4. h. t. in 6.* Sunt autem proprie dicti *relapſi*, qui conuicti & damnati de hæreſi contra abiurationem ſuam in eam incidunt & denuo ita hæretici fiunt. Enimuero ex ſententia ALEXANDRI IV. etiam his annumerandi, qui quod grauiter ſuſpecti eſſent, ſe quidem iuramento purgarunt, ſed deinceps in eam incidunt, & de ea conuincuntur. Hoc caſu *ſuſpicio grauis* idem præſtat, quod *ipſa hæreſis*, cum licet iuramento ſuam monſtrauerit innocentiam, ex *ſuſpicione* creditur antea hæreticus fuiſſe. Deſideratur autem *ſuſpicio magna* & *vehemens*: ſi *leuis & modica ſuſpicio* fuerit, poſtea tamen abſolutus reus in veram hæreſin incidiſſe deprehenditur, non tenetur pœna relapſorum ex iudicio ALEXANDRI IV. *cit. l. quamuis ex hoc grauius ſit puniendus.* Ita *leuior ſuſpicio* præcedens, purgata licet abſterſaque, auget pœnam hæreſeos ſuperuenientis, in quam poſtea incidit, vt ipſa *leuior ſuſpicio* ita in crimen deducatur. Deinde etiam *ſuſpicio noua*, quæ hæreſin abiuratam ſequitur, relapſis aggregat reum. Pergit enim ALEXANDER IV. *cit. l. ille quoque, de cuius lapſu in hæreſin ante abiurationem conſtiterat, vel nunc conſtat, ſi poſt illam hæreticos acceptat, deducat, viſitet, ſiue aſſociet, aut dona vel munera eis donet vel mittat, ſeu fauorem eis impendat*, relapſus iudicatur. Hic quidem conſtat, reum reuera fuiſſe lapſum, quia de *hæreſi* conuictus vel confeſſus erat, adeoque ſordes eius proprio abſterſit iuramento in viam rectiorem deductus, (ALEXANDRI IV. mentem ſiſto exhibeoque) ne *pertinax* eſſe videatur. Sed de nouo ex familiari vſu hæreticorum, & fauore iis exhibito fit *ſuſpectus de hæreſi*, quæ *ſuſpicio* idem præſtat, quod ipſa *hæreſis*, h. e. pœna immiſericordi relapſorum tenetur, & ipſa *ſuſpicio* ſummum conſtituit crimen. Quocirca *abiuratione* a *ſuſpecto* facta, inquiſitor in Hiſpania, teſte IO. a

Nouum argumentum criminis ſuſpecti ex doctrina de relapſis,

modo ſuſpicio grauis fuerit,

quid ſi leuior?

quid ſi poſt hæreſin abiuratam ſuperuenerit.

ROYAS

Digitized by Google

ROYAS *de singul. in fauor. fidei singul. n. 20.* ita compellare solet *vehemente suspicione* grauatum: *Fili, tu suspicionem, quam de te merito habebamus, purgasti per abiurationem, quam fecisti: volo te reddere cautiorem, & caue tibi deinceps, quomodo ages. Nam si de cætero talia agas vel dicas, propter præ proberis in futuram hæresin vel in aliam hæreseos speciem incidisse, sine aliqua misericordia pœna relapsis debita punieris, & vt relapsus tradendus eris bracbio seculari.* Pariter *leuiter* de hæresi suspectus simili modo iuramento se purgat, quo facto, inquisitor, obseruante LIMBORCHIO *in histor. inquis. lib. IV. c. 30.* ita eum alloquitur: *Fili, suspicionem, quam de te habebamus, & non immerito, purgasti per abiurationem prælibatam; de cetero caueas tibi, vt non incidas in hanc hæresin abiuratam: nam licet, si pœniteres, non tradereris bracbio seculari, quia abiurasti tanquam suspectus leuiter, & non vehementer; tamen tunc multo fortius punireris quam si non abiurasses, & pro leuiter suspecto habereris vehementer suspectus, & vt talis abiurares, & si denuo prolabereris, pœna relapsis debita punireris, & absque misericordia tradereris curiæ seculari vltimo supplicio feriendus.*

De pœnis huius criminis remissiue.

§. XLI. Desideratur adhuc pars altera a DANDINO promissa, quæ in explicandis pœnis, *quibus plectuntur de hæresi suspecti*, occupata est, quem laborem sine dubio perfecit absoluitque, sed publicare ausus non fuit. Quo vero consilio id factum sit, nec in fine operis prodit, nec editionem *secundæ partis* promittit. Forsan non consultum censoribus, qui acriter hunc librum castigarunt, visum fuit, ea in vnum congesta publicare, quæ omnem superant inhumanitatem: facilius toleranda, si sparsim a scriptoribus tantum traduntur. Paucis ergo addam, qua pœna coerceantur suspecti de hæresi ex testimonio inquisitoris Valentini IOANNIS a ROYAS, qui *cit. tr. singul 1. n. 21.* ita censet: *suspecti siue leuiter siue vehementer non debent perpetuo immurari, neque carceri perpetuo tradi, neque crucibus configuari, sed ad tempus carceri mancipari, vel ad peregrinationem faciendam, vel quod in diebus solennibus habeant inter missarum solemnia cereos suis propriis manibus ardentes, vel ad similia, prout qualitas negotii requirit.* Addit: *inquisitores suspectos de hæresi punire possunt in pœnis pecuniariis pro officio exequendo seu in pios vsus conuertendis*, quemadmodum alias *pœnitentia* solet *pœna pecuniaria* redimi. Aliquando etiam *exilii* & *deportationis* pœnam decerni, vel suspectum etiam ad triremes condemnari, testatur, quod etiam *P. 2 de hæret. n. 305.* repetit. Hæredibus tamen parcitur nonnunquam, si suspectus lite pen-

quid de hæresi

den-

Digitized by Google

dente, decesserit. Aut enim pœnitentia eidem nondum iniuncta, aut iam iniuncta erat. De priori casu ita decernit ALEXANDER IV. *in c. §. de hæret. in 6. Si propter huiusmodi hæreticorum receptationem, defensionem seu fauorem quis ad faciendam pœnitentiam, quam inquisitores ipsi iniungere vellent, bona sua obligauerit eisdem, & antequam ei pœnitentia iniungeretur, decesserit, eius haeredibus non est satisfactio pro extincto in crimine iniungenda.* Posteriori casu, si pœnitentia iniuncta, sed nondum peracta, decessit, *si per huiusmodi pœnitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per inquisitores cogi debent hæredes vel alii, ad quos cum suo onere bona huiusmodi deuenerunt,* dibus suspectorum dicendum.

§. XLII. Aliquando etiam pœna hæreticorum ordinaria tenetur suspectus, si adeo *suspicio* crescat, vt in *violentam* degeneret. Huc pertinet α) si se purgare recusat iuxta *c. 13. X. h. t. Qui inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis qualitatem que personæ propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsque ad satisfactionem condignam ab omnibus euitentur, ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint, ex tunc* VELVT HAERETICI *condemnentur,* quod contemnere *claues ecclesiæ* credantur. β) Si contumax est, respondere recusans de fide interrogatus, cum quo eodem proceditur modo iuxta *c. 7. h. t. in. 6.* γ) Qui *extra causam fidei* excommunicatus, insorduit per annum in hoc statu, habetur vt *suspectus vehementer* de hæresi, & ita contra eum vt *suspectum*, non vt *conuictum*, proceditur, pœnisque *suspectorum* plectitur, teste FERMOSINO ad *c. 13. §. qui autem. X. de hæret. qu. 1. n. 7.* quia circa articulum fidei *de clauibus* errare creditur. Enimuero etiam hic tandem *velut hæreticus* condemnari potest, si contumax est in se purgando ab hac suspicione, quo casu *vehemens* mutatur in *violentam*, vt pro conuicto habendus sit, obseruante FERMOSINO *cit. l. n. 15.* Pœna ordinaria locum habet, si suspicio est violenta.

(III.)

Singularia in fauorem fidei & odium hæreseos.

§. XLIII. Explicui indolem rationemque hæreseos tum *veræ* tum *præsumtiuæ*, & quidem ex mente *iuris canonici*, ostendique, quatenus nonnunquam protestantes nimis incaute his principiis corruptissimis insistere soleant. Palam vero ex hac doctrina est, α) fidem in certa *formula* Conclusio ex hactenus dictis

Digitized by Google

dominantis in republica eccleſiæ conſtitui, eamque ε) *orthodoxiam* vocari, quod Romana eccleſia ſibi principatum & orthodoxiam vnice tribuat, eccleſiam Romanam vero γ) hanc ſibi tribuere, quod *dominatum* ſuæ fidei & religioni ex *antiquitate* aliisque argumentis tribuat, & δ) pro ea conſeruanda, propugnanda & contra diſſentientes vindicanda quæuis audenda, tentanda, & in vſum deducenda eſſe credat, vt nihil prohibitum cenſeri debeat, quod ad finem hunc obtinendum facit, quia in integritate huius fidei ſeu *orthodoxiæ* ſalus ipſius cleri & imperii ſacri conſeruatio conſiſtit, quæ labefactanda haud eſt. Generatim in iure canonico *cauſis fidei* (*Romanæ* & ſic religioni catholicæ) ſummus *fauor* tributus eſt, ex quo tot portenta & monſtra deducta, iam referenda, ſi prius ſententiam iuris canonici generatim retulerim. Ait ALEXANDER. IV. *in c. 8. h. t. in. 6. negotium fidei ſumme priuilegiatum exiſtit*, cui conſentit CLEMENS V. *in clem. 1. h. t.* aſſerens, *in augmentum fidei* (hierarchiæ) *per circumſpectam ſedis Romanæ vigilantiam quoduis ſalubriter eſſe prouiſum*, quorſum inprimis in *c. 18. h. t. in 6.* inquiſitio refertur, quæ contra hæreticam prauitatem ad *gloriam Dei* & *augmentum fidei* dominantis introducta eſt. Inde generatim colligunt, ſemper illam opinionem amplectendam, quæ pro religione, *Romana* ſcilicet, facit, vt contendit a ROYAS *de ſingul. in fau. fidei ſing. 143.* Quocirca licet pœnalis vel exorbitans lex regulariter ſtrictum ſenſum habeat, *fauore fidei* tamen accipit largum, lateque extendenda, obſeruante EODEM *cit. l. ſing. 156.* Quia vero monſtra hæc & portenta, quæ curia Romana eiusque aſſeclæ, imprimis vero inquiſitores fidei, ex hoc *fauore* tyrannico traxerunt, infinita ſunt, reuocabo ea ad certa principia & claſſes, & ex doctrina ro. a ROYAS, CALDERINI, GABRIELIS a QVEMADA aliorumque illuſtrabo.

ε) quod Romana eccleſia ſibi principatum & orthodoxiam vnice tribuat,

γ) cuius fauor ſummus dicitur,

δ) & priuilegiatus,

§. XLIV. Sit prima regula: *quæ alias ſunt probibita, legibus aduerſa, imo ſcelus ſpirant, in fauorem fidei Romanæ permiſſa, probata, licita.* Rapere, bonis ſpoliare, occidere & inſidias alteri ſtruere, nefas ſummum eſt; imo ſummum perduellionis crimen, tale quid in regem & principem attentare. Enimuero (1) fauor *fidei* hæc ſcelera in virtutes transmutat abſoluitque delinquentes. Quid enim? cuilibet catholico h. e. ſacris Romanis addicto licet hæreticos *notorios* & *declaratos* capere, bonis ſuis exſpoliare, imo impune occidere, quod probant ex *auth. Gazaros C. de hæret.* in qua imperator edicit: *Omnes hæreticos vtriusque ſexus, quocunque nomine cenſeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus, BANNIMVS, cum longe grauius ſit, aeternam quam temporalem offendere maieſtatem.* Sicuti vero, vel TERTVLLIANO *iudice*

Inde 1) alias prohibita in fauorem fidei Romanæ ſunt permiſſa,

vt hæreticos ſpoliare & occidere,

d by Google

iudice in apol. c. 2. in reos maiestatis & publicos hostes omnis homo miles est; ita in hæreticos tanquam rebelles publicosque hostes fidei & maiestatis Romanæ quilibet orthodoxus miles censetur. Et sicuti bannitos proditoresque patriæ impune occidere licet, vt homicidæ tales præmio etiam affici debeant ex sententia *l. 35. de relig.* ita quoque hæreticos capere & occidere, pium, laudabile atque inter *merita* referendum. Ita quoque censuit a ROYAS *cit. tr. singul. 35.* aitque: *hæreticus est hostis communis & si licet hæreticum impune occidere, a fortiori eum capere licet.* Pariter IDEM *singulari 3. sqq. n. 31. & singul. 73. n. 5.* hanc sententiam tuetur & ad *Glossæ* ad *c. 32. C. 23. q. 5.* autoritatem prouocat, quæ quæuis extrema minatur hæreticis, inquiens: *quilibet sua propria autoritate hæreticos potest occidere, & capere & spoliare, eorumque ciuitates incendio consumere.* Neque, aiunt hæreticorum mastyges, *homicidii crimen* in hoc committitur, sed iusta imo *iure diuino* probata vindicta, nec hoc *est effusio sanguinis, sed legum ministerium*, vt in simili ait HIERONYMVS *in c. 31. C. 23. q. 5.* Præsidium præterea quærunt in *c. 32. C. 23. qu. 5.* quod, suggerente ipso CYPRIANO, ex anti quo fœdere *Deut. XIII.* argumentum trahit, vbi MOISES ita: *Si audieris in vna ex ciuitatibus, quas dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te, illic dicentes: Eamus, & seruiamus diis aliis, quos non nouisti, interficiens necabis omnes, qui sunt in ciuitate, cæde gladii, & incendes ciuitatem & erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc, vt auertatur ab iudignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem domini Dei tui, & obseruaueris præcepta eius.* His verbis & præceptum ipsum de *necandis idololatris*, quibus *hæretici* comparandi, & *promissio præmiorum diuinorum* continentur. Ex his verbis vero hanc consecutionem format CYPRIANVS: *quodsi ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola spernenda hæc præcepta seruata sunt, quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt, quando ille veniens non verbis nos hortatus est, sed & factis.* Denique & VRBANVS II. in *c. 47. C. 23. q. 5.* non adeo ab hac sententia abludit, aiens: *Non nos homicidas arbitramur, quos aduersus excommunicatos* (quales sunt hæretici) *zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidasse contigerit.* Conf. SCACCIAS *de iud. ciu. crim. & hær. c. 79.* LEANDER GALGANETTVS *de iur. publ. lib. III. c. 110. n. 6.*

quod meritorium censetur.

quod etiam probant ex c 32. C. 13. q. 5.

Digitized by Google

quod dogma ex doctrina de republica ecclesiastica fluxit,

§. XLV. Fluxit hæc infausta & plusquam barbara sententia ex dogmate æque reprobato de *republica ecclesiastica*, quam curia Romana in ecclesia exstruxit contra saluatoris sententiam, a me sæpius oppugnatam. vid. *tit. de maior. & obed.* Hic vero destructa, negamus, hæreticum crimen *perduellionis* committere, aut cum *proditore patriæ* esse comparandum, qui fidei christianæ corruptores arguit, eosque iuste deserit.

& pluribus argumentis refellitur,

Videlicet, quod supra iam exposui, deficit iudex in his terris in *fidei articulis*, & sic ne quidem *argumento decisiuo* ostendi potest, quis talis sit, multo minus cum *idololatris*, contra quos in veteri fœdere lex lata, comparari potest. Alioquin enim hi, 1) quos ecclesia Romana pro *hæreticis* habet, æquali iure in ecclesiæ Romanæ aſlectas vterentur, quia hæretici quiuis se pro *orthodoxis* optima fide gerunt, & in quod illis iustum, his quoque æquali iure iustum erit. Quodsi ergo dissentientes æque potentes sunt, oritur *status Hobbesianus* occasione dissensus circa *fidem*, & sic *bellum omnium contra omnes*. Præterea vero 2) si permissum est impune occidere dissentientem a fide, quam vt *orthodoxam* profitemur, & quidem pro conseruanda *fidei* & *religionis* integritate, etiam alia crimina in *fauorem fidei* forsan non erunt illicita. Quid ergo? si monachus ex probabilibus coniecturis speret, se, adulterio cum vxore viri summæ autoritatis commisso, non tantum adulteram ad fidem reducere, sed etiam efficere posse, vt, illa ad fidem catholicam per *adulterium* conuersa, insignem accessionem in republica facere queat *fides Romana*, forsan non erit adulterium hoc illicitum, quod bono ecclesiæ (*hierarchiæ*) compensatur. Forsan etiam ab hoc dogmate non adeo alieni erunt, qui e Iesu societate se profitentur, cum *probabilis* iis omnis sententia videatur, quæ pro religione facit. Horret animus, dum hæc profero, & horrebit sine dubio omnis sincerioris animi catholicus, qui nouerit cædem & furtum

quod alioquin alia crimina permissa pro conseruanda hierarchia.

argumentum ex veteri fœdere examinatur,

æque prohibitum ac adulterium. Denique 3) præsidium ex antiquo fœdere ad statum *ecclesiæ noui fœderis* non quadrat. Religio & sacra ipsi statui politico ex *singulari Dei dispositione* iunexa erant, vt illa violans & eius fœdera rumpens in ipsam delinqueret rempublicam, & crimen publicum committeret. Hac politia singulariter in terra sancta Israelitæ, ad *idololatriam* proni, instructi erant, & sicuti Deo ius maius in hac *theocratia* intuitu religionis assignandum est, ita, hac destructa, cessant quoque omnes leges huic reipublicæ tantum propriæ. Neque enim religio christiana *statui publico* innexa *vniuersalis* & cuicunque reipubl. accommodata est, quod de iudæorum republica dici nequit, quæ hac de

quia religio christiana statui publico non est in-

causa

Digitized by Google

cauſa cum nulla republica coaleſcere potuit. Sentient vim argumenti facile diſſentientes, adeoque pro eo diluendo ſine dubio inſtabunt, eccleſiam æque eſſe *rempublicam*, præfiguratam per rempublicam iudaicam. Id vero ab omni doctrina primitiua purioris eccleſiæ deuiat, quæ licet quandoque typum quendam ex veteri fœdere petierit, id tamen duntaxat *ſpirituali* & *allegorico modo* capiendum eſſe voluit, adeoque ab omni *externo imperio* & *gladio materiali*, vt loquuntur, abhorruit, &, ſi quod imperium agnouit, exemplo CYPRIANI, illud in *gladio ſpirituali* ſeu *excommunicatione* quæſiuit, cui tamen *effectus ciuiles* non tribuit, vt infra *tit. de excommunic.* plenius oſtendendum erit. Hæc binis verbis ad profligandam hanc doctrinam proferre lubuit: neque enim quæuis portenta ſub tale examen, quo tamen pleraque alia retundi poſſunt, reuocari integrum erit.

nexa, ſed uniuerſalis.

§. XLVI. Sed audi maiora maioris abollæ. Non tantum talis *vindicta priuata* licita probataque eſt erga *priuatos:* eodem iure etiam ſubditis contra regem ſuum hæreticum & impium vti permiſſum erit ex ſententia MARIANAE & ROSSAEI perſonati *de iuſta reipubl. chriſtianæ in reges impios & hæreticos autoritate*, aliorumque, vt *tit. de accuſ. p. 603.* obſeruauit. Habita eſt eo tempore, quo HENRICVS IV. rex Galliæ trucidatus erat, oratio ad curiam parlamenti, e gallico in ſermonem latinum verſa, & 1612. edita, in qua leſuitæ autores huius parricidii nominantur. *Quodſi*, ait orator, *totius orbis chriſtiani conſentientibus ſuffragiis, non alii quam leſuitæ aut leſuitarum diſcipuli, tot retrolapſis ante ſeculis, tanti deprehenduntur criminis capaces, non alii tantæ culpæ conſcii deprehenſi, quinam ſcribendi ſint autores diuinando aut coniectando laborabitis?* Poſt pauca id probat ex quorundam leſuitarum dogmatibus atque: *Cum igitur EMANVEL SA leſuita in confeſſorum inſtitutione, licere regem ſuum occidere, decernat, clericos omnes naturalis principis eximat imperio, ac proinde, vt de criminis & de ſupplicii grauitate aliquid in omnem euentum detrabat, læſæ maieſtatis vllo pacto crimen incurrere poſſe neget. Cum* IOAN. MARIANA, *cui plus hoc in negotio & artis & audaciæ, progrediatur vlterius, non licere modo, ſed & fas eſſe, principi necem intentare, modo viri eruditi, & graues, ſorte ex ipſa ſocietate, aut de viſitatoris ſententia lecti in conſilium adhibeantur, cenſeat: ſiue proditione, dolo, ſeu veneno res geratur: quin & noxii medicamenti genera enumeret, lentum, præſentaneum, in cibo, potu, in donorum miſſorum contactu, vt quosdam Mauri reges oppreſſere, in veſtis, ſellæ, lin-*

cædes etiam regum hæreticorum probantur ex doctrina quorundam,

de cæde Henrici IV. Regis Galliæ,

Digitized by Google

teorum, armorum, ephippiorum, ocrearum infectione. Quodsi in exequendo facinore occumbit sicarius, gratam superis, gratam hominibus hostiam cadere scribat. Qui libri non temere neophytis excidere; nam EMANVEL SA annorum quadraginta spatio digestum a se librum in præfatione fatetur, solemne Patrum confessorum enchiridion. Cuius auctor tantæ sanctitatis habetur, vt ideo Maria Virgo & Pater Ignatius apparuisse morienti dicantur. IOANNIS *autem* MARIANAE *liber in librorum societatis catalogo a P. Petro Ribadeneira edito anno 1608. cum operis & auctoris elogio recensetur. Quem excellentis iudicii, admirabilis eruditionis, theologiæ profundæ. quam Romæ, in Sicilia & Lutetiæ docuit, titulis commendat. Vterque cum priuilegiis & authenticis superiorum approbationibus, ille Antwerpiæ, hic Toleti & Moguntiæ excusus. Aut hic, ad grauiora quippe destinatus, accuratior, limatior, ad sanctiorem auctoritatem pluribus testimoniis in fronte munitus, censuram præferens regis Hispaniæ auctoritate a Petro Onna prouinciali factam, facultatem imprimendi a Stephano Hoieda, societatis Iesu in prouincia Toletana visitatore, (idque vi potestatis specialis a Patre generali illo celeberrimo Claudio Aquauiua factæ) concessam, qui librum a viris eruditis & grauibus ex eodem ordine dicit approbatum. Ecquis amplius hæret scrupulus, iudices? Qua in officina conflatum, vbi procusum sit ferrum? Quid? quod annis abhinc triginta huius ordinis sectarii multorum in orbe christiano principum capita, quorundam etiam cum euentu, impetiisse, nouissimæ autem puluerariæ coniurationis in Anglia machinatores fuisse conuincuntur: qua eodem temporis momento rex, regina, principes, omnes regni proceres in concilium ordinum coacti, innumerus hominum numerus, reipublicæ denique summa, citra exceptionem, citra religionis vllam distinctionem, vt ex vtraque non pauci mixtim conuenerant, horribili dispositione in aera disiecti lacerarentur. Cuius Pater* GARNETVS *Iesuitarum prouincialis in Anglia, vtut æquiuocationis fallere conaretur ambagibus, consciorum testimonio, quin & propria confessione Auctor, Director, & ni præuentum fuisset ope diuina, peractor manifesto arguitur. Hunc ipsum illi, quod tam arduum facimus adgressus, totam, quantum fuisset in ipso, hausisset rempublicam, sexcentis afficiendum suppliciis SANCTVM renunciarunt, & in album retulere suorum MARTYRVM. Quo decoratum encomio impressum & insculptum venundedere, atque posterorum consignarunt memoriæ. Quis etiamnum dubitat, quin parricidalis secta per hypocriseos cuniculos hunc egerit cuniculum, ni fractum disposuerit puluerem, ignem pararit, quæ tanto incendiarium mu-*

Digitized by Google

muneratur præmio, quæ ſatanæ martyrem angeli manu coronat? Si tales martyres, quales angeli? Sed propius gradum conferamus. Quum adhuc cardinalem Bellarminum, ſectæ coryphæum, catholicum Ieſuitarum doctorem, parricidium a Iacobo Clemente in HENRICI III. *perſona patratum ex profeſſo laudantem accenſetis, quod* IOANNES MARIANA *a maiore vi vires animumque non adeo robuſti iuuenis confirmante profectum dicere non eſt veritus, quibus dictis, ferrum herbis moxiis, vt ipſe auctor eſt, medicatum conſecrat. Quod poſt illum* RIBADENEIRA, BECCANVS, VASQVES, BONARTIVS *& complures alii factitauere. Quum libri a Pariſienſibus Ieſuitis de iuſta expulſione* HENRICI III. *continuo poſt parricidium conſcripti præfationem cernitis profiteri, in cauſſa communi fas eſſe, regem* HENRICVM IV. *excludere & deturbare. Iuxta quod monſtroſum decretum non hoſtes vlli, non inſidiæ in magni regis caput ſtructæ, quin interfuerit & præfuerit Ieſuita, quod in cauſa* IOANNIS CASTELLI, *cum mucronem dentium retudit occurſus, enituit, cum illum a P.* IOANNE GVETETO *& execrandis* IOANNIS GVIGNARDI *theſibus, quas idcirco tota cum ſocieate illuſtriſſima damnaſtis ſententia, per lectiones & confeſſiones adictum inductum inſtructumque fuiſſe agnouiſtis & conuiciſtis.*

§. XLVII. Coniurationis *puluinariæ* circumſtantias & fata ſpecialius enarrat THVANVS *lib. 135. ad ann. 1605.* ſimulque coniuratorum principia, quibus ad tam *execrabile facinus* accenſi erant, his notat verbis: *coniurati ad extrema conſilia deuoluuntur, & ante omnia conſcientiam inſtruunt, eaque inſtructa ad facinus audendum obfirmant animum. Sic autem a theologis ſuis diſſerebatur: regem deponere, regna concedere penes ſupremum eccleſiæ iudicem eſſe; atque hæreticos omnes ipſo iure extra communionem poſitos diris fidelium proſcriptionibus ſeparari, & quotannis in cœna domini a pontifice excommunicari, idque locum habere non ſolum in hæreticis profeſſis, ſed etiam occultis, quippe qui cum ipſo iure excommunicati cenſeantur, in pœnas a profeſſis ipſo facto promeritas incidant, ex eo ſequi, reges aut alios principes chriſtianos, ſi in hæreſin incidant, deponi poſſe, & ſubditos, eorum dominio protinus liberari, nec ius illud recuperari poſſe, etiamſi eccleſiæ reconcilientur - - hæreſin quippe lepram & morbum hereditarium eſſe, atque vt diſertius res exprimatur, regimen amittere, qui religionem Romanam deſerit, diris illum deuoueri, abdicari, proſcribi, nec vnquam ipſum aut illius poſteros in regnum reſtitui. Ita*, paulo poſt addit THVANVS, *ad facinus non ſolum licitum & laudabile, verum etiam MERITORIVM a theologis ſuis auctorati acceſſerunt.*

item coniuratione puluinaria,

cuius principia referuntur nefanda,

GAR-

Digitized by Google

a Garneto Iesuita promota

GARNETVM Iesuitam de conspiratione hac, extra confessionis secretum, notitiam habuisse, ex ipsius confessionibus & testimonio manu propria exarato ostendit CASAVBONVS *in epist. ad Frontonem Ducæum* scripta, quod PAVLVS PIASECIVS *in chron. ad ann. 1605. p. 233.* negauit, nullius fultus actis publicis aut documentis. Equidem iam supra obseruaui, hanc doctrinam inter articulos fidei ecclesiæ Romanæ *in vniuersum* referri non posse; detestatur enim iustissime eam ecclesia Gallicana, quod nouissime IACOBI BENIGNI BOSSVETI, Meldensis episcopi, *defensio declarationis celeberrimæ, quam de potestate ecclesiastica sanxit clerus Gallicanus XIX. Mart. MDCLXXXII.* nuper demum edita, & iussu LVDOVICI XIV. regis christianissimi scripta, demonstrauit; fatendum tamen est, *iuris canonici* & *curiæ Romanæ* principia, a sodalibus societatis Iesu tum asserta tum propugnata, hanc infaustam & infernalem doctrinam peperisse, adeoque ad minimum huic iuri, quod illustro, eam attribuendam esse. Aut ergo pontifices in hoc diro edicto errarunt, aut non. Priori casu corruit auctoritas pontificis falli nescia, licet *pro cathedra* seu *imperio* hoc dogma edixerit; posteriori casu clerus Gallicanus ab hæresi immunis esse nequit, articulum talem impugnando, quem pontifex in suis decretalibus definiuit, & ipso vsu in praxin deduxit. Sicuti vero posterius asserere, temerarium foret, vt BOSSVET egregie monstrauit, ita prius indubie asserendum est, quod etiam episcopus Meldensis ad oculum demonstrauit. Equidem ANTONIVS SANCTORELLVS e societate Iesu in *tr. de hæresi, schismate, apostasia & de potestate summa pontificis* anno 1625. ab hoc errore in hac doctrina liberare curiam Romanam, pleniusque euincere conatus est, *summum pontificem posse pœnis temporalibus punire reges & principes, eosque deponere & suis regnis priuare ob crimen hæresis; eorumque subditos ab illorum obedientia liberare, eamque semper in ecclesia fuisse consuetudinem. Imo etiam propter alias causas, vt pro delictis, si expedit: si principes sint negligentes: propter insufficientiam & inutilitatem suarum personarum. Item, pontificem ius & potestatem habere in spiritualia simul & omnia temporalia; & inesse de iure diuino vtramque potestatem, spiritualem & temporalem: credendumque esse, ecclesiæ summoque eius pastori concessam esse facultatem puniendi pœnis temporalibus principes, transgressores legum diuinarum & humanarum, præsertim si crimen fuerit hæresis &c.* Sed etiam hæc improba dogmata per *censuram cleri Gallicani* optimo iure damnata sunt, quam refert BOSSVET *cit. tr. P. II. lib. IV. c. 4.* eamque *cap. sqq.* egregie illustrat, quam etiam exagitauit ALPHONSVS DE VARGAS

in iure canonico probata

& a Sanctorello denuo defensa.

Digitized by Google

CAS *de ſtratag. & ſophiſm. polit. ſoc. Ieſu c. 55.* Plura, huc pertinentia, reſeruo ad *tit. de excommun.*

§. XLVIII. Ex his *ſeditioſis principiis* pariter ſua hauſit ROSSAEVS §. *XLIV.* allegatus, & ſcelera nefandiſſima virtutis chriſtianæ operationes eſſe cenſuit. In *octo prioribus capitibus* hæc doctrinæ peſtiferæ monumenta præmiſit: hæreticos omni poteſtate in chriſtianos carere: hanc eſſe & fuiſſe chriſtianorum in omnibus temporibus & regionibus FIDEM, hæretico imperatori non eſſe parendum; hoc euincere omnium chriſtianorum regnorum formam & inſtitutionem, quæ ad ciuilem pacem & honeſtatem, & potiſſimum & ad æternam corporis animæque felicitatem fide chriſtiana conſequendam dirigitur: hæc bona hæreticum ipſa *hæreſis* profeſſione naturaliter & neceſſario chriſtianis eripere, eosque ad ſeditiones, ad vitia, ad æternam animæ corporisque damnationem directo impellere & præcipites agere: hæreticum *regem legitimum* non eſſe, nec eſſe poſſe, imo fere eſſe tyrannum, & tyrannum nequiſſimorum ſceleratiſſimum &c. Ex his vero hanc nectit concluſionem, *contra talem tyrannum bellum poſſe iuſte ſuſcipi*, quod *c. IX.* propugnandum ſuſcepit, & bellum *pro fide* contra hæreticos, vt *iuſtiſſimum*, defendit. Vt vero demonſtret, regem hæreticum occidere fas eſſe, hoc improbo & nefandiſſimo vtitur argumento, *regem per hæreſin e rege fieri priuatum*, quo poſito, quæuis in eum permiſſa ſunt, quæ in *priuatum hæreticum*, cuius deplorandam ſortem tradidi ſupra. Hunc in finem in ſcenam ex veteri fœdere producit *leproſos*, vtpote cum quibus hæretici comparari ſolent, quod *ſpirituali lepra* laborent, & ſicuti illi e ciuitate eiiciebantur, omni hominum conſortio priuati, ita *lepram ſpiritualem* idem præſtare cenſet, vt rex hac *lepra ſpirituali* infectus ab omnibus derelinquendus ſit. Etenim CHRYSOSTOMVS *homil. 5. ad verba Eſaiæ: Factum eſt anno, quo mortuus eſt rex Oziae tom. 1. p. m. 1308.* hoc ipſum etiam applicuit ad reges leprolos, crediditque humanius actum fuiſſe cum rege Oziа lepra infecto, quod e ciuitate non fuerit eiectus. *Mos erat vetus*, inquit, *leproſum e ciuitate expellere, vt & hi, qui in ciuitate viuebant, melius haberent, & ipſe leproſus non obiiceretur promtis ad inferendam contumeliam, ſcommatum ac deriſionis occaſio: ſed vt extra ciuitatem commorans ſolitudinem veli loco haberet, obtentatam aduerſus iniuriam calamitatis.* Applicat hoc ad regem Oziam aitque: *Hoc & regem hunc perpeti oportuit poſt lepram, ſed non perpeſſus eſt, his, qui in ciuitate erant, illum ob principatum reuerentibus. verum mansebat domi ſuæ clanculum. Hoc ad iracun-*

Roſſæi impia dogmata recenſentur,

quæ ſeditioſa ſunt.

a leproſis eiectis deſumta.

diam prouocauit Deum: hoc prophetiam inhibuit, quodque tempore Heli factum eſt, verbum pretioſum erat, nec erat viſio præcipiens. Interim hanc indulgentiam populi erga regem leproſum Deum haud vltum fuiſſe, fatetur CHRYSOSTOMVS, ſed duntaxat his velut verbis improbauit: *ego quidem illum eieci e templo, vos autem ne e ciuitate quidem: ego illum victum lepra e rege priuatum reddidi; vos autem ne ſic quidem ſuperaſtis, ſed a me condemnatum non ſuſtinuiſtis e ciuitate propellere: & tamen fortaſſe factum hoc rex placide laturus erat.* Hanc legem de *leproſis eiiciendis ex conſortio hominum* etiam contra *lepra ſpirituali* laborantes latam ineptiſſime credidit impoſtor, regesque hac allegoria ſolio deturbatos *in priuatorum ſortem* redigi voluit, quo ipſo ſacerdotio ſuo ſupremum imperium in reges & imperantes aſſerit, vtpote cui cognitio *de hæreſi* vulgo priuatiue adſcribitur. Ita vero ex *ſola gratia ſacerdotum* regnant reges, quorum odium ſi incurrunt, *lepra ſpiritualis* mox eis affingi, & idem in eos, quod in quemuis *priuatum* & omni hominum conſortio exutum, ſtatui poteſt. Ita enim homo nequiſſimus *p. 621.* rationes ſubducit, poſtquam verba CHRYSOSTOMI adduxerat: *In quibus* (verbis) *manifeſtum eſt, regem, lepra hæreſique infectum, e rege fieri priuatum populique fidelis officium, quod DEO & eccleſiæ debetur, poſtulare, vt quem regem ſacerdos propter lepram hæreticam eiecit ex eccleſia, eundem ipſum respublica non aliter quam priuatum quemuis homuncionem legibus obnoxium exterminet e ciuili ſocietate.* Inde vero vlterius *cit. l. §. 13. p. 646.* concludit, *non ſolum permitti ſubditis, vt contra reges hæreticos arma ſumant, ſed etiam laudabile eſſe, idque ſubditorum chriſtianorum officium requirere*, id quod ſi verum eſt, ſi vt hoſtis reipublicæ habendus, nihil aliud ſupereſt, quam vt quilibet ſubditus in talem regem miles eſſe, eumque occidere queat, qua ſub infernali philoſophia tandem trucidatus eſt HENRICVS IV. contra quem hunc tractatum ſcripſit impoſtor nequiſſimus.

Concluſiones ex regula adducta variæ,

§. XLIX. Transeo ad alia, quæ ex regula *§. 42.* aſſumta deducta ſunt. Equidem (II) prohibitum eſt ſub *excommunicationis* pœnà clericum percutere, adeo vt illam ſolus Romanus pontifex *iure reſeruato* ſoluere queat. *c. 29. c. 17. q. 4. c. 8. X. de ſent. excomm.* Enimuero clericum hæreticum percutiens impunitus eſt, nec in hanc ſcyllam incidit, quod hæreticus omni iuris beneficio & præſidio inſtar monſtri priuatus ſit. *c. 3. X. de ſent. excom.* ibique INNOCENTIVS IV. *in comm.* (III) Fauore *fidei* & in odium *hæreſeos* permiſſum eſt diuortium, etiam priuata auctoritate ſuſceptum, *c. 6. X. d. diuort.* quod alias ſine ſae-

Digitized by Google

scelere fieri non poterat. *c. 10. C. 35. q. 6.* (IV) Fauor *fidei* seu *orthodoxiæ Romanæ* probat etiam vsum armorum illicitorum in officialibus sanctæ inquisitionis. *clem. 2. in f. de hæret.* In ipso processu plura alias prohibita *permissa* sunt, si contra hæreticum in causa hæreseos proceditur. Nam quamuis (V) criminosus criminosum accusans repellatur, non tamen arcetur hæreticus hæreticum accusans *c. 36. C. 2. q. 7.* Pariter (IV) nec repellitur inimicus, ex mente IO. a ROYAS *de sing. in fau. fid. sing. 10.* & obseruatione PHILIPPI a LIMBORCH *in histor. inquis. lib IV. c. 9.* nec (VII) filius accusans patrem, etiam *occulta hæresi* infectum, ex sententia ALPHONSI de CASTRO *de iusta hæret. punit. lib. II. c. f.* id quod propugnant ex *l. 35. de relig.* asseruntque, patrem oppugnatorem fidei Romanæ æque esse *hostem* & *proditorem ecclesiæ*, vti perduellis reipublicæ. Pari ratione etsi (VIII) subditi ex nulla ratione accusare queant episcopum suum, *c. 13. sq. C. 2. q. 7.* multo minus pontificem, non repelluntur tamen, si exorbitauerit *a fide, cit. c. 13.* Vt nec pontifex contra talem accusationem in concilio tutus esse dicatur, vt asserui *tit. de accus. §. 61. sq. p. 579.* nec imperatores regesque alias nemini obnoxii, quod in *causa fidei* ecclesiæ iudicium subire debeant, vt *c. l. §. 56. p. 575. sq.* dictum. (IX) Licet personas priuilegiatas torquere prohibitum sit, permissa tamen tortura in crimine *læsæ maiestatis* & *hæreseos*, quæ illi æquiparatur, *l. 4. C. ad L. Iul. mai.* (X) Nemo potest simul accusator & testis esse, immo testis quoque repellitur, si se offerat, vel alias inhabilis sit; sed *crimen hæreseos* quæuis irregularia & portenta admittit, vt idem *accusator* & *testis* esse queat, nec reiicitur se offerens, vt ex *c. 4. de testib.* euincit IO. a ROYAS *cit. l. sing. 7.* multo minus alias inhabilis, vt docet LIMBORCH. *in. histor. inquis. lib. IV. c. 9. & 10.* Similiter (XI) in causa *orthodoxiæ* accusatores etiam iudices esse possunt, vt ex *praxi conciliorum ad tit. de accus. §. 8. sqq. p. 523.* obseruaui. (XII) Prohibitum est, attestationibus publicatis nouos producere testes; sed non in *causa fidei* ex mente IO. a ROYAS *cit. tr. sing. 22.* quod ex nullo alio deducitur principio, quam quod in fauorem fidei quæuis prohibita permissa censeantur. (XIII) Quamuis, causa a pontifice delegatis commissa, regulariter suspendatur ordinarii iurisdictio, negotium hæreticæ prauitatis tamen non idem præstat. Vt enim dictum negotium *efficacius*, *melius*, *vtiliusque* procedat, episcopi & inquisitores delegati inquirere valent *communiter* & *diuisim*, & si *diuisim* processerint, iubentur, sibimet inuicem communicare processus, vt per hoc possit melius veritas inueniri *c. 22. h. t. in 6.*

in processu imprimis.

(XIV) Teſtes reprobati & prohibiti in *cauſa hæreſeos* admittuntur in *c. 5. h. t. in 6.* etiam frater contra fratrem, *c. 14. X. de præſumt.* hæreticus contra hæreticum. *c. 5. cit.* (XV) Iudex *dolo* vti poteſt, vt veritatem eliciat, licet ſuſpectum de hæreſi fallat decipiatque. Quæuis ſunt probata, pia & ſana, quæ contra hæreticos ſuſcipiuntur. En! egregiam & piam cautelam, quam ſuggerit IO. a ROYAS *de ſingul. in fauor. fid. ſing. 94. n. 4.* Videlicet boni & religioſi viri ad incarceratum intrare iubentur, qui blandis ſermonibus in limine ſui ingreſſus de variis rebus ſermones cum eo miſceant, poſtea reo conſilium ſuggerant, vt ſponte fateatur crimen, addendo, inquiſitorem eſſe mitem & benignum, eumque ſuæ cauſæ optimum eſſe moderatorem & arbitrum; alioquin proceſſum fore immortalem, & carcerem perpetuum. Præterea & inquiſitor hac *humanitate ſimulata* ergi eum vti iubetur, eique ſpem gratiæ facere, ſi ſponte fateatur crimen. Cauillationes quoque alique fraudes non ſunt prohibitæ, quia iudex non tenetur ſeruare qualemcunque promiſſionem hæretico factam, vt IDEM *cit. l. in f.* aſſerit. (XVI) Quamuis iudicia criminalia *in eccleſiis* non ſint exercenda, cauſa hæreſeos tamen in eis diſcuti & agitari poteſt, *c. 6. C. 2. q. 2.* quod concilia probant, in eccleſiis habita. (XVII) Hæretici etiam licite ex templis extrahuntur, omni immunitate priuati, etiamſi tantum ſint *hæretici præſumti*, ex doctrina MICHAELIS ANGELI DONATI *de aſylia reſol. 173.* multo magis ergo veri, EODEM iudice *reſol. 169.* (XVIII) Licet viuentis nulla ſit ſucceſſio, volunt tamen in fauorem fidei legitimam petere poſſe liberos orthodoxos a patre hæretico, iuxta tradita IOAN. a ROYAS. *cit. tr. ſing. 65.* (XIX) IDEM porro *ſing. 71.* addit, non eſſe parcendum hæretico, licet in furorem poſtea inciderit, ad minimum intuitu confiſcationis bonorum. Denique (XX) parentes etiam a liberis orthodoxis ob hæreſin exhæredari poſſunt iuxta *Nov. 115. c. 3.* Superſunt plura alia monſtroſa in proceſſu ipſo contra hæreticos, ſedulo enarrata & relata a LIMBORCHIO *in hiſt. in. quiſ. lib. IV.* quæ reguſtare nolo.

alia irregularia extra proceſſum.

2) alias libera fiunt neceſſaria in fauorem fidei.

§. L. Altera regula eſto: *quæ alias voluntaria & libera ſunt, in cauſa fidei debita ſunt & neceſſaria, ſi id eccleſiæ expediat.* Nam (1) etſi alias accuſatio libera ſit, nec inuitus quisquam accuſare teneatur, niſi ex *neceſſitate officii*, quod actor gerit, *t. t. C. vt nemo inu. ag. ſeu accuſ. cog.* vt plenius euici *in diſſ. iur. eccl. antiq. ad Plin. & Tertull. diſſert. VI. nouiſſ. edit.* tamen *in cauſa hæreſeos* quilibet ad denunciandum vel accuſandum

denunciatio enim eſt neceſſaria.

Digitized by Google

dum obligatur, quod hæreſeos crimen reipublicæ chriſtianæ ſit perniciosiſſimum, vt ait IO. a ROYAS *cit. tr. ſing. 3. ſqq. n. 4.* *Et quia*, pergit, *nullum crimen grauius eſt, quam crimen hæreſeos, ideo confeſtim ſine mora aliqua ad accuſandum vel denunciandum properandum eſt.* Qui enim non accuſat vel reuelat inquiſitoribus hæreticum, ſuſpectum *violenter* de hæreſi ſe reddit, vt cenſet ALPHONSVS DE CASTRO, *cit. tr. lib. II. c. 25.* cum DANDINO *de ſuſpect. de hæreſ. p. 403. n. 37.* qui id exemplo plus quam barbaro illuſtrat, Hæc obligatio vt arctius vinculum capiat, in quibusdam regnis, vt in Hiſpania, *edictum fidei*, quod vocant, quotannis publicatur, cuius publicationi & ſermoni generali *de fide* omnes ſub *pœna excommunicationis* intereſſe iubentur, niſi iuſte impediti fuerint. Neque vero in ſimplici admonitione ſubſiſtunt inquiſitores, etiam ſub *pœna excommunicationis* imo vinculo *iuramenti* adſtringuntur ſinguli ad *reuelationem* & *denunciationem*, teſte LIMBORCHIO *lib. IV. hiſtor. inquiſ. c. 3.* Imo hæc duriſſima & ab omni humanitate aliena lex ſingulis imponitur, vt frater fratrem, conſanguineus conſanguineum, imo vxor maritum & maritus vxorem deferre teneatur, quod etiam non ſine ingenti immanitate ad liberos extendit IO. a ROYAS *cit. tr. ſing. 3. n. 29. ſq.* cum DANDINO *de ſuſpect. de hæreſ. p. 401. n. 29.* quia talis immanitas & crudelitas expedit reipubl. eccleſiaſticæ. Excipiunt tamen caſum, quoties ex *ſacramentali confeſſione* ſacerdos cognouiſſet crimen, id quod prodere non debet ob *ſigillum confeſſionis*, vt rurſus obſeruat a ROYAS *cit. l. n. 40.* Ceterum methodus hæc detegendi hæreticos aliosque ſceleratos fluxit ex enormi abuſu *excommunicationis ad effectum reuelandi*, mediante qua etiam abdita & ſecreta cordis a quibuscunque elicere poſſunt hi, qui talia edicta proponunt.

ob edictum fidei

ſub pœna excommunicationis.

§. LI. Methodus hæc fundamentum habet in *c. vn. extr. comm. de furt.* & plenius illuſtratur ab ANTONIO LAZARID *in quæſt. canon. de monitor. ſeu excommunic. ad effectum reuelandi*, THEOPHILO RAYNAVDO *de monitor. eccleſ. ad extorquendam reſtitutionem vel reuelat.* IO. de DICASTILLO *de cenſur. diſp. III. ſect. IV. dub. II. ſqq.* aliisque, vſumque principaliter habet in criminibus, quorum inquiſitio ad *tribunal* S. *officii* pertinet, quippe quod id vnice agit curatque, vt ſingulos in terrore & pauore contineat, & vbique ſummæ immanitatis edat documenta. Monet quidem RAYNAVDVS *cit. tr. p. 223. in hæreticis occultis*, qui hæreſin tamen non docent, aliisque inculcant, præmittendam eſſe *fraternam*

Methodus arcana quæuis a laicis extorquendi indicatur.

Digitized by Google

nam correctionem, antequam denuncietur, quod ea salutaris esse queat denunciando; ast hæc *charitas christiana* longissime abest tum a *iudicibus* huius tribunalis, tum ab his, qui eius iura tuentur. Quæuis *monstra* admittunt, modo hæresis exstirpetur. Etenim, docente cum pluribus aliis DICASTILLO *cit. l. dub. 44.* contendunt, in iis, *quæ ad fidem & bonum religionis catholicæ* pertinent, crimina contraria, quamuis occulta, statim sine vlla fraterna correctione præmissa denuncianda sunt inquisitoribus seu iis, qui hoc crimen vindicare debent, quod *spes emendationis* frustranea sit. *Nam*, pergit, *qui se opponit auctoritati ecclesiæ, neque illa corrigitur, quemodo priuata autoritate credendum est fore, vt corrigatur?*

Maxime si quid contra fidem & hierarchiam suscipitur occulte.

Neque rationem habendam doctrinæ a CHRISTO traditæ MATTH. XVIII. opinatur a ROYAS *cit. l. n. 21.* quæ tantum de *fratre* peccante intelligenda; *ast*, pergit, *hæretici non censentur fratres, sed extranei: quia non filii Dei, quemadmodum christiani, sed filii diaboli censentur*, qua in re, relicto CHRISTO, & apostolo PAVLO, iudæorum impias traditiones secutus est. *Luc. X. 29. sqq. Tit. III. 10.* Nec mitiori iudicio ducitur DICASTILLO *cit. l. n. 773.* explicando PAVLI dogma de *hæretico non pertinaci*, quod infrunitum. Antequam enim errans vna alteraue vice admonitus aut correctus fuerit, non constat, vtrum errori suo pertinaciter inhærere, quam veram admittere doctrinam malit. Denique discrimen inter hæreticum *pertinacem* & *non-pertinacem* nullius effectus esse, vel inde constat, quod ipse DICASTILLO *dubit. 46. num. 780.* strenue defendat, adhuc denunciandum esse hæreticum iam *emendatum* & *pœnitentia ductum*, quamuis ita palam sit, eum non fuisse hæreticum *pertinacem*, ex doctrina Romanæ ecclesiæ. Sufficit, quod præcauendum sit, ne tam insigne malum repullulet in homine conuerso, quoque *in delictis*, vt ait DANDINVS *de susp. de hæres. c. IV. sect. 1. subs. 1. n. 17. p. 401. spectetur voluntas in actum deducta, non perseuerantia voluntatis in eo*, quæ doctrina rursus pugnat cum conceptu de *pertinacia*, quam hæreticorum mastiges tamen necessariam in quouis hæretico proprie dicto desiderant. Magis conformis est sententiæ *de suspectis de hæresi*, quod tales suspicione graui adhuc laborent, vt tutius sit, iudice IO. a ROYAS *cit. l. n. 34.* etiam emendatum denunciare. Quod plenius & cum magno feruore propugnat IDEM *de hæret. p. 2. assert. 3. p. 84. Hæretici enim*, pergit *cit. l. n. 60. suapte natura sunt callidi: fingunt se esse correctos & emendatos, vt hoc pacto catholicos decipiant, qui bona fide & sinceritate credunt hæreticos iam esse emendatos, & reuera non*

Digitized by Google

non ſunt, cum peruerſi difficillime corrigantur. Vel hæc aſyſtata, quæ *fauor fidei* deſiderat, docent, parum præſidii errantibus præſtare *defectum pertinaciæ*, & reuera hanc *dicis gratia* tantum, ſine effectu, ad formalem conceptum *de hæreſi* requiri, quia flagellatoribus hæreticorum quæuis intuta, quæuis ſuſpecta, nihilque interdictum, quod immanitati inquiſitorum inſeruire poteſt.

§. XII. Præterea (2) quamuis nemo *gratis* operas ſuas alteri præſtare teneatur, ſed hoc ex *beneplacito* & *arbitrio* ſingulorum dependeat; tamen negotium fidei quilibet *gratis* defendere atque inquiſitoribus aſſiſtere tenetur, vt ſunt aduocati, aſſeſſores, aliique periti, niſi liberaliter aliquod eis ab inquiſitoribus fuerit oblatum, ex ſententia 10. a ROYAS *in ſing. in fauor. fidei ſingul. 15.* (3) Remiſſa quidem eſt neceſſitas conſanguineis, contra conſanguineos in cauſis criminalibus teſtimonium dicere; *l. 4. & 5. D. de teſtib.* ſed in hoc crimine quilibet, etiam pater contra filium & vice verſa, cogi poteſt, ad teſtimonium dicendum, *c. 14. de præſ.* cum etiam denunciare conſanguinei teneantur, quod probat IDEM *cit. l. ſing. 42.* (4) Liberum alias eſt, vtrum quis velit contra ſe edere inſtrumenta, maxime ſi inde de delicto commiſſo conuinci debeat. *l. 4. C. de edend.* Qui de *hæreſi* accuſatur, libros vel inſtrumenta contra ſe edere cogitur, *c. 12. h. t. in 6.* cum etiam vſurarii ad hoc cogantur, *clem. vn. verſ. ceterum de vſur.* quos longe vincit hæreticus. (5) Libera alias eſt de *iure poſitiuo* delinquentium correctio, vt nemini *neceſſitas* impoſita ſit *externe* obligans, alterum emendandi; (licet *interna* obligatio vniuerſalior ſit) ſed errantem *in fide* corrigere, vel ab errore reuocare, *abſolutæ neceſſitatis*, imo tam obligatorium eſt, vt, qui manifeſto facinori tali obuiare deſinit, non careat ſcrupulo *ſocietatis occultæ*, h. e. fiat *ſuſpectus de hæreſi*, ex doctrina 10. a ROYAS *cit. l. ſing. 52. n. 3.* (6) Poteſt quidem mater, ſi velit, filias dotare, ſed non compellitur; *l. 14. C. de iur. dot.* aſt *mater hæretica* filiabus orthodoxis h. e. dominanti religioni, primario vero Romanæ, addictis dotem & filiis orthodoxis donationem propter nuptias æque ac pater principaliter, non in ſubſidium, conſtituere cogitur, *ne propter diuini amoris electionem paterna vel materna ſint liberi prouiſione defraudati*, vt dicitur in *l. 19. C. h. t.* ibique BRVNNEM. *in f.* Vel hæc verba indicant, de *prouiſione ordinaria iuris* hoc eſſe intelligendum, quam parentes hæretici, odio liberorum diuerſæ religionis iis interuertere ſtudent, adeoque inde colligi nequit, ma-

Gratis quilibet aſſiſtere debet inquiſitioni.

coguntur conſanguinei ad teſtimonium.

corrigere hæreticum abſolutæ neceſſitatis eſt,

mater hæretica filias dotare cogitur.

Digitized by Google

matrem æque ac patrem ad dotandum, nec tantum *in ſubſidium*, teneri. Dicendum eſt itaque, matrem potius hoc in caſu teneri *in ſubſidium*, quod tantum leges præcauere voluerunt, ne parentes liberis, dominanti religioni addictis, ſubtrahant debita iuris auxilia, licet in *ordine prouidendi* nihil mutauerint. Verum hæreticorum maſtiges omnia corradant ſine iudicio, vt IO. A ROYAS *cit. l. ſing. 129.* modo orthodoxiæ faueat, hæreſi autem noceat, licèt a veritate aliena ſint. (7) Iudex diuerſi iudicii requiſitus *poteſt* quidem ſententiam ab alio iudice latam exequi, non tamen præciſe compellitur, ſed iudices ſeculares ſunt *neceſſarii executores ſententiarum clericalium* in materia hæreſium, adeo vt niſi eum, quem crudelitas iudicii eccleſiaſtici hæreticum declarauerit, igni tradiderint, mox mucrone excommunicationis ſe percuſſos noſſe debeant, quam ſi per annum animo ſuſtinuerint pertinaci, *ex tunc* velut hæretici condemnari debeant iuxta *c. 18. h. t. in 6. in f.* quod in articulo de *excommunicatione*, qui eſt fidei Romanæ, errare pertinacider credantur.

Tenetur iudex ſententiam exſequi contra hæreticos.

Imperium in conſcientiam pro licito habetur,

§. LIII. Denique (8) quid magis liberum & vinculis legum ſolutum eſt, quam conſcientia, cogitatio, mentisque operatio? Inde eſt, quod nemo *cogitationum pœnam* patiatur, nec de *occultis* iudicet eccleſia. Enimuero in cauſa *fidei Romanæ* longe aliud iudicium ferendum ex ſententia iuris canonici, vt ſupra iam oſtenſum §. X. *ſq. p. 826.* quod *imperium in conſcientias* quoque iudicibus eccleſiaſticis concreditum ſit, vt *ex officio* teneantur contra *ſuſpectos de hæreſi*, qui *mentalem* fouent *hæreſin*, inquirere, & ſi ex *confeſſione* de *hæreſi* tali conſtat, eosdem punire, quod *ſola cogitatione* committatur, vt cenſuit IO. A ROYAS *cit. l. ſing. 153.* Imprimis autem exercetur *imperium in conſcientias* per *imperatam abiurationem hæreſeos*, ab iis exigi ſolitam, qui vel de hæreſi *condemnati* vel *ſuſpecti* iudicati ſunt. Equidem olim qui ad eccleſiam ſeu orthodoxiam *ſponte* reuertebantur, & receptionem in gremium eccleſiæ cum *abſolutione* ſerio quærebant, maxime ſi e clero eſſent, *libellum fidei* ſuæ, cum damnatione errorum, edere, & ad epiſcopum mittere iubebantur, *c. 19 ſeqq. C. 1. q. 7.* cuius formula habetur in *c. 42. de conſecr. D. 2.* vt iudicari poſſet, vtrum rurſus eſſent recipiendi nec ne? Verum poſtquam *error circa fidem* criminibus publicis, igne vindicandis, annumeratus fuit, contra propriam criminum naturam, adeo immani more cum errantibus procedituf, vt in inquiſitionem deductis laicis hic vnicus ſalutis portus ſuperſit, ſi *abiurata hæreſi* & *ſatisfactione exhibita* (quam *pœnitentiam* vocant) *confeſtim ad fidem* con-

in materia hæreſeos,

per abiurationem exercitum,

confugerit orthodoxam, id quod ni fecerit, *ſecularis iudicis arbitrio relinquitur*, *debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem*, vt dicitur *in c. 9. X. h. t. c. 10. X. de purgat. canon.* Huius *abiurationis* hic immanis effectus eſt, vt qui poſt eam deprehenſi fuerint in *abiuratam hæreſin* recidiſſe, ſeculari iudicio *ſine vlla penitus audientia* prorſus relinqui debeant, *c. 9. cit. verſ. qui vero. c. 4. c. 8. h. t. in 6.* quo ipſo omnis defenſio illis ademta eſt, quam recta ratio & lex diuina nemini, etiam ſceleratiſſimo, ademit. Ceterum *abiurationem* hanc omnes ſubire debent, vt nemo, quacunque dignitate præfulgeat, ſeſe ab hoc imperio in conſcientiam eximere, nec pueri quatuordecim, & puellæ XII. annis maiores ſeſe excuſare queant, vt ex conciliorum decretis probatum dedit LIMBORCH *in hiſtor. inquiſ. lib. IV. c. 31.* *Abiuratione* facta abſoluuntur. & variis adhibitis cautelis pro diuerſitate hæreſeos vel ſuſpicionis reconciliantur, EODEM obſeruante *cit. l.* vbi & *formulas abiurationis* varias enarrat. cuius effectus indicatur.

§. LIV. Sequatur tertia regula: *Quæ præcepta, legibus imperata & ſerio iniuncta ſunt, in fauorem fidei Romanæ remiſſa & ab omni nexu obligationis liberata ſunt, quatenus hoc expedit rei eccleſiaſticæ.* Nihil ſanctius eſt fide humana, nihil religioſius. Si tollis fidem, tollis illud vinculum, quo naturalis ratio omnes homines inter ſe colligauit, atque vniuit, ſine quo tamen humanum genus ſubſiſtere nequit. Hæreticis tamen *a*) num fides data ſeruanda ſit, in dubium vocatur a plurimis, forſan ideo, quod omnem *nexum ciuilem & naturalem* tollat *hæreſis* ex iuris canonici ſententia, efficiatque hac peſte infectos extorres, omniumque iurium vſu priuatos; id quod ſi verum eſt, hæreticus nullum ius ex *fide data* acquirere vel retinere poteſt. Ita cenſuit SIMANCAS & BRVNVS, cuius verba recenſuit LIMBORCH. *in hiſtor. inquiſ. lib. III. c. 2. p. 184.* Pariter ab hac doctrina non eſt alienus IO. a ROYAS *in ſingul. in fauor. fidei ſing. 3. ſeqq. n. 38.* quod hæretico, quia non ſeruat fidem (*theologicam*), cum ſit *hæreticus* & *infidelis*, fides (*ciuilis*) non ſit ſeruanda. Lepida admodum hæc ratio, & ab omni recto ſenſu remota eſt. Expreſſius hanc ſententiam propugnat *in ſing. 63.* aſſerendo, *ob tanti criminis prauitatem communem Dd. ſententiam receptam, fidem a priuato præſtitam hæreticis ſeruandam neutiquam eſſe, & ideo recte traditos igni eſſe in concilio Conſtantienſi Ioannem Huſſum & Hieronymum Pragenſem, quamuis eis data fuerit ſecuritas.* Imprimis vero hic quæſtio eſt, de *fide hæreticis data intuitu religionis*, ſi illis *pax religioſa* pacto publico a principe promiſſa:

3) Legibus imperata remiſſa ſunt in fauorem fidei Romanæ,

vnde hæreticis fides non eſt ſeruanda.

intuitu religionis,

Digitized by Google

missa: si *salvus conductus specialis* eis concessus: si *libertas conscientiæ* pace solenni illis indulta. Non nego, inter ecclesiæ Romanæ assecias quosdam hanc canonistarum hæresin impugnare, quorum in numero sunt BECCANVS e societate Iesu, *de fide hæreticis servanda*, & MOLANVS de eodem argumento sollicitus. MAIMBVRGIVS quoque his adiungendus *in vita Gregor. M. p. 41.* referens, pontificem hunc dissentientes in causa *trium famosorum capitulorum* Romam invitasse, vt concilio adessent, & de rebus fidei cum eo conferrent. promisitque iis liberum accessum & abitum his verbis: *seu ad consentiendum mihi cor vestrum misericordia diuina compunxerit, sive, quod absit, in ea vos durare dissensione contigerit, ad propria vos remeare, quando volueritis, iuxta promissionem meam sine læsione vel molestia curabimus.* Inde vero concludit MAIMBVRGIVS

quam sententiam quidam recte reprobant.

cit. l. Cela nous doit apprendre, qu' à l' exemple de S. Gregoire on doit toujours garder inviolablement aux infideles meme & aux hæretiques la foi, qu' on leur a donnée, pourvuque de leur part ils gardent aussi les conditions, sous les quelles on leur a promis la foi, que les protestans nous accusent injustement, d' avoir violée au concile de Constance, ou Ierome de Prague & Iean Hus firent tout le contraire de ce, à quoi ils s' étoient obligez, en recevant le sauf conduit de l' empereur.

§ LV. Ipse BAELIVS *dans la reponse aux questions d' un provincial. c. VIII. & IX.* de fide hæreticis non servanda, num vllum concilium quid definiuerit, ambiguum esse ait. Addit, inter pontificios quidem doctores plures, maximam partem ICtos, eam fouisse sententiam, Theologos vero repudiasse. Aduertere tamen iubet, ne illi, qui principi aut magistratui fas non esse contendunt, hæreticis liberum religionis vsum indulgendi, indirecto monstrosam opinionem adstructam eant, quam directis verbis amplecti reformidant. Monitum hoc non parui ducendum esse, suo exemplo euincit DANDINVS *de suspect. de hæres. c. IV. sect. 1. subs. 2. §. 1 p. 411.* qui quod altera manu concessit, altera rursus aufert. Adstruit *n. 10. sqq.* fidem hostibus & hæreticis quoque seruandam esse, atque ex hoc capite laudat CAROLVM V. imperatorem, quod LVTHERO, Wormatiam ad comitia eunti, nullam iniuriam contra datam fidem inferri passus fuerit, licet ECCIVS ad contrarium eundem sollicitauerit. *Eo magis*, pergit, *laudandus, quando rogatus a Ludouico Palatino Rheni, cur huic hæretico fidem non violauerit? respondit: fidem rerum promissarum, etiamsi toto orbe exularet, tamen apud imperatorem consistere oportere.* IDEM tamen *cit. l. n. 1. sqq.* negat, principem secularem sua autoritate

Bælii sententia, quod nullum concilium hoc dogma foueat.

quamuis per indirectum plerique hoc adstruant,

Digitized by Google

ritate *ſaluum conductum* concedere, aut *pactum de tolerandis* eorum *reli-* dam negant,
gione inire poſſe, quod pontifex tantum poſſit diſponere de hæreticis in principem ſe-
ordine ad religionem, adeoque eius autoritas aut approbatio interuenire culatem hære-
debeat. *Cum igitur*, pergit *n. 20. ſq.* promiſſio *de re illicita non obliget,* tico ſaluum
non eſt dicendum, quod fidem frangat is, qui huiusmodi promiſſionem non conductum
ſeruat. Animaduertit ipſemet fraudulentam & callidam hanc interpre- dare poſſe.
tationem, adeoque mox ſubdit: *non ex hoc tamen colligitur, non teneri principem ad ſeruandam promiſſionem, qua ipſe ſe obſtringit ad non offendendum hæreſiarcham ea ratione, quia huiusmodi promiſſio videatur de re illicita, cum peccet princeps, quoties hæreſiarcham debitis pœnis non plectit; tunc enim tantum tenetur princeps ad puniendum hæreſiarcham, quando hic ſit ſub illius poteſtate. Non dicitur autem ad hunc effectum eſſe ſub poteſtate principis hæreſiarcha, cui ab ipſo promiſſa ſit ſecuritas.* Sic itaque ſi illicite promiſit plenam ſecuritatem, non manet ſub eius poteſtate, quia *pactum plenæ ſecuritatis* eum non ligat. Sed quid, ſi hæreſiarcha condemnatus ei traditur? annon in poteſtatem eius recidit? Traditus fuit Hullus SIGISMVNDO, ergo eius poteſtati relictus fuit. Verum mox regerit *n. 24. tunc talis princeps agit, tanquam executor, non autem tanquam principalis*, i. e. *carnificis* tantum officio fungitur, non autem *principis*, qui tantum ſaluum conductum dederat. Applicat hoc ad SIGISMVNDVM, & ita rationes ſubducit: *Verum tanquam executor SIGISMVNDVS nullam fidem dedit Ioanni Huſſo, cum eam præſtiterit abſque iurisdictione eccleſiaſtica. Quoniam ergo ſynodus Conſtantienſis nullam fidem dediſſet, poterat prædictum hæreſiarcham tradere iurisdictioni SIGISMVNDI; & cum hic imperator TENEBATVR exequi ſententiam eccleſiaſticam; nec, tanquam TALIS EXECVTOR, vllam fidem dederat, recte flammis tradidit huiusmodi hæreſiarcham.* His poſitis, princeps, *qua talis*, tenetur fidem hæreticis datam ſeruare; non tenetur vero tanquam *executor ſententiæ clericalis*, quia ſic nudus miniſter & carnifex clericorum eſt, qua horrida ſententia nihil captioſius & improbius excogitari potuit, quæ ſimul *callida interpretatione* fidei publicæ datæ omnem adimit efficaciam, & per indirectum, quod DANDINVS directo adſtruxerat, deſtruit. Hi ſunt laquei perfidorum, quibus irretiuntur hi ipſi, qui nimis creduli ſunt. Laudat CAROLVM V. DANDINVS, quod fidem ſuo & imperii nomine datam LVTHERO ſeruauerit, quam tamen iuxta eius interpretationem facile fallere potuiſſet, ſi modo archiepiſcopi & epiſcopi, qui comitiis aderant, LVTHERVM, a papa iam condemnatum,

tradidiſſent CAROLO V. eique executionem *iuſſu papali* demandaſſent Quæ præterea contra hoc dogma perniciosum *de fide hæreticis non ſeruanda* adduci poſſunt, plena manu congeſta a IACOBO SCHVLTESIO *in tr. de fide hæreticis religioſe ſeruanda*, & ab Autore *de l' irrevocabilité de l' edit. de Nantes anno 1688. P. II. c. 2. 3. 4.*

An patres conſtantienſes docuerint, fidem hæreticis datam non ſeruandam?

§. LVI. Ceterum quæ *patrum Conſtantienſium* hoc in argumento ſententia fuerit, conſpicuum eſt ex *ſeſſ. XVII.* decreto: *præſens ſancta ſynodus ex quouis ſaluo conductu per imperatorem, reges & alios ſeculi principes hæreticis vel de hæreſi diffamatis, putantes eosdem ſic a ſuis erroribus reuocare, QVOCVNQVE VINCVLO SE ADSTRINXERINT, conceſſo, nullum fidei catholicæ vel iurisdictioni eccleſiaſticæ præiudicium generari vel impedimentum præſtari poſſe ſeu debere declarat, quo minus, dicto ſaluo conductu non obſtante, liceat iudici competenti & eccleſiaſtico de huiusmodi perſonarum erroribus inquirere, & alias contra eos debite procedere, eosque punire, quantum iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter recuſauerint, etiamſi de ſaluo conductu confiſi ad locum venerint iudicii, alias non venturi: nec ſe promittentem, cum fecerit, quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum.* NATALIS ALEXANDER *in hiſtor. eccleſ. ad ſec. XV. & XVI. diſſ. art. VII. §. 1.* cenſuit, Conſtantienſes non docuiſſe, *fidem hæreticis datam violandam eſſe.* Quod vero *directo* non tradiderunt, *per indirectum* aſſecuti videntur. Duo aſſerunt Conſtantienſes, quorum primum eſt, imperantes ſeculares, *quocunque vinculo ſe adſtrinxerint hæreticis*, impedire non poſſe, quo minus *magiſtratus eccleſiaſticus* contra eos procedere eosque punire poſſit. Alterum eſt, quod princeps ſecularis, qui hæreticis ſecuritatem promiſit, non maneat in aliquo obligatus, *ſi fecit, quod in ipſo eſt.* Inde vero prono alueo fluit, principem ſi vel maxime plenam ſecuritatem protectionemque contra quascunque moleſtias, carceres, cruciatus, & ſupplicium mortis promiſerit, impedire tamen magiſtratum eccleſiaſticum non poſſe, quo minus hæreticum, fide & protectione principis fretum, capiat, carceribus includat, torturæ ſubiiciat, & vltimo ſupplicio per eundem principem tradat, dummodo princeps fecit, *quod in ipſo eſt*, h. e. precibus & interceſſionibus vtatur, ne clerici crudelitatem ſacram erga eum exerceant. Nihil enim amplius in ipſo eſſe, vel ipſe NATALIS *§. 3. cit. l.* innuere videtur, quod nemo maiorem ſecuritatem promittere cenſeatur, quam præſtare poſſit. Talem vero ſecuritatem hæretico præſtare nequit princeps ſecularis, quam verbis amplifi-

quod negat Natalis Alexander,

ſed contrarium monſtratur.

Digitized by Google

pliſſimis expreſſit. adeoque reuera fumum ei vendidit, ventumque promiſit, imo eum fefellit decepitque id promittendo, quod præſtare moraliter non poſſit. Præſtare vero tale quid hæretico principem non poſſe, §. *l. cit. l.* NATALIS declarat. *Poteſtates*, ait, *diuerſi ordinis, quarum quilibet in ſuo ordine ſuprema eſt, ab altera independens, imo vna excellentior altera, ſeſe mutuo prohibere non poſſunt, ab actibus ſuis legitime exercendis.* Poſitis his principiis, quilibet æquiſſimus iudicet, annon *per indirectum* princeps ab omni vinculo liberetur, & ita per conſequentiam inculcetur, principem tali promiſſione non ligari, quod inquiſitores clerici nunquam quieſcant, in ſtatione vbique ſint, & niſi a maiori vi deterreantur, nunquam deſinant, hæreticis, h. e. a fide Romana deuiantibus, moleſti eſſe, eos perſequi, pœnis ſubdere, expellere, & extrema quæuis eis intentare. His princeps ſecularis nec reſiſtere, nec in ſalutem hæreticorum aliquid audere poteſt, niſi quod a clericis inflexibilibus precibus obtinere poteſt, quæ tamen carent effectu, ſi metus maioris mali deficiat. Rationes iam ſubduxi *ex mente Conſtantienſium*, quamuis perſuaſiſſimum habeam, optimos & cordatiores imperantes magis CAROLI V. quam SIGISMVNDI, prorſus a concilii placito dependentis, veſtigia preſſuros, imo ſcripturam S. magis, quam Conſtantienſium decreta ſecuturos eſſe, vt tot Imperatorum Germaniæ iuſtitiæ deditorum exempla teſtantur.

& indirecte negarunt, fidem hæretico eſſe ſeruandam.

§. LVII. Inde vero β) vlterius colligunt, *principem non ligari pace religioſa hæreticis data & promiſſa*, qua *libertas conſcientiæ* iis indulta, aut religioni liberum exercitium conceſſum, quod impudenter aſſerit DANDINVS *in tr. de ſuſpect. de hæreſ. c. IV. ſect. I. ſubſ. 2. §. 2. p. 414. ſqq.* Equidem ſi iuxta Conſtantienſium principia iudicandum eſſet, qui quodcunque vinculum, quo ſe princeps adſtrinxit, inane eſſe contendunt, quod magiſtratui eccleſiaſtico, contra hæreticos procedenti, nullum obſtaculum creari debeat, concluſio hæc admittenda foret, quia princeps nihil plus promittere cenſeatur, quam quod præſtare potuit. Talem *pacem* autem præſtare non poſt iuxta rigidiorum mentem, ergo parum tuta eſſe videtur. Abſit vero, vt talem philoſophiam in Germania hodie admittamus, ad regna euertenda aptam natamque. Animaduerterunt hoc prouide pacifcentes in *pace Osnabrugenſi*, adeoque hunc in finem nuncium miſerunt his funeſtis principiis, decernendo *art. XVII. I. P. §. 3. ſq.* quod contra hanc transactionem, vllumue eius articulum aut clauſulam *nulla iura canonica* (quæ talia principia reprobata alunt) vel

Pariter negant, principem ligari pace religioſa hæreticis conceſſa, iuxta ius canonicum,

Digitized by Google

quod reprobatum instrumento pacis,

& sententia contraria stabilita.

vel ciuilia, communia vel ſpecialia conciliorum decreta & ſic nec concilii Conſtantienſis) *vel vllæ aliæ exceptiones, quocunque nomine aut prætextu excogitari poterunt, vnquam allegari debeant*, addita pœna fractæ pacis publicæ, contra quoscunque, *ſiue clericus, ſiue laicus fuerit*, ſi transactioni huic conſilio vel ope contrauenerit. Pari ratione in *art. V. §. 50.* ſeuere iniunctum eſt vtriusque religionis magiſtratibus, vt rigoroſe prohibeant, *ne quisquam publice priuatimque, concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo transactionem Paſſauienſem, pacem religioſam, & transactionem Osnabrugenſem vspiam impugnet aut dubiam faciat.* His ſeueris prohibitionibus os clauden dum erat quibusdam impudentiſſimis ſcriptoribus, DANDINI ſectæ aſſeclis, exiſtimantibus, catholicos cum proteſtantibus talem transactionem inire non poſſe, *ſine pontificis autoritate*, in præiudicium eccleſiæ; talem pacem eſſe illicitam inefficacemque, & quæ erant alia huius generis ſomnia, potiſſimum aſſerta ab ERNESTO de EVSEBIIS, perſonato, (ſeu potius IO. MVHLMANNO Ieſuita) in *iudicio theologico ſuper quæſtione; an pax, qualem deſiderant proteſtantes, ſit ſecundum ſe illicita*, cui acceſſit *vehiculum iudicii theologici.* Quæ contra talia Ieſuitæ principia reponenda fuerunt, dilucide expoſuit & perſecutus eſt CONRINGIVS *de pace ciuili proteſtantibus danda* cum aliis, quibus ex catholicis acceſſit CORAMVEL a LOBKOWIZ *in pace ſacri Rom. imper. licita demonſtrata.* conf SCHWEDER *de pacis religioſæ conſtantia & perpetuitate.*

Hæreticum quidam etiam excludunt ab omni contractu.

§. LVIII. Longe inhumanius eſt γ), quod tradit a ROYAS *de ſing. in fauor. fidei ſing. 43.* hæreticum nullum contractum valide celebrare poſſe, & obligatum hæretico, etiam ſub nexu fidei iuratæ, ipſo facto liberari, quod colligit ex *c. f. X. h. t.* vbi pontifex ita: *abſolutos ſe nouerint a debito fidelitatis hominii & totius obſequii, quicunque lapſis manifeſto in hæreſin aliquo pacto quacunque firmitate vallata tenebantur adſtricti.* Eiusdem fere ſententiæ etiam ſunt nonnulli alii textus, qui ſubditos liberant a nexu fidelitatis, quo antea hæretico obſtricti erant, vt *c. 3. 4. 5. C. 15. q. 6. c. f. de pœn.* adeo vt etiam vinculum coniugii ſoluatur. *c. 10. de conuerſ. coniug. c. 7. de diuort.* Facile vero liquet, hoc tantum pertinere ad fidem *obſequii & fidelitatis*, quæ æque, vt inter coniuges, intimius conſortium continet, quam fides per priuatam conuentionem inita, quæ ab omni *communicatione* abeſſe poteſt. Conſtituerunt autem per ſummum abuſum, vt infra *tit. de excommun.* declarabitur,

Digitized by Google

bitur, non communicandum esse cum hæretico & excommunicato, & hoc intuitu subditos vasallosque, non quoscunque debitores, a nexu absoluerunt. Interim parum solatii habet ex hac diuersitate hæreticus, qui contra recusantem debitorem agere nequit, omni ciuili subsidio destiturus.

§. LIX. Imprimis vero δ) plura in *processu* contra hæreticum sunt remissa, quæ alias præcepta & debita. Etenim contendunt, (1) accusatoribus hic remissam esse *inscriptionem in crimen: c. f. §. iubemus. h. t. in 6.* IO. A ROYAS *cit. l. sing. 6. n. 5.* LIMBORCH. *in histor. inquis. lib. 4. c. 7.* (2) desistentem ab accusatione non puniri pœna hæreticorum, sed tantum pœna *calumniatorum* extraordinaria. ROYAS *cit. l. sing. 8. n. 1.* Præterea (3) libellus non desideratur, quia *de simplici & plano* proceditur; *c. f. h. t. in 6. clem. sæpe de V. S.* nec (4) litis contestatio, *cit. c. f.* quod in delictis enormibus procedi possit, lite non contestata, nec parte citata, vt ait IO. ROYAS *cit. l. sing. 117.* Remissa ergo est etiam (5) *citatio*, maxime *triplex*, *c. f. h. t. in 6.* imo (6) ipse quoque *ordo iudiciarius solennis* per *cit. c. f.* quod plenius exponit a ROYAS *sing. 145*, Remissa pariter (7) *est plena probatio*, quod sufficiant indicia, & præsumtiones ad condemnandum hæreticum, vt supra *de suspectis de hæresi* obseruauimus. Vnde (8) nec *publicatio testium* in hoc crimine desideratur, imo *testium nomina* celari queunt, *c. f. h. t. in 6.* quod plenius illustrat LIMBORCH. *in histor. inquis. lib. IV. c. 20.* Multo minus ergo (9) reus huius criminis citandus est ad ratificationem testium, ne nomina eorum ipsi innotescant, quamuis alias ex testium persona insignis defensio reis in criminibus nascatur, teste EODEM *cit. l. p. 294.* Ex eodem principio (10) necessaria non est *conclusio* in hoc crimine per *cit. c. f.* & quæ sunt alia, in *processu summario* alias negligi solita. Denique (11) remissa est etiam solennitas ordinaria in *degradatione* hæretici clerici, iuxta *c. 1. h. t. in 6. ne diutius tam enorme crimen in sacerdotibus impune differatur*, vt ait a ROYAS *cit. l. sing. 48. n. 3.* Omitto plura alia *irregularia*, in processu *contra hæreticos*; maxime inter Hispanos, vsitata receptaque, a LIMBORCHIO *cit. tr. lib. IV.* & CALDERINO *de forma procedendi contra de hæresi inquisitos p. 88. sqq.* fideliter exposita.

Plura contra hæreticum in processu remissa, alias debita.

§. LX. Sunt etiam ε) alia iura, quæ ab hæreticis *iure perfecto* peti potuissent, si hæreseos labe infecti non fuissent, debitoribus remissa. Maritus vxorem alere tenetur ex lege matrimonii; remissa vero ei est hæc necessitas, si vxor de hæresi damnata & perpetuis carceribus mancipata, vt

Maritus vxorem hæreticam alere non tenetur,

Digitized by Google

vt cenſuit a ROYAS *cit. tr. ſing. 18.* nullo quamuis ſolido fundamento, niſi obponere velis, maritum a ſe per *diuortium* abdicaſſe vxorem. Etenim vxor in hæreſin lapſa ſeparari a marito poteſt, vt tamen marito ſecundæ nuptiæ ſint interdictæ, *c. 2. & 7. X. de diuort.* quod matrimonium inter *fideles* ab initio contractum *ratum* fuerit, & ſic *ſacramentum fidei, quod ſemel admiſſum eſt, amitti non poſſit*, vt ait pontifex in *cit. c. 7.* Interim talis *perpetua ſeparatio* eſt loco *diuortii*, maritumque ab alimentis liberat, cum etiam *priuationem dotis* operetur. *c. 4. X. de donat. int. vir. & vxor.* Hoc ad Germaniam, in qua tres religiones approbatæ, applicari non poſſe palam eſt, quod *mutatio religionis* ibi libera, non prohibita ſit, de quo deinceps. Manifeſti porro iuris eſt, paternum eſſe officium, pro progenie ſua *dotem* conſtituere, quod ei tamen remiſſum pro filia hæretica. *l. 19. C. h. t.* cui aditus ad agendum præcluſus eſt. Præterea patri remittitur neceſſitas inſtituendi liberos hæreticos, quos exhæredare poteſt, imo & tenetur. *Nou. 115. c. 3. §. 14.* Vice verſa liberi quidem nexui patriæ poteſtatis ſubſunt, ab eo vero liberantur, patre in hæreſi lapſo. *c. 2. in f. h. t. in 6.* Spoliatus ante omnia reſtituendus; marito vero labe hæreſeos infecto, & ex *ſpolio* contra vxorem diſcedentem agenti denegatur reſtitutio, oppoſita *exceptione hæreſeos. c. 7. X. de diuort.* Imo *hæretico ſpoliato* in genere denegata dicitur reſtitutio ex doctrina GABRIELIS *lib. V. concluſ. 1. n. 206.* quod *exceptio hæreſeos* repellat omnem agentem. *c. 13. verſ. credentes. h. t.* Conf. 10. a ROYAS *cit. tr. ſing. 184.*

Hæretica non poteſt dotem petere. Pater exheredare tales liberos poteſt.

Spoliatus hæreticus non reſtituendus.

§. LXI. Propero ad quartam regulam, eamque ex ſententia iuris canonici hoc modo formo: *Quæ alias ſunt liberi arbitrii, permiſſa & iure communi ſingulis indulta, hæreticis ſunt prohibita in odium hæreſeos & fauorem fidei.* Infinita in iure occurrunt, quæ hæreticis prohibita, orthodoxis permiſſa. Ecce enim 1) hæreticus teſtamentum condere nequit, imo 2) ab omni ſucceſſione excluditur, ex ſententia INNOCENTII III. *in c. 13. verſ. credentes. h. t.* & FRIDERICI II. imperatoris in *auth. credentes. C. h. t.* Vnde nec codicillos condere poteſt *l. 4. §. 1. C. h. t.* adeo vt ne quidem ad pias cauſas teſtari queat, obſeruante STRYKIO *de cautel. teſtam. c. 3. §. 6. in f.* Cum vero indulgentiores ſint euangelici erga hæreticos, i. e. in pace Osnabrugenſi religionem non approbatam profitentes, teſtamenta eorum ſubſiſtunt, quatenus a principe territorii *priuilegio tolerantiæ* muniti ſunt, de quo infra. Vid. interim STRYK. *cit. l. §. 61.* Ex eadem ratione 3) ex teſtamento alio-

4) Alias permiſſa, hæreticis ſunt prohibita,

vt exemplis illuſtratur.

Digitized by Google

aliorum prohibetur capere hæreticus, *l. 4. §. 2. l. f. C. h. t. Nov. 115. c. 3. §. 14. Nov. 144. c. 1.* adeo vt exheredatio liberorum hæreticorum sit necessaria. *cit. Nou. 115.* (4) Vxores, scientes hæreticis nubentes, dotem repetere prohibentur, quæ fisco cum bonis mariti defertur. *c. 14. h. t. in 6.* (5) Vxores hæreticæ non gaudent priuilegio dotis, *auth. idem priuilegium. C. h. t. Nov. 109. c. 1.* quo tamen vxores iudææ, quia *tolerantur*, non sunt priuatæ; quia hæretici omni prorsus auxilio & iuris priuilegio carere dicuntur. *c. 9. in f. c. 11. X. h. t.* Vnde etiam (6) nec bona fide nec iusto titulo rem alienam præscribere possunt, quia, vt IOANNES VIII. in *c. 14. C. 6. qu. 3.* sat absurde ait, *inter christianos & eos, qui vnius fidei sunt, numerus certus affixus est.* Conf. a ROYAS *cit. l. sing. 78.* (7) Ab omnibus honoribus repelluntur, vt doctoris gradu decorari nequeant, EODEM iudice *sing. 105.*, quia fiunt infames, adeoque (8) ad publica officia aut consilia non admittendi, *c. 13. verf. credentes h. t.* sed omnis iurisdictionis incapaces censendi. *c. f. X. h. t. auth. Gazaros. C. h. t.* Speciatim vero (9) defensores ciuitatum esse prohibentur, quod munus alias appetere cuilibet integrum est. *l. 19. C. de episc. audient.* (10) A testimonio repelluntur, *c. 13. verf. credentes h. t.* nisi contra hæreticum recipiendum sit, *l. 21. C. h. t.* præsertim in inquisitione contra hæreticum mota, quod in *fauorem fidei* receptum traditur in *c. 5. h. t. in 6.* (11) Accusandi facultas cuilibet libera, sed hæretico interdicta, *c. 1. C. 4. q. 1. c. 23. & 25. C. 2. q. 7.* imo (12) nec munere tabellionis aut aduocati fungi, *auth. credentes C. h. t. 13. verf. credentes h. t.* aut arbitrium recipere potest, iudice a ROYAS *cit. tr. sing. 20.* (13) Quamuis defensio omnibus integra, vt nec excommunicato denegetur *c. 5. in f. X. de except.* ab ea tamen repellitur hæreticus relapsus; *c. 9. X. h. t. simplex* vero *hæreticus* in multis quoque defensione necessaria destituitur, veluti quod, vti dictum, ei nomina testium occultentur, vt contra eos excipere nequeat, vel quod (14) de hæresi condemnatus, appellare prohibeatur, *c. 18. h. t. in 6.* quod FRIDERICVS II. imperator, sedi Romanæ velificaturus, iam antea constituerat, LIMBORCHIO etiam obseruante *lib. IV. histor. inquis. c. 24.* cuius edictum repetiit pontifex *cit. c. 18.* Ab *interlocutoria* tamen appellare non prohibetur, teste EODEM *cit. l.* Imo quamuis quoque (15) *dilatio* defensionis præsidium sit, cuilibet accusato concessa, hæretico tamen negata, quod in hoc processu *simpliciter de plano & absque aduocatorum & iudiciorum strepitu & figura* procedi debeat. *c. f. pr. h. t. in 6.* Præterea (16) omnibus aduocatis interdictum est, ne hæreticis consilium

aut auxilium præſtent. *c. 11. X. h. t. cit. c. f.* Quamuis enim iis dari ex officio ſoleat aduocatus, non alius tamen datur, quam inquiſitioni obnoxius, ſeu iuramento obſtrictus, teſte LIMBORCHIO *cit. tr. lib. IV. c. 15.* quo ipſo rurſus inſigne defenſionis præſidium amittit. Palam quoque eſt, (17) ad *defenſionem* inſigne momentum adferre facultatem recuſandi iudicem vt ſuſpectum; ab hac tamen repellitur accuſatus de hæreſi intuitu inquiſitoris, ſi credimus IACOBO LAVRENTIO *de ſuſp. iud. c. II. n. 9. p. 5.* quod ad hoc officium non alius, quam grauiſſimus, æquiſſimus, probatiſſimus, & prudentiſſimus eligi præſumatur. Præter hæc iura, alias omnibus patentia, (18) interdicta quoque eſt hæreticis omnis rerum alienatio, quæ *ipſo iure* fiſci ſunt *c. 19. h. t. in 6.* (19) Vſu templorum propriorum præcluduntur. *l. 2. C. de ſumm. trin. l. 3. C. h. t.* (20) Serui eorum orthodoxi fiunt liberi a ſeruitute, *t. t. C. ne chriſtianum mancip.* ſicuti liberi a patria poteſtate, *c. 2. h. t. in 6.* (21) Licet alias transactio permiſſa in crimine capitali, *l. 18. C. de transact.* prohibita tamen in crimine hæreſeos, æque vt in *crimine læſæ maieſtatis* ex ſententia a ROYAS *cit. tr. ſing. 210.* Vno verbo: vſu omnium iurium, priuilegiorum, & conceſſionum ſunt priuati, vt nihil tam immane, tam irrationabile & portentoſum excogitari queat, quod non admittatur in *odium hæreticorum* ad ſtabiliendam fidem Romanam, qua *regnum eccleſiaſticum* continetur. Salus enim huius regni ſuprema lex eſſe debet.

5) Alias præcepta hæreticorum intuitu prohibita.

§. LXII. Proxima huic eſt regula quinta; *Quæ alias præcepta ſunt, intuitu hæreticorum prohibita cenſentur.* Tolerantia eorum, qui a nobis diſſentiunt, in diſciplinis & vita communi tam neceſſaria, indubia, & ſingulis iniuncta eſt, vt 1) *pax ciuilis* inter ſubditos ſine eo conſiſtere, imo 2) nec *naturale vinculum*, quo Deus ſapientiſſime homines conglutinauit, in ſuo ſtatu conſeruari queat, ex quo efficitur, vt iure naturæ quoque ſit debita. Quot capita, tot ſenſus. Temperamentis & inclinationibus hominum diſtinguuntur, vt eadem animi ſententia ab iis non ſit exſpectanda. Neque tamen alter ab altero exigere poteſt, vt in ſuam ſententiam ſecedat, atque intellectui ſuo vim inferat, qui a nemine cogi poteſt, adeoque ab omni imperio etiam ciuili liber eſt. Denique 3) ſi iuxta *philoſophiam chriſtianam* rationes ſubduco, tolerantia diſſentientium eo magis debita, præcepta, atque ſingulis commendata eſt, quod hæc *amoris* officia, cuius vltimum gradum tenet tolerantia, tradat, *patientiæ* leges doceat, *miſericordiæ* debitum inculcet, atque ſic quoque *tolerantiam* eorum

Digitized by Google

rum, qui non idem nobiscum sentiunt, iubeat. *1 Cor. XIII. 4. 7. 2. Cor. XI. 19. Gal. VI. 2. 3. Eph. IV. 31. 32. 1 Thess. V. 2.* Enimuero talem *tolerantiam* dissentientium in *capitibus fidei* non admittit curia Romana, quæ sola imperium & dominatum tenere & conscientias quoque *legibus proprie dictis* constringere, intendit. Hæc docet, hæreticos non esse tolerandos. Hæc persecutiones eorum mandat, iubet & sub *excommunicatione* iniungit, licet doctrina CHRISTI ab omni persecutione alieniſſima sit, vt succincte LIMBORCH *lib. 1. histor. inquis. c. 1.* monstrat. Sed curiæ Romanæ aliæ sunt rationes. Hæc receptatores, fautores, & defensores excommunicat, & omni sepultura ecclesiastica priuat. *c. 13. vers. credentes. X. h. t.* Hæc eos, qui tolerant humano more hæresi infectos, de hæresi *vehementer* suspectos pronunciat, quod videantur eorum erroribus assentiri, ansamque præbere, vt hæreses serpant in maximum reipublicæ detrimentum, vt credit disciplina Romana innutritus DANDINVS *de susp. de hæres. c. 4. fol. 1. n. & 4.* Nefas hæc esse credit, recipere in ciuitatem hæreticos, EODEM teste *cit. l. subs. 1. n. 8. p. 406.* quæ tota potest igne destrui, quando plures in ea sunt hæretici, *c. 32. C. 23. qu. 5.* vt plenius probat ALPHONSVS de CASTRO *de iusta hæret. punit. lib. II. c. 14.* Hac de causa CAROLVM V. iustam indignationem PAVLI III. incurrisse censet DANDINVS *cit. l. subs. 2. §. 2. p. 417.* quod Augustanam confessionem Germaniæ concedere voluerit, quod nefas fuisse arbitratus est homo nefarius. Piget alia commenta referre, doctrinæ CHRISTI contraria. Porro quid magis ad officia *humanitatis* pertinet, quam vt alter alterum æque hominem esse iudicet, eique illa præstet exhibeatque, quæ leges *socialitatis* iubent atque constituunt. Hoc officium curia Romana denegat hæretico, atque adeo prohibet, vt communicanti cum hæretico minetur *excommunicationem maiorem*, cum hæretici ab omnibus vitandi, fugiendi, derelinquendi *c. 13. §. credentes. X. h. t.* Ingens enim scandalum præbet, & *suspectus de hæresi* fit, qui familiariter iis vtitur, vt censuit pontifex in *c. 10. X. de purgat. canon.*

vt tolerantia & libertas conscientiæ.

imo omnis communicatio.

§. LXIII. Succedat sexta regula: *In odium hæreticorum & fauorem fidei, quæ alias sunt valida, censentur nulla, & quæ alias nulla, valida.* Prius sese exserit in notario, cuius instrumentum fidem publicam habet, & negotio validitatem conciliat; instrumentum vero *notarii hæretici* nullum est, omni destitutum robore. *auth. credentes. C. h. t. vers. 13. §. credentes. X. h. t.* Denegat enim hæretico omnem fidem hæresis, si credimus IO. a ROYAS *de singul. in fau. fidei. sing. 89.* Prælati excommuni-

6) Alias valida, sunt nulla in odium hæreticorum.

Digitized by Google

municatio magnum alias robur habet ligatque conſcientias, ſed non *hæretici*, vt ne quidem abſolutione opus ſit, ex ſententia EIVSDEM *ſing. 88.* Sententia ab eo prolata, qui communi errore habilis exiſtimabatur, valida eſt. *l. 3. de offic. præt.* Aſt ſententia, ab hæretico lata, *abſolute* nulla eſſe dicitur, ſi vel maxime communi errore orthodoxiſſimus creditus fuerit, vt IDEM *ſing. 178.* tradit. Poſterioris quoque varia argumenta paſſim occurrunt, docentque, in odium hæreticorum *valida* cenſeri, quæ defectu iuris laborant. Ait a ROYAS *ſing. 72.* geſta per regem tyrannum eſſe quidem nulla, ſed *fauore fidei* ſtatutum eſſe, quod tyrannus, qui *de facto* & non de iure regnum poſſidet, iurisdictionem talem valide poſſit exercere contra hæreticos, vt ab eo geſta iuridica & valida ſint, quod approbat ALEXANDER IV. diſertis verbis in *c. 6. h. t. in 6.* Nemo alias extra ſuam diœceſin poteſt valide actum exercere. *c. 7. X. de except. c. 28. de reſcript.* Aſt inquiſitores teſtes etiam extra ſuam diœceſin valide vocant, & in iudicium trahunt. *c. 11. verſ. compeſcendi. h. t. in 6.* Laici contra clericos teſtes valide produci nequeunt, quin potius eorum teſtimonium nullum cenſetur. *c. 14. X. de teſtibus.* Aſt in crimine hæreſeos validum eſt eorum teſtimonium. *c. 13. C. 2. q. 7.* Conf. LIMBORCH. *lib. IV. hiſtor. inquiſ. c. 9.* Mala fides impedit præſcriptionem maxime contra eccleſiam, non vero ſi epiſcopus eam, quæ hæreſi repleta, negligat, & alius ad catholicam vnitatem eam reducat, ac per triennium poſſideat. *c. 1. de præſcript.* ROYAS *cit. tr. ſing. 161.* Prodigum non obligari ex ſuo contractu, conclamatum eſt. Hæreticum prodigum vinculo obligationis ſubiiciunt, quod omni fauore indignus ſit, & ab omnibus conueniri valide queat, *c. 13. verſ. credentes. X. h. t.* omni deſtitutus exceptione. Hoc a ROYAS *ſing. 170.* ſine vlla hæſitatione aſſerit, ſolido licet fundamento deſtitutus. Nihil quippe tam abſurdum, ab omni ratione alienum & ἀσύσατον excogitari poteſt, quod in hæretico locum non inueniat. Teſti reuocanti iuratam depoſitionem, & ſic periuro, creditur in hoc *crimine excepto, fauore fidei, ſi zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velit corrigere. c. 8. h. t. in 6. verſ. licet.* Id *zelo fidei orthodoxæ* tribuitur, quod contra *ſuſpectum de hæreſi* ſuſcipitur & dicitur. Nec teſtimonium eius hoc caſu reprobatur, ad quod ſe ſponte obtulit, & quod contraria continet, quod paradoxum rurſus *zelus fidei orthodoxæ* excuſat. *cit. c. 8.* Hic quoque non tantum iuſtificat teſtimonium, parte abſente & non citata receptum, *c. f. h. in 6.* ſed etiam efficit, vt orthodoxus contra hæreticum litigans hæretici teſtimonio

& alias nulla valida.

va-

Digitized by Google

valide vti queat; simul tamen etiam reprobare, si contra se idem producatur, *c. 27 C. 2. q. 7.* quod *fauore fidei* rursus receptum asserit IO. a ROYAS *cit. tr. sing. 198. in f.* Imo quamuis alias in criminalibus defectus in testibus non suppleatur ex eorum numero, pontifex tamen *in fauorem fidei* hoc admittit in probatione hæreseos, *c. 5. h. t. in 6.* cum etiam testes singulares hic plene probare dicantur, si credimus IO. a ROYAS *cit. tr. sing. 203.*

(IV.)

De aliis remediis secularibus & ecclesiasticis contra hæreticos.

§. LXIV. Enarraui pleraque offuciarum genera, ab ecclesia Romana contra hæreticos h. e. qui a prædicta ecclesia recedunt, eorumque fautores prodita. Supersunt adhuc varia alia remedia immanissima exstinguendi hæreses, ecclesiæ Romanæ inimicas, eo efficaciora, quo arctiori subiectionis iugo imperatores, reges & principes, ex decreto ecclesiæ Romanæ, se submittere debent legibus contra hæreticos latis, & tot conciliis approbatis. Illud enim firmiter credendum, omne, quicquid a *tali ecclesia* vel a *conciliis* vel a *pontifice* in fauorem fidei constitutum est, pium, salutare, & instum esse & ad instar *verbi diuini* recipiendum. Neque de hoc quemquam dubitare fas esse creditur, quod talis dubitatio foret hæretica, articulum fidei Romanæ impugnans, excommunicationi subiecta. His laqueis detinentur laici in *officio* & *obsequio*, vt pœnas contra hæreticos latas non possint non approbare atque laudare, easque exequi, si vires adsunt sufficientes. Ad hoc etiam tenetur ex principiis ecclesiæ Romanæ, quod alioquin *fautores hæreticorum* dicendi sint, iisdem, quibus hæretici, subiecti pœnis, *c. 13. vers. credentes. X. h. t.* & sic *in effectu* dubitatio de horum remediorum foret *hæretica.*

Remedia contra hæreticos stringunt quoscunque principes,

de quorum iustitia dubitare nefas,

imo hæreticum habetur.

§. LXV. Hac de causa (1) laicis seuere prohibitum est, de fide disputare & contendere ex decreto ALEXANDRI IV. in *c. 2. h. t. in 6. inhibemus quoque, ne cuiquam laicæ personæ liceat publice vel priuatim de fide catholica disputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.* Id etiam iam olim a MARCIANO imperatore in *l. 4. C. de fide cathol.* cautum erat, *quod iniuriam faciat iudicio reuerendissimæ synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita reuoluere & publice disputare contenderit.* Cœco prorsus obsequio fides eis habenda, quæ de *fide* ab *ecclesia* h. e. a clero maiori in conciliis constituta sunt. Idem repetitum

Huc pertinet 1) quod laicis de fide disputare interdictum,

Digitized by Google

titum in *concilio Oxonienſi de anno 1402. cap. 1. art. 9.* apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 1942. Nullus de articulis term natis per eccleſiam, prout in decretis, decretalibus, conſtitutionibus noſtris prouincialibus ſiue locorum ſynodalibus continetur, niſi ad habendum verum intellectum eorundem & hoc expreſſe, publice aut occulte diſputare præſumat, aut autoritatem eorundem decretorum, decretalium aut conſtitutionum, poteſtatemue concedentis eadem, in dubium reuocet.*

2) ſinguli abiurare iubentur omnes hæreſes,

§. LXVI. Iurisiurandi religione quoque (II) conſtringendi laici ad fidem determinatam ſancte colendam Anno 1129. *in concil. Toloſano c. 10.* apud HARDVIN. *tom. VI. P. II. p. 1151.* ad hoc iuramentum religionis adſtricti ſunt omnes poſt pubertatem, quod zelus exſtirpandi *Albigenſes & Valdenſes* effecit. *Vniuerſi tam mares quam feminæ, maſculi a XIV. anno & ſupra, feminæ a XII abiurent omnem hæreſin extollentem ſe aduerſus ſanctam & catholicam Romanam eccleſiam & fidem orthodoxam, quibuscunque nominibus cenſeatur. Iurent etiam, quod fidem catholicam, quam Romana tenet eccleſia & prædicat, ſeruabunt, & hæreticos prò viribus perſequentur & eos bona fide manifeſtabunt - - Huiusmodi iuramentum ſingulis biennii renouetur.* Iurandum ergo ſingulis de re, quam non intelligunt, & quam ne quidem indagare & euoluere debent. Gloria cœcæ obedientiæ illis relicta, qui credere debent ea, quæ eccleſia credit, vtut ignorent, quid credat eccleſia Romana. Hunc tendunt quoque *iuramenta religionis*, iam dudum illis impoſita, qui ad munia publica recipi deſiderant, quæ nec proteſtantes abſolute reiiciunt, ſed inter ſe hac de cauſa in diuerſa abeunt. Qualecunque demum præſidium his iuramentis quæratur, vnice illud huc redit, vt *libertas conſcientiæ* tollatur, & formulæ fidei publice approbatæ pro *lege* admittantur, id quod hi intendunt, qui ex vſu eccleſiæ Romanæ hæc exigunt. Pluribus iam edilſerui de horum iuramentorum abuſu in *iure paroch. ſect. III. c. 1. §. 47. ſqq.* quæ hic reguſtare nolo.

& imprimis qui ad officia publica admittuntur, iuramentum religionis præſtant,

3) laicis interdicta lectio ſcripturæ S. in vulgari,

§. LXVII. Præterea (III) ad præcauendum diſſenſum a traditis Romanæ eccleſiæ laicis interdicta eſt lectio ſcripturæ ſacræ in *lingua vulgari* ex decreto PII IV. apud HARDVINVM *tom. X. concil. p. 208.* quod vt argumentum ſuſpectæ doctrinæ eccleſiæ Romanæ noſtrates arguunt, ſimul tamen recte reprobant, vt plenius docuit CHEMNITIVS *in exam. concil. Trident. P. I. lib. 1. ſect. 7.* Prætextus varios, quibus hæc ſcripturæ S. lectio, ſingulis admodum ſalutaris, interdicta fuerit, con-

Digitized by Google

congeſſit DVPINVS *in prolegom. ſuper bibl. c. IX. §. 4.* præ ceteris vero NICOLAVS LE MAIRE *in ſanctuario profanis occluſo ſiue de ſacrorum bibliorum prohibitione in lingua vulgari ſeu vernacula.* Etiam RICHARDVS SIMON *dans l' hiſtoire critique des verſions du nouveau teſtament. c. 44. p. 536.* non abſolute improbat tale noxium inſtitutum, quod alit ignorantiam in plerisque laicis, quorum gratia veritates diuinæ manifeſtatæ ſunt atque propoſitæ. Ait enim: *les anciens peres de l' egliſe ont eu raiſon d' exhorter les fideles de leur temps à la lecture des livres ſacres, parce' qu' en effet l' ecriture ſainte a eſté donnée pour inſtruction de tout le monde.* Ingenua ſane confeſſio, qua nihil verius dici potuit. Sed audiamus inanem prætextum, quo ratio ſtatus eccleſiæ Romanæ defendi ſolet. *On avoit*, pergit, *alors du reſpect pour les traditions recuës dans l' egliſe. Les peuples etoient ſoûmis à la direction de leurs Evêques & de leurs paſteurs, qui leur faiſoient entendre la parole de Dieu.* Tam diu ergo lectio ſcripturæ S. permiſſa quaſi *ex gratia* laicis fuit, quamdiu *traditionibus inanibus* adhuc obedientes præbebant aures, hisque lactabantur, quibus plerique acquieſcere iubebantur, quod ob defectum typographicæ artis, in paucorum manibus eſſet ſcriptura ſacra, adeoque eius lectio, aliunde ſatis impedita, prohiberi haud debuerit. Benificio artis typograpicæ tandem lux diuina, infinitis antea traditionibus oppreſſa, ſeſe vbique dilatauit, & craſſis occultata & circumfuſa tenebris illuxit, quod non potuit non ſtomachum his mouere, qui ex his *traditionibus* quæſtum capiebant. Hinc conſilium capiendum erat de prohibenda ſcripturæ S. lectione in *vernacula lingua*, quod crederent, hoc modo autoritatem traditionibus fabuloſis relictum iri. Hoc periculum vanum & inane ſine dubio intellexit RICHARD SIMON in verbis ſequentibus: *Mais depuis que quelques eſprits ſeditieux ont abuſé de cette lecture, pour introduire des nouveautes dans la religion, il a eſté neceſſaire d' vſer en cela de precaution, & de ne la permettre pas indifferemment à toutes ſortes de perſonnes.* Si tot abuſus per *traditiones infrunitas* in eccleſiam haud irrepſiſſent, nouitates, quas crepat, haud metuendæ fuiſſent. Denique abuſus ex lectione ſcripturæ S. promiſcua tam enormes non ſunt metuendi, quantos *ignorantia ſupina* veritatum diuinarum produxit, quam hi propagant & commendant, quorum e re eſt, regnum tenebrarum non deſtrui. Quamuis vero ipſemet SIMON fateatur, in Gallia, Germania & Flandria facilius indulgeri lectionem S. ſcripturæ; palam tamen eſt, id per quandam fieri conniuentiam, cum potius frequentior lectio ſingulis eſſet inculcanda & com-

quod ex variis prætextibus iuſtificant.

Scil ad præcauendos abuſus & conſeruandas traditiones inanes

Digitized by Google

commendanda. Id vero principiis curiæ aduersari vel inde liquet, quod, vbi PASCHASIVS QVESNELLIVS docuisset, *vtile & necessarium esse, omni tempore, omni loco & omni personarum generi, studere & cognoscere spiritum, pietatem & mysteria scripturæ*, in constitutione *vnigenitus n. 79. sq.* thesis hæc a CLEMENTE XI. damnata fuerit.

Sententia indicis librorum prohibitorum hac de re,

§. LXVIII. De hoc etiam eo minus dubitandum, quod in *indice libr. prohibitorum*, post concilium Tridentinum edito, ab HARDVINO quoque *tom. X. concil. p. 208.* repetito, in *regula IV.* hæc sanctio promulgata fuerit: *Cum experimento manifestum sit, si sacra biblia vulgari lingua, passim sine discrimine, permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti quam vtilitatis oriri, hac in parte iudicio episcopi aut inquisitoris stetur, vt cum consilio parochi vel confessoris bibliorum, a catholicis auctoribus versorum, lectionem in vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint, ex huiusmodi lectione non damnum sed fidei atque pietatis augmentum capere posse, quam facultatem in scriptis habeant. Qui autem absque tali facultate ea legere seu habere præsumserit, nisi prius bibliis ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit. Bibliopolæ vero, qui præditam facultatem non habenti biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quouis modo concesserint, librorum pretium, in vsus pios ab episcopo conuertendum, amittant, aliisque pœnis pro delicti qualitate eiusdem episcopi arbitrio subiaceant. Regulares vero non nisi facultate a prælatis suis habita ea legere aut emere possint.* Examinat hanc regulam, & quodammodo excusat DV-

quam excusat Dupinius.

PINIVS *cit. l. p. 256.* variasque inde nectit obseruationes, inter quas *septima* & *octaua* notandæ, quibus in effectu prohibitio hæc in vniuersum destruitur. Censet enim, *que cette regle suppose vn fait, sur lequel le pape s' est pû tromper, scavoir que la lecture de l' ecriture sainte en langue vulgaire fait plus de bien que de mal. Le Cardinal Mardrucce a remarqué la dessus, que tous les papes peuvent se tromper en jugeant de l' avantage ou du dommage d' vne loi: quemcunque pontificem in iudicanda lege conducibili vel non conducibili potuisse falli. Que la defense de lire l' ecriture etant fondée sur cette supposition: que la temerite des hommes etoit cause. qu' il en arriveroit plus de dommage, que d' vtilites, dés que cette supposition n' a plus de lieu, la defense doit cesser. Or il est de notorieté publique, que de mille catholiques, qui liront l' ecriture sainte en langue vulgaire à present, il n' y on a presque pas vn, á qui elle apporte plus de dommage que d' vtilité. Ainsi selon la re-*

Digitized by Google

defenſe de lire la bible en langue vulgaire ſans permiſſion, ne doit plus avoir de lieu à preſent. La loi ceſſe, quand la cauſe & la fin de la loi ceſſent. Ceſſat lex, ceſſante fine. Longe aliter CLEMENTEM XI. rationes ſubduxiſſe, ex antea dictis liquet, quæ ſimul monſtrant, legem his ſubterfugiis ab *iniquitate manifeſta* non fuiſſe purgatam, ſed curiam Romanam in hac *ratione ſtatus* immotam ſtetiſſe, nec adhuc hodie a ſententia ſua dimotam fuiſſe.

§ LXIX. Si ergo nequidem lectio *ſacrarum literarum*, quæ tamen omnibus viam ad ſalutem æternam pandit, libera eſt in *lingua vulgata*, multo minus ex *ratione ſtatus clericalis*, qua omne *iuſtum*, quod ſtatui hierarchico *vtile*, quorumuis aliorum librorum maxime *cauſam religionis agentium*, promiſcua lectio permitti, eorumque liberum commercium concedi potuit, ſed *auctoritate eccleſiæ* ſtatuendum fuit, qui libri legendi, qui fugiendi. Atque in hoc collocatur (IV) nouum & fere præcipuum remedium præcauendi & abolendi hæreſes, ſedi Romanæ aduerſas, adeoque paulo prolixius examinandum eſt, vt conſtet, quid in eo probari mereatur, quid vero improbandum. Plura autem momenta ſpecialia in hoc remedio, quod nec proteſtantes *abſolute* reiiciunt, occurrunt, quæ ad hæc poſſunt reduci capita. Vel enim (I) ſimpliciter legibus reprobatur lectio librorum prohibitorum: vel (II) libri expurgantur, atque a noxiis ſententiis liberantur, vel (III) cenſura circa libros edendos exercetur abbis, quorum curæ hæc commiſſa, quo *publicatio librorum noxiorum* præcaueatur: vel (IV) flammis etiam publicis exuruntur, qui rei eccleſiaſticæ nocere creduntur: vel denique (V) contra commercium librorum prohibitorum variæ *leges pœnales* promulgantur.

4) Aliorum librorum, cauſam religionis agentium, reſtrictum eſt tum commercium tum lectio, idque variis modis,

§. LXX. Quemadmodum de *violentis* atque *immanibus remediis*, contra *hæreſes* excogitatis, in diuerſas diſtracti ſunt ſententias eruditi, ita plurimorum quoque acuit ſtudium doctrina, in quinque præcedentibus capitibus adducta, eosque excitauit, vt per varia ſcripta ea examinarent, & vel defenderent vel impugnarent prorſus. Inſignem apparatum, quo hoc argumentum illuſtrari poteſt, orbi erudito exhibuit clariſſ. SCHELHORNIVS in *amœnitat. literariis.* Etenim *tomo VII. diſſertationem hiſtorico-literariam de libris combuſtis p. 75. ſqq.* inſeruit, & *tomo VIII. p. 338. de variis pœnis in libros ſtatutis* ſollicitus fuit, inter quas principatum gerit *ſupplicium ignis, ſi rebus inanimatis* tale prædicatum attribui poteſt, de quo agit *p. 368. ſqq.* & ſpicilegium hoc priori diſſertationi addidit.

Scriptores de hac materia

Schelhornius.

Digitized by Google

didit. Rurſus *eodem tomo p. 463.* nouam diſſertationem *de libris publica autoritate combuſtis* ſiſtit, cuius continuationem *tomus IX. p. 651.* habet, quo *altera diſſertatio* eiusdem argumenti traditur, atque *p. 771.* libellus ſtylo obſcurorum virorum conſcriptus ſub titulo: *modus inquirendi hæreticos ad vſum Romanæ curiæ lectu dignissimus*, recenſetur, qui ſalſe proceſſum contra *hæreticos* perſtringit. Laudat etiam *tomo VII. p. 75. in not.* IO. SCHMIDII & SCHVLTZII *diſſertationes de combuſtione librorum varii generis & in ſpecie hæreticorum* anno 1696 & 1697. editas. Memorant *noua literaria Lipſienſia de anno 1728. p 865.* eruditum quendam Lutetiæ Pariſiorum degentem meditari *hiſtoriam librorum publica autoritate combuſtorum*, edendam ſub nomine ficto BRENNONIS VVLCANI HEISEISII, quanquam quidam iam non ſine ratione ominatus ſuerit, forſan eidem fato, quo reliqui prohibiti, hunc commentarium ſubiectum fore.

Brenno Vulcanus Heiseiſius.

§. LXXI. Equidem doctores Romanæ eccleſiæ iam ab antiquo in eo fuerunt, vt hanc praxin *libros hæreticos noxiosque condemnandi* atque *comburendi* commendarent, ſeduloque in vſum traducerent. Quum vero *proteſtantes* id admodum ægre tulerint, & improbarint, quod ſuos quoque libros atro hoc carbone notarent, inde mox in ſcenam prodierunt, qui hunc morem contra noſtrates laudarent, & propugnarent, inter quos primo loco mihi nominandus eſt GABRIEL PVTHERBEVS, Turonicus, qui Pariſiis anno 1549. edidit *Theotimum*, ſeu *tres libros de expurgandis malis libris*, circa illa tempora ſcriptos, quibus de *indicibus probibitoriis edendis* cogitatum fuit, quem in vſum etiam THEOPHILVS RAYNAVDVS *de bonis & malis libris* tractatum conſcripſit, de quo §. LXXIV. *in f.* quædam adieci. Simili inſtituto anno 1603. Ingolſtadii tractatum *de iure & more prohibendi, expurgandi & abolendi libros hæreticos & noxios* publicauit IACOBVS GRETSERVS Soc. Ieſu theologus, in quo pro aris & focis contra proteſtantes methodum hanc inueteratam *improbandi lectionem librorum*, quos clerus Romanæ eccleſiæ improbat, tueri conatur, & pro more ſuo virus conuiciorum & calumniarum in diſſentientes effundit. vt vel propter impietatem, quam ſpirat, lectio huius libri improbari debeat. Addit deinceps *ſupplementum duplex*, in quo tractatum prædictum vlterius ampliat atque illuſtrat. Sicuti vero mos interdicendi *lectionem librorum hæreticorum*, eosque relegandi, poſſimum natus eſt ex ſtudio opprimendi & perſequendi hæreticos, quod Romana eccleſia per plura ſecula ſummo cum feruore exercuit; ita, qui *de hære-*

Putherbeus,

Raynaudus,

Gretſerus,

ſcriptores de hæreticis & officio inquiſitorum,

Digitized by Google

hæreticis eorumque *pœnis*, atque *de officio inquisitorum hæreticæ prauitatis*, & *praxi inquisitionum* compilarunt tractatus prolixos, in hunc quoque campum vbique excurrerunt, & iura huc pertinentia plena manu tradiderunt, quorum catalogum in limine *historiæ inquisitionis* sistit PHILIPPVS A LIMBORCH. Huius farinæ scriptores quoque laudat GRETSERVS *in præf. in fine*, quibus adhuc multi addi possent, si eorum enarrationem ratio instituti postularet. Imprimis vero huic instituto inseruiunt, qui *historiam indicum librorum prohibitorum & expurgatoriorum* scripserunt, quam succincte tradit HADRIANVS BAILLET *dans les jugemens des Savans sur les principaux ouvrages des auteurs. T. II. P. I. p. 43. & seq. nouiss. edit.* Inter nostrates insignem lucem huic argumento attulit DANIEL FRANCVS *in disquisitione academica de papistarum indicibus librorum prohibitorum & expurgandorum*, in qua non tantum historiam & occasionem horum indicum tradit, sed etiam de damnis & iure eorum erudite edisserit. Huic iungendus est theologus Helmstadiensis IONAS CONRADVS SCHRAMMIVS *de librorum prohibitorum indicibus, eorumque vtilitate & abusu*, quamuis strictius hoc thema saltem percurrat, plenius a FRANCO explicatum. Iam olim quoque IOANNES HVSSVS *de probitione librorum hæreticorum* conscripsit tractatum, atque demonstrare contra Romanæ ecclesiæ doctores rigidos ex patrum praxi voluit, non recte horum librorum lectionem improbari, quod sine dubio Constantienses offendit. Insignem abusum, qui prætextu *purioris doctrinæ conseruandæ* iam olim committi sueuit, inter alios quoque taxauit LOESCHERVS in *dissert. de latrociniis, quæ in publicos scriptores, patres præcipue, solent committere hæretici.* Maiori vero apparatu ex antiquitatibus hoc argumentum illustrauit BARTHOLOMÆVS GERMONIVS *de veteribus hæreticis ecclesiast. codicum corruptoribus*, quem tractatum opposuit *vindiciis manuscriptorum codicum* TETRI CVSTANTII; qui tamen rursus GERMONIVM oppugnauit in *vindiciis veterum codicum confirmatis.* Denique etiam hic nominandi sunt RECHENBERGIVS *diss. de libris obscœnis, &* MORHOFIVS *in polyhistore L. I. c. 8.* vbi de *libris damnatis* agit, aliique plures, qui historiam rei literariæ plenius excoluerunt.

Baillet. Daniel Francus. Schrammius. Io. Hussus. Lœscherus. Germonius & Custantius. Rechenberg. Morhofius.

§. LXXII. Hæc sunt præsidia, in quibus pleraque iam sunt tacta, quæ *morem antiquum* in hac doctrina illustrare possunt. Id tamen negari nequit, sicuti non omnium idem gustus est, ita pariter longe diuersa iudicia de hoc more antiquo *improbandi lectionem* fuisse prolata, nec praxin vbique eandem & parem fuisse. In *thesi* quidem omnes facile conueniunt,

Varia de hoc more improbandi lectionem iudicia.

Digitized by Google

quia in hypotheſi applicatio difficilis, & libri peſſimi publice laudantur ſæpe.

ueniunt, libros noxios non tolerandos, atque corruptores morum vitandos eſſe; enimucro in *hypotheſi* vt plurimum ſupereſt inſuperabil; ambiguitas, quinam libri impii atque periculoſi cenſendi? quum pro diuerſo ſectarum ſtudio ſæpe *hæreticum* atque *noxium* eſſe dicitur, quod in *veritate* ipſa *ſacra* fundatum eſt; e contrario quod *impium*, *ſceleratum* atque *abominabile* eſt ex rectæ rationis principiis, ſæpe pro *veritate* obtruditur orbi, & *veritati diuinæ* attribuitur. Quis enim eſt tam ferreus & impius, qui abſque iuſto horrore legere poſſit peſſimum librum GVILIELMI ROSSÆI *de iuſta reipublicæ chriſtianæ in reges impios & hæreticos auctoritate.* cuius infernalia principia ſupra attuli, qui quidem anno 1594. Pariſiis publico igne crematus eſt, plures tamen habuit admiratores clandeſtinos, qui eius lectionem in deliciis habuerunt, atque, quantum fieri potuit, promouerunt, præſertim quum admodum probabile ſit, ſub hoc nomine ficto latitare GILBERTVM GENEBRARDVM, archiepiſcopum Aquenſem. Hic ſtudio Ligæ deditus erat, MARIANA principia & funeſta dogmata ſecutus, cuius lectionem ad minimum non euitabunt ſocietatis Ieſu aſſeclæ, quam nec curia Romana, quantum ego quidem ſcio, improbauit, nec *indicibus librorum prohibitorum* inſeri curauit. Sunt præterea plures alii eiusdem farinæ libri, aulæ Romanæ admodum grati, & Ieſuitis acceptiſſimi, per cenſuram academiæ Pariſienſis damnati, vt inde appareat, impios etiam atque ſummne noxios libros a quibusdam eccleſiæ Romanæ aſſeclis probari, & laudari, prout diuerſa partium ſtudia huc vel illuc mentem traxerunt.

Gentiles ſaniores hunc morem improbarunt,

§. LXXIII. Ita vero factum eſt, vt, qui in aliorum viſcera ſævire voluerunt, potius in propria ſæuierint, & malum, quod aliis intentarunt, ſæpiſſime paſſi fuerint. Eruditi inter gentiles nonnunquam etiam ſimilem fortunam experti ſunt, quod tamen ſapientiores magnopere improbarunt, arbitrati, plus quam barbarum eſſe, de *libris* & *ſtudiis* ſupplicium ſumere. LABIENVS virulentus admodum, & quod paſſim ordines hominesque laniaret, in ſummam inuidiam apud plerosque deductus eſt, vt tandem omnes eius libri ex SCto publico igne damnati fuerint. *In hunc*, ait SENECA *L. V. controu. in præf.* (qui aliis *X.* eſt) *primum excogitata eſt noua pœna. Effectum enim eſt per inimicos, vt omnes eius libri incenderentur. Res noua & inſueta, ſupplicia de ſtudiis ſumi.* Admodum taxat hanc methodum SENECA, oſtenditque, ita factum fuiſſe, vt *iuſtiſſima patiendi vice, quod quisque alieno excogitauerat ſupplicio, ſæpe exciperet ſuo.* Addit *facem ſtudiis ſubdere, & in monumenta*

& talionis iuri obnoxium eſſe dixerunt,

numenta disciplinarum animaduertere, quanta & quam non contenta certa materia sæuitia est. Dii melius, quod eo sæculo ista ingeniorum supplicia cœperunt, quo & ingenia desierunt. Eius qui hanc in scripta Labieni sententiam dixerat, postea viuentis adhuc scripta combusta sunt: iam non malo exemplo, quia suo. Satis prudenter, meo iudicio, SENECA rationes subduxit de hac methodo de libris sumendi supplicium, vnde obseruo, 1) per inimicos, & sic non bono publico, *sæuitiam* hanc inuentam fuisse, qua appellatione SENECA vtitur: 2) indicium id ipsum fuisse malæ causæ, atque rem pessimi exempli: 3) barbariem hanc eo seculo introductam, quo & *ingenia optima* desierunt, vel ad minimum oppressa sunt: 4) ita vero factum, vt, quod quisque alieno excogitauerat supplicio, sæpe exceperit suo. Haud fallor, si æque ad morem Romanorum hodiernum has obseruationes applicuerim, qui eadem sæuitia, imo adhuc peiori, supplicia de libris, a suis dogmatibus alienis, sumunt, & sic eandem reprehensionem incurrunt, qua ciues suo tempore notauit SENECA. Quid enim aliud agunt, quam vt *bona ingenia* supprimant, veritati ipsi & eruditioni bellum indicant, & priscam barbariem, sub qua res Romana admodum creuit, rursus inducere annitantur? In hoc duntaxat diuersitas deprehenditur, quod olim quidem eo seculo ista ingeniorum supplicia cœperint, quo ingenia desierunt; in ecclesia Romana vero tunc potissimum in vsum deducta sunt, quo res literaria e tenebris in lucem protracta, & tot optima ingenia flore cœperunt. Hæc ferre non potuit curia Romana, adeoque pro illis abolendis, quod rei Romanæ ingentem clademinferrent, tot consilia & supplicia excogitata sunt, quæ tamen optatum non potuerunt sortiri effectum.

ex odio protectum,

& coniunctum studio oprimendi bona ingenia,

quem morem tamen defendunt ecclesiæ Romanæ doctores,

§. LXXIV. Inter ipsos ecclesiæ Romanæ assecias, qui & in suos hoc modo sæuiunt, domestica id probant exempla. Notum est, MARIANAM *Iesuitam de regis institutione* conscripsisse libellum, cuius doctrina post modum damnata; atque ipse liber pœnali iudicio flammæ datus, vt ait GRAMMONDVS *L. I. histor. Gall. ad annum 1610. p. 10.* Sed nihil effecit hæc publica libri pessimi condemnatio, qui maiori cum auiditate postea requisitus atque lectus est. Eodem anno, quem notaui, prodiit *Cardinalis* BARONII *tomus annal. XI.* in quo *monarchiam Siciliæ* a regibus Hispaniæ assertam impugnauit, quod opus edicto regis catholici proscriptum est. Recte vero GRAMMONDVS *cit. l. p. 11.* hæc subiicit: *At vana in membranas supplicia, vetito glisscit auctoritas rerum, splendescitque per flammam alias obscurus liber. Priuatim acrius legi amant publice casti-*

qui iura talionis etiam perferre debent,

& lectorum auiditatem magis accendunt,

Digitized by Google

caſtigata: Ita ceſſit BARONIO, *cuius opus in maius auditum, ex quo vetitum.* Parem fortunam habuerunt tot infiniti libri a Romana eccleſia proſcripti, anſamque dederunt, vt eo magis ſtudia diſſentientium ad ſcribendum acuerentur, & veritas oppreſſa euolueretur, quin etiam libri reuera noxii, quales imprimis ſunt *atheorum*, vt plurimum eo auidius requiri ſolent, quo omnium oculis manibusque publica cenſura eos ſubducere ſtudet, vt obſeruat AMELOT DE LA HOVSSAIE in notis ad TACITVM *L. IV. c. 35. p. 268.* aitque: *Brûler les livres, c' eſt allumer la curioſité de les lire, au lieu que de laiſſer courir, c' eſt en dégouter ceux, qui les liſent, & ôter la demangeaiſon de les lire à ceux, qui ne les ont pas lûs.* Idem præterea MORHOFIVS *in Polyhiſt. L. I. c. 8. n. 1.* obſeruat, aiens: *Fieri ſæpe ſolet, vt, qui arctius cuſtodiuntur libri, cupiditatem & deſideria curioſorum prouocent, qui maiori attentione ac cura malos tum libros legunt, quum obuii, & a viris doctis refutati vileſcerent. Nunc vero, quum illi anxia diligentia in ſecreto tenentur, deſperatæ cauſæ ſuſpicio quibusdam prauis ingeniis ſubroriri ſolet.* Exoptat vir eruditus *num. 5.* ſæpe vtilius fore, ſi tales libri impii, qui olim prorſus oppreſſi ſunt, adhuc hodie extarent, quod maior vtilitas inde ſperanda, quam noxa metuenda eſſet. *Fuere*, ait, *& Auguſtini tempore, qui circumferrent librum de Chriſti magia, de quibus* AVGVSTINVS *de conſenſ. evangel. c. 8. Vtinam eius farinæ libri extarent, & legi ab omnibus poſſent! Certus ſum, ex ipſis tela, quibus eorum calumnia iuguletur, nos depromturos.* Addo etiam hoc, vt plurimum idem fatum iisdem imminere, qui aliorum librorum temerarii oppreſſores ſunt, exemplo eius, qui LABIENI libros ex odio comburi procurauit. Notum eſt, THEOPHILVM RAYNAVDVM Ieſuitam anno 1653. *de malis & bonis libris, deque iuſta ac iniuſta eorum confixione* erotemata edidiſſe, atque methodum Romanam damnandi lectionem librorum, quos *hæreticos* vocant, ſtrenue propugnaſſe, librumque hunc in eum finem conſcripſiſſe, vt conſtaret, quinam *libri improbatæ lectionis* eſſent, poſtquam LEO X. generalem bullam de *non legendis libris hæreticis* contra LVTHERVM ediderat. Addit vero ſatis notanter MORHOFIVS *T. I. L. I. Polyhiſt. c. 16. n. 28. Sed ille, dum ſua in alios libertate conſendi vetitur, ipſe in cenſuram eccleſiaſticam incurrit, atque in indicem probibitorum librorum quædam eius opera relata.* conf. STRVK. *c. 1. de iur. biblioth. n. 35.*

Diuerſum eccleſiæ Romanæ iudicium de more im-

§. LXXV. Hiſce tamen & ſimilibus rationibus non mouentur, ſed easdem flocci pendunt eccleſiæ Romanæ doctores, quibus volupe eſt, imprimis dominatum in *doctrinis eccleſiaſticis* ſtabilire, & quæ *legenda*

da quæque *ſcribenda* ſint, imperio ſacro determinare. Aiunt, malos libros, & imprimis *hæreticorum*, perdendos eſſe tanquam aſpidum oua, iuxta GREGORIVM NAZIANZENVM *orat. II. de fide*, quod nati ſint ad aſpides & baſiliſcos procreandos, vt ait DOMINICVS GALESIVS *de reſtit. in integr.* ibique *in commentar. ad conſtit. Vrbani VIII. p. 130. n. 66.*: veritatem hanc ethnicos agnouiſſe, & *peregrinæ religionis* in hac parte diligenter inuigilaſſe, vt libros cremauerint, qui religionibus derogarent, vel SVETONIO teſte *in Auguſto c. 31.* non minori cura itaque *veræ religionis filios hæreticorum libros, quibus veram religionem euertere impie machinantur, aliosque improbatæ lectionis libros prorſus abolere, neue remaneant tam facinoroſæ peruerſitatis veſtigia, vt flammis combuſta depereant, ſtudere debere*, vt rurſus ait GALESIVS *L. 2. n. 65.*: hos eſſe inſtar *medicamentorum malorum* animos hominum corrumpentium, adeoque iuxta *l. 4. §. 1. π. fam. herciſc.* prorſus corrumpendos: praxin *eccleſiæ primitiuæ* hanc librorum malorum exterminationem probare, idque conſtare ex *Actor. XIX, 19.*: blasphemias prohiberi *Leuit. XXIV, 15. & 16.* quæ riſſime creduntur abeſſe ab hæreſi: non audiendos eſſe *hæreticos*, huius inſtituti ſaluberrimi hoſtes infenſiſſimos, obſeruante HADRIANO BAILLETO *aux jugemens des Savans T. II. P. I. p. 46.* aiente: *Au reſte ces ſortes d' Ouvrages ont extrêsmement déplû aux Héretiques, qui n' ont pû ſouffrir, que des cenſeurs, auxquels ils prétendent n' etre pas ſoumis, examinaſſent leurs ouvrages. Non obſtant leurs murmures, il faut avouer, que cet établiſſement eſt tres-ſage & tres utile meme, quand il eſt executé conformément, aux intentions de ceux, qui en ont été les premiers Auteurs*: ipſos proteſtantes, quatenus in duas partes abeunt inter ſe, hanc praxin egregiam approbaſſe, & mutua iracundia atque ſeueritate in libros aduerſariorum ſæuiiſſe, Lutheranis Reformatorum, his vero illorum libros proſcribentibus, vt exemplis GRETSERVS *de iure & more prohibendi libros hæreticos in præfat.* demonſtrat: expedire reipublicæ & eccleſiæ, vt a malis hominibus purgetur, quanto magis ergo a *malis libris*, quibus nullum venenum perniciouſius eſſe poſſit: *exemplis* etiam & *miraculis* (nam fabulas hæc dicere, *hæreticum* eſt) conſtare, ſingulari diuinæ vltioni expoſitos fuiſſe, qui *malos & hæreticos* libros in penu ſua tolerauerint, teſtibus GRETSERO *c. l. p. 54. L. I. c. 9. in fin.* & RABANO in *c. 7. D. 37.* afferente exemplum de B HIERONYMO, *qui quum libros legeret Ciceronis, ab angelo fuit correptus, eo quod vir chriſtianus figmentis paganorum intenderet*: (FRANC. *cit. l. IV. §. 57. p. 56. §. 54. p. 50. in not. num.*

probandi lectionem hæreticorum ſcriptorum, ex lubricis fundamentis.

Digitized by Google

num. 29.) denique ad *curam pastoralem, & officium episcopale*, ab ipso CHRISTO institutum, pertinere librorum malorum proscriptionem, & quæ sunt alia huius generis argumenta, quibus pleniſſime ſuam cauſam inſtruunt PVTHERBEVS, GRETSERVS, RAYNAVDVS, aliique *indicum prohibitoriorum* patroni & aduocari.

Improbare lectionem librorum noxiorum quid ſit?

§. LXXVI. Quia itaque hi expurgatores magnopere *antiquæ plebis Romanæ* mores hac in re laudant, & ad eos prouocant, agite, videamus, quales hi mores fuerint, & qua methodo, quoue vſu inceſſerint maiores? Præmitto autem, *improbare lectionem librorum* nihil aliud eſſe, quam eam prohibere, damnare, impedire, & ipſas doctrinas vel abominari, vel ob cauſas politicas abſcondere, & ad *arcana religionis* referre. Hoc ſenſu *improbatio teſtium* AVCTORI *ad* HERENNIVM *L. II. c. 16.* nihil aliud eſt, quam reiectio teſtium, ſicuti PLINIVS *L. VIII. epiſt. 18. teſtamentum* tunc *improbari* dicit, quando damnatur & reiicitur. Eſt autem talis *improbatio* lectionis vel *doctrinalis* vel *imperatiua.* Illa ſine imperio coactiuo vel ex legibus amoris & amicitiæ fit, vel denique fructus eſt pietatis & conuerſionis, & ſic factum mere ſpontaneum. Tale quid deprehendo in facto Epheſiorum ad CHRISTVM conuerſorum, qui *ſponte ſua* libros magicos apportabant, eosque igne concremabant, quorum pretium erat 50000. denariorum, *Actor. XIX, 19.* Ineptiſſime GRETSERVS *cit. tr. in præf. §. 2.* ex hoc facto effingit *apoſtolicum mandatum*, legemque eccleſiaſticam in perpetuum valituram, cuius nullum veſtigium & argumentum occurrit, vt recte Dn. SCHRAMM. *cit. diſſ. §. 6.* obſeruat. Sicuti quilibet eſt rerum ſuarum arbiter, ita recte quoque quæuis noxia e medio tollere poteſt, ne forſan aliis, qui eorum venenum ignorant, in noxam cedant. Interim non dubium eſt, quin apoſtoli, quibus vnicum illud neceſſarium curæ cordique fuit, ſedulo chriſtianos, ſub gentilibus viuentes, a *lectione librorum noxiorum* dehortati fuerint, eamque maxime in iis improbauerint, qui eccleſiis præerant, & conuertendis infidelibus occupati. Hoc enim ad *officium doctoris* fidelis & ſinceri quoqe pertinet, vt *libros vtiles* commendet, eosque, quibus virtus alitur & ſuſtentatur, auditoribus ſuis proponat, *noxios* vero & mores corrumpentes indicet, atque eorum lectionem ceu peſtem fugiendam eſſe, doceat, quamuis hoc ipſo nullum *imperium*, a *doctrina* alienum, exerceat, nec *vi coactiua* lectionem eorum prohibeat, Ita PAVLVS *1 Tim. IV, 7.* auctor ſuaſorque fuit TIMOTHEO, quem in miniſterium muneris apoſtolici aſſumſerat, vt a lectione *antiquarum fabularum* ſeſe cohiberet, ſub quibus

improbatio eſt vel doctrinalis,

quæ ex ſacris illuſtratur vt Act. XIX, 19.

1 Tim. IV, 7.

Digitized by Google

bus ſine dubio intelligit *theologiam gentilium*, fabulis infinitis repletam. Idem thema tractat *2 Tim. II, 23.* & TIMOTHEVM adhortatur, vt ab omnibus ſubtilibus & ineptis quæſtionibus abſtineat, quibus libri philoſophici, imo iudæorum etiam, adeo oppleti erant, vt fere primariam doctrinam in iis quærerent iudæi & gentiles; qua adhortatione tamen non obſtante, chriſtiani in libris ſuis plures eiusmodi quæſtiones repetierunt, vt obſeruant interpretes noui teſtamenti gallici, Dn. DE BEAVSOBRE, & LENFANT *in notis ad 2 Tim. II, 23.* Idem quoque inculcat PAVLVS *Tit. III, 9.* eumque admonet, ne legendis *quæſtionibus inutilibus* & *genealogicis*, quæ iudæis in deliciis erant, tempus terat, vtilioribus meditationibus impendendum. Sicuti enim eccleſiæ primitiuæ quoad maximam partem collectæ erant ex iudæis, qui ægre ſtudia iudæis familiaria deponebant; ita eueniebat, vt his iudaicis quisquiliis legendis, & meditatione percontandis, quidam ſe totos darent, atque hisce CHRISTI ſimpliciſſimam doctrinam inficerent & maculârent, vt indicat PAVLVS ad *Tit. I, 13. 14.* Pariter eccleſiis ex *gentilibus* collectis, PAVLI ſollicitudo huc imprimis directa erat, ne fideles principiis gentilium philoſophicis innutriti a ſalutifera CHRISTI doctrina abducerentur, qua de cauſa eos ad *Coll. II, 8.* admonet, ne *philoſophia hac* capiantur, quod tamen poſtea factum eſſe, res ipſa docet, quia PLATONIS dogmata cum CHRISTI doctrina nonnulli coniunxerunt, nec ſe a lectione huius philoſophi abduci paſſi ſunt, quo ipſo tamen mirifice doctrinæ CHRISTI puriſſimæ infectæ fuerunt. Interim tamen, qui legebant gentilium & iudæorum commenta, ea de cauſa cenſuris non ſubiiciebantur, quin potius animaduertebant, id ſæpe neceſſarium eſſe, vt eos proprio gladio jugularent, prout ſcripta patrum primitiuæ eccleſiæ docent.

2 Tim. II, 23. Tit. III, 9. Tit. I, 13. 14. Col. II, 8.

Etiam philoſophia doctrinalis in vſu fuit.

§. LXXVII. Plura quoque gentiles *philoſophi* circa *lectionem* librorum dederunt *præcepta*, *monita*, *conſilia*, oſtendentia, quænam improbanda. Generatim monet SENECA *epiſt. 45. non refert, quam multos, ſed quam bonos habeas* (libros) *Lectio certa prodeſt, varia delectat.* Alibi, ſcilicet *epiſt. 2.* hoc monitum ſuggerit: *Diſtrahit animum librorum multitudo. Itaque quum legere non poſſis, quantum habueris, ſat eſt habere, quantum legas. - - Faſtidientis ſtomachi eſt, multa deguſtare: quæ vbi varia ſunt & diuerſa, inquinant, non alunt. Probatos vtique ſemper lege.* Hæc præcepta iis potiſſimum præſcribit, qui *mentem* virtutibus emendare & ornare deſiderant; qui *intellectum* infinita ſciendi copia implere ſitiunt, qui gloiam *infinitæ lectionis* captant, hæc præcepta reſpuunt, abiiciunt, contemnunt. Huc pertinent, qui *lectiones anti-*

Digitized by Google

antiquas, lectiones memorabiles, curiosas, similesque ediderunt, qui ad *infinitæ lectionis* gloriam, quæ inter eruditos ab omni ævo omne tulit punctum, hoc ipso proruerunt. Rectius alii tamen cum PLINIO *lib. VII. ep. 9. in f.* existimarunt: *multum legendum esse, non multa*, quo ipso improbarunt *lectiones infinitas*, quæ quidem ad *eruditionem* proficere dicuntur, sed *mores* non perficiunt, nec *veram sapientiam* operantur. Ita censuit ARISTIPPVS apud LAERTIVM: *Sicuti non, qui plurima comedunt, & exercentur, melius valent, quam qui sumunt necessaria; ita, non qui plurima, sed qui vtilia legerunt, studiosi habendi & eruditi.* Simili præcepto lectionem infinitam improbauit M. ANTONIVS *de rebus suis L. II. c. 2.* vbi ait: *mitte libros & §. 3. librorum sitim pelle.* Denuo vero SENCA *de tranquill. c. 9.* idem argumentum tractat: *Quo mihi innumerabiles libros & bibliothecas, quarum dominus vix tota vita sua indices perlegit? Onerat discentem turba, non instruit: multoque satius est, paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos.* Imprimis improbant lectionem *magnorum librorum, quod μέγα βιβλιον μέγα κακὸν, magnus liber magnum malum sit*, iudice CALLIMACHO *Grammatico* apud GATAKERVM *aduerf. miscell. L. II. c. 11. ab init.* Denique *selectum* in *lectione* commendabant, quem hoc simili illustrat POLYBIVS *L. III. c. 57. Non animaduertunt isti, idem sibi vsu venire, ac catillonibus conuiuis, qui, singula fercula degustando, neque in præsentia vllam veram voluptatem cibis capiunt, neque imposterum vtile ex eorum digestione alimentum ferunt, sed omnia potius contraria experiuntur. Simillime & illi, qui parem animum ad librorum lectionem afferunt, neque in præsentia vere se oblectandi, neque imposterum proficiendi rectam ineunt viam.* Hæc & infinita alia loca euincunt, *philosophos* & *sapientes* circa *lectionem librorum* passim egregia tradere *præcepta*, quibus illa vel probatur vel improbatur, vt tamen non eædem rationes improbandi lectionem horum vel illorum librorum *philosophos* & *legislatores* mouere soleant.

Vel imperatiua improbatio, eaque vel priuata,

§. LXXVIII. Accedo ad *imperatiuam improbationem*, quæ mediante quodam *imperio* exercetur, atque hæc rursus potest diuidi in *priuatam* & *publicam*, prout imperium est vel *priuatum* vel *publicum*. Ad *imperium priuatum* refero potestatem *parentum* & *præceptorum*, qui mores liberorum & discipulorum suorum formare, & in iis formandis etiam quadam *coactione* vti debent, qua de causa illis incumbit, vt teneros animos a lectione illorum librorum districte abducant, quibus facile infici, & ad sordida peccata perpetranda induci possunt.

Sic

Digitized by Google

Sic natura iubet, velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Quum ſubeunt animos auctoribus.

Ita recte canit IVVENALIS *ſat. XIV. 13.* cuius ſatyræ alias impuris obſeruationibus ſcatent, vt merito ab harum lectione abſtinere iubeantur adoleſcentes. Præparatum vtique & ſubactum animum deſiderat lectio eiusmodi poetarum, aliorumque ſcriptorum, qui vitia taxant, quem tamen nondum habent infirmioris iudicii & ætatis adoleſcentes, in quibus obtinet, quod rurſus IVVENALIS canit *cit. l. verſ. 40.*

dociles imitandis
Turpibus ac prauis omnes ſumus.

Inde addit hanc optimam ſententiam *v. 70.*

Gratum eſt, quod patriæ ciuem. populoque dediſti,
Si facis, vt patriæ ſit idoneus, vtilis agris,
Vtilis & bellorum & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu
Moribus inſtituas.

Atque hoc etiam per *leges prouinciales* iniungi ſolet præceptoribus, ne lectionem huiusmodi *librorum laſciuorum* diſcipulis ſuis indulgeant, quod factum eſt in der Chur-Sächſ. Fürſten-Schul-Ordnung *relata in Corp. iur. Saxon. p. 313. tit.* von der *diſciplin* und Zucht, *n. 6.* Fabeln und Lügen-Bücher, Buell-Liedlein, Schmach- und Schand-Schriften, unzüchtige Gemählde, ſollen ſie (die Præceptores) bey den Knaben in ihren Kammern und ſonſten, nicht leiden. *Publica improbatio lectionis* eſt, quæ fit per *legem* vel *edictum legislatoris*, ſeu imperantis in republica, ſtatuta etiam iis pœna, qui legendis libris damnatis vacauerint. Atque hæc rurſus diuidi poteſt in *eccleſiaſticam* & *ſeculare*m, poſtquam paſtores eccleſiæ modeſtiam primitiuam, & officium proprium derelinquentes, *imperium ſacrum* in eccleſia exſtruxerunt, & *iuriſdictionem eccleſiaſticam* per plura ſecula exercuerunt. Ad hanc etiam referunt *ius proſcribendi libros hæreticos*, & a doctrina Romanæ eccleſiæ hierarchica recedentes, quos atro carbone notant, lectores vero eorum grauiſſimis ſubiiciunt cenſuris. Atque hæc improbatio lectionis eſt *eccleſiaſtica.* Enimuero *ſecularis* dicenda, quam principes & imperantes rerum publicarum vi ſummi imperii exercent, præcauentes, ne publicatione & lectione ſeditioſorum, obſcœnorum, & flagitioſiſſimorum librorum quid detrimenti capiat ſalus reipublicæ ſubdi-

vel publica.

eccleſiaſtica,

ſecularis

exemplis illustrata.

torumque mentes ad facinora perpetranda per pessima dogmata irritentur ac prouocentur. Huc olim pertinebat improbatio lectionis *librorum magicorum*, vt ICtus innuit in *l. 4. §. 1. fam. herciſc.* vt & *famoſorum libellorum;* imo quamdiu imperatores adhuc eccleſiaſtica imperio ſuo dirigebant, leges etiam condebant de *non legendis libris hæreticis*, adeo vt, qui ſaltem libros ſacrilegos ſeruaret, perpetuæ deportationi ſubiiceretur per *l. 8. C. de hæret. & manich.* quod infra fuſius illuſtrandum erit. Ad priorem ſpeciem, *eccleſiaſticam* ſcilicet improbationem, inprimis *decreta conciliorum* refero, quæ inſtar *legum eccleſiaſticarum* clericis præcipue præſcripta ſunt, & quamuis patrum *doctrinæ* lectionem librorum determinantes a *legibus* ſeparandæ videantur, illæ tamen vtplurimum excipiuntur, quæ *decreto* GRATIANI inſertæ, vel *pontificum decretalibus* repetitæ ſunt. Sic in *concilio Chartaginenſi IV. c. 16.* repetito in *c. 1. D. 37.* epiſcopis prohibitum eſt, *gentilium libros legere.* HIERONYMVS relatus in *c. 2. D. 37.* ſacerdotibus Dei hoc crimini dat, quod *omiſſis euangeliis & prophetis comœdias legant, amatoria Bucolicorum verſuum verba canant & Virgilium teneant.* Ita vero quidam, vltra modum ſeueri, omnem lectionem librorum gentilium in clericis improbant, quamuis alii mitiores hac in re fuiſſe legantur, vt docet *c. 8. 9. 10. 11. 13. 14. D. 37.* Id vnice tamen curabant, ne quoscunque libros quicunque legerent, nec ſacerdotes in legendis libris gentilium omne tempus tererent. Imprimis vero criſtianis interdicta fuit *lectio poetarum* iuxta *c. 15. D. 37.* vbi generatim hæc habentur: *ideo prohibetur chriſtianis figmenta legere poetarum, quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim ſolum thura offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.* Alia teſtimonia iam non addo.

Improbatur lectio libri (1) ſimplici condemnatione.

§ LXXIX. Poteſt vero lectio *libri prohibiti* variis modis improbari, prout tum cauſa condemnationis vel prohibitionis, tum ipſa prohibitio id deſignat. (1) Quandoque *ſimpliciter* liber condemnatur, vt ita *per indirectum* ſupprimatur, atque *lectio* eius impediatur, quamuis *directo* pœnis haud ſubiiciatur, id quod vtplurimum contingit in libris fiſco addictis, & publice vendi prohibitis. Non diſquiram, vtrum hoc modo libri ſupprimi queant? quum experientia teſtetur, tali condemnatione librorum prohibitorum copiam magis augeri, vt aliquot exemplis illuſtrat AMELOT DE LA HOVSSAIE *in obſeruat. ad Tacit. L. IV. annal. c. 35.* Sed id tantum obſeruo, non omnem condemnatio-

Digitized by

tionem libri neceſſario involuere *probibitionem lectionis*, vt bene obſeruat BAYLIVS *in dictionaire hiſtorique & critique tom. II artic. Heliodorus. lit. B.* aiens: *La condemnation d' vn Liure par vn ſynode n' empêche pas qu' il ne ſoit lû, qu' il ne ſoit connû, & qu' il ne reçoive les éloges, qu' il mérite.* Olim facilius lectio libri per condemnationem eius impediri poterat, præſertim ſi id agebatur, vt liber condemnatus in totum aboleretur, antequam beneficio *typographiæ* breui tempore immenſa librorum copia per orbem diſſeminari poterat. Refert NICEPHORVS *L. XII. hiſtor. c. 34.* Heliodorum, Tricenſem epiſcopum, amatorios libellos, quum adhuc iuuenis eſſet, compoſuiſſe, cuius lectione quum iuuenes multi in periculum coniicerentur, ſynodus prouinciales ſtatuiſſe fertur, libellos ipſos, qui amores accenderent, igne conſumtos abolendos, vel auctori functionem epiſcopalem abrogandam eſſe. *Ille vero*, ait NICEPHORVS, *epiſcopatum deponere, quam ſcripta ſua ſupprimere, maluit.* Hæc ſi vera ſunt, euincunt de libri *abolitione & ſuppreſſione* in ſynodo prouinciali actum fuiſſe, vt ita *per indirectum* lectio eius impediretur. Fabulam vero narraſſe NICEPHORVM, ſcriptorem credulum, obſeruat HVETIVS *de origin. fabular. Romanenſ. p. 36.* & pluribus illuſtrat BAYLIVS *cit. l. An enim fuit in poteſtate Heliodori, vt aboleret, ac perderet opus ſuum, aut omnino ſuppreſſum teneret, quod iam exiſſet in vulgus, & manibus omnium volucretur, quodque iuuentus periculo aliquo damnoque morum, vt vult* NICEPHORVS, *legendo contriuiſſet?* vt ait VAVASSOR *de dictione ludicra p. 150.* Ceterum infra ſpecialius declarandum erit, in foris proteſtantium condemnationem alicuius libri imprimis *hæretici* in ſe rarius continere talem *lectionis probibitionem*, quæ *pœnis* ſubiecta ſit.

quæ non directo involut prohibitionem lectionis.

§. LXXX. Præterea quoque (II) lectio libri alicuius innoxii coarctari & reſtringi poteſt, non quod liber condemnatus aut proſcriptus exiſtimandus ſit, ſed ob rationem *arcani*, quæ non admittit, vt emittatur in *vulgus*, quem ratio *ſtatus publici*, vel alia occultandum exiſtimat. Hoc vero modo contingit, vt de libro non ſumatur ſupplicium, nec is flammis conſumatur, nec reprobetur, quin potius inter *ſancta cimelia* habeatur, lectio eius tamen promiſcua aliunde coarctetur. Apud Romanos olim *carmina Sibyllæ* capitolio aſſeruata, inter *arcana reipublicæ* relata fuerunt, magnaque præcautio adhibita, ne alii ea inſpicerent, legerentque, quam qui ad cuſtodiam horum librorum conſtituti, eorumque *inſpectioni* præpoſiti fuerunt. AVGVSTVS

2) Coarctatione lectionis ex ratione arcani,

quorſum olim pertinebant carmina Sibyllæ Cumanæ.

Digitized by Google

ſuo tempore, teſte SVETONIO in *eius vita c. 31.* fatidicorum libris crematis *ſolos retinuii Sibyllinos, condiditque duobus forulis auratis ſub palatini Apollinis baſi*, vt in arcano haberentur, ne ſeditioſis hominibus aliquid ex publica re innouandi, aut perperam intellecti, maiora concupiſcendi occaſionem præberent, prout ex antiquorum Romanorum diſciplina iudicat SAMVEL PITISCVS *in notis ad cit. l.* Quid? quod ſub regibus capitalis pœna dicta fuerit cuſtodibus, qui aliis *deſcribendi* & *legendi* hos libros copiam præberent. *Etenim*, vt ait VALERIVS MAXIMVS *L. I. c. I. §. 13. Tarquinius rex Marcum Tullium Daumuirum, quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, corrruptus Petronio Sabino deſcribendum dediſſet, culeo inſutum mari abiici iuſſit.* Præterea DIO *L. LIV. p. 532.* refert, AVGVSTVM imperatorem iuſſiſſe, carmina Sybillina vetuſta iam detrita a ſacerdotibus ſua ipſorum manu deſcribi, *ne quisquam alius ea legeret.* Plura autem Sibyllarum carmina fuiſſe, & in vulgus quædam manaſſe, probe obſervat FABRICIVS *tom. I. bibliothec. græcæ L. I. c. 33. §. 17. p. 225.* Non quæuis enim occultabant, ſed tantum *Sibillæ Cumanæ, cuius libri*, ait LACTANTIVS *L. I. c. 6. a Romanis occuluntur, nec eos ab vllo, niſi a quindecimuiris, inſpici fas habent.* De aliis populis, qui itidem ſua *myſteria* habuerunt non diuulganda in vulgus, nihil addam, quippe quæ me nimis a ſcopo auocant. Paucis tantum, & quaſi in transcurſu, obſeruo, fuiſſe etiam in primitiua eccleſia quandam *arcanii* diſciplinam, a cuius *notitia* & *lectione* catechumeni arcebantur, vt oſtendit TENZELIVS *de diſciplina arcani.* Quin etiam iudæos *arcana* huiusmodi occultaſſe, cum aliis gentilibus, obſeruat cancellarius academiæ Tubingenſis Dn. PFAFFIVS *in primitiis Tubingenſ. Part. poſterior. p. 149. ſqq.* quamuis chriſtianis peculiares rationes fuerint, non quæuis *dogmata maiora* & *grauiora* illis mox tradendi, qui adhuc lacte alendi erant, quæ in aliis religionibus non eundem ſcopum habuerunt. Adſtrictior poſtea, quamuis minime probanda, diſciplina *arcani* introducta fuit in eccleſia Romana, qua etiam laicis *ſacrarum literarum* lectio in vulgari idiomate interdicta fuit, quam ſanctionem Romanæ eccleſiæ nonnulli ex more antiquo Romano occultandi *carmina Sibyllæ Cumanæ*, lepido prorſus argumento, legitimare ſtuduerunt, vt obtenuit Dn. FABRICIVS *V. CL. c. l. p. 226.*

an etiam diſciplina arcani in primitiua eccleſia?

an ſacrarum literarum lectio?

3) Directa lectionis prohibitio

§. LXXXI. Directo quoque (III) lectio improbatur, atque interdicitur ex vſu eccleſiæ Romanæ, adeo vt *grauiſſimis* coërceatur *cenſu-*

Digitized by Google

furis. Hæc prohibitio eſt vel *generalis*, qua omnes hæreticorum libri legi prohibentur, quales ſanctiones imprimis per *edicta pontificum*, LVTHERO reformationis opus aggrediente, publicatæ ſunt. Similis prohibitio generalis olim obtinuit reſpectu *librorum magicorum*, quod etiam porrigi poteſt ad *libellos famoſos*, vt ſpeciatim infra indicandum. *Specialis* prohibitio vel certos libros eorumque *lectionem* tangit, qui in *indicibus prohibitoriis* referuntur: vel *quibusdam tantum* inderdicit, quibusdam vero permittit, non tamen *ſine cautela.* Specialis prohibitio primi generis occurrit in *Nou. 42. c. I. §. 2.* vbi vniuerſis interdictum eſt, ne libros NESTORII & SEVERI detineant: *ſecundi generis*, in ipſis ſacris literis deprehenditur, laicis interdictis, clericis conceſſis. Conf. FRANC. *cit. tr. c. 8.*

bitione, vel generali,

vel ſpeciali,

• §. LXXXII. Quia vero (IV) animaduerterunt præſules Romani, non omnes libros, eccleſiæ Romanæ vlcera hinc inde propalantes, & hierarchiæ aduerſantes, quorum immenſa tamen copia eſt, e medio tolli, lectionemque eorum prorſus interdici poſſe; inſolitam prorſus & inauditam, fallaciisque tantum propriam excogitarunt methodum, lectionem eorum, quæ curiæ Romanæ, eiusque rationibus aduerſantur, impediendi per *expurgationem*, *caſtrationem*, *immutationem*, variasque *additiones* in rem ſuam facientes. Huic reprobando negotio, quod in *antiquis hæreticis* eruditi exprobrant, iuxta ea, quæ obſeruaui ſupra, inſeruiunt *indices librorum expurgatoriorum*, in quibus ſimul regulæ præſcriptæ ſunt, quomodo hi expurgatores in immutandis & caſtrandis libris verſari debeant, de quibus infra agendi locus erit. Hoc facinore contingit, vt ſinceri & non caſtrati libri quandoque magno ære redimi debeant, vt vel editio prima PLATINAE *de vitis paparum*, poſtea mirifice caſtrata & immutata, docet. Enimuero parum hodie hæ *caſtrationes* & *mutilationes* librorum proficiunt, poſtquam magno ſtudio in *terris proteſtantium* libri in ſua primitiua integritate conquiruntur, & eduntur, ſimulque fraudes & impoſturæ deteguntur, quæ ab *expurgatoribus eccleſiæ Romanæ* in caſtratis editionibus commiſſæ ſunt. Eo magis autem hoc facinus improbandum eſt, quo grauiora *rei literariæ*, & *veritati hiſtoricæ* imminent pericula, vt ſi ſecundum infectos hos, ac mutilatos, deprauatosque libros iudicandum eſſet, nihil certi ac genuini in antiquitatibus hiſtoricis amplius ſupereſſet. Improbant hanc methodum ſinceriores eccleſiæ Romanæ doctores, quorum teſtimonia collegit DAN. FRANC. *de papiſtar. indic. libror. probibitor. c. XIII. §. 188. p. 207.* agnoſcentes, *hanc eſſe*

4) expurgatione librorum ſuſpectorum,

quæ magnopere improbanda,

Digitized by Google

esse rationem, qua successu temporis fides scripturis omnibus derogabitur, & ecclesia Dei euertetur: imo quod addo, summa rerum barbaries, & tenebræ densissimæ inducentur. Has forsan præoptat Romana curia, vt eo facilius nuditatem suam tegere, & tela, quæ a se auertere aliter nequit, per hunc *mutilationem* & *immutationem* frangere possit. Id vero rebus sic stantibus, moraliter forsan impossibile est, quamdiu tot instructissimæ & catholicorum & protestantium bibliothecæ extra italiam supersunt, quæ haud permittunt, vt hæc *latrocinia sacra vel quasi* vnquam veritati dicam scribere possint.

5) censura librorum edendorum, quæ definitur.

§. LXXXIII. Denique (V) huic instituto improbandi publice lectionem imprimis inseruit *censura librorum*, nouiter edendorum, ne quid in illis tradatur, quod reipublicæ, bonis moribus, & fidei repugnat. Definiri enim solet hæc CENSVRA & inspectio librorum, quod sit *potestas ab ecclesia & magistratu quibusdam viris doctis & piis commissa, qua libri, tum recens scripti, tum ex veterum monumentis eruti, inspiciuntur, examinantur, & censentur, an editio eorum & euulgatio cum ecclesiæ & reipublicæ, pietatis & honestatis commodo aut detrimento fieri queat.* vid. GRETSER. *in præf. de iur. & mor. probib. libr. hæret. §. 9.* In effectu itaque hæc censura in quodam *examine rigoroso librorum edendorum* consistit, quod canonistæ attribuunt *iurisdictioni ecclesiasticæ*, imprimis vero *papali*, vtpote quem *summum arbitrum doctrinæ* & libellorum edendorum constituunt, cuius potestatis fundamenta examinat FRANC. *c. l. p. 61. 224. & 225.* Similiter per hanc censuram determinant, quid in vulgus edendum, publiceque legendum sit, nec ne? quod enim improbant, damnant, suspectum habent, id in edendis delent, immutant, & exemplaria per multum temporis spatium, quod examini librorum & correctioni impendendum est, quasi in captiuitate detinent, vt vel sero, vel etiam aliquando nunquam edantur, quod querelæ eruditorum passim docent. Conf. BAYLE *in dict. hist. & crit. sub artic. Erasmus in fine.* Hanc legem pontifices variis in conciliis eruditis imposuerunt, & vbique *censores librorum* constituendos esse voluerunt, idque officium imprimis *inquisitoribus hæreticæ prauitatis* demandarunt. Etenim ALEXANDER V. *puritatis fidei conseruandæ gratia*, circa initium seculi XVI. typographis *sub pœna excommunicationis* prohibuit, ne libros, tractatus, aut scripta quæuis typis mandarent, sine episcoporum licentia, præuio huiusmodi operum examine concedenda. vid. NATALIS ALEXANDER *T. VIII. hist. ecclesiast. ad secul. XV. & XVI. c. 1. art. 11.* Porro in concilio *Lateranens. V. anno. 1515.* celebrato, apud HARDVINVM

& iure papali præcipitur,

ex decreto Alexandri V.

Digitized by Google

DVINVM *T. IX. p. 1780.* LEO X. pontifex, prolixe de hac *cenſura libro-rum* plura edixit, vt infra indicabitur. Tandem etiam *in concilio Tridentino ſeſſ. IV.* eadem lex de *cenſura librorum* ex *concilio Lateranenſi* repetita, eademque pœna, quibus impreſſiores ſubiacent, ad eos extenſa, qui ſine *cenſura & publica approbatione* libros euulgant. Denique hoc nouiter adiicitur: *Ipſa vero huiusmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideo in fronte libri, vel ſcripti vel impreſſi, authentice appareat: idque totum, hoc eſt, & probatio, & examen, gratis fiat, vt probanda probentur, & reprobentur improbanda.* Hoc modo omnium librorum arbitrium ad *pontificem* & *epiſcopos*, eorumque deputatos delatum eſt, qui minutiſſima etiam, quæ *hierarchiæ* aduerſari videntur, acri cenſura notant; ceterum turpiſſimas adulationes, ſedi Romanæ diuinitatem aſſerentes, cenſura prætereunt, quin potius approbant. Idoneo exemplo hoc demonſtrat PHILIPPVS MORNAYVS *in myſterio iniquitatis*, eiusque *præf.* vbi refert, libros quosdam Romæ, Bononiæ, Neapoli, *iuſſu & approbatione* ſuperiorum, typis mandatos, quibus PAVLI V. imago cum variis emblematibus blasphemiam ſpirantibus præmiſſa, ipſi vero pontifici hæc inſcriptio adiecta: PAVLO V. VICEDEO CHRISTIANAE REIPVBLICAE MONARCHAE INVICTISSIMO ET PONTIFICIAE OMNIPOTENTIAE CONSERVATORI ACERRIMO. Præter hoc encomium applicat ei illud DANIELIS VI, 14. *Dedit ei dominus poteſtatem, & regnum, & omnes populi ipſi ſeruient, poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.* Ita, quæ de *ſaluatore noſtro* a propheta enunciata ſunt, temeritate quadam ſceleſtiſſima, ſub approbatione tamen cenſorum publica, applicata ſunt ad *pontificem*, quibus peſſimis principiis prauior hæreſis excogitari nequit.

Leonis X. lex de cenſura librorum repetita in concilio Tridentino.

Abuſus in his cenſuris notatur.

§. LXXXIV. Ceterum conſideratio paulo difficilior in hac materia ſeſe exſerit circa quæſtionem, *quinam libri cenſendi ſint improbatæ lectionis?* Licebit hic tantum referre catalogum generalem, quinam vtplurimum libri noxii habeantur, vt a lectione eorum abſtinendum ſit, iuxta leges *eccleſiaſticas & ciuiles.* Aliquoties iam dictum eſt, apud gentiles 1) in hanc claſſem relatos fuiſſe *libros magicos & diuinationum* plenos, quum diuinationes & magiæ Romanis maxime odioſæ fuerint, & qui hos libros legunt, non poſſint non animo diſcendi id facere. *Culpa autem ſimilis eſt, tam prohibita diſcere, quam docere*, aiunt imperatores *in l. §. C. de maleficis & mathemat.* Quinam vero libri magici cenſendi & reiiciendi ſint, adeo ſæpe incertum eſt, vt certi

Libri improbatæ lectionis ſunt 1) magici,

Digitized by Google

quid definiri vix possit. Notum est, NVDAEVM, virum doctissimum, scripsisse tractatum sub titulo: *Apologie pour les grands hommes soupçonnés de magie*, in quo præstantes quosdam viros de magia suspectos ab hoc crimine absoluit. Quamuis, quod obiter notem, *Naudæana* indicent, ipsum NAVDAEVM inter eos referendum esse, qui parum vel nihil credunt, & dici solent *Esprits forts*. 2) Improbatur lectio librorum, qui christianæ religioni vim inferunt, & in saluatorem *blasphemias* effundunt, quam ob rem in *legibus Wisigothicis L. XII. t. II* cautum fuit, ne quis iudæorum libros legat, aut in domo sua celet, *sub pœna centenorum flagellorum verberationis*. Decretis præterea pontificum *Talmudica volumina* flammis combusta, & legi vetita fuisse, ostendit GRETSER. *de iur. & mor. probib. libr. hæret. L. I. c. 16.* 3) *Libelli famosi*, qui forte fortuna inuenti, illico supprimendi, nequaquam vero euulgandi, adeoque suo modo etiam *improbatæ lectionis* sunt. *l. vn. C. de fam. libell.* Districte edixerunt imperatores in *l. 7. C. Theodosian. de famos. libell. famosorum infame nomen est libellorum. Ac si quis vel colligendos vel legendos putauerit, ac non statim chartas igni consumserit, sciat, se capitali sententia subiugandum.* Idem repetitum est anno 406. ab imperatoribus *in l. 10. C. Theodos. de famosis libellis: Vniuersi, qui famosis libellis inimicis suis velut venenatum quoddam telum iniecerint, hi etium, qui famosam seriem scriptionis, impudenti agnita lectione, non illico discerpserint, vel flammis exusserint, vel lectorem cognitum prodiderint, vltorem suis ceruicibus gladium reformident.* 4) Primario vero huc referendi sunt ex sententia iuris canonici *libri hæretici*, quos potissimum *indices librorum probibitorum* notant, quod his iniuria religioni *dominanti* inferatur, quod etaim legibus imperatorum sub grauissima pœna cautum fuisse, infra ostendendum erit. En vero fulmen curiæ Romanæ in *bulla cœnæ domini* expressum: *Excommunicamus & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis patris & filii & spiritus S. autoritate quoque beatorum apostolorum Petri & Pauli* ac nostra *quoscunque Hussitas, Wiclephitas, LVTHERANOS, Zwinglianos, Caluinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Antitrinitarios, & a christiana fide apostatas ac omnes ac singulos alios hæreticos, quocunque nomine censeantur, & cuiuscunque secta existant, ac eis credentes, eorumque receptatores & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorum libros, hæresin continentes vel de religione tractantes, sine autloritate nostra & sedis apostolicæ, scienter legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis caussa, publice vel occulte, quouis ingenio vel colore;* quæformula

2) libri in religionem christianam iniurii,

3) libelli famosi,

4) libri hæretici,

Digitized by Google

mula eſt ALEXANDRI VII. *tom. VI. bullar. magni p. 26.* Adeo vero *haereticorum libros* deteſtantur, vt etiam ſub hac prohibitione eos continere velint, qui ne quidem hæreſin ſapiunt, oſtendit GRETSER. *cit. tr. p. 207.* nec tamen gentilium libros idololatricos laſciuosque exſtirpant, nec eorum lectionem ſerio prohibent.

§. LXXXV. Eo magis vero 5) *libri laſciui & impuri*, nil niſi *obſcæna* ſpirantes, huc referendi forent, quo grauiorem noxam bonis moribus inferre poſſunt, vt recte ſtatuit FRANC. DE AMAYA *in oper. iuridic. p. 604. n. 50.* LVTHERVS *in ſermon. conuiuial. tit. de doctis* ſuo tempore credit, *neceſſarium eſſe, vti libri Iuuenalis, Martialis, Catulli, & Priapea Virgilii, ex omnibus locis & ſcholis exterminarentur, & profligarentur, quia tam turpia & obſcæna ſcribunt, vt ſine magno detrimento iuuentuti non poſſint prælegi. In concilio Colonienſi II. de an. 1549.* apud HARDVINVM *tom. IX. concil. p. 2084.* expreſſe cautum eſt, *ne libri obſcæni contagioſi, ſed tantum caſti, pii, & religioni orthodoxæ conſentientes auctores prælegantur.* Pariter ſupra ex *ſtatutis ſcholarum prouincialium Saxonicarum* idem approbatum eſt, quod etiam leges plerarumque ſcholarum merito ſequuntur. Quinam vero in hanc claſſem referendi ſint, ex profeſſo explicat RECHENBERG. *de obſcæn.* conf. etiam MORHOF. *T. I. L. I. polyhiſt. c. 8. n. 28.* BAYLIVS *dans l' eclairciſſement ſur les obſcenitez T. IV. dict. crit. & hiſtor.* adiecta. Ceterum palam eſt, ſub hac cenſura haud referendos eſſe libros *phyſicorum*, *medicorum*, & *iure conſultorum*, qui obſcœna in tractatibus ſuis neceſſario ſæpe tangere debent, modo verba in factum temperent, nec *obſcœne* ſcribant, & vltra, quam neceſſe eſt, in his delicias quærant. Omnium fere confeſſione Ieſuita Hiſpanus THOMAS SANCHEZIVS *in tr. de ſacramento matrimonii lib. IX.* illis annumerandus eſt, qui præter omnem neceſſitatem *obſcæna* quæuis ſine vllo iudicio collegit, vt merito hic liber, ſi vnquam alius, cenſuram publicam ſubire deberet, qui tamen inter *merces prohibitas* ne quidem in catholicorum terris refertur, imo a THEOPHILO RAYNAVDO *de bon. & mal. libris p. 53. & ſqq.* adhuc defenditur. De hoc impuriſſimo libro *in vindiciis cenſuræ* a doctoribus Sorbonicis approbatis, & a PETRO AVRELIO editis *p. 517.* hæc traduntur: *De illo opere matrimoniali dicere ſpeciatim poſſumus, opus non gloriandum, ſed PVDENDVM; tam immani curioſitate, tam inuiſa in rebus ſpurciſſimis & infandis ſagacitate horrendum, vt mirum ſit, pudoris alicuius hominem ea ſine rubore*

5) libri obſcœni & laſciui,

niſi ex neceſſitate doctrinæ obſcœna proponi debeant,

non tamen vltra modum, exemplo Sanchezii,

impuriſſimi ſcriptoris,

ſcripſiſſe, quæ quiuis modeſtioris ingenii vix ſine rubore legat. Portenta iſta ſunt, non ſcripta; animorum inſidiæ, non mentium ſubſidia; incentiua libidinum, ſchola flagitiorum, non honeſtæ diſciplinæ, non ſcientiæ inſtrumenta. Infelix ſcientia, quæ omnes perdere, paucos iuuare, nata eſt; quæ circa ſordes & ſterquilinia voluenda & reuoluenda volutatur, vt eius doctorem iure ſcarabæo conferas, vel cum iis, qui latrinariam facilitant. Nec tamen Ieſuitæ, aut inquiſitores hunc tractatum truncant, variis ex prætextibus, quos examinat & diluit BAYLIVS *in diction. hiſt. & crit. ſub tit. Sanchez. lit. c.* Forſan vel ideo a condemnatione abſtinent, vt quoscunque caſus obuenientes, & in confeſſionibus manifeſtatos, eo felicius & promtius diluere poſſint, in quos quidam nimis curioſe inquirere dicuntur, ceu oſtendit auctor *in nouis literariis muris Baltici* anno 1699. relatus, qui propoſitum habuit edendi librum ſub hoc titulo; *Sacra pontificiorum Priapeia, ſeu obſcænæ papiſtarum in auricularibus confeſſionibus quæſtiones, quibus S. confeſſionarii innocentes puellas feminasque ad laſciuiam ſollicitant.* Vtrum hic liber vnquam editus, an vero tantum vanum quoddam terriculamentum fuerit, mihi non conſtat Ab hoc crimine quoque non abſoluendus eſt ANDREAS TIRAQVELLVS *in legibus connub.* cuius curioſitas in *obſcænis* colligendis modum exceſſit, quo infiniram ſuam lectionem in *obſcænis poetis* duntaxat oſtentaret. Quamuis vero *indicibus prohibitoriis* generaliter inſerti fuerint libri, qui *res laſciuas* ſeu *obſcænas* tractant, obſeruauit tamen ſæpe laudatus DAN. FRANCVS *de papiſtar. indic. libror. prohibit. c. VII. §. 96.* in indicibus rarius eos apparere, adeoque non mirandum eſt, impurum SANCHEZIVM, ad minimum quoad *librum IX.* quo tam *obſcæna colluuies* continetur, per indices hos haud notatum fuiſſe, ſed potius ſumme probatum, & elogio ornatum, vt rurſus oſtendit FRANC *c. l. §. 100.* Hodie ſane huiusmodi libris omnes bibliothecæ adeo abundant, vt magis *pro forma*, vel *dicis gratia* inter prohibitos libros relati videantur. Magis vero inter *libros improbatæ lectionis* 6) referuntur omnium confeſſione libri ad *atheiſmum* palam ducentes, quorum ſeriem ſiſtit MORHOF. *in Polyhiſt. L. 1. c. 8. §. 2. & ſqq.* Eo grauius enim periculum ex his libris imminet, quo auidius plerumque leguntur, & vel ob *raritatem*, vel quia *damnati* & *proſcripti* ſunt, hominum curioſitatem excitant. *Quo auidius autem leguntur, eo facilius, quæ in iis occurrunt, admittuntur, eoque intimius animo imprimuntur, ſed & eo grauius damnum inde oritur*, vt ait B.

5) libri athe.

BVD-

Digitized by Google

BVDDEVS *in tr. de atheiſmo & ſuperſt. c. 4. §. 2. in not.* Quamuis vero plures auctores per iniuriam, etiam inter gentiles, atheis annumerati fuerint, vt oſtendit doctiſſimus IO. ALBERT. FABRICIVS *de veritate religionis chriſtianæ c. 8.* haud tamen impios huiusmodi libros in republica literaria deeſſe, oſtendunt tot ſcriptores, aduerſus illos editi, & a Dn. FABRICIO. *c. l. c. 12.* relati. Recentiſſimo etiam id exemplo *impii* alicuius *ſyſtematis* illuſtrat B. THOMASIVS *P. I.* der Juriſt. Händel *caſ. 24. p. 233.* vbi ſimul *reſponſum facultatis iuridicæ huius loci* refertur. & ſimul *p. 240.* de *confiſcatione horum librorum* ediſſeritur. 7) Non ſunt tolerandi *libri ſeditioſi*, parricidia regum, clero inuiſorum approbantes, populumque contra principem armantes, quorſum optimo iure ſupra retuli ROSSAEI ſeditioſum librum *de iuſta reipubl. chriſt. in reges impios & hæreticos auctoritate.* Pariter in eundem cenſum referri debet Ieſuita Hiſpanus MARIANA *de inſtitutione regis*, & IOANNIS PARVI libellus, quo parricidia regum & principum, quos vulgus *tyrannos* credit, defenduntur, de quo variis contentionibus actum eſt *in concil. Conſtantienſi*, vt *acta eius* a doctiſſimo von der HARDT edita demonſtrant, & ſententia, contra hanc doctrinam a patribus lata, a FLEVRY *in hiſtor. eccl. ad annum 1415. tom. XXI. §. 167.* relata, illuſtrat, quamuis ne ſic quidem hæc contentio ſedata fuerit, vt *ibidem p. 391.* ad ann. 1416. ſqq. oſtenditur. Tales libri vtplurimum in *indicibus librorum prohibitorum* omittuntur, quod magis *ſedi Romanæ proficui* quam *noxii* ſint. E contrario, quæ ſcripta vel paucis tantum *vitia Romanæ eccleſiæ* taxant, eiusque *ambitionem* manifeſtant, concremantur, omnibus modis prohibentur, prorſusque ſupprimuntur. vid. CENTVRIAT. MAGDEBVRG. *Centur. IX. p. 180. B.*

7) libri ſeditioſi.

§. LXXXVI. Originem moris, *improbandi lectionem librorum noxiorum*, eosque *damnandi*, vtplurimum trahere ſolent a *moribus gentilium*, *iudæorum*, imo etiam ipſorum *chriſtianorum*, quamuis, quod ſupra iam indicaui, communiter confundere ſoleant *ſimplicem libri condemnationem* cum *improbatione lectionis eiusdem*, quæ tamen non ſemper coniungenda ſunt, ſicuti *improbatio lectionis* per modum *doctrinæ priuatæ* non ſemper inuoluit *imperatiuam*, de qua hic agimus: quid? quod mores populorum non ſemper *ius* aliquod *perpetuum* conſtituant, ſed *fundamenta* eorum potiſſimum inſpicienda & conſideranda ſint. Nihilominus omnis in hoc eſt IACOBVS GRETSERVS in *ſæpe cit. tr.* vt thema, quod exornare conſtituit, fere vnice ex FACTIS *populorum* variorum, inſuſſe tamen ſæpe, & peſſime digeſtis & examinatis,

Mos lectionem librorum noxiorum improbandi legitimatur vulgo ex factis populorum,

1) iudæorum, illuſtret atque excutiat. IVDAEI ſane *lectionem ſcripturæ ſacræ* in nemine improbabant, exceptis paucis locis, prouectiori ætati reſeruatis, quibus annumerabant *canticum canticorum*, vt oſtendit DVPINIVS *c. l. p. 228. ab init.* Quin tamen *libros magicos* non toleranerint, eo magis credere par eſt, quod imprimis *lege diuina* artes *diuinatoriæ* & *magicæ* ſerio prohibitæ fuerint. Denique etiam *lectionem librorum aliorum* præter *ſacram ſcripturam* quidem vetuerunt, ne impedimentum inde *rerum grauiorum ac meliorum* naſceretur; iterum tamen nec prorſus prohibuerunt, nec legentibus *pœnas ciuiles* impoſuerunt, vt hæc improbatio mere *doctrinalis* fuerit, obſeruante etiam Dn. SCHRAMMIO *c. tr. de libror. probib. indic. §. 11.*

2) gentilium, exemplo ſcriptorum Labieni, Cremutii Cordi, §. LXXXVII. GENTILES quoque morem damnandi ſcripta publice edita, *reipublicæ* & *religioni noxia*, eorumque lectionem impediendi, exercuiſſe, paſſim hiſtoriæ docent. Supra iam EX SENECA obſeruatum fuit, de LABIENI ſcriptis ſupplicium ſumtum per ignem fuiſſe. Pariter, teſte TACITO *lib. IV. Annal. c. 34.* CREMVTIO CORDO vitio datum eſt, quod editis annalibus, laudatoque Marco Bruto, *C. Caſſium Romanorum vltimum* dixiſſet, qua de cauſa patres libros eius per ædiles cremandos cenſuere, quamuis manſerint *occultati & abditi*. vt forſan rectius verba TACITI *c. 35.* legenda ſint. Publice enim exuſtos libros habere impune quisquam illo tempore haud potuit, ſed admodum credibile eſt, a crimine eum haud vacuum fuiſſe, qui eos curioſius legerit & poſſederit. Ceterum hos libros, vt fieri ſolet, in quorundam manibus adhuc *ſecreto* manſiſſe docet SVETONIVS *in Caligula c. 16.* qui his libris publicum vſum reſtituit. Ait: *Titi Labieni, Cordi Cremutii, Caſſii Seueri ſcripta, ſenatus conſultis abolita, requiri, & eſſe in manibus* LECTITARIQVE *permiſit, quando maxime ſua intereſſet, vt facta quæque poſteris tradantur.* Ita videlicet res humanæ comparatæ ſunt, vt memoriam *præſentium* ſæpe abolere nitantur principes, quæ poſteri magna cum auiditate legunt, impune recitant, ac poſteritati tradere annituntur.

Fabricii Vegentonis, Eandem fortunam habuit FABRICIVS VEGENTO, qui multa & probroſa in libris, quibus nomen *codicillorum* dederat, in patres & ſacerdotes compoſuit, quem *conuictum Italia Nero depulit, & libros exuri iuſſit, conquiſitos lectitatosque, donec cum periculo parabantur. Mox licentia habendi obliuionem attulit*, vt ait TACITVS *L. XIV. Annal. c. 50.* Prudenter ſane TACITVS morem libros exurendi, eorumque lectionem publice improbandi, notat.

Digitized by Google

tat. Supra enim iam obſeruatum eſt, *improbationem lectionis publicam* acrius incendere homines ad libros eiusmodi requirendos & legendos, quorum memoria facile obliuione deletur, ſi in libros nihil ſtatuitur, vt verba adducta TACITI oſtendunt. Sed hæc quidem, & plura alia ſimilia exempla, ad *famoſi libelli crimen* inclinarunt, vt eorum librorum abolitio eo iuſtius decerni potuerit. Præter hæc vero inprimis moris fuit gentilibus, cremare libros, qui *religionibus* derogabant, quo ipſo publice lectio eorum improbata. Refert VALERIVS MAXIMVS *L. I. c. 1. §. 12.* Luc. Pætillium, prætorem vrbanum, ex auctoritate ſenatus græcos quosdam libros, *quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, per victimarios, igne facto, in conſpectu populi igne cremaſſe. Noluerunt enim*, ait, *priſci viri quicquam in hac aſſeruari ciuitate, quo animi hominum a deorum cultu auocarentur.* Parimodo AVGVSTVS, teſte SVETONIO *in Auguſt. quicquid fatidicorum librorum græci latinique generis, nullis vel parum idoneis auctoribus vulgo ferebatur, ſupra duo millia contracta vndique cremauit.* Nec ſegniorem *Græci* zelum pro conſeruanda ſua religione adoptata declararunt, quum referente MINVTIO FELICE *in Octauio c. 8.* Athenienſes viri *Abderitem Protagoram, inconſulte potius quam profane de diuinitate diſputantem, & expulerint ſuis finibus, & in concione ſcripta eius deuſerint*, quod pluribus illuſtrat WOWERVS *in not. ad h. l.* conf. LACTANTIVS *de ira Dei c. 9.*

eorum, qui religionibus derogabant.

Græcorum,

§. LXXXVIII. Ex hoc principio comburendi ſcripta, religionibus receptis & dominantibus derogantia, promanauit vſus gentilium, perſecutionibus chriſtiarorum accomodatus, comburendi ſcripta chriſtianorum. Teſtis eſt ARNOBIVS *aduerſus gentes L. IV. in f. p. m. 181.* aiens: *Nam noſtra quidem ſcripta cur ignibus meruerint? cur immaniter conuenticula dirui?* De facto, & ex ſolo potentiæ præſidio hoc fieri, indicat ARNOBIVS his verbis: *Verum ita ſe res habet, vt, quoniam plurimum gladiis & poteſtate valetis ferri, anteire vos etiam veritatis ſcientia iudicetis.* Praxin hanc peſſimam peperit *falſæ religionis dominatus*, aliis *religionibus*, imo ipſi *veritati* bellum cruentum indicens, & ferro flammisque diuerſa ſentientes opprimens, quem genium vtinam Romanæ eccleſiæ proceres haud aſſumſiſſent, haud probaſſent! Rurſus idem ARNOBIVS *lib. III. p. m. 126.* zelotas ineptos gentiles muſſitare indignanter, & dicere, ait: *Oportere ſtatui per ſenatum, vt aboleantur hæc ſcripta, quibus chriſtiana religio comprobetur, & vetuſtatis opprimatur auctoritas.* Recte vero regerit, & abſurditatem huius moris oſten-

Romanorum exurentium libros chriſtianorum.

Digitized by Google

oſtendit: *Nam intercipere ſcripta, & publicatam velle ſubmergere lectionem, non eſt deos defendere, ſed veritatis teſtificationem timere.* Obſeruent hoc inquiſitores Romani, qui in ſcriptis noſtris abolendis & deurendis admodum ſolliciti fuerunt, cogitentque, vtrum hoc ſit *religionem defendere*, an veritatis teſtificationem timere? Vlterius exemplo Dxtiani prætoris id probat PRVDENTIVS *hymno V. περὶ Στεφάνων*, Vincentium hoc modo de libris exhibendis ſollicitantis:

& eos conquirendi,

Si tanta callum pectoris
Prædurat obſtinatio,
Puluinar vt noſtrum manu
Abonineris tangere:
Saltem latentes paginas,
Librosque opertos detege,
Quo ſecta prauum ſeminans
Iuſtis cremetur ignibus.

quod peſſimum tamen poſtulatum magna animi conſtantia reiecit VINCENTIVS. Inſigne hoc teſtimonium antiquitatis demonſtrat, perſecutores gentiles (quippe quod nefandæ perſecutionis, *falſæ religioni* attribuendæ, proprium erat,) codices ſcripturæ ſacræ, aliosque chriſtianorum libros conquiſiuiſſe, eosque more barbarico deuſſiſſe. Qua de cauſſa perſecutionis æſtus contra eos, quos ſuſpectos ratione horum librorum habebant, ſæpe admodum augebatur, ſi copia horum librorum illis non fieret. Quidam tamen, metu grauiſſimæ perſecutionis deterriti, ſcripturæ ſacræ codices, aliaue chriſtianorum ſcripta perſecutoribus gentilium *tradiderunt*, vnde *crimen traditorum* infame natum eſt. Ait OPTATVS MILEVITANVS *L. I. contra Parmenianum: Audi, qui fuerint TRADITORES, & plenius auctores ſchismatis donatiſtici diſce. In Africa duo mala & peſſima admiſſa eſſe conſtat, vnum in TRADITIONE, alterum in ſchismate.* Quibusdam intericctis, in quibus ratio huius flagitii quæſita fuerit, oſtendit: *Ipſi apices & principes omnium aliqui epiſcopi, illis temporibus, vt damno æternæ vitæ iſtius incertæ lucis moras breuiſſimas comparent, inſtrumenta diuinæ legis impie* TRADIDERVNT. Hi *lapſis* merito æquiparandi erant, luctuoſiſſimæ pœnitentiæ, ſi reuenterentur, ſubiiciendi; e contrario in magna celebratione apud primæuos chriſtianos habebantur, qui nec minis, nec tormentis, vt libros ſacros gentilibus *traderent*, adigi poterant, martyribus accenſendi. In *martyrologio Romano ad diem XI. Ianuarii* commemoratio fit plurimorum martyrum, *qui, ſpreto Diocletiani imperatoris edicto, quo tra-*

qui tamen eos gentilibus tradebant, crimen traditorum contrahebant,

Digitized by Google

tradi ſacri codices iubebantur, potius corpora carniſicibus, quam ſancta dare canibus maluerunt. Contra huismodi *traditores anno 314. in concilio Arelatenſi* cautum eſt: *de his, qui ſcripturas ſanctas* TRADIDISSE *dicuntur, vel vaſa dominica, vel nomina fratrum ſuorum, vt quicunque eorum ex actis publicis fuerit detectus, non verbis nudis, ab ordine cleri amoueatur.* Vid. TOBIAS PFANNERVS *P. I. obſeru. eccleſ. III.* TILLEMONTIVS *in hiſtor. eccleſ. T. VI. P. I. art. 1.* KORTHOLD *de perſecutione eccleſiæ primæuæ ſub perſecut. X. §. 21. ſqq. p. 448.*

§. LXXXIX. Quemadmodum vero ex hactenus dictis manifeſtum redditur, non ex principiis *veræ religionis*, ſed *impiæ perſecutionis* hunc morem, libros religioni dicatos exurendi, profluxiſſe; ita omnino dicendum eſt, eam abhorruiſſe ab *inſtitutis primitiuæ eccleſiæ*, quæ magis adhortationibus, piisque monitis, quam vlla *vi coactiua* vlà legitur. Ab omni probabilitatis ſpecie alienum eſt, quod DOMINICVS GALESIVS *in tr. de reſtit. in int.* ibique *in comment. ad conſtit. Vrbani VIII. n. 67.* tradit, *ab exordio eccleſiæ noxios libros combuſtos, & ſanctos patres librorum expurgationi intentos* fuiſſe, vt *n. 29.* addit, & GRETSERVS quoque paſſim ingeminat. Quod ex *actis apoſtolorum* afferri ſolet, huc minime pertinere, ſupra iam oſtenſum eſt, ad quod tamen plerique inepte & ſine iudicio prouocant. Adhuc ineptius GRETSERVS *cit. tr. p. 31. EDICTVM APOSTOLICVM* fingit, quod PSEVDO-CLEMENTI *L. 1. conſtit. c. 6.* adſcribitur; *Abſtine ab omnibus libris gentilium*, &c. quum tamen dudum iam demonſtratum ſit, conſtitutiones has poſt lapſum trium priorum ſeculorum effictas fuiſſe. Id quidem negari nequit, apoſtolos, epiſcopos, presbyterosque *dehortatos* fideles fuiſſe, ne libros ſuppoſitos, ab hæreticis corruptos, aliterque noxam religioni & veritati chriſtianæ inferentes, *temere* legerent; ſed hæc *improbatio* tantum fuit *doctrinalis*, quod nec BELLARMINVS *L. II. contron. c. 20.* diſſimulat, & ſæpe laudatus FRANCVS *c. tr. c. IV. §. 49. & 52. ſqq.* plenius oſtendit; vt mirandum ſit, TOPIAM PFANNERVM *cit. obſeru. eccl. III. §. I.* autumaſſe, gentilium rationem atque exempla *meliori iure* imitatos chriſtianos, libros magicos, aut hæreſi Manichæorum, Arii, Neſtorii, Eutychianorum infectos, aut a Porphyrio, aliisque aduerſus eccleſiam conſcriptos, ne quid ex iis religio atque pietas detrimenti caperet, corrumpi, comburique iuſſiſſe? Quæ enim de *hæreticorum libris* adfert, ad *puriora* chriſtianiſmi *tempora* non ſpectant, ſicuti, quod ex *Actor. XIX, 19.* repetit, *lege* quadam *eccleſiaſtica* improbatam lectionem minime arguit. Ipſos patres II. & III. ſeculi libros gen-

Abhorruit hic mos ab inſtitutis primitiuæ eccleſiæ,

quæ doctrinali tantum vſa eſt

quod contra Pfannerum oſtenditur.

tilium ſedulo adhuc legendo manibus triuiſſe, ſupra iam monſtratum. Nec huc pertinet, quod PFANNERVS vrget exemplum CYPRIANI ad fidem chriſti nam conuerſi, & *libros magicos* comburentis, quod tradit GREGORIVS NAZIANZENVS *orat. 30. in laudem Cypriani*, aiens: *magicos libros publice proponit; de imbecillitate pernicioſi theſauri triumphum agit; amentiam prædicat; ingentem ex illis flammam excitat; diuturnamque impoſturam, quæ ne vni quidem carnis flammæ opem afferre potuerat, igne abſumit, & a dæmonibus ſecedit.* Factum hoc erat *priuatum* CYPRIANI ad fidem conuerſi, non *lex publica eccleſiaſtica*, ſpontaneum eiusdem opus, quo idololatricos gentilium errores *libera voluntate* deteſtabatur, exemplo eorum, qui *Actor. XIX, 19.* ad fidem conuerſi erant, non *præceptum* aliquod *eccleſiaſticum*, quod ipſemet adhuc *neophytus* eccleſiæ præſcribere non poterat.

Seculo IV. mos gentilium a chriſtianis aſſumtus eſt.

§. XC. Poſtquam vero ſeculo IV. pro *modeſtia* & *humilitate priſca*, dominatus ſub præſidio imperatorum chriſtianorum epiſcopos inuaſit, *brachio ſeculari* contra hæreticos in ſubſidium aſſumto, praxis gentilium, libros per combuſtionem damnandi, & lectionem eorum publice improbandi, magno applauſu ab epiſcopis recepta, imperatoribusque commendata eſt, quæ tamen ab innocentiſſima primorum chriſtianorum fide, ad euangelii exemplar expreſſa, aliena fuit. Id ipſum adhuc LACTANTIVS *L. V. c. 20.* grauiter inculcat, & in eo differentiam *veræ* & *falſæ religionis* conſtituit, aitque: *Sentiunt, nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, eamque ſumma vi oportere defendi: ſed, vt in ipſa religione, ſic in defenſionis genere falluntur. Defendenda enim religio eſt, non occidendo, ſed monendo: non ſæuitia, ſed patientia: non ſcelere, ſed fide: illa enim malorum ſunt, hæc bonorum. Et neceſſe eſt, bonum in religione verſari, non malum. Nam ſi ſanguine, ſi tormentis, ſi malo religionem defendere velis, iam non defendetur illa, ſed polluetur atque violabitur. Nihil enim eſt tam voluntarium, quam religio; in qua ſi animus ſacrificantis auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt. Recta igitur ratio eſt, vt religionem patientia vel morte defendas; in qua fides conſeruatur, & ipſi Deo grata eſt, & religioni addit auctoritatem.* Talia merito obiiciebant gentilibus, ad perſecutiones diriſſimas pronis, ſi cum illis conflictari neceſſum habebant. Eorum præceptorum vero immemores fuiſſe videntur, ſi contra *hæreticos* pugnabant, illisque potiores erant, adeo vt, maiorum veſtigiis relictis, *ethnicam crudelitatem, imo ethnica ſeueriorem, tandem in eccleſiam reduxerint*, vt loquar cum LIMBOR-

Lactantio improbante,

BORCHIO *in hiſtor. inquiſ. L. I. c. 3.* mox enim zelus hic plus quam carnalis & ethnicus ſeſe exſeruit in *concilio Nicæno*, ARIO condemnato, quandoquidem teſte SOCRATE *L. I. c. 9.* ſine dubio ad inſtantiam orthodoxorum imperator ita edixit: *Si quis forte liber ab Ario conſcriptus reperiatur, flammis eum abſumi præcipimus, vt non ſolum praua illius doctrina funditus aboleatur, ſed ne monumentum quidem eius vllum poſteritati relinquatur.* Tolerari adhuc talia potuiſſent, & ſuo modo excuſari, niſi etiam hoc caput adieciſſet: *Illud etiam denuncio, quod ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, nec eum ſtatim oblatum igne combuſſerit, MORTIS POENAM ſubibit. Simulatque enim in hoc facinore fuerit deprehenſus, CAPITALI SVPPLICIO ferietur.* Idem refert SOZOMENVS *L. I. c. 21.* ſimulque monſtrat, hoc ipſo ad *capitale ſupplicium* hæreticis infligendum iam aditum patefactum fuiſſe, cum auctores horum librorum pœnam grauiorem meruerint, quam eorum occultatores, ſi comparatio quædam facienda eſt. Plura hoc ſeculo funeſta, & extremam redolentia crudelitatem conſtituta ſunt in hæreticos, quæ ex legibus illius temporis in vnum collegit IACOBVS GOTHOFREDVS *ad. tit. Cod. Theodoſ. de hæreticis.* Neque enim ſucceſſores CONSTANTINI ſegniores fuerunt in hæreticis perſequendis, ceu docet ARCADII conſtitutio d. an. 398. relata *in l. 34. Cod. de hæretic.* contra Eunomianos edita. Verba hæc ſunt: *Codices ſane eorum, ſcelerum omnium doctrinam & materiam continentes, ſumma ſagacitate mox quæri ac prodi, exſerta auctoritate mandamus, ſub aſpectibus eorum iudicantium incendio mox concremandos. Ex quibus ſi qui forte aliquid qualibet occaſione, vel fraude occultaſſe, nec prodidiſſe conuincitur, ſciat, ſe velut noxiorum codicum, & maleficii crimine conſcriptorum, retentatorumque CAPITE eſſe PLECTENDVM.* Ceterum nunquam in executionem has pœnas immanes deductas, ſed *terroris incutiendi cauſa* tantum publicatas fuiſſe, infra monſtrabo.

per edictum Conſtantini,

per legem Arcadii,

§. XCI. Eadem ſeueritate ſæuitum eſt in NESTORIVM an. 435. iuxta *l. 6. C. de hæret. nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii, aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam, decretaque ſanctiſſimi coetus antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos, habere, aut legere, aut deſcribere quisquam audeat, quos diligenti ſtudio requiri, ac publice comburi decernimus.* Quod ſub *publicatione omnium honorum* conſtitutum eſt. Eandem ſeueritatem reguſtarunt an. 457. VALENTINIANVS & MARTIANVS *in l. 8. C. de hæret.* vbi §. 5. de hæreticorum libris hæc traduntur: *Nemo huiusmodi libros, & ſacrilega ſcirptorum audeat monumenta ſeruare.* Et paulo poſt:

Theodoſii & Valentiniani,

Valentiniani & Martiani,

Omnes vero huiusmodi chartæ ac libri, qui funeſtum Eutychetis ſcilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Aequum namque eſt, vt immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Nunquam ſane imperatores *tanta immanitate* vel *vera* vel in *terrorem* propoſita hæreticos perſequi potuiſſent, niſi epiſcoporum dominantium, a priſca chriſtianorum humanitate prorſus deuiantium, ſollicitatione adacti fuiſſent. Equidem, qui a partibus *hæreticorum* ſtabant, graues querelas contra hanc duritiem mouerunt, orthodoxi vero omnes ad vnum *pietatem imperatorum*, quam in hac *immanitate* quæſiuerunt, in cœlum extulerunt, ac illos vituperauerunt, qui manſuetiores erga hæreticos ſeſe geſſerunt. Hoc ipſo vero factum eſt, vt plures hæreticorum libri aboliti fuerint, quibus ſublatis poſtea orthodoxi monſtra opinionum effinxerunt, & hæreticis, exempla EPIPHANII, attribuerunt, ſæpe ſine vlla probabilitatis ſpecie, vt fides hiſtorica magnopere hic vacillet.

quæ leges immanitatem ſpiranti,

§. XCII. Non raro vero contingit, vt ex prævalentium epiſcoporum inſtinctu *condemnati* fuerint in conciliis, qui, aliis prævalentibus, poſtea *reſtituti*, quia *concilia* contra *concilia* ſunt habita, & quod in altero reprobatum, rurſus in alio reuocatum. Docet id conſtitutio THEODOSII *iunioris*, ex ſuggeſtione *conciliabuli Epheſini*, vt vocant, contra FLAVIANVM, Conſtantinopolitanum episcopum, & EVSEBIVM lata pro EVTYCHE, & ab HARDVINO *T. II. concil. p. 674.* relata, vbi rurſus *Neſtorii*, *Porphyrii*, *Theodoreti*, & ſine dubio etiam *Flauiani ſcripta* condemnantur, hac adiecta clauſula; *Quicunque huiusmodi codices habet, publice illos proferat, & cunctis videntibus igni tradantur.* Sed mox ſcena mutata eſt. Paulo poſt EVTYCHES in *concilio Chalcedonenſi* condemnatus eſt, quo facto imperatores VALENTINIANVS & MARTIANVS legem THEODOSII iunioris *an. 452.* reuocarunt, & quæ *contra Flauianum*, *Euſebium* & *Theodoretum* conſtituta erant, annullarunt. E contrario, alio edicto, quod apud HARDVINVM *c. l. p. 678.* refertur, EVTYCHETIS ſcripta condemnata ſunt his verbis: *Præcipimus, vbicunque huiusmodi ſcripta fuerint, ignibus cremari, eos vero, qui vel ſcripſerint, vel aliis legenda tradiderint, docendi ſtudio vel diſcendi, cenſemus cum publicatione bonorum deportatione puniri.* Ita idem EVTYCHES, qui antea in aliorum ſcripta ſæuierat, per brachium ſeculare imperatoris ſimile fatum poſtea expertus eſt, ex ſuggeſtione epiſcoporum Chalcedonenſium, a quibus condemnatus. Ita pars, quæ prævaluit, ſemper his *armis carnalibus* contra eos, quos

exemplo legis Theodoſianæ contra Flauianum,

& quandoque ſibi contrariantur,

& Valentiniani & Martiani pro Flauiano,

Digitized by Google

quos *votis maioribus* condemnarunt, vsa est, imperatoresque ad executionem conciliorum suorum sollicitauit. Inde tandem *mos generalissimo regula iuris* exstrui cœpit, vt quorum doctrina concilio quocunque condemnata esset, etiam scripta eorum comburerentur, & legi probiberentur, sub *pœna* etiam *capitali*, vt rursus euincit *l. 3. §. 3. C. de summ. trinit.* Ceterum libri tales *publice* concremabantur, quandoque etiam condemnatis iniungebatur, vt sub oculis episcoporum codices erroris proprii concremarent, prout decernunt HONORIVS & THEODOSIVS in *l. 10. C. de episc. audient.* Atque ita nouum *crimen capitale* ex studio tyrannico persequendi hæreticos natum est, inde contractum, quod quis libros prohibitos possederit, descripserit, vel legerit. Neque adeo hoc mirandum erat, postquam episcopi etiam conscientiis dominari, credenda per modum *legis* determinare, & doctrinas *decisione iudiciali* circumscribere, haud veriti sunt, *brachio seculari* adhibito more gentilium, vt hæc scita imperii ecclesiastici in effectum deducerentur. Addo iam allatis IVSTINIANI imperatoris edictum, repetitum in *Nou. 42. c. 1. §. 2.* vbi more iam inueterato, ad quem prouocat, vsus, ita disponit: *& sicuti non licet Nestorii libros scribere vel possidere, sic nec dicta & scripta Seueri maneant penes aliquem christianum, sed sint profana & aliena ab ecclesia catholica, igneque comburantur a possidentibus, nisi, qui ista habent, velint periculum pati.* Plura huiusmodi alia scita publica collegit PHOTIVS *in Nomocanone tit. 12. c. 3.* apud IVSTELLVM VOELLIVM *in bibliothec. iuris canon. antiq. p. 1065. sqq.*

Inde generalis regula: quorum doctrinæ in conciliis damnatæ, eorum libri quoque legi prohibiti sub pœna capitali

§. XCIII. Hisce igitur sub temporibus, quibus hæ leges publicatæ sunt, hic ordo adhuc seruatus est, vt episcopi quidem in conciliis *doctrinam* & *libros hæreticorum* condemnauerint; leges autem *de non legendis libris*, nec *possidendis*, nec *describendis*, sub pœna grauissima imperatores edixerint, actum combustionis publicum imperauerint, atque magistratibus prouinciarum ac locorum in mandatis dederint, vt harum legum essent seueriſſimi executores sub pœna pecuniaria, vt constat ex PHOTII *Nomocanone cit. loc.* Facile enim præuidebant episcopi, mandatum suum *de non legendis libris hæreticorum* sine *brachii secularis* pondere nullius efficaciæ fore, quod vtplurimum condemnati hæretici, vt vocabantur, contra audentius ire, doctrinam suam propalare sueuerint, quam inter *merces publice prohibitas* referre maluerunt orthodoxi dominantes. Pedetentim vero, imperio episcoporum stabilito & auctо, ipsimet, ad instar prætorum, *edicta* de *libris non legendis* in conciliis publicarunt.

Vt tamen imperatores hanc legem ferrent,

non patres in conciliis facile,

quod tamen tempore Arcadii iam inualuit,

carunt. Tempore ARCADII & HONORII de doctrinis ORIGENIS suspectis variæ lites *iam* motæ, postquam EPIPHANIVS, episcopus Cypri, collecto concilio libros ab illo conscriptos condemnauerat, exemplumque synodalis sententiæ secum Constantinopolim attulerat. Collectis enim in vrbe regia episcopis, quidam damnationis sententiæ subscripserunt, quidam id facere recusarunt, teste SOCRATE *L. VI. c. 12.* inter quos etiam IOANNES CHRYSOSTOMVS fuit. In quo autem hæc condemnatio constiterit, docet CASSIODORVS *L. X. histor. tripartit. c. 10.* vbi refert, *Epiphanium, constituta synodo, lectionem librorum Origenis interdixisse, misisseque literas ad Ioannem, vt ab Origeniana lectione abstineret, & synodo congregata, quæ placuerant, etiam ipse firmaret.* Pariter fœda inter episcopos atque monachos Alexandriæ certamina hac de causa gesta fuisse, ait SVLPITIVS SEVERVS *dialog. I. c. 6. n. 1. quia congregati in vnum sæpius sacerdotes frequentibus decreuisse synodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet.*

& in concilio vniuersali VI. factum,

In *concilio vniuersali VI.* siue *Constantinopolitano III. an. 681.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. p. 1347.* non tantum decretum est, vt scripta in hoc concilio condemnata *exterminio submitterentur*, sed etiam mox *combusta* sunt, vt *p. 1354. in fin.* subiicitur. Pariter *in concilio Quinisexto*, seu *Trullano*, *canon 63.* huius tenoris est:

vt & Trullano,

& concilio vniuersali VII.

Quæ a veritatis hostibus falso confictæ sunt martyrum historiæ, vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri essent, ad infidelitatem deducerent, in ecclesia non publicari iubemus, sed eas igni tradi. vide HARDVIN. *c. l. p. 1686.* Porro in *concilio œcumenico VII.* seu *Nicæno II.* anno 787. habito *can. 9.* apud. HARDVINVM *tom. IV. concil. p. 491.* noua lex de non abscondendis libris noxiis condita est: *Omnia puerilia ludibria, infamasque debachationes atque conscripta, quæ falso contra venerabiles imagines facta sunt, dari oportet in episcopio Constantinopoleos, vt recondantur cum ceterorum hæreticorum libris. Si vero quis inuentus fuerit hæc occultare, si quidem episcopus aut presbyter, vel diaconus fuerit, deponatur: si vero monachus aut laicus, anathematizetur.*

in concilio Pisano, & Constantiensi,

§. XCIV. Quæ in sequentibus conciliis hinc inde constituta fuerunt contra scripta hæretica, sigillatim referre non lubet, ne limites mihi præscriptos nimis excedam. Prouoco tantum adhuc paucis ad ea, quæ gesta sunt in concilio *Pisano* & *Constantiensi*, quum imprimis in posteriori *Wiclephii* & *Ioannis Hussi* libri condemnati sint, per solemne decretum, quod exhibetur *tom. IV. Actor. concil. Constantiens.* a clarissimo van der HARDT edito *p. 436.* vbi inter alia hæc leguntur; *Ideo libros præ-*

Digitized by Google

prædictos, & doctrinam ſuam, & ſingulos alios tractatus, & opuſcula, in latino ſiue vulgari Bohemico per ipſum editos, aut in quocunque alio idiomate per alium vel alios translatos, hæc ſacroſancta ſynodus reprobat atque damnat, ipſos comburendos ſolenniter & publice in præſentia cleri & populi in ciuitate Conſtantienſi, & alibi, decernit & definit. Adiiciens, propter præmiſſa omnem eius doctrinam merito eſſe & fore ſuſpectam de fide & ab omnibus Chriſti fidelibus euitandam. Et vt de medio eccleſiæ illa pernicioſa doctrina eliminetur, hæc ſancta ſynodus prorſus iubet per locorum ordinarios tractatus & opuſcula huiusmodi, per cenſuram eccleſiaſticam etiam, ſi ſit opus, cum adiectione pœnæ & fautoriæ hæreſeos, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem huius ſententiæ aut decreti violator aut contemtor extiterit, ſtatuit eadem ſancta ſynodus, per locorum ordinarios & inquiſitores hæreticæ prauitatis, contra talem & tales, veluti ſuſpectos de hæreſi, procedendum. Contra *Wiclephium* eiusque libros iam anno 1413. in concilio Romano idem ſtatutum Romano, fuerat apud HARDVINVM *tom. VIII. concil. p. 204.* quæ ſententia deinceps repetita in *Conſtantienſi* anno 1415. *ſeſſion. 8.* apud EVNDEM *cit. l. p. 302.* in qua perpetuo decreto libri eius reprobati & condemnati ſunt, hac adiecta clauſula: *Et eorundem librorum, & cuiuslibet ipſorum lectionem, doctrinam, expoſitionem & allegationem, niſi ad eorum reprobationem, omnibus Chriſti fidelibus prohibendo.* Denique & hoc ſatis notum eſt, LVTHERI, CALVINI, aliorumque ſcripta, papatui cladem irreparabilem inferentia, a conciliis paſſim proſcripta & exterminata fuiſſe. Prouoco ad *concilium Pariſienſe* ſeu *Senonenſe* de an. 1528., vbi apud HARDVINVM *tom. IX. concil. p. 1933.* ita: *Rurſus etiam intelleximus, nonnullos Martini Lutheri libellos pernicioſos, iam pridem cum ſuo auctore a ſanctiſſimis pontificibus Leone papa, & Hadriano, nec non Clemente papa moderno, damnatos, a nonnullis nihilo ſecius, timore diuino & pudore humano prorſus abiectis, adhuc euulgari, legi, & circumferri. Propterea probibemus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ne qui, cuiuscunque conditionis aut ſtatus exiſtant, prædicti Lutheri libellos, aut qui ab eo & ſuis ſequacibus prodiiſſe aſſeruntur, diuceps comparent, habeant, & circumferant: aut in concionibus publicis, ſeu priuatis confabulationibus, laudent, approbent, tueantur, aut euulgent.* Plura non addam, ne nimium excreſcat horum facinorum publicorum moles, ſatis vbique obuia. Romano, Pariſienſi.

§. XCV.

Digitized by Google

Pontifices etiam hunc morem exercuerunt, vt Leo I.

§. XCV. Quia *pontifex Romanus* paulatim eandem sibi auctoritatem, quam *concilia* in vniuersum habent, arrogauit, asseruitque; inde non mirandum est, tot eius decreta extare, quibus libri, de hæresi suspecti, rogo addicti, & legi prohibiti fuerunt. Iam seculo V. LEO I. pontifex teste BARONIO *ad ann. 443. n. I.* codices Manichæorum Romæ comburi iussit, *aliter enim*, ait in epistola ad episcopos Italiæ, apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 1754. nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & a sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua possumus, abscindamus.* IDEM *in epistola* ad *Turibium, Austricensem episcopum c. 15.* nouum zeli papalis specimen edit, scribens: *Nos istud vracium testium relatione comperimus, multos corruptissimos eorum* (Priscillianistarum) *codices, qui canonici titularentur, inuenimus; quomodo enim decipere simplices possunt, nisi venenata pocula quodum melle prælinirent, ne vsque quaque sentirentur insuauia, quæ essent futura mortifera? Curandum ergo est, & sacerdotali diligentia maxime prouidendum, vt falsati codices, & a sincera veritate discordes in nullo vsu lectionis habeantur. Apocryphæ autem scripturæ, quæ sub nominibus apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendæ, sed etiam penitus auferendæ sunt, atque ignibus concremandæ.* Post pauca addit: *Vnde si quis episcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti, hæreticum se nouerit iudicandum; quoniam qui alium ab errore non reuocat, se ipsum errare demonstrat.* Gelasius, Porro GELASIO papæ decretum attribuunt in *concilio Romano I.* editum circa annum 494. quo index librorum *in ecclesia* reprobatorum continetur, relatum ab HARDVINO *tom. II. concil. p. 938.* & a GRATIANO *in c. 3. D. 15.* quamuis hoc *decretum*, cuius demum post annum 840. memoria occurrit, *apocryphum* esse arbitretur GVILIELMVS CAVEVS *in histor. literar. script. ecclesiast. p. 289.* e contrario autem eius auctoritatem veritatemque variis argumentis adstruat illudque GELASIO vindicet ANTONIVS PAGI *in critica ad* BARONIVM *ad ann. 494. §. 2. sqq.* Agapetus, Porro AGAPETVS pontifex, referente ANASTASIO *in vita eius*, libellos anathematis in medio ecclesiæ congregatis omnibus, incendio consumsit. Eius opem quoque imploranunt episcopi orientales, nec non Archimandritæ & monachi, vt imperatorem Constantinopolitanum pro exterminandis hæreticis solicitaret. Constantinopo-

Digitized by Google

poli tunc degentem per literas hoc modo compellunt: *Tollite a nobis cito malos, offerte conſuetum ſacrificium hoc Deo & Saluatori, pro conſeruanda nobis bona defenſione, in futuro tremendo iudicio: liberum ab omni timore & hæretica tertio repetita fluctuatione, ornatum eccleſiaſticum conſeruate: ſtatum confirmate, rurſumque exponendo iuſtiſſimo imperatori noſtro pias ac iuſtas ſententias, contra ipſos prius ab apoſtolica ſede prolatas, ſtatuendo per illas, impia ſcripta tradere igni, & habentes illa in publicum prodere iuxta imitationem eorum, qui zelant peſſundare manichæa, & illa impii Neſtorii, & Eutychetis inſenſati, ac Dioſcori, patris & protectoris eorum;* id quod ſtrenue executus eſt AGAPETVS teſte BARONIO *ad ann. 536 n. 37.*

§. XCVI. Hoc modo pontifices & *propria auctoritate* libros hæreticos damnarunt, & *imperatores* ſollicitarunt, vt eos publicis flammis conſumerent, terroremque omnibus iniicerent. ZACHARIAS pontifex Zacharias. in *concilio Romano II.* an. 745. habito, apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1940.* Alberti ſcripta condemnauit, patres enim concili interroganti reſponſum hoc dederunt: *quid aliud agendum eſt, niſi vt omnia, quæ nobis relecta ſunt, igni concrementur. Zacharias reſpondit, optime prouiſum eſt a veſtra ſanctitate, vt ſcripta illius omnia igne crementur, ſed oportunum eſt, vt in ſcrinio noſtro ad reprobationem, & ad perpetuam eius confuſionem reſeruentur.* Parem fortunam codex concilii ſub PHOTIO habiti, HADRIANO II. papa ſedente, Romæ habuit, qui, vt eo maiori cum au- Hadrianus II. ctoritate ageret, epiſcopos Romæ in vnum coactos, vt ſententiam de PHOTIO dicerent, compellauit. Hi in *ſecunda allocutione* apud HARDVIN. *tom. V. concil. p. 865.* cenſuerunt, *codicem hunc totum mendaciis & peruerſis dogmatibus fabricatum perpetuo anathemati ſubdendum, & contemplantibus cunctis, & præcipue Græcorum legatis igni traditum in cineres redigendum.* Magno applauſu excepta eſt hæc ſententia a ſede Romana, vnde hoc decretum, quod *cap. 1. c. loc. p. 868.* occurrit, profluxit: *Concilii ipſius exſecranda geſta* (ſub PHOTIO ſcilicet) *quibuscunque habeantur monumentis inſerta, ſummi iudicis, domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctorumque apoſtolorum principum, Petri & Pauli, noſtræque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, ita vt igni voranda tradantur, & anathemate perpetuo percellantur.* An. 1140. INNOCENTIVS II. condemna- Innocentius tionem *Petri Abælardi* & *Arnoldi de Brixia* in Gallia factam, maxime ſug- II. geſtionibus BERNARDI confirmauit, vt *epiſt.* BERNH. *194.* docet, & ipſa INNOCENT. II. ſententia apud HARDVIN. *tom. VI. P. 2. p. 1224.* confirmat. Omitto plura alia exempla quorum ingens copia poſt hæc tempora deprehenditur, quibus etiam innocentiſſimi oppreſſi ſunt vt mirandum non

Induſtria hic index hactenus occultatus fuerit, quem tamen AVCTOR prædictus, qui *duo ſpecimina* inde publicauit, ſine dubio poſſidet. Acceſſerunt poſtea, maxime in Hiſpania, plura ad hos indices incrementa, quæ omnia referre nimis longum foret, plenius & exactiſſime a prælaudato BRANCO recenſita & examinata, qui ſitim lectoris extinguere poterit.

qui indices tamen parum profecerunt.

§. XCIX. Ex his omnibus nunc palam & perſpicuum eſt, quanto ſtudio inquiſitores per aliquot ſecula, maxime vero recentioribus temporibus, ſolliciti fuerint in libris, quos noxios, credunt, prohibendis, ſupprimendis, expurgandis, atque mutilandis, quamuis hæc opera imprudentiſſima & impia optatum euentum habere non potuerit, vt ipſe fatetur FAILLETVS *aux Jugemens des Savans T. II. P. I. p. 46.* aiens: *Je ne ſai, comment il eſt arrive jusq' ici, que ces ſortes d' Indices ayent apporte ſi peu d' utilité & de ſecaurs à ceux, qui en ont voulu faire quelque vſage, quoi qu' il n' y ait pas de compoſition plus penible. & qui demande tant de iugement & de lumiéres.* Tale vero *iudicium* vtplurimum defuit in *cenſoribus Romanis*, ſuperſtitione monaſtica vnice imbutis, quod etiam HVGO GROTIVS expertus eſt, poſtquam immortale opus *de iure B. & P.* ediderat, cuius lectio Romæ damnata fuit. Ita enim *P. 2. epiſt. 153. Romæ lectio librorum meorum de iure belli, quum permiſſa aliquamdiu fuiſſet, ſubito interdicta eſt, & ſimul Apologetici & poëmatum, excuſantibus ſeueritatem inquiſitoriam Quiritibus, qui cum Cardinale Barbarino literarum amante Lutetiæ fuérant ac me viderant. At mea ſane nihil intereſt, an Romæ legar. In Gallia eiusmodi edictis non adſcribitur bonum factum, nec eorum vlla habetur ratio.* Parum ſane vel nihil profuit inquiſitorum Romanorum temeritas, quin potius approbationem melioris orbis literarii vniuerſalem tulit, vt tot vicibus editio libri huius hinc inde repetita fuerit, quam ſortem etiam alii *libri probibiti* habuerunt, ſi modo erudite & ſolide quæuis expoſuerunt. Breuiter: *talis probibitio* nec bonis libris nocet, ſicuti nec *approbatio curiæ Romanæ* ineptis & inſulſis ſcriptis prodeſt. Optime hoc obſeruauit EDMVNDVS RICHERIVS *tom. IV. hiſtor. concil. general. P. 2. p. 243.* nitque: *An, rogo, vlla eſt in terris poteſtas, quæ vſum ratiocinandi hominibus interdicere atque efficere poſſit, vt quod oculis vident, auribus præſentes hauriunt, & maxime doloris ſenſu experiuntur, non videant, non audiant, & minime doleant? Tandum autem abeſt, vt hæc librorum expurgandorum ratio a Ieſuitis adinuenta, & propagata, fini ac propoſito, ad quid inſtituta eſt, ſeruiat, cum potius vehementer noceat, atque magis Ieſuitarum & curiæ Romanæ artes ac ſtudia ſuſpecta reddat: quaſi vero eccleſia & religio catholica iſtis humanis verſutiis propugnari deberet*

§. C.

Digitized by Google

§. C. Hæc de methodo & more damnandi atque abolendi libros noxios & hæreticos in genere secundum *iuris canonici principia*. Iam speciatim de iure illo agendum, quo vtitur Germania, iuxta *leges* imprimis *imperii*, vt de vsu *iuris canonici* inde constare queat. Quamuis vero recentior in ecclesia Romana praxis cum antiqua conspirare, ne dicam eam superare videatur, si methodum nouissimam libros per *indices* damnandi & expurgandi intuemur; vix tamen est, vt vbique locorum tam stricte illis *edictis prohibitoriis* insistatur, & non possit iuste dubitari; vtrum adhuc hodie *in* GERMANIA circa quæuis *scripta prohibita* leges ecclesiasticæ, ante adductæ, obseruentur. Qua de causa omnis in eo ero, vt *vsum hodiernum* huius doctrinæ in *foris Germaniæ*, tum quoad *catholicos*, tum etiam quoad *protestantes*, ostendam, eumque tum ex *legibus imperii*, tum etiam ex *prouincialibus* & *localibus*, illustrem, & denique ex ipsis rerum & factorum argumentis declarem atque confirmem.

In Germania, quæ ante allata sunt, non simpliciter habent vsum.

§. CI. Antequam vero ipsam rem aggrediar, præiudicialis quæstio examinanda: *vtrum omnimoda libertas imprimendi quoscunque libros, modo in famosos libellos non degenerent, nec seditionem alant, in terris protestantium asserenda, & eo diuortium totale a praxi catholiorum statuendum sit? an vero etiam, & in qua ratione impediri possit & debeat lectio librorum contra receptas doctrinas euulgandorum?* Studio excepi *famosos libellos*, & *seditiosos*, quos nemo approbat, quorumque lectionem omnes damnant, quibus etiam *libri obscœni*, morum corruptores manifesti, accensendi sunt. Ergo vnice quæstio tangit ipsa *dogmata*, circa quorum explicationem primario *intellectus* versatur, & in eruenda *veritate* occupatur. Sicuti vero in hac quæstione catholici rigidiores *omnem modum* excedunt ex principiis domesticis, quibus arbitrium omnium doctrinarum de *fide* & *moribus* suum faciunt; ita non desunt inter protestantes, qui in alterum extremum inclinant, & *libertatem* imprimendi quoscunque libros nimium extendunt, simulque lectionem talium librorum, religionis approbatæ primaria capita impugnantium, eo ipso admodum dilatant. Imprimis in *Anglia* & *Belgio* plurimi in hac vindicanda libertate solliciti sunt, vti ostendit *collectio tractatuum politicorum* sub regimine GVILELMI III. publicatorum, & *Londini 1705.* tribus voluminibus coniunctim editorum, quorum seriem refert CLERICVS *dans la bibl. chois. tom. XV. P. I. art. 1.* Volumine II. dictæ *collectionis p. 614.* referente CLERICO *c. l. p. 76.* occurrit epistola an. 1698. ad *membrum Parlamenti* conscripta pro *liber-*

Quæstio præiudicialis: vtrum inter protestantes impressio & editio librorum debeat esse libera?

Rationes pro libertate,

tilium ſedulo adhuc legendo manibus triuiſſe, ſupra iam monſtratum. Nec huc pertinet, quod PFANNERVS vrget exemplum CYPRIANI ad fidem chriſti nam conuerſi, & *libros magicos* comburentis, quod tradit GREGORIVS NAZIANZENVS *orat. 30. in laudem Cypriani*, aiens: *magicos libros publice proponit; de imbecillitate pernicioſi theſauri triumphum agit; amentiam prædicat; ingentem ex illis flammam excitat; diuturnamque impoſturam, quæ ne vni quidem carnis flammæ opem afferre potuerat, igne abſumit, & a dæmonibus ſecedit.* *Factum* hoc erat *priuatum* CYPRIANI ad fidem conuerſi, non *lex publica eccleſiaſtica*, ſponteneum eiusdem opus, quo idololatricos gentilium errores *libera voluntate* deteſtabatur, exemplo eorum, qui *Actor. XIX, 19.* ad fidem conuerſi erant, non *præceptum* aliquod *eccleſiaſticum*, quod ipſemet adhuc *neophytus* eccleſiæ præſcribere non poterat.

Seculo IV. mos gentilium a chriſtianis aſſumtus eſt.

§. XC. Poſtquam vero ſeculo IV. pro *modeſtia* & *humilitate priſca*, dominatus ſub præſidio imperatorum chriſtianorum epiſcopos inuaſit, *brachio ſeculari* contra hæreticos in ſubſidium aſſumto, praxis gentilium, libros per combuſtionem damnandi; & lectionem eorum publice improbandi, magno applauſu ab epiſcopis recepta, imperatoribusque commendata eſt, quæ tamen ab innocentiſſima primorum chriſtianorum fide, ad euangelii exemplar expreſſa, aliena fuit. Id ipſum adhuc LACTANTIVS *L. V. c. 20.* grauiter inculcat, & in eo differentiam *veræ* & *falſæ religionis* conſtituit, aitque: *Sentiunt, nihil eſſe in rebus humanis religione præſtantius, eamque ſumma vi oportere defendi: ſed, vt in ipſa religione, ſic in defenſionis genere falluntur. Defendenda enim religio eſt, non occidendo, ſed monendo: non ſæuitia, ſed patientia: non ſcelere, ſed fide: illa enim malorum ſunt, hæc bonorum. Et neceſſe eſt, bonum in religione verſari, non malum. Nam ſi ſanguine, ſi tormentis, ſi malo religionem defendere velis, iam non defendetur illa, ſed polluetur atque violabitur. Nihil enim eſt tam voluntarium, quam religio; in qua ſi animus ſacrificantis auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt. Recta igitur ratio eſt, vt religionem patientia vel morte defendas; in qua fides conſeruatur, & ipſi Deo grata eſt, & religioni addit auctoritatem.* Talia merito obiiciebant gentilibus, ad perſecutiones diriſſimas pronis, ſi cum illis conflictari neceſſum habebant. Eorum præceptorum vero immemores fuiſſe videntur, ſi contra *hæreticos* pugnabant, illisque potiores erant, adeo vt, maiorum veſtigiis relictis, *ethnicam crudelitatem, imo ethnica ſeueriorem, tandem in eccleſiam reduxerint*, vt loquar cum LIMBOR-

Lactantio improbante,

BORCHIO *in hiſtor. inquiſ. L. I. c. 3.* mox enim zelus hic plus quam carnalis & ethnicus ſeſe exſeruit in *concilio Nicæno*, ARIO condemnato, quan- per edictum
doquidem teſte SOCRATE *L. I. c. 9.* ſine dubio ad inſtantiam orthodoxo- Conſtantini,
rum imperator ita edixit: *Si quis forte liber ab Ario conſcriptus reperiatur, flammis eum abſumi præcipimus, vt non ſolum praua illius doctrina funditus aboleatur, ſed ne monumentum quidem eius vllum poſteritati relinquatur.* Tolerari adhuc talia potuiſſent, & ſuo modo excuſari, niſi etiam hoc caput adieciſſet: *Illud etiam denuncio, quod ſi quis librum ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, nec eum ſtatim oblatum igne combuſſerit, MORTIS POENAM ſubibit. Simulatque enim in hoc facinore fuerit deprehenſus, CAPITALI SVPPLICIO ferietur.* Idem refert SOZOMENVS *L. I. c. 21.* ſimulque monſtrat, hoc ipſo ad *capitale ſupplicium* hæreticis infligendum iam aditum patefactum fuiſſe, cum auctores horum librorum pœnam grauiorem meruerint, quam eorum occultatores, ſi comparatio quædam facienda eſt. Plura hoc ſeculo funeſta, & extremam redolentia crudelitatem conſtituta ſunt in hæreticos, quæ ex legibus illius temporis in vnum collégit IACOBVS GOTHOFREDVS *ad. tit. Cod. Theodoſ. de hæreticis.* Neque enim ſucceſſores CONSTANTINI ſegniores fuerunt per legem Arin hæreticis perſequendis, ceu docet ARCADII conſtiturio. d. an. 398. re- cadii,
lata *in l. 34. Cod. de hæretic.* contra Eunomianos edita. Verba hæc ſunt: *Codices ſane eorum, ſcelerum omnium doctrinam & materiam continentes, ſumma ſagacitate mox quæri ac prodi, exſerta auctoritate mandamus, ſub aſpectibus eorum iudicantium incendio mox concremandos. Ex quibus ſi qui forte aliquid qualibet occaſione, vel fraude occultaſſe, nec prodidiſſe conuincitur, ſciat, ſe velut noxiorum codicum, & maleficii crimine conſcriptorum, retentatorumque CAPITE eſſe PLECTENDVM.* Ceterum nunquam in executionem has pœnas immanes deductas, ſed *terroris incutiendi cauſa* tantum publicatas fuiſſe, infra monſtrabo.

§. XCI. Eidem ſeueritate ſæuitum eſt in NESTORIVM an. 435. Theodoſii &
iuxta *l. 6. C. de hæret. nec vero impios libros nefandi & ſacrilegi Neſtorii*, Valentiniani,
aduerſus venerabilem orthodoxorum ſectam, decretaque ſanctiſſimi coetus antiſtitum Epheſi habiti ſcriptos, habere, aut legere, aut deſcribere quisquam audeat, quos diligenti ſtudio requiri, ac publice comburi decernimus. Quod ſub *publicatione omnium bonorum* conſtitutum eſt. Eandem ſeue- Valentiniani
ritatem reguſtarunt an. 457. VALENTINIANVS & MARTIANVS *in l. 8. C.* & Martiani,
de hæret. vbi §. 5. de hæreticorum libris hæc traduntur: *Nemo huiusmodi libros, & ſacrilega ſcirptorum audeat monumenta ſeruare.* Et paulo poſt:

Omnes vero huiusmodi chartæ ac libri, qui funeſtum Eutychetis ſcilicet & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinoroſæ peruerſitatis veſtigia flammis combuſta depereant. Aequum namque eſt, vt immaniſſima ſacrilegia par pœnæ magnitudo percellat. Nunquam ſane imperatores *tanta immanitate* vel *vera* vel in *terrorem* propoſita hæreticos perſequi potuiſſent, niſi epiſcoporum dominantium, a priſca chriſtianorum humanitate prorſus deuiantium, ſollicitatione adacti fuiſſent. Equidem, qui a partibus *hæreticorum* ſtabant, graues querelas contra hanc duritiem mouerunt, orthodoxi vero omnes ad vnum *pietatem imperatorum*, quam in hac *immanitate* quæſiuerunt, in cœlum extulerunt, ac illos vituperauerunt, qui manſuetiores erga hæreticos ſeſe geſſerunt. Hoc ipſo vero factum eſt, vt plures hæreticorum libri aboliti fuerint, quibus ſublatis poſtea orthodoxi monſtra opinionum effinxerunt, & hæreticis, exempla EPIPHANII, attribuerunt, ſæpe ſine vlla probabilitatis ſpecie, vt fides hiſtorica magnopere hic vacillet.

quæ leges immanitatem ſummam ſpirant,

§. XCII. Non raro vero contingit, vt ex prævalentium epiſcoporum inſtinctu *condemnati* fuerint in conciliis, qui, aliis prævalentibus, poſtea *reſtituti*, quia *concilia* contra *concilia* ſunt habita, & quod in altero reprobatum, rurſus in alio reuocatum. Docet id conſtitutio THEODOSII *iunioris*, ex ſuggeſtione *conciliabuli Epheſini*, vt vocant, contra FLAVIANVM, Conſtantinopolitanum epiſcopum, & EVSEBIVM lata pro EVTYCHE, & ab HARDVINO *T. II. concil. p. 674.* relata, vbi rurſus *Neſtorii, Porphyrii, Theodoreti*, & ſine dubio etiam *Flauiani ſcripta* condemnantur, hac adiecta clauſula; *Quicunque huiusmodi codices habet, publice illos proferat, & cunctis videntibus igni tradantur.* Sed mox ſcena mutata eſt. Paulo poſt EVTYCHES in *concilio Chalcedonenſi* condemnatus eſt, quo facto imperatores VALENTINIANVS & MARTIANVS legem THEODOSII iunioris *an. 452.* reuocarunt, & quæ *contra Flauianum, Euſebium* & *Theodoretum* conſtituta erant, annullarunt. E contrario, alio edicto, quod apud HARDVINVM *c. l. p. 678.* refertur, EVTYCHETIS ſcripta condemnata ſunt his verbis: *Præcipimus, vbicunque huiusmodi ſcripta fuerint, ignibus cremari, eos vero, qui vel ſcripſerint, vel aliis legenda tradiderint, docendi ſtudio vel diſcendi, cenſemus cum publicatione bonorum deportatione puniri.* Ita idem EVTYCHES, qui antea in aliorum ſcripta ſæuierat, per brachium ſeculare imperatoris ſimile fatum poſtea expertus eſt, ex ſuggeſtione epiſcoporum Chalcedonenſium, a quibus condemnatus. Ita pars, quæ prævaluit, ſemper his *armis carnalibus* contra eos, quos

& quandoque ſibi contrariantur,

exemplo legis Theodoſianæ contra Flauianum,

& Valentiniani & Martiani pro Flauiano,

Digitized by Google

quos *vetis maioribus* condemnarunt, vſa eſt, imperatoresque ad executionem conciliorum ſuorum ſollicitauit. Inde tandem *mos generalis* imo *regula iuris* exſtrui cœpit, vt quorum doctrina concilio quocunque condemnata eſſet, etiam ſcripta eorum comburerentur, & legi prohiberentur, ſub *pœna* etiam *capitali*, vt rurſus euincit *l. 3. §. 3. C. de ſumm. trinit.* Ceterum libri tales *publice* concremabantur, quandoque etiam condemnatis iniungebatur, vt ſub oculis epiſcoporum codices erroris proprii concremarent, prout decernunt HONORIVS & THEODOSIVS in *l. 10. C. de epiſc. audient.* Atque ita nouum *crimen capitale* ex ſtudio tyrannico perſequendi hæreticos natum eſt, inde contractum, quod quis libros prohibitos poſſederit, deſcripſerit, vel legerit. Neque adeo hoc mirandum erat, poſtquam epiſcopi etiam conſcientiis dominari, credenda per modum *legis* determinare, & doctrinas *deciſione iudiciali* circumſcribere, haud veriti ſunt, *brachio ſeculari* adhibito more gentilium, vt hæc ſcita imperii eccleſiaſtici in effectum deducerentur. Addo iam allatis IVSTINIANI imperatoris edictum, repetitum in *Nou. 42. c. 1. §. 2.* vbi more iam inueterato, ad quem prouocat, vſus, ita diſponit: *& ſicuti non licet Neſtorii libros ſcribere vel poſſidere, ſic nec dicta & ſcripta Seueri maneant penes aliquem chriſtianum, ſed ſint profana & aliena ab eccleſia catholica, igneque comburantur a poſſidentibus, niſi, qui iſta habent, velint periculum pati.* Plura huiusmodi alia ſcita publica collegit PHOTIVS *in Nomocanone tit. 12. c. 3.* apud IVSTELLVM VOELLIVM *in bibliothec. iuris canon. antiq. p. 1065. ſqq.*

Inde generalis regula: quorum doctrinæ in conciliis damnatæ, eorum libri quoque legi prohibiti ſub pœna capitali

§. XCIII. Hisce igitur ſub temporibus, quibus hæ leges publicatæ ſunt, hic ordo adhuc ſeruatus eſt, vt epiſcopi quidem in conciliis *doctrinam & libros hæreticorum* condemnauerint; leges autem *de non legendis libris*, nec *poſſidendis*, nec *deſcribendis*, ſub pœna grauiſſima imperatores edixerint, actum combuſtionis publicum imperauerint, atque magiſtratibus prouinciarum ac locorum in mandatis dederint, vt harum legum eſſent ſeueriſſimi executores ſub pœna pecuniaria, vt conſtat ex PHOTII *Nomocanone cit. loc.* Facile enim præuidebant epiſcopi, mandatum ſuum *de non legendis libris hæreticorum* ſine *brachii ſecularis* pondere nullius efficaciæ fore, quod vtplurimum condemnati hæretici, vt vocabantur, contra audentius ire, doctrinam ſuam propalare ſueuerint, quam inter *merces publice prohibitas* referre maluerunt orthodoxi dominantes. Pedetentim vero, imperio epiſcoporum ſtabilito & auctо, ipſimet, ad inſtar prætorum, *edicta* de *libris non legendis* in conciliis publicarunt.

Vt tamen imperatores hanc legem ferrent, non patres in conciliis facile,

quod tamen tempore Arcadii iam inualuit,

carunt. Tempore ARCADII & HONORII de doctrinis ORIGENIS ſuſpectis variæ lites ſunt motæ, poſtquam EPIPHANIVS, epiſcopus Cypri, collecto concilio libros ab illo conſcriptos condemnauerat, exemplumque ſynodalis ſententiæ ſecum Conſtantinopolim attulerat. Collectis enim in vrbe regia epiſcopis, quidam damnationis ſententiæ ſubſcripſerunt, quidam id facere recuſarunt, teſte SOCRATE *L. VI. c. 12.* inter quos etiam IOANNES CHRYSOSTOMVS fuit. In quo autem hæc condemnatio conſtiterit, docet CASSIODORVS *L. X. hiſtor. tripartit. c. 10.* vbi refert, *Epiphanium, conſtituta ſynodo, lectionem librorum Origenis interdixiſſe, miſiſſeque literas ad Ioannem, vt ab Origeniana lectione abſtineret, & ſynodo congregata, quæ placuerant, etiam ipſe firmaret.* Pariter fœda inter epiſcopos atque monachos Alexandriæ certamina hac de cauſa geſta fuiſſe, ait SVLPITIVS SEVERVS *dialog. I. c. 6. n. 1. quia congregati in vnum ſæpius ſacerdotes frequentibus decreuiſſe ſynodis videbantur, ne quis Origenis libros legeret, aut haberet.*

& in concilio vniuerſali VI. factum,

In *concilio vniuerſali VI.* ſiue *Conſtantinopolitano III. an. 681.* apud HARDVIN. *tom. III. concil. p. 1347.* non tantum decretum eſt, vt ſcripta in hoc concilio condemnata *exterminio ſubmitterentur*, ſed etiam mox *combuſta* ſunt, vt *p. 1354. in fin.* ſubiicitur. Pariter *in concilio Quiniſexto*, ſeu *Trullano*, *canon 63.* huius tenoris eſt: *Quæ a veritatis hoſtibus falſo conficta ſunt martyrum hiſtoriæ, vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent, ad infidelitatem deducerent, in eccleſia non publicari iubemus, ſed eas igni tradi.* vide HARDVIN. *c. l. p. 1686.* Porro in *concilio œcumenico VII* ſeu *Nicæno II.* anno 787. habito *can. 9.* apud. HARDVINVM *tom. IV. concil. p. 491.* noua lex de non abſcondendis libris noxiis condita eſt: *Omnia puerilia ludibria, infanasque debachationes atque conſcripta, quæ falſo contra venerabiles imagines facta ſunt, dari oportet in epiſcopio Conſtantinopoleos, vt recondantur cum ceterorum hæreticorum libris. Si vero quis inuentus fuerit hæc occultare, ſi quidem epiſcopus aut presbyter, vel diaconus fuerit, deponatur: ſi vero monachus aut laicus, anathematizetur.*

vt & Trullano,

& concilio vniuerſali VII.

in concilio Piſano, & Conſtantienſi,

§. XCIV. Quæ in ſequentibus conciliis hinc inde conſtituta fuerunt contra ſcripta hæretica, ſigillatim referre non lubet, ne limites mihi præſcriptos nimis excedam. Prouoco tantum adhuc paucis ad ea, quæ geſta ſunt in concilio *Piſano* & *Conſtantienſi*, quum imprimis in poſteriori *Wiclephii* & *Ioannis Huſſi* libri condemnati ſint, per ſolemne decretum, quod exhibetur *tom. IV. Actor. concil. Conſtantienſ.* a clariſſimo van der HARDT edito *p. 436.* vbi inter alia hæc leguntur; *Ideo libros præ-*

Digitized by Google

prædictos, & doctrinam suam, & singulos alios tractatus, & opuscula, in latino siue vulgari Bohemico per ipsum editos, aut in quocunque alio idiomate per alium vel alios translatos, hæc sacrosancta synodus reprobat atque damnat, ipsos comburendos solemniter & publice in præsentia cleri & populi in ciuitate Constantiensi, & alibi, decernit & definit. Adiiciens, propter præmissa omnem eius doctrinam merito esse & fore suspectam de fide & ab omnibus Christi fidelibus euitandam. Et vt de medio ecclesiæ illa pernicioſa doctrina eliminetur, hæc sancta synodus prorsus iubet per locorum ordinarios tractatus & opuscula huiusmodi, per censuram ecclesiasticam etiam, si sit opus, cum adiectione pœnæ & fautoriæ hæreseos, diligenter inquiri, & repertos ignibus publice concremari. Si quis autem huius sententiæ aut decreti violator aut contemtor extiterit, statuit eadem sancta synodus, per locorum ordinarios & inquisitores hæreticæ prauitatis, contra talem & tales, veluti suspectos de hæresi, procedendum. Contra *Wiclephium* eiusque libros iam anno 1413. in concilio Romano idem statutum Romano, fuerat apud HARDVINVM *tom. VIII. concil. p. 204.* quæ sententia deinceps repetita in *Constantiensi* anno 1415. *session. 8.* apud EVNDEM *cit. l. p. 302.* in qua perpetuo decreto libri eius reprobati & condemnati sunt, hac adiecta clausula: *Et eorundem librorum, & cuiuslibet ipsorum lectionem, doctrinam, expositionem & allegationem, nisi ad eorum reprobationem, omnibus Christi fidelibus prohibendo.* Denique & hoc satis notum est, LVTHERI, CALVINI, aliorumque scripta, papatui cladem irreparabilem inferentia, a conciliis passim proscripta & exterminata fuisse. Prouoco ad *concilium Parisiense* seu *Senonense* de an. 1528., vbi apud HARDVI- Parisiensi. NVM *tom. IX. concil. p. 1933.* ita: *Rursus etiam intelleximus, nonnullos Martini Lutheri libellos pernicioſos, iam pridem cum suo auctore a sanctissimis pontificibus Leone papa, & Hadriano, nec non Clemente papa moderno, damnatos, a nonnullis nihilo secius, timore diuino & pudore humano prorsus abiectis, adhuc euulgari, legi, & circumferri. Propterea probibemus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne qui, cuiuscunque conditionis aut status existant, prædicti Lutheri libellos, aut qui ab eo & suis sequacibus prodiisse asseruntur, diuceps comparent, habeant, & circumferant: aut in concionibus publicis, seu priuatis confabulationibus, laudent, approbent, tueantur, aut euulgent.* Plura non addam, ne nimium excrescat horum facinorum publicorum moles, satis vbique obuia.

§. XCV.

Pontifices etiam hunc morem exercuerunt, vt Leo I.

§. XCV. Quia *pontifex Romanus* paulatim eandem ſibi auctoritatem, quam *concilia* in vniuerſum habent, arrogauit, aſſeruitque; inde non mirandum eſt, tot eius decreta extare, quibus libri, de hæreſi ſuſpecti, rogo addicti, & legi prohibiti fuerunt. Iam ſeculo V. LEO I. pontifex teſte BARONIO *ad ann. 443. n. I.* codices Manichæorum Romæ comburi inſſit, *aliter enim*, ait in epiſtola ad epiſcopos Italiæ, apud HARDVINVM *tom. I. concil. p. 1754. nobis commiſſos regere non poſſumus, niſi hos, qui ſunt perditores & perditi, zelo fidei dominicæ perſequamur, & a ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius diuulgetur, ſeueritate, qua poſſumus, abſcindamus.* IDEM *in epiſtola* ad *Turibium, Auſtricenſem epiſcopum c. 15.* nouum zeli papalis ſpecimen edit, ſcribens: *Nos iſtud vracium teſtium relatione comperimus, multos corruptiſſimos eorum* (Priſcillianiſtarum) *codices, qui canonici titularentur, inuenimus; quomodo enim decipere ſimplices poſſunt, niſi venenata pocula quodam melle præliuirent, ne vsque quaque ſentirentur inſuauia, quæ eſſent futura mortifera? Curandum ergo eſt, & ſacerdotali diligentia maxime prouidendum, vt falſati codices, & a ſincera veritate diſcordes in nullo vſu lectionis habeantur. Apocryphæ autem ſcripturæ, quæ ſub nominibus apoſtolorum multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicendæ, ſed etiam penitus auferendæ ſunt, atque ignibus concremandæ.* Poſt pauca addit: *Vnde ſi quis epiſcoporum vel apocrypha haberi per domos non prohibuerit, vel ſub canonicorum nomine eos codices in eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterina ſunt emendatione corrupti, hæreticum ſe nouerit iudicandum; quoniam qui alium ab errore non reuocat, ſe ipſum errare demonſtrat.*

Gelaſius,

Porro GELASIO papæ decretum attribuunt in *concilio Romano I.* editum circa annum 494. quo index librorum *in eccleſia* reprobatorum continetur, relatum ab HARDVINO *tom. II. concil. p. 938.* & a GRATIANO *in c. 3. D. 15.* quamuis hoc *decretum*, cuius demum poſt annum 840. memoria occurrit, *apocryphum* eſſe arbitretur GVILIELMVS CAVEVS *in hiſtor. literar. ſcript. eccleſiaſt. p. 289.* e contrario autem eius auctoritatem veritatemque variis argumentis adſtruat illudque GELASIO vindicet ANTONIVS PAGI *in critica ad* BARONIVM *ad ann. 494. §. 2. ſqq.*

Agapetus,

Porro AGAPETVS pontifex, referente ANASTASIO *in vita eius*, libellos anathematis in medio eccleſiæ congregatis omnibus, incendio conſumſit. Eius opem quoque implorarunt epiſcopi orientales, nec non Archimandritæ & monachi, vt imperatorem Conſtantinopolitanum pro exterminandis hæreticis ſolicitaret. Conſtantino-

po-

Digitized by Google

poli tunc degentem per literas hoc modo compellunt: *Tollite a nobis cito malos, offerte conſuetum ſacrificium hoc Deo & Saluatori, pro conſeruanda nobis bona defenſione, in futuro tremendo iudicio: liberum ab omni timore & hæretica tertio repetita fluctuatione, ornatum eccleſiaſticum conſeruate: ſtatum confirmate, rurſumque exponendo iuſtiſſimo imperatori noſtro pias ac iuſtas ſententias, contra ipſos prius ab apoſtolica ſede prolatas, ſtatuendo per illas, impia ſcripta tradere igni, & habentes illa in publicum prodere iuxta imitationem eorum, qui zelant peſſundare manichæa, & illa impii Neſtorii, & Eutychetis inſenſati, ac Dioſcori, patris & protectoris eorum;* id quod ſtrenue executus eſt AGAPETVS teſte BARONIO *ad ann. 536 n. 37.*

§. XCVI. Hoc modo pontifices & *propria auctoritate* libros hæreticos damnarunt, & *imperatores* ſollicitarunt, vt eos publicis flammis conſumerent, terroremque omnibus iniicerent. ZACHARIAS pontifex Zacharias, in *concilio Romano II.* an. 745. habito, apud HARDVINVM *tom. III. concil. p. 1940.* Alberti ſcripta condemnauit, patres enim concili interroganti reſponſum hoc dederunt: *quid aliud agendum eſt, niſi vt omnia, quæ nobis relecta ſunt, igni concrementur. Zacharias reſpondit, optime prouiſum eſt a veſtra ſanctitate, vt ſcripta illius omnia igne crementur, ſed oportunum eſt, vt in ſcrinio noſtro ad reprobationem, & ad perpetuam eius confuſionem reſeruentur.* Parem fortunam codex concilii ſub PHOTIO habiti, HADRIANO II. papa ſedente, Romæ habuit, qui, vt eo maiori cum au- Hadrianus II. ctoritate ageret, epiſcopos Romæ in vnum coactos, vt ſententiam de PHOTIO dicerent, compellauit. Hi in *ſecunda allocutione* apud HARDVIN. *tom. V. concil. p. 865.* cenſuerunt, *codicem hunc totum mendaciis & peruerſis dogmatibus fabricatum perpetuo anathemati ſubdendum, & contemplantibus cunctis, & præcipue Græcorum legatis igni traditum in cineres redigendum.* Magno applauſu excepta eſt hæc ſententia a ſede Romana, vnde hoc decretum, quod *cap. 1. c. loc. p. 868.* occurrit, profluxit: *Concilii ipſius exſecranda geſta* (ſub PHOTIO ſcilicet) *quibuscunque habeantur monumentis inſerta, ſummi iudicis, domini noſtri Ieſu Chriſti, ſanctorumque apoſtolorum principum, Petri & Pauli, noſtræque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus, ita vt igni voranda tradantur, & anathemate perpetuo percellantur.* An. 1140. INNOCENTIVS II. condemna- Innocentius tionem *Petri Abælardi* & *Arnoldi de Brixia* in Gallia factam, maxime ſug- II. geſtionibus BERNARDI confirmauit, vt *epiſt.* BERNH. *194.* docet, & ipſa INNOCENT. II. ſententia apud HARDVIN. *tom. VI. P. 2. p. 1224.* confirmat. Omitto plura alia exempla quorum ingens copia poſt hæc tempora deprehenditur, quibus etiam innocentiſſimi oppreſſi ſunt vt mirandum non

fit, B. LVTHERVM, veritatis assertorem strenuum, eandem sortem subiisse. Leo X. Peruulgata enim est bulla LEONIS X. an. 1520. contra LVTHERVM publicata, relata etiam ab HARDVINO *tom. IX. concil. p. 1891. sqq.* cui inter alia hæc inserta est clausula, post condemnationem omnium eiusdem scriptorum: *Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, ne huiusmodi scripta, libellos, prædicationes seu schedulas, vel in eis contenta capitula, errores aut articulos supra dictos continentia, legere, prædicare, laudare, imprimere, publicare, siue defendere per se, vel alium, seu alios, directe vel indirecte, tacite vel expresse, publice vel occulte, aut in domibus suis, siue aliis publicis, vel priuatis locis tenere quoquo modo præsumant: quin imo illa statim post harum publicationem, vbicunque fuerint, per ordinarios & alios supra dictos diligenter quæsita publice & solemniter, in præsentia cleri & populi, sub omnibus & singulis supra dictis pœnis comburant.* LEONIS X. exemplum secuti sunt HADRIANVS VI. & CLEMENS VII. per *bullam Cœnæ Domini*, cuius formulam huc pertinentem supra iam retuli, quæ non tantum LVTHERVM, sed alios quoque eorumque scripta notauit, & excommunicationis sententiam omnibus illis comminata est, qui *qualescunque hæreticorum libros* legere, aut habere ausi fuerint. Prolixius hoc argumentum, in quo occupatus fui, etiam excussit, variisque exemplis illustrauit SCHELHORNIVS *tom. VII. amœnit. liter p. 75. sqq. tom. VIII. p. 338. sqq. p. 463. tom IX. p. 651. sqq. & p. 752. sqq.*

Occasio, qua factum, vt indices librorum prohibitorum componerentur, quorum varia compilatio refertur.

§. XCVII. Hæc *generalis dispositio* de hæreticorum libris non legendis terrorem pluribus incussit, admodum inprimis anxiis, quinam *sub hac prohibitione generali* essent comprehensi? quæ res ansam dedit, vt *indices librorum prohibitorum* conficerentur. Inde facultas theologica Parisiensis ann. *1551. indicem* huiusmodi *librorum prohibitorum* composuit, publicauitque, vt obseruat AVCTOR versionis Gallicæ *de l' Histoire abregée de la Reformation de Pays-Bas, traduite de Hollandois* de GERHARD BRANDT. *tom. I. p. 197.* Inquisitio Hispanica, quæ maxime per Belgium tyrannidem suam exercuit, sub auspiciis PHILIPPI II. occupata fuit, vt ad iussum regis an. *1558. catalogum librorum prohibitorum* ederet & publicaret, cuius exemplo excitatus PAVLVS IV. in mandatis dedit *inquisitoribus Romanis*, vt itidem eiusmodi *indicem* consarcinarent, qui an. 1559. publicatus fuit. Quia vero *concilium Tridentinum* demuo *de libris noxiis e medio tollendis* edixerat, PIVS IV. negotium *huius indicis Romani* ad concilium detulit, quo *commissarii* nominati sunt, qui eum examinarent, & ad concilium desuper referrent. Facta relatione patres iudicarunt, consultius esse, rem

Digitized by Google

rem hanc pontifici committere, quod multitudo librorum prohibitorum prolixiorem desideraret inquisitionem. Inde factum est, vt *index Romanus prædictus* nomine *concilii Tridentini* publicatus, quamuis, prout dictum, ne quidem ab hoc concilio plene examinatus fuerit. Idem postea a SIXTO V. auctus, & tandem CLEMENTIS VIII. iussu recognitus & publicatus Venetiis an. 1597. Nouus postea *index librorum prohibitorum* INNOCENTII XI. iussu editus & vsque ad annum 1687. productus. Eidem nouissime accessit appendix vsque ad *mensem Iunii 1704.* Romæ dicto anno prelo impressus.

§. XCVIII. Sed in hoc non subsistit durissima procerum ecclesiæ Romanæ *censura:* inquisitores Hispanici vlterius progressi id vnice egerunt, vt libros non-prohibitos antiquiores a sententiis sibi suspectis expurgarent, eosque mutilarent. Hi sine dubio auctores fuerunt duci de ALBA, Belgarum oppressori funestissimo, vt episcopis, vniuersitatibus & magistratibus singulorum locorum per Belgium in mandatis daret, quo constituerent eligerentque personas, qui *scripta* quæcunque quodammodo *suspecta* examinarent, & quicquid in iis noxii offenderent, indicarent, atque referrent. Relatione horum facta, prædictus dux Antwerpiæ *conuentum theologorum* coegit, qui obseruationes transmissas examinarent, & inde *indicem expurgatorium* conficerent, in quo loca notata sunt, quæ in libris examinatis essent delenda. Hic index quidem sumtu regis an. 1571. cum præfatione, quam ARIAS MONTANVS confecerat, typis expressus est, non tamen ea intentione, vt publici iuris fieret, sed vt tantum normam examinatoribus ad hoc constituris præberet, quo in libris vbicunque repertis loca notata delerent, & postmodum facta castratione eosdem veris dominis redderent. Latuit in abdito hic *index expurgatorius*, donec tandem professor Heidelbergensis FRANCISCVS IVNIVS eius compos factus an. 1685. illum in publicum emitteret. Pariter Romæ an. 1607. superiorum permissu eiusmodi index compositus est a IOANNE MARIA BRASICHELLANO, magistro sacri palatii, quem se haud vidisse DANIEL FRANCVS *in disquisit. academ. de papistarum indicib. libr. prohib. & expurg. p. 134.* fatetur, simulque iterum iterumque omnes orthodoxos obtestatur, *vt, qui exemplar possidet, publici iuris illud facere dignetur.* Acuit hoc desiderium publice expositum sitim AVCTORIS *Obseruat. VI. Hallens. select. ad rem litterar. spectantium tom. III.*, vt singularia quædam de hoc indice præmitteret, & *tom. IV. obs. VII.* item *tom. V. obs. X.* duo specimina huius indicis referret, vnde liquet, quam insigni

Præterea quoque inde indices expurgatorii confecti,

primum in Belgio.

postea etiam Romæ per Brasichellanum,

Induſtria hic index hactenus occultatus fuerit, quem tamen AVCTOR prædictus, qui *duo ſpecimina* inde publicauit, ſine dubio poſſidet. Acceſſerunt poſtea, maxime in Hiſpania, plura ad hos indices incrementa, quæ omnia referre nimis longum foret, plenius & exactiſſime a prælaudato BRANCO recenſita & examinata, qui ſitim lectoris extinguere poterit.

qui indices tamen parum profecerunt.

§. XCIX. Ex his omnibus nunc palam & perſpicuum eſt, quanto ſtudio inquiſitores per aliquot ſecula, maxime vero recentioribus temporibus, ſolliciti fuerint in libris, quos noxios, credunt, prohibendis, ſupprimendis, expurgandis, atque mutilandis, quamuis hæc opera imprudentiſſima & impia optatum euentum habere non potuerit, vt ipſe fatetur FAILLETVS *aux Jugemens des Savans T. II. P. I. p. 46.* aiens: *Je ne ſai, comment il eſt arrive jusq' ici, que ces ſortes d' Indices ayent apporte ſi peu d' utilité & de ſecaurs à ceux, qui en ont voulu faire quelque vſage, quoi qu' il n' y ait pas de compoſition plus penible. & qui demande tant de iugement & de lumiéres.* Tale vero *iudicium* vtplurimum defuit in *cenſoribus Romanis*, ſuperſtitione monaſtica vnice imbutis, quod etiam HVGO GROTIVS expertus eſt, poſtquam immortale opus *de iure B. & P.* ediderat, cuius lectio Romæ damnata fuit. Ita enim *P. 2. epiſt. 153. Romæ lectio librorum meorum de iure belli, quum permiſſa aliquamdiu fuiſſet, ſubito interdicta eſt, & ſimul Apologetici & pœmatum, excuſantibus ſeueritatem inquiſitoriam Quiritibus, qui cum Cardinale Barbarino literarum amante Lutetiæ fuerant ac me viderant. At mea ſane nihil intereſt, an Romæ legar. In Gallia eiusmodi edictis non adſcribitur bonum factum, nec eorum vlla habetur ratio.* Parum ſane vel nihil profuit inquiſitorum Romanorum temeritas, quin potius approbationem melioris orbis literarii vniuerſalem tulit, vt tot vicibus editio libri huius hinc inde repetita fuerit, quam ſortem etiam alii *libri prohibiti* habuerunt, ſi modo erudite & ſolide quæuis expoſuerunt. Breuiter: *talis prohibitio* nec bonis libris nocet, ſicuti nec *approbatio curiæ Romanæ* ineptis & inſulſis ſcriptis prodeſt. Optime hoc obſeruauit EDMVNDVS RICHERIVS *tom. IV. hiſtor. concil. general. P. 2. p. 243.* aitque: *An, rogo, vlla eſt in terris poteſtas, quæ vſum ratiocinandi hominibus interdicere atque efficere poſſit, vt quod oculis vident, auribus præſentes hauriunt, & maxime doloris ſenſu experiuntur, non videant, non audiant, & minime doleant? Tandum autem abeſt, vt hæc librorum expurgandorum ratio a Ieſuitis adinuenta, & propagata, ſini ac propoſito, ad quid inſtituta eſt, ſeruiat, cum potius vehementer noceat, atque magis Ieſuitarum & curiæ Romanæ artes ac ſtudia ſuſpecta reddat: quaſi vero eccleſia & religio catholica iſtis humanis verſutiis propugnari deberet*

§. C.

Digitized by Google

§. C. Hæc de methodo & more damnandi atque abolendi libros noxios & hæreticos in genere ſecundum *iuris canonici principia*. Iam ſpeciatim de iure illo agendum, quo vtitur Germania, iuxta *leges* imprimis *imperii*, vt de vſu *iuris canonici* inde conſtare queat. Quamuis vero recentior in eccleſia Romana praxis cum antiqua conſpirare, ne dicam eam ſuperare videatur, ſi methodum nouiſſimam libros per *indices* damnandi & expurgandi inruemur; vix tamen eſt, vt vbique locorum tam ſtricte illis *edictis prohibitoriis* inſiſtatur, & non poſſit iuſte dubitari; vtrum adhuc hodie *in* GERMANIA circa quæuis *ſcripta prohibita* leges eccleſiaſticæ, ante adductæ, obſeruentur. Qua de cauſa omnis in eo ero, vt *vſum hodiernum* huius doctrinæ in *foris Germaniæ*, tum quoad *catholicos*, tum etiam quoad *proteſtantes*, oſtendam, eumque tum ex *legibus imperii*, tum etiam ex *prouincialibus* & *localibus*, illuſtrem, & denique ex ipſis rerum & factorum argumentis declarem atque confirmem.

In Germania, quæ ante allata ſunt, non ſimpliciter habent vſum.

§. CI. Antequam vero ipſam rem aggrediar, præiudicialis quæſtio examinanda: *vtrum omnimoda libertas imprimendi quoscunque libros, modo in famoſos libellos non degenerent, nec ſeditionem alant, in terris proteſtantium aſſerenda, & eo diuortium totale a praxi catholicorum ſtatuendum ſit? an vero etiam, & in quo ratione impediri poſſit & debeat lectio librorum contra receptas doctrinas euulgandorum?* Studio excepi *famoſos libellos*, & *ſeditioſos*, quos nemo approbat, quorumque lectionem omnes damnant, quibus etiam *libri obſcæni*, morum corruptores manifeſti, accenſendi ſunt. Ergo vnice quæſtio tangit ipſa *dogmata*, circa quorum explicationem primario *intellectus* verſatur, & in eruenda *veritate* occupatur. Sicuti vero in hac quæſtione catholici rigidiores *omnem modum* excedunt ex principiis domeſticis, quibus arbitrium omnium doctrinarum de *fide* & *moribus* ſuum faciunt; ita non deſunt inter proteſtantes, qui in alterum extremum inclinant, & *libertatem* imprimendi quoscunque libros nimium extendunt, ſimulque lectionem talium librorum, religionis approbatæ primaria capita impugnantium, eo ipſo admodum dilatant. Imprimis in *Anglia* & *Belgio* plurimi in hac vindicanda libertate ſolliciti ſunt, vti oſtendit *collectio tractatuum politicorum* ſub regimine GVILELMI III. publicatorum, & *Londini 1705.* tribus voluminibus coniunctim editorum, quorum ſeriem refert CLERICVS *dans la bibl. chois. tom. XV. P. I. art. 1.* Volumine II. dictæ *collectionis p. 614.* referente CLERICO *c. l. p. 76.* occurrit epiſtola an. 1698. ad *membrum Parlamenti* conſcripta pro *liber-*

Quæſtio præiudicialis: vtrum inter proteſtantes impreſſio & editio librorum debeat eſſe libera?

Rationes pro libertate,

Digitized by Google

libertate imprimendi, in qua auctor defendit, quod reſtricta libertas imprimendi libros principiis religionis proteſtantium minime conueniat, & ipſi *libertati nationis Anglicanæ inſidias* ſtruat. Idem approbat CLERICVS *cit. l.* his verbis: *Il eſt certain, comme l' Auteur le fait voir, que nous n' avons, que la Raiſon, pour rechercher la Verité, & pour nous garentir de l' Erréur, & que le moyen le plus commode de répandre la Verité, ou de connoitre, que l' on s' étoit trompé, eſt l' imprimerie; par laquelle on communique facilement ſes penſées aux autres, pour être approuvées, ſi elles ſont bonnes: ou refutées, ſi elles ſont fauſſes.* Pergit vero vlterius, atque, defendere publicationem alterius cogitationum, nihil aliud eſſe, quam prætendere, vt quilibet ſimpliciter & abſolute ſine examine ſe ſententiis publice receptis ſubmittat: impediri tali reſtrictione penitiorem veritatis explorationem: in effectu id agi, ne quis ad examen *veri* & *falſi* opem ſuam conferat, ſine libertate publicandi cogitationes ſuas reformationem nec fieri potuiſſe, nec factam fuiſſe, nec potuiſſe obiectionibus a catholicis factis ſatisfieri, hac libertate conceſſa, nec *ſchiſmata*, nec *hæreſin* diſſeminari, quod aliis mediis fortioribus veritas muniri, & contra hoſtes propugnari queat, ne ſchiſmata ibi locum inuenire poſſint, vbi libertas ſenſum ſcripturæ ſacræ eruendi viget: puniri poſſe nihilominus, qui *libros atheos* & *morum corruptores* edant ex peſſima intentione, ceteris, bona fide errantibus, ignoſcendum: *cenſuras* librorum libertati huic maxime aduerſari, & a plurimis eccleſiæ Romanæ doctoribus purioris iudicii reprobari: cenſores vtplurimum *veritati* bellum indicere, exemplo Ieſuitarum, qui in locis, vbi dominantur, librorum publicationem impediunt, qui *Ianſeniſmum* fouent; ſicuti in illis locis, in quibus Ianſeniſtæ præualent, libri Ieſuitarum per cenſuras rigoroſas a prelo arcentur, vel aliter ſupprimuntur.

quæ examinantur, cum epicriſi,

§. CII. Hæc ſunt primaria præſidia, quæ *libertati typographiæ* omnimodæ circumponuntur, & *cenſuris* librorum dicam ſcribunt, a quibus tamen longe recedunt plerique proteſtantes in Germania, quippe qui per *leges vniuerſales* & *particulares* præcauere iubentur, ne vſus typographiæ in abuſum degeneret, quam ſuccinctis obſeruationibus explicat AHASVERVS FRITSCHIVS *de abuſibus typographiæ*. Neque argumenta adducta eius ſunt roboris, vt *libertatem* hanc, publice per prelum cogitationes ſuas quascunque quibuscunque communicandi, ad principia proteſtantium religioſa pertinere arguant. *Libertatem* ſenti-

Digitized by Google

tiendi *priuatam* nemini inuidemus; aſt quieti publicæ non expedit, imprimis *pro ſtatu præſenti Germaniæ*, vt qualescunque cogitationes contra ſtabilitos fidei articulos diſſeminentur, & inde ad rixas, contentiones, & bella domeſtica anſa præbeatur. Non ſufficit, punire eos, qui *libros atheos* edunt, & flagitia promouentes, quin potius præſtat, hominum mentes ab hac peſte ſaluas & incolumes ſeruare, quam poſt earum vulnerationem remedium quærere. Non quidem negari poteſt, *cenſuras librorum* variis obnoxias eſſe abuſibus; grauiora tamen metuenda ſunt incommoda & mala ex *omnimoda preli libertate*, præſertim quum cenſuræ quoque ſuos limites apud nos habeant, quos ſi exceſſerint cenſores, recurſus ad ſuperiorem ſupereſt, qui inquitatem cenſuræ corrigere valet. Media ergo via in hac *quæſtione præiudiciali* amplectenda videtur, tum ne nimius rigor, more curiæ Romanæ, in improbanda lectione librorum prohibitorum exerceatur: tum etiam, ne licentia preli ita extendatur, vt omnes excludat limites, & in noxam degeneret publicam. Neque enim tantum is peccat & delinquit, qui peſſimos libros, & in republica non tolerandos, diuulgat, ſed etiam, qui *ope typographiæ* ſuæ in cauſſa eſt, vt a quibuscunque hominibus libere legi queant.

Media via eligitur.

§. CIII. Euicta ergo hac præiudiciali quæſtione, videamus, quomodo hodie in Germania, tum inter *catholicos*, modum excedentes, tum inter *proteſtantes*, *mediam viam* tenentes, lectio librorum noxiorum improbetur, atque impediatur. Aſſerui iam ſupra, variis modis improbari poſſe lectionem, qui generatim ad *duas claſſes* referri poſſunt vt improbatio fiat vel *directe*, vel per *indirectum*. *Indirecta* improbatio lectionis noxiæ intenditur per *cenſuras* & *leges* prelis datas, quibus horum libertati modus impoſitus eſt, & per conſequentiam *lectioni noxiæ* frenum imponitur. *Directa* per *publicam condemnationem* librorum noxiorum perficitur, atque itidem ſuppreſſio eorum & vſus, qui in *lectione* conſiſtit, quandoque intenditur. Vtramque viam *leges Germaniæ* receperunt, & quidem ad *cenſuram* quod attinet, definitionem & conceptum eius iam tradidi, vnde facile liquet, leges has, publico examini libros euulgandos ſubmittentes, demum latas fuiſſe, poſtquam artificium *typographiæ*, cum inuidia monachorum illius temporis, orbi patefactum eſt, quod circa medium ſeculi XV. contigit. Sicuti enim hoc beneficio via excogitata eſt, ingentem libri alicuius publicandi copiam ac orbi literario communicandi; ita

Modi hodierni lectionem impediendi ad duo genera reducuntur,

per cenſuras & publicam condemnationem librorum, cenſuræ poſt artem typographicam introductæ,

mox

Digitized by Google

mox animaduerſum eſt, hoc munus, vere diuinum, hinc inde in abuſum trahi, niſi libertas eius reſtringeretur, & leges prelo darentur. Oſtenſum iam eſt ſupra, quanta cum ſeueritate, quantoque rigore librorum hæreticorum lectio interdicta fuerit, quæ tamen, inuenta arte typographica, impediri non poterat, quum plerique nitantur in vetitum, & aere modico libri prohibiti comparari queant, olim non niſi ingentibus ſumtibus deſcribendi. Inde tandem curiæ Romanæ neceſſarium viſum fuit, *cenſores* conſtituere, quorum ſub examine libri diuulgarentur, & ita per indirectum homines a legendis libris prohibitis auocarentur. In *concilio Lateranenſi V.* anno 1515. ſub LEONE X. hanc legem eccleſiaſticam latam fuiſſe, ſupra iam obſeruaui, cuius ſententiam paucis enarrabo. Præmiſit pontifex, *literarum peritiam per librorum lectionem poſſe faciliter obtineri, ac artem imprimendi libros, temporibus potiſſimum ſuis, diuino fauente numine, inuentam, ſeu auctam & perpolitam, plurima mortalibus attuliſſe commoda, quum parua impenſa copia librorum maxima habeatur, quibus ingenia ad literarum ſtudia percommode exerceri, & fieri eruditi in omni linguarum genere, præſertim autem catholici, quibus ſanctam Romanam eccleſiam abundare deceat, facile euadere poſſunt: qui etiam infideles ſciant & valeant ſacris inſtitutis inſtruere, fidelium que collegio per doctrinam chriſtianæ fidei ſalubriter aggregare.* Ad omnem tamen librorum abuſum euitandum in ſequentibus ita edixit: *Statuimus & ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, ſeu aliam quamcunque ſcripturam, tam in vrbe noſtra, quam aliis quibuſuis ciuitatibus & diœceſibus, imprimere, ſeu imprimi facere præſumat, niſi prius in vrbe per vicarium noſtrum, & ſacri palatii magiſtrum, in aliis vero ciuitatibus & diœceſibus per epiſcopum, vel alium habentem peritiam ſcientiæ libri, ſeu ſcripturæ huiusmodi imprimendæ, ab eodem epiſcopo ad id deputandum, ac inquiſitionem hæreticæ prauitatis, ſiue diœceſis, in quibus librorum impreſſio huiusmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, & ſine dilatione imponendam, approbentur.* Quam inſigne crimen vero hi committant, qui absque *cenſura* libros publici iuris faciunt, patet ex ſubiecta clauſula: *Qui tamen ſecus præſumſerit. vltra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ad centum ducatorum fabricæ principis apoſtolorum de vrbe, ſine ſpe remiſſionis, ſolutionem, ac anni continui exercitii impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia ipſo facto incurrat, ac demum, ingraueſcente contumacia, taliter per epiſcopum ſuum, vel*

imprimis ob intereſſe eccleſiæ Romanæ, Leone X. primario eorum promotore,

vnde ſine cenſura edentes libros grauiter delinquere dicuntur,

vel vicarium noſtrum reſpectiue, per omnia iuris remedia caſtigetur, quo alii eius exemplo ſimilia minime attentare præſumant. Hanc ipſam conſtitutionem in *concilio Tridentino* poſtea repetitam fuiſſe, itidem iam obſeruaui, vnde poſtea plenior regula in *indice librorum prohibitorum*, qui huic concilio attribuitur, enata eſt, cuius capita paulo poſt dabimus.

§. CIV. Poſt conſtitutionem LEONIS X. interimeruperat reformatio, miniſterio B. LVTHERI, quæ, quum, recalcitrante clero Romano, progreſſus felices faceret, magnopere crabrones irritauit, &, prout fieri ſolet, ad diuulgationem variorum ſcriptorum virulentorum anſam dedit, quam cohibendam exiſtimauit imperator cum proceribus imperii. Hac de cauſſa in *receſſibus imperii* plura conſtituta ſunt, in hunc finem facientia, quæ ad hæc capita poſſunt reduci: (1) vt quilibet ſtatus in ſuis territoriis idoneos viros eligat, conſtituat, quorum *cenſuræ* libri diuulgandi committantur, & a quibus ſedulo examinentur, affectu omni remoto; id quod vt obtineatur, cautum eſt, vt quoad *libros theologicos* cenſores cum auctoribus libri eiusdem religionis ſint, vt optime in *ciuitate Auguſtana* prouiſum eſt. Vid. LONDORP. *tom. VI. act. lib. IV. c. 92. n. 1. p. 517.* (2) Ne paſſim & vbique, ſed tantum in *primariis ciuitatibus*, nec ſine præſcitu magiſtratus, *typographiæ* erigantur, atque ita omnes *clandeſtinæ impreſſiones* cohibeantur. (3) Vt *viſitatores* certi conſtituantur, qui ſedulo in defectus typographiæ & abuſus, vt & in qualitatem editorum librorum, apud *bibliopolas* inquirant, obſeruenque, an cum *approbatione* & *cenſura publica* publicati fuerint, nec ne? (4) Vt auctoribus librorum edendorum ſeuere interdicatur, ne alibi, quam vbi degunt, ſcripta ſua prelo committant, & ita per indirectum examen debitum ſubterfugiant, neue nomen ſuum celent. (5) Vt, ſi contra has regulas prædictas peccatum fuiſſe appareat, per *viſitatores* & *commiſſarios librorum* bibliopolis libri auferantur, fiſco addicantur, & aduocatus fiſci excitetur, quo contra auctorem ſcripti prohibiti debito modo ad pœnam procedatur. (6) Vt, ſi magiſtratus officio ſuo deſit, is quoque fiſcaliter puniatur.

Reformatio ad varia ſcripta accerbiora anſam præbuit, pro quibus reſtringendis varia remedia per leges imperii excogitata, quæ ad ſex capita reducuntur,

§. CV. His præcautionibus lectionem talium ſcriptorum noxiorum cohiberi poſſe, vulgo creditum fuit, quamuis, quod negari nequit, plenarium effectum haud obtinuerint, id quod deſuper repetitæ leges euidenter euincunt. Iam in *R. I. Norimbergenſi de anno 1524.*

Digitized by Google

Hæc continentur 1) in R. I. de anno 1524.

§. 28. hac de re ita cautum fuit, daß eine iede Obrigkeit bey ihren Druckereyen und ſonſt allenthalben nothdürftig Einſehens haben ſollen, damit Schmach-Schriften und Gemählde hinfürter gänzlich abgethan, und nicht weiter ausgebreitet werden, vbi ſimul prouocatur ad mandatum anterius daß fürter der Druckerey halber Inhalts unſers Mandats gehalten werde. Pariter in *R. I. Spirenſi d. a. 1529. §. 9.* ſpecialius hæc conſtitutio reperitur & extenſa eſt: Darzu ſollen und wollen wir, auch Churfürſten, Fürſten und Ständ des Reichs mitler Zeit des Concilii, in allen Druckereyen, und bey allen Buchführern, eines jeden Oberkeit mit allem möglichen Fleiß Verſehung thun, daß weiter nichts neues gedruckt, und ſonderlich Schmäh-Schriften, weder öffentlich oder heimlich gedicht, gedruckt, zu kauffen feil getragen, oder ausgelegt werden, ſondern was derhalben weiter gedicht, gedruckt, oder feil gehabt wird, daß ſoll zuvor von jeder Obrigkeit, durch darzu verordnete verſtändige Perſonen, beſichtiget: Und ſo darin Mangel befunden, daſſelbige zu drucken oder feil zu haben, bey groſſer Straf nicht zugelaſſen, ſondern alſo ſtrenglich verboten, und gehalten, auch dero Dichter, Drucker und Verkauffer, ſo ſolch Gebot überfahren, durch die Oberkeit, darunter ſie geſeſſen, oder betreten, nach Gelegenheit geſtrafft werden.

2) in R. I. de anno 1529.

3) in R. I. de anno 1530.

Quum vero ne ſic quidem *conſtitutiones* prædictæ proficerent, rurſus *anno ſequenti 1530. in R. I. Auguſtano §. 58. cenſura librorum* magiſtratui, tam *eccleſiaſtico* quam *ſeculari*, ſeriò commendata, & hunc in modum cautum fuit: Und nachdem durch die unordentliche Druckerey bis anhero viel Ubels entſtanden; ſetzen, ordnen und wollen Wir, daß ein jeder Churfürſt, Fürſt und Stand des Reichs, geiſtlich und weltlich, mitlerzeit des künftigen Concilii in allen Druckereyen, auch bey allen Buchführern, mit ernſtem Fleiß Verſehung thun, daß hinfürter nichts neues, und ſonderlich Schmäh-Schrift, Gemählde, oder dergleichen, weder öffentlich noch heimlich gedruckt, oder feil gehabt werden, es ſey dann zuvor durch dieſelb geiſtlich oder weltlich Obrigkeit darzu verordnete verſtändige Perſonen beſichtiget, des Druckers Namen und Zu Namen, auch die Stadt, darin ſoches gedruckt, mit nemlichen Worten darin geſetzt. Und wo alſo darin Mangel befunden, ſoll daſſelbige zu drucken, oder feil zu haben, nicht zugelaſſen, was auch ſolcher Schmäh- oder dergleichen Bücher hievor gedruckt, ſoll nicht feil gehabt, oder verkaufft werden, und wo der Dichter, Drucker, und Verkauffer ſolche Ordnung und Gebot

über-

überfahren, soll er durch die Obrigkeit, darunter er gesessen oder betreten, nach Gelegenheit, an Leib und Gut gestraft werden. Und wo einige Obrigkeit, sie wäre wo sie woll, hierin läßig befunden würde, alsdeñ soll und mag unser Käyserlicher Fiscal gegen derselben Oberkeit um die Straf procediren und fortfahren, welche Straf nach Gelegenheit ieder Oberkeit und derselben Fahrläßigkeit, unser Käyserlich Cammer-Gericht zu setzen und zu taxiren Macht haben soll. Equidem primario contra *libellos famosos* hæc edicta publicata videntur, sed tamen non vnice, quod particula sonderlich indicat, præsertim quum eo tempore in *causſa religionis controuerſæ* vtrinque magna animi acerbitate libri conscripti fuerint, in quibus scriptores ab iniuriis se haud temperarunt. Hunc in finem rursus in *R. I. Ratisbonenſi de anno 1541. §. 40.* propter *famoſos libellos* priora edicta repetita sunt, his verbis: Ferner haben wir befunden, daß die Schmäh-Schriften, so im heiligen Reich hin und wieder an mehr Orten ausgebreitet werden, gemeinen Frieden nicht wenig verhinderlich und verletzlich seynd, auch zu allerhand Unruhe und Weiterung gelangen möchten: und demnach uns mit Churfürsten, Fürsten, und gemeinen Ständen verglichen, daß hinführo in dem heiligen Reich keine Schmäh-Schriften, wie die Nahmen haben möchten, gedruckt, feil gehabt, gekauft noch verkauft, sondern wo die Dichter, Drucker, Käuffer oder Verkäuffer betreten, darauf an iede Obrigkeit fleißig Aufsehens zu haben verfügen, daß dieselben nach Gelegenheit der Schmäh-Schriften, so bey ihnen erfunden, ernstlich und härtiglich gestraft werden sollen. 4) In R. I. de anno 1541.

§. CVI. Sed ecce, ne sic quidem hoc cacoëthes eliminari potuit, quod indicat *R. I. Auguſtanus d. an. 1548. tit. 34.* vbi præmittitur, daß die Reichs-Satzungen gar nichts gehalten, sondern daß solche schmähliche Bücher, Schriften, Gemählde und Gemächte je länger je mehr gedicht, gedruckt, gemacht, feil gehabt und ausgebreitet werden. Denuo ergo priores ſanctiones repetitæ & auctæ sunt, & quidem zu Pflantzung und Erhaltung Christlicher Liebe und Einigkeit, und Verhütung Unruhe und Weiterung. Vtplurimum enim talia scripta virulenta, maxime in *cauſſa religionis*, tubam belli fuisse, experientia docuit: inde cautum fuit, 1) *vt antequam libri edantur, diligenter examinentur*, ob sie der Lehr der Christlichen Kirchen und den Reichs-Tags-Abschieden gemäß befunden: 2) *vt nihil approbetur*, das aufrührisch und schmählich: 3) vt typographi *auctorem librorum, locum*, vbi prelo 5) in R. I. d. anno 1548.

commiſſi ſunt, & *proprium nomen* edentis adiiciant: 4) vt nihil edatur ſo der catholiſchen allgemeinen Lehre der heiligen chriſtlichen Kirchen ungemäß und wiederwärtig, id quod ſine dubio eo tempore, quo adhuc *catholici* in comitiis per vota maiora præualuerunt, conſtitutum eſt, ſine effectu tamen, quo proteſtantibus defenſio ſuorum dogmatum, qua neceſſario doctrina Romanæ eccleſiæ impugnari debuit, adimi haud potuerit: 5) vt, ſi tales libri noxii editi fuerint, contra *auctorem* ad pœnam procedatur: 6) vt itidem *contra magiſtratum*, officio ſuo non ſatisfacientem, per *fiſcalem imperialem* procedatur: 7) vt libri noxii,

6) in R. I. de anno 1567. ubique editi, *ſupprimantur*, nec amplius publice vendantur. Rurſus vero in-
R. I. Erfordano d. an. 1567. §. 61. monitum eſt, parum hactenus hæc edicta profeciſſe, neceſſario tamen obſeruanda, weil dadurch ein ſolch Mißtrauen und Verhetzung zwiſchen allerſeits hohen und niedern Ständen erwecket, welches wohl unverſöhnliche Empörung und viell Unheils verurſachen möchte, qua de cauſſa iterum priores prohibitiones repetitæ. Quum vero ne ſic quidem hoc malum auerruncari potuerit, de nouo in

7) in R. I. de anno 1570. *R. I. Spirenſi d. an. 1570. §. 154. ſq.* denuo priores conſtitutiones renouatæ, iisque adhuc ſequentia addita ſunt, 1) daß hinführo im Römiſchen gantzen Reich die Buchdruckereyen an keine andere Oerter, denn in den Städten, da die Churfürſten und Fürſten ihre gewöhnliche Hofhaltung haben, oder da *vniuerſitates ſtudiorum* gehalten, oder in anſehnlichen Reichs-Städten verſtattet, aber ſonſten alle Wincke-Druckereyen ſtracks abgeſchaffet werden ſollen, 2) daß kein Buchdrucker zugelaſſen werde, der nicht zuforderſt von ſeiner Obrigkeit, da er häußlich ſitzet, darzu redlich, erbar, und aller Dinge tauglich erkennet, auch daſelbſt mit ſondern leiblichen Eyd beladen, in ſeinem Druck ietzigen und andern Reichs Abſchieden ſich gemäß verhalten ſoll. Præterea eadem repetuntur, quæ in receſſibus anterioribus de *confiſcatione & cenſura* conſtituta ſunt, adiecta hac pœna: Daß auch der Drucker, und bey weme die (Schriften) zu verkauffen, oder ſonſt auszubreiten begriffen, an Gut oder ſonſten geſtraft werden ſollen. Vlterius

8) in R. I. de anno 1577. *in R. I. Francof. de an. 1577. tit. 35. §. 1. 2. 3. 4.* idem repetitum eſt, quod *in R. I. Auguſtano d. an. 1548. tit. 34.* conſtitutum fuerat; ſicuti in §. 6. idem regulatum eſt, quod in *R. I. de anno 1570. §. 155. 156.* diſpoſitum erat.

§. CVII.

Digitized by Google

§. CVII. Quæ *ex receſſibus imperii* adducta ſunt capita, ad cohibendam lectionem *librorum noxiorum* conſtituta, conueniunt in plurimis cum LEONIS X. edicto, ſupra §. CIII. relato, imprimis vero cum *regula X. indicis librorum prohibitorum.* Nam 1) in *regula X. cit.* cauetur, ne liber aliquis imprimatur, niſi a *cenſoribus* conſtitutis examinatus fuerit, hac addita conditione, *vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris ſubſcriptum, apud examinatorem remaneat*, ne forſan ex poſtfacto ſcripto aliquid vel addatur, vel in eo corrigatur. Idem quoque ad eos applicatum eſt, *qui libellos manuſcriptos vulgant*, adeo vt, qui eos, antequam probati fuerint, per ſcripturam publicant, iisdem pœnis ſubiici debeant; quibus impreſſores; *& qui eos habuerint & legerint, niſi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur.* (2) In *inſtructione* indici ſubiecta, & quidem *cap. de impreſſione librorum §. 6.* typographi & bibliopolæ coram epiſcopo, aut inquiſitore, & Romæ coram magiſtro ſacri palatii, *iureiurando* ſpondere iubentur, ſe munus ſuum *catholice*, *ſincere* ac *fideliter* exſecuturos: 3) in eadem *regula X.* cautum eſt, vt *librorum probatio* in ſcriptis detur, & in fronte libri, vel ſcripti vel impreſſi, authentice appareat: 4) vt *in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus domus, vbi ars impreſſoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium ſæpius viſitentur a perſonis, ad id deputandis ab epiſcopo, ſiue eius vicario, atque etiam ab inquiſitore hæreticæ prauitatis.* Qua de cauſſa librarii in ſuis bibliopoliis indicem librorum venalium habere iubentur cum ſubſcriptione viſitatorum, ita vt alios libros ſub pœna eorum amiſſionis habere non poſſint. 5) Id quoque additum eſt, ne aliquis libros quoscunque in aliquam ciuitatem introducat, niſi eo prius examinatoribus oſtenſo. Plures præterea aliæ præcautiones tum in *reg. X.* tum *in inſtructione* adiectæ ſunt, quas referre non vacat, quum tantum primarias attigerim.

Conſenſus harum legum cum regulis indicis Romani oſtenditur, cuius capita primaria referuntur.

§ CVIII. Præterea quoque imperatores non tantum in terris ſuis *hæreditariis* libros hæreticos, aliosque noxios, eliminare, ſed etiam, quæ in *receſſibus* conſtituta ſunt, *edictis* variis in vſum *perimperium* deducere ſtatuerunt. Quoad illuſtrationem primi membri tantum ex *codice Auſtriaco* quædam edicta afferam, quæ grauiſſimis pœnis venditores *librorum hæreticorum* ſubiiciunt. *Anno 1528.* d. 24. Iul. FERDINANDVS I. edictum propoſuit gegen die Buchdrucker und Buchführer der ſectiriſchen verbotenen Bücher, welche in Oeſterreichiſchen Landen betreten werden, addita pœna, daß ſie als Hauptverführer und Vergifter aller Länder ohn

Edicta imperatorum huc etiam collineant.

rum in terris Auſtriacis.

Digitized by Google

alle Gnad ſtracks an dem Leben mit Waſſer geſtraft, ihre verbotene Waaren aber verbrennet werden. Præterea quoque diſpoſitum eſt, vt typographiæ tantum erigantur in jedes Landes Haupt-Stadt, nec aliquid prelo committatur, niſi impetrata venia. vid. *Codex Auſtriac. P. I. p. 235.* Rurſus *anno 1551. d. 1. Auguſti, & anno 1555, d. 25. Maii*, nouis edictis diſtractio *librorum hæreticorum* prohibita, hac adiecta clauſula: daß auch ſolche von den Unterthanen weder heimlich noch öffentlich geleſen, ja gar nicht in den Häuſern behalten werden ſollen. *v. Cod. Auſtr. c. l. p. 236.* Idem *anno 1619. d. 26. April.* FERDINANDVS II. repetiit, & ad libros manuſcriptos quoque extendit, adiecto mandato: daß ſie denen ordinariis und ihren verordneten commiſſariis zugeſtellet werden ſollen, quod quoque *anno 1628. d. 10. April.* cautum, & a FERDINANDO III. *an. 1654.* renouatum eſt. *vid. Codex Auſtr. P. II. p. 295. 296.* Ad illuſtrationem poſterioris membri refero RVDOLPHI II. conſtitutionem *de an. 1608.* von Viſitation der Druckereyen und Bücher apud GOLDASTVM *P. II.* der Reichs-Satzungen *p. 350.* vbi imprimis *viſitationes* librorum commiſſariis deputatis in nundinis Francofurtenſibus iniunguntur, addita hac cautela: welches alles, und damit es um ſo viel leichter zu Werck gerichtet werden möge; Als wollen wir, daß ein ieder Buchdrucker, Führer oder Buchhändler, ehe und zuvor er ſein Gewölbe oder Laden eröffnet, auch einiges Buch diſtrahiren, euch (Bücher-Commiſſariis) aller ſeiner neuen Bücher einen indicem fürweiſe, daneben glaublich anzeigen thue, wie und welcher geſtalt ihm ſolche Bücher zu drucken erlaubt.

tam per imperium, quo facit conſtitutio Rudolphi II.

Caroli VI.

§. CIX. Similiter inuictiſſimus imperator CAROLVS VI. edictum gegen die Schmäh- und Läſter-Schriften, Gedichte, Kupferſtiche oder andere Bücher gegen die im Reich tolerirte Religionem *d. 10. Iul. 1715.* propoſuit, præmiſſa hac notabili clauſula: Daß dergleichen zanck und ſchmähſüchtige Schreib-Arten und Lehren ſo wenig dem Chriſten- und Käyſerthum, als der Gerecht- und Erbarkeit gemäß, noch auch zu Ausbreitung der Chriſtlichen Lehre, und allerſeitigen Glaubens- oder gemein-nutzigen Rechts- und Staats-Sachen den geringſten Nutzen und Ehre, wohl aber ein und anders dieſes empfindlichen Schaden haben, daß daraus, an ſtatt der ſo hochnöthigen Einigkeit, und innerlichen guten Vernehmen, nichts als Zanck, Mißtrauen, Entfernung derer Gemüther, Irrwege, auch wohl gar Unfriede und Empörungen zu entſtehen pflegen. Qua de cauſſa tot legibus imperii generalibus antea ſancita

capita

capite renouat repetitque, atque singulis tam *ecclesiasticis* quam *secularibus*, imprimis vero bibliopolis & typographis *sine religionum discrimine*, item commissariis librorum iniungit, alles und iedes, was hiebevor von Zeit zu Zeiten gegen den Mißbrauch der Buchdruckereyen und Herausgebung verbotener Glaubens- und Staats-Sachen angehender Lehren, Bücher und Läster-Schriften oder Lehr-Gesetzen verordnet worden, in genauere Obacht zu ziehen, und dasjenige, was darzu auf einige Weise Vorschub geben kan, sorgsam zu vermeiden und zu verhindern. Zu dem Ende auch so fort nach Vorlesung dieses, alle Winckel-Druckereyen abzustellen, und nicht zu gestatten, daß deren einige anders, oder an und aus andern Orten, als in solchen Städten und Orten eingerichtet werden, wo Chur- und Fürsten ihre gewöhnliche Hofhaltung haben, oder Academien, oder Vniuersitates studiorum, oder wenigstens ansehentliche Lusse und des Reichs-oder solche Städte seynd, wo obrigkeitliche Obsicht gehalten wird. Dann ferner nicht nur keine Buchdruckerey zuzulassen, die da nicht angesessene redliche und erbare Leute seynd, und sich nach denen allgemeinen Reichs-Satzungen, uns und der Obrigkeit des Orts, vermittelst Eydes und Pflichten verbindlich gemacht haben, sich in ihrem Drucken allem demjenigen, was die Reichs-Satzungen mit sich bringen, und ihnen vorher wohl zu erklären und einzubinden ist, gemäß zu bezeigen, sondern auch noch hierüber bey allen und ieden Buchdruckereyen verständige und gelehrte Censores zubestellen, und solche ebener massen dahin zu verpflichten, daß sie ohne deren genaue Durchgehung, Erlaubniß und Genehmhaltung keinen, zumalen ohne Benennung des Erfinders, Schreibers oder Dichters, und des Druckers Nahmen und Zunahmen, wie auch der Stadt und des Jahres etwas zu drucken oder zu verkauffen, vielweniger die Einführung solch schädlicher Bücher aus fremden Landen und deren Verschleiff im Römischen Reich verstatten, gestalten Wir von nun an alles, was ohne solche Form und Feyerlichkeit ist, für sträffliche Läster- und Schmäh-Charten, mithin allerdings vernichten und zur confiscation würcklich in der That aller Orten erklären. Hunc in finem quoque *rescriptum* similis tenoris sub eodem dato ad duces circulorum dedit, pariterque camera imperii *d. 18. Sept. 1715.* per *decretum commune* rescriptum cæsareum publicauit, quæ publicatio etiam in nonnul is statuum territoriis facta est. vid. ANTONII FABRI Staats-Canzeley *T. XXVI. p. 728. & seqq. Electa iur. publ.*

publ. T. VIII. p. 81. seqq. STRVVIVS *T. II. corporis actor. & grauam. religion p. 90.* Eandem sollicitudinem pro conseruanda pace publica quo-

Leopoldi, que gessit inuictissimus imperator LOEOPOLDVS, glorioſissimæ memoriæ, & vium legum publicarum data occasione ad plenum deducere vigorem studuit, simul tamen prospexit, ne *libertati religionum* aliquid præiudicii daretur; id quod quum status Augustanæ confessionis occasione tractatus *de festo corporis Christi* ZWINGERI a commissario librorum confiscati, sedulo vrgerent, & grauaminibus propositis allegarent, daß dadurch über die Religions-Puncta und solcher Bücher Confiscation einem allein die cognition verstattet, und mithin der A.C. Verwandten alte hergebrachte libertat zu schreiben eingeschrencket werden wollen, inuictissimus imperator peculiari rescripto *d. 11. Mart. 1688.* sese declarauit, id se vnice agere, wie nicht die Bestreitung allerseitigen Religions-Puncten, sondern die dabey gebrauchende, und vielmehr zur Verbitter- und Scandalisirung als Erbauung der Gemüther gereichende Gotteslästerungen, scommata und Ehrenkränckungen verhütet und vermittelt bleiben mögen LONDORP. *tom VI. act. publ. p. 71.*

Præterea corporis euangelici conclusa id confirmant.

§. CX. Quemadmodum vero *corporis euangelici* cura laudabilis per plures annos huc primario directa fuit, vt *vnio inter protestantes*, quatenus in duas partes abeunt, arctissimo constringeretur vinculo, quæ tamen hinc inde scriptis quibusdam virulentis impugnata erat, ita necessarium duxit, concluso quodam *d. 28. Febr. 1722.* wegen nähe-rer Zusammensetzung und Vereinigung der *protestirenden* hac publica impedimenta remouere, & pro viribus e medio tollere, apud STRVVIVM *in corp. actor. & grauam. relig. Vol. II. circa fin.* Ea de caussa hac de re ita censuerunt, und weil dieses eine Sache ist, die allein die äusserliche gemeine Wohfahrt betrift, mithin auch vor niemanden, als die hohe Landes-Obrigkeit gehöret, als werden allerseits der Augspurgischen Confession Verwandte, Churfürsten, Fürsten und Stände die auf Trennnng und Verunglimpfung der Evangelischen unter sich gerichtete scripta, als in denen Reichs Grund-Gesetzen verbotene und aufrührische Schmäh- und Läster-Schriften ansehen, diesemnach in dero Landen die gemessene Verordnung ergehen lasseu, daß solche aller Orten confiscirt und supprimiret, sonderlich aber, wenn dergleicheu unter falschen oder ohne Nahmen zum Vorschein komen solten, befindlichen Dingen nach, durch öffentliche Verbrennung, auch wider die auctores, Buchdrucker, und die sonst

auf

zed by Google

auf ein oder andere Art darzu behülfflich gewesen, mit Ernst und geschärfter Strafe, andern zum Abscheu, verfahren, und gegen die bisherige und hiermit bestättigte Zusammensetzung zu reden oder zu schreiben, niemanden, wer der auch seye, verstattet, auch in der Beförderung und sonsten die moderate, gelehrte, sittsame und bescheidene subiecta denen zanckſüchtigen, hitzigen und unruhigen vorgezogen werden. Specialim subsecuta est *electoralis Saxonica declaratio d. 25. Mart. 1722.* Daß man Chur-Sächs. Seits bey der iederzeit zu erkennen gegebenen aufrichtigen intention, bey dem Corpore Euangelicorum beständig zu halten, sich auch von der Evangelischen Parthey nicht trennen zu lassen, ungeändert verharrete, man auch ohne dis casu eueniente auf Reichs-Constitutions-mäßige Weise mit denen Herrn Reformirten causam communem zu machen, und vor einen Mann zu stehen, verbunden und erbietig wäre, insonderheit aber, da bereits saluis doctrinalibus & elencho die harten und unzuläßigen *expressiones* in *thologi*schen Streit-Schriften gar nachdrücklich untersuchet, auch so gar alle *Theologi* ihre Schriften vorher zur *Censur* einzuschicken angewiesen worden, man dabey noch ferner beharren, und da nöthig, noch geschärftere Verordnungen ergehen lassen würde.

§. CXI. Neque vero hunc zelum pro conseruanda *vnione* hodie demum conceperunt protestantes, sed iam olim data occasione erga eos exercuerunt, qui impudentissimis scriptis dissentientes lacessere haud veriti sunt. His inprimis iam a multis annis sese adiunxit professor Hamburgensis SEBASTIANVS EDZARDI, variis contra Reformatos editis scriptis acerbissimis, contra quæ iustam indignationem suam ostendit *corpus euangelicum* per conclusum *d. 6. Nov. 1706.* censuitque, daß das Edzardische scriptum contra D. Strimesium von der Beschaffenheit sey, daß es wohl meritiret, in denen Landen der Evangelischen Reichs-Stände confisciret zu werden, hac adiecta clausula, wie denn, falß sich dergleichen unzugelassene und gegen des instrumenti pacis heilsame disposition lauffende Schmäh-Schrift auch gegen die Evangelisch-Lutherische Religion von Seiten der Reformirten theologorum finden solten, so wohl gegen die auctores als die Schriften selbst auf gleiche masse zu verfahren wäre, wozu sich dann Reformirten theils, da etwa dergleichen an Hand gegeben werden könte, billig erboten wird. Huc quoque aliud *conclusum d. 31. Ianuar. 1780.* in *conferentia Euangelicorum* contra EVNDEM conceptum pertinet, quo cautum, tum etiam eorum vsus in abolendis scriptis virulentis.

rum, dem Magiſtrat der Stadt Hamburg das über dieſes des Edzard unruhiges Beginnen billig geſchöpfte Mißfallen ſchriftlich zu erkennen zu geben, und ſelbigen nachdrücklich zu ermahnen, es in die Wege zu richten, daß denen wohlbedächtig beliebten conclusis gebührend nachgelebet, und der Profeſſor Edzardi ſo wohl des vergangenen wegen ernſtlich angeſehen, als auch vor das künftige beſſer im Zaum gehalten würde, worzu dann unter andern vorträglich ſeyn könte, wann ihm die nachdrückliche Bedeutung geſchehe, in Zukunft weder zu Hamburg noch ſonſt etwas drucken zu laſſen, ſo nicht vorher dem Magiſtrat zur cenſur übergeben, und von ſelbigen approbirt worden. vid. ANTON. FABER in der Staats-Canzeley *tom. XIII. c. V. p. 188. Elect. iur. publ. tom. I. p. 377. ſqq.*

Próinde contra ſcripta prohibita eorumque auctores vigor legum exercitus.

§. CXII. Nec tamen tot repetitæ conſtitutiones imperii impedire potuerunt, quo minus hinc inde inter *catholicos* & *proteſtantes* religionis cauſſa varia ſcripta virulenta publicata fuerint, quorſum pertinent a RVDOPHO MARTINO MEELFVHRERO *an. 1714.* duo editi libelli ipſis legibus imperii bellum indicentes, vt oſtenſum eſt in ANTON. FABRI Staats-Canzley *tom. XXIV. p. 136.* Contra hos iuſtam indignationem concepit *corpus euangelicum* & litteris *d. 6. Iul. 1714* ad cæſaream maieſtatem datis petiit, vt publicarum legum vigor tum contra *libellos*, tum contra *auctorem* exerceretur, hac adiecta clauſula *c. l. p. 133.* demnechſt auch, damit dergleichen, nur zu innerlichen colliſionen und ſchädlichen Mißtrauen Anlaß gebende ſtrafbahre Unternehmungen ins künftige deſto zuverläßiger allerſeits verhütet werden mögen, nach denen Exempeln Dero allerglorwürdigſten Vorfahren im Reich, ein darauf gerichtetes ſcharfes allgemeines Edict durch das geſamte Reich foderſamſt publiciret, und jedes Orts Obrigkeiten, wie auch denen hin und wieder beſtellten Bücher-Cenſoren, daß ſie darüber mit allem rigor und exactitude ernſtlich halten, und reſpective wider die jedesmahlige Ubertretere in conformität der deßfalls vor Augen liegenden bekandten Reichs-Conſtitutionen ohne alle Nebenſichten und Anſehung der Perſonen unaufhaltlich verfahren ſollen, nachdrücklich anweiſen zu laſſen. Similis farinæ ſcriptum quoque fuit P. VSLEBERI, a fiſcali imperii eo nomine in ius vocati, prout refertur in der Staats Canzley *tom. XXVII. p. 760. ſeq. Elect. iur. publ. tom. IX. p. 590.* Aliud exemplum occurrit *tom. II. elect. iur. publ. p. 7.* quo refertur decretum conſilii cæſarei aulici *d. 19. Sept. 1709.* contra ſcriptum quod-

quoddam acerbiſſimum ſecundum leges imperii prædictas improbatum, & quum anno 1713. in publicum prodiiſſet Pflichtmäßiger Bericht von dem *ſecreto comitiali*, illudque dicto anno cum *additamento* quodam auctum fuiſſet, quo ſcripto ipſis comitiis non leuis illata eſſet iniuria, per *concluſum trium collegiorum d. 22. Dec. 1713.* decretum fuit, vt ſcripta hæc per carnificem comburerentur, & in auctorem inquireretur vid. *Elect. iur. publ. tom. VI. p. 119.* Alia etiam exempla habentur, in der Staats-Canzley *tom. XLIV. p. 554. ſeqq. tom. XLVI. p. 363. ſeqq.*

§. CXIII. Leges has publicas imperii ſecuti ſunt ipſi ſtatus imperii, & ſimilis tenoris edicta paſſim in ſuis terris publicarunt, ex quibus pauca recenſere lubet. In *priuilegiis academiæ huius* FRIDERICIANAE *d. a. 1694. §. 13.* cenſura librorum hoc modo iniuncta eſt: Alle diejenigen Schriften, ſo im Hertzogthum Magdeburg zum Druck gegeben werden, und nicht publica oder Regierungs-Sachen, ſondern den Facultäten an der Univerſität zuſtändig ſeyn, ſollen weder von dem Regierungs- noch Univerſität-Buchdrucker ohne cenſur der Univerſität gedruckt werden; Diejenigen Sachen aber, welche publica oder conſiſtoriali, und denen Facultäten nicht zugehörig, ſolche iſt der Regierungs-Buchdrucker zwar ohne der Univerſität, nicht aber unſerer Regierung oder Conſiſtorii zu drucken befuget. Pariter in *ordinatione politica Magdeburgenſi cap. XXVII.* non tantum *leges imperii vniuerſales* hac de re editæ corroboratæ ſunt generaliter, ſed denuo lex de libris edendis *cenſuræ* ſubiiciendis repetita, & ſpecialius determinata eſt. Præterea etiam circa libros iam *editos*, ſed *noxios* abolendos quædam conſtituta ſunt, quorſum pertinet reſcriptum *d. 25. Iun. 1700.* ne publice vendantur ſcripta Bœhmii, Weigelii, aliique ibi denominati, ſub pœna 200. florenorum. vid. *corp. conſtit. Magdeb. P. I. p. 120.* Similiter mandato potentiſſimi regis *d. 25. Nov. 1712.* prohibitum eſt, ne publice vendantur unzüchtige, thörichte, von der wahren Gottesfurcht, Erbarkeit und Chriſtlichen Tugenden, ja ſelbſt von der geſunden Vernunft entfernete und mit vielen Fabeln und unwahrhaften Erzehlungen angefüllete Lieder, ſimulque *ſub pœna 200. florenorum*, & *priuationis priuilegii* iniunctum eſt impreſſoribus, ne tales cantiunculas prelo ſubiiciant. vid. *Corp. iur. Magdeb. P. III. p. 655.* Idem iam cautum fuerat eodem anno *d. 8. Septembr.* vt refertur *ibid. 644.*

Conſtitutiones ſtatuum prouinciales idem corroborant & illuſtrant,

1) Regis potentiſſimi Boruſſiæ;

§. CXIV. In *Saxonia electorali* itidem tum *cenſura*, tum aliæ *præcautiones* circa libros edendos conſtitutionibus publicis iniunctæ & de-

2) Saxonicæ electorales,

Digitized by Google

terminatæ sunt, quorsum ex CODICE AVGVSTEO *P. I. p. 406 seq. append. III.* huc referri possunt 1) mandatum *d. 10. Ian. 1549. Elect.* MAVRITII, daß Paßquille, famöse Schriften und Gemählde, absonderlich in Religions-Sachen, nicht zu dulden, 2) *mandatum d. 14. Sept. 1562.* AVGVSTI: Daß nichts ohne beyder Universitäten censur gedruckt, vielweniger anders woher eingeführet werden soll, 3) EIVSDEM Verboth wegen gedruckter Schmäh-Schriften, Bücher, Charten und Gemählde, *d. 26. Maii, 1571.* 4) *Mandatum d. 20. Nov. 1661.* IO. GEORG. II. daß die Censores derer Bücher ihren Nahmen unterzeichnen sollen, 5) *Mandatum d. an. 1683.* IO. GEORG. III. daß alle famöse und confiscirte Schriften aufgesucht und nicht geduldet, auch nicht ohne censur gedrucket werden sollen. 6) EIVSDEM *d. 27. Febr. 1686.* Von censur der Bücher. 7) *Rescriptum* Augustissimi Regis Poloniæ FRIDERICI AVGVSTI *d. 24. Iul. 1711.* an die Consistoria und Universitäten wider die ohne Nahmen der auctorum edirte unzuläßliche Bücher und Sriften, nebst anbefohlner Beeydigung derer Buchdrucker, und wie dißfalls zu verfahren, vbi simul obiurgantur censores, quod officio suo hactenus defuerint. 8) EIVSDEM *mandatum d. 24. April. 1717.* daß alle Buchdrucker so wol auf Universitäten als auch andern Orten nichts ohne censur drucken, ingleichen den rechten auctorem und Ort auf den Titel setzen sollen, samt dieserwegen zu leistenden Eydes-Notul. Præterea aliis quoque in prouinciis censura librorum edendorum constitutionibus prouincialibus iniuncta est, vt in ALTENBVRGENSIBVS *P. I. C. 2. tit. 3. p. 27.* item in HANNOVERANIS & CELLENSIBVS per *constit. 68. p. 177* Denique ne *libri prohibiti & lectionis improbatæ*, forsan *athei, famosi libelli*, publicis auctionibus distrahantur, quibus vtplurimum calore licitantium graue æs imponi solet, admodum consultum foret, ne absque censura *catalogi* ab his, qui auctionibus præsunt, prelo subiicerentur, & ita commercium eorum impediretur, quod prouisum fuisse reperi in der Stadt Leipzig Ordnung *d. 15. Iunii, 1680. p. 237. n. 23.* Sed infinitum foret, omnes alias locorum constitutiones colligere, quum nulla fere prouincia deprehendatur, in qua huiusmodi dispositiones & prouisiones deficiant, vtut, quod negari nequit, variis modis circumueniantur. Conf. interim THVCELIVS *in actis seculi XVIII. tom. IV. p. 3.* vbi plures aliæ constitutiones huius tenoris adducuntur.

3) Altenburgenses,

4) Hannoueranæ & Cellenses,

catalogi quoque librorum distrahendorum censuræ subiiciendi.

§. CXV.

§. CXV. Ex his omnibus legibus, tum *vniuerſalibus* tum *particularibus*, id quidem colligo, legislatores magnam egiſſe curam, ne *libri prohibiti* & *noxii* ederentur, & ſi forſan contra leges editi ſunt, ne commercium eorum eſſet, ſed publice fiſco addicerentur, quin etiam bibliopolæ & eorum impreſſores plecterentur; aſt *directo* eorum quoque *lectionem* ſub pœnis prohibitam, & *poſſeſſoribus* indiſtincte iniunctum fuiſſe, ne in *bibliothecis* ſuis eos tolerarent, cautum eſſe haud deprehendi, ſi *Auſtriacas conſtitutiones* ſupra relatas, & tempore reformationis ingruentis publicatas, exceperis, quibus etiam forſan conſtitutiones aliæ rigidiores catholicorum quorundam ſtatuum annumerandæ ſunt. Negari quidem nequit, præcautiones legum antea allatas huc imprimis directas fuiſſe, vt horum librorum vſus, *qui vnice in lectione conſiſtit*, tolleretur, & ita ſemina improbitatis aliorumque malorum ex *lectione* horum librorum metuendorum eradicarentur; inde tamen minime fluit, de *lectione* quoque talium librorum, eorumque vſu in *bibliothecis* ſupplicium ſumendum eſſe, ſi forſan exceperis libellos famoſos condemnatos, quos habere non licet, tum per leges *ſupra* relatas, tum per *conſtitutiones* imperii. Iuprimis vero in hoc diuortium proteſtantes a doctrina Romanæ curiæ & a diſciplina *inquiſitorum Romanorum* faciunt, quod ex cauſſis admodum grauiſſimis neminem arceamus a *lectione librorum* ab iis editorum, qui a nobis in religione diſſentiunt; imo ſi vel maxime commercium quorundam librorum & ſcriptorum noxiorum interdicitur, eorumque confiſcatio iniungitur; talis tamen publica *condemnatio* libri cuiusdam magis fit in hunc finem, vt doctrina ibidem tradita *publice reprobetur*, præcaueaturque, ne *vſu* eiusdem *promiſcuo* vlterius diſſeminetur, non vero, vt *lectio* eiusdem quoque plectatur, & in eos animaduertatur, qui citra commercium illi in bibliothecis ſuis locum dederunt. Prudenter enim ex *praxi antiqua* tot ſeculorum eiusque *euentu*, imo etiam ex *rectæ rationis* principiis didicerunt legislatores proteſtantes, vim conſcientiis in rebus religioſis nemini inferendam eſſe, in quas imperium reſeruato diuinæ maieſtatis debetur: *lectionem* & *meditationem* librorum priuatam veritatis indagandæ cauſſa fieri, & circa eam primario *intellectum* occupari, qui imperio ligari nequit: perſecutiones diſſentientium *in cauſſis fidei* a tramite ſacræ ſcripturæ recedere, pœnasque hæreticis infligi non poſſe, quarum tamen adiunctum cenſenda lectio ſub pœnis grauiſſimis improbata: moraliter quoque impoſſibile eſſe, per ſupplicium de *legentibus* ſumtum lectionem librorum prohibitorum

Lectio tamen horum librorum directo non reperitur his legibus prohibita, nec etiam priuata in bibliothecis poſſeſſio.

Maxime quoad proteſtantes,

cum finis condemnationis libri huc non vergat.

Rationibus id pluribus demonſtratur.

rum priuatorum prohiberi: tolli quidem eorum *commercium, publicum* quin etiam impediri posse, ne publice in *ecclesiis* & *academiis* prælegantur, sed ad *priuatam* singulorum *lectionem* id eodem iure trahi non posse, quo prohibita publice quadam doctrina singulorum conscientia non constringitur, ne eam priuatim recipiant, iisque assensum præbeant: *doctorum* officio hoc relinquendum esse, vt dehortentur auditores & discipulos suos a lectione librorum, quos *noxios* credunt, eosque contra *lectionem* præmuniant argumentis solidissimis; legislatoris autem officium huc non pertingere, vt per vim & ferrum circa ea, quæ *docenda* sunt, vertetur, & quæ sunt alia nostratium argumenta, quæ eos a rigore iuris Romani tum *ciuilis* tum *ecclesiastici* haud recipiendo nec ad imitationem trahendo dehortantur. Hac de caussa in edicto ducis Brunsuicensis & Luneburgensis GEORGII WILHELMI d. 7. Ian. 1693. quod etiam refert THVCELIVS *in actis seculi XVIII. tom. IV. p. 20.* publica dehortatio tantum iniungitur, ne tales libri legantur: Soll iederman vor des Jacob Böhmens, und andern dergleichen dunckeln, verwirreten und verdächtigen als gefährlichen Büchern und irrigen Lehren gewarnet, und hingegen sich an das feste prophetische Wort zu halten, und nur solche Bücher, so auf die reinen Evangelischen Lehren vom wahren Glauben und rechtschaffener Gottseligkeit eingerichtet, zu gebrauchen ermahnet werden. Pariter in edicto ducum Brunsuicensium RVDOLPHI AVGVSTI & ANTONII VLRICI *d. 2. Mart. 1692. §. 7.* quod *ibidem. p. 16.* refertur, similis prouisio facta fuit: So sollen unsere Prediger iederman für solchen gefährlichen Büchern und irrigen Lehren warnen, und hingegen desto fleißiger ermahnen ꝛc. Denique *in edicto de an. 1700.* in ducatu Magdeburgico publicato, contra scripta Bœhmii, aliorumque tantum cauetur, daß wenn dergleichen verführische Bücher irgendwo, und insonderheit bey der Jugend, gefunden werden, selbige ihnen abgenommen, und sie durch das consistorium von Lesung solcher Bücher abgemahnet werden sollen.

Præterea quoque protestantes non tam rigidi sunt in censuris & faciles in libris prohibendis,

§. CXVI. Præterea in hoc quoque morem *Romanæ curiæ* deponimus, quod tum in libris censendis & examinandis ab omni *examine rigido* abstineamus, tum etiam, quod ad libros publice condemnandos & prohibendos legislatores sese admodum difficulter induci patiantur; quum e contrario censores Romani nihil inultum relinquant, & sine aliqua nota dimittant, quod quomodocunque statui præsenti ecclc-

ecclesiastico curiæ Romanæ, prout scilicet est, non prout esse debebat, præiudicium afferre queat, qua de caussa etiam facillimi sunt in libris prohibendis, adeo vt optimos quoscunque e medio tollendos arbitrentur, quando ab hæretico scripti sunt, quum tamen gentilium *ludicra scripta* & *idololatrica* non repudient. Rursus vero protestantes in his duobus capitibus prudenter admodum egerunt, tum quod sciant, scripta edenda non vnice æstimanda esse ex *ingenio* & *gustu censorum*, nec hos absolute arbitros libri edendi constitui, sed tantum operam dare debere, ne quid damni *res christiana* & *publica* ex editione libri sentiat. Adeoque quum principia omnia hierarchiæ ignoremus, difficulter contingere potest, vt rei christianæ aduersum quid a nostratibus statuatur. Præterea etiam experientia docti sumus, per *confiscationes* librorum parum profici, sed magis calorem emtorum incendi, venditoribus vero ansam dari; magno aere prohibitos libros clauculum aliis vendendi, ne dicam, tales prohibitiones plerumque ad tempus tantum obseruari, & vsum quendam habere, quod cupiditas eruditorum, quoscunque habendi libros in bibliothecis suis, vix legibus constringi queat, vt optime rationes subducit B. Dn. THOMASIVS in den Juristischen Händeln *P. I. p. 240.*

§. CXVII. Hactenus generaliter & vsum huius doctrinæ ex LL. Germaniæ demonstraui, & simul differentias quasdam inter *catholicos* & *protestantes* adduxi. Superest, vt adhuc nonnullas obseruationes addam, quæ doctrinam Ecclesiæ Romanæ imprimis illustrare possunt. Pontificem *supremum omnium librorum censorem* constitui, vulgo notum est, adeo vt inter doctores Romanæ ecclesiæ *potestati ecclesiasticæ* in vniuersum ius *examinandi* & *prohibendi* libros adscribant, principibus vero secularibus sub prætextu *religionis* adimant, vt ostendit FRANCVS sæpe *cit. tr. C. II.*. Facile autem quælibet, quæ vel prohibenda vel corrigenda sunt, ad *religionem* trahere potest curia Romana, quum eius latissimum ambitum constituat, & interesse ecclesiæ Romanæ in quæcunque negotia publica influat. Vnde GRETSERVS *de iure & mor. prob. libr. mal. L. II. c. 9. p. 319.* ait, *ecclesiam non modo in libros auctorum, sed in auctores ipsos ius & arbitrium habere.* Quæ olim RATRAMNVS, Corbeiensis monachus, *contra Græcorum opposita L. I. c. 2.* apud D'ACHERIVM *tom. I. spicilegii p. 64. nouiss. edit.* cum aliis suo tempore docuit, facile in suas partes trahunt, imo extendunt. Ait ille: *De sacris dogmatibus, de ecclesiastico ritu, non imperatorum sed episcoporum fuerat disputare. Discendum illis, non docendum: in eccle-*

Pontifex se supremum censorem vulgo constituit,

cum exclusione principum secularium,

Digitized by Google

ſia miniſterium commiſſum eſt. Nam quamuis imperiali dignitate præcellant, res illis publica commiſſa eſt, non epiſcopale miniſterium. Imperatores de ſeculi legibus tractare debent; epiſcopi vero de diuinis dogmatibus diſputare. Suum modum ſtudeant tenere, non officium epiſcopale præripere, ne illis proueniat, quod Oziæ regi, pontificale miniſterium præſumenti, contigit, qui diuinitus lepra percuſſus non ſolum a templo, verum & a communione populi noſcitur eiectus. Quid vero aliud ſunt *ſacra dogmata curiæ Romanæ*, quam quæ *religionem* eiusque *ſtatum publicum* & *priuatum* concernunt, adeoque fingi vix poteſt quæſtio in dubium vocata, quæ huc trahi non poſſit. Imprimis autem curiæ Romanæ proceres animaduerterunt, vtplurimum colliſionem inter *ſacerdotium* & *imperium* inde naſci, ſi etiam *ſeculares principes* in communionem huius iuris admittere cogerentur, quum, quod *curiæ Romanæ* proficuum eſt, a rationibus *rerum publicarum* plerumque abhorreat, & vice verſa, quod hæ ſuadent & probant, *ſtatui eccleſiaſtico Romano* aduerſetur. Hoc ſuppoſito vero euenire vtplurimum poſſet, libros a curia Romana probatos a republica reprobari, quod minime ferendum eſſe arbitrantur.

cuius ratio adfertur.

Veneti tamen talem poteſtatem non indulgent inquiſitoribus in ſuo territorio,

§. CXVIII. Obſeruat LIMBORCHIVS *in hiſt. inquiſit. L. II. c. 16. circa fin.* ſenatum Venetum ea de cauſſa inquiſitoribus Romanis, ſibi ſolis facultatem hanc *prohibendi* & *examinandi* libros vindicantibus, grauem mouiſſe litem. *Quoniam enim animaduertebat, eccleſiaſticos eo tendere, vt ſibi poteſtatem arrogarent, non tantum libros de religione, ſed quauis alia materia tractantes prohibendi, principibusque poteſtatem adimerent in ſuo territorio nullum librum ab illis approbatum, qualiscunque tandem ſit, prohibendi; inde manifeſte ſequi videbat, licet aliquem videret librum ſuæ reipublicæ noxium, non poſſe ſe impedire, ſi modo ab eccleſiaſticis ſit approbatus, quin in territorium ſuum inferretur ibique publice proſtaret venalis: quare totis viribus obſtitit, ne ea poteſtas in inquiſitores transferretur, ſed eam ſibi reſeruare voluit.* Tandem *an. 1595.* per *transactionem* Veneti ab hoc iugo duriſſimo liberati ſunt, qua obtinuerunt, vt poteſtas *prohibendi libros* in territorio Veneto tantum penes *ſenatum*, non penes *inquiſitores* eſſet. In aliis regnis, præſertim in Hiſpania, arbitrium in libros *inquiſitores* ſibi *priuatiue* vindicarunt; vnde factum eſt, vt tot motus excitaret curia Romana ob proſcriptum BARONII *tom. XI. Annal.* in Hiſpania, a ſe laudatum & approbatum. Etenim PAVLVS V. mox poſt electionem ſuam eo nomine prolixam ad regem Hiſpaniæ dedit epiſtolam, in qua dogma hoc propugnauit, *ſolius pontificis*

in quibusdam regnis inquiſitoribus ius circa libros datum,

ex delegatione pontificis,

Digitized by Google

ficis esse, qualescunque libros improbare vel approbare & præcipue ecclesiasticos. Quamuis hoc principio induci non potuerit rex Hispaniæ, vt sententiam suam mutaret, maioribus cum difficultatibbus tunc defendendam & propugnandam, quod *inquisitoribus* hactenus fere vnice omne arbitrium circa libros indulsisset, quo iure adhuc hodie vtitur Hispania cum summo suæ *libertatis* detrimento. De *Galliæ* libertate non est, quod dubitemus, quæ inquisitionibus sacris haud concessit locum, adeoque plus quam manifestum est, tum iussu *regum*, tum arrestis *supremarum curiarum* libros improbatæ lectionis & religioni aduersos non modo interdictos aut aliter suppressos, verum etiam combustos fuisse, obseruante PAPONIO *in corpore iuris Francici L. I. tit. 2. art. 7. p. 8.* Denique ex *legibus imperii* vniuersalibus supra adductis liquet, nec *imperatores* nec *status* ius suum dereliquisse, nec censuram aut ius libros prohibendi soli *pontifici* aut *ecclesiasticis* indulsisse; vnde etiam factum est, vt ne quidem *index prohibitorius Romanus* in *Germania* stricte obseruetur, nec eruditi laici se constringi patiantur, vt a suis bibliothecis nostros libros vbique arceant, aut veniam legendi scripturam S. demum ab ordinariis petant, vt ostendit FRANCVS *cit. tr. c. XIII. §. 87.*

non vero in Gallia,

nec Germania,

§. CXIX. Quemadmodum itaque *supremum arbitrium* prohibendi & examinandi libros *pontifex* sibi & *inquisitoribus* suis, imo & *episcopis* in suis diœcesibus vindicauit, per ea, quæ tradunt BARBOSA *de officio & potestate episcopi P. III. allegat. 90. n. 9.* ESPENIVS *in iure eccles. P. I. tit. XXII. c. 4. n. 24.* ita facultas legendi & habendi libros prohibitos non aliter obtineri potest, quam per viam *dispensationis* ab ipso *pontifice* hodie impetrandam. Nam ne quidem *episcopi* nec *inquisitores* dare possunt veniam legendi libros prohibitos, vt ostendit DOMINICVS GALESIVS *tr. de restit. in int.* ibique *in comment. ad constit. Vrbani VIII. n. 89. p. 129. 132.* adeo vt ipsi *inquisitores* eos legere non possint, sine expressa facultate a *sede Romana* vel a *S. congregatione indicis* concessa, vt IDEM docet *c. l. n. 90. p. 132.* Etenim GREGORIVS XV. generatim reuocauit omnes licentias legendi quoscunque libros a quibuscunque concessas, voluitque eas deinceps indulgeri, nisi a *congregatione S. officii*, quæ singulis hebdomadibus haberi solet, de qua plenius agit CARDINALIS DE LVCA *tit. VII. in relatione Roman. cur. forens. discurs. 19.* Vocari alias solet *S. congregatio indicis librorum*, quam SIXTVS V. primum instituit, eique cardinales aliquot præfecit, vt de *indice librorum prohibitorum* cognoscerent, & *facultatem legendi libros prohibitos* concederent,

Ius legendi libros prohibitos a pontifice impetrandum,

non ab episcopis aut inquisitoribus,

exercet hoc officium S. congregatio indicis.

Digitized by Google

ceu plenius docet IAC. COHELLIVS *in notitia cardinalatus cap. XV. congregat. 10.* Vnde licentia legendi libros hæreticos ab hac *congregatione* peti & impetrari, inprimis & in Italia, ſolet; neque enim tam ſcrupuloſi in *Germania* eruditi laici eſſe ſolent, vt libros proteſtantium legendi & habendi in ſuis bibliothecis ſibi ab hac *congregatione* expetant licentiam, præſertim, quum per leges Germaniæ fundamentales vſus libertatis communis *tribus religionibus approbatis* conceſſus ſit, ad quem etiam *vſus librorum promiſcuus* merito referri debet. Strictior vſus legum eccleſiaſticarum circa libros prohibitos in *Italia*, & in *bibliothecis monachorum* atque *clericorum* deprehenditur, adeoque ne forſan incidant in pœnas, legentibus & habentibus libros prohibitos impoſitas, plerique id agere ſolent, vt bibliothecis ſuis tale priuilegium, de quo ante dictum, acquirant. Exemplum huius conceſſionis a CLEMENTE IX. *Barbarinæ bibliothecæ* indultæ, virtute cuius libros quoscunque prohibitos habere & poſſidere eidem conceſſum eſt, occurrit *in diſſ. de iure biblioth.* B. STRYKII *cap. I. n. 34.* vbi integra bulla pontificis relata eſt. Id tamen admodum ſingulare eſt, quod congregationis prædictæ poteſtas limitata ſit quoad libros CAROLI MOLINÆI, quorum lectionem ſolus papa immediate concedere poteſt, iuxta *conſtitut.* CLEMENT. VIII. *anno 1602.* editam obſeruante LIMBORCHIO *in hiſtor. inquiſ. L. III. c. 14. p. 219.* forſan ex hac ratione, quod funeſtam curiæ Romanæ præ reliquis inflixerit cladem, vt cum hoſte nunquam in gratiam eundum eſſet. Sed magis *nomen* eius odio habent, quam libros *iuris* ab eo conſcriptos, qua de cauſſa ANT. THESAVRVS *de augment. & variat. monet. P. 1. & 2.* ipſum quidem laudat, ſed ſub nomine *damnati Pariſienſis.* Edidit etiam *labyrinthi diuidui, & indiuidui extricationem*, quæ Venetiis ſed ſub nomine falſo CASPARIS CABALLINI, rurſus edita, id quod odium Romanum effecit.

De pœnis legentium librosprohibitos,

§. CXX. Quæ quum ita ſint, non adeo mirandum eſt, grauiſſimas pœnas eos ſecundum ius eccleſiaſticum Romanum incurrere, qui absque *venia impetrata* libros prohibitos legunt, occultant, habent. Etenim 1) quamuis *lectio* horum librorum ſua natura non inducere dicatur *hæreſin*, obſeruante MENOCHIO *conſil 82. n. 11.* facile tamen *ſuſpicionem de hæreſi* quandam operari poſſe dicitur, de quo latius agit MASCARDVS *de probationibus concluſ. 862.* cum pluribus aliis relatis a BARBOSA *in collectaneis ad c. 6. q. 2. C. 34.* prout ſupra etiam obſeruatum eſt. Hæc ſuſpicio tamen reuera admodum inanis & ridicula eſt, quod alioquin, qui

libros

Digitized by Google

libros Talmudicos in bibliotheca ſua poſſidet & legit, de *iudaiſmo* ſuſpectus dicendus ſit, quod tamen admodum abſurdum eſt. conf. LIMBORCH. *in hiſtor. inquiſ. L. III. c. 14.* 2) Qui ſcienter libros damnatos & absque licentia legunt, incidunt in *excommunicationem per bullam cœnæ domini* decretam, vt ſupra iam obſeruatum eſt, & cuius cenſura tam grauis, vt a nemine ſolui poſſit, niſi ab ipſo pontifice. Hoc adeo quidem extendunt, vt hanc excommunicationem incurrant, qui vnam tantum vel alteram lineam legunt, dummodo contineat integram & perfectam hæreſin, vt obſeruat PYRRHVS CORRADVS *in prax. diſpenſ. apoſtol. L. III. c. 4. n. 9. 10.* quibus ridiculis obſeruationibus graue onus conſcientiis imponunt, cui ferundo fere nemo aptus eſt. Obſeruat tamen ipſe GRETSERVS *L. 1. de iur. & mor. prob. libr. c. 28. p. 213.* non deeſſe loca, vbi cum bulla *cœnæ domini index librorum probibitorum* haud receptus eſt, adeoque legentibus huiusmodi libros nullum imminet periculum, quod etiam de *Germania* noſtra, meo quidem iudicio, ſentiendum. Vnde 3) qui hoc vinculo excommunicationis tenentur, ante omnia ſolliciti eſſe iubentur de *abſolutione* impetranda in *curia Romana*, quæ quomodo fiat, pluribus explicat PYRRHVS CORRADVS *in praxi diſpenſ. apoſtolic. L. III. c. 4. n. 9.* Hac *abſolutione* forſan non indigebunt Germani, quos rigor inquiſitionis Romanæ & Hiſpanicæ non ferit, poſtquam nullo modo libertas eorum permiſit, vt inquiſitores Romani tribunal funeſtum in imperio erigere potuerint, & nuncii ſedis Romanæ tanta auctoritas non ſit, vt ab eius fulmine ſe tutos & incolumes præſtare catholici teneantur.

§. CXXI. Has pœnas etiam 4) vulgo extendunt ad *poſſeſſores librorum prohibitorum*, quos per *regulam X. indic. probibit.* citra indultum in *bibliothecis* habere non licet, quod illuſtrat BVRSATVS *conſil. 90.* Iubentur enim poſſeſſores eos mox tradere ſuperiori, adeo vt ne quidem prohibitioni ſatisfacere dicantur, ſi eos comburant, docente GALESIO *cit. l. p. 132. n. 86.* Monet tamen NICOLAVS RODRIQVEZ FERMOSINVS *tr. II. criminal. de hæreſi & infidelitate p. 99. n. 7.* ad *intentionem* retinendi hic reſpiciendum eſſe, adeoque vtplurimum excuſari, qui in bibliothecis eos poſſident, quod ad *conſeruandam rei literariæ hiſtoriam* id facere præſumantur. conf. B. STRYK. *de iur. biblioth. c. 1. n. 37.* Hac tamen cautela vtendum eſſe volunt, vt illis locus ſeparatus in bibliothecarum angulis, quem *infernum* dicere ſolent, aſſignetur, ne mox ſingulorum aſpectum ſubeant. STRYK. *cit. l. n. 36.* FRANC. *c. tr. cap. XI. §. 158.* Quod tamen in catholicorum laicorum bibliothecis intuitu *librorum proteſtan-*

puniendi etiam ſunt poſſeſſores priuati,

ad minimum libri tales ab aliis ſeparandi,

testantium non obseruari animaduerti, postquam rigori inquisitorum Romanorum in Germania non est locus, ipso Instrumento Pacis obstante, nisi quis sponte velit huic necessitati sese submittere. 5) Libri *suspecti* & *probibiti* in visitatione episcopali possessoribus auferendi & tollendi sunt, vt decernit *concilium Coloniense I. de a. 1536.* apud HARDVIN. *tom. VIII. concil. p. 2027. cap. XI.* quod ad bibliothecas instructas vix extendendum ex rationibus prædictis. Inprimis vero *officium inquisitorum* huc dirigitur, quorum munera varia sunt, de quibus præter LIMBORCHIVM *in hist. inquis.* conferendi sunt CLERICVS *dans la bibliotheque universelle tom. XXIII. p. 382.* BAYLIVS *in dictionn. histor. & crit. tom. I. p. 105, 110, 534, 577, & 800. it. tom. II. p. 1482. tom. IV. p. 2693. 2791. 2804. nouiss. edit.* de quorum processu infra agendi locus est, licet inquisitores in Germania per Dei gratiam exesse iussi sunt, qua libertate etiam Gallia vtitur. vid. BAYLIVS *cit. l. tom. II. p. 1505.* SCHRAMM. *cit. diss. p. 33. §. 53.* Quamuis enim quidam impudenter asseruerint, horum prouinciam in sacris literis fundatam, imo in paradiso exercitam fuisse, obseruante BAYLIO *c. l. tom. III. p. 1834.* forsan tamen rectius cum EODEM *tom. I. p. 776.* dixeris, *que c' est une veritable abomination introduite dans les lieux sains.* 6) Quin etiam igne concremandi sint libri prohibiti, non adeo ambiguum est, vt loca supra data demonstant, quod tamen per *leges Germaniæ* ad eos libros restrictum est, qui in modo refutandi aduersarios peccarunt, & in *famosos libellos* degenerarunt, vt leges adductæ ostendunt. 7) Denique pœna *excommunicationis* quoque tenet *bibliopolas*, & qui scienter tales libros imprimunt, vt supra adducta loca docent.

inquisitorum rigor in pœnis exigendis,

Seculares magistratus in Germania etiam librorum lectionem & commercium prohibent, pœnasque constituunt,

§. CXXII. Tandem quicquid Romæ de iure solitario, *magistratui ecclesiastico* competente, disputetur & dicatur, expeditum est, in *Germania* ius *probibendi & condemnandi* libros lectionemque per indirectum improbandi etiam ab *imperantibus secularibus* vtriusque religionis exerceri, prout ostendunt edicta imperii comitialia, Cæsarum repetitæ per Germaniam constitutiones, principumque imperii leges domesticæ. Quin etiam ex illis obseruatum est, pœnas seculares quoque variasque præcautiones circa *libros improbatæ lectionis* præscriptas fuisse. Nam 1) bibliopolæ iuxta eas puniendi sunt, si sine censura libros imprimi curant. conf. HORNIVS *Class. I. Resp. 14. p. 25.* 2) *Confiscatio* eiusmodi librorum decernitur a *magistratu seculari*, quod *supra* exemplo impii alicuius systematis atheismum propalantis declaratum est, & ipsæ leges imperii declarant. Sed sæpe libri posteritati proficui tale fatum patiuntur, quale

Digitized by Google

quale quid attentatum eſt in HORTLEDERI *operibus hiſtoricis*, quamuis fruſtra, quod hodie magnopere nos delectat. vid. *elect. iur. publ. tom. VI. p. 46.* 3) Contra auctorem huiusmodi librorum prohibitorum per *fiſcalem* proceditur, quod etiam de *typographis* intelligendum eſt, vt paſſim exempla demonſtrant. Vid. LONDORP. *tom. XVI. p. 1. ſqq. Elect. iuris publ. tom. IX. p. 590.* ANT. FABRI Staats-Canzley *tom. XXVI. p. 744.* & *tom. XXVII. p. 760. ſqq.* CARPZ. *L. II. iurispr. conſiſtorial. def. 413. n. 8.* & in *praxi criminal. P. II. q. 98. n. 11.* 4) Commiſſariis librorum & viſitatoribus hoc datum eſt, vt publicis in nundinis libros condemnatos auferant: neque enim, vt paſſim monuerunt proteſtantes, eorum arbitrio ſimpliciter relinquendum, vt absque *publicata condemnatione* libros aufferre queant, quippe quæ *cauſæ cognitionem* deſiderat *iudicialem.* vid. *electa iur. publ. tom. II. p. 7.*

§. CXXIII. Deſino plura addere, quæ ex legibus antea adductis per ſe fluunt, id tantum ſuperpondii loco addo, has pœnas locum habere poſſe etiam in editione *librorum vtiliſſimorum*, quorum lectio haud improbatur, ſed commendatur, quando in *modo edendi* librum peccatum eſt, veluti ſi contra priuilegium alicui datum, per fraudem, ab alio recuſum eſt ſcriptum, quod etiam CARPZOV. *P. II. C. 6. def. 8. n. 6. & 7.* ad eum caſum extendit, ſi quis non quidem *ſeparatim*, ſed cum aliis eiusdem materiæ libris *coniunctim* in quodam volumine ſeu *collectione* libros eiusmodi edit, quod tamen non caret dubitatione, quia ſic admodum *vtilitas publica* ex his collectionibus ſperanda impeditur, niſi forſan aliud priuilegio expreſſe cautum feuerit. Sed nec inultum eorum facinus relinquendum eſſet, qui libros, etiam priuilegio deſtitutos, inuitis *auctore* & *bibliopola*, cui *ius imprimendi* dominus dedit, recudunt, quod a *furti* ſpecie haud abeſt. Intercedit inter auctorem & bibliopolam contractus de libro imprimendo, & per hunc illi tantum, non aliis, ius imprimendi datur, quippe quod ab auctoris arbitrio, antequam imprimatur, vnice dependet; neque enim per *publicam* libri *editionem* id agi exiſtimandum eſt, vt promiſcua editio aliis prædæ cedat, ſed vt lectio eius ſingulis pateat, quam auctor miniſterio *bibliopolæ*, cum quo *de iure imprimendi* contractum iniit, omnibus communicat. Eſt quoque labor eiusmodi *in commercio* ſuo modo, de quo vnice auctor cum bibliopola edente pacíſcitur, a quo tempore in vtriusque tantum iure conſiſtit, adeoque ſicuti is, qui, quod meum eſt, aufert, ſibi vindicat, tribuit, ad damnum ſarciendum & intereſſe præſtandum tenetur; ita pariter eiusmodi noxius

Obiter de pœnis eorum, qui illicite edunt vel recudunt libros.

Digitized by Google

bibliopola obſtringitur, qui per iniuriam id, quod ad *auctoris* & *bibliopolæ*, cui facultas imprimendi per contractum quæſita eſt, ius pertinet, iuuolat, ſibique id tribuit, quod alteri tribuendum erat. Sed hoc quidem ὡς ἐν παρόδῳ.

Quintum remedium contra hæreſes, vt hæretici vbique conquirantur,

§. CXXIV. Tranſeo (V) ad nouum *ruris canonici remedium* hæreſes exſtinguendi & hæreticos eradicandi. Videlicet quia *hierarchiæ* magnopere expedit, purgare rempublicam eccleſiaſticam hæreticis, edictis ſacris cautum, vt ſollicite, vbique locorum, etiam in *ſyluis* & *locis ſecretioribus* conquirantur. Hæc prouincia demandata eſt epiſcopis, inquiſitoribus, principibus, magiſtratibus, denique ſingulis. Etenim

α) a ſingulis,

α) ſupra §. *L. ſqq.* iam obſeruaui, *ſingulis* ſub excommunicationis fulmine impoſitam eſſe obligationem ad denunciandum eos, qui ſunt de hæreſi

β) ab epiſcopis,

ſuſpecti. β) Archiepiſcopis vel epiſcopis iniunctum eſt in *c. 13. X. h. t. verſ. adiicimus, vt per ſe vel per archidiaconum ſuum aut alias honeſtas & idoneas perſonas bis aut ſaltim ſemel in anno propriam paræciam, in qua fama fuit hæreticos habitare, circumeat, & ibi tres aut plures boni teſtimonii viros vel etiam (ſi expedire videbitur) totam viciniam iurare compellat, quod ſi quos ibidem hæreticos ſciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrare, ſeu a communi conuerſatione fidelium vita & moribus diſſidentes, eos epiſcopo ſtudeat indicare.* Adhortatur pontifex in ſequentibus ſingulos *epiſcopos*, vt ad hæc efficaciter exequenda per diœceſes ſuas diligenter inuigilent, ſi canonicam velint effugere vltionem.

ſub grauiori pœna,

Si quis enim, addit, *epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticæ prauitatis fermento negligens fuerit vel remiſſus, cum id certis indiciis apparuerit, & ab epiſcopali officio deponatur, & in locum ipſius alter ſubſtituatur idoneus, qui VELIT & POSSIT hæreticam confundere prauitatem.* Tam grauis pœna imminet epiſcopis mitioribus, tolerantiæ principiis imbutis, qui non ſunt tolerandi ſed abiiciendi, cum ſedes epiſcopalis ex principiis aulæ Romanæ *perſecutores*, non *paſtores lenes mitesque* deſideret, quamuis hos tantum ſuo ouili CHRISTVS præponendos iuſſerit.

γ) inquirendi ſunt hæretici ab inquiſitoribus, ab Innocentio III. inſtitutis,

§. CXXV. Quia vero epiſcopi ſegnius forſan curiæ Romanæ deſiderium & impetum in *hæreticos* ſequebantur, diſſidentibus a *fide Romana* contra votum pontificis nimis indulgentes, γ) *inquiſitores hæreticæ prauitatis* INNOCENTII III. auctoritate & inſtituto conſtituti ſunt in qualibet prouincia, qui in conquirendis & exſtirpandis hæreticis omnem impenderent operam. DOMINICVM huius noui muneris, omnem

Digitized by Google

omne m'crudelitatem ſuperantis, primum autorem & inuentorem fuiſſe antiquitates memorant, quem ad hoc inſtitutum, atrox & inhumanum ingenium, quo natura eum armauerat, ſine dubio traxit permouitque, vt plenius & per varia temporum interualla oſtendit monſtrauitque LIMBORCH. *in hiſtor. inquiſ lib. 1. c. 11.* Ineptit prorſus TORREBLANCA *de magia. lib. 3. c. 2.* & cum eo CORTIADA *deciſ. 30. n. 1.* aſſerentes, CHRISTVM fuiſſe primum inquiſitorem legis euangelicæ: huic ſucceſſiſſe apoſtolos, ipſisque inquiſitorum iurisdictionem in *cauſis fidei* datam fuiſſe: his ſucceſſiſſe epiſcopos, ordinarios inquiſitores generales in ſuis diœceſibus &c. quæ omnia magis irriſione quam refutatione digna. Promouit magnopere hoc *inſtitutum nouum ſanguinarium* FRIDERICI II. *conſtitutio contra hæreticos* Albigenſes & Valdenſes, (de quibus infra agendum) edita apud PETRVM DE VINEIS *in Friderici II. epiſt. p. 173. ſq.* GOLDASTVM *tom. I. conſtit. imper. p. 295.* quam ad ſuggeſtionem curiæ Romanæ Paduæ anno 1222. publicauit, atque in ea inter alia hæc conſtituit: *Præterea quicunque hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis ſeu locis imperii per INQVISITORES aliquos AB APOSTOLICA SEDE DATOS & alios catholicæ fidei Zelatores, ii, qui iurisdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos arctius cuſtodire, donec per cenſuram eccleſiaſticam damnatos damnabili morte perimant.* Hunc in finem *prædicatores* & *Minores pro fidei negotio in partibus imperii contra hæreticos deputatos* ſpeciali *protectione* munit ſingulisque de meliori commendat, quippe quibus datum erat, vt crucem contra *Albigenſes* prædicarent, vt itidem infra tradendum. Hæc cum duobus aliis conſtitutionibus, a prædictis autoribus relatis, pergrata curiæ Romanæ, ſanguinem ſitienti, fuit, vt BONIFACIVS VIII. eas non potuerit non laudare & approbare in *c. 18. b. t. in 6.* rurſus earum confirmationem repetere MARTINVS V. anno 1418. apud HARDVIN. *tom. VIII. concil. p. 923. ſeqq.* quamuis ne ſic quidem FRIDERICVS perfidiam huius curiæ potuerit frangere, aut animum pontificis feruidum & implacabilem placare. Prouidentia tamen diuina factum eſt, ne hoc tribunal ſanguinarium in *Germania* erectum fuerit, quæ gloria Hiſpaniæ & Portugalliæ præter Italiam tantum relicta, vti de Hiſpaniæ tribunalibus ſpecialibus refert, eorumque formam enarrat CORTIADA *cit. deciſ. 30. n. 8. ſqq.*

a Friderico II. promotis

§. CXXVI.

Digitized by Google

Qui coniunctim cum episcopo agunt.

§. CXXVI. Interim hoc *inquisitorum* officium *episcopos* non liberat ab obligatione inquirendi: de eodem facto possunt cum illis *communiter* vel *diuisim* procedere, vt simul sententiam ferant *c. 17. h. t. in 6.* quamuis in Hispania obtinuerint inquisitores, vt *priuatiue* hæreticos persequantur, teste CORTIADA *decis. cit. n. 24.* Si plures sunt delegati inquisitores, possunt itidem *simul* vel *separatim* vel *singulariter* procedere, *c. 11. eod.* non tamen contra episcopos, nisi in literis commissionis apostolicæ, quod hoc possint, contineatur expresse. *c. 16. h. t. in 6.* Interim ne negotium inquisitionis vllo modo impediatur aut remoretur, cautum est in *c. 10. h. t. in 6.* ne per mortem pontificis, qui commisit, delegatio exspiret, sed tam in incœptis quam in non cœptis causis *in fauorem fidei*, qui quæuis irregularia postulat, perduret officium. Quin etiam, *ne negotium fidei, quod summe priuilegiatum existit*, per occupationes alias impediatur, prohibitum est pestis hæreticæ inquisitoribus a sede apostolica deputatis in *c. 8. h. t. in 6.* ne *diuinationibus* aut *sortilegiis* (nisi *hæresin* saperent manifeste,) se intromittant, sed talia exercentes relinquant suis iudicibus puniendos. Quæuis alia crimina intacta relinquere debent, exstirpationi hæreseos vnice intenti, vt nec de quæstionibus *vsurarum* motis sese intromittere debeant iuxta *cit. c. vers. de quæstionibus* ne nimia occupatione disrumpantur sanguinem christianum sitientes, & quæuis ad *hæresin* trahentes. Quodsi præterea, quæ in *bullario magno* circa *officium* huius inquisitionis sanguinariæ constituta sunt, referre vellem, ex singulorum pontificum decretis ad hodierna vsque tempora; finem dicendorum reperire non possem, adeoque ab his me temperabo. Id tantum paucis monebo, omnes & quascunque personas in quauis dignitate constitutas, etiam *proreges* & *rectores prouinciarum* atque regionum generales atque prouinciales, persecutioni *inquisitorum ordinariorum* expositos esse, & ab ea tantum liberatos papam, nuncios, episcopos, alios inquisitores atque reges & principes laicos, testea CORTIADA *decis. 30 n. 14. 15. 18. 19. 20. 21.* In Hispania hodie *generalem inquisitorem* ipse Rex eligit, qui in curia regia habet supremum inquisitionis tribunal, cui præsidet. Hic nominat & constituit *prouinciales inquisitores*, referente CORTIADA *cit. l. n. 9.* qui tamen declaratum hæreticum demum brachio seculari tradunt, consulto *inquisitore generali* eiusque supremo senatu, EODEM monente *c. l. n. 38.* adeoque liquet inde, in Hispania multum a prisca forma, qua pontifex eos *extra ordinem* pro re nata delegabat nominabatque, recedi, postquam *tribunal ordinarium* ibidem erectum est.

quorum officium morte pontificis non exspirat,

vt tamen ad alia crimina non extendatur,

subsunt his inquisitoribus omnes personæ indistincte,

Generalis inquisitor in Hispania; prouinciales,

Digitized by Google

eſt. De reliquis huius ſenatus miniſtris diſtincte agit LIMBORCH. *cit. tr. lib. 2. c. 2. ſqq.*

§. CXXVII. Præterea quoque δ) *principes* atque *magiſtratus* locorum conſtituti ſunt ſuo modo vindices hæreticorum, illisque in iunctum ſub ſeueriſſimis pœnis, vt eiiciant, expellant, atque funditus exſtirpent hos, quos clerici tolerare nequeunt. Generatim in *c. 8 X. h. t.* ſub *anathemate* prohibitum eſt, ne quis in domo vel in terra ſua tenere aut fauere aut cum hæreticis commercium exercere præſumat. Speciatim vero (a) FRIDERICVS II. *in conſtitut. III.* apud PETRVM DE VINEIS *p. 218.* & GOLDASTVM *cit. l.* edixit, *vt poteſtates & conſules ſeu rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defenſione fidei præſtent publice iuramentum, quod de terris iurisdictioni ſuæ ſubiectis vniuerſos hæreticos ab eccleſia denotatos bona fide pro viribus exterminare velint. Si* vero, poſt pauca addit, *dominus temporalis requiſitus & monitus ab eccleſia terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: poſt annum a tempore monitionis elapſum terram ſuam exponimus a catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis absque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent.* Iam LVCIVS III. in *c. 9. X. h. t.* viam ad hanc methodum parauerat, atque edixerat, comites, barones, rectores, & conſules ciuitatum iuramento conſtringendos eſſe, quod fideliter & efficaciter, cum ab epiſcois requiſiti fuerint, eccleſiam contra hæreticos & eorum complices adiuturi ſint *bona fide iuxta officium & poſſe ſuum*, ſub pœna priuationis omnium bonorum & excommunicationis. Idem confirmauerat INNOCENTIVS III. in *c. 13. verſ. moneantur. X. h. t.* hocque fulmen addiderat, quod ſi facta excommunicatione ſatisfacere contemſerint ſeculares, intra annum hoc ſignificari debeat ſummo pontifici, *vt ex tunc ipſe vaſallos ab eorum fidelitate denunciet abſolutos & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis abſque vlla contradictione poſſideant.* Hæc ſunt illa curiæ Romanæ portenta, quæ reguſtauit ad verbum FRIDERICVS II. in allata *conſtitut. III.* & præterea reliqua de *credentibus* & *fautoribus* inde depromſit. Hanc ipſam ſanctionem BONIFACIVS VIII. in *c. 18. h. t. in. 6.* repetiit & roborauit prolixioribus verborum ſyrmatibus, ſimul tamen prohibuit, ne poteſtates ſeculares de hoc crimine cognoſcerent, *cum mere ſit eccleſiaſticum.* Hæc obligatio (b) etiam impoſita eſt præſidentibus regimini alicuius regni vel prouinciæ, licet ſint *excommunicati* & *de facto* tantum & non *de iure* iurisdictionem habeant, quamuis in aliis caſus nihil quicquam iis conceſſum vel permiſſum ſit *c. 6. h. t. in 6.* Præterea (c) ſtatuta ciuita-

δ) Principes & magiſtratus quoque conquirere debent hæreticos.

quod confirmauit Fridericus II.

Hæc obligatio etiam illos ſtringit, qui de facto imperium tenent.

statuta in contrarium abolita.

uitatum vel cuiuscunque loci, per quæ negotium inquisitionis hæreticæ prauitatis directe vel indirecte (ne in eo libere procedi valeat) impediri contigerit, vel quomodolibet retardari, nullius firmitatis declarata sunt, quippe quæ diœcesano loci exhibenda & reuocanda, *c. 9. h. t. in 6.* adeoque in hunc censum omnes leges publicæ, etiam fundamentales, venire debent, si *ius canonicum* præualet.

Eandem doctrinam protestantibus attribuit Bossuet.

§ CXXVIII. Hac ratione officium magistratuum principumque instruit ius canonicum pro exstirpandis hæreticis. Vtrum apud protestantes eadem ludatur fabula, eademque doctrina inculcetur, altioris indaginis est quæstio. IACOBVS BENIGNVS BOSSVETTVS *dans l' histoire des variations des eglises protestantes tom. II. lib. 10. §. 56. p. 47.* non dubitauit asserere, protestantes cum catholicis hoc in articulo consentire & armare suos principes etiam ad exstirpandos hæreticos. Ait: *Luther & Caluin ont fait des liures exprés pour etablir sur ce point le droit & le deuoir du magistrat. Calvin en vint à la pratique contre Servet & contre Valentin Gentil. Melancton en approuva la conduite par vne lettre, qu' il lui ecriuit sur ce sujet. La discipline de nos Reformez permet aussi le recours au bras seculier en certains cas; & on trouve parmi les articles de la discipline de l' eglise de Geneve, que les ministres doivent deferer au magistrat les incorrigibles, qui mepriſent les peines spirituelles, & en particulier ceux, qui enseignent de nouveaux dogmes sans distinction. Et encore aujourd' hui celui de tous les autres Calvinistes, qui reproche sur ce sujet le plus aigrement à l' eglise Romaine la cruauté de sa doctrine, en demeure d' accord dans le fonds, puis qu' il permet l' exercice de la puissance du glaiue dans les matieres de la religion & de la conscience: choſe auſſi, qui ne peut être revoquée en doute sans enerver & comme estropier la puissance publique; de sorte qu' il n' y a point d' illusion plus dangereuse, que de donner la souffrance pour vn caractere de vraie eglise, & je ne connois parmi les Chrestiens que les Sociniens & les Anabaptistes, qui s' opposent à cette doctrine.* Concludit denique, doctrinam hanc certam, sed moderationem æque necessariam esse.

Iurius in modo tantum discrimen constituit.

§. CXXIX. Forsan ergo tantum in *modo* & *gradu* differentia intercedit inter ecclesiam Romanam & protestantium, vt hæc tantum abhorreat ab *immani* contra hæreticos *processu* ecclesiæ Romanæ, in oppressione autem hæreticorum per magistratum secularem facienda conueniat. Id sine dubio intendit PETRVS IVRIVS in tr. quem inscripsit *le tableau du Socinianisme* anno 1690. edito, eiusque *epist. VIII.* quæ de *opprimendis hæreticis* agit. In *art. IV. p. 434.* hanc formam quæ-

Digitized by Google

quæſtionem: *an magiſtratus, cum poſſit & commodum fuerit, autoritatem ſuam interponere debeat ad extirpandam hæreſin & idololatriam, non quidem per viuicomburia, ſed tollendo docendi licentiam & eiiciendo contrauenientes, item deſtruendo Idolorum templa & vſurpando omnia remedia, quibus vera iuuatur religio?* Hanc intrepide affirmat, & tum argumentis variis exornat, tum ab obiectionibus liberat, inſimul oſtendit, veram eſſe ex mente ipſius ſententiam BOSSVETTI. Viuicomburium tantum reprobat, & forſan etiam alias pœnas duriores; admittit ceteras afflictiones, oppreſſiones, perſecutiones hæreticorum pro *adiuuanda vera religione*, quam *reformatam* eſſe edicit. Imo, vt ſtatus controuerſiæ docet, contra *catholicos* imprimis armat magiſtratum, quamuis ita patienter ferre debeat, vt eodem iure catholici contra reformatos vtantur. Nolo referre eius argumenta, quæ repetere tædet.

§. CXXX. Anno ſequente 1691. prodiit: *Abregé de la doctrine dé la tolerance ciuile*, quæ directo contrariam doctrinam continet, adeoque oſtendit, non omnium reformatorum mentem a *tolerantia vniuerſali* eſſe alienam. Cenſet vero autor, 1) tali hæreticorum oppreſſione non promoueri gloriam Dei, nec Zelo illo exſtingui hæreſes; vnicam vero, quæ tuto eligi poſſit, ad gloriam nominis diuini in conuertendis hæreticis promouendam, viam eſſe inſtructionem piam, & exemplum morum proborum: 2) vtilius eſſe, ſi errores in notitiam populi veniant & ſolide refutentur, quam ſi violenta corum exſtirpatio inſtituatur: 3) naturam religionis poſtulare, vt non alio modo quam *inſtructione* & *perſuaſione* formari debeat, *coactionem* autem nihil proficere atque euangelio contumelioſam eſſe: 4) Salutem hominum non periclitari, ſed potius promoueri, ſi errantes pacifice tolerantur, neque ab his contagionem metuendam eſſe adhibitis legitimis inſtructionis mediis: 5) ſalutem quoque proximi talem exigere tolerantiam. His præmiſſis IVRII *epiſtolam VIII.* ſub cenſuram vocat, & varia alia argumenta ad illuſtrationem huius ſententiæ adfert. Ipſemet IVRIVS præterea iam anno 1683. ediderat tractatum, cui titulus: *Hiſtoire du Calviniſme & celle du papiſme miſes en parallele*, in cuius *P. IV. c. II.* cauſam hanc itidem egit, & hoc modo rationes ſubduxit: *Si les hæreſies ſont capitales, & vont à la ruine des plus Auguſtes myſteres de la religion, le magiſtrat y doit apporter des remedes plus forts.* Addit: *il y a bien de difference entre donner la mort à vn heretique, & l' empecher de répandre le poiſon de ſon hereſie dans vn pais. Vn prince*

Diſſentiunt alii Iurii ſententiam reprobantes.

Iurii repetita doctrina.

Digitized by Google

Chrêtien ne ne peut faire le premier ſelon les loix de l' evangile, mais il eſt obligé de faire le dernier. Il doit impoſer ſilence à un heretique, luy defendre de dogmatiſer ſur de peines, & ſi l' heretique viole cette defenſe, il peut être puni tres-legitimement non plus comme heretique, mais comme violateur des ordres & des loix du Souverain. Pœnam, ſub qua ſilentium hæreticis imponere debeat, non determinat, adeoque relinquit arbitrio principis. Quid ſi ergo ſub pœna *mortis* vel *carceris perpetui* iis, ne dogmata ſua ſpargerent, prohibuerit? plectendi ſunt pœna mortis vel carceris perpetui, non ob *hæreſin*, ſed ob *violatam legem*. Parum vero ſolatii ita adfertur hæretico, cui pereundum eſt, quæcunque cauſa mortis quæratur, quo ipſo incaute ſæuiit in propria viſcera, parumque principiis proteſtantium profuit. Hac de cauſa aduerſarium nactus eſt Romanæ eccleſiæ addictum, anno 1684. ſub nomine ficto LEON DE GVITONNIERE, cuius verum nomen eſſe creditur N. A. DE VERSE in tr. *le proteſtant pacifique, ou traité de la paix de l' egliſe contre Monſieur Jurieu*, in quo ex propriis principiis ipſum iugulare videtur, articulos, in quibus diſſentiunt catholici a Reformatis, ita extenuando, vt decretum de ſilentio imponendo hæreticis eos ſtringere non videatur. Simulat, ſe patronum *tolerantiæ vniuerſalis* eſſe, ſed anguem ſub herba latere facile quilibet credit, qui totum libellum ſedula euoluerit mente. Interim nimius IVRII feruor contra *hæreticos* anſam dedit Autori, vt eius dogma admodum audax hoc modo exagitare potuerit.

admodum periculoſa,

denuo impugnata.

Lutheranorum doctrina antiqua,

§. CXXXI. Qui *Auguſtanæ confeſſioni inuariatæ* addicti ſunt, olim a principio tolerantiæ vtplurimum fuiſſe alienos, acta contra *crypto-caluiniſtas* & *Reformatos* docent, adeo vt in tractatibus pacis Osnabrugenſis Elector Saxoniæ ex ſuggeſtionibus ſuorum theologorum crediderit, his *pacem religioſam* eſſe denegandam. Nec generatim affirmare audeo, alios territoriorum theologos fuiſſe liberaliores in præſtanda diſſentientibus tolerantia, paucis quibusdam exceptis, quorum cauſam nuper admodum tutus eſt Anonymus in tr. Germanico von der Rechtmäßigkeit, Nothwendigkeit und Nutzbarkeit der Toleranz und Gewiſſens-Freyheit, in quo recenſuit varios de hoc argumento tractatus, de quibus infra *membro V.* plenior agendi locus erit. Plura hac de re iam attuli *tom. II. in diſſ. prælim.* ſimulque alios moderatiores theologos & ICtos, noſtrorum præſertim temporum laudaui. Quæ ſi conſidero, BOSSVETTVS *generatim* affirmare haud potuit, proteſtantes in articulo de coërcendis & eiiciendis hæreticis cum

recentior.

Boſſuetus redarguitur.

Ro-

Digitized by Google

Romana eccleſia conuenire; id enim aliter non potuit præſtare, quam oſtendendo, confeſſionem noſtram in hoc articulo conuenire cum iure canonico. *Priuata* quorundam *doctrina* vniuerſalem eccleſiæ non inuoluit ſententiam.

§. CXXXII. Denique non tantum per viam *inquiſitionis* & *proceſſus criminalis* contra quoscunque hæreticos, cuiuscunque dignitatis fuerint, agendum, ſed etiam (e) bella contra eos, ſi reſiſtant, excitanda, arma ſumenda, claſſicum canendum. Deſiderare hoc creditur ratio rei Romanæ, quæ non amplius *præſidio diuino* ſe tueri potuit, ſed quia formam *Monarchiæ vniuerſalis* induit, poſterioribus ſeculis contra hæreticos, tanquam huius monarchiæ hoſtes, ad arma & militiam huius ſeculi, vt loquuntur, confugit. Olim militia clericorum *ſpiritualis* erat: preces & lacrymæ dicebantur arma eccleſiæ: hæc *vis Deo grata* dicebatur, quæ coniunctis precibus exercebatur: omnis reſiſtentia damnata, improbata, ex eſſe ab eccleſia iuſſa, teſte TERTVLLIANO *in apolog. c. 37. & 39.* Aſt *militans eccleſia Romana* ab his principiis prorſus deſciuit, faciemque aliam induit, poſtquam ſtatum ſuum mutauit priſtinum, *politicumque* aſſumſit. Hic ſine *armis* defendi nequit; opus fuit militibus, ducibus belli contra hæreticos, apparatu inſtructiſſimo atque ſollicitatoribus, qui principes, gentes, populosque ſedi Romanæ addictos ad prælia contra hæreticos vocarent, iisque, qui tali bello ſuccumberent, remiſſionem omnium peccatorum promitterent plus quam liberaliter. Ante omnia hic *articulus fidei* generatim inculcari debuit regibus & imperatoribus quibuscunque, eos eſſe primario conſtitutos & obligatos ad defendendam armis eccleſiam. *c. f. D. 96.* Etenim ex hypotheſi falſa iuris canonici eccleſiaſticæ religionis inimicos etiam armis eſſe coërcendos, indubitatum eſſe creditur, *c. 48. C. 23. q. 4.* quod quies *eccleſiæ* ſeu *hierarchiæ* ſit quies rerumpuplicarum. *c. 4. C. 23. q. 5. Magis enim chriſtianum regitur & propagatur imperium, dum ECCLESIASTICO STATVI per omnem terram conſulitur, quam cum in parte quacunque terrarum pro temporali ſalute pugnatur,* vt e FVLGENTIO cenſuit *concil. Aquisgran. C. 3. c. 2.* Hanc doctrinam ſedulo inculcauit LEO pontifex imperatori LEONI, & in hæc verba reſcripſit *epiſt. 75. cum clementiam tuam dominus tanta ſacramenti ſui illuminatione ditauerit: debes incunctanter aduertere, regiam poteſtatem tibi non ſolum ad mundi regimen, ſed MAXIME AD ECCLESIÆ PRÆSIDIVM eſſe collatam.*

Bella contra hæreticos indicit ius canonicum,

contra ſpaxin primitiuæ eccleſiæ,

Digitized by Google

Inde quilibet imperansobligatus esse dicitur ad eradicandos hæreticos,

§. CXXXIII. Quæ cum ita sint, BELLARMINO iudice *lib. 3. de membr. milit. eccles. c. 18.* manifestum esse creditur, obligari quemlibet imperantem, ad eradicandos a fide Romana dissentientes, grauissimeque errasse Germanos, qui *libertatem conscientiæ* & *pacem religiosam* dissentientibus inculserunt, quod hi armis potius exstirpandi fuissent. Id iam dudum decretis conciliorum inculcatum, traditumque est, vt vel

ex conciliorum decretis.

c. 17. concil. Lateran. III. de anno 1179. apud HARDVIN. *tom. VI. P. 2. p. 1685.* docet his verbis: *cunctis fidelibus in remissionem peccatorum iniungimus, vt tantis cladibus se viriliter opponant, & contra eos* (hæreticos) *armis populum christianum tueantur. - - Qui autem in vera pœnitentia ibi decesserint, & peccatorum indulgentiam & fructum mercedis æternæ se non dubitent percepturos. Nos autem de misericordia DEI, & beatorum apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi fidelibus christianis, qui contra eos arma susceperint, & ad episcoporum seu aliorum prælatorum consilium, ad eos decertando expurgandos biennium de pœnitentia iniuncta relaxamus. - - Illos autem, qui admonitioni episcoporum in huiusmodi parte parere contemserint, a perceptione corporis & sanguinis Domini* (quæ eo tempore haud disiuncta erant vniuersaliter) *iubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad eos expugnandum laborem iustum assumserint, sicut eos, qui sepulcrum dominicum visitant, sub ecclesiæ defensione recipimus & ab vniuersis inquietationibus tam in rebus quam in personis statuimus manere securos.*

Bella etiam mouenda contra eos,

Tam insigni præmio mactandi & sollicitandi erant *fideles* h. e. curiæ Romanæ dediti, ad prœlia & *bella domini*, vt per merum fucum vocata sunt, contra hæreticos, quorum clades inter *opera meritoria* credulis esse debet.

præmio bellantibus promisso.

Huc olim faciebant prædicationes crucis.

§. CXXXIV. Huc quoque directi sunt *sermones* & *prædicationes crucis* monachorum, qui pererrare orbem Christianum, & fideles ad arma hæreticis inferenda excitare iubentur. Ita enim in *concil. Lateran. IV. c. 3.* de anno 1215. sub INNOCENTIO III. apud HARDVIN. *tom. VII. concil. p. 29.* & RAYMVNDVM *in c. 13. vers. Catholici X. h. t.* cautum: *catholici, qui crucis assumto charactere ad hæreticorum exterminium se accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quod accedentibus in terræ sanctæ subsidium conceditur.* Ita etiam LEO exercitui Francorum scripsisse dicitur in *c. 9. C. 23. q. 8. omni timore & terrore deposito contra inimicos sanctæ fidei & aduersarios omnium religionum agere vtiliter studete. Nouit enim omnipotens, si quilibet vestrum morietur, quod pro veritate fidei & saluatione patriæ ac defen-*

Digitized by Google

fenſione chriſtianorum mor uus eſt, & ideo præmium cæleſte ab eo conſequetur.

§. CXXXIV. Quæ pontifex edicto publico ſanciuerat, in effectum deduci curauit contra *Albigenſes* & *Valdenſes*, contra quos INNOCENTIVS III. inprimis remedia, quæ ex *c. 13. X. h. t.* in *præcedentibus* ſſ. adducta ſunt, in *concilio Lateranenſi IV.* propoſuerat, & decreto eccleſiaſtico publicauerat, vt docet VSSERIVS *de chriſtian. eccleſ. in occident. contin. ſucceſſ. c. 9. p. 259.* Contra hos *cruciatas expeditiones*, ad *terram ſanctam* expurgandam primitus introductas, admodum vtiles eſſe credidit, adeoque prædicatores ad crucem vbique prædicandam emiſit. Ipſe INNOCENTIVS III. de eo hoc perhibet teſtimonium apud AVGVSTINVM in *collect. IV. antiq. decret. tit. de hæret. p. 785. quantum eccleſia laborauerit per prædicatores & cruce ſignatos ad exterminandos hæreticos & Ruptuarias de prouincia Narbon. & partibus ſibi vicinis, totus pene orbis cognoſcit, & quidem per DEI gratiam & ſollicitudinem veſtram valde perfecit, cum exterminatis vtrisque terra ipſa in fide catholica & pace fraterna iam ſalubriter gubernetur.* Id vero circa annum 1208. factum fuiſſe, teſtis eſt ROBERTVS Altiſſiodorenſis *in chronol. ad ann. 1208.* memoratque, ODONE epiſcopo Pariſienſi *ſuggerente & ſatagente actum fuiſſe, vt dominus Papa principes & populos per Gallias concitaret ad debellandam Albigenſium hæreticorum perfidiam, qui ſæpius attentati, nullatenus gladio verbi DEI poterant expugnari.* Optimum ſane argumentum pro *cauſa Albigenſium*, qui ſi *verbo diuino* contraria docuiſſent, facile ex hoc ipſo conuinci potuiſſent. Sed quod mirandum, *gladius verbi DEI* nihil efficere poterat, ideo forſan quod contra eos deficeret, magisque cauſam eorum propugnaret, quam oppugnaret. Pergit vero ROBERTVS: *Literis itaque domini Papæ longe lateque directis, peccatorum remiſſione & pœnitentiarum abſolutione conceſſa, innumerabilis multitudo fidelium concitatur: & NOVO MORE CRVCIS ſe ſigno conſignant in pectore, contra fidei deſertores, ZELO FIDEI ſe armantes.* Ad *nouum morem* hæc expeditio refertur, quæ hactenus duntaxat contra *infideles*, terram S. inhabitantes, vſurpata fuerat, & adhuc ancipiti fortuna continuabatur.

Hæc remedia contra Albigenſes & Valdenſes in vſum deducta.

Contra quos Innocentius III. crucem prædicari iuſſit.

Quod Albigenſium cauſam magis defendit quam deſtruxit.

armis licet contra illos ſumtis.

§. CXXXVI. Noui huius moris præcipuus artifex erat INNOCENTIVS III. promotor vero ODO epiſcopus Pariſienſis, qui & ipſe ſe *cruce* contra Albigenſes ſignauerat, & in *Chriſti negotio ſe nobiliter habuerat*, vt ait PETRVS VALLIS SARNENSIS in *hiſtor. Albigenſ.* apud

Odo Pariſienſis epiſcopus huius expeditionis promotor.

Digitized by Google

apud GERHARD. DVBOIS *tom. II. hiſtor. Pariſ. eccleſ. p. 248. in f.* quamuis hoc ipſo anno, quo hanc in Albigenſes flammam concitauerat, deceſſerit, teſte GVILIELMO de NANGIS in *chron. ad ann. 1208.* apud D'ACHERIVM *tom. III. ſpicil. p. 23. nouiſſ. edit.* Ipſe GVILIELMVS de NANGIS *cit. l.* de hac expeditione ita loquitur: INNOCENTIVS *papa miſit in Franciam Galonem S. Mariæ in portu Diaconum Cardinalem, iuris peritum, bonis moribus adornatum, & eccleſiarum viſitatorem diligentiſſimum, mandans & præcipiens Regi Franciæ Philippo, & cunctis regni principibus, vt cum exercitu magno tanquam viri catholici terram Toloſanam & Albigenſium atque Narbonenſium cum aliis adiacentibus inuaderent, & omnes hæreticos, qui eos occupauerant, exſtirparent, & ſi forte in via & in bello contra eos facto morerentur, ab ipſo Papa de omnibus peccatis A DIE NATIVITATIS ſuæ contractis, de quibus confeſſi eſſent, abſoluebantur.* Tam inſignis erat Papæ liberalitas, vt contra Albigenſes militantes ab omnibus peccatis, *a die natiuitatis ſuæ contractis*, creduli abſoluerentur, quo hamo ad quæuis facinora audenda facile eo tempre induci poterant curiæ Romanæ addicti. Conf. IO. IPERIVS *in chron. S. Bertini* apud MARTENIVM & DVRANDVM *tom. III. theſ. anecdot. p. 693.* AVGVSTINVS CALMETTVS *dans ſ' hiſtoire eccleſ. & ciuile de Lorraine tom. II. p. 199.* Aſſumſerat etiam hoc *negotium fidei*, vt vocatur, in ſe rex Franciæ, eaque de cauſa WILHELMVS Abricenſis epiſcopus *crucis viuificæ caractere* ipſum inſigniuerat, vt ipſe ſcribit apud MARTENIVM & DVRAND. *tom. I. theſ. anecdot. p. 932.* eique *decimam* bonorum eccleſiaſticorum indulſerat, omnes illos diriſſimæ excommunicationi ſubiiciens, qui interim regnum Franciæ inuadere auſi fuerint. Inprimis vero ager Tholoſanus Albigenſibus repletus erat, quos cum non expelleret RAYMVNDVS comes Tholoſanus, ipſum vt hæreticorum fautorem, excommunicauit Pontifex & contra hos expeditionem cruce ſignatorum direxit, quo, duce PHILIPPO Rege Galliæ, eliminarentur.

expeditio in Gallia,

ſub promiſſione omnium peccatorum,

a Rege Philippo inſcepta,

§. CXXXVII. Ipſi *prædicatores crucis* conciones ſuas ſolebant claudere hoc notabili epilogo: *ecce videtis cariſſimi, quanta eſt malitia hæreticorum: videtis iterum, quam pie & multis modis piis laborat eccleſia eos reuocare: ſed apud tales nihil iſta poterunt proficere, imo per potentiam ſecularem ſe defendunt. Et ideo ſancta mater eccleſia, licet inuita & cum dolore, contra eos conuocat exercitum Chriſtianum. Quicunque igitur habet Zelum fidei, qui vult habere iſtam magnam indulgentiam, veniat, & accipiat ſignum crucis, adiungat ſe militiæ crucifixi.* Vid.

concionatorum formulæ conſuetæ,

Digitized by Google

Vid. VSSERIVS *de christian. eccles. success. in occid. p. 260.* LIMBORCH *in histor. inquis. lib. I. c. II.* Verum talem peruersum *fidei Zelum*, talem *militiam crucifixi* ignorat imo improbat doctrina CHRISTI & *apostolorum*, quæ tantum *arma spiritualia* suggerit: *hierarchiæ Romanæ* illa tantum conueniunt, quæ sine *armis* proprie dictis conseruari nequit. Denique supra §. *XIV.* obseruaui, qua sollicitudine & arte pontifex circa ann. 1222. induxerit FRIDERICVM II. imperatorem, vt tres constitutiones contra Albigenses publicaret, *prædicationes crucis* promoueret, atque *gladio temporali*, vt loqui amant, opprimeret, quos gladio *verbi diuini* superare non poterant clerici, quod pessimæ cautæ indicium certissimum erat. Quis ergo dubitaret, clericos monachosque esse quoque *milites sagatos*, classicum canentes, & expeditiones facientes, quam militiam detestata est purior ecclesiæ facies, docente ZIEGLERO *de clerico milite.* Hanc ipsam *militiam clericorum sagatam*, recentioribus seculis natam, in compendio delineaui in *præfat. ad tract.* filii secundo-geniti D. CAROLI AVGVSTI BÖHMERI *de iure milit. ecclesiasticorum.*

§. CXXXVII. Quæ fuerit temeritas paparum in imperatores sibi inuisos, quæ que *hæreseos* calumnia eos onerauerint, vt quoscunque regni proceres contra eos armarent, plena manu antiquitates memorant. Furorem perfidiæ Romanæ aliquoties expertus est HENRICVS IV. adeo vt PASCHALIS II. apud HARDVIN. *in coll. concil. tom. VI. P. 2. p. 1771.* ROBERTVM Flandrienſium Comitem hoc modo literis seditiosis in prœlia contra Cæsarem vocauerit: *Nec in hac tantum parte* (Cameracensium parochia) *sed vbique cum poteris*, HENRICVM HAERETICORVM CAPVT *& eius fautores pro viribus persequaris. Nullum profecto gratius DEI sacrificium offerre poteris, quam si eum impugnes, qui se contra DEVM* (papam) *erexit, qui ecclesiæ DEI regnum auferre conatus, qui in loco sancto Simonis idolum statuit, qui a principibus Dei sanctis apostolis eorumque vicariis de ecclesiæ domo sancti spiritus iudicio expulsus est. Hoc tibi & militibus tuis in remissionem peccatorum & apostolicæ sedis familiaritatem præcipimus, vt his laboribus ac triumphis ad cælestem Ierusalem, Domino præstante, peruenias.* Leodienses, qui in fide Cæsaris manserant, prolixiori epistola pontificis furorem arguunt, rectèque quærunt: *quis pontificum Romanorum vnquam suis decretis autorizauit, vt debeat pontifex GLADIO BELLI in peccantes vti?* Addunt rectè, GREGORIVM VII, plane a moribus GREGORII I. degenerantem, *se primum & suo exemplo alios pontifices contra imperatorem accinxisse gladio belli* Et circa finem: *Solus*

Similes expeditiones excitatæ contra imperatores curiæ Roman. inuisos,

vt Henrico IV.

reprobatæ a Leodiensibus

Hildebrandus Papa vltimam manum ſacris canonibus impoſuit, quem legimus præcepiſſe Mathildi Marchioniſſæ in remiſſionem peccatorum ſuorum, vt debellaret Henricum imperatorem.

item contra Fridericum II.

§. CXXXIX. Similis audacia impia egit pontificem GREGORIVM IX. vt ipſemet contra FRIDERICVM II. ſanguinariam concionem haberet. MVTIVS *in chron. lib. XX.* apud PISTORIVM *tom. II. p. 822. nou. edit. Struu.* de inſania eius hæc memorat: *pontifex cum non haberet aliud, quod opponeret furori Friderici, accepit capita apoſtolorum, & portionem ſanctiſſimæ crucis & in baſilica beati Petri ſtans in edito loco, præſenti populo Romano & clero oſtendit lacrymans & adhortatur populum, oratione affectibus turbatiſſima aduerſus Fridericum, hoſtem principis apoſtolorum, filium Satanæ, ſic enim vocabat; pollicetur præterea fortiter pugnatores aduerſus CANEM HVNC (vt eius verbis vtar) præmia vitæ æternæ & omnium peccatorum plenariam remiſſionem.* Ita quod ſacramentum eccleſiæ *ſanctiſſimum* dicunt, a pontifice in *inſtrumentum nequitiæ* conuerſum eſt, adeo vt nequidem in hoc ſubſiſteret, ſed, teſte EODEM *cit. l.* mitteret legatos per deuia in Germaniam, *qui excommunicationibus & aliis artibus impugnarent imperatorem, daretque plenarias indulgentias arma contra Fridericum ſumentibus.*

Etiam in Amadeum ducem Sabaudiæ.

§. CXL. His artibus nefandis principatum & dominatum in omnes reges & principes ſibi acquiſiuerunt, & expeditiones contra eos, quos de *hæreſi & ſchismate* infimularunt, per emiſſarios ſuos excitarunt. Quod nouo NICOLAI V. exemplo, AMADEO duci Sabaudiæ *ſchismatis* & *hæreſeos* opprobrium obiicientis, declarabo. Is enim anno 1447. AMADEI *notorii ſchismatici hæretici excommunicati & anathematizati* (vt ſunt verba epiſtolæ eius apud D'ACHERIVM *tom. III. ſpicil. p. 774. nouiſſ. edit.*) *terram ac eius fautorum, adhærentum complicum & ſequacium bona confiſcata* donauit CAROLO Francorum regi, adhortaturque eundem & filium ſuum primogenitum, vt *aſſumto crucis ſignaculo* contra AMADEVM & eius ſequaces viriliter ſe accingerent. Pergit vero: *Et vt tam ſalubre negotium in manu forti & robuſta procedat, omnes Chriſti fideles ad hoc FIDEI EXERCITIVM SALVTARE non ſolum piis exhortationibus, ſed etiam ſuperabundantibus gratiis inuocamus.* Promittit denique omnibus, qui ad hoc *ſalutare fidei exercitium* (quod totum quantum *ſanguinarium* & ab eo profectum eſt, qui turbarum & ſeditionum publicarum pater eſt) conuenerunt, *plenam ſuorum peccatorum veniam & vitæ æternæ augmentum.* Plena eſt omnis antiquitas

tiquitas huius nefariæ peſtis, quam aluit curia Romana, quæque tot nefandiſſima in orbe peperit mala, vt in eis referendis vix vnius hominis ætas ſuffectura ſit.

(V.)

De criminali proceſſu contra hæreticos & hæreticidio.

§. CXLI. Ex his, quæ adducta ſunt, exploratum manifeſtumque eſt, non parcendum eſſe hæreticis, ſed quæuis extrema in eos ſtatuenda. His inprimis annumerandus eſt *proceſſus criminalis ſingularis* contra hæreticos, cum duriſſimo *capitis* ſupplicio, inprimis INNOCENTII III. ingenio, vt ſupra dictum, nouiſſime introductus & a ſucceſſoribus eius magis magisque in nouam redactus formam, qui omnem ſuperat humanitatem. Antehac conſtanti doctrina traditum fuerat, eccleſiam non ſitire ſanguinem: *criminalem proceſſum* a foris eccleſiaſticis eſſe alieniſſimum; hunc duntaxat iudicio ſeculari relinquendum. Sed *noua curiæ Romanæ ratio ſtatus* noua deſiderauit principia, vetereſque diſciplinam prorſus in exilium egit, vt iam *carceres*, *torturæ* aliaque immania remedia admodum ſalutaria credita fuerint. Quæ in hoc proceſſu principia plane paradoxa aſſumta fuerint, iam obſeruaui *membro III.* ibique monaſtra adduxi, quæ *ius canonicum* recentius alit. Loquor autem hic potiſſimum de *inquiſitione Hiſpana* & *Luſitana*, cuius prima initia recenſuit LIMBORCH. *lib. I. hiſt. inquiſ. c. 24. & 25.* atque *lib. ſq.* totam huius tribunalis inſtructionem exacte retulit, vt eam in compendio hic referre non neceſſe ſit, præſertim cum potiora iuris canonici fundamenta, vnde enata eſt, iam antea adduxerim. Aliorum ſcripta *inquiſitionem* illuſtrantia enarrat & potiora eorum capita recenſet B. THOMASIVS *in not.* ad LANCELLOTTI *inſtit. iur. canon. lib. IV. tit. 4. p. 911. ſeqq.* Succincte præterea quædam ſingularia huius tribunalis tradit ANTONIVS GAVIN. in tr. quem vocat *le paſſe-par tout de l' egliſe Romaine P. I. c. 4.* ex Anglicano ſermone in Gallicum & Germanicum verſo, & Autor *de la relation de l' inquiſition de Goa*, qui duo autores ex propria ſcripſerunt experientia, & ea, quæ ipſi vel viderunt vel paſſi ſunt, retulerunt. Et quia inquiſitio hæc prima, vt dixi, fundamenta iecit in perſecutionibus contra Albigenſes motis, fata eorum multum ad eius illuſtrationem faciunt, quæ præter VSSERIVM ſupra laudatum plenius IACOBVS BASNAGE *dans l' hiſtoire de l' egliſe tom. II. lib. XXIV.* inprimis *c. 8. ſeqq.* narrat.

Inde quoque natus proceſſus criminalis contra hæreticos.

Scriptores inquiſitionis doctrinam illuſtrantes.

Digitized by Google

Inquisitio hæc noua periculosque inusa & odiosa.

§. CXLII. Non potuit non tam immane tribunal vniuersale odium excitare, terrorique & hæreticis & orthodoxis, vt vocabantur, esse, vt succincte ostendit FLEVRIVS *tom. XIX. histor. eccl.* ibique *in discurs. prælim. §. 13. L'inquisition*, ait, *n' estoit pas seulement odieuse aux heretiques, qu' elle recherchoit & poursuivoit, mais aux catholiques mêmes: aux evêques & aux magistrat, dont elle diminuoit la iurisdiction, & aux particuliers, ausquels se rendoit terrible par la rigueur de sa procedure. - - Enfin quelques pays, aprés avoir reçu d' abord l' inquisition, l' ont rejetté, comme la France, & plusieurs n' ont jamais reçue: sans que la religion Chrestienne y soit moins bien enseignée ou pratiquée, que dans les pays, ou l' inquisition est la plus autorisée.* Adiungit præterea sentinam malorum corruptionumque inde natarum, & recte ita censet:

& sentina malorum iudicata ex iudicio Fleurii.

La fin pour la quelle on a institué l' inquisition est, de purger ou preseruer d' heretiques les lieux, ou elle est établie: mais on a employé, pour peruenir à cette fin, des moyens, qui naturellement produisent l' hypocrisie & l' ignorance. La crainte d' estre denoncé, empriſonné & puni sur vn simple soupçon, dont le fondement sera quelque parole indiscrete, empéſche de parler de ce, qui regarde la religion, de proposer ses doutes, si l' on en a, de faire de questions, & de chercher à s' instruire. Le plus court & le plus sûr est de se taire, ou de parler & d' agir comme les autres, soit qu' on pense de même ou non. Vn pecheur d' habitude, qui ne veut pas quitter sa concubine, ne laisse de faire ses pâques, pour n' estre pas deferé a l' inquisition au bout de l' année, comme suspect d' heresie. Les pays d' inquisition sont les plus fertiles en casuistes relâchés. Summa barbaries in his regnis, vbi inquisitio regnat: lectio sacrarum literarum in vulgata *suspicionem de hæresi* vehementem operatur. *La lecture*, pergit FLEVRIVS, *est vn des meilleurs moyens de s' instruire; mais elle est difficile en ces pays-la. On n' y trouve l' ecriture sainte qu' en latin non en langue vulgaire, & c' est se rendre suspect de iudaisme, que de l' avoir en Hebreu. Plusiers bonnes editions des peres & des autres auteurs ecclesiastiques y sont defenduës, parce qu' elles sont fait par des heretiques ou d' auteurs suspects.* Notat præterea taxatque truncationes & falsificationes librorum in Hispania vsitatas, inquisitioni vnice adscribendas, additque primis ecclesiæ temporibus pastores sollicitos fuisse in instruendis sana doctrina Christianis, *sans pretendre les gouverner par la soumission aveugle, qui est l' effet & la cause de l' ignorance*, vt satis neruose addit. Hæc vero simul docent, ea principia & ἀτυπατα, quæ supra

Digitized by Google

ſupra *de hæreſi præſumta & ſingularibus* in materia hæreſeos ex *iure canonico* in ſcenam produxi, in illis regnis prouinciisque potiſſimum vſum habere, in quibus inquiſitio dominatur, in *Gallia* vero atque *Germania* noſtra, quæ hoc purgatorium non tolerant, parcius adhiberi poſſe.

§. CXLIII. Moderatam Galliæ diſciplinam FLEVRIVS *in inſtit. iur. eccleſ.* a Dn. GRVBERO in latinam linguam verſis *P. III. c. 10. §. 5.* hoc delineat modo: *Alia Francis ſedet ſententia, perſuaſis ad vlciſcenda crimina eccleſiaſtica, cum epiſcoporum ſufficiat autoritas, opus non eſſe delegatis extra ordinem, qui ad vltimum in tribunal ordinarium abire poſſent. Nam verendum eſt, ne homines, alienæ iurisdictionis adminiſtri, mandati regulas migrent, culpasque atque ſuſpiciones augeant exaggerentque, vt ſit, quod agam. Porro inconcinnum eſt, vt in terris, in quibus per duo ſecula hæretici non tolerantur, quotidie hæretici vel apoſtatæ inuenti puniantur. Præterea metus ille hypocritas quidem; at vere Chriſtianos non faciet. Seueritas vtilis eſt reprimendis naſcentibus hæreſibus; ſed ſi omni tempore atque omni loco ad præſcripum legum ſtricte adhibetur, ſacra noſtra exoſa reddit, efficitque, vt iuſtitiæ obtentu maxima mala patrentur. Haud poſtrema pars libertatis eccleſiæ Gallicanæ in eo poſita eſt, quod has nouas leges & hæc noua tribunalia, quæ nihil cum indole veteris eccleſiæ commune habent, procul habuimus.* Enimuero ſi hæc *tribunalia noua*, hæ *nouæ leges*, vt recte NOSTER cenſet, nihil commune cum *indole veteris eccleſiæ* habent, nec cum ea aliquid commune habebunt *tribunalia ordinaria epiſcoporum*, criminaliter contra hæreticos procedentium. Damnauit purior eccleſia hæreſes, præcauitque *ſolerti inſtructione* Chriſtianorum, ne in cœtus fidelium irreperent. Alienos a ſe iuſſit eſſe hæreticos eccleſia purior, ab omni alia perſecutione *ciuili* vel *criminali* abſtinens, a qua Gallia non abſtinet, vti modus hæreticos conuertendi per *armatam militiam cruentasque* tot hominum *cædes* recentioribus temporibus demonſtrauit. Hæc *inquiſitio militaris* & *armata* æque barbara eſt, ac quidem *Hiſpanica*, niſi quod *perpetua* non fuerit, vt tota Galliæ libertas in eo conſiſtat potiſſimum, quod *peregrina tribunalia*, terrorem ſingulis incutientia, ferre non potuerint. Quod ad *Germaniam* attinet, ægre itidem hæc ſtatus inquiſitionis in Germania. tulit *inquiſitorum* proceſſum, illis plane intolerabilem, vt diutius, re formatione inprimis ſubſequente, hic ſubſiſtere, & eorum audaciam, omnibus prorſus inuiſam, ferre amplius non potuerit. Circa annum 1233. inquiſitores inuſitata prorſus crudelitate iam proceſſerant, con-

Franciæ diſciplina moderatior a Fleurio laudata.

cum epicriſi,

tra hæreticos, vt non potuerint non singulis graues esse. Ita enim ALBERICVS *in chron. ad cit. ann. 1233. p. 543. per Alemanniam facta est tanta hæreticorum combustio, quod non possit numerus comprehendi.* Inde vero illæ lacrymæ: inde odia, motus, turbæ. *Horum enim accusatio,* ait ALBERICVS *cit. l. paulatim cœpit ascendere a rusticis ad burgenses honorabiles & eorum vxores, inde ad castellanos & nobiles, & in fine ad Comites prope & longe positos.* Illustrabo hoc specialius verbis AVGVSTINI CALMETTI *dans l' histoire eccles. & ciuile de Lorraine tom. II. lib. 23. §. 60. p. 251. Les tristes executions* (contra hæreticos scilicet) *rendirent l'inquisition & les inquisiteurs odiex aux peuples d' Allemagne; mais ce qui les irrita davantage, surtout la noblesse & les ecclesiastiques, c' est qu' an. 1233. on commença traduire devant ce redoutable tribunal indifferemment des prétres, des Moines, des Religieuses, des Gentils hommes; ce qui causa des grands troubles dans les pays; les vns prenant par compassion ou par interet le parti des accusez; les autres se portant par vn esprit de vengeance, à accuser les ennemis, quoi que très innocens.* Ipse inquisitor, magister CONRARDVS vel CONRADVS de MARBORG, in vnice agebat, vt in inquisitionem deductos vel adigeret ad mentiendum, vel vt contumaces rogo imponeret. *Magister,* ait ALBERICVS, *nulli quantumuis altæ personæ locum dedit legitimæ defensionis, nec etiam confiteri proprio sacerdoti, sed accusatum oportuit confiteri, se hæreticum esse, buffonem tactum, pallidum viram, & huiusmodi monstra diffidentiæ pacis in osculo salutasse: taliter quidam catholici abiudicati maluerunt innocentes cremari & saluari, quam mentiri de crimine turpissimo, cuius non erant conscii, & supplicium promereri, quibus ipse magister martyrium promittebat: alii infirmi potius elegerunt mentiri quam comburi, quibus tamen oportuit scolas nominare, & respondebant: nescio quem accusem: dicite mihi omnia, de quibus suspicionem habetis, cumque proponeretur de comite Seinensi, de comite Aneberg, de comitissa de Loz, respondebat euadere volens: illi ita rei sunt vt ego sui, & sic frater fratrem, vxor virum, dominus seruum accusauit, alii dabant pretia tonsuratis, vt docerent modum euadendi, & facta est a seculis inaudita.* In tantam velaniam, autoritate Papæ, qui tam illimitatam potestatem pro conseruanda regni ecclesiastici potentia inquisitoribus dederat, dilapsi sunt inquisitores, & processu, ab omni ratione & iure alieno, suspectos quoscunque de hæresi persecuti sunt, vt facile inde liqueat, vnde factum fuerit, vt tot monstra magiæ imaginariæ & cerebrinæ eo tempore audita, & per aliquot secula magorum omnia plena esse creditum fuerit. *Magi* quo-

Seculo XIII.

que

Digitized by Google

que *hæreticis* & *apoſtatis* regulariter annumerati, & ita inquiſitio tam portentoſa & horrida contra *ſuſpectos de magia* quoque inſtituta, vt frater fratrem, maritus vxorem, dominus ſeruum, vicinus vicinum in eandem traxerint, quo de ſociis & conſciis criminis torti eo facilius euaderent vlteriores torturæ gradus. Hoc malum diutiſſime afflixit Germaniam æque ac inquiſitio hæreticæ prauitatis, præſertim quia hæc *fratribus ignorantiæ* committi ſolebat.

§. CXLIV. Sub ipſis *reformationis primordiis* adhuc furore & *terrore inquiſitorum* omnia in Germania plena erant, nec mutatio vlla facta. IOAN. TETZELII *ordinis prædicat.* ac *hæreticæ prauitatis inquiſitoris* clamores inepti contra LVTHERVM notiſſimi ſunt, quibus ſe admodum turpiter dedit, & nil niſi rogum in ore habuit. IACOBVS HOCHSTRATANVS per *Germaniam ſuperiorem* tunc *inquiſitoris* officium exercebat, nihil inultum relinquens, quod ad barbariem in *ſcholis* & *ſuperſtitionem* in eccleſia conſeruandam facere poſſet. Bellum cum REVCHLINO ICto & conſiliario Cæſareo initum ob reductum ſtudium Græcæ & Hebraicæ linguarum ſatis indicat, quanta inquiſitores ſollicitudine id vnice egerint, vt omnium rerum ignorantia per *fratres ignorantiæ* monachos in poſterum promoueretur, his ad rogum condemnatis, qui aliquid innouare auſi fuerint. Inde vero irae, indignationes, odia monachorum in REVCHLINVM, clamantium: *Noua, noua ſtudia, iudæorum res, ſuſpectæ, periculoſæ!* vt plenius refert von der HARDT *in hiſtor. liter. reform. P. II. p. 6. ſqq.* quamuis monaſticarum doctrinarum feces iam plerisque ſordeſcere cœperint, ſolidiora ſitienti animo expetentes, quod vel *epiſtolæ obſcurorum virorum*, quibus HOCHSTRATI & *ſodalium* barbaries atro carbone notatur, indicant. Inquiſitor hic vulgo Ketzermeiſter, vt ſemet ipſum in literis paſſim vocauit HOCHSTRATVS, viſis LVTHERI theſibus aliisque ſcriptis, papatum Romanum impugnantibus, admodum commotus fuit, vt eum *hæreſeos* publice in ſcriptis accuſaret, rogoque addiceret. In LVTHERI *Scheda contra Hochſtratanum* apud Dn. LÖSCHERVM *tom. II. act. & document. reformat. p. 323.* ingenium hominis ita depingitur: *Sanguinaria ſua lingua ad cædem & fraternam perniciem anhelans, monet optimum pontificem Leonem X, vt non agnino & chriſtiano, ſed Leonino & furiali animo exſurgat. Dignus plane vir, qui inquirat hæreticos, & exhortetur pontifices, facturus ex pontificibus hominibus beſtias, ex Chriſtianis hæreticos. Nouum genus inquiſitorum tormentorum.* Tenebræ, quibus inuoluta tunc erant ſtudia, mox irritarunt crabrones, vt his, qui eas diſpel-

tempore reformationis, Tezelio, & Hochſtrato inquiſitoribus.

diſpellere laborarent, dicam ſcriberent, & inquiſitioni ſubiiciendos cenſerent, vt praxis horum temporum inquirendi, ab illa, quam §. *antec.* retuli, haud fuerit diuerſa. Idoneum de veritate rei teſtimonium perhibet ſcriptum quoddam Satyricum anno 1519. editum, quo praxis inquiſitorum illius temporis more admodum iocoſo adumbrata, & ſtylo *obſcurorum virorum* expoſita eſt, cuius iam §. *LXX.* mentio iniecta eſt. Inſertum eſt poſtea hoc ſcriptum anno 1553. collectioni Baſileenſi ſub titulo: *Euſebius captiuus ſiue modus procedendi in curia Romana contra Lutheranos per* HIERONYMVM MARIVM (Mallarium, medicum) editæ, & editioni nouæ ORTVINI GRATII *faſciculi rerum expetendarum & fugiendarum* ab EDVARDO BROWNE procuratæ, vt indicant *Acta eruditorum de anno 1722. p. 477.* quinquam tituli huius libelli admodum varient. Dn. D. LÖSCHERVS *tom. III. act. & docum. reform. p. 1004.* duas admodum editiones adducit, quarum altera hunc titulum præ ſe fert: *modus inquirendi hæreticos, ad vſum Romanæ curiæ ad S. Prieratem & Hochſtratanum cum præfatione Logumeni & Lodibrii Atenenſis.* Hic proxime accedit ad titulum, quem ex *ſchedis Spalatinianis* excerpſit Dn. KAPPIVS, Vir clariſſimus, eiusque mihi beneuole copiam fecit, huius tenoris: *Regulæ XII. ex arte inquirendi hæreticos fratris Logumeni ordinis prædic. MDXIX.* Ipſæ regulæ in *compendio* in *Spalatinianis* hoc referuntur modo:

mores inquiſitorum horridi.

Scripto ſatyrico anno 1519. expreſſi.

REGVLA I. Orandum eſt, vt actus inquirendi incipiat, proficiat & perficiat.

REGVLA II. Papam errare eſt impoſſibile, rationibus nouis & ſy-miſſimis omnium.

REGVLA III. Oportet inquiſitorem eſſe certum, ſe non poſſe errare.

REGVLA IV. Docet hæreticum confuſibiliter eſſe comburendum.

REGVLA V. Inquiſitoris eſt, ſe exaſperare.

REGVLA VI. Doctores ſunt dimittendi eſſe doctores.

REGVLA VII. Curandum eſt inquiſitori, vt Hæreticus comburatur, ne cum confuſione ceſſet ab officio.

REGVLA VIII. Præſtat inquiſitorem eſſe ex ordine ſanctiſſimorum prædicatorum.

REGVLA IX. Enitendum eſt inquiſitoribus, vt per miſſos in diuerſas partes fratres ſuos principes prouocent ad indignationem contra miſerum inquiſitum, fratribusque ad Ararim combuſtis iniuriam factam.

REGV-

Digitized by Google

REGVLA X. Multos nunc legere antiquos doctores & probare inquisitores, vere esse magistros hæreticorum, quia hæretici sunt, & hæreticos faciunt.

REGVLA XI. Hæreticum non admittendum esse ad respondendum, nisi promittat, ecclesiam sanctam sequi, habendumque in eo respectum ad consuetudinem Romanæ curiæ, quæ & mater & magistra ecclesiarum & domina terrarum.

REGVLA XII. Fugienda est inquisitori sancta scriptura, hæreticum comburendum, eiusque mortem non esse commendandam neque pro eo orandum. Scribique de Ioanne Reuchlino, combustoresque esse doctiores combustis. Cumque sanctis, Hieronymo & Augustino, diuum Paulum, si hodie viueret, vix ignem euasurum.

Subiectum his regulis SPALATINI *schedis*, propria eiusdem manu exaratis, erat hoc epiphonema: *Ita se nostri seculi mores habent*, certissimo indicio, ridendo verum dictum fuisse, vtut IACOBVS QVETIFIVS & IACOBVS ECHARDVS ordin. prædicat. sodales *in scriptor. ordin. prædicat. recensitis notisque hæreticis & criticis illustratis p. 58.* hunc libellum non nisi scommata in ecclesiam catholicam, summum pontificem, cardinales, tribunal inquisitionis, & eiusdem ministros spirare censuerint, aliter forsan iudicaturi, si *seculi barbari tenebras monasticas*, sine præiudicio, sedulo examinassent iudicio. Opusculum ipsum *in fine huius tomi* referam. Ex eo duntaxat hic adferre placet, quæ de IOANNE REVCHLINO in *regula XII.* adducuntur: *Sed & Ioannes Reuchlin si permississent principes inquiri de articulo fidei in ecclesiam sanctam: non tantum libri sui sed ipse quoque fuisset combustus. In quo maximam gloriam inquisitores fuissent consecuti, quod talem virum tam doctum combussissent. Quia semper combustores sunt doctiores combustis, vt patet in coquo & lignis, quæ ipse comburit. Nunc autem quia de articulo in articulum per scripturas & rationes fuit examinatus: non est mirum, quod cum gloria fuit liberatus. Quia ars inquirendi non fuit cum eo seruata: est enim impossibile, quod hodie aliquis conuincatur hæreticus, si articuli eius examinentur ad sanctam scripturam. Sed si examinentur ad sanctam ecclesiam, hic non est, quod euadat.* Post non nulla pergit: *Quare ergo credo, si sanctus Hieron. & August. hodie venirent, aut etiam ipse Apostolus Paulus, vix euaderent ignem, tam excellentes sunt inquisitores in ingeniis. Quod intelligo ex vno facto nouissimo. Quia si potuerunt inuenire, quod Ioannes Reuchlin esset hæreticus, quia dixit, humanitatem Christi comparari posse habitui laicali & meretricio: quomodo effugere potuisset apostolus Paulus, qui non humani-*

cuius specimen exhibetur.

Digitized by Google

manitatem Christi, sed ipsum Christum filium Dei dicit non modo velatum maledicto & peccato, sed maledictum & peccatum factum esse ab ipso Deomet. Bene tibi, Paule, quod vixisti illo tempore, quando non erant subtilia ista ingenia. Dedit DEVS tandem his malis extremis finem, reformatione pleniori, magnis licet sub contradictionibus, insecuta & adeo corroborata, vt *inquisitorum officium* fere exaruerit.

inquisitionis feruor admodum per monachos promotus.

§ CXLV. Sed iuuabit, reliqua, quæ ad historiam *inquisitionis cruentissimæ*, cuius *furorem* & *barbariem* paulo plenius descripsi, pertinent, paucis annectere. Ipsos *inquisitionis* natales deberi INNOCENTIO III, aliquoties iam obseruaui. Huius sanguinarium calorem in eradicandis Albigensibus excitarunt promoueruntque DOMINICVS & FRANCISCVS, cum discipulis suis vbique debellantes hæreticos. Cum vero hi *iurisdictione* eo tempore destituerentur, & magis *delatorum* quam *iudicum* spartam tuerentur; INNOCENTIVS III. delegabat cum amplissimo imperio & potestate anno 1198. RAYNENIVM & GVIDONEM, inquisitores, quorum instructionem refert RAYNALDVS *ad ann. 1198. n. 37.*

per concilium Lateran.

Acta *concilii Lateranensis IV.* supra relata, magnum robur attulerunt ad inquisitionum feruorem: *prædicatores* vero in excitandis magistratibus contra hæreticos & *prædicatione crucis* strenui atque solertissimi fuere.

per Fridericum II.

FRIDERICVS II., persecutionibus papalibus nimium quantum vexatus, paulo post anno 1222. tria edicta contra hæreticos promulgauit, *inquisitoresque* h. e. *prædicatores* protectione publica muniuit, ne fautor hæreticorum videretur.

per concilium Tolosanum,

Nec minus *concilium Tolosanum* ab HARDVIN. *in coll. concil. tom. VII. p. 176. sq.* relatum, & *anno 1229.* celebratum nouis & insolitis prorsus regulis processum contra hæreticos instruxit, ac *inquisitionis* æstum auxit.

per Innocentium IV.

INNOCENTIVS IV. a moribus prædecessorum suorum haud declinauit, atque *Dominicanos Franciscanosque*, qui ecclesiæ Romanæ hoc in negotio vtilissimam operam nauare credebantur, eximia ornauit autoritate, magistratibus vbique iniungens, vt apparitores conducerent, a quibus hæretici capi, in carceres detrudi, atque bonis priuari possent, vt docet eius bulla *anno 1252.* publicata. Ex Italia subito penetrauit in alia regna, & inprimis

per Raymundum de Peniafort,

instinctu compilatoris nostri, RAYMVNDI de PENIAFORT, in Aragoniam anno 1233. migrauit, vt vel ex hoc *sanguinario specimine* eius *sanctitas* fucata diiudicari queat, si *sancti* sunt vocandi, qui nil nisi

per Ferdinandum catholicum,

sanguinem hæreticorum sitiunt. Sed FERDINANDVS Catholicus demum anno 1483. opus dudum inchoatum, nondum tamen satis perfectum, in Hispania exædificauit, atque sub *autoritate papali* erexit su-

prema

Digitized by Google

prema inquisitionum *tribunalia ordinaria*, quorum supremo praesidet *inquisitor generalis* a papa confirmandus, qui singularum prouinciarum inquisitores vicissim nominat regia autoritate. Lusitania mox idem tribunal recepit & cum CAROLVS V. in *Belgio* illud exstruere & PHILIPPVS II. in effectum deducere conaretur, ingentes motus excitauit, vt succincte traditur in ESPENII *iure eccl. P. III. tit. 4. c. 2. §. 49. seqq.* de quo egregio tractatu recte iudicat LVDOVICVS ELLIES DVPIN *in methodo studii theologici recte instituenda c. 29. p. 277.* quod ex autoribus ad ius canonicum *nullum melius neque consummatius, quam hoc opus extet.* Tandem in Belgio adeo per *inquisitionem* violenter introductam res infeliciter cessit, vt Belgis libertatem peperierit, & vel hoc exemplo liqueat, consilia aulae Romanae, nil nisi atrocitatem spirantia, rebuspublicis regibusque noxia semper fuisse atque periculosa.

§. CXLVI. Ipsum processum *inquisitionis* in compendio refert FLEVRIVS *in instit. iur. eccles. P. III. c. 10.* prolixius vero CALDERINVS *de Haereticis*, NICOLAVS EYMERICVS *in director. inquisit.* cum *commentar.* FRANCISCI PEGNAE. Idem PEGNA quoque *institutionem* seu *praxin inquisitorum* cum annotationibus CARENAE 1669. edidit, cui iungendus est alius eiusdem CARENAE tractatus *de officio sanctissimae inquisit. & modo procedendi in causis fidei*, item SALELLES *de tribunal. sanct. inquisi.* BORDONVS *de tribunali sacro in causis fidei.* LVDOVICVS A PARAMO *de origine & progressu officii seu inquisitionis eiusque dignitate & vtilitate* speciatim commentatus est, ipsas vero *causas haeresium*, quatenus in iudiciis tractari debeant, plenius excussit SCACCIA *de iudiciis in causis ciuil. criminal. & haeretical.* Praeterea FERMOSINVS *pro tribunali S. officii inquisitionis Vallisoletanae* defensionem tanquam *promotor fiscalis* conscripsit, eamque tractatui *de iudic. & foro compet.* adiecit, in qua primario de *exemtione ministrorum & familiarum inquisitionis* agit. Atque hi Autores strenue quidem *causam inquisitionis* agunt, & iura tribunalium horum, prout constituta sunt, explicant; ast si *moralitatem inquisitionis* simul sub censuram vocant, id agunt, vt omnem eiurasse rationem, sensumque *verae religionis* & *pietatis* deposuisse prorsus videantur. CHRISTVM primum inquisitorem constituunt, discipulosque eius pariter atrocitati vacasse censent, nec alium *de officio Saluatoris* & *Apostolico munere* sibi formant conceptum, quam quod *Tyrannorum* sanguinariorum more egerint: CHRISTVS vero tantum in hunc finem venerit, non vt homines saluaret, sed vt perderet, inquisitionibus vexaret, & terrore seruili

Autores de processu inquisitionis.

Omni iudicio destituti.

ad cœcum obſequium clericorum adigeret, vt CORTIADA *deciſ. 30. ab init.* ex horum mente iudicat, imprimis vero TORREBLANCA *de magia lib. 3. c. 2. n. 29. ſeqq.* audacter & ſine vlla hæſitatione aſſerere non erubuit.

Perſecutiones hæreticorum iam ſeculo IV. enatæ,

§. CXLVII. Longa & inueterata eſt hæc iniuria, quam exercuit *eccleſia*, ſeu cleri maioris dominatus & curiæ Romanæ immenſa ambitio erga hæreticos, non demum cum INNOCENTIO III. nata. Mox *perſecutiones* criminales ortæ, quo *brachii ſecularis* præſidium episcopis patuit. Hoc CONSTANTINVS vel inuitus ſuppeditare debuit digladiantibus orthodoxis cum Arianis, qui fere totum orientem in bella inteſtina traxerant, vt quos amor CHRISTI conglutinare debuiſſet, hi diuiſione facta in mutua odia & hoſtiles accuſationes conſpirarent. Formula *fidei* in conciliis ſemel determinata, & lege publica promulgata fundabat accuſationes, & diſſentientium eiectiones: hæc armabat imperatores ad leges duriſſimas atrocesque ferendas: hæc *hæreſin* ſeu diſſenſum in rebus fidei formulariæ more inaudito ad claſſem *criminum* trahebat, erigebatque inſolitum tribunal in *conſcientias* ſubditorum: hæc *libertatem religionis* tollebat, quam contra gentiles in Chriſtianos ſæuientes propugnauerunt grauiter. Docent hoc ipſum leges in vtroque *codice* & *Theodoſiano* & *repetitæ prælectionis* contra hæreticos latæ, quibus hæretici proſcripti & eiecti vel aliis duriſſimis calamitatibus ſubiecti atque extorres iudicati ſunt. Coitiones ſacrorum cauſa iis interdictæ ſub pœna exilii: *l. 14. l. 16. l. 45. l. 51. & 58. C. Theod. de hæret.* magiſtratibus vbique id negotii datum, vt cœtus eorum diſſiparent ſub amiſſione dignitatis: *l. 48. C. Theod. eod.* habitacula, in quibus conuenere, more gentili fiſco addicta: *l. 3. 4. 8. 12. 21. 30. 33. 34. C. Theod. eod.* ipſi hæretici infamia notati: *l. 1. in f C. de ſumm. trinit. & fid.* a dignitatibus remoti: *l. 9. l. 42. 48. 58. C. Theod. h. t.* ex ſedibus ſuis, vrbibus atque prouinciis quandoque eiecti: *l. 13. ſqq. l. 18. 20. 29. 62. 65. C. Theod. h. t.* denique vſu plerorumque iurium communium priuati, vt ſupra iam paſſim obſeruatum eſt.

vt docent leges codicis,

quarum ſumma capita referuntur,

Ignota tamen hæreticidia.

§. CXLVIII. Nondum tamen furor perſecutionis eo proceſſerat, vt ſupplicium *capitis* hæreticis fuiſſet impoſitum, quamuis ſemina eius ſparſa fuiſſe conſtet, quæ tandem tot funeſta *hæredicidia* pepererunt. ARIO in concilio Nicæno condemnato, mox teſte SOCRATE *lib. I. H. E. c. 9.* ſupplicium de libris eius ſumtum ex edicto imperatoris, *capitisque ſupplicium* his minitatum, qui eos occultaſſe deprehenſi ſunt. *Illud etiam denuncio*, adiicit imperator, *quod ſi quis librum*

quorum iacta fundamenta,

ab

Digitized by Google

ab Ario compoſitum occultaſſe deprehenſus ſit, nec eum ſtatim oblatum igne combuſſerit, MORTIS POENAM ſubibit. Simul atque enim in hoc facinore fuerit deprehenſus, CAPITALI SVPPLICIO ferietur, quod etiam SOZOMENVS *lib. 1. c. 21.* repetit. Nunquam tam trucem legem tuliſſet imperator in hoc concilio, niſi Epiſcoporum ſuggeſtionibus ad hoc inductus fuiſſet. Occultantibus librum Arii *capitale ſupplicium* minitatum, quod crederent patres, his minis aboleri poſſe funeſtam eius doctrinam. Enim vero non alii, quam ARII ſectatores, hunc librum occultare potuere, & ſic *per indirectum* hæreſis in hoc caſu vltimo multata ſupplicio. Repetit ARCADIVS anno 398. in *l. 34. C. Theod. de hæret.* hoc ſupplicium contra *Eunomianorum* & *Montaniſtarum* librorum occultatores ſeu conſcriptores, quod *crimen noxiorum codicum & maleficii crimine conſcriptorum retentorumque* contraxerint, capitis pœna plectendum. Tractus quoque iam *capitalis ſupplicii terror* ad eos, qui hæreticorum coitiones in ſuis ædibus permiſerint. Etenim anno 399. Eunomianis in *l. 36. C. Theod. h. t.* iunctum, vt a conuenticulis abſtinerent; addita hac comminatione, vt *fundi procurator vel domus vrbanæ villicus, in quibus profana myſteria fuerint celebrata, vltimo ſupplicio feriantur.*

α) a Conſtantio,

β) ab Arcadio,

§. CXLIX. Tandem etiam ſeculo IV. iam quibusdam hæreticis *pœna capitalis* legibus latis dictata. Varia ſectarum genera inter Manichæos enata erant, vt docet *l. 7. C. Theod. h. t.* inter quæ ſpeciatim notantur in *l. 9. C. Theod. h. t. Encratitæ*, *Saccofori* & *Hydroparaſtatæ*: hos *ſummo ſupplicio & inexpiabili pœna* THEODOSIVS M. *iubet affligi.* Dirigit porro mandatum ad præfectum prætorio FLORVM: *ſublimitas itaque tua det inquiſitores, aperiat forum, iudices denunciatoresque ſine inuidia delationis accipiat, nemo præſcriptione communi exordium accuſationis huius refringat.* Hoc modo *publici denunciatores* ſeu *accuſatores* ſunt conſtituti ad eruendos prædictos hæreticos & a vinculo *inſcriptionis* liberati: vltimum autem ſupplicium ipſis hæreticis nominatis minitatum. Pariter anno 398. ARCADIVS ſimile ſupplicium conſtituit in *Eunomianos clericos*, & *domorum poſſeſſores*, in quibus populum ad ſacra collegerunt. Additur vero: *Si vero in qualibet, poſt publicatam ſolenniter iuſſionem, vrbe deprehenſi aut aliquam celebrandæ ſuperſtitionis gratia ingreſſi domum probabuntur, & ipſi, ademtis bonis, VLTIMA ANIMADVERSIONE plectantur.* Nouum hic rurſus occurrit exemplum *pœnæ capitalis* in clericos certæ hæreſi

γ) a Theodoſio, certis ſectis vltimum ſupplicium minitante,

addictos, quamuis inde minime colligi queat, *de omni hæresi* vel omnibus sectæ prædictæ addictis vltimum sumtum supplicium. Simile supplicium statutum in eos, qui sanctum baptisma in eis iterabant, qui ad ecclesiam reuertebantur, quorum insignis in Africa secta erat ex CYPRIANI institutione emta & sedulo propagata, cuius ingens in ecclesia erat autoritas. Nihilominus tamen, quod ecclesia Romana eam doctrinam ex *traditione antiqua*, ad quam prouocabat STEPHANVS Episcopus Romanus, teste EVSEBIO *lib. VII. H. E. c. 2.* improbauerat, imperatores quoque legibus suis eidem dicam scripserunt, & quidem rursus sub *pœna capitali*, quæ ab HONORIO & THEODOSIO anno 413. dictata est, vt docet *l. 2. C. ne sanct. baptisma iteret.* nisi forsan lectio eiusdem deprauata fuerit, quod infra *§. 157.* examinabo.

Leges tamen hæ durissimæ magis terrendi causa latæ.

§. CL. Vidimus auspicia *sanguinarii iudicii* in hæretios quosdam, in *terrorem*, vt credere par est, instituti magis, quam vt iudices stricte leges has atrociores & ingenio mitissimo imperatorum minus conuenientes in vsum deducerent. Neque enim quodam exemplo constat, ante PRISCILLIANVM supplicium vltimum de vllo hæretico aut librorum hæreticorum occultatore sumtum fuisse. Feruor hæreticorum, qui doctrinas suas publice spargebant, & summa cum audacia orthodoxis contradicebant, tales acerbissimas leges imperatoribus extorsit, vt earum *terrore* ad minimum *publicam audaciam* compescerent, & motus ex doctrinarum discrepantia ortos sedarent, pacemque publicam admodum conquassatam restituerent. Non defuisset frequentissima occasio eas in vsum deducendi, si imperatorum intentio huc directa fuisset, vt *sanguinaria iudicia* contra *Eunomianos* & *Manichæos*, & Arii librorum occultatores exercerentur. Errantium in *fide* vbique insignis copia, a quibus vix impetrari potuit, vt libros sectæ suæ sponte ad concremandum obtulerint, & ab omnibus coitionibus abstinuerint, licet vltimum supplicium his minitatum fuerit, qui libros Arii aliorumque occultassent, ædesque suas ad coitiones sacras commodassent. Impune vero hinc inde hæreticos conuenisse, negari nequit, præsertim cum ipsa aula imperatorum huiusmodi sectis infectis referta esset. Sub imperio THEODOSII M. Ariani adhuc ingenti supererant numero, & liberius in vnum conuenientes de DEO deque eius substantia differebant, fideique fautores in aula habebant, testibus SOZOMENO *lib. VII. c. 6.* & SOCRATE *lib. V. c. 10.* Ipse imperator omnium religionum sectas vnire sedulo studuit, *formulasque fidei* vt sibi tradere-

Sinc intentione eas exequendi,

quod ex circumstantiis ostenditur

ren-

Digitized by Google

rentur imperauit præcipuis sectæ capitibus, quibus acceptis, imperator approbauit formulam fidei Nicænæ, ceterasque discerpsit, atque mox anno 383. contra recedentes ab hac formula leges tulit, nominatim *l. 11. & 12. C. Theod. de hæret.* His omnis coitio hæreticis seuerissime prohibita; creandorum sacerdotum ius ademtum: ædes, quibus conuenticula sua instituebant, fisco addictæ, magistratibusque locorum iniunctum sub grauissima pœna, ne coitiones hæreticorum tolerarent impune.

§. CLI. Hæ vero leges magis ad *terrorem* quam ad *vsum* latæ & testimonio fuerunt. Testis est SOZOMENVS *lib. VII. c. 12. in f.* ita differens: *Ceterum imperator lege lata præcepit, ne hæretici collectas agerent, neue de fide docerent, neue episcopos aut alios ordinarent: vtque alii quidem vrbibus & agris pellerentur: alii vero notarentur infamia, nec ius æquum ciuitatis cum reliquis ciuibus possiderent. Et graues quidem pœnas legibus suis adscripsit: haud quaquam tamen executioni mandauit. Neque enim punire subditos sed TERRERE tantummodo studebat: vt idem cum ipso de diuinitate sentirent. Nam & illos laudabat, qui sua sponte conuerterentur.* Mentem tum historici tum imperatoris optime & neruose designat FLESCHIERIVS dans *l'histoire de Theodose le grand lib. III. §. 26. p. 310. sq.* aitque: *Il falloit vne autorité comme de la sienne, pour reprimer cette secte si rebelle, si étenduë, & si impérieuse. Mais quelque vigueur qu' il eust, il conserua toujours beaucoup de bonté. Il epouvanta les heretiques sans les punir. Il les retint dans l' obeissance, sans exiger des conuersions forcées, & laissant a Dieu a toucher leurs cœurs par sa grace, il se contenta de les abbatre par le peu de cas, qu' il faisoit d' eux, ou de les attirer par les graces, qu' il fit a tous ceux, qui rentrerent dans communion; & n' en vint jamais aux menaces, qu' aprés avoir tenté les voyes de la douceur.* Hac prudentia temperarunt imperatores rigorem legum contra hæreticos latarum, vt magis *terrorem* incuterent, quam malo adficerent hæreticos, multo minus ergo *supplicium capitis* de quoquam sumtum. Orthodoxis, zelo rectæ fidei ad iniqua consilia tractis, hæc modestia vix probari poterat, vt obseruat FLESCHIERIVS *cit. l.* inquiens: *cette douceur fit souvent de la peine aux catholiques, qui PAR VN ZELE PRÆCIPITE vouloient toujours, qu' on exterminast leurs aduersaires*, quamuis tali zelo intempestiuo & religioni christianæ prorsus aduerso haud facile abrepti sint imperatores mitioris ingenii.

Sozomeni.

inprimis supplicium capitis executioni nunquam datum.

§. CLII.

Digitized by Google

Maximus imperator id primum exercuit,

§. CLIII. Tandem vero sub principe Tyranno, pestis illa, quæ exacto anno millesimo totum peragrauit infecitque orbem, infelici facinore prorupit, & *hæredicidiorum* vsum legitimauit. Spectaculum hoc nefandum editum est anno 387. iussu MAXIMI tyranni, quamuis alii ad annum præcedentem id referre soleant, teste SAMVELE BASNAGIO *in annal. ad ann. 386. §. 11.* Hic inuasor imperii, postquam intra Britannias sumserat imperium & oppidum Treuirorum victor ingressus fuerat, mox ab episcopo ITHACIO, infensissimo PRISCILLIANI hoste, accepit preces plenas in hunc ac socios eius *inuidiæ* atque *criminum.* His permotus imperator hæreticos deduci ad *synodum Burdegalensem* iussit; Priscillianus vero, ne ab episcopis audiretur, ad principem prouocauit. *Permissum id*, ait SVLPITIVS SEVERVS *lib. 2. historiæ sacræ c. 49. in f. nostrorum inconstantia, qui aut sententiam in refragantem ferre debuerant, aut si sibi ipsi suspecti habeantur, aliis episcopis audientiam reseruare, non causam imperatori de tam MANIFESTIS CRIMINIBVS referre.* Ast si tam *manifesta crimina*, vt SVLPITIVS censet, commisit cum sociis PRISCILLIANVS, quod vix credibile est, nulla ratio adfuisset, censendi episcopos, quod *criminum causam* ad principem detulerint. Enimuero de *hæresi* magis agebatur, quam de *veris criminibus*, quibus hostes PRISCILLIANVM quidem onerabant, sed forsan pro more plura in eius interitum disseminabant commenta, quæ omnem superant fidem. Omnes itaque, quos causa inuoluerat, ad regem deducti. Sicuti etiam accusatores IDACIVS & ITHACIVS episcopi: *quorum studium*, ait SVLPITIVS *cit. l. c. 50. in expugnandis hæreticis non reprehenderem, si non studio vincendi plusquam oportuit, errassent.* Quam audaci quoque ingenio Ithacius accusator præditus fuerit, colligi potest ex hoc SVLPITII iudicio: *certe Ithacium nihil pensi, nihil sancti habuisse, definio. Fuit enim audax, loquax, impudens, sumtuosus, ventri & gulæ plus impertiens. Hic stultitiæ eo processerat, vt omnes etiam sanctos viros, quibus aut studium lectionis inerat, aut propositum erat certare ieiuniis, tanquam Priscilliani socios aut discipulos in crimen arcesseret.* MARTINVS episcopus insolentiam & vindictæ studium hominis videns, *non desinebat increpare* ITHACIVM, *vt ab accusatione desisteret:* MAXIMVM *orare, vt sanguine infelicium abstineret: satis superque sufficere, vt episcopali sententia hæretici iudicati ecclesiis pellerentur: nouum esse & inauditum nefas, vt CAVSAM ECCLESIÆ iudex seculi iudicaret.* Nouerat MARTINVS, in *errore* & *dissensu circa fidem* publicum crimen nullum concurrere. Si præterea alia *crimina vera* commisissent, quæ ei

contra Priscillianum,

de hæresi magis quam de criminibus veris accusatum,

ab accusatoribus nequissimis,

Ithacio imprimis,

supplicium hoc auertere studuit Episcopus Martinus.

ITHA-

Digitized by Google

ITHACIVS imputaſſe videtur, non potuiſſet a S. MARTINO hoc negotium ad *eccleſiæ cauſas* referri. *Religionis, ſectæ*, & *fidei* tantum agebatur negotium, in quo *iudicium ſeculi* incompetens credebatur, *cognitioni epiſcopali* vnice aſſertum atque vindicatum, ſolaque *eiectione* ex priſca diſciplina caſtigandum. Nihilominus refert SVLPITIVS, PRISCILLIANVM *conuictum maleficii nec diffitentem, obſcœnis ſe ſtuduiſſe doctrinis, nocturnos etiam turpium feminarum egiſſe conuentus, nudumque orare ſolitum*, capitis fuiſſe damnatum. Tria ipſi crimini data ſunt, 1) quod *obſcœnis ſtuduerit doctrinis*; in quo vero hæ doctrinæ conſtiterint, non additur, quia *hæreſes* fuere, non *crimina*: 2) quod *nocturnos turpium feminarum egerit conuentus*, quod rurſus nimis generale eſt, nec, in quo *crimen* latuerit, & an *capitale* fuerit, indigitat: 3) quod *nudus orare ſolitus* fuerit, quod factum *impudicum*, capitale autem vel aliud *crimen publicum* non erat, adeoque quæuis imputata ad *hæreſin*, non proprie ad *crimina capitalia*, referri poterant.

quod cauſa religionis verteretur,

non criminum publicorum,

§. CLIII. Horrebant proinde epiſcopi integriores hoc *ſanguinis iudicium*, accuſatorumque nequitiam damnabant. Etenim 1) MARTINVS principem orabat, *vt ſanguine infelicium abſtineret*, adeo vt, quoad vsque Treuiris fuit, *dilata ſit cognitio, imo a* MAXIMO *elicuerit ſponſionem, nihil cruentum in reos conſtituendum. Sed poſtea imperator per Magnum & Rufum epiſcopos deprauatus, & a mitioribus conſiliis deflexus, cauſam Præfecto Evodio permiſit, viro acri & ſeuero*, vt ait SVLPITIVS *cit. l.* (II) AMBROSIVM reformidaſſe hoc *iudicium criminale*, ipſemet non obſcure innuit in *epiſt. 72.* Hic an. 387. miſſus a VALENTINIANO legatus ad Treuirorum vrbem venit, ab epiſcopis tamen, *qui aliquos deuios licet a fide ad necem petebant*, abſtinuit, vnde liquet, epiſcopos fuiſſe, qui Priſcillianum eiusque ſocios ad mortem petierant, ITHACIVM ſcilicet, IDACIVM, MAGNVM, RVFVM, ceteros. (II) Ipſe præterea gentilis Rhetor PACATVS *in paneg.*, quem, deuicto MAXIMO, ad THEODOSIVM M. habuit, & IO. SCHEFERVS commentario illuſtrauit, huius farinæ epiſcopos ſanguinarios & delatores atro carbone notauit, &, *fuit enim*, ait, *fuit & hoc delatorum genus, qui nominibus antiſtites, reuera autem ſatellites atque adeo CARNIFICES non contenti auitis euoluiſſe patrimoniis, calumniabantur in ſanguinem & vitas premebant reorum iam pauperum. Quin etiam cum in iudiciis capitalibus aſtitiſſent, cum gemitus & tormenta miſerorum auribus & luminibus hauſiſſent, cum lictorum arma, cum damnatorum frena tractaſſent, pollutas pœnali manus contactu ad ſacra referebant, & ceremonias, quas inceſtaue-*

Martinus improbauit hoc ſupplicium,

eum Ambroſio

& Pacato rhetore gentili.

Ithacii pudor ob condemnatum Priscillianum.

rant mentibus, etiam corporibus inquinabant. Hac de causa (IV) *Ithacius videns*, ait SVLPITIVS *lib. 2. c. 51. quam inuidiosum sibi apud episcopos foret, si accusato etiam postremis rerum capitalium iudiciis astitisset, (etenim iterari iudicium necesse erat) subtrahit se cognitioni frustra, callido iam scelere perfecto.* Tandem PRISCILLANVS capitis damnatus est vnaque cum eo *Felicissimus & Armonius, item Latronianus & Euchrocia.*

Noua persecutio sanguinaria in alios hæreticos Hispanos,

§. CLIV. Neque hic substitit furor horum episcoporum, sed latius euagatus est. Congregati erant episcopi apud Treuiros, edito hoc spectaculo, & imperatorem sollicitauerant, vt hæreticos in Hispaniis deprehensos occideret. *Et iam*, ait SVLPITIVS *in dial. 3. c. 11. pridie imperator EX EORVM SENTENTIA decreuerat, tribunos summa*

quam auertit Martinus.

potestate armatos ad Hispanias mittere, qui hæreticos inquirerent, deprehensis vitam & bona adimerent. Sed episcopo MARTINO aduentanti *illa præcipua cura, ne tribuni cum iure gladiorum ad Hispanias mitterentur; pia enim erat sollicitudo Martino, vt non solum Christianos, qui sub illa erant occasione vexandi, sed ipsos etiam hæreticos liberaret.* Hoc vt obtineret a MAXIMO, spopondit, se episcopis apud Treuiros congregatis communicaturum, a quibus ob cædem PRISCILLIANI & sociorum eius abstinuerat, atque ita tandem *hæreticidia* plura auertit.

Inde iudicia capitalia cessarunt,

§. CLV. Quod igitur AMBROSIO, MARTINO aliisque episcopis purioribus horrori fuisset, vltimum in hæreticos statuere supplicium, sine dubio effecit, vt in *morem* non abiret *vniuersalem*, interficere hæreticos, prout quidam hæreticorum mastyges optauerant. Reliquas tamen calamitates, persecutiones, pœnasque, hæreticis inflictas, suffragio suo probabant plerique patrum, a *mortis supplicio* tantum alieni, exceptis paucis, persecutiones quascunque damnantibus. His ipse AVGVSTINVS ab initio accensendus erat, sobrie existimans, supplicia nulla religioni statuenda esse. Verum contentiones, quas cum *Donatistis* longo tempore exercuit: adeo mentem eius obnubilarunt, vt *supplicia hæreticorum non-capitalia* non amplius reformidaret, sed laudaret, vt *tom. II. diss. prælim. §. 23.* iam obseruaui. Hac doctrina *leges pœnales* admodum promouit, a *sanguine hæreticorum* tamen abstinendum duxit, quod ex prisca christianorum disciplina patres *capitalibus supplicitis* vt plurimum dicam scriberent generaliter.

non aliæ persecutiones,

quas ab initio Augustinus improbabat,

sed paulo post mentem mutauit,

§. CLVI. Quidam magistratus plus iusto seueriores fuisse videntur in Donatistas, ei extrema quauis intentantes, quos a sanguinario proposito auertere studuit AVGVSTINVS. Hac de causa DVLCITIO

& magistratus tantum a sanguinario iudicio dehortatus est,

tem.

tom. II. epiſt. 204. edit. Pariſ. p. 765. anno 414. in hæc verba ſcripſit: *quod ibi dixiſti: noueritis, vos debitæ neci dandos, putauerunt, ſicut eorum reſcripta indicant, hoc te fuiſſe comminatum, quod tum illos apprehenſos fueras occiſurus, non intelligentes de illa nece, quam ipſi ſibi volunt ingerere, te locutum. Non enim tu in eos ius gladii vllis legibus accepiſti, aut imperialibus conſtitutis, quorum tibi iniuncta eſt executio, hoc præceptum eſt, vt necentur.* Deficiebant adhuc eo tempore tales leges duriſſimæ in Donatiſtas, quæ *ſupplicium capitis* de iis ſumendum eſſe decernerent. Ad MARCELLINVM *epiſt. 139. ibidem p. 419.* ſcribens pariter diſſuadet ſupplicium mortis: *pœna ſane illorum, quamuis de tantis ſceleribus confeſſorum, rogo te, vt præter ſupplicium mortis ſit, & propter conſcientiam noſtram & propter catholicam manſuetudinem commendandam.*

ob defectum legum,

§. CLVII. Idem in ſequentibus quoque vrget, ſimulque innuit, propter *hæreſin* non vnice, ſed primario ob *vim* peractam & *cædes*, quibus ſectam ſuam propugnabant Donatiſtæ, plurimos in ius vocatos fuiſſe, pro quibus nihilominus intercedendum eſſe credidit. Expreſſius id indicat *epiſt. 59.* ad *eundem* ſcribens, qua varia Donatiſtarum facinora commemorat, additque, inde ſibi maximam ſollicitudinem fuiſſe incuſſam, *ne forte Marcellinus cenſeat eos tanta legum ſeueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur.* Poſt pauca pergit: *imple, Chriſtiane iudex, pii patris officium, ſic ſuccenſe iniquitati, vt conſulere humanitati memineris. Nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinem, ſed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Rurſus non ſola *hæreſis* in reatu, ſed alii exceſſus, plectendi morte, commiſſi erant; quia vero *zelo religionis intempeſtiuo*, quia *intuitu & ratione eccleſiæ*; ſedulo præcauendum duxit, ne ſanguine nocentium facinora delerentur. Eandem cauſam in *epiſt. 134. ib. p. 379.* ad APRINGIVM agit, vnde liquet, Donatiſtas horrenda facinora in epiſcopos & presbyteros a ſe perpetrata confeſſos fuiſſe, *quod ſcilicet vnum eorum exceptum inſidiis trucidauerant, alterum e domo raptum oculo effoſſo digitoque amputato truncauerant.* Talia facinora non vnice cauſam *hæreſeos*, ſed *crimina* publica, morte expianda, continebant, quamuis nihilominus pro iis interceſſerit AVGVSTINVS apud Apringium, ne eorum ſanguis effunderetur. Denuo in *epiſt. 112. ib. p. 324.* proconſulem Africæ Donatum rogat, vt *hæreticos* ſeditioſos corrigat, non occidat. Addit: *ſi occidendos in his ſceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos, ne per operam noſtram ad veſtrum iudicium aliquid tale perueniat: quo comperto illi in noſtram*

quamuis Donatiſtæ etiam ob alia crimina delati,

pro quibus nihilominus interceſſit,

quod zelo religionis commiſſa.

Digitized by Google

perniciem licentiore audacia graſſabuntur, neceſſitate nobis impacta & indicta, vt etiam occidi ab eis eligamus, quam eos occidendos veſtris iudiciis ingeramus. Interim ſuadet, vt denuo leges in eos latas renouet, *cito interim*, ait, *per edictum excellentiæ tuæ nouerint hæretici Donatiſtæ, manere leges contra errorem ſuum latas, quas iam nihil valere arbitrantur, & iactant, ne vel ſic nobis parcere aliquatenus poſſint.* Ex his omnibus liquet, Donatiſtas per *vim* plura, & *turbas* hinc inde egiſſe, vt vel ex hoc capite coerceri potuiſſent. Nihilominus tamen omnes pœnas capitales in hæreticis improbat AVGVSTINVS, ne *hæreſis ſola* vel *cauſa fidei* in crimen capitale deducta videatur, quod nefas eſſe ducebat, cum epiſcopi etiam aliorum criminum ſupplicia capitalia pro viribus auertere deberent. Breuiter: perſecutiones Donatiſtarum ſecundum leges approbauit, imo commendauit; ſed a *pœna ſanguinis* abſtinendum duxit, quod eccleſiæ officium eſſet, exemplo ſaluatoris homines ſeruare, non perdere. Ergo exilia, proſcriptiones, & confiſcationes bonorum, hæreticis dicta impoſitaque, ſimul probauit, imo proconſulem incitauit, vt ſtrenue officium ſuum perageret, prout verba antecedentia produnt, quæ *executionem legum imperatoriarum* vrgent.

Ediƈta tamen contra Donatiſtas innouari ſuadet.

ergo alias pœnas probauit.

§. CLVIII. Quæ cum ita ſint, admodum probabile eſt, eo tempore *pœnam capitis* lege nulla Donatiſtis, ſeu *iterantibus baptiſma*, fuiſſe dictatam, quamuis id euincere conetur *l. 2. C. ne ſanct. bapt. iter.* vt iam §. *CXVIII. in f.* obſeruaui. Eſt hæc lex anno 413. lata & directa contra rebaptizantes & qui rebaptizantur. In *l. 6. C. Theod. ne ſanct. bapt. iter.* itidem hæc refertur ſanctio, ſed non facta mentione *pœnæ capitalis.* Aiunt HONORIVS & THEODOSIVS, huius facinoris reos *ſtatuti prioris ſupplicio percellendos* eſſe. Prouocant ad legem quandam anteriorem, anno 410. latam, vnde deſumtæ ſunt *l. 49. & 50. C. Theod. de hæret.* vt cenſet IAC. GOTHOFR. *in comm. ad cit. l. 6.* Non audet tamen aſſerere, ſupplicium *capitis* hac *lege anteriori* generatim Donatiſtis ſtatutum fuiſſe, id quod ſi verum fuiſſet, fugere non potuiſſet AVGVSTINVM, qui tamen adhuc anno 414. DVLCITIO tribuno in hæc verba ſcripſit: *Non enim tu in eos* (Donatiſtas) *iusgladii VLLIS LEGIBVS accepiſti, aut IMPERIALIBVS CONSTITVTIS, quorum tibi iniuncta eſt executio, hoc præceptum eſt, vt necentur*, prout iam §. *CLV.* adſtruxi. Magna cum fiducia prouocat ad *imperialia conſtituta*, quibus negat, *gladii pœnam* Donatiſtis fuiſſe dictatam, quem tamen facile DVLCITIVS erroris conuincere potuiſſet, ſi talis lex adfuiſſet. Obſeruaui quidem,

Nondum eo tempore pœna capitis Donatiſtis dictata,

vt docet l. 6. C. Theod ne ſanct. bapt.

& teſtimonium Auguſtini.

AVGVS-

Digitized by Google

AVGVSTINVM etiam proconſulem Africæ dehortatum fuiſſe, ne ſupplicium capitis, quod quibusdam imminere videbatur, de illis ſumeret; ſimul tamen monſtraui, ſermonem AVGVSTINO fuiſſe de his tantummodo, qui ex Donatiſtarum ſecta *vim publicam* aliaque facinora in orthodoxos commiſerant, *morte* alias vindicanda, vnde tamen minime colligi poteſt, Donatiſtis, qua talibus, hoc ſupplicium, *lege generali* fuiſſe dictatum. Contrarium tamen euincere videtur *l. 2. C. ne ſanct. bapt. iter.* quæ deſumta eſt ex *l. 6. C. Theod. eod. tit.* vbi dicitur: *ſi quis rebaptizare quempiam de miniſtris catholicæ ſectæ fuerit detectus, vna cum eo, qui piaculare crimen commiſit (ſi tamen criminis per ætatem capax ſit) & hic, cui perſuaſum ſit, VLTIMO SVPPLICIO percellatur.* Recte verba hæc poſteriora ſeſe habere, arbitratur IAC. GOTHOFREDVS *in not.* ad *l. 6. C. Theod. eod.* quæ tamen recedunt a verbis *cit. l. 6.* quæ tantum *ſtatuti prioris ſuppliciuu*, non *vltimum* memorant. Et quia compilatores *codicis repet. prælect.* verba: *ſtatuti prioris* omiſerunt, palam eſt atque indubium, legem ab iis mutilatam, & loco eorum, *vltimo*, ſurrogatum fuiſſe. Non ergo hoc ſupplicium æuo THEODOSII, ſed, me iudice, IVSTINIANI attribuendum, & quamuis rurſus minime inde euincatur, generatim pœnam *capitis* hæreticis impoſitam fuiſſe, ad minimum tamen hac ipſa *lege mutilata* & *immutata* factum, vt aditus ad *pœnas capitales* hæreticis infligendas augeretur, atque quotidie noua incrementa acciperet, Accedit his, quæ dicta ſunt, etiam hoc argumentum, quod anno 428. in *l. 5. C. de hæret.* præcipue hæreticorum ſectæ referantur, & inter eas etiam ſpeciatim *Priſcillianiſtæ* & *Donatiſtæ* memorentur, quibus tamen non vltimi ſupplicii pœna ſed alia duntaxat dictata eſt, ſolis Manichæis exceptis, vt hæc verba indicant: *Manichæis etiam de ciuitate pellendis & vltimo ſupplicio tradendis*, in quorum ſectas nonnullas iam antea, prout ſupra §. *CXLVIII.* dictum, ſpeciatim pœna capitis ſtatuta erat. Quid? quod nequidem hæc verba: *vltimo ſupplicio tradendis*, genuina ſint, vt integra conſtitutio, relata in *l. 65. C. Theod. de hæret.* declarat, in qua hæc deſunt, vt iudice GOTHOFREDO *in not. ad cit. l. 65.* ab imperito homine forſan adiecta ſint, præſertim cum *vltimi ſupplicii pœna* male cohæreat cum verbis præcedentibus. Si enim Manichæi *de ciuitate pellendi* ſunt, iuxta *cit. l. 65.* quomodo ſimul ſupplicium vltimum de iis ſumi poteſt? Quodſi ergo nequidem *anno 428.* vltimi ſupplicii pœna dictata generatim Manichæis, imo nec *Donatiſtis*, aſſeri nequit, iam anno 413. hanc pœnam illis impoſitam fuiſſe.

Interpolatio l. 2 C. ne ſanct. bapt. iter.

tempore Iuſtiniani, cui vltimum ſupplicium in Donatiſtas debetur.

Nouum argumentum ex l. 5. C. h. t.

quæ itidem correcta.

Ante annum milleſimum lex generalis de hæreticidio defuit.

§. CLIX. Defuit ergo *lex generalis* de *hæreticidio*, nec ante annum milleſimum audita. Poſt hæc tempora magna rerum facta eſt immutatio, atque ingens ad potentiam ſedis Romanæ acceſſit incrementum, vt grauis imperatoribus eſſe cœperit, quod nec diſſimulat BARONIVS *ad ann. 912. n. 5.* Quæ fuerit audacia & temeritas HILDEBRANDI ſeu GREGORII VII. anno 1073. electi, notiſſimum eſt, qui inter omnes imperium illud vaſtiſſimum, quod anteceſſores imperfectum reliquerant, exædificauit, & ſucceſſoribus ſemiram, qua in poſterum contra imperatores regesque eundum eſſet, reliquit, vt vel diplomata contra HENRICVM IV. docent apud DVMONTIVM *in corp. vniuerſ. diplomat. iuris gent. tom. I. p. 54. ſqq.* Non defuerunt, qui, pro tuendo Cæſaris iure, ſe his conatibus opponerent, paparum poteſtatem in dubium vocarent, & auſus nefandos in deponendis regibus impugnarent. His vero nota *hæreſeos* inurenda erat, atque hoc phantaſmate terror incutiendus, vt a propoſito deſiſterent. Præterea vero generatim in hæreticos, maxime ſedis papalis auctoritatem impugnantes, grauiores pœnæ, etiam *mortis*, conſtituendæ, in vſum deducendæ, atque nihil intermittendum, quod ad *nouum principatum illimitatum* firmandum facere credebatur. Principatus huius eminentiam, omnibus imperantibus ſeruile iugum imponentem, præcipue INNOCENTIVS III. *lib. XVI. epiſt. 131.* apud BALVZ. *tom. II. p. 810.* & DVMONTIVM *in corp. vniuerſ. diplom. iur. gent. tom. I. p. 149.* deſignauit his arrogantiſſimis verbis, ab apoſtolica humilitate admodum deuiantibus: *Rex Regum & dominus dominantium IESVS CHRISTVS, ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, ita regnum & ſacerdotium in eccleſia ſtabiliuit, vt ſacerdotium ſit regale, ſicut in epiſtola Petrus Moyſes in lege teſtantur, vnum præficiens vniuerſis, quem ſuum in terris vicarium ordinauit, vt ſicut ei flectitur omne genu cœleſtium, terreſtrium & etiam infernorum, ita illi omnes obediant & intendant, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Hunc itaque reges ſeculi propter Deum adeo venerantur, vt non reputent, ſe vite regnare, niſi ſtudeant, ei DEVOTE SERVIRE.* Inter hos, qui nouis his curiæ Romanæ principiis ſeſe opponebant, erant imprimis *Albigenſes*, ita dicti, quod in *ditione Albigenſi* magnopere doctrinam ſuam promouerent. Offendit admodum pontificem, quod *eccleſiam Romanam*, cuius centrum dicitur pontifex, *ſynagogam ſatanæ* & *baſilicam diaboli* appellarent, & ſe eius iugo ſubtraherent. Inde ſeculo XII. grauiſſima contra eos erupit perſecutio, admodum per DOMINICVM

quod a pluribus ſub Gregorio VII. impugnatum,

quibus hæreſis obiecta,

cum mortis ſupplicio,

imprimis Albigenſibus dicta.

circa

Digitized by G

circa finem huius seculi promota, & INNOCENTII III. sanctionibus plane insolitis roborata. Bellum contra eos decretum, supplicium vltimum de illis passim sumtum, & his sub persecutionibus demum effectum, vt lex generalis *de hæreticidio* conderetur,

§. CLX. Eam tulit FRIDERICVS II. prout supra §. *CXXV.* obseruaui, cuius *constitutione prima*, ad pontificis Romani præscriptum lata, hæc præmittit: *Commissi nobis cœlitus cura regiminis imperialis, cui dante domino præsidemus, fastigium dignitatis, MATERIALEM, quo diuisim a sacerdotio fungimur, GLADIVM aduersus hostes fidei & in exterminium hæreticæ prauitatis exigunt, vt vipereos perfidiæ filios, contra dominium & ecclesiam insultantes, tanquam materni vteri corrosores in iudicio & iustitia persequamur: maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam seductricem mundus inficitur & gregi fidelium per oues has morbidas grauior infligitur corruptela.* Qua de causa constituit, vt *debita animaduersione* (mortis) *puniantur;* si vero *territi metu mortis* redire voluerint ad vnitatem fidei, in *perpetuum carcerem* detrudantur. Vlterius magistratibus iiunctum, vt repertos in ciuitatibus hæreticos mox caperent, & captos *arctius* custodirent, *donec per censuram ecclesiasticam condemnatos, damnabili morte perimerent, qui fidei sacramenta & vitæ damnabant.* Pari pœna mortis teneri dicuntur defensores hæreticorum, vel relapsi, ceteri, quos idem facinus inquinauit. In *constitutione* altera, quæ incipit: *Inconsutilem,* pro legitimando hoc supplicio sanciuit, hæresin inter *crimina publica* numerandam esse. Addit: *imo crimine læsæ maiestatis nostræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maiestatis iniuriam noscitur attentatum, quamuis in iudicii potestate alter alterum non excellat. Nam sicuti perduellionis crimen personas admit damnatorum & bona damnat, post obitum memoriam defunctorum: sic in prædicto crimine, quo Patareni nouantur, per omnia volumus obseruari &c.* Genus mortis huc vsque non expresserat, quod in fine designat: *vt viui in conspectu hominum comburantur flammarum commissi iudicio, vt animarum incendia patiantur,* & infernum in hac vita adhuc subeant. Sine dubio enim hoc supplicium conueniens visum fuit clericis, vt gehennæ præludium in hac via sentirent, qui *iudicio clericorum* (quod *iudicium DEI* esse credulis inculcatur) ad gehennam post hanc vitam condemnati sunt.

Fridericus II. legem generalem de hæreticidio tulit,

& hæresin inter crimina publica retulit,

rogo coercendam.

§. CLXI. Hac *lege generali* id effectum est, vt hæresis, maxime quæ curiæ Romanæ imperio sacro bellum indicit, inter *crimina capitalia* relatum, & ab hoc tempore vltra modum in hæreticis *confiscatione bonorum*

Inde praxis generalis hæreticorum bona confi-

scandi eosque macłandi.

norum & ignis ſupplicio ſæuitum fuerit. Priorem pœnam etiam ius canonicum variis locis corroborauit in *c. 10. & c. 13. verſ. damnati X. h. t. c. 8. 14. & 19. h. t. in 6.* nec poſteriorem diſſimulat, quamuis alias a *pœnis ſanguinis* ſe alienum profiteatur. Grauitatem huius pœnæ hoc modo iuſtificat INNOCENTIVS III. in *c. 10. X. h. t. Cum enim ſecundum legitimas ſanctiones reis læſæ maieſtatis punitis capite bona confiſcentur eorum, filiis ſuis vita ſolummodo ex miſericordia conſeruata: quanto magis qui aberrantes in fide, domini Dei filium Ieſum offendunt, a capite noſtro, quod eſt Chriſtus, eccleſiaſtica debent diſtrictione præcidi & bonis temporalibus ſpoliari: cum longe ſit grauius æternam, quam temporalem lædere maieſtatem.* Non quidem directo *vltimum ſupplicium* hæreticis decernit, rationem tamen addit, ob quam per *leges ciuiles* decerni debeat, quod hoc crimen ſit grauius *perduellionis ſcelere*, vltimo ſupplicio eoque ſingulari plectendo. Hoc negotium ergo datum fuit FRIDERICO II., vt legibus ſuis pœnam *ignis* conſtitueret, non quod laicorum ſit de hoc crimine cognoſcere, quod mere eccleſiaſticum eſſe dicitur in *c. 18. h. t. in 6.* ſed quod poſt *cognitionem eccleſiaſticam*, ſine vlteriori hæſitatione & mora, ſupplicium ignis a magiſtratu ſeculari ſumendum ſit. Id indicat INNOCENTIVS III. in *c. 13. X. h. t. damnati vero præſentibus ſecularibus poteſtatibus aut eorum baiuiis relinquantur ANIMADVERSIONE DEBITA puniendi.* Quæ ſit *debita*, non additur, ſub qua tamen *capitalem* ſine dubio intelligit, *lege generali* FRIDERICI II. poſtea ſtatutam. Eandem laudat, approbat, & in vſum deducendam eſſe iubet BONIFACIVS VIII. in *c. 18. h. t. in 6.* hac comminatione adiecta, vt, *ſi executionem ſibi a diœceſano vel inquiſitoribus iniunctam PROMTE (prout ad ſuum ſpectat officium) facere ſeu adimplere detrectent* domini temporales, excommunicationis mucrone ſe percuſſos agnoſcant. Sunt erga nudi executores, & miniſtri tyrannidis clericalis & quidem *neceſſarii executores*, vt ne quidem hæretico damnato, poſtquam brachio ſeculari traditus eſt, gratiam facere, pœnamque a ſe ſtatutam immutare, mitigare aut remitere queant, certiſſimo argumento, magis *pœnam* hanc *capitalem* legibus *eccleſiaſticis* deberi quam *ſecularibus*, quibus tantum vſi ſunt, vt fucum facerent laicis, ſeſeque ab omni imputatione, quod *pœnas capitales* dicterent, ſanguinemque contra vſum priſtinum eccleſiæ effunderent, immunes præſtarent. Si enim hæc *pœna* eſſet mere *ſecularis*, quilibet imperans eandem ſub ſuo haberet arbitrio, eamque mitigare vel immutare poſſet, quod tamen ſub *excommunicatione* eſt prohibitum. *Nec inquiſitor*, ait LIMBORCH. *in hiſtor. inquiſ. lib. IV. c. 41. iudici laico pro-*

Quod crimen laſæmaieſtatis contineant.

Lege ciuili tamen pœna capitalis introduci debuit.

Condemnatis iudicio eccleſiaſtico mox infligenda a ſeculari magiſtratu, non remittenda,

ſine inſpectione actorum.

Digitized by Google

processum a se factum ostendere debet; sed magistratus secularis indilate & sine mora sententiam iudicis ecclesiastici debet executioni mandare, quod si id facere omittat, aut executionem præter morem solitum sine causa legitima differat, compelli potest ad exequendum ab inquisitore per censuram ecclesiasticam. Id aperte docet rescriptum ALEXANDRI IV. de *anno 1260. tom. I. bullar. magni const. 17. p. 14.* relatum, & denuo confirmat INNOCENTIVS VIII. *anno 1487. ibid const. 10. p. 453.* terminumque iudicibus secularibus statuit, vt *infra sex dies, postquam legitime fuerint requisiti, sine aliqua dictorum processuum per inquisitores agitatorum visione sententias latas contra huiusmodi hæreticos promte exequantur, appellatione remota.* Porro rursus nouo edicto LEO X. *anno 1521. in const. 43. ibid. p. 621.* contra Venetos, qui promte executionem facere nonnunquam detrectauerant, hoc renouauit. Ceterum *insolito* plane *ritu* fit executio apud Hispanos, præmissa *actione fidei*, quam vocant, cuius solennia tradit LIMBORCH. *cit. l. lib. IV. c. 41.* atque variis rerum argumentis illustrat. Relatiue de modo exequendi

§. CLXII. Hæc fuere fata animaduersionum in *hæreticos*, ad eum gradum tunc deductarum, postquam curiæ Romanæ *noua ratio status* contra eos, qui huius regni impugnabant fulcra, talem rigorem desiderare visa fuit, id quod potissimum INNOCENTII III. consiliis decretisque factum est. Ab initio tantum in *terrorem* pœnæ grauiores, sed non capitales statutæ: paulo post suggestionibus eorum, qui dominanti addicti erant religioni, in vsum deductæ, clericis potissimum in exilium missis: tandem *capitalis* accessit, *exemplo* curiæ Romanæ magis ab initio introductæ, quam *lege generali*, quæ demum a FRIDERICO II. lata. Post *reformationem* de *pœna capitalis* iustitia disputari cœpit, postquam LVTHERVS eam aperte impugnauit, aiens: *Hæretici non possunt cohiberi vlla vi externa: quare alia ratione cum eis agendum est quam gladii seueritate. DEI verbo hic res gerenda: quo si nihil proficies, frustra mundana vis adhibeatur, etiamsi omnia cruore impleas. Hæresis est quiddam spirituale, quod nullo ferro dissecari, nullo igne consumi, nulla mundana aqua elui aut submergi potest. Vno Dei verbo potest secari, exuri, & submergi, D. PAVLO testante, cum ait: arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia DEI ad munitionum demolitionem, quibus cogitationes deturbamus omnemque mentem ad obediendum Christo cogimus. Præterea nunquam est cum fidei tum hæreseos maior fortitudo, quam vbi citra verbum Dei agatur aduersus illas nuda violentia. Omnibus id clarum esse potest, istiusmodi vim non iustam* & satis variis pœnæ huius. Pœna capitalis post reformationem reprobata a Luthero,

tueri cauſam, ſed repugnare iuri & æquitati, cum ſine verbo feratur, ſeque non poſſit tueri, niſi mera tyrannide & feritate, beſtiarum more. Nam nec in mundanis cauſis reliquus ſit locus violento progreſſui, quamdiu iniuſtum ab iure victum fuerit. Quanto autem difficilius eſt, violenter agere verbo DEI, iureque remoto in illis tam arduis cauſis? Vide igitur, quam belle domini iſti prudentiam ſuam produnt? Hæreſin propulſare volunt, nec tamen quicquam tentant, quam vt aduerſarios corroborent, ſe ſuſpectos reddant, illos vero iuſtificent. Quod ſi hæreſin cupis abigere, oportet te eo ſtratagemate eſſe inſtructum, vt primum omnium eam e corde diuellas & redditis cauſis voluntariam amoliaris: violentia vero tantum abeſt vt propulſes, vt etiam magis corrobores. Quid ergo prodeſt. ſi hæreſin in corde confirmes intus, in lingua vero ſolum debilites & ad mentiendum cogas &c. Hoc cum BRENTII, ERASMI aliorumque teſtimoniis anno 1554. collegit & coniunctim edidit AVTOR *tr. de hæret. an ſint perſequendi & omnino quomodo ſit cum eis agendum p. 40. ſq.* BRENTIVS pariter *cit. tr. p. 54.* apprime ait: *ſi hæretici violentia eſſent exterminandi, aut poſſint vi profligi, quorſum opus eſſet, ſacris literis nauare operam, cum hac in re conſtaret, carnificem doctorem eſſe omnium literatiſſimum?* Quæ fuerit BEZAE & CALVINI de *hæreticidio* ſententia, plusquam notum eſt, qua quidem nihil efficere potuerunt inter proteſtantes; id tamen mali ex hac profana doctrina rei chriſtianæ datum, vt quoties contra curiæ Romanæ doctrinam noſtrates ſcribunt, mox eius patroni ad hos duos autores prouocare ſoleant, obſeruante BAYLIO *in diction. crit. & hiſtor. ſub art.* BEZE *p. 543.* quaſi hi legislatores inter proteſtantes eſſent, quos tamen æque, vt Hiſpanicæ inquiſitionis fautores, reiicimus. Interim iure ſuo proteſtantes etiam retorquere, & his doctrinæ noſtræ cenſoribus opponere poſſunt EDMVNDVM RICHERIVM, ſcriptorem Romanæ eccleſiæ addictum, qui de barbarie contra Huſſitas *lib. III. hiſtor. concil. general. p 372.* noſtræ ſententiæ accedit, & ita curiæ Romanæ duritiem redarguit: *cum curiæ Romanæ potius propoſitum eſſet, Bohemos ferro exſcindere, quam via concilii generalis LIBERI erudire, hoc enim acta declarant, Dei prouidentia hac clade oſtendere voluit, officium eſſe ſacerdotum & prælatorum, potius armis ſpiritualibus & conciliis, quam ſapientia mundana & gladio materiali dare operam ad mactandos hæreticos.* Hunc in finem adducit locum apoſtoli *2 Cor. X.* antea ab ipſo LVTHERO quoque in hoc argumento prolatum pergitque: *quandoquidem armis corpora trucidantur, intellectus autem minime captiuatur in obſequium CHRISTI.* Quamuis vero exemplo

LV-

Digitized by Google

LVTHERI, plerique proteſtantes contra *ſupplicia capitalia* declamitent, faciliores tamen in aliis pœnis inprimis *eiectionis* admittendis ſunt, prout iam ſupra §. *128. ſqq. p. 962. ſqq.* innui. Hoc ipſo vero fit, vt hæreſin a claſſe *criminum publicorum* non cenſeant alienam, quod inprimis autoritate CARPZOVII *in pr. crim. P. 1. q. 44.* confirmari ſolet, modo cogitemus, hunc eo vixiſſe & ſcripſiſſe tempore, quo *iure canonico* adhuc & *præiudiciis inueteratis* plus iuſto tribuebatur. Quamuis nec omnes recentiores ICti rectiora & ſaniora principia, antiquis præiudiciis innutriti & obdurati, eligere & ſubſternere ſoleant.

non capitalis a proteſtantibus approbata,

§. CLXIII. Equidem CARPZOVII doctrinam male cohærere, facile prudentiores ſentiunt atque animaduertunt. Aſſerit (1) crimen *hæreſeos* eſſe *grauiſſimum* atque *atrociſſimum*, quod mirum in modum exaggerat, ex *iuris pontificii* penu. Si dixiſſet, *peccatum grauiſſimum* in *hæreſi* deprehendi, non peccaſſet; dum vero *peccatum* & *atrociſſimum crimen publicum* in ea quærit, ſupplicium capitale hæreticorum improbare non potuit. Et tamen (2) hoc damnat: hoc nomine Romanæ eccleſiæ ſodales notat, quod *vbera Anti-Chriſti ſugant*, quæ ſimul non poſſunt conſiſtere. De illis enim criminibus *ſupplicia capitalia* ſumuntur, quæ *atrociſſima* ſunt. Aut ergo non erit *crimen atrociſſimum publicum*, aut *pœna capitali* recte ſubduntur hæretici. His non obſtantibus (3) hanc eſſe *euangelicorum ORTHODOXORVM* ſententiam *cit. l. n. 30.* cenſet, videlicet *hæreticos prius placide admonendos eſſe, quodſi non reſipuerint, vitandos & excommunicandos, ne bonos inficiant, ſed verecundiæ pudore ſuffuſi reſipiſcant, & ad cetera membra, quibus abſciſſi erant, applicentur. Quodſi adhuc dogmata ſua pertinaciter retineant, aliosque doceant, EXILIO plectendos, nequaquam vero vltimo ſupplicio afficiendos eſſe.* Sicuti vero de *pœnis* ſtatuere non eſt Theologorum, ſed ICtorum; ita fruſtra & inepte prouocat ad *euangelicos orthodoxos*, quaſi etiam in iuris doctrinis dentur *hæretici* ſeu *heterodoxi*, quæ non ſunt *fidei articuli*, & ita iurare in verba magiſtri hic non eſt neceſſe. Deinde excommunicatio poteſt quidem applicari ad eos, qui adhuc membra eccleſiæ noſtræ ſunt, in errores tamen grauiſſimos inciderunt: quomodo vero *eiectio* hæc applicari poteſt ad hæreticos, qui nunquam in gremio noſtræ eccleſiæ fuerunt, nec eidem ſe inſeri deſiderarunt? Fruſtra eiicitur ex ſocietate, qui nunquam ſocius fuit, nec eſſe cupit, vt ſuo loco declarabitur. Denique dum tandem *exilium* probat, etiam *pœnam capitalem* quodammodo probat, quia hæc *morti* æquiparatur. Sed audiamus (4) rationes, quæ *pœnam mortis* exclu-

doctrina Carpzouii male cohærens, quod hæreſis ſit crimen atrociſſimum & tamen pœna capitalis iniuſta, exilii tantum permittenda, epicriſis.

Rationes

Digitized by Google

omnem pœnam damnant.

dunt, allatas *cit. l. n. 32.* (1) quod LVTHERVS ipſemet doceat, man ſoll ja einen ieden glauben laſſen, was er wolle; glaube er unrecht, ſo hat er gnug Strafe am ewigen Feuer in der Hölle, warum will man ſie denn zeitlich martern, ſo ferne ſie am Glauben irren? (2) quod iuxta LACTANTIVM nihil tam voluntarium ſit quam religio, omnis coactionis expers: (3) quod violentis remediis magis abalienentur ab illa religione, ad quam coguntur: (4) quod intellectus cogi non poſſit: (5) quod ſcripturæ S. hæc ſententia conueniat *Matth. XIII, 28. 1 Cor. XI, 17. Gal. V, 9. 1 Tim. VI, 3. ſq. 2 Tim. II, 2. 2 Petr. II, 1.* Hæ vero rationes ſi *veræ* ſunt, quod omnino ſupponere debuit, omnis hæreticorum pœna, *exilii* inprimis, improbari debet, quia pœna ſine *coactione* concipi nequit, atque ita hiſce rationibus in propria læuiit viſcera.

Dn. Wernher recte in hæreſi deſiderat corpus delicti,

§. CLXIV. Audiamus recentioris ICti illuſtr. de WERNHERI ſententiam *tom. IV. obſerv. n. 4. p. 59. ſq.* qui hos nævos in CARRZOVIO quidem ſedulo obſeruauit, ſed puriora principia haud ſubſtituit. Recte præmittit, in omni pœna dictanda ante omnia de *corpore delicti* conſtare debere, adeoque idem quoque in hæreſi, ſi pœnis ſubiicienda, quærendum: errorem in articulis fidei *corpus delicti* non conſtituere, quod error ſit in *intellectu*, non in *voluntate*; actus autem *intellectus* obiectum legum non conſtituant, neminique imperari queat, vt alium de re conceptum ſibi formet, quam prout ſeſe animo eius offert. Corpus delicti in *voluntatis malitia* vnice quærendum eſſe, ſine qua nullum verum crimen concipi poſſe, itidem recte ſtatuit. Inde vero concludit: *Sic ergo vbi hæreticus ſeditioſe agit, aut hæreſin cum maledictis & blaſphemiis coniungit, pœnis etiam capitalibus recte ſubiicietur, quas tamen non vt hæreticus, quatenus intellectu errat, ſed vt quiuis alius ciuis ſeditioſus ſuſtinebit.* Ita vero (1) admittit, hæreſin, qua talem, non eſſe crimen, quod in ea deficiat omne *corpus delicti*, adeoque qua talem nulla adfici poſſe pœna; ſi aliud crimen adiunctum habet, id puniendum ſine reſpectu ad *hæreſin* concurrentem habito, quippe quod eadem puniendum pœna, ſi vel *orthodoxiſſimus theologus* id commiſiſſet. (2) Latet anguis vtplurimum in herba, quando *ſeditionem* vel *blaſphemiam* hæreſi adiungunt, vt hæreticos inquiſitioni ſub *hoc colore* ſubiicere poſſint. Imo inconueniens eſt aliud crimen ei adiungere, quod nihil cum *hæreſi* commune habet. Irriſione dignus foret, qui aſſereret, hæreſin non eſſe plectendam, niſi cum *adulterio* eſſet coniuncta. (3) Aiunt quidem, ideo *ſeditionem* iungi *hæreſi*, quod ad eam procliuis eſſe ſoleat, exemplo *Anabaptiſtarum* in Germania, qui

corpus delicti tamen quærit 1) in ſeditione hæreticorum,

& ita ſub hoc prætextu hæreticos inquiſitioni ſubiicit.

qui ea de causa in *Recess. imp.* vocantur die aufrührische Secte der Wiedertäufer, & *Donatistarum*, vt supra recensui. Enimuero *Anabaptistarum* sectæ *per se* seditionem non cohærere, egregie obseruauit B. BVDDEVS *de concord. relig. christ. statusque ciuil.* *Per accidens* ei tantum accessit, adeoque ob hanc turpissimam *seditionem* vltimo supplicio merito adfecti sunt, quo etiam adficiendi fuissent, si *orthodoxi* mansissent. De Donatistis idem asserendum, si credimus AVGVSTINO aliisque scriptoribus, qui a partibus orthodoxorum steterunt. Enimuero α) rursus cogitandum est, quibusdam tantum crimen *vis publicæ* imputatum fuisse: β) si scriptores ecclesiastici fideliter omnes circumstantias, affectibus omnibus postpositis, retulissent, in *othodoxos* tanquam *autores rixæ* non raro crimen retorqueri potuisset, Donatistis iustæ defensionis limites obseruantibus. Verum ne his apologiam scribere videar, (4) addo, vtplurimum hæreticorum mastyges turbas dare, plebemque ad mala hæreticis inferenda incitare solitos, contra quæ si se defendunt dissentientes, si se *furori orthodoxorum* submittere nolunt, hi *seditionis* & *turbarum* crimen iis imputant, cuius fabricatores & autores fuerunt ipsi *hæretifices*, vti in *membro vltimo* demonstrabitur. Machiauellistarum plena sunt omnia. Calumnia hæc vulgata & decantata est, vt nihil facilius sit, quam sub prætextu *seditionis & turbarum* hæreticum vel errantem, imo veritatem etiam propugnantem, quæ odium parit, grauiter punire. Iam suo tempore id obseruauit IO. LASSENIVS *in arcan. Atheist. polit.*, & sub *N. X.* sequens axioma Machiauellistis his ecclesiasticis tradit: *PRO VERITATE DICENTEM EIICITO, EX CAPITE SEDITIONIS.* Illustrat hoc axioma sequenti exegesi: Solte sich etwa ein Naseweiser finden, der den heutigen Estat, auf vorgegebene Reguln eingerichtet, nicht gut heissen wolte, sondern eines und das andere in contrarium herschwatzete, es sey nun aus der Schrift, oder aus andern unläugbaren circumstantiis, æquitate rationi und dergleichen, ja das an ihm selbst wahr und richtig, so muß dennoch ein Statist darauf bedacht seyn, wie er ein solches subiectum aus dem Wege räume. Denn solche Leute, die von der Wahrheit und Gerechtigkeit schwatzen wollen, dienen hieher nicht, sie möchten den Estat übern hauffen werfen. Denn durch die Wahrheit gar leicht die dem gemeinen Mann aufgesetzte Brillen könten abgenommen, und die bis dahero blind gewesen, sehend gemacht werden, zum Schaden und äusserstem Ruin des gantzen statistischen

cum tamen hæretifices autores turbarum sint vtplurimum,

& seditionis imputatio ad Machiauelli artes referri debeat.

Testimonio Lassenii;

Digitized by G

Weſens. Abſonderlich ſo iemand ſich unterſtehet von der Statiſten Leben und Wandel ſelber zu urtheilen, da muß man an keinem Waſſer es fehlen laſſen, ſolches Feuer, ſo bald es nur anfängt zu glimmen, auszulöſchen, damit es nicht weiter um ſich freſſe. Das erſte Mittel, das hier zu finden, iſt dieſes: man ſage, der Kerl richte loſe Händel an; er ſuchet Tumult und Aufruhr unter dem Volck anzurichten, dieſes und jenes zu immutiren, und den bis anhero ruhigen Stand der Republic in einen unruhigen zu verſetzen; es gebühret ſich nicht, etwas von den Väter-Geſetzen zu verändern; dieſes hat einen guten applauſum alſobald bey iederman, und wird alsdenn nicht fehlen, ein ſolcher Warheits-Narr wird bald zur Stadt hinaus gejaget werden. Denn ſolche Kerl hierin nicht dienen; er wird hernach lange warten müſſen, ehe er Beförderung haben wird; dann wer heutiges Tages promotion ſuchet, muß keine Wahrheit hegen, dann mit dieſer wird er nirgends Herberge haben. Dieſen Fund practicirte der Goldſchmid Demetrius auch wider Paulum Act. XIX. Denn da Paulus anfing zu ſchwatzen, daß der Dianæ Tempel ein heydniſch Werck wäre, fürchtete alſobald Demetrius, daß hiedurch ſein Handwerck gewiß fallen würde, rief alſobald alle vom Handwerck zuſammen, proponirte den caſum ſolenniter, und brachte es bald ſo weit, daß Paulus fort muſte. Alſo muß ein Statiſte auch vigiliren, daß ihm niemand etwas einrede, wo er ein commodum von zu haben weiß; darum weg mit ſolchen Leuten, die die Wahrheit ſagen, nur immer hinaus zur Stadt, die Schand-Glocke hinter her, damit iederman ſehe, daß er ein Aufrührer geweſen; es ſey recht oder unrecht, was will er machen, maiora vota prævalent. Ein todter Hund beiſſet nicht mehr, und andere werden ſich hinführo an ſeinem Exempel ſpiegeln, das Maul zu halten.

2) in blasphemia,

§. CLXV. Eadem luditur fabula in altera *limitatione*, quæ ad *blasphemiam* vel ad minimum eius *prætextum* traditur. Etiam hæc antiqua eſt calumnia, hæreſi cuicunque vel etiam ipſi *veritati* impugnatæ *blasphemiam* tribuere, quod vel exemplo CHRISTI & *Apoſtolorum* conſtat, quibus *blasphemiæ* crimen audacia nefanda ingeſtum eſt. Hæretifices omnibus ſeculis hoc vſi artificio, vt quos oppimere, quos perdere deſtinaſſent, hos potiſſimum ſuſpicione huius criminis onerarent. Non abſtinuere eccleſiæ Romanæ aſſeclæ ab hac imputatione erga proteſtantes, nec hi erga illos; imo quibusuis fere ſeculis hoc vitium

qua imputatione vtuntur hæretifices

tium commune fuit, a se dissentientes in crimen *blasphemiæ* trahere, vt doctrinam impugnatam publico exponerent odio. *Ariani* & *Vnitarii* inprimis *blasphemiæ* crimine insimulantur, quod iniurioſi sint in ipsum CHRISTI diuinitatem, nec negari potest in sensu scripturæ S. & sic *theologico* huic doctrinæ *blasphemiam* adesse. De eo vero hic non est quæstio. De *hæresi* agitur, quæ *blasphemiam*, h. e. *crimen publicum* annexum habet. Hoc vero in *sensu forensi* & *iuridico* concipi nequit sine *dolo malo*, & *praua intentione delinquendi*. Ergo blasphemia non aliter in *crimen publicum* trahitur, quam concurrente *dolo malo*. Qui ex *formula fidei*, cui addictus est, aliquid asserit, quod aliis *blasphemum* videtur, errat quidem vel *errare* potest; *dolo* vero *malo* caret, nec *praua voluntate* intendit, CHRISTO aut Deo maledicere, sed dissentientes errare credit. Ita ergo hæresis facile ad *blasphemiam* detorqueri potest, quamuis ne sic quidem *crimen publicum* constituat, cum etiam talis hæresis sola intellectus aberratione constet. PEVCERVM, carceribus ex causa *hæreseos* inclusum, more consueto imputatione *blasphemiæ* oneratum fuisse, negari nequit. Docent id *annales* a B THOMASIO editi, & *testamento* MELCHIORIS AB OSSEN ab eodem illustrato adiecti, quibus inseruit colloquium inter CASPARVM PEVCERVM, & D. IACOBVM ANDREAE ac SELNECCERVM habitum circa *ann. 1576. 15t.* Mox in ingressu colloquii ei *blasphemiæ* reatum ille ingerit, aiens damit ich euch aber nicht länger aufhalte, so liegen euch über andern Sünden vornemlich zwo auf eurem Gewissen. Die erste ist plasphemia, die Gotteslästerung, daß ihr unserm HErrn Christo nach seiner Menschheit die Allmächtigkeit entziehet und absprechet &c. PEVCERVS, indignatione ob hanc immaturam accusationem commotus, mox respondit: *Ego non sum blasphemus*, denn ich glaube und halte von der Person und beyden Naturen in Christe, wie die prophetische und apostolische Schriften, die Heil. Symbola, und die gantze alte Kirche, derselben Väter und Lehrer, ie und alle Wege, besondern aber die Väter des Chalcedonischen und Ephesinischen Concilii, davon geglaubet, gelehret und gehalten haben. Darum wollet ihr mich zufrieden lassen mit der Gotteslästerung; denn ich bin kein blasphemus. Sed hac protestatione non obstante, D. ANDREAE in sua persistit sententia: Herr Doctor, ich wills euch weisen, daß ihrs greiffen sollt. Respondet PEVCERVS: Last mich zufrieden mit der Gotteslästerung; denn ich bin nicht blasphemus. Enimuero omnia consilia & conatus SELNECCERI & ANDREAE huc directa erant, vt *blasphemiæ* rea-

in sensu perverso.

vt inquisitio contra Peucerum mota docet.

reatum ei imputarent, & ita monſtrarent, eum iuſte carceribus incluſum, in inquiſitionem raptum, & de *corpore delicti* aut conuictum aut confeſſum, ceu integra colloquii ſeries plenius oſtendit, in quo ſpecimen notabile *artis hæreticificalis*, vt ita loquar, editum eſt. Quæ cum ita ſint, cauendum ICtis omnino eſt, ne ſub hac limitatione hæreſes quascunque ad *crimina publica*, prout facile fieri poteſt, ſi hæreticifices dominentur, trahantur, & negando, hæreſin eſſe crimen, anſam hæreticorum flagellatoribus præbeamus, hæreſin quamcunque ex imputata *blasphemia* in crimen trahendi.

3) ex diſſeminatione doctrinæ publicæ.

§. CLXVI. Verum aliunde quoque corpus delicti trahit ill. Dn. de WERNHERVS aitque: *Si hæretico a magiſtratu interdictum ſit, doctrinam falſam diſſeminare & ſpargere, is vero, inhibitione non attenta, alios ſeducere & corrumpere pergat, is propter obſequium, magiſtratui denegatum, vt quisque alius ciuis inobediens punietur, vbi corpus delicti facile per teſtes inueſtigari poteſt.* Hic *corpus delicti* in eodem reatu quæritur, quem ſynedrium Hieroſolymitanum apoſtolis imputabat *Act. V, 28.* Quid vero, ſi diſſentientes, quos *hæreticos* prædominantes appellant, cum Apoſtolis reſpondeant: *DEO magis obediendum quam hominibus*, veritatis curſum impediri non poſſe, certa? Quiuis enim, qui ab aliorum formulis fidei recedit, ſe *veritatem* propugnare, alios vero *errare* credit, adeoque ſe obſtrictum eſſe iudicat, vt *veritatis* patrocinium ſtrenue ſuſcipiat. Interim non nego *abſolute*, poſſe *dorinam publicam* in cathedra *ſacra* & *academica* huiusmodi errantibus prohiberi, quam ſi diſſeminare non intermittunt, id vnice, quod extremum eſt, tantum imperanti permiſſum eſſe arbitror, vt *honeſta emigratio* eis iniungatur, ad quam tamen ex rationibus infra adducendis non ſine grauiſſima cauſa, non vero ad ſolam clericorum inſtantiam, deueniendum. Demque addit, poſſe hæreticis iniungi, *vt ſacris orthodoxis interſint*, alioquin ob *contumaciam* puniendos. Sed hanc methodum conuertendi hæreticos, qua vſi magnopere ſunt Romanæ eccleſiæ addicti in Gallia, principiis mox tradendis aduerſari, nec inter Auguſtanæ confeſſionis conſortes recipiendam eſſe, firmiter credo, adeoque hic rurſus deficit *corpus delicti*. Quemadmodum itaque ex natura *hæreſeos* iam demonſtratum eſt, *crimen publicum* aut *ciuile* in *hæreſi, qua tali*, haud latitare, ita longe diuerſa ſententia in quæſtione: *an hæretici puniendi ſint?* eſt amplectenda, quod quousque *legibus fundamentalibus Germaniæ* conueniat, ex ratione *tolerantiæ religioſæ*, publica autoritate munitæ, addiſcen-

4) ex contumacia; quod nolit intereſſe ſacris orthodoxorum.

Digitized by Google

ſcendum, ſimulque inde, quis pro *hæretico* hodie in *ſenſu ciuili* habendus ſit, iudicandum eſt.

(VI.)
De hæreſi & orthodoxia in ſenſu ciuili & tolerantia religioſa.

§. CLXVII. Videlicet ediſſerui huc vsque ex mente *iuris canonici*, eiusque duritiem viuis coloribus depinxi. Obſeruaui, Romanam eccleſiam vnice *orthodoxiam* præ ſe ferre atque ambire, quod per plura ſecula *dominans religio* fuerit, *hæreſin* autem in diſſenſu ab eius principiis fuiſſe poſitam, prout etiam in more olim illi religioni fuit, quæ *domi-*

Romana eccleſia ſibi orthodoxiam vnica tribuit,

natum habuit. His ſub principiis catholici contra proteſtantes magno animi feruore diſputabant, ſe *orthodoxos*, illos vero *hæreticos* ex *iuris canonici* tramite dicentes. Hi eodem iure contra eos vtebantur, & ſic nil niſi imputationes *hæreſium* per diuturnum temporis tractum auditæ. Interim in eo diſcedebant proteſtantes a catholicis, quod *tolerantiam religioſam* ſuo modo defenderent, atque, vt ſibi præſtaretur, contenderent, quod tandem poſt grauiſſima bella factum, cum ſummo curiæ Romanæ nimis addictorum mœrore. Quia vero prima huius *tolerantiæ* ſeu *pacis religioſæ* fundamenta ſatis lubrica erant, ad plura certamina anſam præbuerunt, tandemque bellum illud tricennale, ob motus Bohemicos inchoatum, ſimul produxerunt. Hoc demum plenius proſpexit *tolerantiæ religioſæ*, transactione Osnabrugenſi determinatæ, vnde hodie in Germania vnice *hæreſis* & *orthodoxia* in *ſenſu ciuili* æſtimari debet, poſtpoſitis atque repudiatis *iuris canonici* doctrinis, quibus dicam ſcripſerunt tranſigentes hac in materia. Inde vero palam eſt, *hæreſin* aliter ſumi in *ſenſu theologico*: aliter in ſenſu *iuris canonici*, quem in antecedentibus explicui: aliter in *ſenſu ciuili*, quem nunc excutiam, tum ex *inſtrumento pacis* & *pace religioſa*, tum etiam ex præſenti vſu imperii.

hæreſin vero proteſtantibus,

donec pax religionis introducta.

Inde hæreſis in ſenſu ciuili aliam definitionem accepit,

§. CLXVIII. Plenius hoc de argumento iam anno MDCCXXVI ediſſerui in *diſputat.*, me præſide, habita de *tolerantiæ religioſæ effectibus ciuilibus*, in qua non de *tolerantiæ* huius principiis ex doctrina chriſtianæ religionis petendis *primario* ſollicitus fui, ſed qui ſint *effectus ciuiles* in Germania trium publice probatarum religionum, & harum *tolerantiæ* mutuæ, demonſtraui, h. e. non de *tolerantia* in genere & abſtrahendo ab omnibus legibus, ſed ſpeciatim de *effformata* per leges

vt peculiari diſſertatione oſtenſum,

Digitized by Google

fundamentales *tolerantia religiosa* in imperio noſtro Romano-Germanico ediſſerui, vtut *incidenter* etiam de *tolerantia diuersarum religionum* ex doctrina CHRISTI quædam adiecerim. Aduersarium quenam, qui nomen profiteri aulus non fuit, nacta est hæc dissertatio, qui tractatum perutilem *anno 1728.* edidit von der Rechtmäßigkeit, Nothwendigkeit und Nutzbarkeit der Toleranz, in quo nonnulla, quæ desiderari adhuc in hac doctrina censuit, modeste quidem monuit, sed mentem meam non satis percepisse videtur, quamuis hoc ipsum in fine non dissimulet. Speciminis loco tantum quædam præmittam, quæ *studium contradicendi* Autoris prodere queunt. Egi *cap. 1. de natura, speciebus & fatis tolerantiæ IN GENERE:* non *speciatim* de *tolerantia religiosa*, quo non obstante, Autor contra bonam fidem quæuis tradita ad hanc applicat & detorquet. Etenim (1) dixi *§. 1. leges pacis & amoris exigere, vt alter alterum patienter ferat, vt toleret eius vitia, mores & imbecillitates, & denique ne quis alterum cogat, vt ad suos mores suaque instituta se præcise accommodet, vitiaque, quibus laborat, deponat.* Ad hoc illustrandum hæc *in genere* adieci: *Quid? quod ipse CHRISTVS Matth. XIII, 28. 29. PROHIBET, ne eradicentur zizania, sed potius PRAECIPIT, vt sinamus crescere eadem vsque ad messem, ne scilicet colligentes zizania simul euellamus triticum, hac parabola indicans, nec in hominum viribus, nec semper consultum esse, quæuis hominum vitia & quoscunque næuos erroresque, qui præcaueri difficulter possunt, eradicare, sed potius nobis INCVMBERE, vt mores, errores & instituta, imo & imbecillitatem aliorum æquo animo feramus, quatenus pacem reipublicæ non turbant, Deoque soli relinquamus tam bonorum quam improborum iudicium, qui in consummatione seculi segregabit malos e medio iustorum.*

& tolerantiæ fundamenta generatim adduxi.

§. CLXIX. Palam est, (1) me hic edisseruisse de *tolerantia in genere*, non *religionum* in specie. Plures vtique *mores, vitia, næui*, quibus etiam studium intempestiuum contradicendi annumerandum est, imo & *imbecillitates* tolerari debent, quæ per leges corrigi nequeunt, vt verba initialia ab AVTORE temere omissa indicant. (2) De *obligatione singulorum* in genere egi, & sic tam *publicam*, *imperanti propriam*, quam *priuatam* tetigi, quod verba vltima indicant: *quatenus pacem reipubl. non turbant*, quæ rursus AVTOR contra *bonam fidem* omisit, & tamen audacter asseruit, me *publicam* haud indicasse; quid? quod *in præfatione dissertationis* tantum generatim hoc argumentum excusserim, quod postea, vbi naturam *tolerantiæ* explico, complete magis

Tolerantia etiam ad næuos humani generis se extendit, tam publica quam priuata.

Digitized by Google

gis traditur. (3) Diſerte aſſerui: CHRISTVM *præcepiſſe & prohibuiſſe*, item nobis ex hoc præcepto & prohibitione *incumbere*, vt *præceptum* & *prohibitionem* eius ſequamur. quo ipſo, ni fallor, ſatis indicaui, non nudum *conſilium*, quod AVTOR ex his verbis exſculpere voluit, ſed *præceptum & prohibitionem* & reſpectu noſtrum *abſolutam obligationem*, hac CHRISTI doctrina contineri. (4) Adieci hanc duplicem rationem, quarum prima eſt, quod talia eradicare *non ſit in hominum viribus* poſitum; altera vero, quod *non ſemper* conſultum ſit, quæuis hominum vitia &c. *eradicare*, id quod de *legibus*, quarum eſt *eradicare*, intelligendum indubie. Vtraque diſplicet cenſori, quod ratione primae nulla doctrina opus ſit in *rebus ſupra vires noſtras poſitis*, ſed potius ideo CHRISTVS hoc prohibuerit, quod homines credant, id in viribus eorum eſſe. Cenſura hæc admodum inanis eſt, & plane ſuperflua. Quodſi homines agnoſcerent, horum vel illorum vitiorum eradicationem ſuis viribus eſſe exemtam, nunquam illa tentarent; quia vero *temere* hoc credunt, in officio hoc ſolent excedere modum, quod CHRISTVS his verbis innuere voluit. Ergo cenſor idem, quod ego aſſerui, aliis verbis tantum repetit. Qui dicit: *ne hoc facias, quia illud impedire ob defectum virium nequis*, ille ſimul agentem redarguit, quod credat, tale quid in viribus ſuis poſitum eſſe, cum tamen non ſit. Altera ratio itidem cenſorem offendit, quod dixerim, *non ſemper conſultum eſſe*, cum *nunquam* conſultum, ſed *ſemper* prohibitum cenſeri queat. Sine dubio de *tolerantia religioſa* vnice hæc verba accepit, & ſic mentem meam peruertit, quæ de *tolerantia vitiorum & nævorum* agunt. Hæc ſine dubio quandoque eradicari in republica poſſunt, ſed *non ſemper*, vt conſultius ſit, ea *tolerare* potius, quam grauius malum inducere. Si CENSOR diſſertationem RECHENBERGII *de vitiis, quibus ciuitas impar eſt*, ad quam poſt verba adducta prouocaui, conſuluiſſet: ſi SENECAM *lib. II. de ira c. 10.* dicentem: *lento adiutorio opus eſt contra mala continua & fœcunda, non vt deſinant, ſed ne vincant*, inſpexiſſet: ſi TACITI verba *lib. 1. hiſtor. nocet rigor & ſeueritas nimia, cui iam pares non ſumus*, ponderaſſet: ſi denique conſilia procerum Romanorum tempore TIBERII, de *luxu immenſo* eradicando agitata, (quorum mentionem feci *c. 1. §. 7. cit. diſſ.*) examinaſſet, forſan æquius iudicium de hac ratione, quæ in *latitudine ſua*, qua prolata eſt, vera, tuliſſet. Enimuero cum *religioſam* duntaxat in mente habuerit *tolerantiam*, quæuis ipſi ſuſpecta, intuta, & inſufficientia videntur, quamuis ita ſtatum controuerſiæ ſemper mutauerit.

eaque ex præcepto neceſſaria eſt,

quod eradicatio illorum vires hominum excedat,

non ſemper conſulta ſit,

Defectus virium inducit obligationem ad tolerantiam.

§. CLXX. Pari ratione (II) in §. 3. vbi de *obiecto tolerantiæ* generatim egi, asserui, prædicatum hoc illis applicari, *quæ nobis ingrata, vel aduersa sunt, aut quæ non probamus, sed vel maxime mala apparenter tantum videntur, quæ tamen remouere vel ob DEFECTVM VIRIVM non possumus, vel pro statu præsenti rerum consultum haud est, vt remoueantur.* Notat censor, me *tertium* omisisse tolerantiæ fundamentum, illudque præcipuum, in eo consistens, quod Deus edicto sacro interdixerit, ne quædam impediantur aut tollantur. Qualia vero hæc sunt? quæ scilicet ad *conscientiæ libertatem* spectant. Cur vero horum tolerantia *iure diuino* est præscripta? non ab aliam causam, quam quod legislatoribus vires deficiant, errantes conuertendi. Ergo iis quoque non censetur ius datum fuisse, vt leges *conscientiæ* scribant, vt, quæ ad *intellectum*, ad *conceptus mentis*, ad *credenda* spectant, per leges imperent, iubeant, præscribant. Imo quia vim conscientiæ inferre, (quod vires nostras excedit) plusquam tyrannicum est, palam est, eum, qui tolerantiam quarundam rerum inculcat, quæ vires nostras prorsus excedunt, simul quoque docere, talem tolerantiam in his casibus esse *præceptam*, in iure diuino fundatam, & quicquid in contrarium *vere*, *non apparenter*, fit, pro *iniusto* reputandum. Ita vero censor rursus contra bonam fidem agit, vt habeat, quod carpere possit. Si exempla subiecta consuluisset, facile vim verborum percepisset. Homines tempore *famis publicæ* dicuntur *tolerare famem & alias necessitates*, quæ euitari nequeunt, apud SVETON. *in Iul. Cæs. c. 68. n. 3.* Fac, principem esse, qui hanc tolerantiam per *leges* damnaret; quilibet sine dubio assereret, eum more tyrannorum agere, illa prohibendo, quæ toleranda sunt ex necessitate.

Tolerantiæ significatus,

§. CLXVI. Præterea vero (III) definitionem *tolerantiæ* sub examen vocat censor, simulque mihi ansam præbet, Illam declarandi. Sicuti vi vocis & natiuæ significationis *tolerare* nihil aliud est, quam patienter id, quod ingratum, aduersum, atque malum nobis videtur, ferre, eique non resistere, imo aliquando *tacite* vel *expresse* admittere; ita TOLERANTIA nihil aliud est quam *affectio animi indeque fluens declaratio, qua ex rationibus iustis probatisque illa, quæ nobis aduersa sunt, vel a nobis non probantur, prohibere aut declinare vel non possumus, vel non debemus, patienter ferimus, illis non repugnamus aut resistimus, imo aliquando pro pace publica expresse admittere cogimur, vt ea ne quidem externe improbare queamus, vtut eadem iudicio nostro non probemus.* Nimia prolixitate hanc definitionem laborare censet autor, & tamen ipsemet *p. 62.* æque

definitio.

æque prolixam adfert. Malui naturam eius atque rationem paulo plenius depingere, quam nimia breuitate obscurare. Sed ad singulas eius partes veniam, indeque hæc *tolerantiæ* requisita, seu *principia* deducam.

§ CLXXII. Primo desiderat tolerantia *animi indulgentem affectionem & inde fluentem declarationem mentis*, quæ hanc animi affectionem & sic *scientiam* simul atque *voluntatem* indicat, vt ea, quæ toleramus, sentiamus, intelligamus atque nota habere declaremus atque profiteamur. Dum animus *agnoscit* ea, quæ toleranda sunt, simul determinat *voluntatem*, vt patienter ferat id, quod vel non *debet* vel non *potest* auertere. Si quædam recusamus, quæ nobis inimica sunt, veluti *iniuriam illatam*, conteſtamur, *ea minime toleranda esse*, vt in simili ait SVETON. *in Iul. Cæsar. c. XVII. n. 3.* & sic deficit *voluntas*, talia patienter ferendi, quæ declinare & auertere possumus. In hoc differt a *dissimulatione*, ad quam proxime *tolerantia* accedit. Videlicet *dissimulare*, stricte est id agere, vt ea ignorare, quæ nobis aduersantur, videamur. vid. *l. 2. C. si al. res pign. l. 30. de R. V. l. 40. D. d. pæn.* Id accurare obseruauit CICERO *lib. X. ep. 8.* simulque conceptum hunc ea occasione declarat. *Nunquam*, ait, *diffitebor, multa me, vt ad effectum bonorum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore*, h. e. id egisse cum dolore, vt viderer quædam *ignorare*, quæ toleranda non erant, quædam vero *probare* per *simulationem*, quæ improbabam. Simulare est enim *aliud dicere atque sentire*, vt IDEM *lib. IV. acad. quæst.* ait. Tolerantia vero *scientiam* præ se fert, eam non negat, quandoque *publice* etiam indicat, ostenditque, se, quod auertere non semper *licet* aut *concessum* est, patienter ferre, & eradicare, tollere vel impedire nolle, interim talia *probare* non simulat. Inde *tolerantia* vel *expressa* vel *tacita* esse potest, cum dissimulatio *expressa* non detur, sed in *priuatione scientiæ ficta* consistere videatur. Hoc sensu quoque idem esse videtur ac *conniuere*. Sic in *l. 4. §. 1. D. de manumiss.* dicitur, *conniuentibus oculis* credendum esse, seruum suis nummis esse redemtum, quamuis suos nummos seruus habere nequeat; (v. SENECA *7. de benef.*) & ita *conniuentibus oculis* aliquid permittere idem denotat, ac *dissimulare* strictum ius. Eadem *conniuentia* IVSTINIANVS *in l. 5. C. de necessar. hered.* statuit, seruos posse capere legata: atque in *l. 39. D. de iur. dot.* posse eos quasi dotem dare, imo & quasi testamenta facere. PLINIVS *8. ep. 10.* Pariter SVETON. *in Iul. Cæs. c. 67. conniuebat in ceteris delictis*, id est, vita delicta dissimulabat, seu simulabat, se ignorare. Similem in sensum CICERO, *pro dii immortales!*

In tolerantia adest 1) animi indulgentia & scientia,

imo etiam voluntas,

in hoc differt a dissimulatione,

& conniuentia,

inquit, *cur interdum in hominum ſceleribus maximis* CONNIVETIS? & alio loco: *multa nobis blandimenta natura dedit, quibus ſopita virtus* CONNIVERET. Atque ita facile a *tolerantia* diſtinguitur, quæ *ſcientiam* eius, quod agitur, ſimul arguit, adeoque nonnunquam *diſſimulatio* eſt ſpecies *doli boni*, ſi quis tempori ſeruiat, & ita tueatur vel ſua vel aliena, *l. 1. §. D. de dol.* vt vel ex *territione*, quæ pro eruenda veritate adhibetur, apparet.

2) iuſta cauſa

§. CLXXIII. Secundo deſiderantur *iuſtæ & probatæ rationes*, ob quas, quæ toleranda ſunt, patienter ferimus nec impedimus. Etiam hoc requiſitum vrget prælaudatus AVTOR *de tolerantia p. 49.* quamuis credat, me nullibi has rationes indicaſſe, in qua rurſus fallit. Fateor,

ad tria capita reducenda.

ad tria capita diſtinctius has reduci poſſe: α) quia de iure *non debet:* β) quia *non poteſt:* & γ) quia *non expedit* illa, quæ a nobis non probantur, vel aduerſa videntur, impedire. Prima ratio *impedimentum legis:* altera *impedimentum naturæ:* tertia *impedimentum vtilitatis* deſignat, quamuis prima & ſecunda ratio in eo conueniat, quod *non poſſit* impediri id, quod aduerſum nobis videtur, quia id ipſum tum *naturale* tum *morale impedimentum* denotat. Primam rationem applicui *p. 21. ſqq* ad *tolerantiam religionum*, eamque *de iure* debitam exiſtimaui, imo *expreſſam conuentionem* addidi, vt hæc tolerantia debita ſit, tum ex *præcepto diuino;* tum etiam ex *pacto publico* nouum vinculum accipere queat. Alteram rationem paſſim ex calamitatibus emergentibus maxime *naturalibus* explicui *p. 6.* & tertiam denique *p. 11.* ſatis perſpicue ex moribus inueteratis illuſtraui. Tria hæc fundamenta in *definitione* deſignaui, aſſerendo, illa toleranda eſſe, quae aut *non debemus* de iure ſcilicet, aut *non poſſumus* impedire, quia vel non expedit, vel natura reſiſtit.

Tolerantia conſiderata in imperio Romano diuerſa eſt ab ea, quatenus in ſe conſideratur.

§. CLXXIV. Quia vero AVTOREM *tr. de tolerantia p. 52.* ægre habet, quod *tolerantiam debitam* ſeu *neceſſariam* tantum in *pacto* vel *lege poſitiua* conſtituerim, eique *gratioſam* ſeu *voluntariam* per totam diſſertationem oppoſuerim, ſciendum eſt, me de *tolerantia religioſa* ediſſeruiſſe, prout in *imperio Romano-Germanico* ſeſe habet, quam etiam hic duntaxat illuſtrabo; Autorem vero de *tolerantia religioſa* diſſeruiſſe, quaſi in *republica Platonis* degeret, eique nouas ſcribere vellet leges. In hac omnis *tolerantia religioſa* poteſt dici *neceſſaria* & *debita;* non item in illa, in qua degimus. Sicuti vero CICERO *lib. II. epiſt. 1.* Catonem redarguit, *quod optimo animo vtens & ſumma fide noceat interdum reipublicæ. Dicit enim*, pergit, *tanquam in Platonis* πολιτεια, *non tanquam*

Digitized by Google

quam in Romuli face ſententiam; ita Autor, ex nimio affectu in *tolerantiam religioſam*, parum conſulit rei eccleſiaſticæ in imperio noſtro, dicitque ſententiam, quaſi in republica *nouiter condenda*, non vero *iam efformata* viueret. Hoc poſito vero quilibet facile animaduertit, dari in imperio noſtro *gratioſam tolerantiam*, quæ ex *pacto* non eſt debita, nec ex *legibus fundamentalibus* poteſt aſſeri, ſed arbitrio ſtatuum ſubiecta, vtrum diſſentientes in republica tolerare, an vero ſecundum *iuris rigorem* eis emigrationem imperare malint, vt infra explicandum eſt. Alia vero quæſtio eſt, vtrum princeps promior in hac *externa libertate* eſſe debeat ad tolerantiam, quam ad non-tolerantiam? Prius facile concedo, quia tum *recta ratio* tum *ius diuinum* in genere *tolerantiam religioſam* inculcat, vimque omnem a conſcientiis auertit. Quia vero *præcepta generalia* ita ſunt comparata, vt *pro ſtatu reipublicæ* poſſint recipere quandam determinationem *modi*, *formæ*, *loci* & *temporis*, quibus ex *neceſſitate ſtatuque præſenti reipublicæ* determinatis ſæpe deſinunt *abſolute* & *ſimpliciter* obligare; ita quoque ſe res habet cum *præcepto generali* de tolerandis diſſentientibus. Æque præceptum generale eſt *diuini iuris*, pacta eſſe ſeruanda; nil tamen prohibet, quo minus imperans poſſit lege ſua, pro *pace publica* conſeruanda, formam eis præſcribere nouam, tempus paciſcendi & locum determinare, imo & facultatem paciſcendi ad certas perſonas reſtringere, quo facto ſæpe pacta *in republica* obligare deſinunt, quod non debito *loco*, debito *tempore*, debito *modo*, imo nec a debitis *perſonis* inita fuerint, vtut cuiusuis paciſcentis conſcientiæ relictum ſit, vtrum ductu eiusdem velit bonam fidem agnoſcere, an iure ſuo ſtricto vti. Pari ratione in republica *tolerantia religioſa* ex nececeſſitate *pacis publicæ*, quæ *ſuprema lex* eſſe debet, ſæpe quoad *modum* eſt determinanda, loco & tempore circumſcribenda, & ad *certas perſonas* reſtringenda, quod aliter pro *præſenti reipublicæ ſtatu* paci publicæ conſuli nequeat, quo ipſo fit, vt tolerantia hæc ſecundum *rigorem iuris* in certis caſibus non ſit debita, vtut ea de cauſa non ſit vis inferenda conſcientiis, vt infra indicabo. Sæpe proteſtantes ad denegandam tolerantiam, quatenus non eſt debita, coguntur, vt aduerſarios, omnis tolerantiæ hoſtes, hoc modo ad mitiora conſilia arripienda inuitent, nosque hi incitent, vt faciliores ſimus in tolerandis iis qui eorum ſacra ſequuntur. Hoc rigore ſæpe vtendum, vtut faueamus *libertati conſcientiæ.*

Priori reſpectu omnino datur gratioſa tolerantia religioſa,

non poſteriori,

in republica tamen nonnunquam tolerantia reſtringenda.

§. CLXXV.

Digitized by Google

3)in tolerantia ſupponuntur, quæ non probantur, ſed nobis aduerſa ſunt,

§. CLXXV. Tertio in omni tolerantia præſupponimus talia, quæ vel nobis aduerſantur, vel a nobis non probantur, ſiue ſint *mala vera* ſiue *putatiua*. Neque enim ex tolerantia *approbatio* eius, quod tolera-mus, concludi poteſt, ſicuti *iudaicam ſuperſtitionem* ideo non probamus, quod ſynagogas eorum toleremus, nec luxum princeps in republica probat, quem eliminare ob eius ſtatum morbidum nequit. In hoc diffe-

in quo differt a patientia.

fert tolerantia a *patientia*, quæ latius euagatur, & ſæpe plus quam *nudam tolerantiam* in ſe continet. Eſt enim duplex: alia in ſe continet *approbationem tacitam* & *voluntariam* negotii in patientis præiudicium geſti, quæ poteſt dici *poſitiua* vel *qualificata*, quatenus actum *approbationis* ſimul includit: alia vero *ſimplex*, quæ approbationem haud includit. Illius exemplum occurrit in eo, qui *patitur*, negotium ſuum geri ab alio, nec contradicit, quia mandaſſe videtur. *l. 18. mand.* Pariter qui *patitur*, aliquem pro ſe fideiubere, mandati tenetur: *l. 6. §. 2. eod.* qui ab alio poſitum patitur, tenetur. *l. 5. §. 10. de his, qui effud. vel deiec.* &c. Illa enim abſoluitur etiam *ſilendo*, & illud, quod licite in contrarium fieri poterat, ſcienter non facien-do. Sed *patientia ſimplex*, quæ etiam *negatiua* dici poteſt, *approbationem* plane excludit, & ab ea longe aliena eſt, vt tamen reſiſtere, & quod ab aduerſario fit, vel alias nobis ingratum eſt, declinare vel non poſſimus, vel non debeamus, atque ita magis in *tolerantiam* degenerat, quæ *approbationem* itidem non includit. In aquæ pluuiæ arcendæ actione dominus præſtare *patientiam* debet, ſi colonus opus fecerit, ex quo aqua vicino noceat. *l. 5. D. de aq. & aqu. pluu. arc.* In nunciatione noui operis itidem heres *patientiam deſtruendi operis* a defuncto facti aduerſario præſtare dicitur, *l. pen. de nou. op. nunc.* h. e. reſiſtere & impedire nequit, quo minus aduerſarius opus a defuncto factum deſtruat, vtut vel maxime hoc ægre ex obſtinatione animi ferat. Conf. *l. 6. §. 7. l. 7. §. 1. de aq. & aqu. pluu.* &c. Hoc ſenſu quis *pati* dicitur *iniuriam* ſiue furtum, *l. 16. D. off. præſ.* & ſicuti *mala naturalia æquo animo ferenda* eſſe dicuntur *in l. 1. 2. §. 6. de aq. & aqu. pluu.* &c. ita conceptus *patientiæ* hac appellatione omnino denotatur. Denique in omni *tolerantia* adeſt *patientia*, ſed non vice verſa, quia quæ toleramus, non probamus: quæ patimur, ſæpe probamus.

a permiſſione & licentia.

§. CLXXVI. In hoc quoque *tolerantia* diſtinguitur a *permiſſione & licentia*. Nam *permiſſio* proprie non *actio* eſt *legis*, ſed *actionis negatio, niſi quatenus illum ab eo, cui permittitur, obligat, ne impedimentum ponat*, vt ait GROT. *de I. B. & P. lib. I. c. 1. §. 9. n. 1.* Communiter di-

Digitized by Google

diſpeſcitur in *plenam* & *minus plenam*. Illa eſt, quæ *ius perfectum* dat ad aliquid omnino licite agendum; hæc vero tantum *impunitatem* tribuit apud homines, & ius, ne quis *permiſſum* impedire poſſit. Prioris generis permiſſio *rectæ rationi* & *iuri naturæ* conformis eſſe debet, vt *ius perfectum* alicui tribuere queat, id quod in poſterioris generis permiſſione non contingit. GROT. *lib. 3. cap. 4. §. 2. & lib. 1. c. 1. §. 17.* Hinc in *permiſſione* ſæpius nullus legislatoris *aſſenſus*, ſed animi auerſatio & deteſtatio potius offenditur, vt factum, quod permittit, vel ob *euitationem maioris mali*, vel *impoſſibilem exſtirpationem* ſeu aliunde impeditam ſaltem toleretur. Multa ſunt, quæ quamuis legibus *honeſtatis* & *decori* repugnent, in *republica* tamen, ad maiora incommoda euitanda, permittenda ſunt atque toleranda. Concubinatus Romæ *licita* erat *coniunctio* atque conſuetudo, *l. 5. C. ad Sctum Orfit.* vtut *parum honeſta*; imo iuxta vulgatum illud, non omne, quod *licet*, honeſtum eſt. Paucis: permiſſio ſæpius includit *approbationem actus:* quandoque eam excludit. Creditor enim permittens debitori, alienare fundum ſibi oppignoratum, videtur approbaſſe alienationem; *l. 8. §. 6. D. quib. mod. pign.* quod in nuda *tolerantia* ſecus eſt. Quodſi vero permiſſio *approbationem actus* non includit, idem denotat, quod *tolerantia*, quatenus illa non auertimus, aut impedimus, quæ improbamus, ſed fieri *patimur*, quia declinare non poſſumus, vel debemus.

§. CLXXVII. Tolerantia itaque circa *mala* vel *vere* vel *apparenter talia*, quæ non probantur a nobis, ſed potius *ingrata* ſunt, verſatur. Mala ſunt vel *moralia* vel *naturalia*. Illa *regulis morum* aduerſantur; hæc vero ex *naturæ operatione* hominibus ingrata proueniunt, vt imbres, tonitrua, terræ motus, incendia ex ictu fulminis &c. Quod *mala moralia* concernit, ſciendum eſt, neceſſe ſæpius eſſe, vt in republica (l) *mali* quidam *mores*, vel *veri* vel *apparenter tales*, tolerentur. Non ſemper principi integrum eſt, eos tollere aut eliminare, ſed verendum potius eſt, ne mutatio & correctio eorum ſubitanea plus damni reipublicæ allatura ſit. Sicuti medico non ſemper integrum eſt, ægrotantibus medicinam applicare ſalutarem, quia, iudice SENECA *in conſol. ad Heluid. c. 1. in morbis nihil eſt magis periculoſum, quam immatura medicina*, imo interdum etiam *medici plus quiete quam mouendo atque agendo proficiunt*, vt in ſimili obſeruat LIVIVS *lib. XXII. c. 18. in f.* ita quoque ſeſe res habet in republica, quæ *corpori* humano *ægrotanti* multisque laboranti malis recte comparatur, vbi ſemper obtinet illud TACITI *lib. I. hiſtor. Vitia donec homines.* Palam vtique eſt, per le-

Tolerantia verſatur circa mala vel moralia vel naturalia.

ad illa ſpectant mali mores.

ges *rempublicam Platonis* ſperari non poſſe, ſed ſufficere, *ſi vel parum admodum res proceſſerit*, vt ſapienter monet ANTONIVS *de ſeipſo lib. IX. §. 20.* Huius præcepti memor fuit TIBERIVS apud TACIT. *lib. III. annal. c. 52. ſqq.* vbi in ſenatu de luxu immenſo eradicando conſilia agitabantur; literis enim ad ſenatum miſſis concludit: vitia *adulta* & *præualida* vi non ſemper abolenda eſſe, quod coercitio plus damni in rempublicam allatura eſſet, quam tolerantia eorum. Adiungit: *quodſi mecum ante viri ſtrenui ædiles conſilium habuiſſent, neſcio, an ſuaſurus fuerim, omittere potius præualida & adulta vitia, quam hoc aſſequi, vt palam fieret, quibus flagitiis impares eſſemus.* Ea tandem felicitas optimo principi VESPASIANO contigit, vt non *legibus*, non *pœnis*, ſed *ſuo exemplo* luxum ſuſtulerit, cum regis ad exemplum totus componatur orbis. Etenim *difficile eſt*, teſte CICERONE *lib. 1. ad Q. fratrem ep. 1. mutare animum, & ſi quid eſt penitus inſitum moribus, ſubito euellere;* homines quippe tam acriter in mores conſuetudine aſſumtos propendent, vt humanis conſiliis ab eis non ſemper poſſint deduci. Imo ſalus populi, quæ ſemper *ſuprema lex* eſſe debet, aliquando poſtulat, vt hæc vel illa praua conſuetudo in republica toleretur, nec ei reſiſtatur, vtut minime approbetur, & princeps eam potius mallet eradicare quam tolerare. Ait quidem CICERO *lib. III. de LL. iſta ſententia maxime & fallit imperitos & obeſt ſæpiſſime reipubl. cum aliquid verum & rectum eſſe dicitur, ſed obtineri, i. e. obſiſti populo poſſe negatur. Primum enim obſiſtitur, cum agitur ſeuere; deinde opprimi in bona cauſa eſt melius quam male cedere.* Enimuero hæc philoſophia tantum oſtendit, nimiam timiditatem parum rei communi conſulere, & ſæpe, ſi *ſpes ſalutis* adeſt, pericula ſubeunda eſſe; non tamen euincit, indiſtincte omnem tolerantiam *mali moralis* eſſe eliminandam.

Quod ipſe Deus fecit in republica iudaica,

§. CLXXVIII. Quid? quod Deus ipſe in republica olim iudaica, quam tamen optimis, præſtantiſſimis vtiliſſimisque legibus inſtruxerat ipſe atque muniuerat, quædam tolerauerit ob σκληροκαρδίαν ſiue *duritiem cordis.* Tolerauit, vti notum eſt, *diuortiorum* frequentiam inter iudæos; quamquam illa magis improbaret quam approbaret, quia ex *intentione diuina* matrimonia debeant eſſe indiſſolubilia. Ex hac tolerantia iudæi ſine ratione *præceptum* legis, imo & *approbationem* temere colligebant. Hos recte redarguit CHRISTVS *Matth. XIX, 9.* dicens: Moſen tantum *diuortia* permiſiſſe *ob duritiem cordis*, ab initio autem rem aliter ſeſe habuiſſe. Poſita ergo duritie cordis in republica

publica ægrotante, tolerandus ſæpe eſt quidam liberior *diuortiorum* vſus, ſed ita circumſcribendus, ne nimium euagetur. Tolerauit porro Deus inter Iudæos *polygamiam*, quam tamen PAVLVS *1 Cor. VII.* a moribus chriſtianorum abhorrere cenſet, CHRISTO ipſo reuocante matrimonium ad primæuam inſtitutionem, *Matth. XIX.* qua Deus *monogamiam* conſtituerat. Multa alia per *expreſſam tolerantiam* determinauit, vt populum durum, & ad idololatriam procliuem, ad veram cognitionem Dei deduceret, quod plenius illuſtrauit SPENCERVS *de LL. Hebræor. ritual.* Denique quædam etiam ad tempus tolerauit, vt *pater benigniſſimus*, per quandam *συγκατάβασιν* & *οἰκονομίαν*, vt Theologi obſeruant, quæ *tolerantia particularis* dici poteſt, & in *republica*, imo & in *eccleſiis* ſæpe neceſſaria fuit. Talis tolerantia *particularis*, quæ *regulam* haud conſtituit, ſed potius *legum violationem* inuoluit, aliquando *diſſimulandam*, dici ſolet *diſpenſatio*, quod legislator ſupremus in republica, vt optimus *negotiorum publicorum diſpenſator*, aliquando a rigore legis pro re nata recedere cogatur, & quidem potiſſimum *publicæ pacis conſeruandæ cauſa.* Fuit etiam hæc praxis antiquitus in eccleſiis obſeruata, in quibus olim multa *tolerabant* episcopi, quæ *contra canones* facta erant, ne ſchiſma vel diſſidium in eccleſia oriretur, prout *in diſſert. prælim. §. XXXVII. ſeqq.* plenius declaratum eſt.

in cauſa particulari quædam tolerandæ,

quod etiam patres antiqui in negotiis eccleſiaſticis obſeruarunt.

§. CLXXIX. Præterea (11) ad *mala moralia* etiam indubie ſpectant *delicta*, ſeu facta *probroſa* & *illicita.* Hæc licet regulariter non ſint toleranda, ſed coercenda, & impedienda: contingere tamen poteſt, vt reipublicæ morbidæ ratio non ferat, vt ea exſtirpemus & pœnis ſubiiciamur. Tolerantia *lupanariorum* & *vitæ meretriciæ* adeo late patebat apud Romanos, vt etiam in multorum honeſtorum virorum prædiis lupanaria exercerentur iuxta *l. 27. in f. de hæred. petit.* licet *inhoneſto more* id fieret. vid. *l. 21. §. 11. de recept. l. 4. §. 3. de condict. ob turp. cauſ.* MERILLIVS *lib. 2. obſ. 12.* Tolerabantur etiam apud Ægyptios *furta* ſub certis conditionibus, traditis a DIODORO SICVLO *lib. I. c. 80,* imo & apud Lacedæmonios, teſte GELLIO *de N. A. lib. XI, c. 18.* & NICOLAO CRAGIO *de republ. Lacedæm. lib. III. c. 12. Duellorum* & *diffidationum* licentia apud Germanos vicinosque populos adeo altas radices egerat, vt legibus etiam circumſcripta eſſet publicis, nec in crimen incideret. Neque, poſtquam improbari horum vſus cœpit, facile eradicari potuit, ſed ad diuturnum temporis tractum tolerari

Delicta quandoque toleranda.

Digitized by Google

Imo & errores in religione,

debuit. Denique (III) ad *mala moralia* vulgo etiam referuntur *errores* circa *religionem*, cultum *diuinum*, & conceptum de diuinis rebus. Quia vero *errores* & *diſſenſus* in religione potius *morbi mentis* & *intellectus* ſunt, quam *voluntatis*, & ea de cauſa a *delictorum* claſſe in republica eximendi, quæ *praua voluntate* committuntur, eatenus tantum ad *mala moralia* referri debent, quatenus quilibet homo rationibus Deo reddendis de erroribus conceptis obligatur, & reſpectu diuini Numinis in errore a *peccato* non eſt immunis. Enimuero non omne peccatum in foro humano *delictum* ſeu *crimen* eſt, adeoque tolerantia circa tales mentis morbos primario verſatur, prout mox ſpecialius oſtendendum erit.

peccatum coram Deo inuoluentes.

4) In tolerantia patiens admiſſio deſideratur,

§. CLXXX. Quarto deſideratur, vt *patienter feramus & admittamus*, quæ, vt tolerentur, recta ratio, ius diuinum, aut natura rei iubet. *Patientia & admiſſio* excludit omnem reſiſtentiam: *prohibitionem & vim abſolutam* reſpuit: libertati in rebus agendis indulget, & æquo animo ferendum eſſe iubet, quod declinari, auerti & prohiberi vel non poteſt vel non debet. Habet tamen hæc indulgentia ſuos gradus, etiam in *negotio religionis*, cum nihil impediat, quo minus rebus tolerandis quidam limites pro ratione reipublicæ ſtatui queant, præſertim cum circa illa, quæ toleranda ſunt, non omnium ſit eadem ſententia idemque ſenſus; vnde fit, vt in tali diuerſa animorum diſpoſitione ſæpe *temperamento* quodam vtendum, ne talia, quæ toleranda ſunt, *abſoluta vi* impedire tentemus, ſimul tamen boni publici cauſa tolerantiæ certæ leges ponantur. Eſt enim tolerantia vel *publica* vel *priuata*. Illa intuitu reipublicæ ad ſummi imperantis officium pertinet, de qua hic potiſſimum agendum; *hæc* vero magis priuatorum ſingulorumque obligationem concernit, vel ex regulis *pietatis*, vt *Matth. V, 39. ſq.* vel ex *regulis prudentiæ*, quæ ſæpe ſuadent, ne malo obſiſtamus: vel ex *regulis iuris*, quæ indulgentiam in certis rebus iubent, & determinant.

fine reſiſtentia, ſaluo gradu.

Inde tolerantia vel publica vel priuata,

publica eſt vel neceſſaria,

§. CLXXXI. *Publica* tolerantia rurſus eſt vel *neceſſaria*, vel *voluntaria* ſeu *gratioſa*. Illa legibus fundamentalibus determinata eſt, ſubditisque ex *pacto publico* debetur, vt hoc vel illo modo, hoc vel illo tempore agere, & a nemine impediri poſſint. Hæc vero ex pacto vel ex legibus reipubl. fundamentalibus non eſt debita, adeoque *comparatiue loquendo* magis *arbitraria* quam illa eſt, ad minimum, vt ſummus imperans eidem certos limites ponere, & ſic diuerſitatem iurium quandam inducere poſſit, circa ea, quæ in republica probantur & non probantur. Vſus huius diſtinctionis potiſſimum ſeſe exſerit in

vel gratioſa,

cuiusdiſtinctionis vſus po-

liber-

libertate religionum diuersarum, quæ si *pacto publico* subditis debetur, summus princeps eam, prout conuenit, *necessario* cum omnibus effectibus admittere debet, vtut ab illa religione plane abhorreat, imo illa, quæ in republica prævaleat, eam reprobet. Quæ ius canonicum his *pactis publicis* obiicit, supra §. *LIV. sqq.* iam sub examen reuocata & reiecta sunt. Deficientibus eiusmodi legibus fundamentalibus tolerantia *reprobatæ religionis* dicitur *voluntaria*, non quod imperans vim conscientiis inferre, aut coactione quadam erga dissentientes vti, (quod *iuri diuino* repugnat) sed quod *publicum* eius *exercitium* restringere, vel receptionem noui subditi, reprobatæ religioni addicti, prorsus denegare, denique veteribus etiam subditis, ad reprobata sacra accedentibus, *honestam emigrationem* imperare queat, si *summo iure* vti velit, quod sæpe a præceptis *pietatis* & *amoris* recedit. Quid? quod sæpe princeps ex *legibus* reipublicæ *fundamentalibus* nequidem pro lubitu diuersarum religionum vsum subditis concedere possit, vtut ad *tolerantiam* procliuis sit, sed ad grauiora mala præcauenda eam denegare teneatur, quamuis tales leges, si ad principia christianæ religionis examinantur, magis improbandæ quam approbandæ. Nam etiam tales leges, quibus semel respublica efformata & fundata est, tolerandæ, licet ab omni duritie non sint alienæ. Nihil ex omni parte beatum: viuimus inter *imperfectos*, & infinitis præiudiciis occœcatos: cum his agendum in republica, adeoque in hac, non vt in republica Platonis, sententia ferenda. Vnde rursus *tolerantia publica* est vel *simplex* vel *qualificata*. ILLA in *simplici imperantis permissione* consistit, sine pleno omnium iurium, ex *tolerantia* alias promanantium, effectu; imo sæpe magnopere restricta est, vt terminos, quos accepit, egredi non possit. Hæc vero ex æquo cum illis, quæ alias publice approbantur in republica & fouentur, communionem iurium inducit, vt in effectu iuris cum iis pari passu ambulet, quæ alias per leges præcipiuntur & commendantur. Tres religiones hoc sensu in imperio tolerantur *ex æquo*, quia in eis obtinet regula: *quod vni iustum, alteri quoque iustum esse debet.* Inde ex lege publica hæc tolerantia *ius perfectum perpetuum*, atque *prorsus irreuocabile* producit, vi cuius, determinato in I. P. modo, quilibet legitime & cum pleno effectu id agere potest, quod *tolerantia* hæc *qualificata publica* atque *æqualis* indulget. *Simplex* talem iurium omnimodam communionem non semper inducit, nec *publicæ approbationis* effectus habet, vt veliudæorum vel reprobatarum sectarum aliarum instituta docent. Neque

tissimum in religione occurrit,

eum sæpe nequidem princeps vsum certæ religionis tolerare queat.

Vnde tolerantia est vel simplex vel qualificata;

enim hæc neceſſario toleranda ſunt, & ſi tolerantur, vtplurimum coniuncta ſunt cum ſummo iurium detrimento, & inæqualitate, vt *publica reprobatio* adhuc inde appareat.

qualificata neceſſaria eſt, non ſimplex.

§. CLXXXII. Quæ cum ita ſint, facile liquet, *tolerantia religionum*, quæ *qualificata* eſt, & pactis circumſcripta publicis, neceſſariam & debitam eſſe ex *legibus fundamentalibus* & *pactis* publicis; *ſimplicem* non item, quod, prout dixi, non neceſſario eosdem *effectus ciuiles*, vtpote religioni non neceſſario cohærentes, huic attribuere cogatur, ſed tantum permittat princeps, vt ſubditi, reprobatæ ſectæ addicti, priuatis ſacris ſine vllo metu grauiorum moleſtiarum frui & libera conſcientia iis vacare queant. Vtrum autem hæc *ſimplex* tolerantia etiam ex *iure diuino* ſubditis ad minimum debita ſit & hoc intuitu *neceſſaria?* alia quæſtio, paucis excutienda, antequam ad *qualificatam* & *ex pactis neceſſariam*, de qua hic potiſſimum agendum, progrediar, vt ſimul inde liqueat, quid ſentiendum ſit de diuerſa Theologorum & ICtorum ſen-

Simplex etiam iure diuino eſt debita.

tentia, cuius ſupra §. *LXXVIII. ſeqq.* mentionem inieci. Iam in *cit. diſſert. c. i. §. XV.* libertas conſcientiis aſſerta; & tolerantia hæc ex *principiis chriſtianæ religionis* vindicata eſt; quia vero duntaxat *incidenter*, non *principaliter* de *ſimplici* actum eſt, ea, quæ dicta ſunt, non ſatisfecerunt AVTORI aliquoties iam nominato *de tolerantia*, quin potius *p. 53.* perſuaſum ſe habere credidit, me vnice tolerantiam ex *legibus fundamentalibus* & *pactis* deduxiſſe, in quo fallit & fallitur. Reclamat enim huic aſſertioni *cit. §. XV. cap. i.*: reclamat diſtinctio adducta, quod *qualificata* vnice in *pactis* publicis & legibus fundamentalibus ſit fundata: reclamat denique totius diſſertationis ſcopus, quæ de *tolerantiæ religioſæ EFFECTIBVS CIVILIBVS*, religioni non *in genere* debitis, niſi quos natura eiusdem neceſſario poſtulat, agit.

1) quia coactionem reſpuit religio,

§. CLXXXIII. Quocirca incunctanter aſſero, *ſimplicem* ex iure diuino *debitam* eſſe ſubditis. Etenim (I) religio vera, qualis eſt *chriſtiana* in plures ſectas diuiſa, omnem *coactionem* reſpuit, quod pluribus iam aſſertum eſt in *diſſert. prælim. ad tom. II. iur. eccl.* quicquid in contrarium garriat ALARDVS *Amſtelodamus*, qui tempore reformationis inceptæ vixit, in *præfat.* ad tract. *de deſcript. hæretici*, in qua etiam cauſam *hæreticidii* agit. (II) Conſcientiæ nihil magis proprium eſt, quam *libertas*, vtpote quæ legibus non eſt ſubiecta, nec ideo ſubditi in respublicas coiuerunt, vt hanc quoque ſubmitterent principi. In *mentem* & *intellectum* imperium exercere, eſt reuera grauiſſimum ty-

2) conſcientia liberratem poſcit,

ran-

Digitized by Google

rannidis documentum & iuri ſdiuino contrarium, quod alioquin ſubditi ad *peccandum* compellantur, h. e. vt agant contra conſcientiam, ſecundum quam neceſſario agere debent, licet hæc aliis erronea videatur. Vnde (III) non poteſt non iniquiſſimus eſſe imperans in ſubditos diuerſæ religioni addictos, qui ideo eos duntaxat male habet, quod ductu *conſcientiæ ſuæ* credant Deumque colant. Recte PVFENDORFF. *de hab. relig. ad vit. ciu. §. 51. Quid indignius, quam homines innocentes malis mactare ob veras de numine ſententias, ideo tantum, quia hæ aliis præiudicio aut effectu excæcatis improbantur. Et cum turpiſſimum ſit principi, propriam animi ob immanitatem tyrannidem exercere; quanto fœdius eſt, eundem rerum ignarum tyrannidis alienæ* (clericalis) *carnificem agere? Vnde ni princeps grauiſſimo reatu animam ſuam adſtringere velit, cauebit in hoc negotio ad ſeueram aliquam ſententiam procedere, niſi prius in iure & facto probe informatus fuerit. Nec eſt, quod iudicium ſuum reſoluat in autoritatem ſuorum ſacerdotum, quantamcunque pietatis & probitatis ſpeciem præ ſe ferant. Nam innumeris exemplis conſtat, quantopere principes ingenio cetera probo & miti ad ſæuitiam in inſontes exercendam compulſi ſint ab hominibus, ſtolidum impetum aut immanem malitiam ſanctimoniæ profeſſione occultantibus.*

3) nemini imperari poteſt, vt contra conſcientiam agat.

§. CLXXXIV. Inprimis vero (IV) talis diſſentientium perſecutio repugnat exemplo & doctrinæ Chriſti *Luc. IX, 55.* diſcipulos ſuos zelo carnali ductos increprantis: *neſcitis, cuiusmodi ſpiritus filii ſitis vos? nam filius hominis hominum vitas non perditum venit, ſed ſeruatum.* Colligit inde Autor *tr. des loix ciuiles & eccleſiaſtiques faites contre les heretiques in diſcurſ. prælim. contra perſecut. p. 55. ſqq.* I) de *Samaritanis* exſtirpandis & perdendis diſcipulos admonuiſſe ſaluatorem, qui reuera plusquam *hæretici* & *ſchismatici* & ſic ex iudicio curiæ Romanæ, (non CHRISTI,) igne cœlitus immiſſo deleudi erant; CHRISTVS enim redarguit grauiter diſcipulos ſuos, reprobatque eorum zelum plusquam carnalem, & ſic etiam curiæ Romanæ & quorumcunque aliorum, qui diſſentientes in fide perſequuntur. II) Samaritanos fuiſſe *hæreticos* & *ſchiſmaticos* ex iudicio ipſius CHRISTI, qui fallere non poteſt; *Ioann. XII, 22.* & tamen ſaluatorem reprobaſſe diſcipulorum ſuorum zelum, cum eccleſia Romana ceterique tolerantiæ hoſtes tantum perſequantur eos, quos ex *iudicio fallibili* & præiudiciis capto pro talibus habent, quod turpitudinem cauſæ auget grauiter. III) Samaritanos noluiſſe recipere CHRISTVM, Hieroſolymam ad veram ſedem religionis euntem, & ideo diſcipulos *zelo religionis* eorum internecionem intendiſſe, cum curia

4) doctrinæ & exemplo Chriſti repugnat non tolerantia,

quod Samaritanos perdere noluerit,

licet eſſent hæretici & ſchiſmatici,

nec Chriſtum ipſum recipere voluerint,

Digitized by Google

curia Romana eos perſequatur, quod recipere & agnoſcere nolint eum, qui ſe *vicarium Chriſti* dicit, qualis tamen eſſe nequit, quod contra Chriſti doctrinam & exemplum agat. IV) Noluiſſe diſcipulos *vim humanam* inferre Samaritanis, ſed *diuinam*, per preces a Deo impetrandam, quæ terrorem iuſtum his hæreticis incutere eosque erroris conuincere potuiſſet; cum curia Romana atque alii tolerantiæ inimici *vim humanam* hæreticis intendant, quæ errantes in rectam viam reducere nequit, ſed eosdem magis in ſententia ſua confirmat, eorumque auget ſuſpicionem, tales magis Antichriſti aſſeclas, quam CHRISTI diſcipulos eſſe. Recte prælaudatus Autor *p. 58. in f.* tales perſecutiones dicit *incapables de convaincre la conſcience*, additque: *elles ne ſeruent, qu'a endurcir les coeurs des hommes, a les remplir d' aigreur contre ceux, qui en ſont les Auteurs, & a leurs perſuader, de plus en plus, qu' vne telle religion ne peut venir de Dieu.* Si ergo CHRISTVS Samaritanorum pagum, igne coelitus immiſſo, deſtruere noluit, ſed Apoſtolorum zelum, a ſpiritu noui teſtamenti prorſus alienum eſſe iudicauit atque improbauit, quanto magis a curia Romana per aliquot ſecula introductum & exercitum vium perſequendi atque occidendi hæreticos condemnaturus eſt, qua ſtrage tot hominum myriades pericrunt. Neque præterea ab iniquitate ſeſe purgare poterunt, qui non quidem *hæreticidio* ſeſe macularunt, ſed tamen aliis perſecutionum viis diſſentientibus graues fuerunt, ab omni prorſus tolerantia alieni.

quid? quod diſcipuli vim diuinam non humanam iis inferre voluerint.

§. CLXXXV. Ipſam rationem, quam CHRISTVS adfert, egregie explicat prælaudatus Autor ex TILLOTSONIO hac paraphraſi: *vous ne faites pas aſſez attention à la nature de votre vocation. La religion, que je ſuis venu enſeigner aux hommes, les ſentimens & les diſpoſitions, que je ſuis venu grauer dans leurs coeurs, ne conſiſtent pas dans vn eſprit furiex, perſecuteur & deſtructif: c' eſt au contraire vn eſprit de douceur & de bonté, vne inclination bien faiſante, vn ſoin empreſſe de la vie & des interêts des hommes, même de vos plus grands ennemis. Sous l' ancien Teſtament, à la verité, ceux qui rejettoient vn prophete, ou qui oſoient s' en moquer, en etoient rigoureuſement punis. Il avoit ordre de faire deſcendre le feu du ciel pour les conſumer; (1 Reg. I. 10.) il avoit ordre de les maudire au nom de l' eternel. (2 Reg. II. 24.) Mais votre Maitre prie pour ceux-là-même, qui le rejettent & le crucifient. Il veut, qu' on leur prêche ſa doctrine, à fin de les amener, s' il eſt poſſible, à la repentance. C' eſt à cet exemple, que tous les Chrêtiens doivent ſe confor-*

Illuſtratio ſententiæ Chriſti ex Tillotſonio.

Digitized by Google

former, en agiſſant à l'égard de ceux, qui mépriſent leurs perſonnes, & qui rejettent leur doctrine, non pas conformément à la diſpenſation légale, mais conformement à celle, qui a lieu ſous la nouuelle Alliance, en imitant, non pas la ſévérité d' Elie, mais la débonnaireté du Meſſie. Vne conduite ſemblable à celle d' Elien' eſt plus de ſaiſon; elle ne peut point étre tolerée ſous l'evangile. L'evangile ſe propoſe d'etablir dans le monde vn amour, vne paix, & vne bienvaillance générale pour tous les hommes, ſans excepter même vos ennemis &c.. Addit vero ſaluator, *ſe non veniſſe perditum ſed ſeruatum vitas hominum*, quod hac paraphraſi egregia *p. 63.* præ- laudatus AVTOR explicat, oſtendens, GHRISTVM veniſſe, vt ex conſortio hominum omnem inhumanitatem, omnem iræ exceſſum, omnemque crudelitatem exſtirparet: vt damnaret ſpiritum furoris, turbis dandis aptum natum, vnde tot mala & calamitates: vt veniret & ad vitam tranquillam eos, quorum mores & rationes vitæ atque commodorum differunt, deduceret: vt cum agno lupus verſaretur, ſine vlla formidine mali: *Eſ. XI, 6.* vt gentes ex ſuis enſibus vomeres & ex ſpiculis falces cuderent, *Eſ. II, 4. Mich. IV, 3.* homines inducendo, quo *omnis acerbitas & odium & ira & clamoſitas & maledicentia, denique omne vitium ex iis tolleretur. Eph. IV, 31.*

Illuſtratio doctrinæ Chriſti, quod non perditum ſed ſeruatum vitas hominum venerit.

§. CLXXXVII. Hanc doctrinam Saluatoris tam humanam atque ſalutarem vbique (V) Apoſtoli ſuis inculcarunt ſcriptis, docueruntque, α) regnum Dei eſſe *iuſtitiam, pacem & gaudium in Spiritu S.*: *Rom. XIV, 17.* β) imbecilliorum infirmitates tolerandas: *Rom. XV, 1.* γ) infirmos lucrifaciendos, *1 Cor. IX, 22.* & cum animi comitate reficiendos: *Gal. VI, 1.* δ) ſpiritus fructum vnice quærendum, qui eſt *caritas, gaudium, pax, clementia, benignitas, bonitas, fides, lenitas, continentia:* ε) clementia vtendum erga omnes: *1 Theſ. V, 14.* ζ) paſtores erga omnes mites eſſe debere, ad docendum accommodatos, iniuriæ patientes, cum manſuetudine erudientes diſſentientes, ſi forte, Deo eos ad frugem reuocante, verum agnoſcant, ad ſeque redeant, & diaboli laqueum euadant, a quo capti eius arbitrio tenentur: *2 Tim. II, 24 ſeqq.* η) ne ſint chriſtiani contentioſi, ſed æquanimes, ſummam erga omnes comitatem exferentes: *Tit. III, 2.* θ) veram ſapientiam, ſuperne orientem, eſſe ſectandam, quæ eſt *caſta, pacifica, æqua, obſequioſa, pietate bonisque referta fructibus, ſeuera & minime ſimulatrix: Iac. III, 17.* bonis moribus oſtendenda opera cum ſapientia, & manſuetudine, *ibid. verſ. 13.* denique amaram inuidiam & ſimultatem ex animo eliminandam, *ibid. verſ. 14.* & quæ ſunt infi-

Apoſtoli eandem inculcarunt doctrinam.

Notum argumentum ab armis militiæ christianæ desumtum.

nita alia *spiritum noui testamenti* indicantia. (VI) Militiæ christianorum arma diuersa sunt ab armis eorum, qui, tolerantia omni abiecta, dissentientes persequuntur. Ait PAVLVS *2 Cor. X, 4. arma militiæ nostræ non carnalia sunt*, (vt cruciatorum) *sed diuinitus potentia ad munitionum demolitionem: quibus armis cogitationes deturbamus, & omnem sublimitatem elatam contra Dei cognitionem omnemque mentem ad obediendum Christo cogimus.* His armis pugnandum esse rebantur Apostoli contra errantes & hæreticos, abstinendumque ab omni *brachio seculari* & *armis carnalibus.*

Calumniosum est, extraneas religiones tollere pacem publicam.

§. CLXXXVIII. Denique (VII) obseruarunt iam prudentiores theologi & ICti, antiquam omnino calumniam esse, religiones *extraneas* non esse tolerandas, quod reipublicæ eiusque tranquillitati nocerent. Id olim gentiles obiecisse christianis, notum est, ac erudite illustratum a B. BVDDEO *in diss. de concord. relig. stat. ciu. c. 1. 2. & 3.* Hoc modo ab antiquo sacerdotes dominantes sueuerunt armare hos, qui reipubl. præfuerunt, vt in errantes sæuirent, quorum *tolerantia* tamen præsidium quieti adferre potest publicæ. Non aliter enim conseruari potest *pax* & *tranquillitas* in republica, in qua ciues & subditi diuersas sententias ratione religionis fouent & defendunt, quam proscripto *studio persequendi* dissentientes, & imperata *tolerantia.* Hoc comprobant innumera bella, clades, seditiones, quibus multa hominum millia, vt in Gallia, Hispania &c. ceciderunt, imo maximæ & potentissimæ regiones sunt euersæ, nullam aliam ob causam, quam ex *studio persequendi tyrannico*, & quod vnus alteri concedere noluerit, vt religionem a *dominante* diuersam amplecteretur, quia dominantem *orthodoxam* esse censuerunt.

Sectarum diuersitas euitari non potest.

Sectarum diuersitas in religione christiana euitari & præcaueri non potest, sed, vt ita loquar, est *malum* quoddam *necessarium*, cui eradicando respublica impar est. Docent antiquitates ecclesiasticæ, a primo christianismi exordio varias exstitisse sectas. Idem accidit omni alii religioni, cum nulla reperiri queat, quæ in *sectas diuersas* haud fuerit scissa, prout obseruat B. BVDDEVS *cit. l. c. 2. §. vlt.* Cum itaque id euitari non possit in *statu ciuili*, nullum aliud supereſt remedium, quam *tolerantiam* subditis *inculcare*, imo etiam *imperare.* Nam, vt ait BVDDEVS *cit. l. & ratio docet & experientia testatur, quiete & tranquille viuere posse in vna eademque republica, qui diuersas tamen circa nonnulla doctrinæ cœlestis capita fouent opiniones.* Plenius hoc grauissimum doctrinæ caput persequitur PHILIPPVS a LIMBORCH *in theol. christiana lib. VII. 6. 21. & seqq. & 6. 22.* vbi *tolerantiæ*

Inde eorum tolerantia necessaria.

ne-

neceſſitatem inculcat, & ab aduerſariorum telis immunem præſtat.

Etiam vtilis ob artium culturam.

Præterea tolerantia religionum optimum eſt artium liberalium & excolendorum ingeniorum præſidium, plurimumque facit ad augendum numerum ciuium, & ad amplificandam extendendamque rem tam *publicam* quam *priuatam*. Imo alio modo conſeruari non poteſt pax in eccleſia, quam per mutuam tolerantiam, qua quisque amice fert & tolerat alios in rebus fidei a ſe diſſentientes. Hac *pace religioſa* ſalua, ſalua etiam eſt reipubl. tranquillitas, vt vel acta *pacis religioſæ* docent: ea negata, incolumitas reipubl. nutat atque ruinam minatur, quod HORTLEDERVS *de cauſ. bell. Germ.* euincit. Qui vi, armis, imperio ab errore reducere diſſentientes ſtudet, inuolat in *reſeruata diuina*, ad quæ vnice referri debet cordium in rebus fidei mutatio & illuminatio, atque ad ſuiorem doctrinam facta traductio. Conuincendi ſunt errantes in fide *argumentis*, non *armis*: amica *perſuaſione*, non *imperio* abſoluto: *doctrina*, non *gladio*, denique quod quisque iuris in ſe ſtatuendum eſſe cenſet, eodem iure, vt alter, qui diſſentit, fruatur, permittere debet.

& pacem publicam.

Aliter conuincendi errantes quam perſecutionibus.

§. CLXXXIX. Limites tamen tolerantiæ varii præſcribi ſolent. In compendio eos tradit B. BVDDEVS *in theol. morali P. II. c. 3 ſect. 7. §. 21. in not.* & *ipſa ſane*, ait, *indoles & natura tum religionis generatim ſpectatæ, tum ſpeciatim chriſtianæ hoc ſatis ſuperque docet, vim omnem hic abeſſe debere. Vnde ſententia illorum, qui per vim & arma religionem propagare & diſſentientes quoslibet gladio & igne perſequi non dubitant, quod Romanenſium fere proprium eſt, ceu repugnans & rationi & religioni, merito damnatur. Nec tamen tolerantiæ limites vltra, quam par eſt, extendendi. Tolerandi ſunt diſſentientes, ita tamen, vt veritati nullum inde creetur periculum, & qui noſtræ curæ concrediti ſunt, in diſcrimen amittendæ ſalutis æternæ non coniiciantur. Tolerandi ſunt, non tamen ſtatim facultas impune & pro lubitu errores diſſeminandi & alios ſeducendi illis eſt concedenda: tolerandi ſunt, ſimul tamen in viam veritatis ea, qua decet, ratione reuocandi. Paucis; tolerantia non debet excludere curam conſeruandi propagandique veram religionem.* Poſteriores duas propoſitiones admittit AVTOR *tr. de tolerantia p. 61.* Sed priores limitationes ipſemet cum ſummo animi dolore reprobat, quod *intoleranciam veram* inducant. Prior tamen illud tantum continet, quod in *propoſitione vltima*, ab eo agnita, docuit. Poſterior meo iudicio ad *doctrinam publicam* referri debet, quæ quandoque reſtringenda eſt ex *iuſta*

Habet tamen tolerantia ſuos limites.

Digitized by Google

cauſa, quæ ſemper præſupponenda. Harum *prima* eſt, ſi *legibus imperii publicis* imperans adigitur, ne quarundam ſectarum publicam admittat doctrinam, prout in I. P. *art. VII. §. 2. inf.* cautum eſt. *Altera* eſt, ſi ſub hac conditione *principatum* ſuſcepit, vt *doctrina publica* in republica non alia, quam, quæ ibidem probata eſt, admittatur. Sunt rebuspublicis ſingulis propria ſua inſtituta, quæ tolli & emendari non poſſunt, ſed æquo animo ferenda. *Tertia* eſt, ſi doctrina quædam omnem tollit religionem. Hac de cauſa merito tolerantia iis denegatur, qui *atheismum* profitentur, vtpote quo reipublicæ ipſius fundamenta impetuntur. Ita recte cenſuit clariſſ. WOLFFIVS in den vernünftigen Gedancken von dem Geſellſchafftigen Leben der Menſchen §. 368. Weil ein Atheiſt leugnet, daß GOtt (oder die Verſehung GOttes) ſey, ſo hält er auch die Religion vor nichts. Da man nun aber über der Religion mit allem Ernſt halten ſoll, ſo kan man auch die Atheiſten, die ſich bloß geben, im gemeinen Weſen nicht dulden. IDEM paucis interiectis: da die Furcht GOttes, welche durch die Religion beſtehet, es mag eine kindliche oder knechtiſche ſeyn, gleichwohl den Menſchen verbindet, das Gute zu thun und das Böſe zu laſſen, was er wegen Unwiſſenheit, und aus Mangel der Einſicht in die Beſchaffenheit der freyen Handlung nicht thun noch laſſen würde, ſo hebet man durch die Atheiſterey die Verbindlichkeit auf, welche bey denen meiſten den gröſſeſten Nachdruck hat. Und ſolchergeſtalt kan man Atheiſten, weil ſie gefährliche Verführer ſind, im gemeinen Weſen nicht dulden, wenn ſie entweder würcklich ihre atheiſtiſche Lehren kund machen, oder doch um ihres Anſehens willen Aergerniß und Anlaß zur Verachtung der Religion geben, quod adhuc in ſequentibus pluribus inculcat, oſtenditque variis aliis argumentis, quæ tolerantiam atheis denegant. Loca ipſa plenius ex clariſſimi WOLFFII tract. excerpſit FABRICIVS *de verit. relig. chriſtian. p. 376. ſq.* Denique *quarta* conſtitui debet in ipſa ratione *officii publici*, quod doctoribus concreditum. Qui vocati & aſſumti ſunt, vt doctrinam *Auguſtanæ confeſſionis* in *eccleſiis*, *ſcholis* & *academiis* proponant tantum, non aliam, his recte prohiberi poteſt, ne publice diſſeminent errores contra hanc confeſſionem in *eccleſiis*, *ſcholis* & *academiis*, quia tantum huius doctrinæ cauſa aſſumti ſunt & vocati.

& ſic athei non ſunt tolerandi.

Leges tamen & pacta publi-

§. CXC. Quia vero hodie res noſtræ ita compoſitæ ſunt, vt non omnes verbum hoc tam ſanum, ſalutare atque pacificum capiant,

ſed

ſed perſecutorum plena ſint omnia, inde neceſſe fuit, vt aliud adhuc vinculum *tolerantiæ religioſæ* in republica circumponeretur atque illa *legibus fundamentalibus* pactisque publicis muniretur, quo ipſo (1) redditur magis *neceſſaria*, *tuta* atque *debita*, qualis ob hominum mores, ad perſequendum procliues, imo ob *iuris canonici* peruerſiſſima principia & autoritatem non eſt, ſi hæc vincula detrahas: (2) *ciuiles effectus* accipit, quibus *ſimplex* non ſemper gaudet tum ex eodem perſecutionis ſpiritu, tum ex reliquiis iuris pontificii vbique regnantis. Inde hoc intuitu & *comparatiue* loquendo hæc dicitur *voluntaria* & *gratioſa*, non ex intentione & doctrina CHRISTI & Apoſtolorum, iuxta quam omnis tolerantia eſt *neceſſaria* & ab omni perſecutione aliena, vt ex antecedentibus liquet. Ita aliter iudicat ſæpe *eccleſia*, aliter CHRISTVS. Et quia proceres eccleſiæ Romanæ cum aliis tolerantiæ hoſtibus conſtituerunt, hæreticos non eſſe tolerandos, inde natum potiſſimum eſt dogma, diſſentientes a religione non aliter tolerari, quam per viam *gratiæ* & *diſpenſationis*, ſeu per quandam συγκατάβασιν, qua olim pro *pace publica* ſæpe vſi ſunt, ſi omne *pactum publicum* deficiat. Quocirca, hoc ſuppoſito principio, liberum imperanti eſt, vtrum eosdem in ſuo regno vel principatu ex *gratia* tolerare, an vero *religionis exercitium* eisdem religionibus addictis interdicere, eosque etiam expellere malit, id quod vocant *ius reformandi exercitium religionis*, quod etiam curiæ Romanæ addicti *principibus ſecularibus* attribuunt. Denique (3) ex his *pactis* & *legibus* fundamentalibus *publicam autoritatem* accipit, atque *publica* dicitur, quod officium imperantis determinet eumque conſtringat, vt qui hac muniti ſunt, ab omni perſecutorum furore tutos & immunes præſtet, illosque domet. Hæc ipſa eſt, quam ægre quidem admittit *ius canonicum*, ſed *leges imperii fundamentales* fouent, iubent, propugnant, adeoque hoc reſpectu ſtatus imperii *iuri canonico* dicam ſcripſerunt.

ea circa tolerantiam hodie deſiderantur.

& ſic quandoque conditur per viam gratiæ, vt ex arbitrio principis dependeat ex principiis papalibus.

§. CXCI. Hæc ipſa denique (4) *hæreſin* & *orthodoxiam* ab *effectibus ciuilibus*, & ſic in *ſenſu ciuili*, definit, & longe aliter, ac quidem *theologia* & *ius canonicum* conſiderat. Sicuti vero tolerantia hæc *publica* & *neceſſaria* verſatur circa eos, qui diſſentiunt inter ſe circa *confeſſionem fidei*, ita contingit, vt quamuis inter ſe in partes duas vel tres abeant, diuerſasque eccleſias conſtituant, æque tamen pro *orthodoxis* ciuiliter haberi debeant, & neutra pars alteri *hæreſeos* notam inurere queat, ſed omnes æquo inter ſe iure frui debeant. Quocirca *orthodoxia* in *ſenſu ciuili* eſt religio legibus publicis approbata hoc effectu, vt nemo

neceſſaria tolerantia orthodoxiam ciuilem operatur.

Quid ſit orthodoxia in hoc ſenſu?

ob illam deſpicatui haberi, aut ab his, qui tolerantiæ diuerſarum religionum hoſtes ſunt infenſiſſimi, in inquiſitionem queat trahi, ſed mutatio religionum prorſus libera ſit. *Hæreſis* vero hoc ſenſu tantum in ea religione collocanda, quæ *legibus publicis* non eſt agnita, ſed potius reprobata, damnata, & reiecta, vt in imperio Romano cenſentur omnes aliæ religiones præter tres notiſſimæ. Inde *orthodoxa* religio toleranda eſt, quatenus id legibus imperii cautum: non item *hæretica*, cui omnes *effectus iuris*, ſoli *orthodoxiæ* debiti, denegati ſunt, imo ſi toleratur, ex *mera gratia* tolerari dicitur.

quid hæreſis?

Primus effectus tolerantiæ neceſſariæ eſt monopolium religionis,

§. CXCII. Hinc religionum *publica approbatio* ſeu *orthodoxia*, in ſenſu ciuili ſumta, inſignes habet effectus *ciuiles* pariter ac *eccleſiaſticos*, qui potiſſimum *iuridicæ conſiderationis* ſunt. Primus eſt, quod *monopolium* inducat ſeu *ius prohibendi*, ne aliud, quam *approbatum religionum exercitium* in imperio noſtro toleretur, vel publice admittatur. Omne *monopolium* in ſe continet *exercitium* iuris *priuatiuum*, cum iure prohibendi, ne in communionem eius *hæretica religiones* (in ſenſu ciuili ſumtæ) admittantur. An ergo ad minimum adhuc *hæreticorum*, veluti Anabaptiſtarum, Arianorum, Socinianorum ſimiliumque *tolerantia* in prouinciis imperii per leges publicas imperii integra, libera, atque permiſſa eſt ſtatibus imperii? Equidem in *I. P. art. VII. §. 2.* cautum eſt, vt *præter tres religiones, catholicam* puta, *Lutheranam & Reformatam, nulla alia in ſacro imperio Romano recipiatur vel toleretur*, quibus verbis omnis tolerantia aliis religionibus negata & *monopolium* inductum eſſe liquet, cum *iure excludendi* alias omnes religiones. Sed cogitandum eſt, α) id de *publico religionis exercitio* potiſſimum intelligendum, neque principibus prohibitum eſſe, etiam illos, qui nulli ex modo dictis religionibus ſunt addicti, in ſuis principatibus tolerare, ſi modo *publicum* religionis ſuæ *exercitium* non affectent, obſeruante B. STRYKIO *de caut. teſt c. 3. §. 61.* & inſuper tranquille viuant, nec oſtentatione ſuorum ſacrorum ſcandalum præbeant. Id quod ipſa praxi multorum locorum in Germania comprobatur. Sunt enim quibusdam in locis haud pauci Mennoniſtæ, Anabaptiſtæ, Socinani & alii ex ſectis prohibitis, quos *priuatim* ſuæ deuotioni vacantes inter nos verſari patimur. Vid. AVTOR *medit. ad I. P. art. VII. §. 2. p. 866.* Præterea β) liquet ex reſponſo *tom. I. iur. eccleſ. proteſt. lib. I. tit. I. §. 58.* adducto, hanc clauſulam de *tolerantia priuatiua religionum* primario a Catholicis adiectam fuiſſe inſtrumento pacis, ne vltra

tolerari tamen poſſunt hæretici ex gratia.

Ratio decidendi.

Digitized by Google

vltra tres illas exceptas tolerare teneantur catholici, id quod principiis eorum, non autem in genere *proteſtantium*, conforme eſt, adeoque probabile non eſt, his ſimul *obligationem* eſſe impoſitam, ne *ex gratia hæreticos* ſine *exercitio religionis publico*, ſine vſu *doctrinæ publicæ* tolerare poſſint, cum iudæos tolerare non prohibeantur. add. B. THOMAS. *ad Monzambanum de ſtat. imper. Germ. cap. 5. §. 12. ſub. lit. r.* Porro γ) cauendum eſt, ne temere alicui nouæ ſectæ imputetur ad effectum denegandæ *tolerantiæ*. Nam hæ ipſæ religiones approbatæ potiſſimum ex *confeſſionibus publicis* & *formulis fidei* iudicandæ ſunt, quamuis in particularibus quibusdam eccleſiis diuerſitas in *ritibus* deprehendatur. Minime itaque ſubditi expellendi ſub prætextu *nouæ* cuiusdam *ſectæ* vel *religionis*, qui *formulam fidei Auguſtanam* adhuc amplectuntur, licet in aliis, quæ vel ibi non definita, vel articulis fidei non accenſentur, diſſentiant; ſed omnes illi *pace religionis* eiusque *beneficiis* frui debent, qui Aug. confeſſioni ſecundum *literam* ſeu *ſenſum literalem* aſſentiunt. Principi quidem & domino territorii, ſuborta Theologorum contentione, competit facultas definiendi, qualis doctrina *publice* proponenda ſit, & a qua abſtineri debeat; non tamen hoc ſimul inuoluit declarationem, diſſentientes tales, qui Auguſt. confeſſioni nihilominus adhuc ſubſcribunt, nouam & a tribus religionibus diuerſam amplexos eſſe religionem, ideoque tolerandos non eſſe, ſed *pacis publicæ* intuitu tantum publicam doctrinam determinat, in ſuſpenſo relinquens, vtrum doctrina contraria auguſtanæ confeſſioni repugnet, quod declaratum eſt *cit. l. §. 60. p. 58.*

§. CXCIII. Alter effectus *approbatarum religionum* eſt, quod iis *tolerantia* ex *lege* debeatur, ex *transactione* imprimis *Osnabrugenſi, art. V. §. 34.* qua expreſſe ſtatuitur, *vt omnes, qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diuerſam a territorii domino religionem profitebuntur & amplectentur, PATIENTER tolerentur.* His verbis lex ſubditis cauet de *conſcientiæ libertate* & *optione religionum*, ita, vt tribus religionibus addicti non ſolum ab omni *incommodo*, *iniuria*, & *contumeliis* ſint tuti, ſed etiam liberaliter, manſuete, & clementer haberi, & *pari* cum aliis ciuibus *iure* in loco viuere, atque pari honore & fama cenſeri, neque vlla inter eos in *adminiſtratione iuſtitiæ* conſtitui debeat differentia. Qua de cauſa, ſicuti proteſtantes hac *tolerantia* frui debent inter catholicos; ita quoque hi inter *proteſtantes*, vt nec hi, nec illi melioris conditionis eſſe, ſed ad paria æſtimari debeant. Attamen his verbis: *patienter tolerentur*, non abſoluta neceſſitas dominis territorii impoſita eſt,

Secundus effectus eſt patiens tolerantia trium religionum, quæ ex lege debetur

& reciproca eſt

simul tamen regulanda secundum statutum anni 1624. ita vt a principe nonnunquam emigratio imperata possit subditis, quæ tamen nullam pœnam includit. Secus est in religionibus reprobatis.

est, tolerandi subditos, qui nec publicum, nec priuatum suæ religionis exercitium anno regulatiuo 1624. habuerunt, vel etiam post pacem publicatam religionem mutauerunt, quin potius in §. 36. *huius art.* tam subditis *facultas* data est *sponte emigrandi*, quam principi etiam, *emigrationem honestam* eis *imperandi* sed citra vllam afflictionem in bonis & persona. Proinde hæc *emigratio* nequaquam aliquam *pœnam* includere aut *relegationem* inferre debet, vt potius in *cit.* §. 36. eis expresse libertas data sit, vel *bonis retentis, vel alienatis discedendi, retenta per ministros administrandi, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda, libere & sine literis commeatus adueniendi.* Hi omnes vero effectus in religionibus aliis & reprobatis cessant, quippe quas principes in suis territoriis non modo non tolerare, sed etiam illis addictos inuitos eiicere, pacemque publicam & ciuilem eis denegare, & desuper omnibus illis malis eos afficere secundum *iuris canonici principia* possunt, quæ supra ex *denegatione tolerantiæ* fluere demonstrauimus; quamuis protestantes hæc mala horreant, atque *indoli christianissimi* aduersari credant, adeoque ab illis merito abstinere debeant.

Multiplicatio subditorum catholicorum in terris protestantium prohiberi potest.

§. CXCIV. Ceterum, cum numerus clericorum & religiosorum in monasteriis ex *termino decretorio* anni 1624. sit regulandus, vtpote quod in ipso *I. P. art. V. §. 23. & 26.* cautum: noua inde oritur quæstio, *vtrum multiplicatio subditorum catholicorum eorumque bonorum immobilium in terris protestantium, salua pacificatione religiosa & promissa tolerantia, prohiberi possit?* Equidem odiosa hæc est quæstio, & ita comparata, vt secundum principia protestantium ab ea magis abstinere, quam illam in scenam producere expediat. Quia tamen ea facies rerum est in imperio nostro, vt, quo iure catholici in protestantes per suos principatus sæpe vtuntur, eodem etiam in eosdem vti cogamur, vt *æqualitas religionum* conseruetur, & *per indirectum* illi absterreantur a studio persequendi protestantes, vel inuiti sæpius in huiusmodi quæstiones dilabimur. Quod ergo ipsum caput rei concernit, neganda quæstio videtur, quoniam iuxta §. 35. *art. V. I. P.* in opificiis, hæreditatibus, commerciis, aliisque iuribus pari cum conciuibus iure haberi, ac æquali iustitia PROTECTIONEQVE TVTI esse debent. Quia vero catholicis subditis, qui nec *publicum* nec *priuatum* suæ religionis exercitium an. 1624. in territoriis protestantium habuerunt, vel post publicatam pacem religionem mutarunt, secundum dispositionem *pacis Osnabrugensis* iussu domini territorii iniungi potest *emigratio*, obser-

Digitized by Google

obſeruatis tamen iuribus *art. V. §. 36. & 37. I. P.* expreſſis, facile liquet, per indirectum numerum ſubditorum coarctari poſſe. Neque in eo ius *talionis & retorſionis* iniquum aut improbatum eſt, quia, quod vni iuſtum, illud alteri quoque iuſtum eſſe debet per *dict. art. V. §. 1. in f.* & quidem per ius talionis.

§. CXCV. Interim tamen illa *tolerantia publica* ad annum 1624. eſt reſtricta. Cautum enim in *I. P. art. V. §. 31. vt catholicorum ſubditi, landſaſſi, vaſalli & ſubditi cuiuscunque generis, qui ſiue publicum, ſiue priuatum Auguſtanæ confeſſionis exercitium anno 1624. quacunque anni parte, ſiue certo pacto, ſiue priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retinere etiam debeant imposterum, vna cum annexis, QVATENVS dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt.* Quibus verbis ſubditis conſeruatum eſt tam *publicum religionis exercitium*, quod in *publico loco* & per *publicas ceremonias* peragitur: quam *priuatum*, quod in occulto & ſine publicis ceremoniis exercetur, ita vt principi diuerſæ religioni addicto haud liceat, *contra ſtatum anni 1624.* aliquid immutare, aut in eius præiudicium quidquam introducere. Denique ex verbis *huius §.* quoque fluit, quod eis in locis, vbi catholici inter Lutheranos vel hi inter illos anno 1624. nullum plane exercitium habuerunt religionis, illud etiam nullo iure ſibi vindicare poſſint. Interim principi euangelico prohibitum non eſt, catholicis ſacra publica in ſuo territorio *gratioſe* concedere, quæ tamen tolerantia tunc mere *gratioſa & precaria* eſt, ita vt pro lubitu reuocari queat, quale exemplum in hac vrbe occurrit, vbi Rex noſter clementiſſimus catholicis aliquod religionis exercitium, nullo quidem iure cogente, ſed ex mera *gratia* (inſpecto iure per *inſtrumentum pacis* conſtituto) conceſſit, quod beneficium tamen omni tempore reuocare ipſi integrum eſt. Quodſi vero huic tolerantiæ *ſpeciale pactum* acceſſit, maxime autoritate imperatoris corroboratum, tunc aliud erit dicendum. & tolerantia, quæ alias *voluntatis* fuiſſet, in *conuentionalem & neceſſariam* degenerat. Tale exemplum occurrit Hannoueræ, vbi ſereniſſimus elector Brunſuic. & Lüneburg. glorioſ. memor. ERNESTVS AVGVSTVS, religionis catholicæ exercitium, accedente *ſpeciali pacto* cum imperatore, catholicis conceſſit, licet an. 1624. ibi tantum proteſtantes rem diuinam fecerint. Interim eiusmodi exercitium religionis, nouiter & vltro conceſſum, ſemper ita reſtringendum, vt inde religioni proteſtantium fraus non fiat, nec hi quomodocunque inde turbentur, aut ſacris eorum præiu-

Exercitium religionis reſtrictum eſt ad ſtatum anni 1624.

quod eſt vel publicum vel priuatum.

principes tamen territorii hunc ſtatum ex gratia poſſunt immutare, cuius exemplum eſt Halæ & Hannoueræ.

pertinet 1) religionis *securitas* & *libertas* 2) *quies publica* & vnio animorum tum quoad ſtatus inter ſe, tum quoad relationem mutuam ad ſubditos: vniuerſalis imperii & Germaniæ oladis & internecionis declinatio. *Pax* vero *religionis* neque a Cæſare vi extorta, neque per Tridentinum concilium ſublata, neque inſidiis curiæ Romanæ infirmata, ſed potius promiſſio de *pace religionis* vtriusque, æqualiter ſeruanda, eſt licita & tam rectæ rationi, quam ſcripturæ ſacræ conformis.

(VI) Quiete frui debent religionis exercitio & bonis poſſeſſis,

§ CXCIX. *Sextus effectus,* qui ex *tolerantia* hac *qualificata* fluit, in eo ponendus, vt quisque quiete *religionis exercitio & bonis eccleſiaſticis* poſſeſſis frui queat, id quod quidem in *pace religioſa* iam cautum, non ſatis tamen determinatum erat. Cum enim catholici negarent, euangelicos ſtatus ex *pace religioſa* idoneos eſſe bonis eccleſiaſticis *immediatis* poſſidendis, id quod tota illa actione ſatis explicuere, quam vehementiſſimis certaminibus cum proſtantibus ſuper *reſeruato illo eccleſiaſtico* ſuſceperunt, ceu pluribus illuſtrat OBRECHT *diſſ. de reſeru. eccleſ.* opus omnino fuit, vt controuerſia in *pace Osnabrugenſi* decideretur, atque catholici cum euangelicis *æquo iure* rurſus coniungerentur. Quare per *I. P. art. V. §. 14. 25. & 32.* ſancitum eſt, vt tam *catholici*, quam *Auguſtanæ confeſſioni addicti* omnia ea bona, *quæ die 1. Ian. anno 1624. realiter poſſederunt, etiam inpoſterum tranquille & imperturbate poſſiderent,* ſine alicuius contradictione, & vt illi, qui vel *iudicialiter* vel *extraiudicialiter,* h. e. vel de *iure* vel de *facto* eorum poſſeſſionem, quam dicto tempore habuerunt, poſtea amiſerunt, ſtatim reſtituantur. Quod ad *ipſam religionem* eiusque *exercitium, ritus, ſtatuta, regulas* & *ceremonias* attinet, itidem quisque in ſuo ordine tuendus, *neutrique partium alteram de religionis ſuæ exercitio deturbare fas eſt. §. 29. art. V. I. P. Osnab. & Pacificat. Paſſau. de an. 1552. §. 9. item Pacis religioſæ de anno 1555. §. 15. & 16.* Præterea *conſuetudines* & *ſtatuta* antiqua illibata manere debent & nihil denuo admiſcendum, quod *conſcientiam* & *cauſam* pro cuiusque parte lædere, eorumue ius imminuere poſſit. *§. 16. art. V. I. P. Osnabr.* Tanta vero rurſus hic *æqualitas* conſtituta, vt archiepiſcopus, epiſcopus, prælatus ſolus, aut vna cum capitularibus ſeu ſingulis ſeu vniuerſis, aut etiam alii eccleſiaſtici, ſi religionem poſt *terminum decretorium* anni 1624. mutauerint, illi ſtatim iure ſuo excidere, honore tamen famaque illibatis, fructusque, & reditus citra moram & exceptionem cedere cogantur, capitulo vero, aut cui id de iure competit, integrum eſſe debeat, aliam perſonam religioni ei, ad quam beneficium iſtud vigore

quod ſpecialiter illuſtratur,

trans-

Digitized by Google

transactionis religiosæ pertinet, addictam eligere aut postulare. *I. P. Osnab. art. V. §. 15. iunct. pac. relig. de anno 1552. §. 18.* Hoc in *alleg. I. P. Osnab. §. 26.* ad eum casum extensum, vt si *religiosorum ordo* quidam plane interciderit, tunc demum magistratui catholicorum liberum sit, ex alio in Germania, ante dissidia religionis exorta, visitato ordine nouos religiosos substituere. Nihil igitur ratione exercitii religionis, rituum, statutorum, regularum & ceremoniarum catholicorum a principe euangelico mutari posse arbitror, nisi forsan id fiat iure *retorsionis*, cum quo tamen etiam caute agendum, ne contra regulas I. P. *prudentiæ*, & *amoris christiani* peccetur.

§. CC. *Septimus effectus* est, quod tolerantia hæc omnem *coactionem* in negotio religionis excludat prorsus, *libertatemque conscientiæ* antea magnopere infractam restituat. Atque hoc iterum in *pace religiosa Passauiensi §. 8.* iam constitutum erat, cautumque: nulli statuum imperii permittendum esse, vt alium ad religionem suam deserendam vi metuue cogeret, eumque eam ob causam iniuria afficeret, quin potius religionis dissidia non aliter, quam per *amicabilem compositionem* definirentur, imo nec subditi religionis causa vexarentur aut cogerentur, migratio tamen volentibus indulgeretur. Sed plenius hinc inde huic *conscientiæ libertati* admodum infractæ per *I. P. Osnab.* prouisum, & sic rursus in ea *tres religiones approbatæ* inter se *exæquatæ* sunt, nulla prærogatiua *catholicæ* relicta. Etenim *art. V. §. 16. in f.* prohibetur, ne in episcopatibus aut ecclesiis, in quibus *mixtum religionis exercitium* viget, statutis antiquis aliquid de nouo admisceatur, quod vnius vel alterius partis *conscientiam* & causam lædere, eorumue ius imminuere possit. Hac de causa quoque, reluitione terrarum oppignoratarum facta, domino territorii interdictum est, ne subditos religionem, quam sub priore possessore huiusmodi terrarum oppignoratarum, (scil. ante *terminum decretorium 1. Ian. 1624.*) amplexi fuerant, deserere cogat, sed tantum de publico suæ religionis exercitio transigat. Præterea *in §. 34.* de his, qui anno 1624. nec *publicum* nec *priuatum* exercitium in quodam territorio habuerunt, cautum: *vt patienter tolerentur, & conscientia libera domi deuotioni suæ sine inquisitione aut turbatione priuatim vacare, in vicinia vero, vbi & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris scholis aut priuatim domi præceptoribus instituendos committere non prohibeantur.* Hoc rursus *æqualitatem exactam* & omnimodam inter tres religiones indicat, ostenditque, principiis, studium *persecutionis*

(VII) Hæc tolerantia omnem coactionem excludit conscientiæ.

Nouum argumentum ab armis militiæ christianæ desumtum.

nita alia *spiritum noui testamenti* indicantia. (VI) Militiæ christianorum arma diuersa sunt ab armis eorum, qui, tolerantia omni abiecta, dissentientes persequuntur. Ait PAVLVS 2 *Cor. X, 4. arma militiæ nostræ non carnalia sunt*, (vt cruciatorum) *sed diuinitus potentia ad munitionum demolitionem: quibus armis cogitationes deturbamus, & omnem sublimitatem elatam contra Dei cognitionem omnemque mentem ad obediendum Christo cogimus.* His armis pugnandum esse rebantur Apostoli contra errantes & hæreticos, abstinendumque ab omni *brachio seculari* & *armis carnalibus.*

Calumniosum est, extraneas religiones tollere pacem publicam.

§. CLXXXVIII. Denique (VII) obseruarunt iam prudentiores theologi & ICti, antiquam omnino calumniam esse, religiones *extraneas* non esse tolerandas, quod reipublicæ eiusque tranquillitati nocerent. Id olim gentiles obiecisse christianis, notum est, ac erudite illustratum a B. BVDDEO *in diss. de concord. relig. stat. ciu. c. 1. 2. §. 3.* Hoc modo ab antiquo sacerdotes dominantes sueuerunt armare hos, qui reipubl. præsuerunt, vt in errantes sæuirent, quorum *tolerantia* tamen præsidium quieti adferre potest publicæ. Non aliter enim conseruari potest *pax* & *tranquillitas* in republica, in qua ciues & subditi diuersas sententias ratione religionis fouent & defendunt, quam proscripto *studio persequendi* dissentientes, & imperata *tolerantia.* Hoc comprobant innumera bella, clades, seditiones, quibus multa hominum millia, vt in Gallia, Hispania &c. ceciderunt, imo maximæ & potentissimæ regiones sunt euersæ, nullam aliam ob causam, quam ex *studio persequendi tyrannico*, & quod vnus alteri concedere noluerit, vt religionem a *dominante* diuersam amplecteretur, quia dominantem *orthodoxam* esse censuerunt. Sectarum diuersitas in religione christiana euitari & præcaueri non potest, sed, vt ita loquar, est *malum* quoddam *necessarium*, cui eradicando respublica impar est. Docent antiquitates ecclesiasticæ, a primo christianismi exordio varias exstitisse sectas. Idem accidit omni alii religioni, cum nulla reperiri queat, quæ in *sectas diuersas* haud fuerit scissa, prout obseruat B. BVDDEVS *cit. l. c. 2. §. vlt.* Cum itaque id euitari non possit in *statu ciuili*, nullum aliud supereſt remedium, quam *tolerantiam* subditis *inculcare*, imo etiam *imperare.* Nam, vt ait BVDDEVS *cit. l. & ratio docet & experientia testatur, quiete & tranquille viuere posse in vna eademque republica, qui diuersas tamen circa nonnulla doctrinæ cœlestis capita fouent opiniones.* Plenius hoc grauissimum doctrinæ caput persequitur PHILIPPVS a LIMBORCH *in theol. christiana lib. VII. c. 21. & seqq. & c. 22.* vbi *tolerantiæ ne-*

eum sectarum diuersitas euitarinon possit.

Inde eorum tolerantia necessaria.

Digitized by Goog

neceſſitatem inculcat, & ab aduerſariorum telis immunem præſtat.

Etiam vtilis ob artium culturam.

Præterea tolerantia religionum optimum eſt artium liberalium & excolendorum ingeniorum præſidium, plurimumque facit ad augendum numerum ciuium, & ad amplificandam extendendamque rem tam *publicam* quam *priuatam*. Imo alio modo conſeruari non poteſt pax in eccleſia, quam per mutuam tolerantiam, qua quisque amice fert & tolerat alios in rebus fidei a ſe diſſentientes. Hac *pace religioſa* ſalua, ſalua etiam eſt reipubl. tranquillitas, vt vel acta *pacis religioſæ* docent: ea negata, incolumitas reipubl. nutat atque ruinam minatur, quod HORTLEDERVS *de cauſ. bell. Germ.* euincit. Qui vi, armis, imperio ab errore reducere diſſentientes ſtudet, inuolat in *reſeruata diuina*, ad quæ vnice referri debet cordium in rebus fidei mutatio & illuminatio, atque ad ſaniorem doctrinam facta traductio. Conuincendi ſunt errantes in fide *argumentis*, non *armis*: amica *perſuaſione*, non *imperio* abſoluto: *doctrina*, non *gladio*, denique quod quisque iuris in ſe ſtatuendum eſſe cenſet, eodem iure, vt alter, qui diſſentit, fruatur, permittere debet.

& pacem publicam.

Aliter conuincendi errantes quam perſecutionibus.

Habet tamen tolerantia ſuos limites.

§. CLXXXIX. Limites tamen tolerantiæ varii præſcribi ſolent. In compendio eos tradit B. BVDDEVS *in theol. morali P. II. c. 3 ſect. 7. §. 21. in not.* & *ipſa ſane*, ait, *indoles & natura tum religionis generatim ſpectatæ, tum ſpeciatim chriſtianæ hoc ſatis ſuperque docet, vim omnem hic abeſſe debere. Vnde ſententia illorum, qui per vim & arma religionem propagare & diſſentientes quoslibet gladio & igne perſequi non dubitant, quod Romanenſium fere proprium eſt, ceu repugnans & rationi & religioni, merito damnatur. Nec tamen tolerantiæ limites vltra, quam par eſt, extendendi. Tolerandi ſunt diſſentientes, ita tamen, vt veritati nullum inde creetur periculum, & qui noſtræ curæ concrediti ſunt, in diſcrimen amittendæ ſalutis æternæ non coniiciantur. Tolerandi ſunt, non tamen ſtatim facultas impune & pro lubitu errores diſſeminandi & alios ſeducendi illis eſt concedenda: tolerandi ſunt, ſimul tamen in viam veritatis ea, qua decet, ratione reuocandi. Paucis; tolerantia non debet excludere curam conſeruandi propagandique veram religionem.* Poſteriores duas propoſitiones admittit AVTOR *tr. de tolerantia p. 61.* Sed priores limitationes ipſemet cum ſummo animi dolore reprobat, quod *intoleran-tiam veram* inducant. Prior tamen illud tantum continet, quod in *propoſitione vltima*, ab eo agnita, docuit. Poſterior meo iudicio ad *doctrinam publicam* referri debet, quæ quandoque reſtringenda eſt ex *iuſta*

cauſa, quæ ſemper præſupponenda. Harum *prima* eſt, ſi *legibus imperii publicis* imperans adigitur, ne quarundam ſectarum publicam admittat doctrinam, prout in I. P. *art. VII. §. 2. inf.* cautum eſt. *Altera* eſt, ſi ſub hac conditione *principatum* ſuſcepit, vt *doctrina publica* in republica non alia, quam, quæ ibidem probata eſt, admittatur. Sunt rebuspublicis ſingulis propria ſua inſtituta, quæ tolli & emendari non poſſunt, ſed æquo animo ferenda. *Tertia* eſt, ſi doctrina quædam omnem tollit religionem. Hac de cauſa merito tolerantia iis denegatur, qui *atheismum* profitentur, vtpote quo reipublicæ ipſius fundamenta impetuntur. Ita recte cenſuit clariſſ. WOLFFIVS in den vernünftigen Gedancken von dem Geſellſchafftigen Leben der Menſchen §. 368. Weil ein Atheiſt leugnet, daß GOtt (oder die Verſehung GOttes) ſey, ſo hält er auch die Religion vor nichts. Da man nun aber über der Religion mit allem Ernſt halten ſoll, ſo kan man auch die Atheiſten, die ſich bloß geben, im gemeinen Weſen nicht dulden. IDEM paucis interiectis: da die Furcht GOttes, welche durch die Religion beſtehet, es mag eine kindliche oder knechtiſche ſeyn, gleichwohl den Menſchen verbindet, das Gute zu thun und das Böſe zu laſſen, was er wegen Unwiſſenheit, und aus Mangel der Einſicht in die Beſchaffenheit der freyen Handlung nicht thun noch laſſen würde, ſo hebet man durch die Atheiſterey die Verbindlichkeit auf, welche bey denen meiſten den gröſſeſten Nachdruck hat. Und ſolchergeſtalt kan man Atheiſten, weil ſie gefährliche Verführer ſind, im gemeinen Weſen nicht dulden, wenn ſie entweder würcklich ihre atheiſtiſche Lehren kund machen, oder doch um ihres Anſehens willen Aergerniß und Anlaß zur Verachtung der Religion geben, quod adhuc in ſequentibus pluribus inculcat, oſtenditque variis aliis argumentis, quæ tolerantiam atheis denegant. Loca ipſa plenius ex clariſſimi WOLFFII tract. excerpſit FABRICIVS *de verit. relig. chriſtian. p. 376. ſq.* Denique *quarta* conſtitui debet in ipſa ratione *officii publici*, quod doctoribus concreditum. Qui vocati & aſſumti ſunt, vt doctrinam *Auguſtanæ confeſſionis* in *eccleſiis*, *ſcholis* & *academiis* proponant tantum, non aliam, his recte prohiberi poteſt, ne publice diſſeminent errores contra hanc confeſſionem in *eccleſiis*, *ſcholis* & *academiis*, quia tantum huius doctrinæ cauſa aſſumti ſunt & vocati.

& ſic athei non ſunt tolerandi.

§. CXC. Quia vero hodie res noſtræ ita compoſitæ ſunt, vt non omnes verbum hoc tam ſanum, ſalutare atque pacificum capiant, ſed

Leges tamen & pacta publi-

ſed perſecutorum plena ſint omnia, inde neceſſe fuit, vt aliud adhuc vinculum *tolerantiæ religioſæ* in republica circumponeretur atque illa *legibus fundamentalibus* pactisque publicis muniretur, quo ipſo (1) redditur magis *neceſſaria*, *tuta* atque *debita*, qualis ob hominum mores, ad perſequendum procliues, imo ob *iuris canonici* peruerſiſſima principia & autoritatem non eſt, ſi hæc vincula detrahas: (2) *ciuiles effectus* accipit, quibus *ſimplex* non ſemper gaudet tum ex eodem perſecutionis ſpiritu, tum ex reliquiis iuris pontificii vbique regnantis. Inde hoc intuitu & *comparatiue* loquendo hæc dicitur *voluntaria* & *gratioſa*, non ex intentione & doctrina CHRISTI & Apoſtolorum, iuxta quam omnis tolerantia eſt *neceſſaria* & ab omni perſecutione aliena, vt ex antecedentibus liquet. Ita aliter iudicat ſæpe *eccleſia*, aliter CHRISTVS. Et quia proceres eccleſiæ Romanæ cum aliis tolerantiæ hoſtibus conſtituerunt, hæreticos non eſſe tolerandos, inde natum potiſſimum eſt dogma, diſſentientes a religione non aliter tolerari, quam per viam *gratiæ* & *diſpenſationis*, ſeu per quandam *συγκατάβασιν*, qua olim pro *pace publica* ſæpe vſi ſunt, ſi omne *pactum publicum* deficiat. Quocirca, hoc ſuppoſito principio, liberum imperanti eſt, vtrum eosdem in ſuo regno vel principatu ex *gratia* tolerare, an vero *religionis exercitium* eisdem religionibus addictis interdicere, eosque etiam expellere malit, id quod vocant *ius reformandi exercitium religionis*, quod etiam curiæ Romanæ addicti *principibus ſecularibus* attribuunt. Denique (3) ex his *pactis* & *legibus* fundamentalibus *publicam autoritatem* accipit, atque *publica* dicitur, quod officium imperantis determinet eumque conſtringat, vt qui hac muniti ſunt, ab omni perſecutorum furore tutos & immunes præſtet, illosque domet. Hæc ipſa eſt, quam ægre quidem admittit *ius canonicum*, ſed *leges imperii fundamentales* fouent, iubent, propugnant, adeoque hoc reſpectu ſtatus imperii *iuri canonico* dicam ſcripſerunt.

ea circa tolerantiam hodie deſiderantur.

& ſic quandoque conceditur per viam gratiæ, vt ex arbitrio principis dependeat ex principiis papalibus.

§. CXCI. Hæc ipſa denique (4) *hæreſin* & *orthodoxiam* ab *effectibus ciuilibus*, & ſic in *ſenſu ciuili*, definit, & longe aliter, ac quidem *theologia* & *ius canonicum* conſiderat. Sicuti vero tolerantia hæc *publica* & *neceſſaria* verſatur circa eos, qui diſſentiunt inter ſe circa *confeſſionem fidei*, ita contingit, vt quamuis inter ſe in partes duas vel tres abeant, diuerſasque eccleſias conſtituant, æque tamen pro *orthodoxis* ciuiliter haberi debeant, & neutra pars alteri *hæreſeos* notam inurere queat, ſed omnes æquo inter ſe iure frui debeant. Quocirca *orthodoxia* in *ſenſu ciuili* eſt religio legibus publicis approbata hoc effectu, vt nemo

neceſſaria tolerantia orthodoxiam ciuilem operatur.

Quid ſit orthodoxia in hoc ſenſu?

ob illam deſpicatui haberi, aut ab his, qui tolerantiæ diuerſarum religionum hoſtes ſunt infenſiſſimi, in inquiſitionem queat trahi, ſed mutatio religionum prorſus libera ſit. *Hæreſis* vero hoc ſenſu tantum in ea religione collocanda, quæ *legibus publicis* non eſt agnita, ſed potius reprobata, damnata, & reiecta, vt in imperio Romano cenſentur omnes aliæ religiones præter tres notiſſimæ. Inde *orthodoxa* religio toleranda eſt, quatenus id legibus imperii cautum: non item *hæretica*, cui omnes *effectus iuris*, ſoli *orthodoxiæ* debiti, denegati ſunt, imo ſi toleratur, ex *mera gratia* tolerari dicitur.

quid hæreſis?

Primus effectus tolerantiæ neceſſariæ eſt monopolium religionis,

§. CXCII. Hinc religionum *publica approbatio* ſeu *orthodoxia*, in ſenſu ciuili ſumta, inſignes habet effectus *ciuiles* pariter ac *eccleſiaſticos*, qui potiſſimum *iuridicæ conſiderationis* ſunt. Primus eſt, quod *monopolium* inducat ſeu *ius prohibendi*, ne aliud, quam *approbatum religionum exercitium* in imperio noſtro toleretur, vel publice admittatur. Omne *monopolium* in ſe continet *exercitium* iuris *priuatiuum*, cum iure prohibendi, ne in communionem eius *hæreticæ religiones* (in ſenſu ciuili ſumtæ) admittantur. An ergo ad minimum adhuc *hæreticorum*, veluti Anabaptiſtarum, Arianorum, Socinianorum ſimiliumque *tolerantia* in prouinciis imperii per leges publicas imperii integra, libera, atque permiſſa eſt ſtatibus imperii? Equidem in *I. P. art. VII. §. 2.* cautum eſt, vt *præter tres religiones, catholicam* puta, *Lutheranam* & *Reformatam*, *nulla alia in ſacro imperio Romano recipiatur vel toleretur*, quibus verbis omnis tolerantia aliis religionibus negata & *monopolium* inductum eſſe liquet, cum *iure excludendi* alias omnes religiones. Sed cogitandum eſt, α) id de *publico religionis exercitio* potiſſimum intelligendum, neque principibus prohibitum eſſe, etiam illos, qui nulli ex modo dictis religionibus ſunt addicti, in ſuis principatibus tolerare, ſi modo *publicum* religionis ſuæ *exercitium* non affectent, obſeruante B. STRYKIO *de caut. teſt c. 3. §. 61.* & inſuper tranquille viuant, nec oſtentatione ſuorum ſacrorum ſcandalum præbeant. Id quod ipſa praxi multorum locorum in Germania comprobatur. Sunt enim quibusdam in locis haud pauci Mennoniſtæ, Anabaptiſtæ, Socinani & alii ex ſectis prohibitis, quos *priuatim* ſuæ deuotioni vacantes inter nos verſari patimur. Vid. AVTOR *medit. ad I. P. art. VII. §. 2. p. 866.* Præterea β) liquet ex reſponſo *tom. I. iur. eccleſ. proteſt. lib. I. tit. I. §. 58.* adducto, hanc clauſulam de *tolerantia priuatiua religionum* primario a Catholicis adiectam fuiſſe inſtrumento pacis, ne

tolerari tamen poſſunt hæretici ex gratia.

Ratio decidendi.

vltra

Digitized by Google

vltra tres illas exceptas tolerare teneantur catholici, id quod principiis eorum, non autem in genere *proteſtantium*, conforme eſt, adeoque probabile non eſt, his ſimul *obligationem* eſſe impoſitam, ne *ex gratia hæreticos* ſine *exercitio religionis publico*, ſine vſu *doctrinæ publicæ* tolerare poſſint, cum iudæos tolerare non prohibeantur. add. B. THOMAS. *ad Monzambanum de ſtat. imper. Germ. cap. 5. §. 12. ſub. lit. r.* Porro γ) cauendum eſt, ne temere alicui noua ſecta imputetur ad effectum denegandæ *tolerantiæ*. Nam hæ ipſæ religiones approbatæ potiſſimum ex *confeſſionibus publicis* & *formulis fidei* iudicandæ ſunt, quamuis in particularibus quibusdam eccleſiis diuerſitas in *ritibus* deprehendatur. Minime itaque ſubditi expellendi ſub prætextu *nouæ* cuiusdam *ſectæ* vel *religionis*, qui *formulam fidei Auguſtanam* adhuc amplectuntur, licet in aliis, quæ vel ibi non definita, vel articulis fidei non accenſentur, diſſentiant; ſed omnes illi *pace religionis* eiusque *beneficiis* frui debent, qui Aug. confeſſioni ſecundum *literam* ſeu *ſenſum literalem* aſſentiunt. Principi quidem & domino territorii, ſuborta Theologorum contentione, competit facultas definiendi, qualis doctrina *publice* proponenda ſit, & a qua abſtineri debeat; non tamen hoc ſimul inuoluit declarationem, diſſentientes tales, qui Auguſt. confeſſioni nihilominus adhuc ſubſcribunt, nouam & a tribus religionibus diuerſam amplexos eſſe religionem, ideoque tolerandos non eſſe, ſed *pacis publicæ* intuitu tantum publicam doctrinam determinat, in ſuſpenſo relinquens, vtrum doctrina contraria auguſtanæ confeſſioni repugnet, quod declaratum eſt *cit. l. §. 60. p. 58.*

§. CXCIII. Alter effectus *approbatarum religionum* eſt, quod iis *tolerantia* ex *lege* debeatur, ex *transactione* imprimis *Osnabrugenſi, art. V. §. 34.* qua expreſſe ſtatuitur, *vt omnes, qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diuerſam a territorii domino religionem profitebuntur & amplectentur, PATIENTER tolerentur.* His verbis lex ſubditis cauet de *conſcientiæ libertate* & *optione religionum*, ita, vt tribus religionibus addicti non ſolum ab omni *incommodo*, *iniuria*, & *contumeliis* ſint tuti, ſed etiam liberaliter, manſuete, & clementer haberi, & *pari* cum aliis ciuibus *iure* in loco viuere, atque pari honore & fama cenſeri, neque vlla inter eos in *adminiſtratione iuſtitiæ* conſtitui debeat differentia. Qua de cauſa, ſicuti proteſtantes hac *tolerantia* frui debent inter catholicos; ita quoque hi inter *proteſtantes*, vt nec hi, nec illi melioris conditionis eſſe, ſed ad paria æſtimari debeant. Attamen his verbis: *patienter tolerentur*, non abſoluta neceſſitas dominis territorii impoſita eſt,

Secundus effectus eſt patiens tolerantia trium religionum, quæ ex lege debetur & reciproca eſt

simul tamen regulanda secundum statutum anni 1624. ita vt a principe nonnunquam emigratio imperari possit subditis, quæ tamen nullam pœnam includit. Secus est in religionibus reprobatis.

est, tolerandi subditos, qui nec publicum, nec priuatum suæ religionis exercitium anno regulatiuo 1624. habuerunt, vel etiam post pacem publicatam religionem mutauerunt, quin potius in §. 36. huius art. tam subditis *facultas* data est *sponte emigrandi*, quam principi etiam, *emigrationem honestam* eis *imperandi* sed citra vllam afflictionem in bonis & persona. Proinde hæc *emigratio* nequaquam aliquam *pœnam* includere aut *relegationem* inferre debet, vt potius in *cit.* §. 36. eis expresse libertas data sit, vel *bonis retentis, vel alienatis discedendi, retenta per ministros administrandi, & quoties ratio id postulat, ad res suas inspiciendas vel persequendas lites aut debita exigenda, libere & sine literis commeatus adueniendi.* Hi omnes vero effectus in religionibus aliis & reprobatis cessant, quippe quas principes in suis territoriis non modo non tolerare, sed etiam illis addictos inuitos eiicere, pacemque publicam & ciuilem eis denegare, & desuper omnibus illis malis eos afficere secundum *iuris canonici principia* possunt, quæ supra ex *denegatione tolerantiæ* fluere demonstrauimus; quamuis protestantes hæc mala horreant, atque *indoli christianissimi* aduersari credant, adeoque ab illis merito abstinere debeant.

Multiplicatio subditorum catholicorum in terris protestantium prohiberi potest.

§. CXCIV. Ceterum, cum numerus clericorum & religiosorum in monasteriis ex *termino decretorio* anni 1624. sit regulandus, vtpote quod in ipso *I. P. art. V. §. 23. & 26.* cautum: noua inde oritur quæstio, *vtrum multiplicatio subditorum catholicorum eorumque bonorum immobilium in terris protestantium, salua pacificatione religiosa & promissa tolerantia, prohiberi possit?* Equidem odiosa hæc est quæstio, & ita comparata, vt secundum principia protestantium ab ea magis abstinere, quam illam in scenam producere expediat. Quia tamen ea facies rerum est in imperio nostro, vt, quo iure catholici in protestantes per suos principatus sæpe vtuntur, eodem etiam in eosdem vti cogamur, vt *æqualitas religionum* conseruetur, & *per indirectum* illi absterreantur a studio persequendi protestantes, vel inuiti sæpius in huiusmodi quæstiones dilabimur. Quod ergo ipsum caput rei concernit, neganda quæstio videtur, quoniam iuxta §. 35. *art. V. I. P.* in opificiis, hæreditatibus, commerciis, aliisque iuribus pari cum conciuibus iure haberi, ac æquali iustitia PROTECTIONEQVE TVTI esse debent. Quia vero catholicis subditis, qui nec *publicum* nec *priuatum* suæ religionis exercitium an. 1624. in territoriis protestantium habuerunt, vel post publicatam pacem religionem mutarunt, secundum dispositionem *pacis Osnabrugensis* iussu domini territorii iniungi potest *emigratio*, ob-

fer-

obſeruatis tamen iuribus *art. V. §. 36. & 37. I. P.* expreſſis, facile liquet, per indirectum numerum ſubditorum coarctari poſſe. Neque in eo ius *talionis* & *retorſionis* iniquum aut improbatum eſt, quia, quod vni iuſtum, illud alteri quoque iuſtum eſſe debet per *dict. art. V. §. 1. in f.* & quidem per ius talionis.

§. CXCV. Interim tamen illa *tolerantia publica* ad annum 1624. eſt reſtricta. Cautum enim in *I. P. art. V. §. 31. vt catholicorum ſubditi, landſaſſi, vaſalli & ſubditi cuiuscunque generis, qui ſiue publicum, ſiue priuatum Auguſtanæ confeſſionis exercitium anno 1624. quacunque anni parte, ſiue certo pacto, ſiue priuilegio, ſiue longo vſu, ſiue ſola denique obſeruantia dicti anni habuerunt, retinere etiam debeant impoſterum, vna cum annexis, QVATENVS dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt.* Exercitium religionis reſtrictum eſt ad ſtatum anni 1624. Quibus verbis ſubditis conſeruatum eſt tam *publicum religionis exercitium*, quod in *publico loco* & per *publicas ceremonias* peragitur: quam *priuatum*, quod in occulto & ſine publicis ceremoniis exercetur, ita vt principi diuerſæ religioni addicto haud liceat, *contra ſtatum anni 1624.* aliquid immutare, aut in eius præiudicium quidquam introducere. Denique ex verbis *huius §.* quoque fluit, quod eis in locis, vbi catholici inter Lutheranos vel hi inter illos anno 1624. nullum plane exercitium habuerunt religionis, illud etiam nullo iure ſibi vindicare poſſint. Interim principi euangelico prohibitum non eſt, catholicis ſacra publica in ſuo territorio *gratioſe* concedere, quæ tamen tolerantia tunc mere *gratioſa & precaria* eſt, ita vt pro lubitu reuocari queat, quale exemplum in hac vrbe occurrit, vbi Rex noſter clementiſſimus catholicis aliquod religionis exercitium, nullo quidem iure cogente, ſed ex mera *gratia* (inſpecto iure per *inſtrumentum pacis* conſtituto) conceſſit, quod beneficium tamen omni tempore reuocare ipſi integrum eſt. Quodſi vero huic tolerantiæ *ſpeciale pactum* acceſſit, maxime autoritate imperatoris corroboratum, tunc aliud erit dicendum, & tolerantia, quæ alias *voluntatis* fuiſſet, in *conuentionalem* & *neceſſariam* degenerat. Tale exemplum occurrit Hannoueræ, vbi ſereniſſimus elector Brunſuic. & Lüneburg. glorioſ. memor. ERNESTVS AVGVSTVS, religionis catholicæ exercitium, accedente *ſpeciali pacto* cum imperatore, catholicis conceſſit, licet an. 1624. ibi tantum proteſtantes rem diuinam fecerint. Interim eiusmodi exercitium religionis, nouiter & vltro conceſſum, ſemper ita reſtringendum, vt inde religioni proteſtantium fraus non fiat, nec hi quomodocunque inde turbentur, aut ſacris eorum præiu- quod eſt vel publicum vel priuatum. principes tamen territorii hunc ſtatum ex gratia poſſunt immutare, cuius exemplum eſt Halæ & Hannoueræ.

dicium adferatur. Quare cauendum, ne iſtiusmodi conceſſio gratioſa & precaria in externos ritus, v. g. proceſſiones & deportationem venerabilis erumpat, quia inde turbæ & varia attentata metuenda forent.

(III) Religionibus approbatis nulla nota hæreſeos poteſt imputari.

§. CXCVI. Tertius effectus *orthodoxiæ* ſeu *approbatarum religionum* eſt, quod ita ſint tolerantiæ in imperio, vt neutri nota *hæreſeos* in effectu *iuris ciuilis* obiici poſſit. Qui hæretici ſunt, ſeu publice reprobatam religionem profitentur, ex principiis iuris canonici *infames* habentur, nec digni, qui *ſtatum* aliquem in republica habeant. Vnde non modo ab honoribus & dignitatibus excluduntur, ſed & honeſtis artibus atque opificiis exercendis ipſis interdictum eſt. Tales vero effectus intuitu *trium religionum approbatarum* ceſſant, quin potius lege publica imperatum eſt: *vt tam catholici, quam Aug. conf. ſubditi nullibi ob religionem deſpicatui habeantur, vt nec a mercatorum, opificum aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, hoſpitalibus, leproſoriis, eleëmoſynis aliisue iuribus aut commerciis, multo minus publicis cœmiteriis honoreue ſepulturæ arceantur. I. P. art. V. § 35.* Inde omnes effectus inter ipſos etiam catholicos exulare iuſſi ſunt, quos *ius canonicum* alias *hæreſi* tribuere ſolet, & ſupra pleno numero memorati ſunt.

(IV) Æquali iure gaudere debent.

§. CXCVII. Quartus effectus, primario conſiderandus, eſt, quod omnes his approbatis religionibus addicti *æquali iure* gaudere debeant intuitu religionis, ita, vt *quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe debeat. I. P. art. V. §. 1. & 35.* Atque hæc lex eſt *baſis* & *fundamentum primarium* totius concordiæ & tranquillitatis inter diuerſas religiones in imperio ſeruandæ, quæ vnica ſi recte obſeruaretur, nulla amplius lege & declaratione foret opus; ſed eo ipſo nullum porro diſcrimen inter *diuerſitatem religionis*, quoad *vſum iurium communium* in imperio receptorum, ſtatueretur, nemo alium ob diuerſitatem religionis odio haberet contemneretque, ſed potius *concordia* & *tranquillitas* in imperio continuo floreret. Quam parum vero modo dicta conſtitutio in obſeruantiam deducatur, teſtantur inprimis *quorundam catholicorum* occultæ ſententiæ, quibus ſe ſolos *orthodoxos*, nos vero *heteredoxos* appellant, quos ſaltem ex *gratia* & *conniventia* tolerent, quæ tamen impudentia aperte cum I. P. pugnat, ſecundum quod vnusquisque, *non habito reſpectu religionis*, æqualibus cum aliis iuribus & priuilegiis debet gaudere. Neque quis offendatur *tolerantiæ* vocabulo. Hoc æque *catholicis* inter *proteſtantes*, quam his inter illos applicandum, adeoque

Catholicorum quorundam ſententia refutatur.

Digitized by Google

eoque qui *ſpiritu perſecutionis* peruerſo ducti credunt, nos *ex gratia* inter catholicos tolerari, idem quoque de ſuæ religionis aſſeclis inter proteſtantes ſtatuere debent, quia, *quod vni iuſtum, alteri quoque iuſtum eſſe,* & ÆQVALITAS EXACTA *inter vtriusque religionis conſortes ſeruari debet* per *art. V. §. 1. I. P.* Id quod qui negauerit, præuaricator legum publicarum eſt, iis afficiendus pœnis, quas inſtrumentum pacis in *turbatores pacis* publicæ conſtituit, quod *art. V. §. 35.* expreſſe voluit, vt vtrique religioni addicti *pari iure habeantur* ÆQVALI IVSTITIA PROTECTIONEQVE *tuti.*

§. CXCVIII. Inprimis vero, in quo *quintum effectum* conſtituo, hæc *tolerantia publica neceſſaria* ac *qualificata* operatur, vt hæ tres religiones æqualiter *pace publica* frui debeant. Nam per *I. P. art. V. §. 14.* tam catholici, quam Aug. confeſſ. ſtatus omnia illa bona, quæ anno 1624. habuere, *tranquille* & *imperturbate* inpoſterum poſſidere, & in hoc prorſus *æquali iure* inter ſe frui debent. Quo ipſo omnis via, tam *iuris*, quam *facti* ad bona illa repetenda præcluſa eſt, multo minus vero licet, hoc intuitu turbas excitare, aliisue impedimentum aliquod inferre. Quorſum pertinet clauſula *art V. I. P. §. 1. in f. violentia omni & via facti, vt alias, ita & hic inter vtramque partem* PERPETVO *prohibita,* & *§. 8. neutra pars ſuæ religioni adhærentium ad deprimendam alteram abutatur.* Obſeruent hæc *pacis* oſores *publicæ*, qui prærogatiuam ſuæ religionis vbique oſtentant, ex vana zelotarum doctrina, id quod inter *grauiſſimos abuſus* lex imperii fundamentalis refert, omnesque impias machinationes, ad *deprimendos* eos, qui ſunt diuerſæ, ſed approbatæ religionis, prohibet ſeueriſſime. Vlterius in *§. 14.* præcipitur, vt *tranquille* & *imperturbate* in poſſeſſione bonorum relinquantur, qui ea anno 1624. poſſederunt, *neutrique parti liceat, alteri ſeu in iudicio, ſeu extra, negotium faceſſere, multo minus turbas aut impedimentum aliquod inferre,* ſed, vt additur in *§. 25. in f. ab omni perſecutione* IVRIS & FACTI *perpetuo tuti ſint*, & ſecundum *§. 29. ciues pacifice & comiter inter ſe habitent.* Add. *§. 41. art. V.* ibi; *pace tamen* SEMPER *permanente, & excluſa omni violentia & hoſtilitate.* Quid? quod huius *pacis publicæ* iam in *pace religionis 1555.* inita, & per *I. P. art. V. §. 1.* de nouo confirmata, mentio facta fuerit. In illa enim conſtitutum erat, *ne quis ſtatus imperii alium ſtatum Auguſt. confeſſ. addictum, contra eius conſcientiam & voluntatem via facti vel violenter a religione ſua arceret vel cogeret, ſed vt quisque alteri permitteret viuere in pace ſecundum ſuam religionem ſuaque inſtituta & ceremonias.* Grauiſſimæ omnino cauſæ ipſius conſtitutionis ſuper *pace religionis* erant, quorſum inprimis

(V) Fruuntur pace publica.

Digitized by Google

pertinet 1) religionis *ſecuritas* & *libertas* 2) *quies publica* & vnio animorum tum quoad ſtatus inter ſe, tum quoad relationem mutuam ad ſubditos: vniuerſalis imperii & Germaniæ cladis & internecionis declinatio. *Pax* vero *religionis* neque a Cæſare vi extorta, neque per Tridentinum concilium ſublata, neque inſidiis curiæ Romanæ infirmata, ſed potius promiſſio de *pace religionis* vtriusque, æqualiter ſeruanda, eſt licita & tam rectæ rationi, quam ſcripturæ ſacræ conformis.

(VI) Quiete frui debent religionis exercitio & bonis poſſeſſis,

§ CXCIX. *Sextus effectus,* qui ex *tolerantia* hac *qualificata* fluit, in eo ponendus, vt quisque quiete *religionis exercitio* & *bonis eccleſiaſticis* poſſeſſis frui queat, id quod quidem in *pace religioſa* iam cautum, non ſatis tamen determinatum erat. Cum enim catholici negarent, euangelicos ſtatus ex *pace religioſa* idoneos eſſe bonis eccleſiaſticis *immediatis* poſſidendis, id quod tota illa actione ſatis explicuere, quam vehementiſſimis certaminibus cum proſtantibus ſuper *reſeruato illo eccleſiaſtico* ſuſceperunt, ceu pluribus illuſtrat OBRECHT *diſſ. de reſeru. eccleſ.* opus omnino fuit, vt controuerſia in *pace Osnabrugenſi* decideretur, atque catholici cum euangelicis *æquo iure* rurſus coniungerentur. Quare per *I. P. art. V. §. 14. 25. & 32.* ſancitum eſt, vt tam *catholici*, quam *Auguſtanæ confeſſioni addicti* omnia ea bona, *quæ die 1. Ian. anno 1624. realiter poſſederunt, etiam inpoſterum tranquille & imperturbate poſſiderent,* ſine alicuius contradictione, & vt illi, qui vel *iudicialiter* vel *extraiudicialiter,* h. e. vel de *iure* vel de *facto* eorum poſſeſſionem, quam dicto tempore habuerunt, poſtea amiſerunt, ſtatim reſtituantur. Quod ad *ipſam religionem* eiusque *exercitium, ritus, ſtatuta, regulas* & *ceremonias* attinet, itidem quisque in ſuo ordine tuendus, *neutrique partium alteram de religionis ſuæ exercitio deturbare fas eſt. §. 29. art. V. I. P. Osnab. & Pacificat. Paſſau. de an. 1552. §. 9. item Pacis religioſæ de anno 1555. §. 15. & 16.* Præterea *conſuetudines* & *ſtatuta* antiqua illibata manere debent & nihil denuo admiſcendum, quod *conſcientiam* & *cauſam* pro cuiusque parte lædere, eorumue ius imminuere poſſit. *§. 16. art. V. I. P. Osnabr.* Tanta vero rurſus hic *æqualitas* conſtituta, vt archiepiſcopus, epiſcopus, prælatus ſolus, aut vna cum capitularibus ſeu ſingulis ſeu vniuerſis, aut etiam alii eccleſiaſtici, ſi religionem poſt *terminum decretorium* anni 1624. mutauerint. illi ſtatim iure ſuo excidere, honore tamen famaque illibatis, fructusque, & reditus citra moram & exceptionem cedere cogantur, capitulo vero, aut cui id de iure competit, integrum eſſe debeat, aliam perſonam religioni ei, ad quam beneficium iſtud vigore

quod ſpecialiter illuſtratur,

trans-

transactionis religiosæ pertinet, addictam eligere aut postulare. *I. P. Osnab. art. V. §. 15. iunct. pac. relig. de anno 1552. §. 18.* Hoc in *alleg. I. P. Osnab. §. 26.* ad eum casum extensum, vt si *religiosorum ordo* quidam plane interciderit, tunc demum magistratui catholicorum liberum sit, ex alio in Germania, ante dissidia religionis exorta, visitato ordine nouos religiosos substituere. Nihil igitur ratione exercitii religionis, rituum, statutorum, regularum & ceremoniarum catholicorum a principe euangelico mutari posse arbitror, nisi forsan id fiat iure *retorsionis*, cum quo tamen etiam caute agendum, ne contra regulas I. P. *prudentiæ*, & *amoris christiani* peccetur.

§. CC. *Septimus effectus* est, quod tolerantia hæc omnem *coactionem* in negotio religionis excludat prorsus, *libertatemque conscientiæ* antea magnopere infractam restituat. Atque hoc iterum in *pace religiosa Passauiensi §. 8.* iam constitutum erat, cautumque: nulli statuum imperii permittendum esse, vt alium ad religionem suam deserendam vi metuue cogeret, eumque eam ob causam iniuria afficeret, quin potius religionis dissidia non aliter, quam per *amicabilem compositionem* definirentur, imo nec subditi religionis causa vexarentur aut cogerentur, migratio tamen volentibus indulgeretur. Sed plenius hinc inde huic *conscientiæ libertati* admodum infractæ per *I. P. Osnab.* prouisum, & sic rursus in ea *tres religiones approbatæ* inter se *exæquatæ* sunt, nulla prærogatiua *catholicæ* relicta. Etenim *art. V. §. 16. in f.* prohibetur, ne in episcopatibus aut ecclesiis, in quibus *mixtum religionis exercitium* viget, statutis antiquis aliquid de nouo admisceatur, quod vnius vel alterius partis *conscientiam* & causam lædere, eorumue ius imminuere possit. Hac de causa quoque, reluitione terrarum oppignoratarum facta, domino territorii interdictum est, ne subditos religionem, quam sub priore possessore huiusmodi terrarum oppignoratarum, (scil. ante *terminum decreturium 1. Ian. 1624.*) amplexi fuerant, deserere cogat, sed tantum de publico suæ religionis exercitio transigat. Præterea *in §. 34.* de his, qui anno 1624. nec *publicum* nec *priuatum* exercitium in quodam territorio habuerunt, cautum: *vt patienter tolerentur, & conscientia libera domi deuotioni suæ sine inquisitione aut turbatione priuatim vacare, in vicinia vero, vbi & quoties voluerint, publico religionis exercitio interesse, vel liberos suos exteris scholis aut priuatim domi præceptoribus instituendos committere non prohibeantur.* Hoc rursus *æqualitatem exactam* & omnimodam inter tres religiones indicat, ostenditque, principiis, studium *persecutionis*

(VII) Hæc tolerantia omnem coactionem excludit conscientiæ.

inculcantibus, locum nullum relinquendum esse. Etenim (I) *conscientiæ libertas* excludit omnem inquisitionem, quam ius canonicum præcipit, quia *libertati conscientiæ* perpetuum bellum indixit, vt supra plenius euictum. (II) Institutionem liberorum liberam desiderat, qua de causa, si parentes diuuersarum religionum liberos procrearunt illis lex imponi nequit, vt præcise liberi in *religione dominante* instituantur. Quamuis *acta publica* a FABRO in der Staats-Canzley *tom. V. p. 69. & 85.* adducta loquantur, non vbique hanc *æqualitatem* obseruatam fuisse, tandem vero restitutam, vt *ibid. tom. X. p. 805.* acta docent (III) *Priuata deuotio* domi libera esse debet, & (IV) nemo impediendus, quo minus in vicinia publico religionis exercitio interesse, & libere sacris suis frui queat. Quin etiam (V) hoc ipsum ad pupillos defunctorum parentum applicandum, quorum educatio nullis aliis, quam eius religionis consortibus committi potest, in qua nati & educati sunt. Denique (VI) in *art. V. §. 48.* admissum quidem, vt subditi Aug. conf., qui anno 1624. iurisdictionem ecclesiasticam catholicam agnouerunt, in iis casibus dictæ iurisdictioni subsint, nihilominus tamen ipsis occasione *processus* nihil iniungendum, Aug. conf. vel *conscientiæ* repugnans, de quo infra agendum.

(VIII) Ad definitionem controuersiarum religionis requiritur compositio amicabilis & vniuersalis,

§. CCI. Inde vero *octauus* deducitur *effectus*, quod lites de religione, non methodo inueterata per *ignem*, *ferrum* aut *violentiam publicam* componendæ, sed ad definitionem controuersiarum religionis expresse requiratur, *vt fiat compositione partium amicabili & vniuersali: per. I. P. art. V. §. 25.* quibus verbis omnis *vis* & *metus* excluditur, omni coactione tam *physica* quam *morali* exclusa, simulque indicatur, ad compositionem controuersiarum religionis *vniuersalem consensum* desiderari, nec ad illam sufficere, si vnus alterue statuum consenserit, quamdiu alii supersunt, qui contradicunt. Huius amicabilis compositionis etiam in *§. 1. & 14. art. cit.* mentio fit, cum adiecta clausula: *vt conuentio hæc tamen* PERPETVA *esse debeat & pax* SEMPER DVRATVRA, *quamuis de religionis dissidiis amicabiliter conueniri non posset.* Hæc *amicabilis compositio* non tantum *liberum consensum* desiderat, sed etiam excludit *consensum maioris partis* aut *vota maiora*, quorsum collineat *art. V. §. 52. in causis religionis - - sola amicabilis compositio lites dirimat, non attenta votorum pluralitate.* Graniter antea disputatum fuerat, vtrum in controuersiis, religionem concernentibus, *vota maiora* præualerent? Ita censuere sodales ecclesiæ Romanæ, quibus contradixerunt acriter protestantes, damit sie, vt aiunt apud LEHMANNVM *lib. 1. act. pac. relig. c. 26.* in dieſer Sache

nec in causis religionem concernentibus vota maiora valent.

das

das Gewiſſen und Seelen-Heyl auch gemeine Wohlfahrt teutſcher Nation belangend, durch das mehrer, wie auch in ſolchen Sachen nicht geſchehen ſoll, nicht möchten überſtimmet oder beſchweret werden. Inue tactum, vt pro tuenda *omnimoda æqualitate & libertate conſcientiæ*, non niſi *amicabilis compoſitio*, excluſis maioribus ſuffragiis, inpoſterum admiſſa fuerit.

§. CCII. Inprimis vero operatur hæc *tolerantia publica*, *neceſſaria & qualificata*, in quo *nonum effectum* conſtituo, vt vnicuique integrum eſſe debeat, religionem ſuam, in qua natus vel educatus, deſerere & ad alterius partis ſacra tranſire, ita vt hanc mutationem nulla offenſa vel iurium amiſſio ſubſequatur, *ſed patienter tolerentur*, ſi manere velint, ſpontaneam autem ſuſcipientibus emigrationem, nullum ſeruitutis, vel vllo alio prætextu impedimentum inferatur per I. P. *art. V. §. 34. & 35.* Præterea iis, qui religionem mutauerint, poteſt quidem certum tempus præfigi, intra quod emigrent, modo non minus ſit triennio; hoc tamen facto, eis *natiuitatis*, *ingenuitatis*, *manumiſſionis*, *noti opificii*, *honeſtæ vitæ teſtimonia denegari haud debent.* Adeo hæc *tolerantia publica* receſſit *a gratioſæ tolerantiæ legibus*, vt tribus religionibus publice approbatis plena ſtaret *autoritas*, *æqualitas*, *libertas.* Quamuis vero inde concludendum eſſet, mutantibus religionem nec bona eccleſiaſtica adimenda eſſe, id quod vsque ad *pacem Osnabrugenſem* etiam vrſerunt proteſtantes, vt vel hiſtoria *reſeruati eccleſiaſtici* docet; huic tamen acriter ſeſe oppoſuerunt catholici, cenſentes, tali lege maximum ſuis ſacris præiudicium inferri, adeoque tam eos, qui ad religionem proteſtantium iam tranſierunt, quam illos, qui poſtea eſſent tranſituri omnibus eccleſiaſticis bonis & honoribus priuandos declararunt. Tandem in *conuentu Osnabrugenſi* res compoſita eſt, vt omnia ea bona, quæ anno 1624. die 1 Ian. a proteſtantibus fuerunt poſſeſſa, etiam inpoſterum imperturbate in eorundem poſſeſſione manere debeant. Quia vero quoad caſus futuros nihil concedere volebant, vt tandem dixerint: Sie hätten ſich reſolvirt, lieber immerfort und ſo lange noch einer von ihnen übrig wäre, den Krieg fortzuſetzen, ehe ſie dem reſeruato publico auch in futurum renunciiren wolten. Es wäre genug, daß ſie es quoad præteritum gethan; (vid. AVT. *medit. ad I. P. ad art. V. §. 14 p. 232.*) tandem in *art. V. §. 15.* prout ſupra iam dictum, reſeruatum eccleſiaſticum vtrinque *æquali iure* eſt corroboratum. Quum itaque mutatio religionis, exceptis bonis eccleſiaſticis, nullam iurium amiſſionem operetur, vatal-

(IX) Libertatem mutandi religionem hæc tolerantia concedit, ſine amiſſione iurium, exceptis bonis eccleſiaſticis.

Digitized by Google

quarevaſallus, religionem contra domini voluntatem mutans, feloniam non committit.

vaſallus quoque, contra domini voluntatem religionem mutans, ob id *feloniam* non committit nec a domino poteſt *honore ciuili* priuari, neque mutatio religionis eſt inter iuſtas *exheredationis* cauſas referenda, vt excludi a bonis propterea nequeat, quod ad ſacra proteſtantium vel Romanæ eccleſiæ tranſierit.

(X) Ius diœceſanum & iurisdictionem eccleſiaſticam ſuſpendit hæc tolerantia in terris proteſtantium,

§. CCIII. *Decimus* huius *tolerantiæ æqualis* effectus eſt, quod iurisdictio eccleſiaſtica ſecundum religionis cuiusuis *propria principia* in vnumquemque exercenda. Cum ergo proteſtantes valedixerint epiſcopali iurisdictioni & imperio, atque, quod in territorio ſupremæ poteſtati competit, vnice agnouerint; non potuit non ſuſpendi *epiſcopalis poteſtas*, vsque ad chriſtianam compoſitionem diſſidii religionis, vt expreſſe ſancitum eſt in *I. P. art. V. §. 48.* ſequentibus verbis: *ius diœceſanum & tota iurisdictio eccleſiaſtica cum omnibus ſuis ſpeciebus contra Aug. conf. electores, principes, ſtatus, comprehenſa libera imperii nobilitate, eorumque ſubditos tam inter catholicos & Aug. conf. addictos, quam inter ipſos ſolos Aug. conf. ſtatus vsque ad compoſitionem chriſtianam diſſidii religionis ſuſpenſa eſto, & intra terminos territorii cuiusque ius diœceſanum & iurisdictio eccleſiaſtica ſe contineat.* Equidem huius *iurisdictionis eccleſiaſticæ* ſuſpènſio iam olim in *pace religionis* facta, non vero ſimul *iuris diœceſani*, & omnium *ſpecierum* eiusdem mentio iniecta erat, adeoque in iis tantum rebus ſuſpenſio locum habere credebatur, quæ ad proteſtantium *fidem*, *religionem*, *conſcientias*, *ritus*, *ceremonias*, *miniſteria* aliasque res eccleſiaſticas cum eorum profeſſione fidei connexas ſpectabant. Poſtea per I. P. hæc lex paulatim amplificata, ita vt *totum ius diœceſanum*, quod a *iurisdictione eccleſiaſtica* vt *totum* ſi *parte* reuera differt, (niſi hæc duo cum aliis in *ſenſu ſtricto* ſibi opponere velis) ſimul ſit ſuſpenſum, vbi tamen iterum ad ſtatum *anni decretorii* reſpiciendum eſt, ita vt tam catholici, quam proteſtantes in omnibus eis locis *iurisdictionem eccleſiaſticam* exerceant, in quibus illam anno 1624. notorie exercuerunt. vid. *I. P. cit. loc.* Hac ipſa lege etiam omnia illa iura ſacra, quæ olim ab archiepiſcopis & epiſcopis *extra territorium* exercita fuerunt, ſunt ſuſpenſa, & ita *nullum diœceſanum ius*, quod olim ſæpius vlta limites territorii proprii ſefe extendit, amplius obtinet, ſed principes ipſi in ſuis territoriis, quæ olim *iuri diœceſano* aliorum epiſcoporum ſubiecta fuerunt, omnia iura ſacra vigore ſuperioritatis territorialis exercent, & quidem non tantum in *ſubditos Aug. conf. addictos*, ſed etiam *catholicos* & *monaſteria* eorum, vt iam explicatum *tom. III. iur. eccleſ. tit. de relig. dom. §. 20. ſeqq. p. 373. ſeqq.*

habito reſpectu ad annum decretorium

Æquæ-

Æqualitas videlicet inter vtriusque religionis consortes seruanda. Iam vero *catholicorum Aug. conf. addicti status prouinciales & subditi, qui anno 1624. ecclesiasticam iurisdictionem agnouerunt*, ei subesse coguntur inposterum in iis casibus, qui Augustanam confessionem nullatenus concernunt per *cit. §. 48.* Mox vero subiungitur: *eodem etiam iure Aug. conf. magistratuum catholici subditi censeantur, inque hos, qui anno 1624. publicum religionis catholicæ exercitium habuerunt, ius diœcesanum, quatenus episcopi illud dicto anno quiete in eos exercuerunt, saluum esto.*

§. CCIV. Non ergo audiendi sunt *episcopi*, & *capitula ordinum prouincialia*, si in *monasteria* statibus A. C. subiecta iurisdictionem exercere volunt, nisi *anni 1624. possessionem* demonstrauerint. Hoc non facto, subsunt monasteria principis territorii supremæ potestati, cuius peculiares effectus recensui *c. l. §. 24. seqq.* Primarium duntaxat, qui ex imperio *circa sacra* fluit, hic addam, atque *visitationes monasteriorum catholicorum* examinabo. Quæritur videlicet, an princeps euangelicus etiam in doctrinam docentium & discentium, ritus, statuta, regulas & ceremonias catholicorum item ecclesiæ statum inquirere, ac in eum finem ius *visitandi monasteria catholicorum* exercere, & cuidam religioni Romano-catholicæ addicto in suo territorio has vices per modum *officii publici* delegare, vel *exigente necessitate*, per alios *extra ordinem* illud ius visitandi expedire possit? In dubium quidem hoc catholici vocant, hoc ius visitandi monasteria catholica suo *prouinciali* vindicantes, quippe qui has visitationes vel *immediate* vel *mediate* per *commissarios* suos statis temporibus instituere olim solitus fuit, & ita forsitan opponent exceptionem *præscriptionis*, per quam ius exercendi visitationes acquiri posse vult SCHILT. *l. I. C. I. 1. tit. 6. §. 2.* Enimuero illam acquirendi rationem non facile *in hypothesi* propugnari posse, cum GOTTLIEB GERHARDO TITIO *in iur. priuat. Rom. German. l. 9. c. 18. §. 9.* arbitror. Videlicet possessio hæc, quam pro se allegant prouinciales, est regulariter *clandestina* vel *precaria*, & sic *vitiosa*, ideo, quod contrarietur *iuri territoriali* indeque dependenti *iuri ecclesiastico*, principibus protestantibus in I. P. asserto. Admodum domini territorii A. C. addicti interest, ne extraneo magistratui exercitium *iurisdictionis*, quod in *visitatione* ex *iuris canonici* principiis sese exserit in subditos eius concedatur, id quod tamen reuera fieret, si *clerus catholicus* & *monachi* ab alio, extra rempublicam Germanicam vel etiam territorium constituto, capite dependere cogantur, h. e. ab eo, qui hostis protestantium est, & qui nunquam in A. C. addictos sincerum

Vnde principibus euangelicis competit ius visitandi monasteria catholica in suis territoriis, quod ius neque per præscriptionem amitti potest. Schilteri sententia refutatur.

Digitized by Google

rum amorem gerit, sed potius eorum interitum promouere intendit, si modo eccleſiæ Romanæ inde promoueatur commodum. Loquor de *pontifice Romano* eiusque curia, a quibus *generales* & *prouinciales* adeo dependent, vt non niſi cum inſigni territorii præiudicio admitti queant. Denique ſi poteſtatem *viſitandi* monaſteria in terris proteſtantium eis indulgemus, ſtatum monaſticæ reipubl. in republica admittimus, qui in *iurisdictione eccleſiaſtica* ab alio, quam domino territorii, dependet, a legibus territorialibus ſe exemtum iudicat, quod inter abſurda politica refertur. vid. MONZAMBANO *de ſtat. imper. Germ. cap. 7. §. 9.* Et cum etiam catholici ius viſitandi eccleſias in ditionibus & epiſcopatibus ſuis *dominis territoriorum vicinorum* eiusdem religionis denegent: illi quoque *iure æquali*, quo fruimur, ex noſtris prouinciis merito repelluntur. Qua de cauſa monaſteria & conuentus catholicorum, in prouinciis proteſtantium, ius viſitandi per clericum *delegatum catholicum* etiam in cauſis religionis & doctrinæ, rituum, ſtatutorum, regularum & ceremoniarum, tanquam dependens a *iurisdictione eccleſiaſtica*, recuſare nequeunt, ne alioquin extra omne imperium in eccleſiaſticis conſtituti eſſe videantur. Ideo autem delegatos catholicos deſideramus, vt viſitatio atque examen ſecundum Romanæ eccleſiæ principia ac doctrinam inſtituatur, nec ab iis recedatur. Nec adeo inſolitum eſt, vt etiam inter catholicos viſitatio, ad minimum ſimul cum *commiſſariis domini territorii*, fiat, id quod praxis Bauariæ teſtatur relata *tom. III. iur. eccl. lib. 3. tit. 39. §. 41.* & antiqua capitularia confirmant. Quod *bona eorum eccleſiaſtica* concernit, palam quidem eſt, illa in priſtino ſtatu, quo anno decretorio 1624. fuere, relinquenda, nec regulariter circa illa quid immutandum eſſe per *inſtr. pac. Osnabr. art. V. §. 34.* iuncta *transact. Paſſau. de anno 1552. §. 9. & pac. relig. de anno 1555. §. 15. & 16.* Interim tamen neque *perſonæ religioſæ*, neque *bona ſacra* plane exemta ſunt ab *inſpectione* ſummæ poteſtatis ciuilis, cuius intereſt, ne in detrimentum publicum iis abutantur religioſæ perſonæ, id quod ad regalia, ſi non potiſſima, tamen reipublicæ maxime neceſſaria, referendum. vid. MONZAMBANO *alleg. tract. c. 8. §. 9.* ibique B. THOMAS *in not. lit. o.* Breuiter: in *vitam* tam docentium, quam auditorum, vt & conditionem *bonorum* & *iurium eccleſiaſticorum* catholicorum, vt in deſtinatum vſum impendantur & conuertantur, principem euangelicum per viſitationem vel *ordinariam* vel *extraordinariam* inquirere, ac obortos defectus vel abuſus pro mo-

per catholicos delegatos,

do

do indultæ conceſſionis emendare vel tollere poſſe, nullus dubito, dummodo fundationes & fines, in quos vnumquodque deſtinatum eſt, obſeruentur, & ab iis non recedatur.

§. CCV. Quod modo de *iurisdictione eccleſiaſtica* & *exercitio religionis publico* vel *priuato* ex lege *tolerantiæ æqualis* debito dictum, viam mihi pandit ad aliam meditationem, quia quidam legem *tolerantiæ limitatæ* & *circumſcriptæ* in abuſum trahunt, & vltra ſuos *limites*, tam accurate in I. P. determinatos, extendunt. Quæritur ergo: vtrum presbyteri in monaſteriis catholicorum, quæ in Aug. conf. addictorum ſtatuum territoriis ſunt, virtute *tolerantiæ*, in antecedentibus explicatæ, *actus parochiales* reſpectu *catholicorum* exercere queant? quorſum ſpectant actus conferendi baptiſmi, benedictionis puerperarum der Einſegnung derer Sechswöchnerinnen, copulationis ſacerdotalis, concomitantis parochi in ducendo funere, oder des ſo genannten Mitgehens zur Leiche, & ſi quæ ſunt alia: vtrum, dico, iſtiusmodi actus in monaſteriis & cœnobiis Romano-catholicæ religioni addictis, & in terris proteſtantium & diœceſi principum euangelicorum ſitis, virtute *tolerantiæ*, per inſtrumentum pacis iis debitæ, permittendi, licet *an. 1624.* nulli *actus parochiales* in monaſteriis hiſce exerciti fuerint; an vero potius illi actus a miniſtris eccleſiæ euangelicæ in territorio expediendi, catholici *presbyteri* vero, ſalua *tolerantiæ* lege, ab illis excludendi ſint? Equidem huiusmodi actus monaſteriis & cœnobiis catholicorum ex *iure tolerantiæ* permiſſi & liciti videntur, cum approbatis religionibus addictis, in imperio Romano-Germanico & terris proteſtantium, ſecundum regulas, mores & ritus ſuæ religionis ex *ipſa mente inſtrumenti* pacis nihilominus liberum maneat exercitium, quod ne iudæis quidem denegatur. Sed facilis eſt reſponſio: tolerantia iudaicæ religionis eſt *gratioſa* & *precaria*, ac ſua gaudet libertate ex conuentione & literis gratioſæ promiſſæ protectionis, Schutz-Briefen, pro certo canone vel tributo illis indultæ, quod priuilegium tamen a domino territorii facilius reuocari, ac tota iudaica gens pro lubitu plane eiici, vel ad *emigrandum* compelli poteſt. Ne dicam, iudaicam religionem a chriſtianorum ſacris adeo eſſe alienam, vt miniſtri noſtrarum eccleſiarum ſe iis ingerere, & *actus parochiales* in iudæos exercere non poſſint. In controuerſiis autem circa *tolerantiam* Romano-catholicæ religionis *neceſſariæ* & lege publica *imperatæ* eiusque exercitii, reſpiciendum ad *inſtrumentum pacis*, & ad *ſtatum* poſſeſſionemque *anni decretorii*, quippe quo etiam catholici contra proteſtantes, tanquam tole-

Presbyteri in monaſteriis catholicorum in territoriis proteſtantium ſitis actus parochiales reſpectu catholicorum exercere nequeunt.

rantiæ omnis *fundamento*, vtuntur, nec vltra illius limites aliquid proteſtantibus concedunt, adeoque nec hi plus illis indulgere tenentur. Iam vero in *alleg. §. 34. art. V. l. P.* placuit, vt catholicorum ſubditi Auguſtanæ confeſſioni addicti, vt & catholici Aug. conf. ſtatuum ſubditi, qui an. 1624. *publicum* vel *priuatum* religionis ſuæ exercitium *nulla anni parte* habuerunt, vel poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diuerſam a territorii domino religionem profitebuntur, *patienter tantum tolerentur*, & conſcientia libera *domi* deuotioni ſuæ ſine inquiſitione aut turbatione priuatim vacare; in *vicinia* vero, vbi & quoties voluerint, publico religionis exercitio intereſſe, vel liberos ſuos exteris ſcholis aut priuatis *domi* præceptoribus inſtituendos committere, non prohibeantur. In *§. 31. art. V.* porro prouiſum eſt, vt tam ſubditi catholicorum, quam ſubditi Auguſtanæ confeſſionis ſtatuum inpoſterum religionis exercitium eatenus retineant vna cum annexis, QVATENVS in anno 1624. habuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt; item iuxta *præced. §. 23.* exercitium religionis in mixtis epiſcopatibus ita inſtitui & manere debet, VTI & QVATENVS in anno 1624. palam receptum permiſſumque fuit. Quæ reduplicatiua ſatis demonſtrat, exercitium religionis catholicæ in monaſteriis & cœnobiis ex natura huius *limitatæ tolerantiæ* non eſſe extendendum, ſed potius reſtringendum ad vſum & vbſeruantiam termini decretorii, imo ſub *art. V. §. 48. in fin.* de iure diœceſano dilertis verbis dicitur *reſtrictiue*, quod illud ſaluum eſſe debeat, QVATENVS *epiſcopi illud dicto anno exercuerunt.* Hac de cauſa *ordinatio politica Magdeburgica cap. 6. §. 16.* recte diſponit: daß auch die Römiſch-Catholiſche Clöſter ſich keinesweges anmaſſen ſollen, der Clöſter Catholiſche Unterthanen ihre Kinder zu taufen, es wären denn an ſelbigem Orte einige Römiſch Catholiſche Unterthanen im Jahr 1624. wohnhaftig geweſen, und derſelben Kinder damals von ihnen getauft worden. Etenim palam eſt, quod *actus miniſteriales* ad *iura parochialia* pertineant, quæ monaſteria vel cœnobia arrogare ſibi non poſſunt, vtpote quibus hi in iure canonico expreſſe prohibiti ſint. *Clem. 1. de priuil.* BARBOSA *de offic. & poteſt. paroch. P. 2. c. 17. n. 40.* & ESPEN. *in iur. eccleſ. P. 2. tit. 4. c. 2. §. 9.* Neque vero his monaſteriis ab epiſcopis tales actus *extra ordinem* permitti poſſunt, quod in *terris catholicorum* quidem admitti poteſt, non item in *terris proteſtantium* in quibus *iurisdictio eccleſiaſtica* & ad hanc pertinens *ius diœceſanum* intra terminos territorii ſe continere debent, adeo, vt omnia illa iura ſacra, quæ olim ab epiſcopis ex-

niſi probare poterunt eiusmodi actus ab illis anno 1624 exercitos fuiſſe.

extra territorium exercita fuerunt, ſuſpenſa ſint, vt ita nullum *diœceſanum ius* vltra limites territorii ſeſe extendat, vti ſupra §. CCV. monui. Quocirca non immerito exinde concludo, nullam eſſe *præſumtionem* vel colorem iuris pro Romano-catholicis, quod in anno 1624. in terris proteſtantium per clericos ſuos actus *miniſteriales* vel *parochiales* in monaſteriis exercuerint, adeoque in caſibus iſtiusmodi controuerſis monaſteria vel cœnobia ad minimum probare debere, quod in *anno decretorio 1624.* in poſſeſſione actuum parochialium per clericos ſuos peragendorum fuerint. Ita iudicauit facultas iuridica Wittebergenſis in Sachen des verordneten *Aduocati fiſci* an einem, und *Syndici* des *Conuents* des Jungfern-Cloſters Altenhallensleben, Beklagte am andern Theile, per ſententiam in Conſiſtorio Magdeburgico *d. 22. Mart. 1714.* publicatam: daß zuforderſt Beklagte das angezogene Befügniß in 4. Wochen Klägers Gegen-Beſcheinigung und andere rechtliche Nothdurft in ebenmäßiger Friſt vorbehaltlich beyzubringen ſchuldig. Eſt poſt abſolutam demonſtrationem Conuentus, Iuriſconſulti Francofurtenſes per ſententiam, d. 27. Aug. 1716. publicatam, iudicarunt: daß Beklagte dasjenige, was ihnen zu beſcheinigen auferleget, und ſie ſich angemaſſet, nicht beygebracht, deswegen ihnen nunmehr bey 200. Rthlr. Strafe anbefohlen wird, die actus miniſteriales des Taufens, copulirens, wie auch Leichen-Begleitungen, bey ihren Unterthanen ohne Unterſcheid der Religion nicht durch ihren Pater, ſondern der Policey-Ordnung gemäß, durch den Evangeliſchen Prediger des Orts ſo lange verrichten zu laſſen, und denſelben wie auch den Schulmeiſter auf keinerley Weiſe zu beeinträchtigen, bis ſie rechtlicher Gebühr nach erwieſen, daß an ſelbigem Orte in anno 1624. einige Catholiſche Unterthanen wohnhaft geweſen, bey denen ihre Geiſtlichen obgemeldete actus exerciret. Würden ſie ſolches nicht thun, ſo ergehet wegen der bisherigen eingeſtandenen Eingriffe contrauentionem contra legem publicam ſo wohl, als der verurſachten Unkoſten halber, ferner was recht iſt. Quæ ſententia poſtea per tres adhuc alios, Ienenſem ſcilicet *d. 31. Mart. 1718.* facultatis iuridicæ Halenſis *d. 14. Nou. eiusdem anni*, quam publicaui *tom. III. iur. eccleſ. p. 459* & ſupremi appellationum iudicii Berolinenſis *d. 10. Mart. 1722.* confirmata. Hunc rigorem iuſ *talionis* & *retorſionis* extorſit, quo facile proteſtantes abſtinerent, ſi catholici erga proteſtantes eo non vterentur, atque mitiores eſſent. Id aperte & ingenue nuper teſtatus eſt auguſtiſſimus Rex Boruſſiæ, *in re-*

ſponſione ad memoriale primatis Poloniæ nuper edita in opuſculo, cui titulus: Briefe und Schriften zwiſchen der Republic Pohlen und Sr. Königl. Maj. in Preuſſen, &c. *p. 20.* vbi hæc pia & chriſtiana declaratio facta: Wenn auch nicht die unglückliche Thorniſche Maſſacre, und die in Pohlen und Litthauen täglich mehr und mehr anwachſende Verfolgungen der Evangeliſchen darzwiſchen gekommen, ſo hätte es geſchehen mögen, daß die gegen die Catholiſche im Brandenburgiſchen Preuſſen gebrauchte toleranz viel weiter gegangen, und ihnen weit erſprießlicher gefallen wäre als man wohl anfänglich gemeinet.

(XI) Tolerantia qualificata in imperatore æqualem protectionem & aduocatiam operatur.

§. CCVI. *Vndecimus effectus* poſtulat in imperatore *æqualem protectionem & aduocatiam.* Imperatoribus enim *protectio Romanæ eccleſiæ* ſingulari iure a temporibus CAROLI M. imo PIPINI fuit aſſerta, aſſumto *patricii* & *protectoris* titulo, quippe qui ſolenni iuramento ſe protectorem fore ſanctæ Romanæ eccleſiæ in omnibus vtilitatibus promiſerat. vid. formulam apud GOLDAST. *conſtit. Imp. tom. II. p. 5.* Atque hoc iuramentum *protectionis*, quod *abuſiue* imo ſubdole *fidelitatis* in *clem. vn de iureiur.* vocatur, non ſolum poſtea ab OTTONE M. pontifici præſtitum fuit, vt teſtatur *c. 33. diſt. 63.* (quod tamen ſuſpectæ fidei arguit SCHILTER. *de lib. E. G. l. 3. c. 5. §. 9.*) ſed ex eo tempore omnes imperatores ſequentes idem in *coronatione* ſua præſtiterunt teſte LEOPOLDO de BEBENBVRG. *de zelo vet. princ. Germ. c. 7.* vid. *form. perpet. in cerem. Rom. l. 1. ſect 5. c. 3.* Inde iam dudum *tutores & aduocati S. matris eccleſiæ* vocati ſunt imperatores, qua appellatione magat FRIDERICVM Barbaroſſam autor coæuus, qui circa finem ſeculi XII. conſcripſit expeditionem eius Aſiaticam, editam a CANISIO *tom. III. lect. antiq. P. 2. p. 502. edit. nou. Basnag.* Quid? quod in *A. B. c. 2. §. 3. 4. 5.* imperator appelletur *aduocatus vniuerſalis*, das oberſte Haupt und Voigt der Chriſtenheit, atque in *R. I. de anno 1518. §.* Ernſtlich: Der gantzen Chriſtenheit Schutz und Schirm Herr, & de *an. 1529. §.* Und anfänglich. Der oberſte Voigt der Chriſtenheit, welchem aus auferlegtem Käyſerlichem Amt gebühret, den heil. Chriſtlichen Glauben, wie derſelbe durch die heilige gemeine Chriſtliche Kirche bis anhero löblich gehalten und vollzogen, zu handhaben, zu ſchützen und zu beſchirmen. Pariter in *R. I.* de *anno 1543. §.* Aber Churfürſten. Und uns als Advocaten und Beſchirmer der Chriſtlichen Kirche, nec non de *anno 1530 §.* auf ſolch. Als Römiſchen Käyſer und oberſten Voigt der heiligen Chriſtlichen Kirche, & de

anno

anno 1529. conſtit. wider die Wiedertäuffer §. 1. Obersten Voigt unſers Christlichen Glaubens, vt reliqua R. I. capitulationum cæsarearum, & alia illustria loca idem comprobantia omittamus, plena manu adducta atque collecta a Dn. PFEFFINGERO *tom. III. Vitriar. illustr. p. 100. ſqq.* Quamuis vero ex hactenus dictis satis appareat, imperatorem ſpeciatim *Romanæ eccleſiæ protectorem* eſſe: ideo tamen non excluduntur ab hac protectione & aduocatia proteſtantes, præſertim cum imperator totius *chriſtianitatis*, & ſpeciatim etiam *protector & executor pacis Osnabrugenſis* ſit, & ſic *æqualem ſollicitudinem* pro ſtatu eccleſiarum proteſtantium ad normam *inſtrumenti pacis* habere debeat, ac quidem pro ſalute Romanæ eccleſiæ. Conf. MVLDENER *de protectione ab imp. eccleſiis vtriusque relig. in Germania æqualiter debita.* Quare cum res proteſtantium eccleſiaſtica per *art. IV. pacis Ryswicenſis* admodum læſa, ſimulque catholicorum cauſa contra tenorem *inſtr. pacis* melior reddita, in comitiis imperii hanc *æqualem ſollicitudinem* vrſerunt proteſtantes, & vlteriorem articuli citati declarationem anxie deſiderarunt. Etenim in *I. P. art. V. §. 55.* expreſſe prouiſum, *vt non ſolum in iudicio camerali cauſæ eccleſiaſticæ vt & politicæ inter catholicos & Aug. conf. ſtatus vel inter hos ſolos vertentes, vel etiam quando catholicis contra catholicos ſtatus litigantibus tertius interueniens Aug. conf. ſtatus erit, & viciſſim, quando Aug. conf. ſtatibus contra eiusdem confeſſionis ſtatus litigantibus tertius interueniens erit catholicus, adlectis ex vtraque religione pari numero aſſeſſoribus, discutiantur & iudicentur; ſed idem etiam in iudicio aulico obſeruetur.* Ob quam cauſam quoque ſecundum §. 53. *præced.* membra horum auguſtiſſimorum iudiciorum non tantum ex *catholicis*, ſed etiam *proteſtantibus* conſtare debent. Neque hæc conſtitutio pugnat cum *aduocatia* ſedi papali præſtanda. Quamuis enim imperator promittat, ſe *religionem catholicam* protecturum; non tamen ſimul promittit, ſe reliquas deſtructurum, & præſertim eas, quæ *lege publica* approbatæ & receptæ ſunt, *parique iure* cum *catholica* frui debent. Hoc modo auguſtiſſimus Cæſar CAROLVS VI *in capit. art. 1.* ſententiam ſuam de hac *æquali protectione* edidit: So viel aber in dieſem Articul den Stuhl zu Rom und Päbſtl. Heiligkeit betrifft, wollen wir der Augſpurg. confeſſion zugethane Churfürſten vor ſich, und ihre Religions-Verwandte Fürſten und Stände (einſchlüßig derſelben Religion zugethane freyen Reichs-Ritterſchaft) uns damit nicht verbunden haben, geſtalt denn auch gedachte aduocatia denen Religion- und profan- auch dem Mün-

eſt enim protector & executor pacis Osnabrugenſis.

Iudicia imperii ſuprema conſtare debent tam ex catholicis, quam proteſtantibus.

Münſter-Oßnabrückiſchen Friedens-Schluß zu Nachtheil nicht angezogen noch gebrauchet, ſondern denen obgedachten Churfürſten und ſämtlichen ihren Religions-Verwandten im Reich GLEICHER SCHUTZ geleiſtet werden ſolle, wie wir ihnen, Churfürſten und ſämtlichen ihren Religions-Verwandten, auch ſolches Kraft dieſes verſprechen und uns dazu verbinden. En rurſus egregium veſtigium & documentum publicum *aequalitatis in tolerantia religioſa!*

(XII) Princeps diuerſæ a ſubditis religioni addictus, non poteſt turbare exercitium illius religionis, quod anno 1624. in eo territorio habitum fuit

§. CCVII. *Duodecimus* effectus eſt, quod quamuis ſubditi a domino territorii in religione diſſentiant, ſi modo vni ex tribus approbatis religionibus ſint addicti, retinere tamen debeant ius ſuum religionis per *I. P. art. 31. §. V.* ita vt princeps ſubditis exercitium illius religionis interdicere, impedire aut turbare nequeat, quod anno 1624. libere habuerunt. Diſpoſitio hæc ſatis clara & euidens, hactenus tamen per varia attentata hinc inde infracta eſt, vt publica acta ſcriptaque contra *ſimultaneum* docent. Vid. **Ungrund des** *ſimultanei.* it. tr. de anno 1710. *de iure reformandi* editum, & ab illuſtri quodam legato ad comitia imperii magna cum cura elaboratum. Qui turbas hic mouerunt, tacite ſuppoſuiſſe videntur, proteſtantes tolerari ex *mera gratia:* tolerantiam eorum eſſe quauis arte impediendam, reſtringendam, limitandam: non æquale ius tribuendum cum catholicis: his deberi vnice *dominium religionis*, cetera. Nolo vero controuerſias occaſione huius §. enatas recenſere, quæ *tom. III. lib. 3. tit. 36. §. 9. ſeqq. & tit. 48. §. 16. ſeqq.* iam enucleatæ ſunt.

(XIII) Ad beneficia eccleſiaſtica æque habiles ſunt. proteſtantes ac catholici.

§. CCIIX.. Hunc quoque effectum, qui eſt *decimus tertius*, *æqualis tolerantia* producit, vt ad præbendas & quæuis beneficia eccleſiaſtica æque habiles ſint proteſtantes ac catholici, ita tamen, vt illa beneficia eccleſiaſtica, quæ *anno 1624.* a proteſtantibus fuerunt poſſeſſa, ab eis etiam inpoſterum imperturbate poſſideantur, atque idem in catholicorum beneficiis obſeruetur, per *I. P. art. V. §. 1.* Quare beneficium vacans in territorio principis alicuius Auguſt. confeſſ. addicti imperator vigore iuris *primariarum precum* in catholicum transferre nequit. En egregiam ἰσοτιμίαν inter catholicos & proteſtantes publice agnitam & aſſertam, contra tot turbas deſuper ante I. P. motas, quas in compendio tradidit B. TITIVS in *diſſ. de iure nobilit. Lutheranæ ad immed. Germ. capitula & canonicatus.*

§. CCIX.

Digitized by Google

§. CCIX. *Decimus quartus* effectus est, quod ecclesiasticis bonis tam *catholicorum*, quam *protestantium* immediatis *æqualia* in omnibus *iura* & *priuilegia* debeantur, quoad effectus publicos per *I. P. art. V. §. 14.* nisi in quantum quædam diuersitas ex peculiaribus rationibus constituta fuerit, vt *art. V. §. 21. & 22. & art. XIII.* Proinde episcopi euangelici quoque *dignitate ecclesiastica* cum omnibus inde dependentibus iuribus fruuntur, ac æque vti catholici *votum* habent & *sessionem* in comitiis ceterisque conuentibus imperii particularibus: æque separantur a statibus secularibus, discrimine tamen quodam constituto: capitulis Aug. conf. addictis idem ius cum catholicis *sede vacante* concessum in *§. 21. art. V.* Denique alia *corpora mediata* protestantium eiusdem cum *catholicis* conditionis esse, non vero ab his deteriori loco haberi debent, quod inprimis in *diætis prouincialibus* vsum suum habet. Hæc omnia rursus argumentum insigne præbent, protestantes non esse *deterioris conditionis*, sed in quibusdam melioris, ceu constat ex *art. V. §. 19. & 21.* Neque enim prælati euangelici *immediati* indigent aut *confirmatione* aut *admissione*, neque tam adstrictæ conditionis sunt, vti prælati catholici.

(XIV) Bona ecclesiastica tam catholicorum, quam protestantium æqualibus iuribus & priuilegiis quoad effectus publicos gaudent.

§. CCX. Quæ cum ita essent, *decimus quintus* effectus in eo constituendus fuit, quod principia illa, quæ *studium persequendi* dissentientes produxit, prorsus eliminari, & ab his, quibus *æqualis* tolerantia, pax, & securitas publica debetur, remoueri debuerint. Recensui supra illas infaustas conclusiones, quas *denegatio tolerantiæ* produxere. Has vero haud admittit tolerantia illa *æqualis publica* atque singulariter *qualificata*, quam *pax religiosa* cum *instrumento pacis* introduxit. Hac de causa in *art. V. §§. 35.* ad *æqualitatem religionum* ostendendam, sancitum fuit hunc in modum: *siue autem catholici, siue Augusti. confessionis fuerint subditi, nullibi ob religionem despicatui habeantur* (qualem *contemtum publicum* alias parit odium religiosum) *nec a mercatorum, opificum aut tribuum communione*, (quam olim amiserunt, quibus *nota hæreseos iusta* erat) *hæreditationibus, legatis, hospitalibus, leprosoriis, eleemosynis aliisue iuribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis honoreue sepulturæ arceantur. Sed in his & similibus* PARI CVM CONCIVIBVS IVRE *habeantur* AEQVALI IVSTITIA PROTECTIONEQVE *tuti.* Sicuti vero id potissimum de iis intelligendum est locis, in quibus vtriusque religionis asseclæ inter se *mixtim* viuunt, & vtraque religio ex statu anni decretorii *dominans* est, qua de causa singulariter *æqualitas exacta* inter dissidentes in vtraque religione imperata est *art. V. §. 3. 4. 5. 6.*

(XV) Qualificata tolerantia non admittit conclusiones infaustas, quæ ex denegata tolerantia fluunt.

poſſunt tamen catholici a proteſtantibus in territoriis ſuis nonnunquam a muneribus publicis excludi.

5. 6. 7. 8. n. 12. quam ſpecialius hic illuſtrare, nimis prolixum foret: ita ſine dubio diuerſa eſt eorum locorum ratio, in quibus tantum proteſtantes ſua ſacra habuerunt, vt in Saxonia, electoratu Hanouerano, ceteris, vbi a muneribus publicis quibusdam diuerſæ religionis ſodales excludi poſſunt. Secundum *ord. ſummi trib. appell. potentiſſ. Regis Britannia P. I. lib. I. §. 3.* non alii ſummo tribunali intereſſe poſſunt, als welche der teutſchen nation und der unveränderten Augſpurgiſchen confeſſion zugethan ſeyn, quia hoc iure etiam catholici in ſuis prouinciis vti ſolent.

(XVI) Æqualitatis ſeruandæ gratia quoque numerus deputatorum in conuentibus ex vtraque religione æquari debet,

§. CCXI. Ad *decimum ſextum* propero effectum, qui rurſus *æqualitatis* omnimodæ egregium documentum præbet. Videlicet cum catholici ſtatus proteſtantes longe numero ſuperarent, adeoque in omnibus negotiis publicis multitudine ſuffragiorum illos vincerent, atque id præcipue in *conuentibus deputatorum imperii* contingeret; in *I. P. art. V. §. 15.* cautum eſt: *vt in omnibus his conuentibus numerus deputatorum ex vtraque religione æquari deberet*, ne proteſtantes forſan *pluralitate votorum* victi ſuccumberent, & ita per indirectum *inæquale ius*, ſuffragiorum maiorum beneficio, naſceretur. *Studium religionis* vtplurimum agere ſolet homines, vt non quod æquum iuſtumque, ſed quod minus gratum iis, quos ob religionem odio habent, decernant, & ita ſuis affectibus ſatisfaciant Neque hæc *æqualitas* tantum in negotiis, quæ *religionem* tangunt & concernunt, obſeruanda, vti quidam hanc legem accipiunt, ſed etiam extra religionis negotia hæc exæquandi numeri neceſſitas impoſita eſt, cum in *cit. §. 51.* diſertis verbis aſſeratur; vt, *quacunque occaſione* & *ad quæcunque negotia deputandi veniant*, numerus deputatorum ex vtriusque religionis proceribus *æquari* debeat. Pari ratione huius *æqualitatis* ſeruandæ cauſa in *I. P. art. V. §. 53.* conuentum eſt, vt in præſentandis cameræ aſſeſſoribus etiam *æqualitas* obſeruari debeat, ita vt catholicorum 26. & proteſtantium 24. inter quos duo ab imperatore ipſo conſtituendi ſunt, præſententur. Denique, quod ſupra iam monui, ex eadem ratione etiam *§. 45.* ſancitum, vt lis inter catholicos & proteſtantes orta adlectis ex vtraque religione *pari numero* aſſeſſoribus discutiatur, ne votorum pluralitate pars vna alteram affectu religionis vincere & ſuperare queat.

tam in negotiis religionem tangentibus, quam in aliis quibuscunque, quare aſſeſſores cameræ debent eſſe tam catholici quam proteſtantes.

Secundum hanc æqualem tolerantiam omnis inter-

§. CCXII. Effectus adducti ex *tolerantia* hac *publica, æquali* & ſingulariter *qualificata* trium religionum approbatarum fluunt, quod fundamentum omnino quoque agnoſcit *I. P. art. VII. §. 2. in f.* ibi: *in*

Digitiz Google

in ſacro Romano imperio nulla alia recipiatur vel TOLERETVR. Adeo- pretatio faci-
que *tolerantiæ* prædicatum tam *catholicæ* quam *proteſtantium* religioni enda,
debetur, ne quis ex hoc vocabulo in fraudem legis publicæ quid ex-
cogitet, ſed obſeruet, æque catholicos *tolerari* inter proteſtantes ac
quidem hi inter illos. Illud *æqualitas* religionum, lege publica ſancita,
iubet, conſtituit, imperat. E contrario illa ipſa prohibet, (1) ne remota omni
contra hoc principium ſcribendo, aut diſputando aut docendo im- diſputatione,
pingatur. Hoc prouiſum eſt *art. V. §. 50. I. P.* ac diſerte prohibitum,
*ne quisquam publice priuatimue concionando, docendo, diſputando, ſcri-
bendo, conſulendo transactionem Paſſauienſem, pacem religioſam vel hanc
inprimis ſiue declarationem ſiue transactionem vspiam impugnet, dubiam
faciat, aut aſſertiones contrarias inde ducere conetur*, id quod tamen re-
uera faciunt, qui peruerſe & contra mentem ſummorum paciſcentium
inique de hac *tolerantia* iudicant, ſibi *dominium religionis* aſſerentes,
nobis *gratioſam* quandam *tolerantiam*, vt *putatiuis hæreticis*, adſignan-
tes. Hoc ipſo vero *æqualitas religionum* approbatarum tollitur, & a
mente inſtrumenti pacis per cauillationes receditur. Quare *trimen fra-
ctæ pacis publicæ* committunt, qui aſſerere non veriti, catholicos cum
proteſtantibus, ſine *pontificis autoritate*, in detrimentum fraudemque
eccleſiæ hoc modo paciſci non potuiſſe ſalua *fide* & *conſcientia*. Eadem nullis legibus
ratio quoque (2) iubet, ne contra hanc tolerantiam vllæ leges anteriores anterioribus
vim obtineant per *cit. §. 50. Quicquid etiam contrarii hactenus vel editum,* in contrarium
vel promulgatum publicatumque fuerit, irritum eſto. Specialius vero obſtantibus.
(3) in *art. XVII. §. 2. 3.* cautum, ne contra hanc *æqualem tolerantiam* in
I. P. determinatam *iura canonica vel ciuilia, communia vel ſpecialia con-
ciliorum decreta, priuilegia, indulta, edicta, commiſſiones, inhibitionis
decreta, reſcripta, litis pendentiæ, quocunque tempore lata ſententia, res
iudicatæ, capitulationes Cæſareæ & aliæ religioſorum ordinum regulæ aut
exemtiones, ſiue præteriti ſiue futuri temporis, proteſtationes, contradictio-
nes, appellationes, transactiones, iuramenta, reuocationes* &c. vnquam
allegentur, quibus etiam ſpeciatim adiectæ ſunt *abſolutiones* & *diſpenſa-
tiones*, cum notum ſit, qua cautela inter catholicos vti ſoleant, qui pacta
ſeruare, vel nexum legum obſeruare nolunt. Quod ſi denique quis
alteri reſpectu huius pacis iniuriam inferre auſus fuerit, vnicuique data eſt
facultas, ſe ſuaque priuilegia & iura, ex pacis conſtitutione ſibi debita,
contra quemcunque præſcripto modo tuendi & defendendi. I. P. *art. 17.
§. 14. ſqq.*

Insidiæ contra hanc æqualem tolerantiam structæ,

§. CCXIII. Interim tamen hæc saluberrima constitutio continere non potuit zelotas in officio, cuius obliti hanc mouerunt quæstionem: *an pax religiosa & instrumentum pacis Westphalicæ quod art. V. & VII. Cæsarem & status imperii catholicos obstringat, ac licite sit inita?* Mouit hanc quæstionem denuo anno 1714. IOAN FRANCISCVS BESSEL *in iure publico Romano-catholico p. 352. seq.* atque, negatiua & affirmatiua proposita, *p. 362.* suspendit iudicium, quod *negatiuam* tueri periculosum & a *crimine fractæ pacis publicæ* haud alienum; *affirmatiuam* autem amplecti, curiæ Romanæ sine dubio ingratum fuisset. Alterutram tamen veram esse credidit, quia vtriusque sententiæ decisionem in suspenso relinquit. Ponamus vero, quamuis forsan inuito autore, eum in *affirmatiuam* iuisse, reuera tamen eius rationes decidendi etiam aperte pugnant cum sensu instrumenti pacis, & ab *æquali, publica & qualificata tolerantia* magnopere recedunt, quam tamen instrumentum pacis iubet, imperat, inculcatque sub grauissima pœna. Ait: *potuisse cæsarem cæterosque principes catholicos necessitati cedere, ac malum minus permittere, vt vitarent maius malum: potuisse bona quædam ecclesiastica* PERMITTERE (forsan ex gratia per quandam *συγκατάθεσιν*) *protestantibus, ne vniuersa eriperentur, & NB. protestantes* IN QVADAM PARTE TOLERARE, *ne religio catholica*, (cui principatum, dominium & imperium contra *ἰσοτιμίαν* lege publica imperatam attribuit,) *per indirectum in toto imperio interiret: imminentibus duobus malis, quorum vtrumque cauere impossibile sit, licite minus permitti, vt euitetur maius, eoque casu* PERMISSIONEM *minoris esse necessariam non liberam, eamque esse licitam, quia frusta interdiceretur, quod vitari non potuit, & malum illud eueniret, siue toleretur, siue non: minus malum fuisse in permissione pacis religiosæ, maius in omnimoda catholicorum subuersione, adeoque imperatorem statusque catholicos in conscientia adstrictos fuisse ad* PERMITTENDVM *minus malum in pace religiosa contentum. Quando enim*, pergit, *mala quædam iniuria temporum redduntur necessaria, & maius vitari potest, si permittatur minus, debet hoc sub peccato permittit, vt vitetur illud.* Ergo, si recte hominem percipio, non *in perpetuum* hoc malum tolerandum est, sed in tantum, *in quantum & quatenus* necessarium est. Si necessitas desinit: si iniuria temporis, quam supponit, ex post facto deficit: si occasio sese offert, malum illud, quod hactenus tantum toleratum & ab inuitis & reluctantibus permissum est, declinandi, ad tolerantiam omnis obligatio cessabit, imo, quia malum necessario declinandum, remouendum, tollendumque est,

per seditiosas doctrinas.

Digitized by Google

eſt, non amplius tolerantia eſt licita & permiſſa, ſed peccaminoſa. Ita vero *per indirectum* impugnat *inſtrumentum pacis*, eiusque diſpoſitionem dubiam reddit intutamque. quam pacem *perpetuam* illud eſſet iubet atque imperat, nec tam captioſam philoſopiam admittit. Enimuero Autor *p. 355.* ab hac conſequentia alienus eſſe videtur, aſſerendo, hoc etiam adplicari poſſe ad *tolerantiam perpetuam.* *Quando*, ait, *duo mala ingruunt & neceſſitas emergit permittendi vel alterutrum vel vtrumque in perpetuum, poteſt & debet alterutrum permitti in perpetuum, ne vtrumque in perpetuum nos torqueat.* Supponit ſcilicet *neceſſitatem perpetuam*, qua ſuppoſita, etiam minus malum *in perpetuum* permitti debet atque tolerari. Tolle hanc *neceſſitatem perpetuam:* ſuppone, meliora tempora ingruere, quibus hæc *publica neceſſitas* quieſcere imo deficere videtur, obligatio quoque ad tolerantiam extincta & emortua cenſeri debet. Ita non poſſunt non rationes ſubducere hoſtes *tolerantiæ*, chriſtianis tam ſollicite a Saluatore inculcatæ, vt crederes, diſparem omnino eſſe debere conditionem *catholicorum & proteſtantium:* illis deberi *dominatum*, hos ſibi gratulari debere, ſi *gratioſe* tolerantur: illos ab his non neceſſario tantum tolerandos, ſed etiam fouendos eſſe, hos non æque: regulam hic ceſſare, *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris:* eam quidem orthodoxos pro ſe allegare, non æque hæreticos contra orthodoxos ſeu catholicos &c.

Neque tamen iura hæc limitata pertinent ad eos, qui ſunt eiusdem religionis.

§. CCXIV. Inde vero concludo, (1) hanc tolerantiam *qualificatam* & certo modo limitatam duntaxat lege publica reſtrictam eſſe ad vium, ſtatum & obſeruantiam anni 1624. quoad eos, qui ſunt *diuerſæ religionis.* Ergo hæc reſtrictio iurium ſacrorum ad eos, qui ſunt *eiusdem religionis*, non extendenda, nec ad decidendas controuerſias de *poteſtate principum proteſtantium circa ritus eccleſiæ euangelicæ* directo hæc conuenta tolerantia religionum applicanda, ſed illa facultas competit illis ex ordinaria iurisdictione eccleſiaſtica, in *pace religioſa de anno 1555. §. 15.* etiam agnita his verbis: Kirchen-Gebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgerichtet oder nachmahls aufrichten möchten in ihren Fürſtenthümen, Landen und Herrſchaften. Vid. B. THOMASII *diſſ. de iure principis circa adiaphora* item *de ſumma poteſtate principum euangelicorum circa ſacra.* Quod ad *bona eccleſiaſtica* & *capitula euangelica* in illorum prouinciis attinet, de illis pax religioſa *de anno 1555. §. 19.* diſpoſuit, daß die eingezogene und zu Kirchen und Schulen, milden und andern Sachen verwandte geiſtliche Güter in den Friedenſtand mit begriffen und eingezogen ſeyn, und es bey der Verordnung, wie

es ein jeder Stand mit obberührten eingezogenen und albereit verwendeten Gütern, gemacht, gelaſſen werden ſoll. Sed hæc obiter tantum tango, quia *directo* ex hac *qualificata tolerantia* non fluunt, adeoque alias plures controuerſias hic intactas relinquo.

An poſſit ſtatus rerum eccleſiaſticarum mutari in melius contra animum decretorium?

§. CCXV. (11) Poſita hac reſtrictione, quam *tolerantia mutua & æqualis* deſiderabat, non poteſt immutari ſtatus rerum eccleſiaſticarum, licet videatur in *melius* mutari. Hic rurſus ſeſe exſerit discrepantia inter illos, qui ſunt cum principe eiusdem religionis, quippe quibus *lex tolerantiæ* non applicanda: & eos, qui *diuerſæ* ſunt *religionis*, adeoque ad *legem tolerantiæ, limitatæ* tamen & *circumſcriptæ*, iudicandi. Nam quoad illos competit principibus euangelicis in ſuis territoriis ius in meliorem mutandi ſtatum eccleſias ſuæ religionis ſacris dicatas, hoc ſeruato temperamento, vt bona canonicatibus & monaſteriis euangelicis deſtinata, quatenus ſuperflua ſunt & ad luxum & lardum generandum inſumuntur, concedant in vſum eorum, qui re ipſa eccleſiæ operam dant, atque in ſuſtentationem & augmenta ſcholarum, niſi pacta obſtent. MONZAMBANO *cap. 8. §. 10. ibique* all. B. THOMASIVS *in not. lit. S.* Illuſtriſſimo exemplo hic omnibus præiuit ſereniſſimus Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis AVGVSTVS per edictum de anno 1655. ſub rubr. Wie es mit Beſetz- und Verfaſſung derer Clöſter auch *adminiſtration* und *inſpection* über deren Güter im Fürſtenthum Braunſchweig Wolffenbüttelſchen theils und der Grafſchaft Blanckenburg zu halten, und wie ſelbiges nach dem erſten und ubralten Zuſtande, ſo weit es der veränderten Zeiten und Umſtände halber möglich, einzurichten. Quod edictum anno 1655. typis mandatum atque d. 18. Ianuarii anni 1656. cœnobiis & monaſteriis publicatum eſt.

Inter proteſtantes poſſunt in vſus meliores verti.

§. CCXVI. Videndum tamen, ne in eiusmodi mutationis caſu bona eccleſiaſtica aſſignentur ad actus profanos, ſed ſimpliciter in vſus eccleſiæ pios & meliores, vti ſereniſſimus pariter ac piisſimus Dux Brunſuic. & Luneb. AVGVSTVS in *prædicta ordinatione* ſanciuit, cuius verba, quia magno pondere conſtant, hic repetere placet: Nicht zweifelnde, es werde der vielgütige GOtt, zu deſſen Ehre alles angeſehen, dieſe unſere Landes-väterliche Vorſorge nicht gar umſonſt ſeyn laſſen, ſondern guten und gedeylichen ſucceſs mildiglich dazu verleihen, um ſo vielmehr, weil dieſe unſere Verordnung keinesweges gemeinet, daß die geiſtliche Güter und Stiftung *profaniret*, vielweniger zu Cammer-Gütern gemacht, mit denſelben vermi-

miſchet, oder einiger Nutzen in unſere Fürſtliche Cammer, daraus kommen ſondern vielmehr in einen rechten GOtt wohlgefälligen Zuſtand geſetzet, beſſer als bis dahero verwaltet, die alienationes der Güter verhütet, und der jährliche durch GOttes Segen erfolgende Uberſchuß zu rechtem Gebrauch dispenſiret und verwendet werden ſollen, ſintemalen ſolche Güter nach dem Zeugniß des heil. Märtyrers Iuſtini auch des Tertulliani nichts anders als depoſita pietatis ſind, deren Eigenthum einig und allein dem eiffrigen gerechten GOtt, deſſen Kirchen und armen angehörig ſind; dannenhero auch die davon aufkommende prouentus zu keinen andern als geiſtlichen Sachen und Ausgaben, wozu ſie gewidmet, verwendet werden mögen. Longe aliter vero cum bonis eccleſiaſticis catholicorum ſe res habet, quippe quæ in eodem ſtatu, vtut minus commodus, corruptus & merito immutandus, ac reformandus eſſe videatur, manere debent, in quo *anno 1624.* fuerunt. Interim non defuere inter ipſos catholicos, qui ante *inſtrumentum pacis Osnabrugenſis* ſerio mutationem bonorum eccleſiaſticorum in melius vrſerunt, inter quos PAVLVS LAYMANNVS *in apologia* für Käſerl. Majeſtät, den Pabſt ꝛc. *anno 1631. in 4to edita pag. 186.* ita ſcribit, Es iſt falſch, daß die Heilige im Himmel beleidiget, und zur Rache bewogen werden, wenn man einige Clöſter einem andern Orden einräumet, oder in gottſeligen Gebrauch durch gebührende autorität der Obern verwendet, dann die Heiligen im Himmel, welche Stifter der Clöſter und Orden weyland geweſen, richten ſich nach dem Willen GOttes, und wünſchen, daß auch die Menſchen auf der Welt dieſen Willen thun. Et *pag. 415.* aliorum theologorum catholicorum ſequentia verba allegat: Durch ſolcherley Veränderung der Kirchen-Güter werden die alten Stiftungen und Teſtamente nicht verkehret, ſondern in beſſern Stand gebracht, und nach der Stifter Abſicht beſſer eingerichtet, dann wer will zweiffeln, daß die gottſelige und nunmehro ſelige Stifter nichts anders wünſchen, als daß ihre, ja alle zeitliche Güter vornehmlich zu Beförderung der Ehre und Preiß göttlicher Majeſtät angewendet werden möchten. Es werden auch gottſelige Leute zu dergleichen Vermächtniſſen eben hiedurch angefriſchet, und keinesweges abgehalten, weil ſie hieraus erkennen, daß ihre Stiftungen, vermöge der Chriſten Pflicht, dergeſtalt geheget und geſchützet werden, daß ſelbige nach Beſchaffenheit der Zeit und Sache in beſſern Stand gebracht, das iſt, zu gröſſerem Nutzen der Kir-

Bona eccleſiaſtica catholicorum debent manere in ſtatu anni 1624. quamuis mutatio eorum in melius eſſet conſulenda, quam Laymannus ſuadet.

Digitized by Google

Kirchen und des gemeinen Weſens und höherm Grad der Ehre GOttes verwendet werden. Quæ omnia AVTOR *cit. loc.* non ſolum approbat, ſed etiam *p. 408.* addit: Sein Gegentheil ſolte wiſſen, daß die Kirchen-Güter erſtlich nicht auf die Mönche geſtiftet worden, ſondern auf diejenige, welche in einem öffentlichen Dienſte der Kirchen dienen, und hat man in dieſer Sache auf der Kirchen Nothdurft als den nächeſten und eigentlichſten Zweck dieſer Sache zu ſehen. add. ELIAS FRICK in ſeiner Zuſchrift über des Herrn von Seckendorffs ausführliche Hiſtorie des Lutherthums und der heilſamen *reformation de anno 1714.*

Tolerantia hæc qualificata limitatam ſaltem libertatem concedit, quare ſubditis catholicis ſtatuum euangelicorum in cauſis eccleſiaſticis nulla competit appellatio æquidem neque ad papam, quia eius poteſtatem non agnoſcimus, neque ad tribunalia imperii, quia non habent cognitionem in cauſis eccleſiaſticis ſubditorum ſtatuum imperii euangelicorum,

§. CCXVII. Denique (III) ſicuti hæc *tolerantia qualificata* non *omnimodam* libertatem, ſed *circumſcriptam* & *limitatam* præſtat, ita in terris euangelicorum principum catholici illa hoc modo vti debent, ne iuribus ſummis territorialibus præiudicent eisque vim inferant. Id vero contingeret, ſi in cauſis *præbendarum, viſitationum, monaſteriorum,* aliisque *eccleſiaſticis* ad ſumma imperii tribunalia appellare vellent, id quod citra violationem ſummorum iurium territorii fieri nequit, cum in *cauſis eccleſiaſticis* ab illis omnis denegetur appellatio. Neque enim ad papam appellatio, vt olim, patet, cuius poteſtas exulat in terris proteſtantium; neque ad ſumma imperii tribunalia grauatis recurſus per *appellationem* patefactus, quippe quæ in *cauſis eccleſiaſticis* ſubditorum ſtatuum imperii iurisdictionem non exercent. Aut enim quæſtio eſt de *ſubditis catholicis catholicorum* ſtatuum, qui a iudiciis eccleſiaſticis ad metropolitanum vel papam eiusue nuncios appellant; aut de *ſubditis proteſtantium ſtatuum*, qui in cauſis eccleſiaſticis ſubſunt foris territorii priuatiue, ſuſpenſa omni iurisdictione *episcopali* & *papali.* Et quamuis ſuprema imperii tribunalia in lite, religionem & eccleſiaſtica concernente, ſi inter duos *ſtatus* imperii diuerſæ religionis hæc vertitur, cognoſcant per *l. P. art. V. §. 53. & 54.* quippe quæ eorum *forum ordinarium* ſunt; non idem tamen aſſerendum, ſi lis a ſubditis ſtatuum euangelicorum mota fuerit, qui in *eccleſiaſticis* non alium iudicem, quam *dominum territorii* agnoſcere poſſunt, vt pluribus illuſtrat STRYK. *de iure pap. princ. euang. c. 6. §. 5. ſqq.* Eandem ſententiam confirmant argumenta adducta in reſponſo adducto *tom. XIII.* der Staats-Canzley *p. 507.* quod THVLEMARIO tribuitur, & a Marpurgenſi, Herbipolitana & Tubingenſi facultatibus approbatum eſt. Inprimis notari merentur verba reſponſi *facultatis iuridicæ Moguntinæ p. 542.*

ad-

adlata, quæ vtut ſacris eccleſiæ catholicæ addicta ſit, veritati tamen locum dare quam principum euangelicorum iura labefactare, malu it. Neque vero aſſerendum eſt, hanc admitti poſſe ſententiam intuitu *ſubditorum*, non intuitu *catholicorum*, α) quod his ſecundum *pacem Osnabrugenſem* ius dicendum ſit, cuius ſupremus protector & executor cæſar eſt: β) quod ſtatus proteſtantes in horum cauſis ſint ſuſpecti: γ) quod id multo magis dicendum, ſi *fiſci procurator* iis de his cauſis litem inferat, vt in exemplis §. *CCIV. ſeq.* ſupra traditis, quoniam ita ipſe territorii dominus eos in ius vocare videtur. Solent hæc argumenta a quibusdam moueri, vt monaſteriis catholicis, in proteſtantium territoriis ſitis, patrocinentur, quæ tamen parum ſtringunt. Admitto, his ſecundum l. P. ius dicendum eſſe; id vero æque a *domino territorii* efficitur & præſtatur, nec eapropter recurſus ad ſuprema imperii tribunalia deſideratur. Admitto, cæſarem cum imperio eſſe inſtrumenti pacis executorem; inde vero *iurisdictionem eccleſiaſticam in cauſis ſubditorum* ſtatuum proteſtantium imperii non acquiſiuit, quam ante *reformationem* non habuit, & ita prima ratio corruit. Altera adeo ieiuna, ne dicam impia eſt, vt ſine graui calumnia adferri non poſſit. Tertia denique per praxin conſuetam, cuius methodus §. *CCV.* demonſtrata eſt, eliditur, qua non tantum transmiſſio actorum monaſteriis hisce, ſed præterea quæuis *remedia ſuſpenſiua* indulgentur; vnde efficitur, vt *procuratori fiſci* non aliter ac aliis *priuatis ſubditis* ius dicatur & iuſtitia adminiſtretur.

Neque vero id obtinet tantum intuitu ſubditorum proteſtantium, ſed & catholicorum. Rationes dubitandi, earum reſolutio.

§. CCXVIII. Atque hæc iura data ſunt tolerantiæ *qualificatæ* & ex lege publica debitæ. *Mere gratioſa* vero, quæ quoad alias reprobatas ſectas locum habere ſolet, tantum iuris tribuit, quantum princeps *voluit* & *potuit*. Eſt videlicet inſignis inter hanc tolerantiam *neceſſariam* & *ſimplicem* ſeu *gratioſam* eorum, qui *reprobatam ſectam* profitentur, differentia, quod hæc per *ſpeciale priuilegium* vel *gratiam* impetranda ſit a principe territorii, adeo, vt ſummo iure huic liberum ſit, velitne huic vel illi ſectæ reprobatæ addictos in ſuo territorio recipere, an eiicere? Non repetam, quæ ſupra iam dixi de hac tolerantia, an etiam ex *inſtrumento pacis* prohibita ſit, maxime proteſtantibus, quibus tolerantiæ principia magis quam catholicis conueniunt? Sed ſupponam, tolerari poſſe *perſonas* peregrinis ſacris addictas. Hoc facto gaudent quidem *pace ciuili*, ita, vt a nemine lædi vel iniuria affici queant intuitu religionis; *l. 14. C. de iudæis. l. 6. C. de paganis*, interim hæc tolerantia non eosdem cum *qualificata* habet effectus, neque,

Tolerantia gratioſa vero tantum iuris tribuit, quantum princeps voluit & potuit, ergo per ſpeciale priuilegium eſt impetranda, quo facto eiusmodi perſonæ gaudent quidem pace ciuili

que quod caput rei eſt, *æqualitatem iurium* tam *ſacrorum*, quam *profanorum* inducit. Sacrorum enim exercitium vlterius ſibi vindicare non poſſunt, quam eis a principe per *priuilegium* concedi *potuit*, & expreſſe eſt indultum. Qua de cauſa hæc priuilegia, quæ iis conceduntur, valde reſtrictis includi debent cancellis, ne forſan libertate abuſi, legibus imperii vim inferant.

ſed non æqualitatem iurium in omnibus nanciſcuntur.

§. CCXIX. Quoad *iura profana* diſtinguendum eſſe puto inter *priuata* & *publica*: ad hæc non ſtatim ſunt habiles, cum horum exercitium hæc tolerantia non inuoluat. Nam quamuis tolerentur a principe ex *gratia* Arriani, Sociniani, ſimilesque reprobatis ſectis addicti, adhuc tamen inuiſi ſunt, neque *iuramentum religionis* poſſunt præſtare, vbi hoc deſideratur. Neque ad officia publica æquale & idem cum aliis ciuibus ius habent, cum ſecundum plurimorum locorum ordinationes ad magiſtratus officia non admittantur, niſi religioni in loco dominanti addicti fuerint. Equidem in ciuitatibus imperii *mixtis* ex vtraque religione in ſenatum adſumendi pari numero ſenatores, vt cautum in *I. P. art. V. §. 8. ſqq.* quod vtraque religio in imperio pari iure frui debeat, & in iis ciuitatibus *æquale ius* antehac habuerit. Aſt in aliis ciuitatibus, in quibus alterutra duntaxat præualet, vix alii admittuntur, quam qui dominanti religioni addicti ſunt, quod etiam obſeruat KNIPSCHILD *de iure ciuit. imper. lib. II. c. 8. n. 131.* Multo minus ergo admittendi erunt, quorum ſecta publice *reprobata* & *damnata* eſt, adeoque *odio publico* habentur, vt dicitur in *Nou. 45. pr.* Olim quidem diuerſis muneribus conſtringebantur & ſubiiciebantur peregrinis ſacris addicti, quæ magis eos grauabant, alii vero ſubterfugiebant, *l. 1. C. de hæret.* a quibus videlicet nec infames repellebantur, *l. 12. C. de decur.* adeoque ad *decurionum* officium compellebantur, cuiuscunque ſuperſtitionis eſſent. *l. 49. C. eod.* Præterea diuus SEVERVS & ANTONINVS his honorem adipiſci permittebat, qui publice reprobatæ ſuperſtitioni addicti erant. *l. 3. in f. de decur.* Enimuero α) omni alio priuilegio & commodo hæretici priuati erant ob odium publicum per *Nou. 45. pr.* β) Decurionum peculiaris ratio erat, longe diuerſa a ſenatorum hodiernorum muneribus, quæ appetuntur, cum *decurionum* officia, quæ *onus* erant, declinarent fugerentque. γ) A munerum antiquorum iure ad hodiernum ciuitatum & rerumpublicarum ſtatum non valet conſequentia, ſed hæ ſuis peculiaribus gaudent iuribus, quæ arcent *hæreticos*, imo ſæpe non alios admittunt, quam huic vel illi religioni addictos. MVLLER. *in pract. March. ref. 20.*

Iura profana ſunt vel priuata vel publica, horum exercitium hæc tolerantia non involuit, quare ad officia publica non admittuntur, niſi religioni in loco dominanti addicti,

Olim peregrinis ſacris addicti ad decurionum officium compellebantur,

non vero ad alios honores admittebantur ob odium publicum.

§. CCXX.

§. CCXX. Quod *iura priuata* concernit, multum referre existimo. vtrum *expresso priuilegio* tolerantiæ gaudeant, nec ne? Priori casu. veluti si *vnitarius* hanc gratiam a principe obtinuit speciali priuilegio, vix est, vt quæ in odium hæreticorum constituta sunt, huic applicari queant. Debet enim *priuilegium tolerantiæ* effectum habere, quod non tantum in eo consistit, ne eiiciatur, sed etiam, vt tanquam *subditus* ceterorum subditorum *communi iure* fruatur. Quod olim hæretici ab vsu iuris communis essent penitus excluſi, id inde erat, quod odio publico haberentur, vt *extorres*, vt *infames*, vt *peregrini*, eisque *tolerantia* vtplurimum denegaretur, utpote passim omnium persecutionibus obnoxiis. Cum his non comparandi, qui *expresso tolerantiæ priuilegio* muniti sunt, quod absque *pleno effectu* intelligi non debet. *arg. l. 1. in f. ad municip.* Distinguendum tamen arbitror inter iura ciuitatis *specialia* & *ius commune*. Ad illa non alii admittuntur, quam ciues legitime in ciuitatem recepti: non semper *incolæ*, licet domicilium in loco habeant, sed qui illis qualitatibus præditi sunt, quas *statuta* desiderant. Inter has primatum gerit *religio*, quæ efficit, vt nec iudæi, licet ex *gratia principis* tolerentur, recipi inter ciues queant, KNIPSHILD *de iur. ciuit. imp. lib. 2. 30.* ZAHN. *de iure muncip. lib. 3. c. 32. n. 74. sqq.* adeoque ab omni iure speciali CIVIVM, eorumque peculiari commercio excluſi sunt. Idem quoque de *hæreticis*, qui reprobatam sectam amplexi sunt, dicendum, qui licet *priuilegio tolerantiæ expresso* a principe muniti fuerint, non tamen ea de causa adspirare possunt ad *iura ciuitatis peculiaria* & inter *ciues* recipi, sed magis *incolæ* sunt illius loci, vbi degunt, & ita ex *foro domicilii* æstimandi, nisi de peculiari foro eis fuerit prospectum.

Qui expresso priuilegio tolerantiam impetrarunt, cæterorum subditorum communi iure fruuntur,

§. CCXXI. Quod vero *iura imperii communia* concernit, notum est, ea esse vel *omnibus communia* vel *quibusdam propria* ex iure singulari, quorsum pertinent iura militum, dotium &c. Illa quidem hæreticis, *expresso priuilegio tolerantiæ* munitis, non esse deneganda prorsus arbitror cum STRYKIO *de caut. testam. c. 3. §. 60. & 61.* quod ipsius potius, quam meis declarare lubet verbis. *Quid ergo*, ait, *de hæreticorum testamentis dicendum? Non quæstio hic nobis erit, quinam ex sensu theologorum aut ecclesiæ pro hæreticis reputandi, sed qui per leges imperii publicas pro talibus habeantur. Et hoc sensu politico omnes illi pro hæreticis habendi, qui non sunt Romano - catholicæ, Reformatæ aut Lutheranæ confessionis, quia his solis per* I. P. *art VII. in f. æquale ius in imperio assertum, reliquis autem ademtum. Hinc quæritur, an Arrianæ aut Socinianæ sectæ addictus*

Iura imperii omnibus communia, nec hæreticis, expresso tolerantiæ priuilegio munitis, sunt deneganda,

Digitized by Google

teſtandi ius in Germania habeat? Si ex auth. credentes. C. de hæret. res decidenda, omnino neganda eſt quæſtio: cum enim horum religio per pacem publicam in imperio reiecta, hæretici erunt, & ſic teſtamenti factione carebunt; imo & eorum bona confiſcationi ſunt obnoxia. auth. Gazaros. C. d. t. Hæretico autem non tantum ius teſtamenti ademtum, ſed etiam ius codicillos condendi l. 3. §. ergo C. de hæret. ANTON. RICCIVLLVS *de iur. perſ. extra grem. eccl exiſt. lib. 5. cap. 28. n. 4. quod extenditur, etiamſi ad pias cauſas teſtamentum condere velit, cum incapacitas hæretici ad teſtandum non ſolo iure ciuili, ſed etiam iure canonico probata ſit. c. excommunicatus §. credent. X. de hæret. Qui autem iure canonico ad teſtandum inhabilis eſt, ille nec poteſt ad pias cauſas teſtari, vti poſt* BALDVINVM *lib. 3. conſ. 255. n. 8 defendit* RICCIVL. *d. c 28. n. 5.* MOLINA *de iuſtit. & iur. T. I. diſp. 95. Verum cum euangelici hunc rigorem contra diſſentientes in religione non receperint, vt præter tres illas religiones nulla alia in imperio recipiatur, aut toleretur, hoc vero tantum ad publicam eiusmodi ſectæ addictorum tolerantiam pertineat, inde quoad teſtamenti factionem, quantum quidem ad praxin euangelicorum, ſequenti modo diſtinguendum: aut Arrianus aliquis in numerum ciuium receptus, aut non; ſi illud, teſtabitur ex iure adeptæ ciuitatis; ſin hoc, teſtamentum condere poterit iure peregrinorum, quippe Fridericus imperator in auth. Omnes peregrini. C. commun. de ſucceſſ. non diſtinguit, an orthodoxæ, an hæreticæ doctrinæ ſit peregrinus; vnde nec dubito, ſi Turca quidem, poſt pacem cum ipſis factam, tranſiret per hæc loca, & in morbum incideret, ipſi ex iure peregrinitatis de ſuis bonis, quæ ſecum habet, teſtandi licentiam non eſſe adimendam. Idem obtinere puto quoad iudæos, non tantum illos, qui in ſpecialem principis tutelam recepti,* die Schutz-Juden, *& ea propter iuris ciuium paticipes facti, quippe de quorum teſtandi facultate non dubitandum; ſed & de illis, qui huc transeundo in morbum incidunt, quod ex iure peregrinis communicato teſtari valeant. Quod ſi tamen hi aliquando ſanctum baptiſma profanauerint, ex ſpeciali ratione iure teſtandi indigni ſunt per l. bi, qui ſanctam 3. C. de Apoſt.*

Teſtamenti factio & ſucceſſio imprimis omnibus concedenda, qui expreſſo priuilegio recepti ſunt,

§. CCXXII. Sane *teſtamenti factio & ſucceſſio* iuris communis primarius effectus eſt, nemini denegandus, qui ſubditorum in numerum per expreſſum *tolerantiæ* priuilegium receptus eſt. Opponunt quidem nonnulli, ex hoc priuilegio non ſequi liberum *iuris communis* vſum: licet omnes, qui in imperio Romano degunt, pro ciuibus Romanis etiam reputandi ſint, *l. 19. de ſtat. hom. auth. omnes peregrini C. comm. de ſucceſſ.* expreſſe tamen hæreticis teſtamenti factionem eſſe adem-

Digitized by Google

ademtam, *Nou. 144. c. 1.* pro cuius legis obſeruantia tam diu præſumendum, donec abrogatio eiusdem probetur: *c. 27. C. de teſtam.* peregrinos quidem ad teſtamenti factionem eſſe admiſſos, non vero indiſtincte ex alio vitio inhabiles, teſte BRVNNEMANNO *ad cit. aut. n. 6.* præſertim cum nec hi, qui ex delicto peregrini ſunt, iure ciuium communi vtuntur: hæreticos eſſe deterioris conditionis, quam iudæos, his quædam legari poſſe, non item illis. BRVNNEM. *ad. l. 1. C. de iudæis.* CARPZOV. *P. 4. c. 32. def. 22. n. 4.* Enimuero his rationibus non moueor, vt B. STRYKII ſententiam ſaniorem deferam. Generatim enim hic præ- quales in iure notandum cenſeo, ius Romanum ignorare eiusmodi hæreticos, *ſpeciali* Romano non *tolerantiæ priuilegio* munitos, atque duntaxat de iis diſponere, qui dantur, *publico odio* habebantur, vt imperator in *Nov. 47. pr.* fatetur, quibus magis *denegata* fuerat *tolerantia*, quam *permiſſa*. Quid? quod ſi vel maxime non ſtatim eiiciebantur, ſed ad tempus per *conniuentiam ſimplicem* adhuc in republica Romana commorabantur, non tamen *ſpeciali tolerantiæ priuilegio*, vti hodie quandoque, muniebantur, id quod ſi tamen hodie factum fuiſſet, ſine dubio omnium iurium vſum recepiſſent, cum reperiuntur. *priuilegium* carere non debeat effectu. Quod per *conniuentiam* permittitur, id non ſtatim plenum effectum iuris habere debet. Hoc Quare iura præſuppoſito, palam eſt, iura Romana, contra *hæreticos* ſcripta, ad eos Romana ad applicari non poſſe, de quibus hic loquimur, id quod contra diſſenti- eos, de quibus entes ſufficit, qui fruſtra præſumtionem pro *legis valore* crepant. Id hic loquimur, enim in quæſtione eſt, vtrum huiusmodi hæreticis, *ſpeciali tolerantiæ* applicari ne- *priuilegio* munitis, hæc iura odioſiſſima quoque data ſint? quod merito queunt. proteſtantes negare debent, qui ab omni *odio publico* in hæreticos alieni eſſe, nec in hac re IVSTINIANI doctrinam in *Nou. 47.* ſequi debent; ne dicam, denegationem vſus *iuris communis* eſſe legem duriſſimam, omni modo reſtringendam, non extendendam. Ceterum, quod *iudæi* melioris conditionis eſſe ſoleant, quam *hæretici*, id re vera ex *priuilegio tolerantiæ* dependet, quod illi impetrare debent, quo facto vſum *iuris communis* habent; ergo idem quoque de *hæreticis* dicendum, poſtquam ſimili *priuilegio* muniti ſunt, quo facto non amplius deterioris conditionis dicendi.

§ CCXXIII. Progredior ad vſum *iurium ſpecialium* & *ſingula-* Iura ſpecialia *rium in corpore iuris clauſorum*, vt vocantur, circa quem grauiores ra- in corpore iu- tiones dubitandi occurrunt. Quæritur, *an mulier hæretica ex priuilegio* ris clauſa hæ- *tolerantiæ ſpecioli gaudeat in concurſu priuilegio dotis? an miles hæreticus* reticis, ſpeciali tolerantiæ pri- uilegio muni-

tis, quoque concedenda. Rationes dubitandi.

iuribus militaribus fruatur? Rationes dubitandi ſunt, 1) quod hæc priuilegia ſint ſingularia beneficia, quibus indigni videntur hæretici, præſertim cum in genere *beneficia iuris* indignis ſoleant denegari; qui enim in legem delinquit, id quod *hæretici* facere dicuntur, priuilegiis ſuis priuari meretur: *l. 37. §. 1. de minor. 15. C. de iudic. c. 33. de elect.* 2) Cui exercitium iuris communis conceditur, non ſtatim *beneficiorum* & *iurium ſingularium* vſum recuperat, qui *ſpeciali conceſſione* videtur indigere ex natura *priuilegiorum.* Neque enim generalis conceſſio illa continet atque ſub ſe complectitur, quæ ſpecialiter concedi debent: *l. f. C. de generali abol.* 3) quod priuilegium tolerantiæ ſufficientem effectum habeat, ſi vſum *iuris communis* indulgeat, adeoque pro conceſſo haberi inon debeat, quod non neceſſario ex *priuilegio* hoc fluit: 4) quod *reſtitutio* ex capite *gratiæ* in criminalibus reſtringi debet, ne ad omnia amiſſa bona & iura extendatur, niſi *per omnia* & ſic *plene* reſtitutus fuerit *§. 1. I. quib. mod. ius P. P. toll. t. t. de reſtit. & ſent. paſſ.*

Rationes decidendi.

Hisce tamen non obſtantibus, hæreticum ex *ſpeciali tolerantiæ priuilegio* etiam omnium iurium *ſingularium*, quæ *in corpore iuris clauſa* dicuntur, participem fieri prorſus arbitror, niſi quatenus in eius perſonam cadere non poſſunt. Si *clericus* eſt, priuilegiis clericorum non gaudet, quia vt talis non recipitur. Cætera priuilegia, quæ generatim *ſubditis* qua talibus data ſunt, vt *dotis*, *ceſſionis bonorum*, *competentiæ* &c. merito talis *hæreticus priuilegiatus* ſibi vindicabit. Eſt videlicet tale priuilegium tolerantiæ comparandum cum *reſtitutione* ex capite *gratiæ.* Hæreticus vſu omnium iurium deſtitutus eſt, vt deportatus: ſi hic reuertendi licentiam impetrat, ſi princeps *gratiam* pœnæ facit, non dignitatem quidem nec bona amiſſa ſemper recuperat, vſum tamen *iuris*, quo *omnes ciues* vtuntur, recipit, exceptis illis, quæ per *infamiam* ablata, quia reſtituti non ſtatim illa liberantur *l. f. C. de gener. abol.* Par ratio eſt in hæreticis, qui *ſpeciali tolerantiæ priuilegio* potiuntur, reſtituti videntur ad *iura amiſſa*, cum tale priuilegium tolerantiæ ſpeciale nihil aliud ſit, quam *reſtitutio ex capite gratiæ.* Omnis quidem reſtitutio in dubio *minus plena* habetur ac cenſeri debet; enimuero id intelligendum erat α) intuitu bonorum; β) dignitatis: γ) domeſticorum iurium. Reliqua iura ſpecialia, quibus omnes ciues fruebantur reſpectu cauſarum & negotiorum, reddebantur reſtituto. Poſſes etiam diſtinguere inter iura ſingularia, *cauſis negotiisque* data, & inter priuilegia, *certo perſonarum ſtatui* aſſignata. Hæc non reſtituuntur, niſi

ſta-

Digitized by Google

ſtatus ſimul ſaluum ſit, & ſic, ſi hæretico ſimul ſtatus, v. g. *militaris* illibatus manet, iura quoque militibus tributa ei denegari nequeunt, licet hæreticus ſit, id quod *priuilegium tolerantiæ ſpeciale* operatur. Si, ſtatu illo amiſſo, ſolummodo per priuilegium ſpeciale toleratur, negotia cauſasque peragere non prohibetur, & ſic iura ſpecialia illis aſſignata exercet. Si poteſt matrimonium inire, etiam iura matrimonii ſpecialia indulta cenſentur vtrique; vnde fit, vt *iure dotium* in concurſu mulieri hæreticæ denegari non debeant, quæ alias illi deneganda, ſi priuilegio tolerantiæ deſtituta fuiſſet per *auth. item priuilegium. C. de hæret.* Quæ cum ita ſint, apparet, rationes in contrarium adductas huc applicari nullatenus poſſe. Neque enim iura ſingularia, *generaliter* omnibus ſubditis in perpetuum indulta, comparari poſſunt cum iis, quæ *ſpecialiter* alicui per reſcriptum conceduntur. Illa, quia collectioni iuris communis inſeruntur, eius partem conſtituunt, omnibusque prodeſſe debent, quibus ad vſum iuris communis aditus patefactus eſt, nec ſpeciali conceſſione indigent. Pari ratione poſtquam peregrini ad vſum Romani iuris in genere admiſſi ſunt, non neceſſe fuit, eis *ſpecialiter* proſpicere de vſu *iurium ſpecialium*, quæ in iuris Romani ſyſtemate omnibus propoſita ſunt, qui ad vſum eius in genere admittuntur. Poſſunt itaque mulieres hæreticæ, priuilegio *tolerantiæ* munitæ, frui beneficio Sc̃i Vellei. & ſi minores ſunt, reſtitutionis auxilium ſibi vindicare. De vſu *iuris prouincialis* communi idem aſſerendum arbitror, ad quem nihil vlterius requiritur, quam vt quis inter *ſubditos* ſiue ex priuilegio, ſiue citra illud receptus ſit, ſi illa iura excipias, quæ peculiarem *ſtatum* in ſubiecto deſiderant, quo ſi deſtituuntur, eius iure frui nequeunt, prout antea de iure *ciuibus, qua talibus*, proprio, dictum eſt.

Reſponſio ad rationes dubitandi.

§. CCXXIV. Denique, qui priuilegio tolerantiæ ſpeciali deſtituti, & vel *occulte*, vel per *conniuentiam* tolerantur, vſum iurium, hæreticis denegatorum, aſſerere ſibi nequeunt, de quibus *ius Romanum* potiſſimum diſponit. Licet enim *tolerantiæ* plus merito indulgere debeant proteſtantes, quam catholici; hæc *obligatio* tamen *imperfecta* & in *arbitrio* principis eſt, tolerantiam eorum ex iure communi circumſcribere; nec hæreticis fit iniuria, ſi per *conniuentiam* tantum tolerantur absque *pleno* omnium iurium *vſu*. Adfert MVLLER *in Pr. Marcb. res. 21. in f.* reſcriptum FRIDERICI WILHELMI *de anno 1653.* huius tenoris: Wollen wir den Arrianis, Photinianis, Weigelianis, Wiedertäufern und Mennoniſten weder publicum noch priuatum religionis exer-

Hæretici, qui occulte vel per conniuentiam tolerantur, non habent iura hæreticis in iure Rom. denegata.

exercitium verſtatten, und da wir in Erfahrung kommen würden, daß wider unſer Wiſſen und Willen in unſern Churfürſtlichen Landen dergleichen conuenticula angeſtellet, ſoll es an gebührender animaduerſion und Abſtrafung nicht ermangeln. Cauendum tamen merito ab *hæretificio*, ſeu pruritu, hæreſeos notam alicui imputandi, prout ſupra iam monui, ſed quamdiu quis confeſſione publice approbatæ adhuc ſubſcribit, *omnium iurium vſu* gaudere debet, licet nonnullis *ſuſpectus de hæreſi* videatur. Nam vtplurimum peccant, & ſophiſtice agunt, qui ex *zelo carnali* alicui controuerſiam de *orthodoxia* mouent, quod vel certamina cum B. SPENERO inita euincunt, licet prætextum *ſalutis eccleſiæ* obmoueant, & principem a tramite recti cum AMBROSIO in *epiſt. 29. ad. Theodoſ.* deducere ſatagant, his vtente verbis: *In cauſa vero Dei quem audies, ſi ſacerdotem non audies, cuius maiore peccatur periculo? Quis tibi verum audebit dicere, ſi ſacerdos non audeat? - - Cauſam ergo Dei tacebo?* Et tamen cauſa, quam tuebatur AMBROSIVS, non ita comparata erat, vt defendi debuiſſet. Denique ex his principiis quoque *cauſa iudæorum* æſtimanda eſt. Verum cum de his ſupra *tit. de iudæis* iam actum, nihil de his amplius addam.

(VII.)
De crimine hæretificii.

Hæretificium crimen non agnitum,

§. CCXXV. Hactenus de *hæreſi* in ſenſu *canonico* & *ciuili*, quam a reatu *criminis* proprie dicti in *foro criminali* abſolui, licet nemo negauerit, errores circa dogma fidei grauiſſima eſſe *peccata*. Supereſt, vt de *crimine* quodam *non-agnito* agam, quod vtplurimum tamen rationem *delicti* vel *criminis* habet, ſi vſum eius ordinarium inſpicimus, quod alii *hæretificium*, vt DN. RECHENBERG. *de crimine hæretificii*, alii *hæretificinam* appellant, vt DN. PFAFFIVS in *orig. iur. eccleſ. p. 216. lit. f. Germanice* die Ketzermacherey. Supra iam obſeruaui, inquiſitoribus hæreticæ prauitatis hoc negotium datum commiſſumque fuiſſe, vt ſollicite operam darent, ne hæreſes diſſeminarentur, ſed vt omnes ſuſpecti de hæreſi inquiſitionibus duriſſimis ſubiicerentur, & vel hæreſin faterentur, vel per torturam aut abiurationem ab omni ſuſpicione ſeſe liberarent, Ita vero, prout ſupra §. 3. monitum eſt, *hæretificium* non eſt crimen, ſed *opus* quoddam *meritorium*, illis maxime familiare, qui in eccleſia inclareſcere, & ſtudium purioris doctrinæ conſeruandæ præ ſe ferre ſtudent. Norunt hæretifices, ſe præſidio

ſedopus meritorium.

ortho-

Digitized by Google

orthodoxiæ, quod ſummum eſt, ſemper munitos, & apud plerosque in ſumma exiſtimatione poſitos eſſe; eos vero, quos de *hæreſi* infamant, mox in ſuſpicionem deduci, vt plurimi de eo male ſentiant, &, licet innocentiſſimus ſit, ex verborum formulis male explicatis & in prauum detortis ſenſum eum vt infectum fugiant, vt §. 32. ſupra euici. Quamuis itaque hæc *hæreſeos* obiurgatio grauiſſimum præiudicium in communi vita, theologo maxime, afferat, ad claſſem *criminum* hactenus tamen relata non fuit, quod vtplurimum hæretifices optimam defendere cauſam, imo *rem DEI* agere exiſtimati fuerint, præſertim ſi autoritate quadam in eccleſia polluerint: ſi in cathedra ſederint, qui rectiora ſcire & defendere præſumuntur, vel ad minimum ſub tutamine *bonæ intentionis* ſeſe defendere ſolent, vt ab omni ſuſpicione *calumniæ* & *falſitatis* alieniſſimi videantur. Non ergo *crimen* eſt de iure canonico, ſed potius *meritum*; imo vix etiam hodie crimen centetur inter proteſtantes, ſi communem praxin intuemur, nihilominus tamen variis modis in crimen incidere poteſt, vt ex mox dicendis apparebit.

ſuſpicio vero de hæreſi crimen centetur,

& hæretifices laudantur.

§. CCXXVII. Exiſtentiam huius criminis ſeu *corpus delicti* agnouerunt non pauci inter eruditos. Notauit hoc cacoethes paucis ZIEGLERVS *de epiſc. lib. IV. c. 10. §. 11.* &, *peſſime*, ait, *affecti ſunt illi, qui, qualicunque offenſiuncula accepta, ita mox exardeſcunt, vt aliorum quoque odia in fratrem offendentem concitent, & quo id impetrent facilius, hæreſeos illi notam impingunt, non ignari, hoc genus calumniæ omnem bonam deſtruere opinionem & vel amiciſſimos euertere.* Adducto deinde exemplo THEOPHILI Alexandrini ita concludit: *Tales in eccleſia chriſtiana omni ætate fuerunt multo plures, qui corrupti priuatis affectibus interdum id, quod bonum eſt, dixere malum, quiue verba obiter & minus conſiderate pronunciata, nec hæretica tamen, omni execratione digna iudicant inque ſenſum plane peruerſum torquent, & maleuolo prorſus animo interpretantur.* Tetigit illud BRVNNEMANNVS *lib. 1. iur. eccleſ. c. 1. §. 7.* paucis duntaxat, neruoſe tamen inquiens: *Pietatis ſtudium magna ex parte neglectum. Si quando excitati viri docti & probi, qui pietatis ſtudium fere extinctum reſuſcitare voluerunt, ab aliis fere in ſuſpicionem fanaticarum opinionum vocati.* Interiectis quibusdam prouocat ad MEISNERI conſenſum, iniquitatem huius ſeculi deplorantis, atque aſſerentis, *vix amplius vrgeri poſſe pietatis ſtudium ſine ſuſpicione hæreſeos Weigelianæ.* Pariter peſtem hanc falſe notauit, & ad *arcana atheiſtico-politica* optimos perdendi viros retulit IO. LASSENIVS, cuius verba ſupra §. 27. & 29. adducta ſunt, crimen hoc optime illuſtrantia. Nec minus SPE-

Corpus delicti agnitum a Zieglero,

Brunnemanno,

Meisnero,

Laſſenio,

Spenero, NERVS variis locis supra §. *XXXI.* indicatis & enarratis, turpitudinem huius criminationis detestatus est, & frequentiam eius deplorauit. Im-
Thomasio, primis vero B. THOMASIVS *in diss. an hæresis sit crimen §. 8. p. 24.* existentiam eius expressius demonstrauit, censuitque, non hæresin, sed *hæreticificium esse crimen.* Laudat etiam is ipse *in notis ad Lancellot. lib. IV. tit.*
Titio, *4. p. 1971.* doctrinam consentientem TITII *de iure. priu. lib. IX. c. 15. §. vlt.* ita edisserentis: *Ex hactenus dictis apparet, vnum adhuc esse delictum, quod homines merito punire deberent, nempe dominatum conscientiarum, quod dissentientes subtractione commodorum vel positiua coactione ad religionem adiguntur ac reluctantes grauibus pœnis afficiuntur; nam hoc delictum punibile esse, ex eo liquet, quod sub specie religionis alios homines lædat ac societatem humanam grauiter turbet. Sed vti alia vitia sæpe virtutum nomina assumunt, ita hoc etiam sub pietatis larua passim imperium obtinet, ac extra pœnarum metum constituum est.* Hæc species *hæreticificii* est crassissima, & si sub larua *religionis* sese occultat atque impunita est, quanto magis subtilior *hæreticificii* gradus virtutis & *zeli diuini* speciem habebit, vt longissime ab omni crimine abesse videatur. Hic gradus etiam non immerito inter crimina refertur a plurimum reuer.
Pfaffio, Dn. PFAFFIO *cit. l.* vbi *hæreticificina* ait, *est crimen, quo calumniam pernicioſi cuiusdam erroris innocenti, vel in re, quæ fundamentum religionis haud tangit, erranti adspergimus, atque suspectam illius personam apud alios reddimus, bonaque, quæ per ipsum aguntur, sufflaminamus. Iam itaque*, pergit, *rem inuertimus, & cum alias, hæresin esse crimen, principium Romanense ferat, hæreticificinam nos inter crimina referimus. Nec est profecto facile, qui spectrum hoc amplius metuat &c.* Hæreticificium *crimen* esse, recte asserit Theologus prælaudatus, speciatim autem, ad quodnam inclinet, non determinat, id quod facit
Rechenbergio, Dn. RECHENBERG. *cit. l. §. 4.* aitque: *hæreticificium esse speciem iniuriæ, qua membrum ecclesiæ, in religione dissentiens, vt hæreticus dolo malo aut simplicitate proscinditur, ac religionis prætextu aliis exosus redditur.*

corpus delicti in hæreticificio mixtum ex pluribus, exiniuria, calumnia, §. CCXXVIII. Sicuti vero prælaudatus ICtus recte animaduertit, in hac criminatione improba *crimen vagum*, quod alteri imputatur, latitare, ita ipsum *crimen hæreticificii* ad plures *delictorum* species inclinare videtur. Admitto, illud ad speciem *iniuriæ* referri posse, sed præterea specialius adhuc *calumniæ* crimen sapit, vt iam tit. *de calumn. §. 3. p. 646.* obseruatum est, cum vix excogitari possit vlla de *hæresi criminatio improba*, quatenus delictum constituit, quæ calumnia seu *fal-*

sa

ſa imputatione hæreſeos careat. Præterea cum variæ dentur ſpecies iniuriarum, maximeque in *ſcriptis* eduntur, quæ quandoque in *famoſum libellum* degenerant, id quoque indagandum, vtrum *ſimplex iniuria ſcripta*, quatenus hæc criminatio *in ſcriptis* ſit, an vero *famoſus libellus* ſub ea contineatur? Quodſi ex intentione hæreticum hæc cauſa æſtimanda, id agere cenſendi ſunt, vt *crimen* quoddam, & quidem ex mente CARPZOVII *atrox*, alteri obiiciant, eiusque intuitu verbis acerbiſſimis eum exagitent. Hæretifices enim hæreſin a claſſe *criminum* non excludunt, ſed *ſtudio* nefando *perſequendi* diſſentientes *corpus delicti* tale quærunt, quo alterum infamare, & in odium publicum deducere poſſunt. Adeoque quamuis in *hæreſi* corpus delicti deficere dictum ſit, hæretifices tamen ex ſuo ingenio iudicandi, quo crimen alteri per infauſtas criminationes publicas imputare intendunt.

famoſo libello,

perſecutione nefanda.

§. CCXXIX. Hisce poſitis *HAERETIFICIVM eſt iniuriæ ſpecies, cum calumnia vtplurimum coniuncta, qua ſub prætextu conſeruandæ orthodoxiæ ſodalis eccleſiæ falſæ doctrinæ in cauſa religionis dolo malo arguitur, vt hæreticus traducitur, idque agitur, vt ſuſpectus de hæreſi apud alios reddatur.* Deſideratur ergo in hoc crimine (1) *iniuria*, atque ita *animus iniuriandi* adeſſe debet, qui ex ipſis *rebus* & *factis* arguitur. Qui modeſte dubia ſua proponit contra alterius doctrinam: qui in ſcriptis argumenta alterius examinat ſine probroſis compellationibus, diſſenſum ſuum oſtendit, quod nemini interdictum eſt. Enimuero etiam fratrem vere errantem mox vt *hæreticum* proſcindere, & nominibus hæreſin apertam ſpirantibus deſignare, non poteſt carere iniuria. Recte ZIEGLERVS *de epiſc. lib. IV. c. 10. §. 12. Non vero hæreticus illico eſt, qui qualitercunque errat in doctrina. Et vt maxime quis talis ſit; non eſt tamen propterea ille protinus maledictis & probroſis compellationibus excipiendus; quando quidem hisce pharmacis nunquam ſanari ſolent ægroti, ſed potius redduntur inſanabiles. Cordate & prudenter ſobrieque defendenda eſt veritas, dandaque opera, vt ſolidis rationibus atque ſcripturarum teſtimoniis & doceantur errantes & vincantur pertinaces. Maledicentia & verborum acerbitate plerumque euertitur ſpes emendationis, quam de diſſentientibus concipere & fouere quis poteſt. Leuiter & verecunde ac ſine deteſtatione nimia, ſine approbatione acerba reprehenſionis agendum eſt cum illis, qui in errorem rapiuntur primum, nec ea, quæ vera ſunt, illico cernere poſſunt. Per iſtiusmodi enim lenitatem multo facilius ad rectiorem viam reuocari poterunt, quam ſi probris omnibus maledictisque eos quis inſequatur. Multo minus ergo audiendi erunt, qui diris imprecationibus in*

Hæretificii definitio,

in quo 1) deprehenditur iniuria,

nam nequidem vere errans probroſis hæreticorum appellationibus proſcindendus.

Digitized by Google

quoscunque a se dissentientes sæuiunt, & hac ratione conuinci eos posse sibi persuasum habent, cum per violentas eiusmodi impugnationes magis inualescere soleat pertinacia, & facile in rabiem desinat.

Veritas conuitii non excusat hæretificem,

§. CCXXX. Potest hæc iniuria committi tam *viua voce*, pro concione, quam *in scriptis*. Priori casu in *conuitium* degenerat, si vel maxime frater, qui publice vt *hæreticus* proscinditur, in errore quodam hæreat. Veritas enim *conuitii* animum iniuriandi non excludit, quamuis pœnam minuat. Innuit id ipsum CAROLVS V. *in art. no. const. crim.* daß ob sich auch gleich die aufgelegte Schmach der zugemessenen That in der Wahrheit erfinde, dennoch der Ausruffer solcher Schmach nach Vermög der Rechte und ermessen des Richters gestraft werde.

qui sæpe clamoribus suis seditiones excitat,

Accedit, quod eiusmodi clamoribus publicis contra hos, quos vt *hæreticos* vel *fanaticos* traducunt, populus ad turbas commoueri, & prout exempla docent, ad vim iis inferendam inflammari facile queat, quo facto, siue se contra vim illatam defendant, siue quæuis extrema patiantur, pro *autoribus rixæ & seditionis* secundum regulas *artis hæretificalis* habentur. Quid innocentius est, quam deuotionis & precum causa conuenire? Tales vero coitiones, ex regulis iuris canonici in §. *XXVIII.* traditis, hæretifices suspectas habent, contra eas clamitant, populum, turbis dandis aptum natum, his clamoribus incendunt ad quæuis audenda, pacemque publicam turbandam. Prudenter admodum theologus magni nominis DN. PFAFFIVS *in diss. poster. de præiudic. theol.* §. *12. p. 145.* de ratione, errantes in rectam deducendi viam, ita iudicat: *errantes nec iniuriis nec satyrico dicendi genere adgrediendi, nec hæreses iis impingendæ, vel anathema dicendum est; cum ita non concilientur animi, sed in errore confirmentur. De iniuriis theologicis non est, quod quis dubium moueat, cum ipsa christianismi lex primaria eas proscriptas velit. Denique nec hæreses antiquæ dudum obsoletæ errantibus impingendæ, nec anathemata ipsis dicenda. Cum enim nunquam inter recentiores fuerit, qui totum aliquod veteris cuiusdam αἱρέσεως systema adoptauerit, ineptum id oppido foret, propter singularem quandam sententiam, qua quis cum veteri quodam hæretico conuenerit, totam ipsi hæresin impingere; vt taceam, proficisci hoc communiter ex odio theologico, seu ex furore quodam, quo in dissentientes animaduertimus, qui idem & anathematum, quæ in errantes vibramus, autor est.*

aliter enim conuincendi errantes,

nec obsoletæ hæreses alicui impingendæ.

Grauior est iniuria in collegam commissa vel cum

§. CCXXXI. Eo grauior autem atrociorque est iniuria, si quis *collegam in officio*, mera ex inuidia de hæresi suspectum reddere, vel hæreles ei varias *per calumniam* impingere audeat, quo casu cum *ca-*

lu-

Digitized by Google

lumniæ crimine coniuncta est iniuria, saltim ex intentione hæretificis, qui non potest non hæresin *criminibus* accensere, adeoque quia aduersarium suum publice arguit hæreseos, imo eum *vt hæreticum* consistorio forsan defert, non potest non *calumniatorum* in numero esse. Iustum enim errorem eiusmodi *delator* vel *hæretifex* allegare nequit, qui iuxta *§. IV. tit. II. huius libri a dolo* excusat, cum non imperitus in hunc impetum feratur, sed maxime periti id facere soleant, vt famam suam augeant, eos vero, quos ex mera inuidia odio habent, opprimant, quod *dolum manifestum* arguit. Nec defendit eum a crimine *calumniæ* mea sententia, quam in *corpore delicti* remouendi ab hoc errore vel dissensu constitui; quod ipse potius sit iudicandus tum ex *sua intentione*, qua ipsi crimen impingere studuit, tum ex *plerorumque opinione*, hæresin inter crimina referentium. Ad minimum ex omnium *hæretificum* doctrina hæresis *crimen* esse censetur, & ita id arguunt suis delationibus, vt innocenti tali in casu, quantum in se fuit, *crimen* imputent. Hac de causa *anno 1724. M. Ian.* a consistorio quodam consulti de quodam archidiacono, superintendenti loci cum *pro concione* tum per *denunciationem* errores hæresinque imputante, ad *pœnam pecuniariam* condignam, ob illatam iniuriam & contumaciam, ipsi dictandam ex his rationibus inducti sumus: Weil aber dennoch, wenn der Archidiaconus es bey der schriftlichen exculpation und deren secretirung bewenden lassen hätte, er einige excusation vor sich haben würde, gleichwohl daß es sein Ernst nicht gewesen, die Sache zu secretiren, und den Hochfürstl. Befehl zu respectiren, offenbahr daraus erhellet, daß er, da er schon gewust, daß S. Hochfürstl. Durchl. alles assopiret, und heimlich zu halten wissen wollen, dennoch dem Conrectori N. die denunciations-Schrift abzucopiiren gegeben, da er doch wol erachten mögen, daß auf diese Weise alles propaliret, und in andere Hände gebracht werden würde, ja wol zu vermuthen, daß er solches a dessein zu dem Ende gethan haben müsse, indem der Conrector kein Copist ist, und er sich wol so viel Zeit nehmen können, solche Schrift selber abzucopiiren, wie er solche selbsten mit seiner Hand abgeschrieben übergeben, mithin seine grosse passion gegen den Herrn Superintendenten und vilipendirung des Hochfürstl. respects dadurch mehr als zu viel an den Tag gegeben, welches er auch offenbahr im consistorio bezeuget, da er sich hautement declariret, daß er, wenn er auch gleich Ihro Durchl. Befehl durch den Hoffrath N. vor Abgebung seiner ersten Schrift erhalten

calumnia iuncta,

quod crimen impingere alteri intendat.

hätte, dennoch solchem keine Folge geleistet, noch von Ubergebung derselben abgestanden, ja auch demselben auf seine schedulam nicht einsten geantwortet haben würde, wenn ihm nicht ein guter Freund solches abgerathen hätte, wodurch er dann seinen beharrlichen Ungehorsam und contumaciam, so keinem Prediger geziemet, klar an den Tag geleget, und declariret, daß er mehr seinen affecten, als Hochfürstl. Befehl zu folgen intendire, da doch nichts heilsamer und ersprießlicher seyn können, als diese geringe Streitigkeit in der Stille nach S. Hochfürstl. Durchl. intention abzuthun, und allem daraus zu vermuthenden Aergerniß vorzukommen, welches alles dann ferner anzeiget, daß er seine Predigt wol nicht anders, als mit Fleiß und Bedacht gegen seinen ihm vorgesetzten Superintendenten eingerichtet haben müsse, weil er sonsten dergleichen Weitläuftigkeit zu machen nicht nöthig gehabt, welches sich auch noch mehr dadurch hervorgethan, daß er den kleinen Catechismum in seiner bald übergebenen *denunciation*-Schrift aufs äusserste verketzert, und Pelagianische, Socinianische und andere grobe Irrthümer darin angetroffen zu haben vermeinen wollen, welche doch vermuthlich sich darin nicht befinden werden, sondern nur *per consequentiam* solche daraus gezogen sind, man auch aus der Erfahrung wohl weiß, daß bey entstandenem Streit der *theologorum* dieses das vornehmste momentum, seine Feindseligkeit auszuüben, zu seyn pfleget, daß man dem andern, den man stürzen will, die gröbesten Ketzereyen *imputiret*, und solchen verdächtig zu machen *intendiret*, welchen Ketzermachern ein Landes-Herr keines weges nachzusehen hat, vielmehr bedacht seyn muß, daß denen Ubertretern mit Ernst begegnet, und sie dadurch in Ruhe und gehörigen Gehorsam erhalten werden mögen, bevorab, da, wenn man per consequentias gehen will, nichts leichter ist, als aus einem Worte contra mentem autoris eine Ketzerey herauszubringen, und Gelegenheit zu geben, daß in der Kirche niemahls Ruhe und Friede erhalten werde, welche doch ein Landes-Herr billig besorgen, hergegen die Widerspenstigen und Unruhigen mit gebührender Strafe ansehen muß; ꝛc. Causâ hæc, hæresin ex catechismo minori tractam concernens, transmissâ deinceps fuit ad theologos Vltraiectenses, qui absoluerunt superintendentem ab omni hæreseos suspicione, hæreticem vero suspensione ad sex menses coercendum esse conluerunt, vt denuo

ex

ex actis ad nos M. Iul eiusdem anni transmissis didicimus. Præstaret, peculiari lege crimen hoc tam commune, a paucioribus tamen agnitum, notare, & in inquietos hæretifices pœnam notabilem statuere, vt tandem *corpus delicti*, quod in hoc reatu agnoscere nolunt, hac ratione intelligant, & ab *iniuria* ac *calumnia* sese temperent.

§. CCXXXII. Quodsi *in scriptis*, quod frequentissime fit, malo more variæ alicui hæreses obiectæ, eæque ignominiosis appellationibus denotatæ sunt, in *famosi libelli* crimen autor incidit. Etenim 1) per imputationem *hæreseos*, maxime publice reprobatæ, hæretifex autorem scripti *criminis* publici alicuius arguit, ad minimum secundum suam intentionem, quia *hæretifex* concipi nequit, qui hæresin *crimen grauissimum* esse negare possit. 2) Tali crimine eum maculatum esse, non potest non arbitrari, quod tandem pœnam *exilii* iuxta CARPZOVII doctrinam meretur, quod hæc sit *hæretificum* indoles, vt, quos in suspicionem deprauatæ doctrinæ deducere studeat, eorumque interitum meditantur, calumniose vtplurimum vt hæreticos traducant, & appellationibus iniuriosis proscindant. 3) Nec excusat hæretificem, quod, prout plerumque fieri solet, scripto nomen suum præposuerit, id quod, iuxta *art. tio. const. crim.* crimen *famosi libelli* excludere videtur, sicuti enim hæc sententia ex male intellecta *l. 6. D. de iniur.* nata, ita postea per *R. I. de anno 1577. tit.* von Buchdruckern und Schmäh-Schriften correcta, constitutumque fuit, nihil refert, vtrum autor nomen suum scripto suo subiecerit nec ne? Denique 4) quamuis in *cit. art. tio.* præterea desiderari videatur, vt hoc fiat per *meram calumniam* seu unschuldiger Weise; palam tamen est, id tantum addi, vt pœna *famosi libelli* aggrauari, non vero ipsum crimen *famosi libelli* negari debeat, si vel maxime crimen in scriptis obiectum probari queat. Quamuis vtplurimum hæretifices probatione tali destituantur, nisi eosdem velimus in propria causa iudices constituere. Dictatoria vtplurimum autoritate aduersarios suos de *hæresi* condemnant, quod arbitrium tamen non ipsis, sed iudici ecclesiastico datum est.

Sæpe in famosum libellum degenerat.

§. CCXXXIII. Dixi vero (II) *sub prætexta conseruandæ orthodoxiæ* talem acerbam imputationem hæresium fieri. Fingunt, se *causam fidei* & *religionis* agere, eam vero *causam* esse *Dei*, omnibus & singulis commendatam, & sic *sine crimine* suscipi. In hoc omne causæ suæ præsidium quærunt hæretifices, sicut ab antiquo *zelum fidei* præ

2) In hæretificio adest prætextus conseruandæ orthodoxiæ.

quod illustratur ex historia pietismi.

præ se tulerunt, qui aliis graues fuerunt, & sub eo prætextu *virus inuidiæ, odii,* & *studii* alios *persequendi* occultarunt. Id docent acta recentissima in causa sic dicti *pietismi* & fata controuersiarum, SPENERO aliisque integerrimis viris motarum, per triginta annos collecta & relata a pl. reuer. Dn. D. LANGIO in der Erläuterung der neuesten Historie bey der Evangelischen Kirche von *anno 1689.* bis *anno 1719.* quæ genium *hæreticum*, & prætextum, quo ducuntur, optime sistunt. Id loquuntur monumenta ab omni æuo, quæ contra dissentientes sunt scripta, quæ nil nisi acerbissimas accusationes, scommata, simultates, & æmulationes grauissimas continent, & tamen prætextu adducto palliantur. Id denique firmant temporum circumstantiæ singulares, quæ vel produxerunt has rixas contentionesque iniuriosas, vel eas sedarunt, docentque, eas rarissime bono animo piaque intentione susceptas, ad minimum in *modo*, errantes persequendi, graniter peccatum fuisse.

sub persecutionibus quieuerunt hæreticia,

Sub persecutionibus, quibus grauiter ecclesiæ affligebantur, non defuerunt quidem errores hæresesque, cessarunt tamen illa certamina plusquam hostilia, quæ postea eruperunt, vel si iam emerserunt, æstu persecutionum facile sunt sedata. Sub imperio IVLIANI idem contigisse, vel binis verbis sed rem optime declarantibus insinuat FLEVRIVS *in histor. eccles. tom. IV. lib. XV. §. 35. p. 78.* aiens: *Au reste les disputes & diuisions entre les evêques n' eurent pas grand cours sous le regne de Julien: la persecution generale les tenoit en crainte & en silence.*

eruperunt in pace,

Pax ecclesiis sub Constantino reddita, & securitas publica rei christianæ tributa, imo & sub imperatoribus gentilibus quandoque christianis indulta, odia, contentiones & prœlia interna produxit, sub quibus *hæreticum* machinationes, odio & iniuriis refertæ,

teste Eusebio.

in causa licet bona, sed peruerse propugnata, eruperunt. EVSEBIVS *lib. VIII. H. E. c. 1.* fontem dissidiorum, & publicorum odiorum, vnde non possent non iniuriæ, zeli diuini colore palliatæ, nasci, prolixe recenset, &, *sed cum*, ait, *ex nimia libertate in negligentiam ac desidiam prolapsi essemus, cum alter alteri INVIDERE atque OBTRECTARE cœpisset; cum inter nos quasi bella intestina gereremus, VERBIS tanquam armis quibusdam hastisque nos mutuo vulnerantes; cum antistites aduersus antistites; populi in populos collisi, IVRGIA ac TVMVLTVS agitarent; denique cum FRAVS & SIMVLATIO ad summum malitiæ culmen adoleuisset: tum diuina vltio leui brachio, vt solet, integro adhuc ecclesiæ statu & fidelium turbis libere conuenientibus*

bus ſenſim ac moderate in nos cæpit animaduertere, orta primum perſecutione ab iis, qui militabant.

§. CCXXXIV. Leuiora adhuc erant hæc initia ſub regimine gentilium: mox ſedata perſecutionibus diriſſimis. Enimuero *prætextum* quidem *religionis purioris* præ ſe tulerunt hæretifices; aſt magis in prœlia mutua ruiſſe antiſtites ex *inuidia, ſtudio obtrectandi, fraude, & ſimulatione*, obſeruat EVSEBIVS, quamuis hæc tempora adhuc puriora fuerint iis, quæ ſub chriſtianorum ſceptro ſuccеſſerunt. Ceterum quod *zelus religionis* tantum vtplurimum *merus prætextus*, cauſa autem vera contentionum in *odio* & *inuidia* poſita fuerit, vel ex *modo* contendendi liquet, quod *verbis* iniurioſis *tanquam armis haſtisque* ſemet mutuo vulnerauerint, quod ſubſequentibus ſeculis hæretifices more conſtante continuarunt, vt nec hodie deſierit, ſed fere credendum ſit, iniuriis calumniisque in rebus theologicis ius datum fuiſſe. Sed audiamus rèliqua EVSEBII additamenta: *Cum vero ſenſu omni deſtituti de placando Dei numine ne cogitaremus quidem; quin potius inſtar impiorum quorundam res humanas nulla ſollicitudine ac prouidentia gubernari rati, alia quotidie crimina aliis adiiceremus: cum paſtores noſtri ſpreta religionis regula mutuis inter ſe contentionibus decertarent, nihil aliud quam iurgia, minas, æmulationem, odia & mutuas inimicitias amplificare ſtudentes; PRINCIPATVM quaſi TYRANNIDEM quandam contentiſſime ſibi vindicantes, tum demum iuxta dictum Hieremiæ obſcurauit Dominus in ira ſua filiam Sion & deiecit de cœlo gloriam Iſrael &c.* Nouum hæretificii fundamentum ponit in *principatu* affectato & *tyrannide* quadam, quod aliis *pro imperio* & *ex dictatoria poteſtate* leges in *doctrinis* præſcribere auſi fuerint, cum iuxta monita apoſtolica cum errantibus manſuete agendum, omnisque *πικρία* procul eſſe debeat. Reuera autem *iniuriis* mutuis inter ſe certaſſe hos, qui de rebus fidei contenderunt, IDEM *c. ſq.* prodit, quas enarrare tædium eum cœpit. Quodſi ergo ſub ipſis exagitationibus gentilium prauæ contentiones & odia publica hæretificum iam gliſcere & quandoque erumpere cœperunt, non adeo mirandum, ſub pacifico chriſtianorum imperatorum regimine ſtudium alios perſequendi, & ex capite *hæreſeos* publice proſcindendi, adeo liberum & quaſi priuilegiatum fuiſſe, vt non poruerit non vniuerſum orientem inteſtinis exponere turbis, atque vnionem animorum penitus diſſoluere. Nihilominus tamen hæ mutuæ de *hæreſi* accuſationes, per tot ſecula continuatæ, ſemper *ſub prætextu conſeruandæ orthodoxiæ* factæ dicuntur, licet vel maxime meram aluerint calumniam, vel errorem quidem,

initia ſub gentilium regimine,

ex falſo prætextu religionis,

teſte Euſebio,

progreſſus ſub chriſtianorum regimine,

Digitized by Google

non tamen capitalem habuerint, vel denique ipſum *fundamentum fidei* quidem tetigerint, ſed conuitiis, maledictis, execrationibus non caruerint, vnde in hoc crimen, quod hic noto, inciderunt. Veritatem propugnare, maxime in fundamentis fidei, laudem meretur; eam conuitiis & iniuriosis clamoribus defendere, vituperium.

Praxis hæretificii antiqua

§. CCXXXV. Ne hæc ſine teſte dixiſſe videar, in medium producam monumenta huius *hæretificii* in compendio collecta & relata a FRIDERICO SPANHEMIO *tom. II. lib. X. miſcell. ſacræ antiq. ſec. IV.* quæ *de diſſidiis theologorum eorumque cauſis* agit & *p. 1373.* ſeriem huius diſſidii his deſignat verbis: *Quis credat, tam graues iras exercuiſſe Baſilios & Euſebios? adeo vt impatiens ille rixarum, ſimul inuidiæ* (qua hæretifices eum premebant) *cederet, & decederet mundo, præſentemque dignitatem cum monachorum diſciplina, degeneris poſteritatis haud ignobilis in oriente parens, commutaret. Quis non ſtupeat ad Hieronymi & Auguſtini, quibus nil nominibus ſanctius, nihil auguſtius, publica & inuidioſa certamina? quod forte de Paulino quodam loco, vbi de Petro reprehenſo diuerſum vterque opinaretur. Quem vero non moueant eiusdem Hieronymi cum Ruffino Aquileienſi presbytero ex pertinaci in Origenem odio; cum Vigilantio Hiſpaniarum epiſcopo pro tuendis reliquiis, cereis, monachatu; cum Iouiniano, & ipſo monacho, pro laudibus virginitatis in boni coniugalis deſpectum; cum Ioanne Hieroſolymorum præſule, ob quosdam huic errores adſcriptos Origenis, crebræ & acerbæ & longiſſimæ ſimultates? Eo quidem æſtu contentionis abrepto Hieronymo, ea lingua impotentia graſſato, vt nullis non morſibus ſæuiret, nullo non ſale luderet, iniuriis nullis temperaret, vixque vllus patrum vt doctior vt ſanctior, ita mordacior & maledicentior.* Poſteriora quomodo inter ſe cohæreant, difficulter concipi poteſt, cum *ſanctitas vitæ* cum *mordaci maledicentia* ſimul conſiſtere nequeat. Sed hæc in medio relinquam, id tantum inde obſeruans, *hæretificia* a patribus commiſſa vtplurimum ſentinam *iniuriarum* & *maledictorum* fuiſſe, hodiernis vero hæretificibus præſidium *innocentiæ putatiuæ* præbuiſſe. Nihilominus celeberrimus SPANHEMIVS mox addit, ſe leuia enarraſſe præ ſecuturi mox belli calamitate. *Fidem*, ait, *pene omnem ſuperat, quæ ſub exordia ſeculi quinti transuerſos egerit Epiphanios & Theophilos non iracundia ſed rabies, adeo vt in Ioannem Conſtantinopolitanum non inſurgere ſed furere, in eum non calamo ſed ferro graſſari, nec ſtatione illi, ſed aqua & igni interdictum velle. Et qua, precor, notato infamia criminum? non alia, præterquam quod decretoriam in Origenem Adamantium & Origenis ſectatores, pabulum ſci-*

in patribus ſanctis,

ſpeciatim Hieronymo,

Noua hæretificii monſtra ſeculi V.

ſcilicet Alexandrini furoris, ſententiam protelaret. Illuſtrat in ſequentibus, quam graui fratrum inuidia & implacabili odio flagrauerit IOANNES CHRYSOSTOMVS, adeo vt omnia factionibus, vi, impetuque rapta ſtudia fratrum contra eum fuerint, *nec ante ſatiatum Theophili Alexandrini in Ioannem odium, quam fractus malis vir ſanctiſſimus cederet, & confectus ærumnis ac maceratus exiliis, ſede dudum epiſcopali pulſus, vices mortalitatis expleret.* Nunquam hæc hæretificum audacia hos potuiſſet facere progreſſus, & in *licentiam conuitiandi* erumpere, niſi hæretificio publica ſecuritas, & ius ſceleri datum fuiſſet, quod hæretifices nil niſi religionis purioris conſeruandæ zelum (licet impium, & impuriſſimum) præ ſe tuliſſent. *Sed ne ſic quidem hoſtium cupiditas expleta; conuerſa mox in Ioannitas odia; exarſitque inter orientis & occidentis epiſcopos ferale totis ſex luſtris bellum, quod hi impenſius Ioannis memoriam venerarentur, eiusque, vti episcoporum omnium, in διπτύχας tabulas relatum nomen vellent.* Subiungit hisce, *commiſſos eadem ætate grauiſſimis odiis Cyrillum Alexandrinum & Ioannem Antiochenum, errantes in publico orbis theatro Cyrillum & Theodoretum, impetentes ſe ſcriptis mutuis Caſſianum & Proſperum; ſynodos obuerſas ſynodis, Græcis latinas, mutua anathemata, ex his nata ſchiſmato, ex ſchiſmatis hæreſes.* in Cryſoſtomum exercita, & eius affectas

§. CCXXXVI. Præ ceteris vero legenda atque conferenda eſt SPANHEMII oratio, *cit. l. p. 1454.* relata, de *degenere chriſtianiſmo*, qua hoc virus viuis adumbratur coloribus, & inprimis ad hoc vitium, quod hic examino, applicatur, cuius fons in *ſuis vnius ſtudio & vaniſſimæ gloriæ aucupio* collocari debeat. Vtrumque vitium proh dolor! eruditis plerisque eſt commune: hoc eos agitat, in diſſentientes armat, & facile, DEI timore poſtpoſito, in *doctrinis theologicis* inducit, vt in iras, conuitia & acerbiſſimas aduerſariorum exagitationes erumpant, eisque vel *explicite* vel *implicite* hæreſes, ſuſpectas in religione doctrinas, & periculoſos errores imputent, quo nihil acerbius doctori eccleſiæ contingere poteſt. Vnde palam eſt, talem imputationem haud carere poſſe iniuria, & ſic *hæretificia* inter crimina referri debere. Recte Dn. RECHENBERG. *cit. diſſ. §. 6.* cenſet, generalem huius criminis improbitatem in eo conſiſtere, *quod religionis prætextu eiusque defendendæ ſpecie conuitiis & aliis improbis mediis vtantur*, & exprobratione *hæreſeos*, vel quod grauius, *atheiſmi* contemtui publico aduerſarios exponere nitantur, quem per ſe *hæreſeos* appellatio facile producit, vt *§. XXXII.* ſpeciatim & neruoſe oſtenſum. Et tamen vitium hoc per omnia ſecula adeo late Cauſa hæretificii in ſui vnius ſtudio & gloriæ aucupio,

Digitized by Google

interim prætextu zeli religionis hoc vltimum non agnitum.

patuit, adeo *zelo religionis* sese commendauit, vt nequidem agnitum, sed inter *encomia patrum singularia* a posteris relatum fuerit, quod hæreticorum flagellatores acerrimi, errantium persecutores strenui, & in prœliis contra dissentientes fortissimi fuerint, modo fortitudo christiana in *rabie* & *conuitiis*, atque errantium conuersio in *persecutione hostili* esset quærenda.

Dolus præterea hic desideratur,

§. CCXXXVII. Ad nouum (III) momentum, quod *hæreticificium* maxime perficit, progredior, id quod *criminationem hæreseos, seu falsæ doctrinæ in causa religionis, in fratre obiurgationem dolosam* concernit. Ante omnia hic desideratur *dolus*, seu praua voluntas aduersarios persequendi, contemnendi, conuitiandi: vno verbo, *animus iniuriandi*, qui regulariter abesse nequit a criminatione acerbissima *hæreseos*.

impugnatio errorum quæuis huc non pertinet,

Quocirca sciendum est, (1) non omnem errorum impugnationem huc pertinere, quæ *iusta ex causa* fieri potest, nec inter eruditos absolute improbanda. Sicuti enim non omnis dissensus in causa religionis *errorem capitalem* arguit, nec *fidei articulum fundamentalem* tangit; ita talis dissensus in se vitium non habet, nec concertatio, quæ de *problemate theologico* pacifice suscipitur, in crimen mox vocanda.

quod declaratur,

Multæ quæstiones circa *religionem* occurrunt, quæ ex *politicis & rectæ rationis principiis* decidi solent, in quibus dissensus tolerandus. *Vtrum in republica religiones reprobatæ tolerandæ?* in vtramque partem disputatur sine nota hæreseos. Quin imo nec ille articulus, quem supra asserui, caret dubitatione: *vtrum Christus tolerantiam religiosam diuino inculcauerit præcepto?* & quæ sunt aliæ infinitæ controuersiæ. Id rebus ad *historiam ecclesiasticam*, & *fidem factorum* pertinentibus dissensus æquo animo ferendus, imo contentio vtplurimum vtilis, vt veritas rei eo magis elucescat.

nisi quis in problematicis quæstionibus articulos fidei collocet,

Tales dissensus & contentiones crimine vacant, nisi *ex accidente* huc quoque ruant. Tunc enim in *hæretificium* incidunt, si quis in eiusmodi *quæstionibus problematicis, historicis*, imo & *philosophicis* ex impotentia animi *nouas hæreses* struat, aduersarium vt *hæreticum* traducat prolcindatque, &, quod hæretifices intendunt præcipue, eum apud omnes contemtibilem & *suspectum de heterodoxia* reddere studeat. Infinitæ sunt obseruationes ecclesiasticæ, quæ vnice ex *antiquitatibus ecclesiasticis* & sic ex *meris facti quæstionibus* eruendæ atque demonstrandæ, in quibus hæresin alicui imputare stolidum, ne dicam furiosum foret.

vbi dolus facile ostendi potest,

Neque tamen hæc ieiuna *hæretificii* species caret *exemplis*, nec *dolo*, qui facile inde arguitur, quod *res facti historici* articulum fidei nullum per rerum natu-

ram

Digitized by Google

ram conſtituere poſſint. Quod ante INNOCENTII III. tempora ſacerdotibus integrum haud fuerit, non-excommunicatum a ſacra cœna arcere, vtut criminibus inuolutum, quæſtio mere *hiſtorica*, non *fidei* eſt, adeoque ingenii imbecillitatem præter *dolum* proderet, qui affirmanti hanc theſin turpiſſimam *hæreſeos* notam inureret, atque illum ea de cauſa conuitiis hisce oneraret. Quot ſunt lites de ritibus, conſuetudinibus, inſtitutisque antiquis, in quibus diſſenſum *hæreſeos* arguere, crimine *hæretificii* haud carerent, & tamen hodie huiusmodi ineptæ criminationes frequentiſſimæ ſunt. Vſum altarium in primitiua eccleſia defuiſſe: ſacerdotales veſtes ignotas: ſacerdotium nullum presbyteris per duo ſecula tributum: ieiunia fuiſſe libera, non imperata: imperata prorſus reprobata: & quæ ſunt aliæ obſeruationes, ſine *hæreſi* in dubium vocantur, & ita *criminatio hæreſeos* in illis non poteſt non *dolum* habere admixtum. Breuiter, aliud eſt, diſſentire, & cauſas diſſenſus allegare: aliud criminari aliquem, & mox *hæreſeos improbiſſimæ* reum ex his cauſis facere.

§. CCXXXVIII. Præterea vero (2) admodum refert, cum quo & de qua re agatur. Sunt *ſectæ publicæ reprobatæ*, per leges *hæreſibus* expreſſe annumeratæ & vt *hæreticæ* reiectæ. Qui ergo hos, qui reprobatæ palam religioni v. c. *Arianorum*, adhærent, qui *Anabaptiſtarum dogmata* ſine vlla occultatione profitentur, *hæreticorum* numero adſcribit, *criminationem doloſam* non habet. Qui horum errores in ſcriptis redarguit, & ad verbi diuini tramitem examinat, eosque *hæreſin reprobatam* nominat, id, quod leges permittunt conſtituuntque, facit, adeoque *dolo* caret. E contrario religionibus, publice per leges approbatis, *hæreſin* odioſa appellatione obiicere, hisce addictos *hæreticos* appellare, *hæretificii* crimen habet, quod deſpectui eos habet contra legum prohibitionem. Denique qui *veros hæreticos*, h. e. per leges publice declaratos, animo contemtibili conuitio *hæreſeos* proſcindit, maxime priuilegio *tolerantiæ* munitos, æque iniuriam committit ac ille, qui crimen alicui per *contemtum* obiicit, cuius *veritatem* probat, quippe quæ, prout ſupra dictum, animum *conuitiandi* non excludit.

Nec ſectæ reprobatæ incuſatio dolum habet,

aliud eſt, ſi religionibus publice probatis hæreſis obiiciatur.

§. CCXXXIX. Enimuero (3) ſub hoc velamine vtplurimum grauiſſime peccatur & hoc crimen *hæretificii* committitur, videlicet ſi quis cum eo contendat, qui ſe *fratrem* & *membrum eiusdem eccleſiæ* profitetur, & reprobatis ſectis nomen nunquam dedit. Horum doctrinas, in dubium vocatas & impugnatas, vt *hæreticas* mox traducere, & aduerſarium ex vna alteraue formula, minus recte intellecta, Pelagianiſmi,

Committitur in fratrem eiusdem eccleſiæ,

Arianiſmi, Socinianiſmi, Quackeriſmi accuſare, eſt verum *crimen hæretificii* committere. Imo in hos, vt definitio tradita docet, *primario* & *principaliter* committitur, quod vel ſententiam quandam reprobatam, quam alter conſtanter negat, per *conſequentias* quasdam ipſi obtrudere, & ex quibusdam phraſibus grauiſſimas hæreſes deducere, vel mores, a communi vita recedentes & cum hæretificum inſtitutis haud conuenientes, *nouæ ſectæ* vocabulo inſignire, & inde *ſuſpicionem de hæreſi* trahere intendit, methodo Machiauelliſtarum vſus, quam ſupra §. *XXVII.* ex LASSENIO delineaui. Hoc *crimine* infecti fuerunt, qui per annos triginta & vltra quibusdam, qui *barbariem* ex noſtris eccleſiis eradicare, & vitam ad imaginem CHRISTI effigiatam inculcare ſtuduerunt, nouum ſectæ genus ſub titulo *pietiſmi* impingere, variasque fictitias hæreſes iisdem imputare ſtuduerunt, imo, quod horrendum dictu eſt, id egerunt, vt a *pace religioſa* excluderentur. Id docent horrida ſcripta paſſim edita, vt anonymi *de hæreſi pietiſtarum fugienda:* MEYERI, in arte hæretificii verſatiſſimi, ſcheda inanis, cuius titulus: *pietiſta per ſtatus euangelicos accuſatus & damnatus*, & plura alia huius farinæ monſtra.

quod ex hiſtoria pietiſmi declaratur,

§. CCXL. Denique (4) ſi vel maxime contingeret, fratrem, inprimis vero collegam, in errore quodam vel etiam in ſuſpicione erroris verſari, officio tamen doctoris haud conuenit, ſtatim eum turpi *hæreſeos* nota infamare, eumque vt *hæreticum* condemnare atque arbitrium huius cauſæ ſibi temere tribuere. Id tamen faciunt hæretifices, nec gradus admonitionis, aliasque vias legitimas adhibent, quibus omne doctrinæ ſuſpectæ periculum ſine clamoribus euitari poſſit, quod pluribus declarat D. RECHENBERG. *cit. l. §. 9.* Hoc coacoethes *anno 1726. d. 12. Ian.* potentiſſimus rex Sueciæ FRIDERICVS prudentiſſimo edicto coercuit, & proſcripta appellatione *pietiſmi* ita edixit:

Si vel maxime errore quodam frater vel collega infectus ſit,

cum quo christiano more procedendum.

In Anſehung dieſes muß das Wort Pietiſt und Pietiſterey weder auf Predigt-Stühlen noch auf Academien und Schulen ſo mißbräuchlich angeführet, noch davon geredet werden; und da iemand ſolte gefunden werden, der entweder eine irrige Meynung triebe, oder anſtößige Redens-Arten brauchte, die da zum Irrthum verleiten, oder zur Abſonderung in der Lehre Anleitung geben könten, ſo muß der, welcher auf eine oder andere Weiſe verbrüchlich befunden wird, erſt gebührlich vermahnet werden, davon abzuſtehen, und da dieſes nichts

Digitized by Google

nichts ausrichtet, unter gerichtlicher Unterſuchung und Urtheil beſtellet, nicht aber auf den Predigt-Stühlen mit ſolchen Worten und Anſtößlichkeiten angegriffen werden, daß man den, welcher damit gemeinet werden könte, gnugſam erkennen kan, weil, was die Irthümer ſelbſt betrifft, dieſelbe gleicher Maſſen mit gutem Verſtande Sanftmuth und Vorſichtigkeit auf öffentlichen Lehr-Stühlen dem 2 Cap. 2 §. der Kirchen-Ordnung gäntzlich gemäß, nicht mit heftigem Eifer und Schmähe-Luſt, angeführet werden müſſen, weil alle Beſtrafung auf denen Predigt-Stühlen ohne Schmähung und bittere Redens-Arten geſchehen muß, ſo, daß die Gemeine daraus erkennen könne, daß ſie aus Liebe und Mitleiden für der Zuhörer Seligkeit, und nicht aus Unmuth gegen die, welche in der Lehre wiedrig ſind, herflieſſet. Dahero auch ſolche Irrthümer, welche man nur allein bey einem oder dem andern verſpühren möche, aber unbekant ſind, auf dem Predigt-Stuhl nicht müſſen ins beſondere beſchrieben werden, weil die unbeſtändige und neubegierige daraus eher Anlaß können bekommen, darinnen zu grübeln, und dergeſtalt zu ſolchen Meynungen verführet werden, wozu ſie vorher keine Anleitung gehabt. Quæ in Saxonia contra hoc vitium conſtituta ſint, recenſet plena manu Dn. RECHENBERG. *cit. l. §. 19.*

§. CCXLI. Huius *doli* (IV) primarius finis eſt, vt hac intolerabili affectus iniuria apud *alios contemtibilis* & *ſuſpectus de hæreſi* reddatur, in quo vltimum *hæretificii* momentum ex definitione traho. Magna exiſtimationis iactura eſt, ſuſpicione *falſæ doctrinæ* eum laborare, qui *doctoris* munere fungitur. Primam opprimendi innocentem viam inde petere ſolent in ſchola Machiauelli educati, vt ex LASSENIO ſupra §. 27. *ſeqq.* obſeruaui. Et qui artes *hæretificii* in *iure canonico* commendatas nouit, (quod tales *hæretifices* fouet, laudat, & ad debellandos hæreticos vel *ſuſpectos de hæreſi* prouocat) ſine vllo negotio eum, quem odit, in *ſuſpicionem hæreſeos* deducere poteſt. Supra prolixius principia huius doctrinæ tradita ſunt in membro huius argumenti ſecundo, ex quo penu hæretifices præſidia plura petere ſolent ſuæ cauſæ inſeruientia, quibus maleuolum animum & calumniandi pruritum palliare ſolent. Intentionem hanc prauam *hæretificum* etiam edictum regis Sueciæ antea laudatum notauit & reprobauit his verbis: Wir finden auch ebenfalls dieſes nicht weniger ärgerlich als gantz vergreiflich, daß ein oder anderer von denen Prieſtern, ſo ſtreitig gegen

Finis hæretificii eſt, aliquem ſuſpectum de hæreſi facere,

quod ex edicto regis Sueciæ declaratur,

gegen einander seyn sollen, daß was der eine Prediger das eine mahl auf dem Predigt-Stuhl gelehret und getrieben, der ander auf selbiger Stellen ein andermahl öffentlich für Irrthümer und Pietisterey ausgeruffen, zugleich mit allem Fleiß gesuchet, seinen Amts-Bruder verdächtig zu machen, so, daß man nicht anders sehen kan, daß ein solcher sich mehr angelegen seyn lasse, andere zu Schwärmer zu machen, als die Zuhörer zu guten Christen, wodurch die Einfältigen können geärgert werden, und in Ungewißheit verfallen, über dasjenige, was sie in der Glaubens-Lehre und deren Ausübung für wahr halten sollen, oder nicht.

Interim rarius hoc vitium punitur,

§. CCXLII. Sapienter hoc modo hæretificio dicam scripsit rex potentissimus, sed, quod mirandum est, pœnam nullam adscripsit, sine qua hoc malum ecclesiæ non potest eliminari. Imo, quod speciem quandam virtutis & *fidei zelum* pro se habeat, fere hodie impunitum est. Obseruatum supra est, in *fauorem fidei* monstra plura atque paradoxa fuisse admissa. Enimuero nescio quo fato fuerit factum, vt huius furiæ mentionem non fecerim, sed præcipuum *iuris singularis*, qui *fidei* cohæret, articulum, neglexerim, quod scilicet *pro fide* permissum, impune suspectos de hæresi conuitiari, vt *hæreticos* proscindere, & scapham scapham dicere. In aliis iniuriis quidem non excusat *exceptio veritatis:* animum iniuriandi etiam is gerere potest, qui verum crimen alicui obiicit. Hæresis vero eam non admittit doctrinam: hæc de *iure canonico* crimen inter omnes delictorum sordes supremum est, cuius obiectio existimationem suspecti lædit, eumque in periculum grauissimum deducit, quod *diffamati* parum a *suspectis de hæresi* differant. Sed sicuti hi necessario denunciandi sunt, ita laudantur a *zelo fidei*, qui in scriptis vel aliter aliquem *de hæresi* infamant, si vel in vna syllaba a consuetis formulis deuiauit, vel consuetudinem moremque ecclesiæ non in omnibus probauit. Zelo *fidei* hoc factum fuisse dicitur, non animo iniuriandi, lacessendi, persequendi. Ille vero fouendus, singulis commendandus: non puniendus, si vel maxime indiscretus fuerit. *Diffamatio* de *hæresi* non aliunde, quam ex *hæretificum* infidüs nascitur. Si vnus alterue, autoritate quadam præditus, hæreseos aliquem insimulat, si pro *concione* maxime hoc facit, fama mox publica, qua nihil velocius currit, exsurgit, eum esse *hæresi* nefanda infectum, inde vero *diffamatis* accensetur. Hi enim iuxta concilium *Tholosanum c. 16.* pro *diffamatis* habendi, *contra quos publica fama clamat vel de quorum diffamatione apud bonos & graues* (vt sunt mo-

cuius ratio traditur,

& a zelo fidei desumitur,

quod ex diffamationis doctrina illustratur.

monachi) *coram epiſcopo loci legitime conſtiterit.* Probanda ergo hæc *diffamatio* per teſtes *bonos grauesque*, nec neceſſe eſt, vt teſtes audierint hanc infamiam ab iisdem *prouidis & discretis:* ſufficit, ſi a *diuerſis;* et- quæ ſuſpectos
iamſi non audierint eodem tempore & loco, ſed diuerſis, vt ex LVCERNÆ de hæreſi
doctrina repetit LIMBORCH *in hiſtor. inquiſ. lib. III. c. 12.* Imo ne quidem facit.
neceſſe eſt, vt teſtes concordent ſuper *cauſis ſcientiæ*, ſed ſatis eſt, ſi de *fama* deponant. Hanc vero vel vnus excitare poteſt, maxime ſi *clamoribus tribunitiis* valet, qua id efficitur, non vt diffamatus *autorem famæ* de crimine *hæretificii* accuſare queat (id quod nec *vſu* nec *ratione* iuris canonici cognitum habent) ſed vt ſe ab obiecto reatu purgare debeat, quo non facto, *tanquam hæreticus* reputandus eſt iuxta *c. 13. verſ. adiicimus. X. h. t.* Hoc modo licentia *hæretificii*, quæ iam ſub patribus principatum tenuit, in *ius quoddam iniquum* abiit & *zelo fidei* occultatur atque propugnatur.

§. CCXLIII. Noſtris in eccleſiis rariora etiam *hæretificum* ſup- De pœna hæplicia ſunt, niſi modum admodum exceſſerint. Si in *famoſum libellum* retificii,
degenerat *hæretificium*, ſupplicium quandoque de eo ſumtum eſſe, ſupra §. *CXII.* obſeruatum. Præterea vero variis cautum *decretis comitialibus*, vt contra *hæretifices* immodeſtos inquiſitio debito modo inſtituatur, vt ſupra §. *CXI.* oſtenſum, cuius ſcopus ad *pœnam extraordinariam* tendit, eo magis exaſperandam, ſi inconditis clamoribus turbis anſam dede- eiusque exrunt, & imperitam plebem ad *ſeditionem* excitarunt, quia etiam de *tur-* aſperatione.
ba tenentur, qui *directum conſilium* turbæ cogendæ non habuerunt *l. 4. §. 6. vi bon. raptor.* Denique ſi per *calumniam* talis publica diffamatio, contra collegam maxime, facta eſt, ſuſpenſione ab officio temporali, vt ſupra §. *CCXXXI.* illuſtratum, aliaue *arbitraria pœna* plecti poteſt. Nec deterrere æquum iudicem ab executione debita debent querelæ inanibus hæhæretificum conſuetæ: ſe in eccleſia preſſa iam viuere: actum eſſe de retificum queſalute eccleſiæ: interitum *orthodoxiæ* in propinquo eſſe: os obturari relis non eſt
zelantibus: hypocritas vulpesque foueri, & quæ ſunt alia hæretificum molimina, quippe quæ quidem docent, eos illis vtplurimum accenſendos eſſe, de quibus PAVLVS *Rom. X, 2.* loquitur, imo magis carnalem impetum ſequi, quam veram ſapientiam diuinam & chriſtianam manſuetudinem; interim eo magis culpandi, quod aliorum doctores conſtituti ſemet ipſos non doceant, aliis amorem inculcent, ab omni dilectione alieniſſimi, quod PAVLVS *Rom. II, 17. ſeqq.* grauiter redarguit, atque obiurgat.

TIT. VIII.
DE
SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS.

§. I.

Connexio cum præcedente titulo.

INueteratum *ſchiſma* eſſe *hæreſin*, cenſuit AVGVSTINVS *lib. II. adv. Creſcon. c. 3. (tom. IX. oper. ex edit. Pariſ. p. 413.)* & in *epiſt. 87. (tom. II. eiusd. edit. p. 209.)* *Emerito* Donatiſtæ ſcribit: *Neque enim vobis obiicimus, niſi SCHISMATIS CRIMEN, quametiam hæreſin male perſeuerando feciſtis.* Vnde duo notabilia ex mente AVGVSTINI colligo: (1) ſchiſma adeo hæreſi accedere, vt ſi *inueteratum* ſit, in eam degeneret: (2) *ſchiſma* eſſe *crimen eccleſiaſticum.* Vel hæ duæ rationes egregie oſtendunt connexionem cum præcedente titulo, vt his acquieſcere queamus. Præ reliquis AVGVSTINVS in operibus ſuis hoc *crimen*, quod vocant, eiusque turpitudinem atro carbone notat, & quia ipſi cum *Donatiſtis ſchiſmaticis* perpetuum bellum erat, plurima ſuppeditat ſubſidia, quibus aciem inſtruere poſſint ſcriptores eccleſiæ Romanæ addicti contra *ſchiſmaticos* errantes, exemplo ANTONII SANCTORELLI, de *ſchiſmate* ſecundum Romanæ curiæ principia & ad eius guſtum ſcribentis & RICCIVLLI *de iur. perſon. extra grem. eccleſ. exiſt. lib. IX.* *Schiſmata papalia* inprimis afflixerunt eccclefias, regna, principatus, vt vi maiori & brachio ſeculari ſedari vix potuerint. Plura ſunt circa tempora concilii *Piſani* & *Conſtantienſis* edita ſcripta *de tollendo ſchiſmate*, quorum nonnullis inclaruit GERSON, plura etiam collegit von der HARDT in *actis concil. Conſtant.* & quis vitas *paparum Auenionenſium* tradiderunt, quas collegit BALVZIVS. Natum enim ex hac paparum *reſidentia Auenionenſi* ſchiſma illud magnum, *occidentem* vniuerſum inundans, pro quo tollendo tandem duo prædicta concilia ſunt habita. Pro abolendo hoc diſcidio admodum laborauit SIGISMVNDVS imperator: laborarunt ceteri reges & principes. Varii etiam tractatus *de ſchiſmatibus, autoritate imperiali tollendis*, Argentorati coniunctim editi officia imperatorum inſtruxerunt & oſtenderunt, quæ incommoda in rem vniuerſam ciuilem ex *ſciſſione eccleſiarum* redundauerint. Omnem enim diſceſſum ab eccleſiæ Romanæ communione omne punctum ferre in ſchiſmate, olim creditum fuit. Quocirca cum circa medium ſeculi

Præſidia ad hunc titulum adferunt Auguſtinus,

Sanctorellus,

ſcriptores concilii Piſani & Conſtantienſis,

præ-

Digitized by Google

præcedentis tuba ad ſchiſma in eccleſiis Gallicanis excitandum caneretur ab OPTATO GALLO perſonato autore, (ſub quo HERSANVM presbyterum Pariſienſem latere aiunt) in tract. ſub ſpecioſo titulo edito: *de cauendo ſchiſmate ad illuſtriſſimos eccleſiæ Gallicanæ primates, archiepiſcopos, epiſcopos*, curiæ Romanæ ſuſpicionem adeo rumor *ſchiſmatis* imminentis ingenerauit, vt pro ea abolenda & remouenda PETRVS DE MARCA *de concord. ſacerd. & imperii* opus cedro dignum conſcribere, & in eo obſeruantiam Galliæ erga ſedem Romanam, ſalua tamen *Gallicana libertate*, oſtendere iuſſus fuerit, vt *obſeru. 1. ad Petri de Marca tract.* plenius docui. Nihilominus cum Galli virtute *libertatis* ſuæ & defenſæ *poteſtatis regiæ* contra auſus papales admodum diſſideant a curiæ Romanæ principiis, HECTOR GOTHOFREDVS MASIVS *de intereſſe principum circa religionem euangelicam c. V.* tractatum *de Gallia ſchiſmatica* ſe editurum, anno 1687. promiſit, In hac obſeruantia enim vulgo *centrum omnis vnionis eccleſiaſticæ* quæritur, docente NICOLAO LANGELIERIO, epiſcopo in tr. ſuo titulo: *eſcrit contenant les raiſons, qui l' ont retenu en l' vnion des catholiques contre la partialité des heretiques & ſchismatiques*, de quo *centro vnionis* plenius infra agendi locus erit. Et quia *centrum* hoc *putatiuum* deſerere coacti fuerunt tum *Lutherani* tum *Reformati*, crimini hoc illis datum eſt, quod ſe huic iugo ſubduxerint, quod vnicum crediderunt ſufficere ad eos de *mala cauſa* imo perpetua *mala fide* conuincendos. Perplacuit inprimis hæc methodus prælatis Gallicanis, videlicet LVDOVICO NOAILLIO, COLBERTO, BOSSVETTO, ceteris, in ſuis *inſtructionibus paſtoralibus*, his *præſcriptionibus* contra proteſtantes vtendi, vtpote facillimis & captum vulgi non excedentibus, quibus hoc vnicum ſuæ cauſæ præſidium circumponere ſolent, Reformatos pariter & Lutheranos diſcidium feciſſe ab eccleſia, extra quam nulla ſalus ſperari queat. Huic *præiudicio* ſeſe oppoſuit autor libelli Gallico ſermone anno 1701. conſcripti *de præiudiciis falſis & legitimis, ſiue reſponſio ad epiſtolas paſtorales archiepiſcoporum Pariſienſis & Rothomagenſis, epiſcoporum Meldenſis & Montalbanenſis*, cuius ſententiæ infra ſumma rerum capita tradam & examinabo. Iam anno 1652. IOANNES DALLAEVS cauſam reformatorum egit, & concinnauit *apologiam pro eccleſiis reformatis, in qua demonſtratur, eas falſo & inique idcirco ſchiſmatis accuſari, quod a papæ Romanæ communione ſeceſſerint.* Similem propugnationem pro diſcidio Reformatorum ſuſcepit A. D. V. in opuſculo anno 1686. edito, cui titulus: *l' Auocat des proteſtans ou traité du ſchiſme contre les obiections des Sieurs*

Optatus Gallus,

Petrus de Marca,

Langelierius,

Noaillius, Colbertus, Boſſuettus,

Autor de præiudiciis falſis & legitimis,

Dallæus,

Digitized by Google

Nicole, Brueys & Ferrand. Et quia IO. ERNESTVS GRABIVS, poſtquam, eſtangelicorum eiuratis ſacris, Romanæ eccleſiæ placita ſuſceperat, Lutheranis varias hæreſes & inprimis *crimen ſchiſmatis* obiecit, vt ſuæ mutationis cauſam ab omni iniquitate purgaret; contra eum anno 1695. iuſſu
Spenerus, publico calamum ſtrinxit P. SPENERVS in der evangeliſchen Kirchen-Rettung von falſcher Beſchuldigung der Trennung und Gemeinſchaft mit alten Ketzereyen. Nec minus eodem anno D.
Baierus, IO. GVILIELMVS BAIERVS, quo faſces huius academiæ adhuc gerebat, ſimilis argumenti tractatum contra eum edidit, & eccleſiam noſtram ab omni *ſchismatis* cupa vindicauit. Denique theologus Regiomontanus
Sande, BERNHARDVS VAN SANDEN eodem anno GRABIO ſatisfecit in der Beantwortung der *dubiorum M. J. Erneſt. Graben*, in quibus tribus opuſculis articulus de *ſchiſmatis ratione* & *culpa* optime illuſtratur. Particulare quoddam *ſchiſma*, poſt aduentum GVILIELMI III. in Angliam,
Dodwellus, eccleſiæ Anglicanæ obtrudere voluit DODWELLVS. Cum enim in primo parlamento cautum fuiſſet, vt ei aſſidentes a iuramento fidelitatis, IACOBO II. præſtito, ſoluerentur, nouoque iuramento ſeſe regi GVILIELMO obſtringerent, ſex epiſcopi cum archiepiſcopo Contuarienſi, id præſtare recuſantes, ab epiſcopatu deiecti, aliique in eorum locum ſurrogati ſunt. Multi temere, hos a magiſtratu ſeculari deponi non potuiſſe, adeoque cum ſurrogatis non communicandum eſſe, cenſuerunt, atque communicantes cum iis *ſchiſmaticos* dixere. Horum in caſtra quoque ſucceſſit HENRICVS DODWELLVS, anno 1704. edens *paræneſin ad exteros tam reformatos quam etiam pontificios de nupero ſchiſmate Anglicano, qua iura epiſcoporum vetera eorumdemque a magiſtratu ſeculari independentia omnibus aſſerenda commendantur.* Inde ſchiſma *iurantium* & *non-iurantium* coortum, quod magnopere fouit ſuſtinuitque prædictus DODWELLVS, adeo, vt cum paulo ante annum 1711. Noruicenſis atque Bathonienſis epiſcopi, epiſcopatu antea exuti, deceſſiſſent, nouum Anglicano ſermone ederet opuſculum hoc titulo: *caſus olim eminus conſiderati, nunc re ipſa exiſtentis deciſio, probans, continuationem ſeparatæ communionis absque ſubſtitutis in vlla ſedium epiſcopalium inualide depoſitis, nuper epiſcopis ſurrogatis poſt mortem Guilielmi epiſcopi Noruicenſis, eſſe ſchiſmaticam.* Adiecit etiam appendicem, qua probare conatus eſt, *epiſcopos iſtos inualide depoſitos non habuiſſe ius ſubſtituendi ſucceſſores, qui poſſet legitimam reddere ſeparationem, poſtquam ſchiſma fuiſſet abolitum morte eius, qui vltimus ex illis deceſſit.* Anno MDCCXVI hæc controuerſia peperit varia

alia

alia ſcripta, inprimis HIKESII, vno volumine poſt eius mortem collecta & edita Anglic. ſermone ſub titulo: *conſtitutio eccleſiæ catholicæ, item natura & conſequentiæ ſchiſmatis, delineatæ ab* HIKESIO, qua collectione id actum eſt, vt principia *iuris canonici* circa *independentiam epiſcoporum* a poteſtate ciuili ſtrenue aſſerta, & *hierarchiæ* fundamenta ſtabilita ſint. In apertum ſchiſma omnia degenerare cenſet ex periculoſis de iure ſacro regum ſententiis, quas *iurantes* contra *non iurantes* ſuſtinere credebantur; vnde nec comunione nec precibus illorum, vtpote plane execrabilibus, ſe iungere licitum eſſe, concludit. Hac de cauſa mox *autoritate regia* quæuis huius collectionis abolita ſunt exemplaria, nec minus eodem anno epiſtola ad epiſcopum Carleolenſem a WHITE KENNETTO publicata eſt anglicano ſermone, in qua HIKESII *collectionem* perſtringit, & ad eius criminationes, TILLOTSONIO & reliquis epiſcopis intentatas, reſpondet. Incendium hoc, in Anglia excitatum, nouum robur accepit per LAVRENTIVM HOWELLVM, qui *non-iurantium* caſtra ſecutus *ſchiſma verum* adeſſe credidit, & *notionem ſchiſmatis in eccleſia anglicana recte formatam & diſtincte expoſitam* publicauit. Huic epiſtolæ oppoſita ſunt eodem anno varia ſcripta, vt: *vindicatio eccleſiæ anglicanæ legibus conſtitutæ ab imputatione ſchiſmatis*, nec non *epiſtola defenſoria ad clericum ex non-iurantibus ſcripta, qua ſchiſmatis crimen iniuſte & præter rationem eccleſiæ anglicanæ a non-iurantibus imputari, eosdem ipſos huius criminis reos eſſe euincitur*; ſimiliter: *vindiciæ regni & eccleſiæ anglicanæ contra intentatum crimen periurii, rebellionis & ſchismatis, cum retorſione eiusdem criminis in non-iurantes* & plura alia ad remouendum *ſchiſma* imputatum compilata, relata in *actis erudit. de anno 1718. p. 218. ſeqq. & p. 275. ſeq.*

White Kennet,

Howellus.

alia varia ſcripta anglicano ſermone edita.

§. II. Sed ad rem ipſam. Sicuti *ſchiſma* generaliter deſignat *ſciſſionem vnionis eccleſiaſticæ*, ita de *vnione* ipſa *eccleſiaſtica*, quæ & *communio* vocatur, ante omnia agendum. Veteres ad fundamentum eſſentiamque eccleſiæ *fidei* & *obedientiæ vnitatem* deſideraſſe, obſeruat BINGHAM in *orig. eccleſ. tom. VII. lib. XVI. c. 1. §. 1. edit. lat.* eamque aſſertionem probat ex AVGVSTINI tr. *de vnitat. eccleſ. c. XXI.* Quia vero AVGVSTINI dogmata in doctrina *hæreſeos* & *ſchiſmatis* omni ſuſpicione non carent, quod odio erga Donatiſtas plus iuſto dediſſet, & autoritatem eccleſiæ admodum extuliſſe videatur, ad primæua apoſtolica tempora reſpiciendum eſt. Nec dubium eſt, quin vnitas in *fide viuida* potiſſimum eccleſiæ fundamentum fuerit, quæ etiam deſiderabat vnitatem *amoris* & *ſpiritus*, in CHRISTO, tanquam vnico eius *centro*

Schiſma præſupponit neceſſitatem vnionis.

Vnitas in fide viuida euincitur ex ſacris,

quo inter se christiani primæui, vndequaque degentes, conglutinati erant. Atque hæc *vnio* & *communio* potest dici *interna*, quatenus operatur illam *ecclesiam inuisibilem* & *internam*, de qua *tom. I. lib. I. tit. 33. §. 6.* actum est. Ad hanc *vnionem* passim prouocant apostoli, eamque fidelibus strenue inculcant. PAVLVS *1 Cor. XII, 13.* diserte ait: *Etenim vno spiritu nos omnes vnum in corpus baptizati sumus & iudæi & græci & serui & liberi, omnesque vnum spiritum hausimus.* Omnes christiani dicuntur *sanctorum ciues, Deique domestici, super apostolorum prophetarumque fundamentum exstructi, anguli capite ipso Iesu Christo, per quod totum ædificium compactum crescit in sacrum templum in Domino*, vt ait IDEM *ad Ephes. II, 19. seqq.* Ex hoc fundamento serio adhortatur fideles apostolus *ad Ephes. IV, 2. seqq.* vt alius alium cum *patientia* & *caritate* ferat, & quilibet spiritus *vnitatem pacis vinculo tueri studeat*, quod *vnum corpus vnusque spiritus sint*, in *vnam spem* vocati, sicuti *vnus est Dominus, vnum bnptisma, vnus Deus, & pater omnium, qui est super omnia & per omnia & in omnibus.* Hoc arctissimo & sanctissimo nexu inter se vniti erant christiani, omni *politico* & *ciuili* respectu cessante, qui cum apostolico spiritu pugnabat prorsus. *Fraterno more* inter se agebant, semet inuicem *fratres* appellantes, quia omnium vna mens vnusque animus erat, *Act. IV, 32.* quamdiu in *primæua integritate* puriores vitæ persistebant. Hæc *interna vnio* facile producebat *externam*, publice agnitam & variis declaratam argumentis, quibus inter se communicare dicebantur.

quæ interna est.

inde externa orta,

§. III. Quo circa æ) licet inter se in varios cœtus particulares pro locorum distantia & diuersitate abiissent, adhuc tamen inter se conspirabant, tanquam vnius fidei & spiritus consortes, vnam quasi constituentes ecclesiam, quam *catholicam* dixere. Optime IRENÆVS *lib. I. adu. hæres. c. 3. hanc prædicationem cum acceperit & hanc fidem, quemadmodum prædiximus, ecclesia, & quidem in vniuersum mundum disseminata diligenter custodit, quasi vnam domum inhabitans, & similiter credit iis, videlicet quasi vnam animam habens & vnum cor, & consonanter hæc prædicat & docet & tradit, quasi vnum possidens os.* Vnio hic omnis in *fide viuida* & *veritate diuina*, non etiam in *subiectione* quadam *politica* quæritur, quam *curia Romana*, quam *episcopalis genius*, quam denique *hierarchia quæuis* intendit. Eiusdem tenoris *vnitatem* allegabant presbyteri Romani contra MARCIONEM apud EPIPHAN. *hæres. 42. n. 2.* aientes: *vna siquidem fides est & animorum vna consensio.* Præter-

inde communicatio ecclesiarum inter se

ea

Digitized by Google

ea ε) hanc vnitatem haud tollebat diuerſitas rituum & conſuetudinum, veluti in ſeruandis ieiuniis aliisque adiaphoris, quod neutra eccleſia in alteram affectaret imperium aut dominatum. Talem diuerſitatem in *ieiuniis* præſertim memorat IRENÆVS apud EVSEBIVM *lib. V. H. E. c. 24.* additque notanter: *nihilominus tamen & omnes iſti PACEM inter ſe retinuerunt & nos inuicem retinemus.* Parem diuerſitatem obſeruat in die *paſchatos*, in quo Aſiæ minoris eccleſiæ ab aliis diuerſo vtebantur more, quo tamen pax communis haud turbabatur. Ait enim IRENÆVS *cit. l.: ipſi tamen, cum hoc minime obſeruarent, PACEM nihilominus colebant cum iis, qui ad ſe veniſſent ex eccleſiis, in quibus id obſeruabatur.* Speciatim exemplo ANICETI & POLYCARPI, qui in die paſchatos celebrando in diuerſas ibant ſententias, id illuſtrat, teſtaturque, quod nihilominus cum conueniſſent, ſibi inuicem communicaſſent, tandemque *in pacem* a ſe inuicem diſceſſiſſent. *In vna fide enim nihil officit ſanctæ eccleſiæ conſuetudo diuerſa*, vt recte cenſuit GREGORIVS M. *epiſt. 41. ad Leandrum.* cum libertate plena in adiaphoris,

§. IV. Hæc vnio γ) hunc quoque effectum producebat, vt, quamdiu nondum eruperat lubido imperandi, neutra eccleſia alterius geſta & iudicia ſub ſuam cenſuram & cognitionem reuocaret aut reſcinderet, ſed ſancte apud ſe quoque coleret. Illuſtri ſpecimine hoc demonſtrarunt, ſede vacante, presbyteri Romani, qui Marcionem, communionem eccleſiæ Romanæ flagitantem, recipere noluerunt, ſed interrogati: *cur me recipere noluiſtis?* reſponderunt: *nobis iniuſſu venerandi patris tui* (episcopi, a quo eiectus erat) *iſtud facere non licet. Vna ſiquidem fides & animorum vna conſenſio; neque contra ſpectatiſſimum collegam patrem tuum moliri quidpiam poſſumus*, teſte EPIPHANIO *hæreſi 42.* Si ab alio episcopo eiectum recepiſſet ex affectato quodam imperio ſuperiori eccleſia Romana, vnitatem inter ceteras eccleſias ſoluiſſet. Audaciſſime tamen affirmat CHRISTIANVS LVPVS *de antiqua Gallicanæ eccleſ. ad Apoſt. ſedem appellat. c. XVIII. (tom. VIII. oper. p. 72. ſeqq.)* Marcionem a patris ſententia appellaſſe Romam, vt ſententia patris retractaretur, quo nihil abſurdius, nihil alienius a mente prædictorum verborum effingi potuit, vt recte obſeruat DVPINIVS *de diſciplina eccleſ. diſſ. 2. p. 144.* Excommunicatus itaque ab vna eccleſia, ex hoc vnionis principio excommunicatus erat ab omnibus, quod iuris antiqui axioma optime illuſtrat BINGHAM. *cit. l. tit. XVI. c. 2. §. 10. p. 88.* Quo circa δ) vt ſciretur, vtrum clerici aliunde venientes adhuc eſſent in *communione eccleſiæ*, non aliter recipiebantur, niſi inſtructi literis neutra eccleſia in geſta alterius inquirebat, clerici peregrini ſine formatis literis non recipiebantur,

cum-

commendatitiis & *formatis*, teſte OPTATO MILEVITANO *lib. II. p. 48. odit. Pariſ.* aiente: *totus orbis commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordat.* Inter ſemet inuicem literis communicabant, & his ipſis vnionem conſeruabant, quæ dicebantur *literæ communicatoriæ* & *pacificæ*, adeo, vt ſi commercium hoc abrumperetur, hoc argumentum negatæ communionis eſſet, vt plenius declarat PHILIPPVS PRIORIVS *de literis canonicis.* EVSEB. *lib. V. hiſt. eccl. c. 4.* Porro e) quauis data occaſione ſibimet inuicem ſuppetias ferebant, in communi naufragio communem pro eccleſiis afflictis curam gerebant, inter ſe de bono eccleſiarum deliberationes inſtituebant, quæque apud ſe eſſent concluſa in conuentibus prouincialibus, aliis communicabant, & quæ ſunt alia communionis eccleſiaſticæ argumenta. vid. EVSEB. *lib. V. hiſt. eccl. c. 3.* Derant adhuc de *principatu* contentiones: æqualitas eccleſiarum ſancte colebatur: occaſiones multæ ſcindendi vnitatem eccleſiarum ignotæ, poſtea demum enatæ.

inde quoque literæ communicatoriæ.

ſibi inuicem ſuppetias ferebant.

Fundamentum alterum vnionis in obedientia quæſitum,

§. V. Vnde patet, quanta ſub cautione accipiendum ſit fundamentum alterum *vnionis*, quod in *obedientia* BINGHAMVS quærit, quæ vel intelligi poteſt de *ſubordinatione* varia *eccleſiarum*, quam intendit eccleſia Romana, ſed antiqua ignorauit: vel de ſingulorum fidelium obedientia paſtoribus ſuis & episcopis ſeu præpoſitis præſtanda, & promta voluntate ſe ad inſtituta & mores eccleſiæ accommodandi, quæ merito fundamentum *vnitatis* audit. Quilibet fidelium membrum eccleſiæ, & ex *lege ſocietatis* obſtrictus eſt, vt morem gerat decretis eccleſiæ: aliena officia non inuadat aut turbet: ſeſe maioribus ſuffragiis ſubiiciat: pacem cum reliquis fidelibus colat, cetera. Ipſe Apoſtolus *1. Cor. XII, 14.* egregie hoc illuſtrat ex nexu & compage corporis humani, cuius multa ſunt membra, inter quæ officia diuerſimode ſunt a natura diuiſa, haud confundenda, haud turbanda, quod alioquin interitus toti corpori immineat. Sunt ſingula membra ſua ſorte contenta, quia, vt *verſ. 18.* PAVLVS ait, *Deus vnumquodque membrum in corpore ſic collocauit, vt voluit.* Addit *verſ. 24. Deus ita corpus temperauit, egentiſſimo cuique maximum tribuens honorem, ne eſſet in corpore diſſidium, ſed eadem membra alia aliorum curam gererent, ac ſiue doleret vnum membrum, vna condoleſcerent cuncta membra: ſiue in honore eſſet vnum membrum, omnia membra congratularentur.* Pariter in eccleſiis munia ſingulis aſſignata, quæ ab aliis non inuadenda, non turbanda, alioquin corporis eccleſiaſtici vnio, quæ *vitam* eius conſtituit, labefactatur.

§. VI.

Digitized by Google

§. VI. Denique ex hac communione tum ecclesiarum inter se, tum cum singulis ecclesiis fluebat inprimis *communio sacrorum* h. e. *precum & sacramentorum.* Excluſi a communione ab *eucharistiæ* communione inprimis arcebantur, quæ hac de causa *synaxis* dicta, quod indubitatum *communionis ecclesiasticæ* argumentum esset. Baptizati mox ad illam admissi, quod per baptismum eiusdem communionis participes facti. Die solis conuentus communes & ordinarios inter se agebant, in quibus adeo singuli eucharistiæ participes fiebant, vt ad absentes, ægrotantes, & carceribus inclusos per diaconos etiam mitteretur, quo monstrarent, eos in *communione ecclesiastica* esse, teste IVSTINO martyre *in apol. II.* Vnde etiam *communes preces* inter se fundebant, & qui a *communione precum omnisque conuentus* relegatus vel constitutus erat, communione ecclesiastica carebat, vt egregie testatur TERTVLLIANVS *in apol. c. XXXIX. p. 31.* aiens, delinquentes *a communicatione orationis & conuentus & omnis sancti commercii* relegatos fuisse. inde quoque communio sacrorum fluxit.

§. VII. Communio hæc amittebatur 1) *excommunicatione*, qua ob delictum commissum quis omni iure fraternitatis consensu communi ecclesiæ priuabatur, non aliter restituendus, nisi pœnitentia peracta: 2) *priuata abstentione*, quando ob motas discordias alter alteri non communicabat, vtut nulla excommunicatio *iudicio ecclesiæ* esset facta. vid. CYPRIANVS *epist. 41. seq.* Ob eædem PRISCILLIANI, quod MARTINVS *episcopus* eam improbauerat, abstinuerat a communione eorum episcoporum, qui illius autores fuerant, vt *tit. præced. §. 154. p. 986.* dictum: 3) *oborto schismate*, quo vnio ecclesiarum inter se ita dissoluebatur, vt in separatos coetus abirent, nec inter se amplius communicarent, intestino quasi bello implicitæ, quod huius loci est. SCHISMA itaque nihil aliud est, quam *dissolutio vnionis, qua antea ecclesiæ inter se cohærebant, ex intestinis discordiis contingens, quamuis adhuc in eadem fidei formula conspirent.* Ita olim, quo nondum imperium vniuersale pontificis exstructum, *schisma* definitum, & ab *hæresi* distinctum fuit. Disserte AVGVSTINVS *libro vn. quæst. XVII. in Matth. qu. XI. §. 2. (tom. III. P. 2. oper. p. 279. edit. Paris.) solet autem quæri, schismatici quid ab hæreticis distent, & hoc inueniri, quod schismaticos non fides diuersa faciat, sed communionis disrupta societas.* His opponebantur *catholici*, qui in vnione maioris partis ecclesiarum permanebant, inter se communicantes, ita, vt, qui hac in communione principatum tenebant, se respectu aliorum, qui ab ea secessérant, *catholicos*, hos vero *schismaticos* dicerent; vtut pari iure secedentes inter se & respectu aduersario- amissio communionis per excommunicationem, abstentionem, schisma. Schismatis definitio ex mente primitiuæ ecclesiæ, ab hæresi distincti, qui catholici? qui schismatici?

ſariorum vterentur. In *hæreticis* idem obſeruatum, pro talibus habitis a diſſentientium parte præualente, quamuis ſe rectam fidem profiteri aſſererent. In eo quoque differebant ab *excommunicatis* ob crimina. *Tales enim*, ait AVGVSTINVS *cit. l. §. 3. etiamſi prodantur & accuſentur, pro disciplina eccleſiæ ſalutisque ſuæ cauſa correpti vel a communione ſuſpenſi, nullo modo ſibi recedendum eſſe a communione catholica exiſtimant, quocunque permiſſi fuerint ſatisfactionis quærentes locum.* Neque enim ita communione priuabantur, vt nunquam ad eam reuertendi ſpem haberent, ſed vt peracta pœnitentia in integrum reſtituerentur. Denuo IDEM *lib. II. contra Gaudentium §. 10. in f.* (*tom. IX. oper. p. 672. edit. Pariſ. Benedict.*) hoc discrimen inter *ſchisma* & *hæreſin* inculcat, aiens: *ſchismaticus* eſt *ſacrilega diſceſſione, & hæreticus ſacrilego dogmate*, & ita ſchismatici discedebant a præualente vnione eccleſiarum inter ſe. Nihilominus tamen, vt antea monitum, ſe itidem ſolos *veros chriſtianos* & *catholicos* iactitabant, quod IDEM prodit *lib. IV. contra Creſcon. §. 71.* (*cit. l. p. 520.*) &, *non eſt*, ait, *alius impiæ ſuperbiæ tumor apud omnes, qui ſe a Chriſti vnitate diſcindunt, quam ſe ſolos chriſtianos iactare & damnare ceteros, non ſolum, quibus eorum lis nota eſt, verum etiam, quibus eorum nec nomen auditum eſt.* Qui ergo ab eccleſia præualente diſſentiebant & dogmatibus & vnione, tum *ſchismatici* tum *hæretici* dicebantur. Hoc iudicium de Donatiſtis ferebat AVGVSTINVS *lib. II. contra Creſcon. c. 7. §. 9. cit. l. p. 413.* inquiens: *ſi ſchisma faciunt, quibus cum eis, a quibus ſe diuidunt, vna religio eſt, eadem ſacramenta, nihil in chriſtiana obſeruatione diuerſum: hinc eſt veſtra rebaptizatio damnabilior, quia in vna religione eisdem ſacramentis, nihilo in chriſtiana obſeruatione diuerſo, alius & diuerſus eſſe non poteſt baptismus. Sed quoniam nec nullum eſt, nec aliquid paruum, quod diuerſum ſequimini, cum ab vnitatis vinculo ſeparati etiam de repetitione baptismi diſſentitis a nobis: ſit, vt ſecundum iſtam ipſam definitionem tuam, qua dixiſti*, hæreſis eſt autem diuerſa ſequentium ſecta, *& hæretici ſitis, & victi appareatis.* Denique idem discrimen quoque inculcat ALGERVS ſcholaſticus *de miſeric. & iuſtit. P. III. c. 2.* apud MARTENIVM & DVRANDVM *tom. V. theſ. anecd. p. 1099.* adfertque verba HIERONYMI *inter hæreſin & ſchiſma hoc eſſe arbitramur, quod hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchisma per deciſionem* (forſan diuiſionem) *ab eccleſia ſeparet. Ceterum nullum ſchisma non ſibi confingit aliquam hæreſin, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur.* Quia enim ſchisma inteſtina odia parit, hæc ipſa facile operantur *hæretificium*, vt minori parti hæreſis imputetur. Hac ratione CONRADVS *de* GEI-

qui excommunicati?

ſchismatici facile cenſentur hæretici,

LEN-

LENHAVSEN, Wormatienſis præpoſitus, *de congregando concilio tempore ſchismatis c. 1*, relatus a MARTENIO & DVRANDO *tom. III. theſ. anecd. p. 1206. in f.* ait: *nunquam vel raro ſchisma eſt ſine hæreſi, eo quod ſcindens eccleſiæ vnitatem hæreſin ſibi fingit, vt neceſſe ab eccleſia videatur receſſiſſe.* Imo iuxta hypotheſin curiæ Romanæ hodie *ſchisma* concipi nequit ſine *hæreſi*, prout infra declarandum erit.

§. VIII. Ceterum *ſchisma tale* duplex eſt, vel *internum* vel *externum*. Internum in *ſolutione vnionis in eccleſia particulari contingente* conſiſtit: externum in diſſoluta vnione eccleſiarum plurium inter ſe, antea eodem nexu conglutinatarum. Interni iam facit mentionem PAVLVS *1 Cor. 1, 10. ſq.* oſtenditque, fuiſſe varias factiones & diſſidia in *eccleſia Corinthiaca*, quorum etiam memoriam repetit *1 Cor. XIV. declaratum eſt enim mihi de vobis, mei fratres, a Chloes domeſticis, inter vos eſſe lites, quod veſtrum alius dicat: ego ſum Pauli: alius ego Apollo, ego Cephæ, ego Chriſti.* Factioſorum hæ erant voces, qui vnitatem eccleſiæ Corinthiacæ admodum turbabant, id quod male habebat PAVLVM inquientem: *etenim cum inter vos ſit æmulatio, & lis, & diſſidia, nonne carnales eſtis, humanoque more vos geritis?* Grauior erat ſeditio, quæ tempore CLEMENTIS erumpebat, quamque ſedare ſtudebat eccleſia Romana epiſtola per CLEMENTEM ad Corinthios ſcripta apud GOTELERIVM *tom. I. ſcript. SS. patr. qui tempor. Apoſt. floruerunt pag. 143. ſeqq.* Hunc in finem labem huius *ſchismatis interni* turpiſſimam ante omnia ob oculos ponit Corinthiis CLEMENS ſcribendo: *hinc æmulatio & diſcordia, & ſeditio, perſecutio, ac tumultus, bellum & captiuitas. Sic inſurrexerunt inhonorati contra honoratos, inglorii contra glorioſos, inſipientes contra ſapientes, iuuenes aduerſus ſeniores &c.* (quod contra presbyteros eſſet ſeditio facta.) Dehortando itaque ab vlteriori ſeditione ita *c. XIV.* pergit: *iuſtum ergo & pium eſt, viri fratres, Deo potius nos obedientes eſſe, quam ſequi eos, qui in ſuperbia & SEDITIONE duces fuerunt abominandæ æmulationis. Detrimentum enim non leue, imo vero grande periculum ſuſtinebimus ſi præcipitantes nos tradiderimus voluntatibus hominum, qui ad contentionem & SEDITIONES collineant, vt nos ab eo, quod recte habet, abalienent.* Ceterum motam fuiſſe ſeditionem contra quosdam presbyteros & eccleſiam in factiones ſciſſam, *cap. XLVII.* euidenter docet: *Turpia ſunt, dilecti, ac valde turpia & chriſtiana conuerſatione indigna, audiri firmiſſimam & antiquam Corinthiorum eccleſiam propter vnum aut alterum hominem contra presbyteros*

Schisma internum,

in particulari eccleſia tempore Pauli,

tempore Clementis in eccleſia Corinthiaca,

per ſeditionem contra presbyteros motam,

seditionem mouere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit, sed ad eos quoque, qui a nobis alieni sunt animo & sententia, adeo vt propter vestram insipientiam etiam blasphemiæ & conuicia nomini inferantur, vobis autem periculum creetur. In hoc schismate reuera labefactatum erat alterum fundamentum vnionis, quod in *obedientia*, quæ debebatur præpositis, supra constitui, ad quod reducendum c. *LIII.* ita concludit: *vos ergo, qui seditionis fundamenta iecistis, subditi estote presbyteris, & in pœnitentia corripimini. &c.* Non dubium est, in aliis quoque ecclesiis sæpe ex *æmulatione* diuisiones & turbas enatas fuisse, quia primitiuæ ecclesiæ collegia erant mere *æqualia*, sibimet relicta, a republica derelicta, imo prorsus reprobata, vt propriis se viribus sustinere cogerentur.

& denegatam obedientiam.

ad talia schismata præcauenda constituti sunt episcopi,

§. IX. Hæc *interna* primitiuæ ecclesiæ *schismata*, quæ *commune* quoddam *malum*, ex *æqualitate* & *libertate* profectum, erant, communi & vniuersali remedio tolli & exstingui debuerunt. Constitutum erat inter presbyteros caput quoddam, quod *autoritatem primæ sedis* tueretur, ac presbyteros in officio, cunctos vero in debita obseruantia erga præpositos contineret, quod EPISCOPVM dixere. Testis est HIERONYMVS relatus in *c. 5. D. 95.* aiens: *Postquam vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi*, (vnde *factiones* ortæ in ecclesiis) *IN TOTO ORBE DECRETVM est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & SCHISMATVM SEMINA tollerentur.* IDEM *in epist. 85. ad Euagrium* eadem regustat: *quod autem postea vnus electus est, qui ceteris præponeretur, in SCHISMATIS REMEDIVM factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet.* (vnionem scilicet & pacem internam).

per decretum vniuersale,

Decretum hoc *vniuersale canonem* vocat *antiquissimum*, si non *Apostolicum*, CHRISTIANVS LVPVS *ad can. VIII. concil. Nic. in f.* (*P. I. oper. p. 251.*) adeoque per consequentiam admittit, canonem hunc de *constituendis episcopis* vix *Apostolicum*, nedum *iuris diuini* dici potuisse. Quod vero sedem exceperit Romanam, ibique PETRVM mox *iure* quasi *diuino* episcopum creatum fuisse, asseruerit, non adeo mirandum, quod maiestatem curiæ, cui addictus erat, comiter per quæuis argumenta conseruare debuerit. In probanda enim hac exceptione vtplurimum aqua hæret, nisi *qualescunque traditiones* noua methodo inter media probandi referre velis.

§. X.

Digitized by Google

§. X. Erant vero ab hoc tempore in ſingulis eccleſiis particularibus epiſcopi cum reliquo clero, vt nec *rurales eccleſiæ* his carerent, quo *æqualis* neceſſitas in ſingulis adeſſet eccleſiis. Inde vero noua *ſchismatis interni* cauſa, ſi quidam ex clero ab epiſcopo in *particulari eccleſia* deſciſcerent, ſeparatumque gregem colligerent. Hoc ipſum attentaſſe imo perpetraſſe NOVATVM, conqueritur CYPRIANVS in *epiſt. 52. edit. Brem.* circa *ann. 251. Idem eſt Nouatus, qui quosdam iſtic ex fratribus ab epiſcopo ſegregauit, qui in iſta* (Decian.) *perſecutione ad euertendas fratrum mentes alia quædam perſecutio noſtris fratribus fuit. Ipſe eſt, qui Feliciſſimum ſatellitem ſuum diaconum, nec permittente me, nec ſciente, ſua factione & ambitione conſtituit: & cum ſua tempeſtate Romam quoque ad euertendam eccleſiam nauigans ſimilia illic & paria molitus eſt, a clero* PORTIONEM PLEBIS *auellens, fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe inuicem diligentis concordiam ſcindens.* Romæ hunc NOVATVM, turbis dandis aptum natum, noui ſchismatis interni autorem & turbam fuiſſe, aſſerit CYPRIANVS, quoniam, Africa relicta, quod ſe iudicio eccleſiæ africanæ mox iudicatum iri ſciret, teſte CYPRIANO *epiſt. 52.* Romam aduenerat, ſede vacante, NOVATIANI partibus admodum fauens, quem ſolio epiſcopali admotum iri ſperabat. Huius enim patroni præſidio ſe in Africa rem integram ſeruaturum vel priſtinum ſtatum recuperaturum, perſuaſiſſimum habebat. Omnia ergo ſua conſilia huc direxit, vt NOVATIANVS eligeretur epiſcopus, quæ tamen in fumum abierunt, electo CORNELIO a clero & populo. Calliditate Nouati & propria improbitate inflammatus NOVATIANVS CORNELIO ſeſe oppoſuit, variaque crimina, quæ eum ab epiſcopatu excluderent, eidem per calumniam obiecit; ſed, probatione deſtitutus, fruſtra laborauit. Nihilominus CORNELIVM agnoſcere noluit, & ſic *obedientiam* ei denegauit, ex quo nouum *ſchiſma internum* Romæ ortum, ab inquieto Nouato admodum promotum, vt plenius retulit AVTOR *de la vie de S. Cyprien lib. III. §. 7. p. 207. ſqq.* Quibus fraudibus & impoſturis NOVATIANVS a tribus epiſcopis aliunde accerſitis ordinatus fuerit, tradit EVSEBIVS *lib. VI. hiſt. eccl. c. 43.* Nouatum tamen cum illo confundens. Ita Romæ duæ erant eccleſiæ, altera *legitima*, CORNELIO legitimo electo adhærens: altera *ſchiſmatica*, NOVATIANO intruſo epiſcopo ſeſe iungens. Quo vero copias factionis ſuæ augeret, & a reliquis coepiſcopis agnoſceretur, miſit quosdam Carthaginem, vt eccleſiam cum episcopo circumuenirent falſis relationibus. Interim incaſſum laborarunt, & omnia ibidem turbare anniſi ſunt. Audiamus CYPRIANVM *epiſt. 44. Qui cum in ſtatione inuidioſis quoque conuitiis & clamoribus*

nouum ſchiſma internum, ſi quis ab epiſcopo deficit,

exemplo Nouati,

Nouatiani.

turbulentis proruerent, & flagitarent, vt crimina, quæ se offerre & probare dicebant, publice a nobis & a plebe cognoscerentur, grauitati nostræ negauimus conuenire, vt collegæ nostri iam dilecti & ordinati, & laudabili multorum sententia comprobati, ventilandum vltra honorem maledica æmulantium voce pateremur. Hoc *vnio* postulabat, ne alibi gesta in cognitionem traherentur, quam tamen factiosi vel ideo sollicitabant, vt Africanæ ecclesiæ Nouatiano communicarent, communionem vero CORNELIO denegarent. Si vice versa tale quid Romæ a Carthaginensium factione quæsitum fuisset, CHRISTIANO LVPO *de Africanæ ecclesiæ Romanis appellationibus* scribenti (vid. *tom. VIII. oper p. 145.*) hoc ipsum nouum exemplum *Romanæ appellationis* suppeditasset, quam tamen in hoc exemplo non agnoscit, quod alioquin NOVATIANVS ecclesiam Carthaginensem appellasset. Sed ecce! NOVATIANI nuncii, repulsam ferentes in ecclesia Carthaginensi, *internum schisma* incendere annisi sunt. *Ac ne*, scribit CYPRIANVS *cit. l. eorum furens audacia vnquam desisteret, hic quoque in schismatis partes Christi membra distrahere, et catholicæ ecclesiæ corpus scindere ac laniare nituntur, vt ostiatim per multorum domos vel oppidatim quasdam ciuitates discurrentes obstinationis suæ & erroris sibi quæreret conuites.*

Felicissimi, §. XI. Nouum & grauius schisma Carthagine excitauit FELICISSIMVS, inuito CYPRIANO & absente a NOVATO ordinatus diaconus, contra CYPRIANVM seditionem improbam excitans, vt ipsemet *epist. 41.* refert, additque eum *a pastore oues, & filios a parente separare & Christi membra dissipare tentasse. Instinctu suo*, pergit, *quietem fratrum turbans proripuit se cum plurimis, ducem se factionis & seditionis principem temerario furore contestans.* Schismate interno hoc modo facto, vnum ex quinque presbyteris, quos in partes suas traxerat, FORTVNATVM scilicet, in episcopum eligi curauit, tentauitque, sed frustra, vt communionem Cornelii aliorumque episcoporum sub- & obreptitie impetraret. Ita quoque Carthagine duæ ecclesiæ erant, altera *legitima* CYPRIANO episcopo suo vnita: altera *schismatica*, FORTVNATO per factionem adex abiecta obedientia, hærens, vnde grauissima vulnera ecclesiis fuerunt inflicta. Hoc expeditum est, non aliunde natales tales schismata traxisse, quam ex denegata *legitima obedientia*, episcopo vel ideo debita, quod hic iure ecclesiastico supremus inspector ecclesiæ pro ratione illorum temporum esset constitutus. Id rursus euincit & calculo suo confirmat CYPRIANVS *epist. 59. edit. Brem. p. 128. Cum hæc tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus sacerdotalis potestas & autoritas de diuina dignatione fir-*

Digitized by Google

firmatur, quales putas eos esse, qui sacerdotum hostes & contra ecclesiam catholicam rebelles nec præmonentis domini comminatione nec futuri iudicii vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses obortæ sunt, aut NATA sunt SCHISMATA, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Ex abiecta & conculcata hoc modo obedientia, episcopis debita, non poterant non schismata & bella intestina oriri, quod hæc *episcopalis obedientia* in schismatis remedium *canone vniuersali* esset stabilita.

§. XII. Pergo ad *schismata externa*, inter *ecclesias æquales*, quarum neutra alteri subiecta erat, nata, quæ tamen inter se sanctissimo vnionis, in fide roboratæ, vinculo conglutinatæ erant. *Subiectionem* & *subordinationem* ecclesiarum inter se circa primitiuæ ecclesiæ tempora non agnosco, quam adhuc admittere suo æuo noluit CYPRIANVS, pro *æqualitate episcoporum* admodum pugnans. Eo facilius autem schismata inter eas oriri potuerunt, quod adhuc deficeret *imperium* aliquod *superius*, quo episcopi inter se in officio continerentur. Hæc *schismata* iam sæculo II. ab *hæreticis* excitata enarrat IRENAEVS, & *lib. IV. adv. hæres. c. 62.* ita depingit: *Iudicabit autem* (Deus) *& eos, qui schismata operantur, qui sunt immanes, non habentes Dei dilectionem, suam vtilitatem potius considerantes, quam vnitatem ecclesiæ, & propter modicas & quaslibet causas magnum & glorioſum corpus Christi conscindunt & diuidunt, & quantum in ipsis est, interficiunt, pacem loquentes & bellum operantes, vere liquantes culicem & camelum transglutientes.* Fundamentum huius schismatis non petitur ab *obedientia abiecta*, sed *dilectionis christianæ contemtu & repudiatione*, qua omnes ecclesiæ inter se hoc æuo conglutinatæ erant. Quia vero schismatici eo tempore varias hæreses disseminabant, addit: *iudicabit autem & omnes eos, qui sunt extra veritatem i. e. qui sunt extra ecclesiam*, seu eius vnionem, in qua *veritas diuina* conseruata erat. Rursus non prouocat in hac schismatis ratione ad *denegationem obedientiæ*, in qua CYPRIANVS schismatis *internæ* fundamentum recte collocauerat; sed quod *vnionem* soluissent, & communioni cum ceteris ecclesiis a se dissentientibus repudium misissent. Id vnicum tantummodo vrget, non discedendum esse in eiusmodi litibus, super *veritate diuina* obortis, ab ecclesiis apostolicis, seu ab apostolis vel fundatis, vel doctrina illustratis, quod hæ veritatum diuinarum fideles custodes & propagatores fuerint, adeoque ab earum nexu non sit discedendum. Ita rationes subduxit *lib. IV. adu. hæres. c. 43.*

Schismata externa.
olim deerat subordinationis vinculum inter ecclesias,
Inde schismata, ab Irenæo descripta,
ex contemtu dilectionis christianæ petita,
& nexu cum ecclesiis apostolicis,

c. 43. inf. Quapropter eis, qui in eccleſia ſunt, presbyteris obaudire oportet, his, qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum epiſcopatus ſucceſſione charisma veritatis certum ſecundum placitum patris acceperunt. Reliquos vero, qui abſiſtunt a principali ſucceſſione & quocunque loco colliguntur, ſuſpectos habere vel quaſi hæreticos & malæ ſententiæ vel quaſi ſcindentes & elatos & ſibi placentes, aut rurſus vt hypocritas, quæſtus gratia & vanæ gloriæ hoc operantes. Inter has eccleſias, ab Apoſtolis fundatas, principatum tribuit Romanæ, non *imperii* ſed *veritatis*, eiusque autoritatem *hæreticis* & *ſchismaticis* opponit. *lib. III. adu. hæreſ. c. 3.* inprimis Romana, *Ad hanc enim eccleſiam*, aiens, *propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt, omnem conuenire eccleſiam* (ratione *doctrinæ*, non ſubiectionis) *h. e. eos, qui ſunt vndique fideles, in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique,* quamuis citra reſpectum imperii. *conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis tradita.* Si Romana eccleſia imperium iam affectaſſet in omnes orbis chriſtiani eccleſias, meliori iure potuiſſet IRENÆVS ſchismaticos in ruborem coniicere ex excuſſo huius eccleſiæ Apoſtolicæ imperio. Sed altum vbique ſilentium de tali *principatu vniuerſali*, per ſpiramenta temporum demum introducto.

ex affectato imperio Victoris ſchisma ſeculo II. imminuit, occaſione controuerſiæ de die paſchatos,

§. XIII. Enimuero ſpiritus *dominatus vniuerſalis* in epiſcopis Romanis iam circa finem ſeculi II. ſerpere cœpit, quo paulo imperioſius aliis epiſcopis legem præſcribere auſi ſunt, vnde non poterat non grauem iacturam *concordia* & *vnio* eccleſiaſtica pati. Controuerſia de *die paſchatos* iam diuturno tempore durauerat inter Aſiæ minoris eccleſias, & reliquas, illæſa tamen eccleſiaſtica vnione. Circa finem ſeculi II. VICTOR epiſcopus Romanus eidem finem imponere, & Aſiæ minoris epiſcopos adſtringere voluit, vt eodem cum ceteris eccleſiis die, non vero cum iudæis paſcha celebrarent. His vero in *antiqua obſeruantia* ſubſiſtentibus, &, ſe *verum* ac *genuinum agere diem*, aſſerentibus, VICTOR communionem eccleſiæ cum iis tollere, temerario conatus eſt conſilio. *His ita geſtis*, ait EVSEBIVS *lib. V. H. E. c. 24. Victor quidem Romanæ vrbis epiſcopus illico omnes Aſiæ vicinarumque prouinciarum eccleſias, tanquam contraria rectæ fidei ſentientes, a communione abſcindere conatur; datisque literis vniuerſos, qui illic erant fratres, proſcribit, & ab vnitate eccleſiæ prorſus alienos eſſe pronunciat.* De *excommunicatione* ſtricte dicta hic non agi, vel inde perſpicuum eſt, quod eo tempore hæc ipſa duntaxat in membra eiusdem eccleſiæ particularis conſenſu plebis exercita fuerit. Id vnice remedii episcopis eccleſiisque inter ſe vnitis, ſtante *æqualitate*, ſupererat, vt vnionem ſoluere, ei nuncium mittere, vel, vt loquuntur, *communionem* denegare po-

Digitized by Google

potuerint. Atque id ipſum *Victorem* intendiſſe, verba adducta monſtrant, adeo vt ſi euentus conſilio temerario reſpondiſſet, ſchiſma inſigne & latiſſime patens excitatum fuiſſet, ſolius VICTORIS audaciæ adſcribendum. Verum interceſſit IRENAEVS, Lugdunenſium epiſcopus: quod Irenæus interceſſerunt etiam alii epiſcopi, ne hæc vnionis pacisque eccleſiaſticæ diſruptio inconſulto ſuſcepta fieret, grauiter adhortantes VICTOREM, *vt ea potius ſentire vellet, quæ PACI & VNITATI caritatique erga proximum congruebant*, cui nefandum hoc ſchiſma, quod meditabatur VICTOR, repugnabat. *Literis acerbius eum perſtrinxiſſe* ceteros epiſcopos, narrat EVSEBIVS *cit. l.* non alia de cauſa, quam quod incendium tam atrox in eccleſiis excitare voluerit, inter quas, pax ſeruanda. Inprimis VICTOREM IRENAEVS monuit, *ne integras Dei eccleſias, morem ſibi a maioribus traditum cuſtodientes, a communione abſcinderet.* Addit, de forma ieiunii quoque vetuſtam fuiſſe diſcrepantiam inter plerasque eccleſias, *quæ tamen*, ſcribit, *nihilominus pacem inter ſe retinuerunt & nos inuicem retinemus.* Ita prudenti hoc conſilio ſchiſma, quod ex *denegatione communionis* imminebat, IRENAEVS nomine ipſo & re pacificus auertere ſtuduit. aliique declinarunt.

§. XIV. Seculo III. nouum ſchiſma inter eccleſiam Romanam eique adhærentes & Africanas imminebat, rurſus ex ambitioſo STEPHANI, epiſcopi Romani, conſilio. Contentio quædam emerſerat de baptiſmi hæreticorum validitate, quam CYPRIANVS cum ceteris Afris negabat, STEPHANVS aſſerebat cum plurimis ſibi adhærentibus epiſcopis. *Imperii* iam *affectati* æſtus eum agitabat, vt ſententiam ſuam Afris, ſub commination rumpendæ *communionis eccleſiaſticæ*, & quaſi *pro imperio*, obtrudere conaretur, quod FIRMILIANVS, Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, ægre atque moleſte tulit, & *epiſt. 75.* apud CYPRIANVM *p. 225.* hac cenſura temeritatem eius notauit: *atque ego in hac parte iuſte indignor ad hanc tam apertam & manifeſtam Stephani ſtultitiam, quod qui ſic de epiſcopatus ſui loco gloriatur, & ſe ſucceſſionem Petri tenere contendit, ſuper quem fundamenta eccleſiæ collocata ſunt, multas alias petras inducat, & eccleſiarum multarum noua ædificia conſtituat, dum eſſe illic baptiſma SVA AVTORITATE defendit.* Hanc epiſcopi Romani in eccleſias Africanas *autoritatem*, quam exagitat FIRMILIANVS, olim agnouiſſe CYPRIANVM, fruſtra contendit CHRISTIANVS LVPVS *tom. VIII. oper. p. 217. de Afric. eccleſ. appellat. Roman. c. 17.* ex eo argumento, quod quidam ab Afris electi, vel ab eorum vnione reſilientes, communionem eccleſiæ Romanæ ambierint; cum etiam æque hi, qui deſciuerant ab vni- Seculo III. ex affectato imperio Stephani in Carthaginenſes,

one eccleſiæ Romanæ, exemplo NOVATIANI & ſodalium, communionem eccleſiæ Africanæ aliarumque ſollicitauerint, nec tamen ea de cauſa *autoritatem aut iurisdictionem* eccleſiæ Africanæ in Romanam agnouerint. Hæc erat vulgata ſchiſmaticorum cautela, vt earum eccleſiarum, quæ in honore apud omnes & exiſtimatione ſingulari erant, tentarent communionem, eamque ſibi conciliare ſtuderent, quo factioni ſuæ robur adderent. Eo ipſo itaque nullam autoritatem in ſe aliasque eccleſias agnoſcebant ſchiſmatici, quod ſollicitarent communionem eccleſiæ Africanæ vel alterius. Eo indignius vero factum STEPHANI exiſtimandum, quod *ſua autoritate* ex hac ſententiarum diuerſitate vnionem inter eccleſias Africanas & ſibi vnitas ſoluere conaretur. Ne quidem Romæ ea, quæ erant ab origine tradita, ſancte cuſtodiri, ait FIRMILIANVS, &, *ſecundum quod*, pergit *p. 220. in ceteris quoque plurimis prouinciis multa pro locorum & nominum diuerſitate variantur; nec tamen propter hoc ab eccleſiæ catholicæ PACE atque VNITATE aliquando diſceſſum eſt. Quod nunc Stephanus auſus eſt facere, rumpens aduerſum vos PACEM, quam ſemper anteceſſores eius vobiscum amore & honore mutuo cuſtodierunt.* Diſcidii huius atrocitatem *p. 228.* his verbis, quibus STEPHANVM alloquitur, exaggerat: *lites enim & diſſenſiones quantas paraſti per eccleſias totius mundi? peccatum vero quam magnum tibi exaggeraſti, quando te a tot gregibus ſcidiſti? exſcidiſti enim te ipſum: noli te fallere. Siquidem ille eſt vere ſchiſmaticus, qui ſe a communione eccleſiaſticæ vnitatis apoſtatam fecerit. Dum enim putas, omnes a te abſtineri poſſe, ſolum te ab omnibus abſtinuiſti.* Adiungit hic locum Pauli *Epheſ. IV, 1. ſq.* & ſubdit: *Hæc Apoſtoli mandata & monita ſalutaria quam diligenter Stephanus impleuit, humilitatem ſenſus & leuitatem primo in loco ſeruans? Quid enim humilius aut leuius, quam cum tot epiſcopis per totum mundum diſſenſiſſe; pacem cum ſingulis vario diſcordiæ genere rumpentem, modo cum orientalibus (quod nec vos latere confidimus) modo vobiscum, qui in meridie eſtis? A quibus legatos epiſcopos patienter ſatis & leniter ſuſcepit, vt eos nec ad ſermonem ſaltem colloquii communis admitteret: adhuc inſuper dilectionis & caritatis memor præciperet fraternitati vniuerſæ, ne quis eos in domum ſuam reciperet: vt venientibus non ſolum pax & communio, ſed & tectum & hoſpitium negaretur. Hoc eſt, ſeruaſſe vnitatem ſpiritus in coniunctione pacis, abſcindere ſe a caritatis vnitate & alienum ſe per omnia fratribus facere, & contra ſacramentum & fidem, contumacis furore diſcordiæ rebellare.* Salſe admodum perſtringit Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus turbulentum STEPHANI ingenium, docetque, 1) iam

quod ſchiſma reprobarunt.

inprimis Firmilianus.

antea

Digitized by Google

antea idem attentaſſe epiſcopos Romanos intuitu orientalium, quod VICTORIS factum monſtrat, docetque, Romanum epiſcopum ab iis abſtinuiſſe: 2) epiſcopos in hac communionis denegatione ſingulare affectaſſe imperium: 3) illos *ſchismaticos* eo ipſo fuiſſe, tanquam primi huius diſcidii & diuortii autores: 4) inhumano more in hoc ſchismate, ſua audacia coacto, proceſſiſſe, vt etiam *tectum* & *hoſpitium* Africanis nunciis negandum eſſe, conſtituerint, Vel hæc duo exempla illuſtria docent firmantque, epiſcopos Romanos ſchiſmatum primarios iam olim in primitiua eccleſia fuiſſe autores, quod ſequentium ſeculorum praxis quoque firmat.

§. XV. Neque enim tantum epiſcopi Romani varia excitarunt atque exercuerunt cum orientalibus, Afris, aliisque eccleſiis diſſidia & diuortia: ipſa *ſedes papalis* ſchiſmatum quaſi arena fuit, prout MICHAEL GEDDES, cancellarius eccleſiæ Sarisburienſis, in *tractatibus miſcellaneis* anglicano idiomate conſcriptis, poſt STILLINGFLEETIIVM probatum dedit, atque *diſſ. IV.* monuit, ſe eo conſilio hanc tractationem adornaſſe, vt teſtatum faceret, eccleſiam Romanam non *pacis* & *vnionis* inſtrumentum aut centrum, ſed inſtar *titionis* fuiſſe, quæ diſſenſiones atque bella eccleſiaſtica incendiſſet. Ipſa *ſchismata papalia*, quæ recenſet, ſunt ſequentia: primum eſt inter *Cornelium* & *Nouatianum*, quod ad COELESTINI I. tempora & ſic per ducentos annos duraſſe dicitur, de quo antea actum. Alterum inter *Felicem* & *Liberium*: tertium inter *Vrſicinum* & *Damaſum*: quartum inter *Eulalium* & *Bonifacium I.*: quintum *Symmachum* inter & *Laurentium*: ſextum inter *Bonifacium* & *Dioſcorium*: ſeptimum inter *Siluerium* & *Vigilium*: octauum inter *Paulum* & *Theophylactum*: nonum inter *Eugenium* & *Zinzinum*: decimum inter *Benedictum* & *Anaſtaſium*: vndecimum inter *Formoſum* & *Sergium*. Hæc vero ſchiſmata non ſemper æquales effectus habuerunt, nec eodem modo afflixere ſedem Romanam. Duodecimum ſchiſma magis eam afflixit, excitatum inter *Ioannem XI*, *Leonem* & *Benedictum*, nec non decimum tertium inter *Benedictum VI.* & *Bonifacium VII.* imo etiam decimum quartum inter *Gregorium V.* & *Ioannem*. Hiſce ſuccedunt decimum quintum inter *Benedictum IX. Syluestrum*, *Ioannem*, & *Gratianum*: decimum ſextum inter *Benedictum* & *Nicolaum*: decimum ſeptimum inter *Alexandrum* & *Honorium*: decimum octauum inter *Gregorium VII.* & *Guibertum*: decimum nonum inter *Innocentium* Monachum & *Anacletum*: vigeſimum inter *Gelaſium* & *Gregorium*: vigeſimum primum *Victorem*

Varia ſchiſmata in ipſa eccleſia Romana.

exempla ſchiſmatum papalium.

Digitized by Google

inter & *Alexandrum:* vigesimum secundum inter *Ioannem XXII.* & *Nicolaum.* Verum omnia reliqua fere superauit vigesimum tertium, quod a papis Auenionensibus ortum traxit, & *occidentale schisma* vocari solet, quod totum vexauerit afflixeritque occidentem, vix per concilium Constantiense sedatum. Denique vltimum occupat locum schisma vigesimum quartum inter *Felicem V* & *Eugenium IV*, vt dicere fere possis, sedem Romanam fuisse pomum Eridos, & *centrum infinitarum dissensionum, non vnionis ecclesiasticæ.*

Schisma Romanam ecclesiam inter & orientem,

§. XVI. Neque etiam tantum hæc domestica & intestina bella *schismatica* gessit: cum aliis quoque ecclesiis schismata varia exercuit, quod in eas sacra ambitione imperium affectaret, vel cum illis de *principatu* eiusque limitibus contenderet. Schisma illud magnum inter *orientales* & *occidentales* ecclesias aliunde natales non habet, quam quod pontifex solus *patriarcha vniuersalis* dici & esse, solus omnes, & patriarcham etiam Constantinopolitanum, pedo subiicere voluit. Sicuti enim teste CHRYSOSTOMO *hom. II. in epist. ad. Ephes. nihil æque ecclesiam diuidere potest, vt ambitio & amor imperii ecclesiastici & gerendi magistratus;* ita contentio de *primatu*, quem *post Romanum* in *concilio Constantinopolitano I. can. 5.* impetrauerat patriarcha Constantinopolitanus, æmulationem inter hunc & Romanum peperit, & immedicabile vulnus vnioni pristinæ, aliunde iam valde labefactatæ, inflixit, præsertim postquam PHOCAE decreto anno 605. BONIFACIO III. hoc datum, vt episcopus Romanus tantum *summus & vniuersalis omnium ecclesiarum episcopus* diceretur. Prima hæc causa, qua *schisma* hoc veluti conceptum, eius natiuitatem facile promouere potuit, postquam GREGORIVS LEONEM ISAVRVM ob denegatum imaginibus cultum excommunicasset, hic vero, vt iniuriam vindicaret, plurimas prouincias, ab ecclesia Romana auulsas, sedi Constantinopolitanæ subiecisset, diœceses *Illyricanas* videlicet, *Calabriam*, *Siciliam* & reliquas prouincias vsque ad Thraciam. Hinc est, quod PETRVS de MARCA *lib. I. de C. S. & imp. c. 1. §. 4.* schisma hoc non in aliam causam, proximam scilicet, coniiciendum esse crediderit, quam in hanc contentionem, *quæ ob diœceses malo more vsurpatas exarsit.* Hæc belli ecclesiastici causa vsque ad tempora HADRIANI. I. qui pro restituendis diœcesibus admodum sollicitus fuit, perdurauit, effectum tamen omnes eiusdem comminationes de *abstentione* non habuerunt. Sub NICOLAO I. lites inter IGNATIVM & PHOTIVM de sede Constantinopolitana motæ, qua occasione actum denuo de prouinciis his restituendis,

ex affectato imperio vniuersali,

& subtractis ecclesiæ Romanæ prouinciis.

A Photio denique totalis diuisio facta.

Digitized by Google

dis, ſed fruſtra, adeo vt, licet IGNATIVS in *ſynodo octaua*, adiuuante pontifice Romano, deiecto PHOTIO, eſſet reſtitutus, legatis HADRIANI II. tamen *Bulgariæ*, Illyrici portionis, reſtitutionem non tantum denegauerit, ſed etiam eam ſibi addici curauerit. HADRIANVS II. in *epiſt. ad* BASILIVM CONSTANTINVM & LEONEM apud HARDVINVM *tom. V. concil. p. 939.* reſtitutionem grauiter vrget, inquiens: *Veruntamen ſaltem nunc reuerendiſſimum præſulem ab illius regionis diſpoſitione ſalubribus monitis, quæſumus, coercete: alioquin nec ipſe canonicam effugiet vltionem, nec ii, qui præſulatus vel alterius officii ſibi nomen illicvſurpant, cum excommunicatione, qua iam tenentur adſtricti, etiam proprii gradus iactura carebunt.* IGNATII obitus PHOTII reſtitutionem in ſedem Conſtantinopolitanam rurſus quidem procurauit, & IOANNES VIII. reſtitutioni conſenſit, ſi *Bulgariam reſtitueret*, quam conditionem PHOTIVS accepit, ſed eluſit callidis machinationibus, quæ res effecit, vt IOHANNES PHOTIVM anathemate feriret, & diſcidium illud magnum iter *orientem* & *occidentem* induceret. Palam itaque eſt, ſchismatis cauſam vnice petendam eſſe ex finibus turbatis regni eccleſiaſtici, quod Bulgariam, ſub NICOLAO I. recenter ad fidem conuerſam, curia Romana ſuam eſſe diceret; conſtantinopolitanus vero eius poſſeſſionem, quam fauore MICHAELIS impetrauerat, dimittere nollet. Subiungit STEPHANVS BALVZIVS *in not.* ad PETRVM de MARCA *cit. l.* elegantem locum ex GVILIELMI DVRANDI *lib. II. de modo generalis concilii celebrandi c. 7. Prouerbium vulgare eſt: qui totum vult, totum perdit. Eccleſia Romana ſibi vindicat vniuerſa, c. Diaconi ſunt. D. 93. Vnde timendum eſt, quod vniuerſa perdat. Nam (ſicut Salomon ait Prouerb. XXX.) qui multum emungit, ſanguinem elicit. IV. Diſt. denique. Sicut habetur exemplum de eccleſia Græcorum, quæ ex hoc ab eccleſiæ Romanæ obedientia dicitur receſſiſſe.* Paucis hæc verba vniuerſam ſchiſmatis cauſam aperiunt. Si GREGORIVS I. vniuerſalem patriarchatum ſeu papatum non affectaſſet, nec BONIFACIVS III. eum impetraſſet: ſi denique curia Romana in Bulgaria vindicanda mitiora ſecuta conſilia, & more aliorum conniuentia quadam vſa fuiſſet, ſchiſma hoc nunquam laceraſſet atque afflixiſſet eccleſiam.

Ita ob fines iurisdictionis ſacræ ſchiſma ortum,

§. XVII. Contentiones de *imperio & ſacerdotio*, quarum hiſtoriam tradit ſuccincte B. THOMASIVS peculiari tractatu, non aliunde ortæ ſunt, quam ex finibus poteſtatis pontificiæ vltra modum extenſæ, cui imperatores ſeſe iuſtiſſime oppoſuerunt. Inde vero bellum inter pontifices & cæſares varium & multiplex, quod occidentem in *ſchisma aper-*

nouæ ſchiſmatum cauſa ex inuaſis iuribus imperatoriis.

tum diuiſit, & inprimis imperium noſtrum adeo afflixit, vt imperatorum auctoritas admodum fracta & fere conculcata fuerit. Id ipſum enim vnice pontifici curæ cordique fuit, vt imperatorum iura ſuprema minueret, ſua vero augeret, & tandem quæuis ad ſe traheret, quod quibus artibus tandem effectum fuerit, enarrare nolo. Longa eſt iniuria & ita comparata, vt binis verbis exprimi nequeat, ſed prolixiorem ambitum deſideret.

Inde ſchiſmatis ratio in imperii papalis oppugnatione quæſita.

§. XVIII. Hac mutata rerum facie vero effectum eſt, vt noua definitio *ſchismatis* efformari debeat, ab illa, quam ſupra ex patribus tradidi, admodum diuerſa. Poſtquam enim *vnionis eccleſiaſticæ* fundamentum in *capite* eius, orbi chriſtiano obtruſo, collocari cœpit, vnice ratio & anima eius in *denegatione obedientiæ*, quam ſib vindicat pontifex, quæſita fuit, vt *ſchiſmatici*, hoc poſito principio, dicantur, *qui iugo pontificis Romani ſeſe ſubtrahunt, eiusque imperio ſupremo dicam ſcribunt*, Ait PIRHINGIVS *ad h. t. §. 1. n. 1. Schismaticus eſt, qui ſubeſſe renuit Romano pontifici, & membris eccleſiæ illi ſubiectis communicare recuſat.* Qui enim imperio pontificis ſeſe ſubducunt, non poſſunt non quoque ſeſe ſubducere imperio epiſcoporum, qui ab eo dependent, & eius maieſtatem venerantur, ac conſequenter qui *hierarchiam Romanam* agnoſcere nolunt, *ſchismatici* dicuntur. Ita Græci ſchismatici dicuntur, quod *hierarchiæ Romanæ* repudium miſerint. Pariter proteſtantes dixere *ſchismaticos*, quod huic *imperio ſacro* ſeſe ſubtraxiſſe dicantur. Omnis ergo contentio in materia *ſchismatis* vnice reſoluitur in *imperii ſacri* iura, adeoque non contenditur primario de *fide viuida* per *amorem* radicata, ſed de *imperio* in hoc iuris articulo. Dico *primario*: nam per conſequentiam etiam hæc cauſa ad *hæreſin* trahitur hodie, vt *§. IV. tit. præced. p. 821.* dictum, quod credendis ſeu articulis fidei etiam hæc ſententia annumerata fuerit, *papam iure diuino eſſe ſupremum & errare neſcium caput eccleſiæ.* Ait diſertis verbis FELIX ANTONIVS GVARNIERI *de eccleſ. milit lib. i. c. 6. §. 3. eſſe vnum ſupremum caput viſibile in eccleſia, & hoc eſſe Romanum pontificem, eſt de fide: Ergo ſchiſmatici, qui hoc negant, ſunt hæretici.* Prius membrum probat ex *Ioh. X, 16. 21.* poſterius ex bulla IOANNIS XXII. qua definiuit, ſupremum caput eſſe pontificem Romanum. Optima probatio! qua pontifex eſt *iudex & teſtis* in propria cauſa, & ſic quotidie nouos fidei articulos creare poteſt. Olim ergo differebant *hæreſis* & *ſchiſma*: iure canonico non amplius vt plurimum differunt, & ita quæ de hæreticis ſunt tradita, etiam *ſchismaticis* applicanda.

ſimulque hæreſin continet.

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX. Ex his, quæ de fatis *ſchiſmatis* dicta ſunt, facile liquet, primariam ſchismatis *externi* cauſam in *ambitione* & *pruritu imperandi* atque *dominatu ſacro* conſtituendam eſſe, *interni* vero in *criminibus* & *hypocriſi*, qua quis ſe ſcindit ab eccleſia *inuiſibili* fidelium iuxta §. 2. *Ambitione* mera ſeſe diſiunxiſſe Donatiſtas ab eccleſia catholica, cenſuit AVGVSTINVS *Serm. IV. de Iacob & Eſau (tom. V. oper. p. 25. edit. Pariſ.)* &, *carnales erant*, ait, *ſed quia quæſierunt honorem ſuum vel patientiam perdiderunt. inuenerunt aditum & diuiſi ſunt: amauerunt honorem ſuum, multum ei tribuerunt, typho ſuperbiæ tumuerunt, non habuerunt tolerantiam i. e. non habuerunt caritatem. Scriptum eſt enim, caritas omnia tolerat, omnia ſuſtinet: non æmulatur, non inflatur, non agit perperam. Itaque quicquid aliud haberent, quia illud non habebant, per quod prodeſt, quicquid habetur, diuiſerunt ſe. Et quotquot hæreſes vel præciſiones & ſchiſmata facta ſunt, per hos carnales facta ſunt.* Pariter *contra Parmen. lib. III. §. 28. (tom. IX. oper. p 75.)* ſtatuit, ſciſſionem facere non poſſe, *niſi aut ſuperbiæ tumore furioſos, aut inuidentiæ liuore veſanos, aut ſeculari commoditate corruptos, aut carnali timore peruerſos.* Ambitionem Donatiſtarum ſugillat, quod communicare nollent Cæciliani ab Afris condemnati cauſam defendentibus, h. e. catholicis, idque mero ex *æmulationis* ſpiritu. Sed altera vniuerſalior cauſa eſt, quæ vniuerſam infecit eccleſiam Romanam, ex *imperio ſacro*, quo quascunque eccleſias ſibi ſubiicere ſtuduit, eos vero, qui hoc imperium intolerabile impugnarunt, excommunicauit, ferro & igne proſecutus eſt, eosque coëgit, vt tam immani imperio repudium mittere coacti fuerint. Recte cenſuit HICKESIVS *in vindicatione apologet. eccleſ. Anglic. in qua reſpondetur aduerſariis ipſius, hæreſes Anglicanas & ſchiſmata ei exprobrantibus c. 3.* in eccleſia Romana dari dogmata, ſchiſmatum neceſſariæ cauſæ exiſtentia, v. c. *de ſupremata papæ* &c.

Schiſmatis cauſæ,

1) in ambitione,

2) ex affectato imperio vniuerſali.

§. XX. Poſterius perſpicue euincitur ex doctrina interpretum iuris canonici, quam ex RICCIVLLO *de iur. perſ. extra grem. eccl. exiſtent. lib. 1. c. 1.* denuo declarabo & recenſebo. Generatim *cit. l. n. 1.* ait, ſchiſmatis rationem conſiſtere *in ea obedientia, quæ habet annexam rebellionem in pontificem, ex parte officii ipſius, nempe quando quis recuſat ſubeſſe pontifici, vti capiti eccleſiæ*, quod vulgo hic cenſeatur *centrum* vnionis eccleſiaſticæ, vt P. de MARCA *de C. S. & I. lib. 1.* conſtituit. Inde plura facit ſchiſmaticorum genera, & quidem his (1) accenſet, qui ſubeſſe recuſant pontifici Romano *non per errorem, ſed ex animo & per*

ſententia iuris canonici ex Ricciullo.

quinque ſchiſmatum genera

Digitized by Google

per manifeſtam rebellionem: (2) qui non ſolum ab eccleſiæ vnitate ſe ſubducunt, ſed hoc eis licere perfide aſſeruerunt, contendentes, vel pontifici non eſſe obediendum, vel in eccleſia non eſſe vnitatem; (3) qui inferiores epiſcoporum ſedes contra diſpoſitionem eccleſiaſticam inuadunt, alienam poteſtatem vſurpantes, & plebem ab obedientia legitimorum paſtorum abducentes. Nam etiam *epiſcopale imperium* fundamentum *ſchiſmatis* conſtituitur: (4) qui credunt, aliquem verum eſſe pontificem, qui realiter non eſt: (5) qui inter ſe de pontificatu contendunt. Ita omnis *ſchiſmatum* cauſa primario & vnice trahitur ex *imperii ſacri* vel ſummi vel ſubalterni impugnatione, quia proh dolor! in eccleſia Romana eo res deducta eſt, vt *chriſtianæ religionis* ratio primaria in *hierarchiam* ſeſe reſoluat.

Schiſmatis conceptus ex mente ſcripturæ S.

§. XXI. Hactenus retuli naturam *ſchiſmatis* in ſenſu iuris canonici, quæ longe diuerſa eſt a *conceptu* eius *vero*, quem ſacra ſcriptura tradit. Conclamatum eſt, *ſchiſma* conſiſtere in *diuortio* & *diſceſſu ab vnione eccleſiæ*. Enimuero iure noſtro quærimus: *quid eſt eccleſia?* Si reſpondes: *Romana*, papæ ſubiecta: merito contradicimus, quia palam eſt, regnum hoc eccleſiaſticum non a Saluatore & Apoſtolis exſtructum, ſed corruptis demum ſeculis per varias artes & machinationes violentas enatum fuiſſe. Eccleſia in ſacris primario denotat *cœtum fidelium*, *cum Chriſto* tanquam centro ſuo *vnitorum*, & qui in *hac vnione* eſt, in *eccleſia* eſt: qui ab illa recedit, & diuortium facit, eſt vere ſchiſmaticus. Vnde conficitur, vt non omnes, qui diſceſſum ab *eccleſiæ Romanæ* communione fecerunt, *ſchiſmatici* dici poſſint, niſi in ſenſu peruerſo *iuris canonici;* e contrario ſchiſmatici merito appellari debeant ex mente ſcripturæ S. qui licet ſint in externa eccleſiæ cuiusdam collectæ communione, diuortium tamen fecerunt ab vnione veræ eccleſiæ, quæ cum CHRISTO vnita eſt, quod propheta ESAIAS *LIX*, 2. quoque obſeruat, aſſerens: *crimina veſtra vos a DEO veſtro diſiungunt.* En verum *ſchiſma*, a ſpectro *externo ſchiſmatis* longe diuerſum! Non omnis diſceſſus ab *externa communione* eſt vere ſchiſmaticus, quod alioquin chriſtiani primæui, a *iudaica externa communione* diſceſſum facientes, dicendi fuiſſent *ſchiſmatici.* Notum eſt ex ſacris, per aliquot annos fideles ex iudæis a *communione iudaicæ eccleſiæ* non diſceſſiſſe, *Act. X, 14. ſq. XI, 2. ſqq. XXI, 25. ſqq.* ſed Hierololymis imprimis ſacris iudaicis conſtanter interfuiſſe: *infidelitatem* tamen, impietatem & perſecutiones iudæorum tandem chriſtianos coëgiſſe, vt *iudaicæ communioni* renunciarent, &, ipſius PAVLI autoritate, ſeſe a iudæis ſepararent,

non ſunt ſchiſmatici, qui ab eccleſia Romana recedunt.

in

Digitized by Google

in ſeparatos abeuntes cœtus; *Act. XIII, 46. 50. XIV, 1. 19. 23.* quo ipſo nomen in reatum *ſchiſmatis illiciti* haud inciderunt, niſi ex mente iuris canonici. Id quoque vrgent ſuo iure *proteſtantes*, allegantque, 1) ſe ab *eccleſia vera*, ſemper ad finem mundi duratura, non diſceſſiſſe, nec illam ſoluiſſe vnionem, cuius caput & centrum eſt CHRISTVS: *Epheſ. IV, 15.*: 2) ſe coactos quidem fuiſſe, vt a *Romanæ eccleſiæ* communione diuortium facerent, id tamen ob extremas *perſecutiones*, perpeſſas *calamitates*, reſiſtentiam, atque oppreſſiones veritatum diuinarum, quibus nullus relictus fuit locus, fieri debuiſſe, quod omnem abuſuum & errorum manifeſtorum reformidarent reformationem, optantes veteri iacere in luto, quam ſententiam veritatis admittere. Talis vero ſeparatio *coacta* & ab aduerſariis *extorta*, 3) non eſt illud ſchiſma, quod in ſacris reprobatur ſed approbatur; *2 Cor. VI, 14. ſqq. Apoc. XVIII, 4. Luc. VI, 22.* ſicuti diſceſſus primorum chriſtianorum a communione externa iudaicæ eccleſiæ *ſchiſmatis* reatu caruit. Rectiſſime MELANCHTHON in colloquio Wormatienſi ECCIO hoc regeſſit: *Ac ab ipſis* (aduerſariis) *verius ex ipſorum cœtibus expulſi ſumus violentis edictis, excommunicationibus, & noua acerbitate, quæ in eccleſia non fuit vſitata.* vid. SECKENDORFF. *in hiſtor. Lutheran. lib. III. §. 8. n. 15. p. 297.* PETRVS IVRIVS *dans le vray ſyſteme de l'egliſe lib. III. c. 14. ſqq.* CHRISTIANVS KORTHOLTVS *de ſchiſmate ſuperiori ſeculo proteſtantes inter & pontificios enato.*

ergo nec proteſtantes,

ab ipſis ſodalibus eccleſiæ Romanæ electi,

§. XXII. Quæ cum ita ſint, facile liquet, quæ ſint partes magiſtratus *ciuilis* circa *ſchiſmaticos*, & vtrum in republica per vim ad communionem cum dominante eccleſia compelli queant? Sæpius curia Romana obiecit Venetis, quod ſchismaticos hæreticosque contra eccleſiæ principia in terris ſuis tolerarent, *græcos* ſcilicet, quos curia Romana *ſchiſmate* & *hæreſi* infectos cenſuit. Ab hac iniuria Venetos vindicauit SARPIVS in tr. cui titulus: *les droits des Souverains defendus contre les excommunications des Papes tom. II. p. 199: La plainte, qu'on fait par raport aux ſchiſmatiques, ne peut regarder, que les grecs, que la cour de Rome nomme ainſi. Ie n'y repondrai, que par une ſeule conſideration. Si le tribunal laic de Veniſe permettoit de chatier corporellement ceux, qu'on appelle ſchiſmatiques, ne ſeroit-ce pas concourir à la ruine, à la deſtruction de ſes propres ſujets? car le rite Grec etant reçu dans vne bonne partie de terre de la republique, ceux, qui le ſuivent, ſeroient obligez, de ne jamais paroitre devant leur Souverain, s'ils ne pouvoient venir à Veniſe, ſans s'expoſer au danger ou d'y être mis en priſon, ou dans etre chaſſez à cauſe de la difference de leurs opinions. Or comme ce n'eſt pas au Souverain ſeculier, à juger de cette difference, de même il n'eſt pas iuſte, qu'il tiranniſe les conſciences, &*

de magiſtratus officio erga diſcedentes ab hierarchia Romana,

exemplo Venetorum, ex ſententia Sarpii,

les oblige par la à ſe retirer, ſous la domination du Turc, ou ils trouvent la liberté de conſcience. C'eſt à Dieu, à qui il faut demander, qu'il daigne remedier à ce deſordre, & puiſqu'il a fondé l'egliſe, il ſaura bien la conſerver & luy rendre ſon premier eclat dans les tems marquez dans ces décrets éternels. Etiam in hoc argumento, vt in doctrina de *hæreſi*, perſecutores ad AVGVSTINI autoritatem confugiunt, de noui fœderis ſententia parum ſolliciti. AVGVSTINI plena ſunt omnia. Solus AVGVSTINVS in hoc inquiſitionis tribunali ius dicit. Hac de cauſa D. ELIAS VEIELIVS 1689. ſuccinctam *diſquiſitionem theologicam de ſententia Auguſtini, an hæretici & ſchiſmatici vi ad fidem ſint cogendi?* edidit, ibique *ingens diſcrimen inter cauſam Donatiſtarum & proteſtantium* oſtendit, docetque, in argumentis, ex ſacris petitis, Auguſtinum rhetoricari, non diſputare; denique fallere vulgatum illud: *poſteriores cogitationes eſſe meliores.* Nolo hic rurſus in hanc deſcendere arenam, quia *titulo præcedente*, quo *tolerantiam hæreticorum* examinaui, atque propugnaui, illa argumenta ſuppeditaui, quæ etiam hic locum ſibi vindicant, euincuntque, dominari conſcientiis plus quam tyrannicum eſſe. Iam apoſtoli prædixere, in hoc rerum ſtatu euitari non poſſe ſchiſmata, adeoque vbi emergunt, toleranda potius, quam perſecutionibus tyrannicis oppugnanda.

Abuſus autoritatis Auguſtini in hac doctrina taxatur.

TIT. IX.

DE APOSTATIS ET REITERANTIBVS BAPTISMA.

§ I.

Præſidia ad hunc titulum

PEiores adhuc *hæreticis* & *ſchiſmaticis* ſunt *apoſtatæ*, qui fidem chriſtianam *in totum* deſerunt, cum hæretici tantum ab *articulis fidei* in quibusdam recedant, & hoc ſenſu etiam *apoſtatæ veritatis* a TERTVLLIANO *adu. Valent. c. 1. p. 250.* vocentur. Quia æque extra *eccleſiam* Romanam

ex Ricciullo, eſſe dicuntur ac *hæretici & ſchiſmatici*, RICCIVLLVS *de iure perſon. extra grem. eccl. exiſt. lib. VI. de apoſtatis fidei, lib. VII. de apoſtatis a ſtatu ordinis clericalis, & lib. VIII. de apoſtatis a ſtatu religionis regularis* ex ratione inſtituti agit. THEOPHILVS RAYNAVDVS quoque in tr. de *apoſtaſia* plura ex

Raynaudo, mente iuris canonici collegit, quæ tamen vltra commentatorum curiæ Romanæ addictorum tradita haud progrediuntur. Inter proteſtantes de *apoſtaſia ſtudiorum* HENRICVS LINCKIVS commentatus eſt, huc quidem non

Linckio, referenda, quod in reatum criminis non incidat; *parte* tamen *priori* varias apoſtaſiæ ſpecies, quæ in crimen ex ſententia iuris canonici incidunt, ſuccincte

cincte explicat, & breuem huius tituli commentarium ſiſtit. Denique ex empla apoſtatarum, eorumque, qui de *apoſtaſia* ſuſpecti fuerunt, collegit M. PETRVS ADOLPHVS BOYSEN *de apoſtaſiæ merito & falſo ſuſpectis.* Boyſenio.

§. II. *Apoſtata* generatim *defectorem* & *deſertorem* denotat. Ita *angelorum apoſtatarum* mentionem facit CYPRIANVS *de hab. virg. p. 99.* Apoſtaſiam *primi hominis* adfert AVGVSTINVS *contra Iulian. tom. X. oper. p. 1077.*, & *apoſtatas veritatis* memorat TERTVLLIANVS *ſ. 1. alleg.* Specialim & primario APOSTASIA patribus græcis, obſeruante SVICERO *in theſ. eccleſ. voce ἀποστασία*, denotauit *defectionem totalem a fide chriſtiana ſemel agnita*, & ita apoſtatæ *deſertæ religionis chriſtianæ rei* dicti ſunt in *l. 3. C. Theod de apoſtat.* Præſuppoſui autem *veritatem fidei chriſtianæ ſemel agnitam* in apoſtata, id quod intelligi poteſt vel de *fidelibus* iam baptizatis, vel de *catechumenis*, quippe qui etiam nomen Chriſto dederant, ſed in eccleſiam per baptiſmum non erant recepti. Tam *illos* quam *hos apoſtatarum* numero accenſet, ſed non iisdem pœnis ſubiicit THEODOSIVS M. in *l. 2. C. Theod. h. t.* Quamuis enim hi nondum eſſent *perfecte* chriſtiani, ſciendum tamen eſt, plures illo æuo, diuturno admodum tempore, chriſtianam fidem amplexos, & inter chriſtianos, vt tales, verſatos fuiſſe, baptiſmum tamen ſæpe vsque ad vltimum mortis articulum diſtuliſſe, ne in crimen lapſi duriſſimæ pœnitentiæ ſubderentur, a qua adhuc *catechumeni*, quod excommunicari non poſſent, liberati erant. Hi vero ſæpe deficiebant a fide chriſtiana, ad *paganiſmum* reuertentes, qui etiam hac ſtante rerum facie *apoſtaſiam* committebant, adeo vt ARCADIVS in *l. 6. C. Theod. h. t.* generatim huc transtulerit eos, qui *cum eſſent chriſtiani* h. e. tam *fideles* quam *catechumeni*, idolorum ſe ſuperſtitione maculauerant. apoſtaſiæ conceptus generalis, ſpecialis, tum ratione fidelium, tum catechumenorum.

§. III. Prima chriſtianæ fidei ætate plures agnitam veritatem rurſus deſeruiſſe, & ad ritus vel *paganorum* vel *iudæorum* tranſiiſſe, antiquitates memorant, quod quidem inter *grauiſſima peccata* merito retulerunt fideles, ſed *criminis publici* rationem vel ideo nondum habere potuit, quod *chriſtianum eſſe* eo tempore in crimen publicum abierat, vt *diſſ. VI. ad Plin. Secund. & Tertull. nouiſſ. edit.* obſeruaui, modumque explicui, quem in *foro criminali* intuitu horum delatorum tenuerunt. Si *ex mente gentilium* iudicandum eſt, deſertores paganicæ ſuperſtitionis in *crimen publicum* incidiſſe cenſuerunt, ſiue ad ritus iudaicos tranſiiſſent, ſiue CHRISTO nomen dediſſent, licet *apoſtaſiæ* appellatione abſtinuerint. Ait MODESTINVS in *l. 11. pr. ad. L. Cornel. de ſicar. cir-cumcidere iudæis filios ſuos tantum reſcripto D. Pii permittitur: in non eiusdem religionis qui hoc fecerit, caſtrantis pœna irrogatur*, id quod de Apoſtaſia primis ſeculis peccatum, non crimen fuit. imo qui gentilium ſacra eiurabant, crimen publicum contrahebant, vtpote ſi ad iudæos tranſibant.

aliis intelligi nequit, quam de his, qui a paganismo ad sacra iudaica sponte transiuerant, & sic circumcidendi erant. Capitalis autem pœna constituta erat tum in eos, qui exciderant, tum qui se sponte excidendos præbuerant; adeoque idem quoque de *circumcidentibus* paganos, & *circumcisis* dicendum erat. *l. 4. in f. ad L. Cornel. de sicar.* Pariter pagani, sacra christianorum amplectentes eiuratis idolis, crimine se maculabant publico. Sed quali? cespitabat ipse PLINIVS SECVNDVS *lib. X. epist. 97.* scribens: *cognitionibus* DE CHRISTIANIS *interfui nunquam: ideo nescio, quid aut quatenus aut puniri soleat aut quæri.* Porro se non mediocriter hæsitasse dicit, *nomen ipsum, etiamsi flagitiis* (vulgo christianis per calumniam imputatis) *careat, an flagitia cohærentia nomini puniantur?* Corpus delicti erat incertum PLINIO *in specie;* sed non *in genere.* Religionis paganicæ desertio, & ad *peregrina sacra* defectio per se crimen Romanis erat. IVLIVS PAVLVS *lib. V. sentent. tit. 21.* hoc aperte prodit, inquiens: *qui nouas & usu vel ratione incognitas religiones inducunt, ex quibus animi hominum moueantur, honestiores deportantur, humiliores capite puniuntur,* imo ipsi apostolo PAVLO ab Athenienſibus *Act. XVII, 18. seq.* obiuratum, quod *peregrinos deos* annunciare videretur. In effectu itaque christianis crimen *desertionis antiquæ religionis* h. e. *apostasiæ* obiectum. Id ergo vnice agendum sibi rebantur magistratus gentiles, vt eos ad sacra idololatrica antiqua reducerent, & ab *imaginaria apostasia* reuocarent. Se in hoc studio multum profeciſſe, ait PLINIVS, *certe satis constat,* scribens, *prope iam desolata templa cœpisse celebrari: & sacra solennia diu intermissa repeti passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emtor inueniebatur; ex quo facile est opinari, quæ turba hominum emendari possit, si sit pœnitentiæ locus.* Hac via reducere christianos ad veteres ritus eiuratos studuit PLINIVS, eosque hoc modo *emendare* vel *conuertere.*

vel ad ritus christianos,

quod crimen esset, a sacris patriis recedere,

adeoque magistratus gentiles eos reuocare studebant.

§. IV. Hac ratione vero plurimi in *veram apostasiam* seu *abnegationem veritatis diuinæ* prolapsi sunt. Plurimorum exempla refert PLINIVS & *modum abnegationis* addit: *propositus est libellus sine autore,* (delatore) *multorum nomina continens, qui negarent, se esse christianos, aut fuisse, cum præeunte me, deos appellarent & imagini tuæ quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum adferri, thure & vino supplicarent, præterea maledicerent Christo: quorum nihil cogi posse dicuntur, qui sunt reuera christiani - - Alii ab indice nominati, esse se christianos dixerunt, & mox negauerunt: fuisse quidem, sed desisse, quidam ante triennium, quidam ante plures annos, non nemo etiam ante viginti quoque. Omnes & imaginem tuam deorumque simulacra venerati sunt; ii & Christo maledixerunt.* Hæc erat gentilium

Sub persecutionibus plura apostasiæ exempla,

quos lapsos dixere,

Digitized by Google

lium eiuratio sacrorum christianorum, & apodictica demonstratio, eos gentiliter viuere, & *desertores* factos fuisse. *Lapsos* christiani hos apostatas vocabant, eosque *stantibus fratribus* opponebant, quod masculè in fide christiana contra persecutionum æstum perstiterant, vt plenius docet CYPRIANVS *de lapsis*. In *Deciana* persecutione, quæ omnium grauissima, strages infinita christianorum facta erat. Testis est CYPRIANVS *cit. l.* multos decepisse patrimonii sui amorem cœcum: plerosque cruciatus graues ad apostasiam induxisse. Ipse varia *lapsorum* seu *apostatarum* genera recenset, quorum quidam *sacrificati* & *thurificati* appellabantur, *qui nefandis sacrificiis manus contaminauerant*, vt ait CYPRIANVS *cit. l. p. 133.* & *diis thure & vino supplicauerant*, quorum exempla PLINIVS SECVNDVS ante retulit. Alii *libellatici*, quorum inprimis meminit CYPRIANVS sine solida & distincta *corporis delicti* nota. Ait *p. 133. de lapsi. Nec sibi, quo minus agant pœnitentiam, blandiantur, qui, etsi nefandis sacrificiis manus non contaminauerunt, libellis tamen conscientiam polluerunt. Et illa professio denegantis; contestatio est christiani, quod fuerat, abnuentis; fecisse se dixit, quicquid alius faciendo commisit.* IDEM in *epist. 55. edit. Brem. p. 106.* hos cum *sacrificatis* non esse æquandos censuit: *nec tu*, scribit, *existimes, frater charissime, libellaticos cum sacrificatis æquari oportere, quando inter ipsos etiam, qui sacrificauerint, & conditio frequenter & causa diuersa est. - - cum ergo inter ipsos, qui sacrificarint, multa sit diuersitas; quæ inclementia est, & quam acerba duritia, libellaticos cum iis, qui sacrificarint, iungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat: ego prius legeram, & episcopo tractante cognoueram, non sacrificandum idolis, nec simulacrum seruum Dei adorare debere, & idcirco ne hoc facerem, quod non licebat, (cum occasio libelli fuisset oblata, quem nec ipsum acciperem, nisi offensa fuisset occasio) ad magistratum vel veni vel alio eunte mandaui: Christianum me esse, sacrificari mihi non licere, ad aras diaboli me venire non posse, dare me ob hoc præmium, ne, quod non licet, faciam.* Ex his verbis colligo, 1) *libellaticos* nefandis sacrificiis sese non maculasse, quod etiam *cit. epist. 55.* rursus firmat his verbis: *etsi manus pura sit, & os eius feralis cibi contagia nulla polluerint, conscientiam tamen eius esse pollutam:* 2) interim tamen plures in *Deciana persecutione*, quo se a quæstionibus liberarent, hac cautela vsos fuisse, vt *extraiudicialiter* per *libellos* cum præsidibus prouinciæ agerent, in quibus profitebantur per simulationem, se diis sacrificasse, simulque præmium offerebant, quo hac professione acquiescèret, delatoresque compesceret. *Libello* enim *fieri*, & *apud acta causis probatis*, sibi inuicem in iure opponuntur. *l. 6. C. de. prad. & al. reb. minor. l. 9. §. 1. de offic. proc. l. 71. de R. I. l. 25. de excus.*

quorum quidam dicebantur sacrificati,

quidam libellatici, ex Cypriani sententia,

libellaticorum ratio ex verbis eiusdem eruitur.

Redimebant hoc modo *quæstiones*, sed simul *feciſſe ſe dicebant, quicquid alii faciendo commiſerant*, vt CYPRIANVS ait: h. e. alii reuerea ſacrificauerant, ad iuſſum præſidum, quod ſe, quamuis per mendacium, etiam feciſſe, libellatici in *libello* profitebantur, & ita per indirectum in tali profeſſione *abnegatio*, vel ipſa *profeſſio abnegantis* erat, & *abnuentis chriſtiani, quod* reuera *fuerat*.. Reuerea enim hoc modo negabat, ſe eſſe chriſtianum, & gentili ritu ſe hactenus egiſſe profitebatur. 3) Probabile eſt, ab auaris præſidibus hanc fuiſſe oblatam occaſionem, vt *libellos* tales offerrent cum præmio, quod rurſus CYPRIANVS indicat. 4) Ex iure quoque notum eſt, præſides ſubſcripſiſſe libellis, & libelaticis reddidiſſe, quo ſecuri eſſent contra delatorum improbitatem, quod CYPRIANVS his verbis: *cui libellus* ſubſcriptus *acceptus eſt*, indicat. 5) Quia ab ipſis auaris præſidibus talis occaſio iis offerebatur, eos adire ſolebant, & quandoque fateri, ſe eſſe chriſtianos, in libellis tamen per ſimulationem contrarium profitebantur, & dato præmio impunitatem, quaſi gentiles eſſent, conſequebantur, quæ *abnegationis ſimulatio* reuera abnegatio erat, vt recte cenſet KORTHOLDVS *de perſec. eccl. prim. c. VIII. §. 10.* Palam etiam hoc teſtantur presbyteri Romani *epiſt. 30. edit. Brem. ad Cyprianum*, aſſerentes, quod *ſe ipſos infideles illicita nefariorum libellorum profeſſione prodidiſſent.* Imo verba, quæ ſequuntur, conceptum hunc magis declarant, *non eſt enim immunis a ſcelere, qui vt fieret, imperauit: nec eſt alienus a crimine, cuius conſenſu, licet non a ſe admiſſum crimen, tamen PVBLICE LEGITVR, & cum totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum; qui fallaces in excuſatione præſtigias quærit, negauit, & qui vult videri propoſitis aduerſus euangelium vel edictis vel legibus ſatisfeciſſe, hoc ipſo iam paruit, quod videri paruiſſe ſe voluit.* Cont. AVTOR *de la vie de S. Cyprien. diſſ. V. ſur les libellatisques*, TILLEMONT. *in hiſtor. imper. tom. III. P. 2. p. 622. & 847. ſq. & hiſtor. eccleſ. tom. IV. P. 1. p. 160. & 401.* BINGHAM. *in orig. eccleſ. vol. VII. lib. XIV. c. 4. §. 6.* Interim, vt iam antea vidimus, non æque dura *libellaticis* erat ſubeunda pœnitentia ac quidem *ſacrificatis*, vel qui *Chriſto* maledixerant, qui κατ' ἐξοχὴν *apoſtatæ* dicti ſunt, contra quos, ad *eccleſiam* reuerti deſiderantes, in conciliis varii pœnitentiæ gradus conſtituti ſunt.

eorum abnegatio.

Apoſtaſia ſub Theodoſio in crimen publicum tranſiit,

§. V. Sub chriſtianis imperatoribus *apoſtaſia* ad *crimina publica* æque cum *hæreſi* relata, facultasque conceſſa non tantum *viuentem*, ſed iam *defunctum* etiam accuſandi, illum quidem in perpetuum, *vt nullis finita temporibus huiusmodi criminis arceatur indago; l. 4. C. h. t.* hunc vero *intra quinquennium*, *l. 3. C. h. t.* quod etiam effectus pœnæ in apoſtatas conſtitutæ poſt mortem ſeſe exereret. Tardius tamen criminibus

annu-

Digitized by Google

annumerata, quod *paganorum* religio adhuc præualeret, publicumque vſum haberet. Hæreſes mox a CONSTANTINO inter crimina publica relatæ ad epiſcoporum Nicænorum votum; non *apoſtaſia*, ne gentiles, quorum turba maxima erat, offenderentur. Id tantum prohibitum, ne chriſtianus, ſtatione relicta, fieret iudæus ſub pœna *confiſcationis bonorum*, idque cautum anno *357.* ſine offenſa paganorum, qui æque *chriſtianos* ac *iudæos* odio perſequebantur. *l. 1. C. h. t.* Sub THEODOSIO paganorum res deteriori loco eſſe cœperunt, vt ad crimina relatum fuerit, *paganum fieri*, quod anno *381.* prouiſum. *l. 1. C. Theod. h. t.* Inde variæ pœnæ teſtamenti factio apoſtatis ademta, & ius capiendi ex quouis teſtamento; ſeculares, *l. 1. 2. C. Theod. h. t. l. 3. C. h. t.* addito quandoque *exilii* ſupplicio, *l. 3. C. h. t.* ita vt flagitium tale nulla etiam obliterari poſſit *pœnitentia. cit. l. 3.* Sed etiam *donandi* poteſtatem amiſerunt, vt venditio in *fraudem legis facta* nequidem valeret, *l. 4. C. h. t.* ipſi vero apoſtatæ perpetua infamia laborarent. *l. 5. C. Theod. h. t.* Denique qui ſeruum ſiue ingenuum *inuitum* vel *improba ſuaſione* ex cultu chriſtianæ religionis ad paganismum traduxerat, capite quoque puniebatur. *l. 5. C. h. t.* De *pœnis canonicis* nihil attinet dicere. Cum enim *hæreſin* adhuc improbitate vincat *apoſtaſia*, non dubium, quin quæ in *hæreticos* ſtatuta ſunt, etiam apoſtatis applicanda ſint, vt ne quidem de *apoſtatis fidei* aliquem iuris articulum adduxerit RAYMVNDVS. canonicæ.

§. VI. Alias præterea ſpecies apoſtaſiæ addidit ius canonicum olim incognitas, quarum prima eſt *apoſtaſia ordinis clericalis*, ſi clericus relicto ſtatu ſuo fit laicus, maxime ſi vxorem duxerit. *c. 1. 3. 5. h. t.* Multum tamen refert, vtrum iam ordinatus fuerit *ſacerdos* ſeu *presbyter*, nec ne? Priori caſu nullo modo *laicari* poteſt, vt loquuntur, ob aſſumtum *charakterem indelebilem*, vt *tom. 1. tit. 9. §. 4.* euictum, adeo vt ſi *de facto* vxorem duxerit, matrimonium tale nullum ſit, quia *cœlibatus* & *matrimonium* potiſſimum diſtinguit clericos a laicis. Qui ordine *ſacerdotii* nondum eſt decoratus, facilius ad laicalem ſtatum reuerti poteſt, *diſpenſante pontifice*, vt ſine opprobrio *apoſtaſiæ* vxorem ducere queat, ſi vel maxime *minores ordines* iam acceperit, imo etiam ad *ſubdiaconatum* promotus, prout exempla ſupra *lib. IV. tit. 17. §. 20. p. 286. ſq.* euincunt. Vnde ſequitur 1) vt ſolus *ordo presbyteri* demum talem *charakterem* inducat, qui omnem clericatus abiectionem impediat: 2) vt talis mutatio tunc demum crimen inducat, ſi absque *diſpenſatione pontificis* ſuſcepta ſit, qua accedente metamorphoſis hæc permiſſa, quo in *feuda ſecularia* ſuccedere, & per matrimonium legitime contractum gentem ſuam ab interitu vindicare queat laicatus. Addidit ius canonicum apoſtaſiam ordinis,

§. VII.

item apostasiam religionis monasticæ, deserendo monachatum sine dispensatione pontificis,

§. VII. Præterea quoque datur *apostasia religionis regularis*, quæ contrahitur per recessum ab hoc ordine, & dimissionem habitus monastici, & quidem α) sine *licentia papali:* β) animo, illum in posterum non repetendi. Primum principium ostendit, non fieri huius criminis reum, qui *dispensante pontifice* ad seculum reuertitur, quippe qui hoc *vinculum monasticum* soluere potest, vt ducat vxorem monachus, & ad imperium seculare etiam admoueri queat, vt quibusdam exemplis illustratum *lib. IV. tit. 17. §. 19. p. 285.* Alterum principium præsupponit *professionem* iam *factam:* in anno probationis constitutus licite recedit, & ad seculum reuertitur. *c. 20. & 23. X. de regular.* Præterea quoque merito *voluntatem* & *intentionem* deserendi statum monasticum desiderant, quod qui periculi euitandi gratia tantum habitum monasticum deposuit sine intentione deficiendi a religione, non possit dici *apostata*, obseruante RICCIVLLO *lib. VIII. cit. tr. c. 2. n. 12.* Adde etiam, si *ratio status ecclesiastici* id postulat, vt *habitu laicali* incedant, qua cautela hodie solent vti Iesuitæ, vt statum suum publice occultent, si inter diuersæ religionis consortes per insidias forsan commorari, conducibile ducunt. Quocirca etiam monachi *errones*, qui extra monasterium vagantur, sine intentione religionem deserendi, non censentur *apostatæ*, vt censet RICCIVLLVS *cit. l. n. 19.* Effectus huius obseruationis sollicitæ potissimum in articulo de *irregularitate* occurrit, quippe quæ non tantum nascitur ex *apostasia fidei*, sed etiam *religionis monasticæ*, quod talis apostasia *infamiam* inducat, hæc vero *irregularitatem.* vid. FRANCISCVS PELLIZARIVS *in manuali Regular. tom. II. tr. 7. c. 5. sect. 3. n. 101. sqq.* Neque tantum talem apostatam irregularem esse quoad quoscunque ordines, sed etiam quoad prælaturas & dignitates censent, vt ad illas in posterum eligi nequeat, obseruante EODEM *cit. l. n. 104.*

cum intentione non reuertendi.

Tales apostatæ fiunt irregulares.

ciecti vero non sunt apostatæ.

§. VIII. Ab his desertoribus & profugis omnino distingui debent *eiecti*, qui quod *incorrigibiles* facti, ordine religiosorum eiiciuntur *inuiti*, *in pœnam*, id quod tamen rarius fieri solet, ne in potestate prælatorum sit, soluere pro lubitu *vinculum monasticum*, & occasionem eiecto præbere, vt ad seculum reuerti queat. Multa hic occurrunt impedimenta, quæ eiectioni obstare videntur, relata a RICCIVLLO *cit. l. c. 10. n. 1. sqq.* interim tamen defendit, eiectionem talem iusta de causa fieri posse, si tam incorrigibilis sit eius contumacia atque improbitas, vt plane ad vitam religiosam ineptus atque ordini noxius esse videatur. Hoc modo vero *eiectus* liberatur a nexu sui monasterii, vt nec repeti, nec pro apostata haberi queat, si repetitus reuerti recusat.

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Sequitur *reiterantium baptiſma*, vel *error* vel *ſcelus*, de quibus etiam *h. t.* agitur. ac quædam iam adducta ſunt *tom. III. p. 864. §. 49.* oſtenſumque, a CYPRIANO & Afris epiſcopis hanc ſtrenue fuiſſe propugnatam ſententiam, hæreticos, ad eccleſiam orthodoxam redeuntes, eſſe rebaptizandos, quod *baptiſma hæreticorum* omni careret efficacia, & *lauacrum diaboli* eſſet. STEPHANVS epiſcopus Romanus cum aſſeclis eo tempore in alia omnia iuit, & litem ſuper hac quæſtione CYPRIANO potiſſimum mouit, quo ipſo primum inter *controuerſias eccleſiaſticas* relata eſt. Neque enim hæc ſententia eo demum tempore nata, ſed iam a TERTVLLIANO, antequam in MONTANI familiam tranſiret, aſſerta, vt *de baptiſmo c. 15.* docet, quo libro etiam *pædo baptiſma* improbauit. Paulo poſt circa annum 215. ſub AGRIPPINO *ſynodus Carthaginenſis* idem dogma recepit, & *decreto* ſanciuit *eccleſiaſtico*, a nemine eo tempore impugnato, vtut diſſentirent Itali aliique. Prouocat ad hoc concilium ipſe CYPRIANVS *epiſt. LXXIII. edit. Brem.* &, *apud nos*, ait, *non noua aut repentina res eſt, vt rebaptizandos cenſeamus eos, qui ab hæreticis ad eccleſiam veniunt; quando multi iam anni ſint, & longa ætas, ex quo ſub* AGRIPPINO, *bonæ memoriæ viro, conuenientes in vnum epiſcopi plurimi hoc ſtatuerint.* Ad *articulos fidei* hanc quæſtionem non pertinuiſſe, ſed ad *diſciplinam*, quæ, ſalua pace eccleſiaſtica, variare poſſet, ipſe cenſuit CYPRIANVS, nec negauit AVGVSTINVS *lib. II. contra Donatiſt. c. 12.* (*tom. IX. oper. edit. Pariſ. p. 109*) quæſtionem hanc magni momenti & *problematicam* fuiſſe. Aiens: *irruente itaque tam MAGNA QVÆSTIONE, cum de remiſſione peccatorum & de ſpirituali hominis generatione; vtrum poſſet apud hæreticos vel ſchiſmaticos fieri, difficile ratio redderetur, & præcideret autoritas* AGRIPPINI, *& nonnulli, qui ei conſenſerunt, hominum in hac quæſtione deficientium, qui maluerunt aliquid nouum moliri, quam tenere CONSVETVDINEM, cuius defenſionem non intelligebant, irruerunt in oculos animæ viri ſimiles rationes & intercluſerunt iter perueſtigandæ veritatis.*

Tertullianus & Africani ante & poſt Cyprianum dogma de rebaptizandis hæreticis tradiderunt.

§ X. Recruduit vero hæc contentio in Africa, Donatiſtis ſchiſma illud nefandum facientibus, ſeculo IV, qui autoritate AGRIPPINI & CYPRIANI ad fidem pertinere docebant, ex hæreſi redeuntes rebaptizandos eſſe. Credibile admodum eſt, diſſentientes pacem & vnionem eccleſiaſticam, antehac cum Afris ſub hoc diſſenſu continuatam, in poſterum quoque propagaturos fuiſſe, niſi iudicium, quod in CAECILIANVM epiſcopum, *traditionis* crimine inſimulatum, Afri, DONATI partes

Seculo IV. ad fidem hæc quæſtio relata, Donatiſtis ſchiſma facientibus.

tes tuentes, tulerant, & dissentientes Itali resciderant, ansam dedisset, ad funestum illud *schisma* faciendum, quo DONATO adhærentes a maiori parte episcoporum, qui se *catholicos* dixerunt, se seiunxerunt, hosque incusarunt, quod eodem crimine *traditionis* essent infecti, postquam CAECILIANVM absoluerant. Solebant videlicet persecutores gentiles ab episcopis aliisque codices, quibus religio christiana continebatur, petere atque vrgere grauiter, vt sibi traderentur, quod hoc medio religionem christianam facilius deleri posse crederent. Atque inde, qui metu mortis deterriti, hos codices gentilibus tradiderant, *traditores* dicebantur, & de communione ecclesiastica pellebantur. *vid.* TOBIAS PFANNERVS *de obseru. eccles. III.* Simili inuidia CAECILIANVS, episcopus creatus, incusabatur, adeo, vt, coacto Carthagine concilio, insidiis cuiusdam feminæ LVCIAE ob imputatum crimen *traditionis* episcopatu pelleretur, sub CONSTANTINO tamen absolutus. Inde Donatistarum odium in dissentientes exarsit, vt, pro vt dictum, schisma facerent, & illos, vt eiusdem criminis reos & participes, traducerent, atque ab illis ad se reuersos more Afrorum antiquo rebaptizarent, quasi ab extorribus vel hæreticis reuerterentur, quod AVGVSTINI *tract. de baptismo contra Donatist. tom. IX. oper.* fusius docet, cum aliis EIVSDEM opusculis. Admodum irritauit hic Donatistarum conatus *orthodoxos*, seu *catholicos*, & adeo eorum animos incendit, vt durissimas sanctiones, ab imperatoribus maxime, contra eos elicuerint, qui in quempiam ex *orthodoxis* denuo renouandum baptismum duxerint, vt docet *t. t. C. ne sanct. baptism. iter.* Non quidem lege THEODOSII pœnam capitalem reiterantibus baptisma dictatam fuisse supra *p. 988.* obseruaui, ostendendo, *l. 2. C. cit. tit.* a TRIBONIANO interpolatam & vitiatam fuisse; conclamatum tamen est, renouationem huius lauacri *criminibus publicis* eo tempore & ea occasione annumeratam fuisse. Id eo magis demirandum, cum negare non potuerint patres, hanc doctrinam non fuisse nudius tertius natam, sed vltra seculum iam inter Afros propagatam, & ipsis in synodis Africanis propugnatam. Subsistebant vnice in ea hypothesi, *hæreticorum* vel extra veram ecclesiam existentium baptisma inualidum, nullum, & sine effectu esse, vt sine nouo lauacro relinqui non possent conuersi. Et quia suam vnice ecclesiam *orthodoxam, veram, & catholicam* dicebant, dissentientium vero (qui *catholici* præ ceteris dici malebant) hæreticam, & reprobatam, & a se relictam, ideo negabant esse *in catholica* (h. e. dissentientium ecclesia) *baptismum & illis tantum recte accipi*, AVGVSTINO teste *lib. 1. contra Donat c. 4.*

rebaptizando ad se reuertentes a catholicis;

inde durissimæ leges contra rebaptizantes,

& noua criminis publici species.

Planius

Planius mentem ſuam *lib. III. contra Creſconium c. 3. p. 437. tom. IX.* declarat, & in quonam eorum facinus conſtiterit, docet. *Si hoc verum, ſi hoc tenendum atque ſeruandum, quod de baptiſmo tenemus atque ſeruamus, duo mala veſtra vobis obiicimus: vnum quod erratis in baptiſmi quæſtione: alterum, quod vos ab eis, qui de hac re verum ſentiunt, ſeparatis. Si autem, vt ſecundum vos loquar, hoc eſt in ea quæſtione verum, quod ipſi ſentitis; illo certe crimine maculamini, quod ab eccleſia receſſiſtis, propter cuius pacem, ſicut* CYPRIANVS *& fecit & monuit, etiam diuerſa ſentientes ferre debuiſtis.* Si ego recte capio AVGVSTINVM, fateri videtur, quæſtionem hanc fuiſſe *problematicam*, ita comparatam, vt vnio & pax eccleſiæ inter diuerſa ſentientes conſeruari debuerit, & potuerit, exemplo CYPRIANI, nunquam vinculum vnionis eccleſiaſticæ ob diuerſum morem rumpentis. Ita vero multo minus probandum fuit, *renouationem baptiſmi* in reuertentibus peractam ad *crimen publicum*, atrociſſime vindicandum, referendum eſſe, cuius corpus in *quæſtione problematica*, multis in patribus tolerata, conſiſtebat.

cuius corpus delicti in duobus quæſitum,

§. XI. Sed, ſi quid recte coniicio, corpus delicti in duobus maxime collocabant patres: (α) in *ſchiſmate* ſeu *ſeparatione* a maiori parte chriſtianorum, qui ſe duntaxat *catholicos* ſeu *prædominantem cœtum* dixerunt: (β) in renouatione lauacri eorum, qui ad ſuam eccleſiam, etiam a *catholicis* ſeu *prædominantibus*, tranſibant, prout hanc circumſtantiam ſpeciatim ſuggerunt, *l. 2. & 3. C. ne ſanct. bapt. iter.* mitius forſan de iis iudicaturi, qui a *vera hareſi*, vt Arriana, ad eos reuerſi & rebaptizati fuerant. Erat itaque eo tempore *CRIMEN REITERANTIVM BAPTISMA ſchiſma Donatiſtarum, qui a quacunque hæretica, imo etiam ab eccleſia catholica ſeu prædominante*, (quam *hæreticam* illi dicebant) *ad ſe reuertentes rebaptizabant, quod vero baptiſmo, quem in ſua duntaxat eccleſia eſſe dicebant, non eſſent tincti.* Vnum ergo *legitimum baptiſma* cum anteceſſoribus ſuis omnino agnoſcebant, docentes, eos, qui in ſua eccleſia ſacro tincti eſſent lauacro, non eſſe denuo tingendos, ſi vel maxime grauiſſimis criminibus ſeſe maculaſſent. Allegabant potius, *catholicos baptiſmum non habere, ſe non repetere, quod iam erat, ſed dare, quod non erat*, teſte AVGVSTINO *lib. I. contra liter. Petiliani c. 1. tom. IX. p. 206. Nam*, aiebant, *qui fidem a perfido ſumſerit, non fidem percipit, ſed reatum*, teſte EODEM *cit. l. lib. II. c. 2. & a mortuo baptizari hoc eſt mortem ſumſiſſe, non vitam. ibid. c. 7.* Denique *lib. II. contra epiſt. Parmeniani c. 16. §. 35.* fatetur AVGVSTINVS, apud Donatiſtas baptizatum non rebaptizari,

inde definitio huius criminis noui efformata.

zari, si vel maxime eo maculatus fuisset crimine, vt de ecclesia pelli deberet; nam remeantem *pœnitentia vtique curandum esse allegabant, non iteratione baptismi vulnerandum.*

Ab hoc tempore pariter ad crimina ecclesiastica rebaptizatio relata a catholicis.

§. XII. Præterea vero *reiteratio baptismi* ad *crimina ecclesiastica* nouiter relata, variisque canonibus notata, collectis a GRATIANO in *c. 32. 38. 51. 107. sqq. de consecrat. D. 4.* adeo vt *inexpiabile facinus* esse dicatur, cogere aliquem, vt bis subeat lauacrum; *c. 112. de consecr. D. 4.* quanquam dissentientes tantum in hæreticis renouarent baptisma, et ita prædominantes nequidem *statum controuersiæ* recte formarunt. Id duntaxat permissum, vt *in dubio*, si de collato baptismate non constaret, baptizari quis posset, *c. 110. 111. 112. 113. de consecr. D. 4.* quod supra *p. 865. §. 50.* illustratum est. Ceterum ab his, qui per *errorem* in fide repetierunt baptisma,

Verum crimen committunt rebaptizantes ex causa lucri.

& a dissentientibus per reatum *hæreseos* notantur, longe differunt (1) qui *quæstus & lucri* causa vel semet ipsos, vt iudæi pessimi nonnunquam ausi sunt, vel infantes suos sæpius baptismo offerunt, qui crimen proprie dictum omnino committunt, stellionibus non absimiles, adeoque pœna *fustigationis* adficiendi, cum ad hos non recte applicetur sanctio, *ne sanctum baptismu iteretur.* vid. CARPZOV. *in prax. crim. qu 93. n. 43. sq.*

vel ex sortilegio.

(2) Qui non per *errorem in fide*, sed ex causa *sortilegii* baptismum reiterant, nec crimine publico carent, ad quod quæuis *sortilegii* genera spectabant. Pertinet huc casus oblatus pontifici in *c. 2. X. h. t.* de eo, *qui longa ægritudine confectus, insano sortilegarum mulierum credens consilio, vt sanaretur, per iterationem fecit iniuriam baptismatis sacramento.* Grauis in eo baptismatis abusus committitur, quod non ad *medelam corporis* sed *animæ* institutum est. De *baptizante* & *baptizato* haud interrogatus erat pontifex, sed de eo, qui huic rebaptizationi adstitit *& ministerium in respondendo exhibuit presbytero baptizanti*, h. e. qui *patrinus* fuit, an & quatenus ad ordines maiores admitti posset? Ceterum qui reiterant hoc modo baptismum, incidunt ex sententia iuris canonici in suspicionem hæreseos, & contra eos vt suspectos de hæresi proceditur, de quibus supra *de hæresi* actum est. Conf. DANDIN. *de suspect. de hæresi c. 3. sect. 3. subsect. 4. n. 3. sqq.* DELRIO *in disquis. magic. lib 5. q. 15. p. 59.*

Cum Donatistis conspirant anabaptistæ seculo XVI. orti.

§. XIII. Magis vero hæreticorum gregi, iuxta principia Donatistis opposita, accensendi sunt *anabaptistæ*, quorum secta seculo XVI. ortum debet, & quorum fata succincte tradit FRIDERICVS SPANHEMIVS in *diatribe historica de orig. progressu & sectis anabaptistarum.* Hi omnes, licet in diuersas abeant familias, *pædo baptismum* damnant, adeo-

Digitized by Google

adeoque infantes baptizatos rebaptizant, quod baptiſmus eis inualide & nulliter collatus ſit. damnantes pædo-baptiſmum & ideo infantes rebaptizantes,

Quia vero contra anabaptiſtas duriſſimæ leges imperii latæ ſunt, ſciendum eſt, ſectæ cuidam peculiari ex ipſis acceſſiſſe publicum facinus ex ſeditioſis ſententiis conflatum, quibus pax publica imperii labefactata eſt per doctrinam peſtiferam MVNZERI in *Thuringia*, & IOANNIS LEIDENSIS in *vrbe Monaſterienſi*, quorum excitatos motus belloque inteſtina non enarrabo. Id tantum contendo, ſectæ huic in genere & *per ſe* hoc vitium haud cohærere, nec facinora *Munzerianorum* & *Monaſterienſium* omnibus anabaptiſtis generatim applicari poſſe, prout apologiæ, pro iis ſcriptæ, docent. Bonam fidem inter omnes agnouit B. BVDDEVS *in diſſert. de concord. relig. chriſtianæ ſtatuſque ciuilis. c. VI.* monſtrando, anabaptiſtas hodiernos in Belgio alibique degentes ab *autoribus inteſtinorum bellorum* diſtinguendos, nec iis horum ſcelera nefanda imputari poſſe. Non tamen omnibus ſeditioſæ doctrinæ Munzerianorum & Monaſterienſium imputandæ.

Quæ cum ita ſint, palam eſt, conſtitutiones imperii contra *anabaptiſtas* eo tempore latas pœnasque criminales in iis conſtitutas in *pacis publicæ turbatores* tantum quadrare, non vero generatim quibuscunque ſectis, qui hac appellatione inſigniuntur, applicari poſſe. Ergo nec leges imperii in omnes quadrant.

Non obſcure id indigitant verba *R. I. de anno 1529. §. 6.* quamuis, quod non diſſimulandum, eo fuerint tempore publicata, quo immites clericorum doctrinæ contra hæreticos adhuc magnopere fouebant, vnde plura iis inſerta, quæ crudelitatem *inquiſitionum antiquarum* ſpirant. Verba dicti Receſſus ſunt hæc: Nachdem auch kürtzliche eine neue Verba Receſſus imperii de anno 1529 §. 6.
Secte des Wiedertaufs entſtanden, ſo in gemeinen Rechten verboten und vor viel hundert Jahren verdammet worden iſt, welche Secte über Käyſerlichen ausgegangenen Mandaten je länger je mehr ſchwerlicher einbricht, und überhand nimmt; und dann Ihr. Majeſt. ſolch ſchwer Ubel, und was daraus erfolgen mag, zuvorkommen, Fried und Einigkeit im H. Reich zu erhalten, eine rechtmäſſige Conſtitution, Satzung und Ordnung aufgericht, und allenthalben im H. Reich zu verkündigen verſchaffet, alſo lautend. Daß alle und jede Wiedertäufer und wiedergetaufte Manns- und Weibs-Perſonen verſtändiges Alters, vom natürlichen Leben zum Tode mit Feuer und Schwerd, oder dergleichen, nach Gelegenheit der Perſonen, ohne vorhergehend der geiſtlichen Richter-*Inquiſition* gericht und gebracht werden. Und ſollen derſelben Friedbrecher, Hauptſächer, Landläufer und die aufrührige Aufwickler des berührten Laſters des

Wiedertaufs, auch die, so darauf beharren, oder zum andern malen umfallen, in solchen keinesweges begnadet, sondern gegen ihnen vermöge solcher Satzung ernstlich mit der Strafe gehandelt werden. Welche Personen aber ihr Irrsal für sich selbst, oder auf Unterricht und Vermahnung, ohnverzüglich bekenneten, denselben zu widerrufen, auch Buß und Straf darüber anzunehmen, willig seynd, und um Gnad bitten würden, daß dieselbige nach Gelegenheit ihres Standes, Wesens, Jugend und allerley Umstand mögen begnadet werden. Daß auch ein jeder seine Kinder, christlicher Ordnung, Herkommen und Gebrauch in der Jugend taufen lassen soll. Welcher aber das verachten, und nicht thun würde, auf Meynung, als soll dieselbige Kinder-Taufe nichts seyn, daß derselbig nach Gelegenheit ihres Standes, so darauf zu beharren unterstünde, für ein Wiedertäufer geachtet, und obangezeigter Käyserl. Constitution unterworfen sey, und soll keiner derselben aus obangezogenen Ursachen begnadet werden, an andre Ort relegiret und verwiesen, sondern unter seiner Obrigkeit zu bleiben verstrickt und verbunden werden, die dann ein fleißig Aufsehen haben sollen, damit sie nicht wiederum abfallen. Dergleichen daß keiner des andern Unterthanen und Verwandten, so des Wiedertaufs halben von ihrer Obrigkeit gewichen, oder ausgetreten, enthalten, unterschleifen oder fürschieben, sondern alsbald dieselbig Obrigkeit, darunter sich der Entwichene enthält, solcher Uberfahrung innen oder gewahr wird, soll er gegen denselben, so entwichen, laut obgerührter Käyserl. Satzung strenglich handeln, und sie darüber nicht bey sich leiden, oder dulden, als bey Poen der Acht &c. Daß darnach, Wir, auch Chur-Fürsten, Fürsten, Prälaten, Grafen und Stände uns einmüthiglich verglichen, solcher Käyserl. Constitution, Ordnung und Satzung in allen Puncten und Articuln, treulich und fleißig zu geleben, nachzukommen und zu vollenziehen. Eodem anno quoque publicata est ipsa *constitutio* vel *mandatum* wider die Wiedertäufer CAROLO V. huius tenoris:

Edictum Caesareum contra anabaptistas eodem anno publicatum.

Wiewol in gemeinen Rechten geordnet und versehen, daß keiner, so ehemals nach christlicher Ordnung getaufet worden ist, sich wiederum oder zum zweytenmal taufen lassen, noch derselben einigen taufen soll, und fürnemlich in Käyserl. Gesetzen, solches zu beschehen, bey Strafe des Todes verboten. Darauf wir dann im Anfang des nächst verschienen acht und zwantzigsten Jahres der Min-

der-

der-Zahl auch alleſamt und beſonder als Römiſcher Käyſer, oberſter-Voigt, und Schirm-Herr unſers Heil. Chriſtlichen Glaubens, durch unſer offen Mandat ernſtlich haben thun gebieten, Euer Unterthanen, Verwandten und Angehörigen, von demſelben ietzo kürtzlich neu aufgeſtandenen Irrſal und Secte des Wiedertaufs, und derſelben unwilligen, verführiſchen und aufrührigen Anhang, durch euer Gebot, und ſonſt auf den Cantzeln, durch Chriſtlich gelehrte Prediger getreulich und ernſtlich, ſamt der Poen des Rechtens in ſolchem Fall und ſonderlich der groſſen Strafe GOttes, die ſie zu gewarten haben, zu erinnern, zu ermahnen, anzuweiſen und zu warnen. Und gegen denen, ſo alſo in ſolchem **Laſter und Irrung des Wiedertaufs** erkundigt, erfunden und betreten worden, mit Strafe und Poen des Rechtens, wie ſich ſolches gegen einen jeden ſeinem Verſchulden nach gebühret, zu vollführen und deßhalben nicht ſäumig zu ſeyn, damit ſolch Ubel geſtrafet, und ander Unrecht und Weiterung, ſo ſonſt daraus erwachſen, fürkommen und verhütet werde. So befinden wir doch täglich, daß über angezeigt gemein Recht auch unſer ausgegangen Mandat, ſolche alte und viel hundert Jahren verdammt und verbotene Secte des Wiedertaufs je länger je mehr beſchwerlicher einbricht, und überhand nimmt. Solchem Ubel, vnd was daraus folgen mag, fürzukommen, Fried und Einigkeit im H. Reich zu erhalten, und alle Diſputation und Zweifel, ſo der Strafe halber des Wiedertaufs folgen möchte, aufzuheben: ſo verneuern wir die vorigen Käyſerl. Geſetze, auch obgemeldte unſer darauf gefolgete und ausgekündigte Mandat: **Ordnen, ſetzen, machen** und declariren demnach aus Käyſerlicher Macht, Vollkommenheit und Rechten, wiſſen und wollen, **daß alle und jede Wiedertäufer und wiedergetaufte Manns- und Weibes-Perſonen, verſtändiges Alters vom natürlichen Leben zum Tode, mit Feuer, Schwerd, oder dergleichen nach Gelegenheit der Perſonen, ohn vorgehend der geiſtlichen Richter** *Inquiſition*, **gericht und gebracht werden**, und ſollen derſelben Vor-Prediger, Hauptſächer, Landläufer und aufrühriſche Aufwickler des berührten Laſters des Wiedertaufs, auch die darauf beharren und diejenigen, ſo zum andernmal umfallen, hierinn keinesweges begnadet, ſondern gegen ihnen, vermöge dieſer unſer Conſtitution und Satzung, ernſtlich mit der Strafe gehandelt werden. Welche Perſonen aber ihren Irrthum für ſich

ſelb-

ſelbſten, oder auf Unterricht oder Untermahnen, unverzüglich bekenneten, denſelben zu widerrufen, auch Buß und Strafe darüber anzunehmen, willig ſeynd, auch um Gnade bitten würden, dieſelbe mögen vor ihrer Obrigkeit, nach Gelegenheit ihres Standes, Weſens, Jugend und allerley Umſtänd begnadet werden. Wir wollen auch, daß ein jeder ſeine Kinder, nach chriſtlicher Ordnung, Herkommen und Gebrauch in der Jugend taufen laſſen ſoll. Welcher aber das verachten und nicht thun würde, auf Meynung, als ob die Kinder-Tauf nichts ſey, der ſoll, wo er darauf zu beharren unterſtünde, für ein Wiedertäufer geachtet, und obangezeigter unſer *Conſtitution* unterworfen ſeyn. Und ſoll keiner derſelbigen, ſo aus obangezeigten Urſachen begnadet werden, an andre Orte relegiret und verwieſen, ſondern unter ſeiner Obrigkeit zu bleiben verſtrickt und verbunden werden, die dann ein fleißiges Aufſehens, damit ſie nicht wieder abfallen, haben laſſen ſollen. Deßgleichen ſoll keiner des andern Unterthanen oder Verwandten, ſo aus angezeigten Urſachen von ihrer Obrigkeit gewichen, und ausgetreten, enthalten, unterſchleifen oder vorſchieben, ſondern alsbald dieſelbe Obrigkeit, darunter ſich der Entwichene enthält, ſolcher Uberfahrung innen oder gewahr wird, ſoll er gegen demſelben, ſo alſo entwichen, laut obberührter unſerer Satzung ſtrenglich handeln, und ſie darüber nicht bey ſich leiden oder dulden, alles bey Poen der Acht. Hierauf gebieten Wir auch allen und jeden inſonderheit, was Würden, Standes oder Weſens ein jeder iſt, bey den Pflichten und Eyden, damit ihr Uns, und dem H. Reich zugethan und verwandt ſeyd, auch Unſre ſchwere Ungnad und Strafe zu vermeiden, und wollen, daß ihr alle, und ein ieder inſonderheit, ſolch unſer Conſtitution und Satzung des Wiedertaufs halben, ſtrenglich, feſtiglich in allen Stücken und Puncten haltet, darauf urtheilet, handelt, und unnachläßig vollenziehet; euch auch hierinn mit ſolcher Gehorſam und dermaſſen erzeiget, wie ihr zu thun ſchuldig, und Nothdurft der Sachen für ſich ſelbſt erfordert, das wollen Wir und alſo ohngezweifelt verſehen, ihr thut auch daran Unſere Meynung. Geben in Unſer und des H. Reichs-Stadt Speyer, am 23. Tage Aprilis, nach Chriſti Geburt 1529. In ſequentibus ſtatus Imperii fatentur, hæc omnia, quæ contra anabaptiſtas decreta, ſua voluntate & conſenſu eſſe concluſa, ſeque ad eorum obſeruantiam ſtrictiſſimam adſtringunt.

§. XIII.

§. XIII. Speciatim *anno 1535. Receſſus imperii Wormatienſis* contra *anabaptiſtas Munſterienſes*, & eorum impios conatus publicatus eſt, in quo illorum impia dogmata, quibus pax publica conculcata erat, hoc modo referuntur: Als im nechſt verſchienen vier und dreyßigſten Jahre der Minder-Zahl die verdammte, aufrühriſch und unchriſtliche Secte des Wiedertaufs in der Stadt Münſter, in Weſtphalen gelegen, durch etliche leichtfertige aufrühriſche Perſonen muthwillig erwecket, und dermaſſen ausgebreitet und gepflantzet worden, daß durch Inwohner daſelbſt, nicht allein alle chriſtliche Ceremonien und Gottesdienſt abgeſtellet und vernichtiget, ſondern auch alle weltliche Policey-Ordnungen und gute Sitten umgeſtoſſen, alle Brief und Siegel verbrannt, geiſtliche und weltliche Güter den rechten Beſitzern entwehret und gemein gemachet, und alſo alle Eigenthums-Gerechtigkeit gäntzlich aufgehoben und abgethan, einem jeden neben ſeiner vorigen Ehefrau andere Weiber bis in ſieben und mehr zu nehmen zugelaſſen, auch diejenigen, ſo ihrer verdammten Secten anzuhangen ſich billig gewidert, von ihren Weib, Kindern und Gütern erbärmlich ins Elend verjaget, und über ſolches alles, zuletzt einen leichtfertigen unbekannten Schneider zu einem vermeynten König unter ihnen aufgeworfen, und ihr endlich Gemüth und Willen dahin gerichtet haben, die gantze Chriſtenheit mit ihrer tyranniſchen unchriſtlichen Secte zu beflecken, Leib und Seel zu verderben, und ſchließlich, wie dieſer grauſamen Secte und Art iſt, alle Ober- und Ehrbarkeit zugleich zu vertilgen, und im Grund auszureuten, alles Käyſerl. Maj. und des Heil. Reichs Abſchieden, viel gehaltenen Reichs-Tägen, und dem ausgekündigten Käyſerlichen Land-Frieden, aufgerichteten, bewilligten, verbrieften und verſiegelten Verträgen, gemeinen Rechten und ihren gethanen Eyden und Pflicht zuwider und entgegen. Welches allenthalben ſo Landkundig und offenbar, auch durch die Inwohner zu Münſter, nach Anzeig ihrer ausgeſandten Bücher und eigenen Schriften bekänntlich, daß ſolches nach längſt zu erzehlen von unnöthen, auch von ihm ſelbſt und mehr unchriſtlich, tyranniſch, unmenſchlich, dazu aller Ober- und Ehrbarkeit ſorglich und gefährlich iſt, denn mit Worten angezeigt und erzehlet werden mag. Vlterius in *R. I. Spirenſi de anno 1544. §. 74.* contra hos rurſus vigor legum latarum reuocatus: Nachdem auch die ſchädliche aufrühriſche Secte des Wiedertaufs, ſo in gemeinen Rechten verboten, und vor viel hundert Jahren verdammt worden iſt, über

In R. I de anno 1535. ſeditioſæ Monaſterienſium ſententiæ & auſus enarrantur.

In R. I. Imp. de anno 1544. denuo condemnati anabaptiſtæ.

über Unſere Käyſerliche ausgegangene Mandaten, und derhalben aufgerichtete rechtmäßige Conſtitution, Satzung und Ordnung, ſo wir des verſchienenen neun und zwantzigſten Jahres allenthalben im Heil. Röm. Reich publiciren und verkündigen haben laſſen, hin und wieder im Heil. Reich beſchwerlich einbricht und überhand nimmt, darum denn unſer freundlicher Bruder, der Römiſche König, auch Chur-Fürſten, Fürſten und Stände ſich auf denſelbigen Reichs-Tag in dem neun und zwantzigſten Jahre zu Speyer gehalten, mit einander einmüthigltch verglichen haben, ſolche unſer Käyſerliche Conſtitution, Satzung und Ordnung, in allen ihren Puncten und Articuln treulich und fleißig zugeleben, nachzukommen und zu vollenziehen, alles laut des Abſchiedes derhalben aufgerichtet: Dem allen nach, und damit ſolch ſchwer Ubel hinführo auch fleißig und gebührlich geſtrafet, und was daraus erfolget, fürkommen, Fried und Einigkeit im Heil. Reich erhalten werde: So haben Wir uns mit Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen, und der abweſenden Bottſchaftern, und ſie ſich hinwiederum mit uns von neuen vereiniget und verglichen, daß bemeldter unſer Conſtitution und Ordnung in allen ihren Puncten und Inhaltungen ſtracks gelebet und nachgekommen werde. Wir ſetzen ordnen und wollen auch, wo in Städten oder auf dem Land, in Criminal- und Malefiz-Sachen einer die Denunciation, und ein ander den Angriff hat, gut Fug und Macht haben, die Perſonen dem Wiedertauf verwand und anhängig, unangeſehen, daß die *Denunciation* nicht vorgangen, unſer und des Reichs wegen anzugreifen, und unſer obberührten Conſtitution und Satzung nach, gegen ihnen zu vollführen, und nichts deſto weniger ſoll auch der, ſo am *denunciiren* alſo ſaumig geweſen, der Gebühr nach, geſtrafet werden. Doch ſollen alle Obrigkeiten in der Haft zu ſolchen Perſonen kommen, und zuförderſt durch die Gelehrten und Theologen getreuen guten Fleiß fürwenden, ſie von ihrem Irrthum durch Chriſtlichen Unterricht abzuwenden und zu bekehren. Demque in *R. I. Auguſtano de anno 1551. §. 87.* denuo pax publica anabaptiſtis in imperio denegata, & priora repetita ſunt. Nachdem auch Chur-Fürſten, Fürſten und Stände, auch der abweſenden Räthe, Bottſchaften und Geſandten, uns zum beſtändigen Bericht angebracht, daß die nachtheilige Secte und Irrthum der Wiedertäufer, von derentwegen wir im neun und zwantzigſten Jahre der mindern Zahl verſchienen um Conſtitution, wie die zu gebührlicher Strafe anzuhalten, publiciren,

Vt & in R. I. de anno 1551.

und

und in das Reich auskünden laſſen, ſich noch heutiges Tages an vielen Orten und Enden dermaſſen erhalte und überhand nehme, daß von wegen der viele, die ſich zu ſolcher Secte begeben, zum Theil nach Bürgerlicher Ordnungen den Obrigkeiten nicht huldigen und ſchweren, zum theil gar keine Obrigkeit erkennen wollen; und obgleich dieſe halsſtarrige u. ſorgliche Leute in Gefängniß eingezogen, auch die Ernſt gegen ihnen fürgenommen und gebrauchet wird, ſo bleiben ſie doch gantz beharrlich, und als verſtockt in ihrem verdammten u. unträglichen Fürſatz, daß ſie durch keine fleißige, ernſtliche und wohlgegründete Erinnerung, Unterweiſung und Vermahnung davon zu bringen. Und obwol die Obrigkeiten ſie vermöge angeregter ausgekündter unſer Conſtitution und gemeiner beſchriebenen Rechten zu gebührlicher und wohlverdienter Strafe anzuhalten, ihnen fürſetzen, dieſe auch vor Recht ſtellen, auf ſie klagen, u. was recht iſt, ihnen wiederfahren zu laſſen, fürnehmen: ſo begebe ſich doch oftermals, daß die geordnete oder geſetzte Richter oder Schöppen an den peinlichen- und Hals-Gerichten über ſolche widerſpenſtiſche fürgeſtellte Leute nicht erkennen, noch ſich deren, wie ſie doch von Amtswegen zu thun ſchuldig, unterziehen wollen, derowegen ſie zu gebührlichen und rechtmäßigen Strafen nicht füglich gebracht werden mögen. Wie nun ſolche unziemliche verdammte Secte ihren Fortgang gewinnen, und derſelben nicht mit ziemlicher Vorbetrachtung begegnet, ſo wäre aus dem muthwilligen, verführigen, aufrührigen Anhang nichts anders, denn Zerrüttung und Untergang des gemeinen Nutzens, aller guter Policey der natürlichen und geſetzten Rechten, auch aller Ehrbarkeit zu gewarten. Hierauf haben Wir mit Chur-Fürſten, Fürſten und Stände, auch der abweſenden Räthen, Botſchaften und Geſandten, wie ſolchem unerträglichen Unrath zu begegnen, gerathſchlagt, und thun auf beſchehene Vergleichung hiermit Unſere angeregte Conſtitution, alles ihres Inhalts in ihren Puncten und Articuln renouiren und erneuern: ſetzen, ſtatuiren, ordnen demnach aus Käyſerlicher Macht und Vollkommenheit, rechtem Wiſſen und eigener Bewegniß, und wollen, daß alle und jede **Wiedertäufer, und wiedergetaufte Manns- und Weibs-Perſonen, die verſtändigs Alters ſeyn, die auch aus dieſem muthwilligen, verführigen und aufrührigen Irrſal und Secte den Obrigkeiten nicht huldigen, oder ſchweren oder gar keine Obrigkeit erkennen wollen,** vom natürlichen Leben zum Tode, mit Feuer und Schwerd oder dergleichen, nach Gelegenheit der Perſon, ohn vorhergehende der geiſtlichen Richter Inquiſition, gericht und gebracht

bracht werden. Und ſollen derſelben Vor-Prediger, Hauptſächer, Landläufer und Aufrühriſch, Aufwickler, berührtes Laſters des Wiedertaufs, auch die darauf beharren, und diejenigen, ſo zum andernmal umfallen, hierinn keinesweges begnadet, ſondern gegen ihnen, vermöge dieſer Conſtitution und Satzung ernſtlich mit der Strafe gehandelt und vollfahren werden. Welche Perſonen aber ihren Irrthum für ſich ſelbſt oder auf Unterricht und Ermahnen unverzüglich bekenneten, denſelben zu widerrufen, auch Buß und Strafe darüber anzunehmen willig ſeyn, und um Gnade bitten würden, dieſelbe mögen von ihrer Obrigkeit, nach Gelegenheit ihres Standes, Weſens, Jugend, und allerley Umſtände begnadet werden. Wir wollen auch, daß ein ieder ſeine Kinder nach Chriſtlicher Ordnung, Herkommen und Gebrauch, in der Jugend taufen laſſen ſoll, welche aber das verachten und es nicht thun würden, auf Meynung, als ob der Kinder Taufe nichts ſey, die ſollen, wo ſie darauf zu beharren unterſtünden, für Wiedertäufer geachtet, ob angezeigter unſer Conſtitution unterworfen ſeyn, und ſoll keiner derſelben, ſo aus obangezeigter Urſachen begnadet werden, an andere Orte relegirt und verwieſen, ſondern unter ſeiner Obrigkeit zu bleiben, verſtricket und verbunden werden, die dann ein fleißiges Aufſehens, damit ſie nicht wieder abfallen, haben laſſen ſollen. Deßgleichen ſoll keiner aus den andern Unterthanen und Verwandten, ſo aus angezeigten Urſachen von ihrer Obrigkeit (nach Gelegenheit ihres Standes) gewichen und ausgetreten, enthalten, unterſchleifen, oder fürſchieben, ſondern alsbald dieſelbe Obrigkeit, darunter ſich der Entwichene enthielt, laut obberührter unſerer Satzung, ſtrenglich handeln, und ſie darüber nicht bey ſich leiden oder dulden wollen, bey Poen der Acht. Und damit ſolches alles deſto feſtiglicher und ungehindert vollenzogen werde, ſo haben Wir uns auch mit Chur-Fürſten, Fürſten und Ständen, und der abweſenden Räthe, Bothſchaften und Geſandten verglichen. Wollen und befehlen hiermit ernſtlich, daß in allen Fürſtenthumen, Landſchaften, Herrſchaften, Oberkeiten, Städten, Flecken und Dörfern, dem H. Reich teutſcher Nation angehörig, die Richter, Urtheiler oder Schöppen der peinlichen Gerichte über diejenigen, ſo dieſer Secten, und was derſelben dieſer Conſtitution zuwider anhängig ſeyn mag, beſchuldiget, vor Recht geſtellet, beklaget und überwieſen werden, was die gemeine Rechte und dieſe unſere auch vorgemeldte Conſtitution ausweiſen, erkennen, und recht iſt, ohne einige Ausflucht ergehen laſſen ſollen. Wer aber deren einer oder mehr ſich dieſen widerſetzen, ſolches zu thun

wei-

weigern oder ſperren würden, daß alsdenn die Herrſchaften, denen die hohe Obrigkeit peinlich oder Hals-Gericht zuſtehen, demſelbigen Richter oder Schöppen, mit gebührlichen Poenen und Strafen, nach eines jeden Gelegenheit, als daß ſie von ihren Aemtern abgeſetzet, an Gelde oder am Leibe in der Gefängniß geſtrafet, zu dem, daß ſie von Amtswegen zu thun ſchuldig, vermögen und anhalten ſollen, damit nicht alſo durch Mangel der Iuſtitien oder Adminiſtration derſelbigen die Schuldigen der verdienten und gebührenden Strafe ſich zu entziehen haben.

§. XIV. Si conſtitutiones adductæ, contra *anabaptiſtas* ſeculi XVI. latæ, accurato examinantur iudicio, 1) potiſſimum directæ ſunt contra *Munzerianos* & *Monaſterienſes*, quorum ſeditioſi conatus & facinora relata ſunt in R. I. *de anno 1535. §. XIII.* adducta. Vnde etiam vocatur die aufrühriſche Secte des Widertaufs, quod omne *ſocietatis ciuilis* vinculum rupiſſent, & bella inteſtina mouiſſent, merito pœna capitali adficiendi. Verum hæc ſcelera *Munzerianorum* & *Monaſterienſium* erant, non vero *ſectæ anabaptiſtarum* propria, qua de cauſa merito hi ab *anabaptiſtis* quiete viuentibus diſtinguendi. Nihilominus tamen 2) non tantum ſeditioſi illi, ſed omnes in genere anabaptiſtæ condemnati ſunt, atque æquali pœnæ mortis ſubiecti, iuxta legum *iuſtinianearum* rigorem, nunquam tamen in effectum olim deductum, vt ad *tit. de hæretic.* dictum, Quocirca 3) hæc generalis condemnatio & *capitalis ſanctio* adhuc debetur principiis illis immanibus, ad *tit. de hæret.* relatis, de hæreticis igni tradendis, a quibus merito abhorrent proteſtantes. Hoc etiam 4) inde liquet, quod etiam hi, qui *pædobaptiſmum* cum TERTVLLIANO damnant, eidem pœnæ ſubiiciantur, qui tamen olim ne quidem *abſolute* hæreticis annumerati, & quamuis hodie *hæreticis* adſcripti, in *crimine* tamen *publico* non hærent, ſed tantum in *errore in fide* verſantur, exemplo aliorum hæreticorum, qui tam immani haud adficiuntur pœna. Vnde 5) cauendum eſt, ne hodiernis anabaptiſtis, vel qui *pædobaptiſmum* reiiciunt, has conſtitutiones, quamuis communi ſtatuum decreto publicatæ fuerint, applicemus, quod eo tempore res proteſtantium nondum in eum deductæ eſſent locum, vt contra quæuis catholicorum dogmata ſecure ſententiam ſuam proferre poſſent, præſertim quod inter proteſtantes ipſos non deeſſent, qui proceſſum *contra hæreticos* non adeo improbarent. Breuiter, ſi *hæreticis* annumerandi, cum illis æque vt aliis inter proteſtantes agendum, h. e. non vi, pœnis & proceſſu criminali, ſed mouo Chriſti doctrinis connenienti.

Obſeruationes ad leges imperii de hodiernis anabaptiſtis.

APPENDIX.

ATtuli *pag. 976. ſq.* ſcriptum quoddam ſatyricum, anno 1519. editum, quo inſipida infantia *inquiſitorum hæreticæ prauitatis* illius temporis ad oculum demonſtratur, ſarcaſtice quidem, ſed ex rei veritate, vt dicere poſſis cum HORATIO

- - - Ridendo dicere verum,
quis vetat?

Summa eius tantum capita, & non niſi argumenta recenſui; nunc vero, poſtquam ipſius ſcripti interim ope Dn. Profeſſoris Lipſienſis KAPPII compos factus ſum, integrum illud dabo ad eorum illuſtrationem, quæ *cit. l.* dicta ſunt. Obſeruaui iam, variantem eſſe huius opuſculi inſcriptionem. Præſens, quam ſiſto, hæc eſt:

TRACTATVLVS QVIDAM SOLENNIS DE ARTE ET MODO INQVIRENDI QVOSCVNQVE HAERETICOS SECVNDVM CONSVETVDINEM ROMANAE CVRIAE OMNIBVS FIDELIBVS, PRAESERTIM HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITORIBVS SCITV VTILISSIMVS, COMPOSITVS A QVODAM LEGALI MAGISTRO NOSTRO FRATRE ORDINIS PRAEDICATORVM DICTO.

(CAVE LECTOR, NE TIBI OS NIMIO RISV FATISCAT.)

Reuerendiſſimis in Chriſto patribus SYLVESTRI *Priorati, ſacræ theologiæ magiſtro celeberrimo, ſacrique apoſtolici pallatii magiſtro, ſacrique ordinis prædicatorum profeſſori, & per Italiam hæreticæ prauitatis,* & IACOBO HOGOSTRAT *eiusdem ſacræ theologiæ celeberrimo, eiusque ſacri ordinis profeſſori & per Germaniam eiusdem hæreticæ prauitatis inquiſitoribus patribus ſuis multum metuendis, frater dictus latine,* λεκτος *græce, eiusdem ordinis & facultatis humilis profeſſor ſalutem.*

QVoniam nunc noſtro tempore, quo refrigeſcit charitas multorum, reuerendiſſimi patres, & abundat

Digitized by Google

dat iniquitas, multa pullulant hæreticæ prauitatis ſeminaria, quæ, licet, exi. veſtri pat. magno fauore ſatagunt & zelant extirpare, ne zizania cum tritico ſimul creſcat, tamen mundus eſt ita malus, quod vos in ſancto opere iſto contemnunt, atque quaſi irrident, & dicunt, inquiſitores hæreticæ prauitatis nec ſcientiam nec modum noſſe inquirendi, quod eſt abominabile audiri. Ideo ego accenſus zelo veritatis, coactus ſum ſcribere artem & modum inquirendi. Non quod volo vos docere, cum ſciatis omnia melius quam ego, ſed vt videant illi indocti aſini, quam multo meliora poſſint magiſtri noſtri alii, præſertim nos duo luminaria magna in ordine noſtro, cum videant me humilem & minimum inter ſacræ theologiæ profeſſores, hanc artem tam bene noſſe, vt etiam eam deſcribere potuerim. Quia ſecundum ARISTOTELEM ſignum ſcientis eſt poſſe docere: Ideo hanc artem a me compilatam, veſtris pedibus offero, & rogo, ſi quo loco erraui, emendetis, & in omnem terram per impreſſuram mittatis, vt ſciant & videant, quoniam ſunt apud nos multi, qui poſſunt mirabilia ſcribere, ſed cauſa humilitatis volunt potius latere. Bene valete optimi patres, & me commendatum habeatis.

Incipit Tractatus quidam ſolennis de arte & modo inquirendi & damnandi hæreticos, ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ comportatus per quendam ſacræ theologiæ Profeſſorem.

Quoniam omne multiplex indiſtinctum neceſſario parit confuſionem & erroris mater eſt æquiuocatio ſemper: Idcirco vt iſtam artem diſtinctius & ſubtilius & facilius poſſim enucleare, volo ipſam per regulas quasdam determinare faciles & faciliter memorabiles, propter vitandum ſtudendi laborem.

FRI-

PRIMA REGVLA.

Ante omnia inuocandus eſt ſpiritus ſanctus & orandum deuote pro gratia Dei, vt actus ille inquirendi incipiat, proficiat, & perficiat (ſecundum quod ſcribit in collectis quotidianis) non ex vana gloria, nec propter vanam gloriam, nec propter pecuniam, ſed ex amore Dei & zelo veritatis, propter gloriam Dei, maxime autem propter honorem ſanctæ ſedis apoſtolicæ & pacem eccleſiæ catholicæ, ad ſupprimendos errores, & ad ſedanda ſcandala, & turbationes fidelium Chriſti cauendas.

SECVNDA REGVLA.

Iſta intentione bona formata, quam impoſſibile eſt non placere Deo, cum ſit ſanctiſſima & ſynceriſſima, etiam merito condigni meritoria æternæ vitæ oportet firmiter credere, & tanquam certiſſimum ac primum huius artis principium præſupponere, de quo nullatenus liceat dubitare, quod papam errare eſt impoſſibile, ſed quicquid dixerit, voluerit, fecerit, hoc tanquam vocem & factum PETRI, ſeu potius ipſius Chriſtimet oportet acceptare.

Quod ſi quis vellet in hoc dubitare, aut rationem quærere, ille iam de facto non inquiſitor eſſet, ſed inquirendus tanquam certiſſime hæreticus, quia dubitare & non credere pro eodem accipiunt, ſecundum ARISTOTELEM III. phiſicorum. Quod parum diſtat, vt notum eſt. Et quia ſicut ianua in cardine voluitur, ita tota iſta ars in hac ſecunda regula iacet, ſicut ruſticus in ſole. Ideo neceſſum & bonum puto (licet extraordinarie) ipſam inoppugnabiliter fortificare. Et primo ſic. Niſi eſſet vera & certa iſta regula, nullus poſſet inquiri aut

Digitized by Google

aut condemnari in ſancta Romana eccleſia, quod eſt abſurdiſſimum, conſequentia nota. Sed antecedens probatur duabus rationibus inuictiſſimis. Primo, quia papa eſt lex animata & viua in terris; (nam in hoc bene licet conformari Principem eccleſiæ huic ſeculo, in quo princeps eſt imperator lex viua, nec obſtat quod imperator in temporalibus, & papa in ſpiritualibus præeſt, quia ſunt inuicem figura & figuratum,) ſed ablata aut duntata lege, iam nihil certum poſſet ſecundum eam iudicari aut fieri, ideo oportet eſſe certiſſimum, papam non errare. Secunda ratio eſt, quia hæretici ſolent ſe per ſacram ſcripturam defendere; ſed illa eſt lex mortua & littera occidens, & poteſt in multas falſas ſententias trahi. Sicut patet in multis magiſtris noſtris, præſertim HVGONE noſtri ordinis Cardinale, & ſic hæreticus fieret anguilla. Confirmatur iſta ratio. Quia hinc iuriſtæ recte dicunt, quod papa ſit eccleſia, iuxta illud MATTHÆI XV. Si te non audierit, dic eccleſiæ, id eſt Prælato. Si eccleſiam, id eſt prælatum, non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus. Modo papa eſt prælatus prælatorum, & per conſequens eccleſia eccleſiarum, tenet conſequentia ab eodem ad idem, pet diffinitionem vniuocorum.

Secundo probatur iſta regula irrefragabiliter. Quod ſi papa poſſet errare, tunc etiam eccleſia poſſet errare, cum ſit primum & ſummum eccleſiæ membrum. Si autem eccleſia poſſet errare, tunc etiam Chriſtus poſſet errare, cum ſit vna caro & vnum corpus cum eccleſia. Iuxta Paulum. Erunt duo in carne vna. Si autem Chriſtus poſſet errare, etiam Deus poſſet errare, quod eſt impoſſibile, cum Chriſtus ſit Deus. Et ſic patet regula veriſſima.

Sed hic ſunt aliqua argumenta videnda.

Primum dicunt, quod eccleſia non poſſit ſignificare prælatum ex natura vocabuli. Quia eccleſia græca dictio eſt, & ſignificat idem quod conuocatio vel congregatio, ſed prælatus non eſt congregatio. Reſpondetur. Hoc eſt vnum grammaticum argumentum & multum ſuſpectum & hoc duobus modis. Primo quia ex græca grammatica arguit. Sed Græci ſunt hæretici & ſchismatici, ideo non eſt eis credendum in ſua grammatica. Secundo quod ardet ſynagogam ex eccleſia facere. Nam ſynagogam dicunt etiam ſignificare conuentum & congregationem. Ergo probabile eſt, quod eccleſia non congregationem ſicut ſynagoga, ſed prælatum ſignificet. Sed dicunt contra. Si accipitur a græcis vocabulum ſynagoga, cur repudiantur in vocabulo eccleſia & ſimilibus? Item quod in nullo paſſu noui teſtamenti eccleſia pro prælato poteſt accipi, vt: credo eccleſiam ſanctam catholicam. Item illud: ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Reſpondetur. Non credo ſynagogam eſſe græcum nomen, quia ſynagoga fuit apud hebræos tantum, & non apud græcos, ideo hebraicum potius nomen eſt. Nec nocet, quod eccleſia aliquando accipitur pro prælato, aliquando pro populo, cuius eſt prælatus, & ſecundum hoc oportet ſcripturas diſtincte intelligere & magiſtraliter.

Secundo arguitur. Quomodo papa non poteſt errare, cum tamen S. PETRVS errauit, vt in euangelio, quando dominus eum ſathanam vocauit. Reſpondetut. Hoc eſt vna fraſca & brocardicum argumentum. Nam tunc temporis nondum acceperat ſpiritum ſanctum, licet fuiſſet in gratia, quia poteſt aliquis bene eſſe in gratia, non habendo ſpiritum ſanctum, vt alias habet videri per magiſtros noſtros. Si autem replicantur: tamen PAVLVS reprehendit eum poſt ſpiritus ſancti miſſio-

Digitized by Google

miſſionem. Gal. II. Reſpondetur. Hoc fuit veniale peccatum, & quædam ſimulatio ac diſpenſatio piæ fraudis, Si iterum dicit. Non videtur ſanctus PAVLVS pro veniali peccato & tam leui re tantum feſtum feciſſe, niſi fuiſſet periculum animarum ibi. Nam ipſe dicit, euangelii veritatem ibi fuiſſe omiſſam, hoc autem eſt Chriſtum negare, & infidelitate peccare. Reſpondetur. Sancti primitiuæ eccleſiæ fuerunt feruentes, ideo parua peccata tanquam maxima reprehendebant. Et quod nos hodie hæreticos comburimus & occidimus, ipſi homicidium reputaſſent, ſed exceſſiue locuti fuiſſent, cum tamen noſtro tempore (ſi recta ſit intentio) non ſolum ſine peccato fit, ſed etiam cum magno merito fiat. Sic reddere debitum matrimonii, non ſine peccato fieri illi dixiſſent exceſſiue loquentes cum Pſal. quinquageſimo. Ecce equidem in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Sed noſtro tempore cum merito fieri poteſt, & eſt opus iuſtitiæ.

Tertio arguitur: cur ergo ſancti patres ſuo tempore hæreticos per ſcripturas & verbum Dei expugnauerunt, & exemplum nobis ſic faciendi reliquerunt? Reſpondetur, Hic alia eſt ratio temporis. Nam tunc eccleſia nondum fuit firmata, nec fides ſatis roborata, ideo neceſſe fuit per ſcripturas cum eis pugnare. Nunc autem oportet de firmata fide eos examinare. Ideo multo facilior eſt modus inquirendi nunc, quam tunc fuit, quia illorum modus deſcribi & in artem redigi non potuit, niſi totam ſcripturam aliquis intellexiſſet. Sed hodie periculoſum eſt cum hæreticis in biblia pugnare, quia quando fecerunt bibliam ſuſpectam, quod a multis vocatur liber hæreticorum, ideo aliis libris & modis agendum eſt.

TERTIA REGVLA.

Neceſſe eſt ſumme, vt inquiſitor ipſe quoque certus ſit, ſe non poſſe errare in hoc actu. Nec debet inquirere, quod velit aliquid diſcere vel audire, ſed tantum docere & audiri, alioquin non eſſet inquiſitor; ſed diſcipulus hæreticorum, nec certus eſſet, quid agere vellet cum hæreticis. Ideo oportet & præconcipere concluſionem quam intendat. Poteſt autem certus fieri ex tribus. Primo ex intentione formata iuxta regulam primam. Secundo ex mente papæ inerrabili, a quo ſuſcepit officium, & cauſam inquiſitionis, iuxta regulam ſecundam. Tertio ex doctrina ſancti THOMÆ, quæ ſola eſt igne ſpiritus ſancti examinata & purgata, & ſummi philoſophorum principis ARISTOTELIS ſententiis decorata. Nam impoſſibile eſt, quod intentio illa erret, multo minus poſſibile, quod doctrina S. THOMÆ erret, in qua ſi non eſſet bene fundatus inquiſitor, non eſſet dignus officio iſto pulcherrimo & titulo glorioſiſſimo. Quia ſi ſolam bibliam ſciret, cito hæreticus eum poſſet illudere per multiplicitatem expoſitionis. Ideo certam oportet, & quæ eſt ſine quæſtionibus, ſine opinionibus, ſine diſtinctionibus multiplicatis, habere Theologiam. Hæc eſt doctrina ſancti THOMÆ, mens papæ, & bona intentio inquiſitoris.

QVARTA REGVLA.

Quando pro tribunali ſedet, tunc debet proteſtari, quod ſolum Deum ante oculos habeat. Sic tamen, vt aliquis ſpiſſus paries vel murus ferreus, inter oculos & Deum ſit, ne offendantur oculi eius iuxta illud, qui ſcrutator

Digitized by Google

tator eſt maieſtatis, opprimetur a gloria, vt ſic poſſit anima ſponſi dicere: Ecce ipſe ſtat poſt parietem. Hunc autem parietem intelligo, quod ſit aliqua pia intentio in corde inquiſitoris, quæ eſt, vt ſit ſolicitus pro confuſione ordinis tollenda, & gloria exaltanda, & non intendat ab actu deſiſtere, donec hæreticus confuſibiliter ſit combuſtus, vt ſic in domino gloriari poſſit, quod eccleſiam defenderit.

QVINTA REGVLA.

Sit itaque armatus armatura Dei, inuadat diabolicos homines cum Pſalmo dicens: tabeſcere me fecit zelus meus. Et iterum, perfecto odio oderam illos. Et nil noceret, ſi vocem aliqualiter exaſperaret, ſicut ſolent inuidi facere, aut melius pro cauendo ſpem inuidiæ, caput cum riſu amariuſculo, (velut canes dentes nutando) fiducialiter moueret, vt ſic diabolus terreretur, & hæreticus ipſe primo aſpectu perditum eſſe ſecum putaret. Nam oportet inquiſitorem ſecundum apoſtolum in omni patientia & modeſtia omnia experiri, ſi poſſit animam lucrari Deo. Poſt hoc, prolatis digitis denumeret ſibi de digito in digitum articulos, quos hæreticus iuxta mentem papæ debet acceptare, ſimul aliquid terribile inſonans de igne, & dicat, credis hoc vel non? ſi credis, omnia tua reuocabis, ſi non? combureris. Et in fine horum verborum debet os torquere, & faciem ad circumſtantes vertere, & labia porrigere, & manum vtramque ſparſis digitis iactare. Non obliuiſcatur etiam naſum rugare, & omnino ſe diſponere in facie, ſicut eſſet terribilis larua in carniſpriuio, in confuſionem hæretici, vt circumſtantes dicere poſſint: O quam male ſtat iſte hæreticus, & quam ſolenniter &

legaliter ſe expedit iſte inquiſitor. Si autem hæreticus voluerit reſpondere, & allegare ſcripturam ſacram vel doctorem ſanctum, pro hoc tene hanc regulam ſubtilem, immediate ſequentem.

SEXTA REGVLA.

Tunc dicendum eſt ei, cum leui quodam cachinno: Ah dilecte domine, non hic tempus eſt litigandi & disputandi, ſed ſimpliciter reſpondendi, an credas in ſanctam eccleſiam catholicam. Dimitte doctores eſſe, eccleſiam audire neceſſe eſt, illi poſſunt errare; Eccleſia non poteſt errare, vt ſupra oſtenſum eſt. Et ſic fortiter eſt moleſtandus per regulam ſecundam, & ſemper aliquis riſus fiducialis intermiſcendus, & facies vertenda ad circumſtantes, vt ipſi corrideant inquiſitori & erideant hæreticum, ſicut Herodis familia Chriſtum, ſic tamen vt non fiat indecens cachinnus. Nam oportet hanc rem, cum maturitate multa, cum grauitate ſumma, & ſuauitate in ſpiritu ſancto tractare. Nec leuiter debet ridere inquiſitor, niſi dum hæreticus ſcripturam ſacram allegat. Nam tunc oportet hæretici intelligentiam magis ridendo deſpicere; quam reſpondendo ſoluere, ne forte trahatur inquiſitor in expoſitionem ſacræ ſcripturæ, ex qua non poſſit redire ſine confuſione, propter aſtutiam hæreticæ prauitatis, quæ valde prompta eſt in Biblia. Si autem ceperit hæreticus alte clamare, & doctores cum ſcripturis iactare, ſeſe paratum rationem reddere ſuæ ſententiæ, petere doceri, & ſolui ſuas rationes & auctoritates. Tunc oportet cum maxima diligentia videre, ne circumſtantes iſta diutius audiant, ne ad miſericordiam moueantur, & hæreticum habere iuſtam cauſam credant, quare hic; ne

Digitized by Goo

ne tumultus fiat in populo, ſumme neceſſaria eſt vna bona cautela, quæ traditur hac regula.

SEPTIMA REGVLA.

Sed vt multo magis clametur, ac tumultus aliquis, vel pedum ſtrepitus excitetur, ſicut iudæi fecerunt, quando S. Stephanum voluerunt opprimere, ne audiretur. Nam etiam furor pro eccleſia Dei meritorius eſt, maxime ſi ex prædicta intentione procedat, ſimul quoque iuxta ARISTOTELEM in elenchis, multis quæſtionibus vexetur, vt in diuerſa diſtractus, & in diuerſos intentus aliquid dicat, quo capiatur. Quia oportet diabolum ſuis aliquando artibus fallere, vt canitur in hymno: Crux fidelis. Ars vt artem falleret. Nec eſt neceſſe ſemper in digito Dei eiicere dæmonia, ſed malum malo pellere, per diſpenſatiuam euangelii interpretationem, quia inquiſitor debet ſperare, quod hæreticus comburetur, ne cum confuſione ceſſet ab officio.

Bonum quoque eſſet, ſi iſta non iuuarent, quod mandaret ſilentium ſub pœna excommunicationis, vt ſic cum bona modeſtiá inquiſitor poſſit omnibus audientibus dicere, & ſe reſoluere. Quod nrn intendat niſi ſalutem miſeri hæretici, & bene eſſet contentus, quod ſuos doctores allegaret, ſi primo reſponderet, anne eccleſiam crederet, ſiue per feneſtram, ſiue per ianuam crederet, modo in eccleſiam crederet. Quia quid ſunt doctores, qui ſunt pars eccleſiæ, ſi in totam eccleſiam non credant (quæ eſt mens papæ & intentio hæreticorum magiſtrorum) vt ſic populus notet, illum vere eſſe hæreticum, quia eccleſiam non vult audire, & inquiſitores eſſe iuſtos in ſuo propoſito, quia honorem

rem eccleſiæ & fidei ſynceritatem tam legaliter & zeloſe quærant.

OCTAVA REGVLA.

Sollicitiſſime profitendum eſt, vt inquiſitores ſint de ordine ſanctiſſimo prædicatorum, quia illi habent magnam gratiam apud populum & antiquam famam, quod ſint docti & ſeellos, dicere volui, zeloſi pro eccleſia ſancta & apoſtolica fede. Ideo facilius poſſunt ſuſpicionem populo facere contra hæreticum, quam alii quicunque. Etiam ideo, quia poſtquam ipſi multas & magnas pertulerunt, propter zelum & ſcientiam ſuam confuſiones, eo fidelius & diligentius laborant, vt alii magis confundantur, vt ipſi hoc modo ſuam ignomiam alienæ ignomiæ conſortio ſolentur. Iuxta illud. Gaudium eſt miſeris ſocios habere pœnarum, & illud Petri. Scitote easdem paſſiones & fraternitati veſtræ, quæ in mundo eſt, fieri.

NONA REGVLA.

Sollicitandum eſt omnibus modis, vt ante initium & poſt actum iſtum mittantur diuerſi fratres diſcreti in diuerſas partes, maxime ad principes & ſeniores plebis, qui (ſine detractionibus & mendaciis) perſuadeant, hunc hæreticum nolle audire eccleſiam catholicam, & hanc culpam dilatent, magnificent & multiplicent, ac pertinaciam hæretici ſummis ſtudiis accuſent, deteſtentur. Etiam ſpuant in terram dicentes Pfuck, Pfa, Pfui, quod iſta ſcandala permittantur in eccleſia regnari, in blasphemiam diuinæ maieſtatis & in diminutionem poteſtatis eccleſiæ & fidei catholicæ, ac

Digitized by Google

ac nimiam ſacræ theologiæ præſertim doctrinæ S. THOMÆ, & opinionum ſuarum.

lurent etiam, ac manibus & pedibus loquantur, ſicut ſapientes ſolent eccleſiaſt. III. vt ſic principes prouocent ad indignationem. Pro inquiſitoribus vero dicunt, quomodo omnia legaliter & zeloſe faciant, quanta modeſtia & charitate hæreticum orenr, fleant, agant, omniaque tentent, ſed fruſtra. Expediret etiam multum, ſi in prædicationibus in eccleſiis hinc inde populus ſimiliter irritaretur, & magnis miſerationibus ſuper hæreticum pro ſancta eccleſia & fauore inquiſitorum concitaretur. Ne poſtea murmur in populo relinqueretur, ſicuti ſæpius factum eſt, non fuiſſe hæreticum, ſed iniuriam ei factam. Quia hic euenit, quod iſta regula neglecta fuit, quod vsque hodie multi aperte dicant & ſcribant, IOANNEM HVSZ & HIERONYMVM de Praga fuiſſe nec conuictos nec iuſte combuſtos, & probant tali argumento, vt nuper a quodam hæretico audiui in Boemia, quod poſtquam illi ſunt combuſti, ignis velut injuriæ, diſponente Deo, in neminem atrocius ſæuit, quam in ordinem prædicatorum. Ex ipſo enim fuerunt illi inquiſitores, qui eos combuſſerunt, & allegauit illud ſapient. per quæ quis peccat, per hæc & punitur. Nec eſt veriſimile, eos fuiſſe hæreticos, quia nouo ſupplicii genere, quod hæreticis nunquam, ſed ſæpius catholicis, Deo volente, illatum eſt, occiſi ſunt. Verum ſtulti ſunt illi, non intelligunt, quod illis facta eſt iuſtitia, quia noluerunt audire eccleſiam. Noſtris autem fratribus facta eſt iniuria, quia voluerunt audire & audierunt eccleſiam, vt ſuperius accepta eſt, & non fuerunt admiſſi, ideo in zelo ſine dubio corruſcant inclyto martyrio. Et combuſtores eorum, quia contra eccleſiam egerunt, arde-

Digitized by Google

bunt in inferno. De quo latiùs vnum librum dabo, quo obſtruam os loquentium iniquum, quem pro honore ſanctæ eccleſiæ & zelo fidei iam compilo.

DECIMA REGVLA.

Eſt vna ſingularis & ſpecialis, quam adhuc nullus tetigit, qui de hac arre ſcripſit, quantum ego legere potui, quam ego multo labore & experientia inueni, & eſt multum ſubtilis, ſcilicet iſta. Quod quia nunc multi ſurgunt, qui antiquiores doctores legunt, & S. THOMAM contemnunt, & inuenire ſe dicunt, quod nos vocabulum eccleſiæ ſanctæ noſtris opinionibus & affectibus non aliter prætexímus, quam olim pſeudo prophetæ nomine Domini, ſuis mendaciis prætexerunt, multosque prophetarum occiderunt, ac populum ſeduxerunt. Sic & nos ſub nomine eccleſiæ dicunt noſtra mendacia quærere, & non hæreticorum exuſtores, ſed ſanctorum Dei perſecutores criminantur, nihil de eccleſia ſancta niſi titulum nos habere & ſpeciem, vt apoſtolus ait, pietatis, virtutem eius abnegantes. Nec hoc ſatis, dicunt nos vere eſſe magiſtros hæreticorum, quia hæretici ſimus, & hæreticos faciamus. Etiam vere inquiſitores hæreticæ prauitatis, quia inquiramus aut inueniamus eam, ſimiliter inquiſitores & inuentores hæreſeon, pro inquiſitoribus veritatis nos culpantes. Et heu inſaniſſimi homines, hanc ſententiam quaſi cunctis principibus & laicis (quia incipiunt valde docti fieri) perſuaſerunt, vt nos pro ſeductoribus populi, homicidis fidelium Chriſti paſſim iactitent, & plane pro antichriſti apoſtolis habeant. Et dicunt, ſe hoc colligere ex eo fundamento, quia non ſacram ſcripturam, nec ſanctos patres,

ſed

Digitized by Google

ſed ARISTOTELEM & opiniones noſtras ſolum doceamus, quibus antichriſtus vtitur, vt putant. O ſecula, o mores, bone Deus quid hic dicam? etiam in ſanctam Romanam eccleſiam blasphemi ſunt, quæ ARISTOTELIS ſtudium & ſanctum THOMAM in ſuis opinionibus approbauit, & multum commendauit, vt nota ſunt VRBANI papæ verba.

Id circo in iſto non ſimilis punctus eſt ſicut iſte, quare pro exequenda nona regula mittendi ſunt doctiſſimi prudentiſſimi fratres, qui ſciant perſuadere hominibus, quod inquiſitores non ſolum nomen eccleſiæ, ſed veræ eccleſiæ rem ipſam quærant. Et non eſſe inquiſitores hæreticæ præuitatis, vt eam inueniant, ſed vt opprimant & perdant. Et vtile eſt, vbi non ſufficiunt FRATRES, qui ſic mittantur, quod litteræ ſcribantur in omnem terram, vt perſuadeant ſicut dixi. Verum quomodo perſuadeant, alio tempore ſcribam, iam non occurrit aliud, niſi vt iurent ad omnes ſanctos, & in conſcientiam ſuam, pectus deuote percutiendo, ſe vere eccleſiam ſanctam intendere, & non nudum nomen nequitiis ſuis prætendere.

VNDECIMA REGVLA.

MVLTVM ARTIFICIALIS AC MAGISTRALIS.

Quicquid fiat aut non fiat, hoc nimis præ omnibus curandum eſt, ne hæreticus permittatur aliquid reſpondere, neque examinetur in vllo puncto, niſi prius promittat eccleſiam ſanctam ſequi. Et in hoc habeantur reſpectus ad conſuetudinem Romanæ curiæ, quæ eſt mater & magiſtra eccleſiarum, etiam domina terrarum, iuxta illud Chriſti: Gentes dominantur eorum, vos autem non ſic &c. Quia ipſa ſemper ita

Digitized by Google

ſolet facere. Nam comburit, aut in Tyberim proiicit, aut alias occidit, quicunque non vult ſequi ſanctam eccleſiam Dei, & apoſtolicam ſedem, non attento, quod voluit ſtare iudicio, aut rationem reddere. Non tamen in hoc eſt homicida & cruentus tyrannus, niſi ſecundum opinionem quorundam fatuorum, qui ſcripturas ſanctas per caput proprium intelligendo, per deciſionem Romanæ curiæ negligunt exponere. Oportet etiam ſanctam eccleſiam authoritatiue procedere, & non cuilibet rationem ſui facti reddere, quia ſatis eſt, quod ipſa habet rationes eam mouentes, cum ſpiritus ſanctus deſerat eam. Et iuſte quidem ac recte, quia ſi ſic admitterentur, cito conuincerent, Papam & ſanctam eccleſiam errare, qua ipſi conuincerentur, non propter veritatem, quam non habent, ſed propter multiloquium & aſtuciam ſuam, cui non poteſt ita reſiſtere ſpiritus ſanctus hodie, ſicut fecit tempore S. STEPHANI. Nam alia eſt nunc ratio temporis, vt ſæpe dixi, ideo vtiliſſimum eſt vt occidantur, antequam audiantur. Non etiam dignus eſt audiri, qui nou vult audire. Quia oportet eſſe diſcipulum, antequam magiſter, & prius audiri. Sicut ARISTOTELES docuit.

DVODECIMA REGVLA.

Si autem per gratiam Dei audierit hæreticus, & eccleſiam ſanctam ſequi promiſerit, tunc mox imponatur ei reuocatio, nec eſt tunc neceſſe ad ſua dicta reſpondere, aut rationes ſoluere, ne forte cogatur inquiſitor ad ſanctam ſcripturam venire, in qua timendum eſt, vt vter ſuccumberet, ſed ſufficit ſimpliciter dicere; Sancta eccleſia ſic determinauit, & ſedes apoſtoli-

Digitized by Google

ſtolica ſic vult, & ſic victus eſt hæreticus, & anima lucrata. Deo & benedicatur Deus, & laudetur ſanctus ordo prædicatorum, qui tam legales inquiſitores enutriuit. Tunc imponendum eſt hæretico, vt ſuos ipſe libros comburat, & ignem foueat, ſicut ISAAC ligna pro ſe ipſo portauit, non in confuſionem quidem hæretici, ſed vt inquiſitor iuxta cum gloria ſedere poſſit, & in conſpectu circumſtantium hæreticum omnibus oſtendere victum. Quia iam victo debet aliquam compaſſionem facere, & non nimis inſultare & irridere miſerum, niſi vbi diſcretioni ſuæ viſum eſt. Si autem voluerit, & omnino pertinaciter perſeuerauit, tunc iuxta apoſtolum: Auferte malum de medio veſtri (in quo apoſtolus licet non comburete iuſſit, tamen occidere præcepit per diſpenſationem præcepti Dei) tradatur foro ſeculari & comburatur, ſicut eſt moris atque ſtili Romani, nec pro eo oretur, nec mors eius commendetur. Sed ſit nomen eius maledictum, & omnia quæ dixit & ſcripſit & fecit. Tunc inquiſitores habebunt intentum finem ſuum, ſcilicet magnam gloriam apud Deum & homines, & gaudere poſſunt in corde ſuo. Ex omnibus prædictis ſequitur vnum notabile corollarium. Hoc eſt hoc. Quod iſti quatuor FRATRES prædicatores in Berna ſunt inique combuſti, quia fuerunt examinati de puncto ad punctum, & ſic defecerunt. Si autem primo fuiſſent interrogati (ſicut debuerunt) & ſolum hoc quæſiti, an crederent in ſanctam eccleſiam, bene fuiſſent liberati. Quia etiam ſanctiſſimus dominus papa iam decreuerat, (non accepta pecunia, vt multi loquuntur) eos liberare, quia eccleſiam ſanctam confitebantur, ergo nihil contra eccleſiam egerant, quare non fuerunt hæretici. Sed Helvecii iſti Schuicerii, quia bellare tantum

Digitized by Google

ſciunt, artem autem inquirendi nunquam ſtuduerunt, ideo non mirum, quod omnia peruerterunt & iniuriam eis fecerunt, & meo iudicio hæreſin commiſerunt, quod combuſſerunt eos, qui eccleſiam ſanctam confitebantur. At illi Boemi IOHANNES HVSZ & HIERONYMVS de Praga recte & artificialiter fuerunt examinati, quia non per ſacram ſcripturam fuerunt conuicti. Sed per determinationem Romanæ eccleſiæ damnati. Quia, vt ſupra dixi, Romana eccleſia eſt regula fidei, magiſtra eccleſiarum, domina terrarum. Ideo quicquid dixerit, articulus fidei eſt, non obſtante, quod aliquando errauit. Nam regula fidei poteſt bene errare venialiter. Sicut S. PERTVS ad Gal. II. Sed & IOHANNES REVCHLIN ſi permiſiſſent principes inquiri de articulo fidei in eccleſiam ſanctam, non tantum libri ſui, ſed ipſe quoque fuiſſet combuſtus. In quo maximam gloriam inquiſitores fuiſſent conſecuti, quod talem virum tam doctum combuſſiſſent, quia ſemper combuſtores ſunt doctiores combuſtis, vt patet e coquo & lignis, quæ iſte comburit..

Nunc autem quia de articulo in articulum per ſcripturas & rationes fuit examinatus, non eſt mirum, quod cum gloria fuit liberatus. Quia ars inquirendi non fuit cum eo ſeruata. Eſt etiam impoſſibile, quod hodie aliquis conuincatur hæreticus, ſi articuli eius examinentur ad ſanctam ſcripturam. Sed ſi examinentur ad ſanctam eccleſiam, hic non eſt poſſibile quod euadat. Tales ſunt hodie quidam noui hæretici, qui ex græca lingua (quæ ſemper fuit hæretica & ſchismatica) nouam & hæreticam theologiam adducunt, contra ſanctum THOMAM, quos ſpero examinandos eſſe ſecundum practicam huius artis. Et erit per hæc gloria inquiſitoris & totius ordinis maior, quod

tot

Digitized by Google

tot & tantos combuſſerunt, quam fuit vnquam confuſio, quod ipſi ſunt combuſti, det Deus cum ſalute & cito. Amen.

In fine eſt vna brocardica quæſtio, quæ hinc inde a multis ventilatur, & eſt illa. Quomodo ſancta eccleſia iam plus quam mille trecentis annis optime recta eſt, vt nullos occiderit aut combuſſerit, vsque ad Concilium Conſtantienſe. Et nunc regi non poteſt niſi comburendo hæreticos, cum tamen illo tempore innumerabiles fuerunt in eccleſia hæretici. Nunc autem nulli, exceptis forte Boemis, aut Magiſtris quibusdam hæreticorum, quos ita vocant, maxime cum propheta IESAIAS V. & LXVIII. dicat de eccleſia Chriſti: Non nocebunt neque occident in vniuerſo monte ſancto meo. Reſpondetur. Miror tam indoctos eſſe homines, qui iſta quærunt; ſatis patet, quod nihil in ſancto THOMA ſtuduerunt, dico ergo quod ſolutio breuis eſt iſta, Quod tunc non fuerunt inquiſitores hæreticæ prauitatis. Si etiam tunc fuiſſent, tunc eccleſia bene purgata fuiſſet ab hæreticis per ignis ardorem. Sicut enim veritas creſcit pro tempore, & plus reuelatur, ſic & purgatio eccleſiæ creſcit. Nam tunc temporis quando in ſacra ſcriptura ſtudebant, non fiebant tam ſubtilia ingenia, quia non habebant curam de ARISTOTELE, qui facit valde ſubtilia ingenia. Quare ego credo, ſi ſanctus HIERONYMVS & AVGVSTINVS hodie viuerent, aut etiam ipſe apoſtolus PAVLVS, vix euaderent ignem, tam excellentes ſunt inquiſitores in ingeniis. Quod ego intelligo ex vno facto nouiſſimo. Quia ſi potuerunt inuenire, quod IOHANNES REVCHLIN eſſet hæreticus, quia dixit, humanitatem CHRISTI comparari poſſe habitu laicali & meretricio? Quomodo effugere potuiſſet apoſtolus PAVLVS, qui non humani-

Digitized by Google

manitatem CHRISTI, ſed ipſum CHRISTVM filii Dei dicit, non modo velatum maledicto & peccato, ſed maledictum & peccatum factum ab ipſo Deo met. Bonum tibi PAVLE, quod vixiſti illo tempore, quando non erant ſubtilia iſta ingenia. Quare quisque conſideret temporis rationem & ſubtilitatem ingeniorum, & cito ſoluent omnes quæſtiones. Hanc igitur artem a me comportatam ſecundum paupertatem doctrinæ & infecunditatem ſtili, bono & læto animo ſuſcipite, quam poſſitis, pro honore ſanctæ Romanæ eccleſiæ & veritatis curialis ad laudem & gloriam ordinis noſtri, omnes hæreticos funditus extirpare, & feliciter triumphare. Et hoc ad introducendum conſuetudinem pro ſancta Romana curia, quam ei liceat quos volet impune occidere & damnare, per diſpenſationem & reprobationem omnium legum Dei. Valete bene in veritate quam quæritis & diligitis.

Datum Coloniæ ex burſa Kneck.

FINIS.

AIT 1217077

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google